Digitized by Google

CONSILIORVM SEV RESPONSORVM

IOANNIS PETRI BIMII

I. C. MEDIOLANEN.

EQVITIS ET COMITIS ANTIQVA GENERIS NOBILITATE, ATQVE VIRTVTIS, SPLENDORE ILLVSTRIS,

LIBER TERTIVS.

Qui Sententiarum grauitate, ſingulariumq́; Caſuum varietate, & ſermonis elegantia, ad antiqua Prudentum Reſponſa ita proximè accedit, vt illis ſimillimum;

Et omnibus tàm in foro, quàm in ſcholis vtiliſſimum fore perlegendo certè agnoſcas, & facilè concedas.

CVI AD COMMODIOREM VSVM ORDINATIM addidimus huberrimum rerum Indicem.

CVM PRIVILEGIO.



ROM. SOC. IESV BIBL. SEC. COLL.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS, MDCXI.

Apud Petrum Duſinellum, ſumptibus Octauij Bordoni Papienſis.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google



Io Baptiſtæ Bimij I.C. ex Collegio Mediolan. auctoris filij Carmen.	*Iacobi Antonij I.C. ex Collegio Mediolan. auctoris filij Carmen.*
Hęc noua quid noſtri referant ſimulacra parentiſ,	*Hęc tanti monumenta uiri, legumq; periti*
Quidq; Deæ ſignis fulta figura micat?	*Nos ſtimulant doctæ Palladis arma ſequi.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

PHILIPPO Hiſpaniarum Regi Catholico, & Mediolani Duci, &cæt. ac Potentiſsimo Noui Orbis, & Indiarum Imperatori; Cuius Auguſti nominis tanta eſt Maieſtas, vt ſola etiam hoſtes terreat, ac cæteros in officio contineat; Qui in florenti hac ætate omni Virtutis genere adeo floret, vt omnes illæ Diuinæ virtutes, quæ in eius maioribus Regibus, & Imperatoribus inuictiſsimis ſparſæ ſuſpiciuntur, in eo vno Heroe fortiſsimo conſpiciantur; tantaque religione Chriſtianam fidem colit, vt iure quodam hæreditario ſit eius aſsiduus defenſor, ac propugnator acerrimus: Hoc conſultationum Tertium volumen omni iure debitum Regi eius nominis Tertio, terque maximo; tertio loco dicat, & conſecrat Io. Petrus Bimius Mediolanenſis Iuriſconſultus, ſperans procedente ætate futurum, vt in tanto Rege renouetur aureum illud Diui Cæſaris Auguſti ſeculum. Quod pro Chriſtianæ Reipublicæ bono quamprimum ſua clementia, & benignitate faxit Vnus & trinus Deus.

a 3

Digitized by Google

ILLVSTR.^mo^ ET EXCELL.^mo^

IOANNI FERNANDO VELASCHIO COMESTABILI CASTILLAE, DVCI FRIAE, &c.

Ac Præſidi ſupremi Italarum rerum Conſilij, apud Potentiſſimum Hiſpaniarum Regem, &c.

Ioan. Petrus Bimius Mediolanenſis Iuriſconſultus. *S. D.*

SVmmo Regi PHILIPPO hic dicatus Liber, quò confidentius in regium conſpectum veniret, aliquis optimus Dux atq; princeps ſibi quærendus erat, cuius firmo præſidio muniretur; qua in re, vel nulla, vel non longa opus fuit deliberatione: nam Magnanime Velaſchi, tu omnium autoritate, & prudētia digniſſimus occurriſti, cuius ampliſſimo nomini committeretur; in cuius tutelam traderetur, cuius excelſæ autoritati commendaretur, ſi enim armis decertandum eſt, aut de publico iure, vel de ſtudijs bonarum artium eſt diſceptandum; quis te peritior inueniri potuit? norunt omnes tuam eximiam in re militari virtutem, & in adminiſtrandis tot regnis iuſtitiam, & in omni genere prudentiam; *Gallorum* bellicoſiſſimæ gentes expertæ ſunt iſtam tuam ſingularem rei militaris, & belligerandi ſcientiam, dum *Sequanos* magno impetu, & obſidione *ab eis* oppreſſos, tu militum *in Italia, exercituſque in Gallia Dux fortiſſimus*, multis obſeſſis, & oppugnatis caſtris & oppidis ab incendio, & flamma tantæ obſidionis, & imminentis belli liberauiſti, & incolumes ſeruaſti, ac recuperatis amiſſis caſtris Potentiſſimo Regi noſtro breui adeo tempore reſtituiſti, vt rectè dicere potueris, Veni, vidi, vicit virgo Maria, cuius es præcipuus cultor, & ad cuius ornatiſſimum noſtræ ciuitatis Templum apud Sanctum Celſum, victor rediens glorioſæ Victoriæ palmariam ſtatuam, votiuamque tabellam ſumma cum

reuerentia obtuliſti, & ſacraſti; admirantur omnes peracre tuum ingenium, & iudicium ac excelſam in deliberando prouidentiam, & incredibilem in exequendo celeritatem, exquiſitamque ſimul diligentiam, & vigilantiam, ac præclaram in adeundis ſubeundiſque periculis animi magnitudinem, & ſtabilem fortitudinem; Prædicant omnes perfectam illam tuam eloquentiam in cohortandis, & perſuadendis militibus ad pugnam; ardentius commemorant omnes præſtantem tuam in benemeritos milites liberalitatem; ac ſummi exercituum Imperatoris regiam quaſi grauitatem ſuaui quadam benegnitate conditam; ſtupent omnes regiam illam tuam magnificentiam in excipiendis Principibus, & in ludis, ſpectaculiſque publicis. Quantum autem in literis valeas, quantumque in vnaquaque re ſciĕntia abundes, teſtis eſt hæc noſtra Mediolanenſis prouincia, quam ſeptennio, & eo amplius vices Regias gerens, tanta fide in rebus regijs, tanta prudentia, religione, & iuſtitia, charitate, & integritate erga ſubditos gubernaſti, rexiſti, ac quotidie faciles percontantibus aures præbens ita rectè omnia moderatus es, vt merito vniuerſus populus Mediolanenſis vno omnium ore ad cælum vſque te ipſum tuamque pietatem, & bonitatem extulerit, & exultanti publica voce, & acclamatione à Deo Optimo Maximo vitæ multos felices annos tibi precatus ſit, illud idem ſæpe vndique reſonans, Comeſtabilis viuat, diu viuat, atque fœlix perpetuo viuat; cum tuorum optimorum ordinum prouidentia ex ſumma inopia, & caritate rei frumentariæ præter omnium ſpem conſecutus fuerit annonæ abundantiam, & rerum copiam; & cum in Iure ciuili atque in omni optimarum literarum genere adeo præclarè verſatus ſis, quod mirabile videtur nihil eſt, vt ſæpe fit, vt ex alieno conſilio totus pendeas; ſed tanquam optimus nauis magiſter in alta puppi ſedens, tu ipſe per te Iuſtitiæ clauum rectum tenere valeas, teque ipſa tuo principali exemplo comprobaſti auream illam Platonis ſententiam, Felices nempe eas eſſe ciuitates quibus ſapientes præeſſent; ſimulque oſtendiſti te originem petere à magnis Velaſchijs, Comeſtabilibus Caſtillæ heroum principibus, ſanguinis claritate, & inſigni virtutum ſplendore, ac rerum geſtarum gloria Illuſtriſſimis, quorum ſingula nomina, & egregia pace belloque facta non ficta, cum manifeſta ſint, & publicis hiſtoriarum monumentis teſtata, nunc eadem commemorare nec opus eſt, nec epiſtolæ breuitas patitur; His igitur quaſi diuinis virtutibus allectus Potentiſſimus R E X noſter, te ad ſuum latus aſſiſtere, & ſupremo Italarum rerum conſilio præſidere voluit, ſuper ſtabili, & firma tuæ fidei, tuarumque virtutum ac tuorum optimorum conſiliorum petra iaciens magna tot regnorum fundamenta, teque vnum ex cunctis nuper magna cum autoritate delectum legatum miſit ad Sereniſſimum Angliæ, & Scotiæ Regem ad fœdus cum eo ſanciendum, quod ita bene, feliciter, & celeriter feciſti, vt nemo ſit, qui tuam ſummam ſapientiam pleniori ore magna cum admi-

ratione

ratione non laudet. Quare cum tot nominibus acceptiſſimus ſis tantæ Maieſtati, eidem Librum, & libri Autorem antiquiſſimum, & fideliſſimum, Auſtriæ domus ſeruulum, commendare ne graueris; Quod à tua ſumma benignitate quin facillimè obtinere poſſim non dubito, cum ſemper multis humanitatis officijs me proſequutus fueris; præcipuè Varifij, dum anno 1599. tuo aſſenſu in ædibus noſtris hoſpitio accepi Sereniſſimos coniuges Auſtrios, Archiducem Albertum, & Infantem Iſabellam ad Belgas proficiſcentes. Vale; & Iuriſconſultum Bimium tot nominibus tibi deuinctum protege, & auge.

Datum Mediolani Calendis Ianuarij, Anni 1611.

C O P I A.

GLI Eccellentiſsimi Signori Capi dell'Illuſtriſsimo Conſeglio di X. infraſcritti hauuta fede dalli Signori Riformatori del Studio di Padoua per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquiſitore, & del Circ. Secretario del Senato Gio. Marauegia con giuramento, che nel Libro in dui Tomi intitulato Conſiliorum, ſeu Reſponſorum Io. Petri Bimy I. C. Mediolanenſis Liber Tertius, non ſi troua coſa contra le leggi, & è degno di Stampa, concedono licentia, che poſsi eſſer ſtampato in queſta Città.

Dat. die 18. Auguſti. 1609.

D. Benedetto Sanudo
D. Filippo Bembo } *Capita Illuſtriſs. Conſilij Decem.*
D. Lorenzo Marcello

Illuſtriſsimi conſ. X. Secretarius.

Leonardus Otthobonus.

1609. adì 19. Agoſto

Regiſtrato in Libro à carte 26.

Antonio Loredan.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

VVLGO iactari ſolet promiſſum ſępe eſſe dubium, ego vero, ſi legitimum ſit, cenſeo debitum; & iccirco, vt perfidiæ ſuſpicionem fugiam, Ecce promiſſum Reſponſorum perilluſtris Iuriſconſulti, Io. Petri Bimij Tertium Volumen, tibi offero, atque perſoluo; nec in eo commendando pluribus vtar verbis, cum illud eiuſmodi ſit, vt valde apud omnes ſe ipſum commendet, ſatiſque tibi ſit, intellexiſſe hæc eſſe Reſponſa Bimij; nam ſimul intelliges & prædicabis (quantum ex alijs periculum iam feciſti) eſſe Delphica quidem Reſponſa, iuris prudentiæ ſale, ac priſci, & puri ſermonis dulci melle condita. Datum Venetijs.

IACOBI

IACOBI MENOCHII
PRIMARII LEGVM INTERPRETIS, SENATORIS, ET PRÆSIDIS AC REGII
Conſiliarij Mediolanenſis,

CARMEN
Ad Authorem.

QVid diuina diu nobis oracula differs?
Quid differs tantis nos cumulare bonis?
Crede mihi hæc iudex vel iniquus iura probabit,
Accipienſq; animo candidiore leget.
Illaq; cum poterunt homines euoluere, dicent,
Hæc docuit Pallas dogmata, vel didicit.

ALIVD EIVSDEM.

QVam doctè Bimius librum contraxit in vnum
In multis quidquid Bartole iuris habes.
Quicquid Balde doces, quæ dogmata tradis Iaſon,
Quas Decius cauſas expedit; aut reſecat.
Si (quod vir Samius finxit) poſt vltima fata
Non perit hic animus; ſed noua membra ſubit:
Bartolus in Bimium; aut ſolers migrauit Iaſon,
Aut Baldus; vel tu poſt tua fata Deci.

LAVREN.

Digitized by Google

LAVRENTII POLI SENATORIS ET PRAESIDIS AC CONSILIARII REGII MEDIOLANENSIS,

Carmen.

LEgum qui latebris deducit purius aurum,
Et ius vimq́; notat maximus eloquio:
Hæc opibus merito, lata & ditione potentis
Hiſpani Regis, conſecrat auſpicijs.
Tertius Auſtriaca nam vt regnat ſtirpe Philippus;
Sic ſua regnabunt tertia Conſilia.
At verum vt fatear; ſummi cum pace Philippi:
Imperium Bimio longius iſta dabunt.
Omnes nam cadimus; viuent ſed laude perenni
Conſilia & toto iura probata foro.

ALIVD EIVSDEM.

NOn vnquam Sophia ſic iuncta eſt copia fandi;
Pallade non vnquam tam bene iuncta Venus.
Quid dicam? Lyrico ſi credimus, vtile dulci
Scribendo quiſquis temperat; optimus eſt.
Ergo Oratoris ſummi, Legumq́; periti
Optima ſunt Bimij tertia Conſilia.

EQVITIS

EQVITIS ET COMITIS GEORGII TRIVVLTII SENATORIS REGII MEDIOLANENSIS,

Carmen.

TErtius hic Bimij labor eſt; hæc tertia meſsis
   Præteritis longè plenior; vtilior.
Non attacta gelu; non hæc rubigine læſa,
   Sed larga Cereris turget ariſta manu.
Omnia fert ætas. Tamen accedentibus annis:
   Non vis non animi ſoluitur ille vigor,
Quo Bimius legum tantos euincere fluctus
   Auſus, & immenſo pandere vela mari.
Illum non Syrtis; non vis Scyllæa refregit:
   Omnia diſiecit triſtia laudis amor.
Nulla hic inſidiæ, non fallax herba veneni,
   Nec fandi fictor cernitur Aeolides:
Sed recti ſtudium; & generoſo in pectore virtus,
   Elucent veris ſingula quæq; locis.
At tu magne parens; in caſum audentior omnem
   Dirige, quà virtus te tua ducit, iter.
Nam ſi vera cano; ſi non deludis Apollo,
   Et quartum Bimij conſpicietur opus.

ALEXAN-

ALEXANDRI CARCANI I.C.

EX COLLEGIO MEDIOLANI.

Carmen.

EXpectata tui doctis quid tertia differs
Munera Conſilij promere docte Bimi?
Eia age rumpe moras, alijsq; hos necte labores,
Quos placuiſſe ſciunt, qui tua ſcripta legunt.
Ipſe etenim cunctis decertas, prouida Iuris
Quos duplicis curas condere fama iubet.
Efficias igitur ſtudium, quæ maius ademit
Iſthac, ne nobis amplius arca premat.
Suauis ut optata eſt ardenti lympha palato,
Sic tua noſtra feret munera grata manus.

IOSEPHI SICCI I.C.

EX COLLEGIO MEDIOLANI, ET ROTAE LVCENSIS AVDITORIS,

Carmen.

QVæ tumulo claudi poterant tenet inuida tellus,
Cætera ſub tenero pumice liber habet.
Bimie tu tanti nobis ſolatia caſus
Et pius, & doctus, qua potes arte refers.
Corporis effigies, animis dudum inſita noſtris
Viuit, & ad multas viuet olympiadas.
Quid maius? morum effigiem, & monumenta pudici
Corporis ipſe tuo comprimis eloquio.
Et poſtquàm luci iam terna volumina mandas,
Diceris non bis, ſed ter adeſſe meus.

IO. BAPTISTAE COSTAE

IN ACADEMIA TICINENSI IVRIS PONTIFICII PRIMARII INTERPRETIS,

Carmen,

IN dubio cauſſa eſt? conſultaq́; verba requirit?
Quid fas; quidvè nefas, iudicio ambigitur?
Bimius ecce dedit tibi clara volumina legum.
Huius Conſilijs ſtabis vtroq́; foro.

DOMINICI CVRONICI

VARISIENSIS

Carmen.

IAm ſileas titulos, & magnum nomen auorum
Variſium, matres quos peperere tua.
Nunc pudeat lato monſtrare per atria clauo
Truncos parte ſui iam meliore patres.
Eſt alius, longè ſuperat qui geſta priorum,
Bimia quem nuper protulit ampla domus.
Hunc dicunt Petrum conſulto nomine: petram
Dipœni ſculptam ſcilicet arte noua.
Doctius hic Baldo, pro Iudice Bartolus eſto,
In rauco nouit dicere Iura foro.
Nec minus eloquio clarus: fæcunda lepore
Pectora (iurares eſſe Periclis) habet.
Non obſcura fides: tota eſt Inſubria teſtis
Scriptorum dulci conſtupefacta ſono.
Sed nec Conſilijs impar. Vix Troia tellus
Crede mihi, talem Pulydamanta dedit:
Ergo, ſi ſapies, hoc te iactabis alumno,
Quem decorant mores, Ingeniumq́; ſimul.
Sic cum Ticino Baldi nutrice beata
Par decus, & nomen, par tibi cedet honos.
Aequari dabitur ſic Arpinatibus, atque
Diceris Petro florida terra tuo.

GLORIA

GLORIA FATVR.

Præcipitans æthere claro, roſeis compta corollis, ego, quæ Miniſtra
Sum Themidos; tempore lapſo genita,&, iure alita; & labore
Herculeo. GLORIA ſum, quam venerantur orbis,
Et Stygium atrum genus, & Deorum
Flauus Apollo, Vates,
& omnes
Camenæ.
Delabor ex olympo
Vt BIMIVM hoc ære meo Sonanti
Et Iouis, & Palladis vna Themidoſque vatem
Orbe canam; iam ſuperis noſſe datur, quæ BIMIVS recludit
Mente; docetque BIMIVS iuta, fruantur modo mortalia corda chartis,

IO. PETRI LANDONII
E SOCIETATE, IESV,
PATRIS VENERANDI.

Carmen.

FAma tuos celeres tandem ſiſte inclyta greſſus
Deſine, & eximium tollere ad aſtra Petrum
Nam qua laude tua poterit, vel honore beari
Si meriti eſt dignus nullus honoris honor
Laudi crede mihi, par non eſt, par nec honori,
Plus cui laus debet, plus cui debet honor.

CON-

CONSVLTORVM INDEX.

A

Pro comitibus Alexandro Regio queſtore ordinariorum redditnum ſtatus Mediolani, & Ioã. Baptiſta fratribus Serbellonis, conſ. 205. incipit, Intentio comitum. fol. 55

Pro *feudatarÿ Alex. Viſtarino, & Lauinia Vicecomite coniugibus, conſ. 209. Ad excludendũ.* 16

Pro *feudatarÿs Alex. Viſtarino, & Lauinia Vicecomite coniugibus, conſ. 230. Dum Petrus Franciſcus.* 79

Pro *Feudatarÿs, Alex. Viſtarino, & Lauinia Vicecomite coniugibus, conſ. 253. Rectè putat.* 150

Pro *Alexandro Margarita, conſ. 252. Fundamẽtum ſua exceptionis.* 147

Pro *Alexandro Regna, conſ. 259. Ad ſingula quaque.* 167

Pro *I. C. Alexandro, & fratribus Teſſeris, conſilio 301. Philippus Braſca.* 290

Pro *Ambroſio Magnago, cõſ. 225. Quod pertinet. fol. 65*

Pro *Andrea Pelegrino, conſ. 293. Saluator Fontana.* 252

Pro *Donna Anna de Vique à Leyna matrona Hiſpana, conſ. 215. Donna Anna.* 28

Pro *Antonio Frotta nunc phyſico, conſ. 257. Antonius Frotta.* 162

Pro *Antonio Airoldo, conſ. 276. Si verum.* 210

Pro *Auguſtino Gluſſiano, conſ. 280. Promiſſio.* 251

C

P*Ro Caſare Puſterla, conſ. 241. Conſtitutionem. fol. 108*

Pro *Caſare Regaino Scriba, & ſeu Cancellario Illuſtris Magiſtratus ordinarÿ, conſ. 217. Perſiſtendum eſt.* 43

Pro *Camilla Curtia, & Cattanea, conſ. 265. Videtur prima facie.* 183

Pro *Camillo Caſtillioneo, conſ. 269. Licet aquiſſimum.* 194

Pro *Camillo, & Ambroſio Mirabilis, conſilio 285. Nunc quondam.* 238

Pro *Carolo Antonio Bimio, conſil. 286. Secundum ea.* 240

Pro *Carolo Vicecomite feudatario, conſil. 243. Magis receptum.* 115

Pro *Carolo Vicecomite feudatario, conſi. 298. Perabſurda ſanè.* 281

Pro *Clara Ripalta, conſ. 263. Secundum ea.* 179

Pro *Clemente Orrigono, & Angelica Daneria iugalibus, conſ. 247. Dictat, poſſit.* 131

Pro *loco pio Connenÿ Modoetienſis, conſil. 277. Aduerſus teſtamentum.* 213

F

P*Ro Fabricio Tolentino, conſilio 290. Ad primam.* 253

Pro *I. C. ex collegio Mediolani Ferdinando Brugora, conſ. 242. Quatenus.* 112

Pro *Illuſtriſſima D. Franciſca Guerreria uxore Illuſtriſs. Herculis Conzaga, conſ. 290. Secundum ea.* 284

Pro *I. C. ex collegio Mediol. Franciſco Maria de Medicis de Serenio, conſ. 275. In propoſito caſu. fol. 208*

Pro *I. C. ex collegio Med. Franciſco, & Io. Baptiſta fratribus Carcanis, conſ. 284. Licet.* 236

Pro *I. C. collegio Med. Franciſco Carcano, conſil. 248. cauſa ſalarÿ.* 134

Pro *venerandis Religioſis Sancti Franciſci Med. conſ. 236. Ea eſt.* 95

Pro *Franciſco, & fratribus Seronis, conſ. 239. In cauſa.* 102

Pro *Franciſco, & fratribus Seronis, conſil. 249. Niſi perſpicue.* 137

Pro *Franciſco, & fratribus Seronis, conſ. 255. Ex cauſa.* 158

Pro *Franciſco Seronio, conſ. 267. Licet Frãciſcus. fol. 189*

Pro *Franciſco, & Hieronymo fratribus Brãdonardis, conſ. 258. Lex noſtra.* 165

Pro *Franciſco, & Petro fratribus Canonis, conſil. 260. Satis fundata.* 169

Pro *Franciſco Teſta, conſil. 272. Nunc quondam Franciſcus.* 201

G

P*Ro Galeatio, & fratribus Doſſÿs, conſil. 268 Paucis reſpondendo.* 191

Pro *Gaſpare Squico, conſ. 218. Secundum ea.* 46

Pro *comite Georgio Nugarola, conſ. 208. Ex propoſita.* 14

Pro *comite Georgio Triuultio Equite, & Senatore Mediolanenſi, conſ. 212. Poſtquam.* 24

Pro *comite Georgio Triuultio Equite, & Senatore Mediolanenſi, conſ. 254. Docte adeo.* 155

Pro *Georgio Cribello, conſ. 295. Petrus Franci-*

ſtas Gallaratus. 207
Pro Marchione Guidone Cuſano, conſ. 204. Cum in quolibet. 2
Pro Guidone Ruſcona, conſ. 233. Lex noſtra. 86

H

PRo Hieronymo Regna, conſ. 216. Exceptio. 38
Pro Hieronyma Variſio, cõſ. 227. Legatum. 70
Pro Hieronymo Tatto phyſico, cõſ. 261. Valẽs. 172
Pro Hieronyma Cruceia, conſ. 297. Quoniã. 275
Pro Henrico Vedemaria, conſ. 300. Exceptio. 287
Pro Hoſpitali loca Stella Mediolani, conſ. 170. Secundum ea. 196

I

PRo Iacobo Bebulco, conſ. 245. Tria ſunt. 122
Pro Venerandis Religioſis Patribus ſacra Societatis Ieſu, conſ. 221. Communis. 54
Pro venerandis Religioſis Patribus ſacra Societatis Ieſu, conſ. 266. Praſens. 186
Pro Ioanna Glusſiana, conſ. 237. Dicendum. 97
Pro Io. Antonio Gaffurio, conſ. 273. Satis. 203
Pro Io. Baptiſta Montio à ſecretis excelſi conſilij ſecreti Mediola. conſ. 220. Dicendum. 52
Pro Io. Baptiſta Cattanea, cõſ. 226. Secũdũ ea. 68
Pro Cauſidico, Io. Baptiſta Teſſera, & Clementia Landriana eius coniuge, cõſ. 234. Intentio. 89
Pro Io. Baptiſta Regna, conſ. 250. Multa. 141
Pro Io. Baptiſta, & Maximiliano fratribus Gallaratis, conſ. 251. Omiſſo. 144
Pro Io. Baptiſta Anzauerta, conſ. 264. Propoſito caſu. 181
Pro Io. Baptiſta Gaulio Saxolenſi, conſ. 292. ſecundum ea. 257
Pro Io. Baptiſta Papienſi, conſi. 271. Exceptio. 198
Pro Ioanne Dominico Horumbello, conſ. 228. Cum Nicolaus. 72
Pro I. C. ex collegio Medi. Io. Franciſco Capra Comite Palatino, cõſil. 240. Ad ſingulas. 106
Pro Ioanne Iacobo Criſpo, conſi. 222. Ioan. Iacobus Criſpus. 56
Pro Io. Paulo Modrono, conſi. 262. Multa ſunt. 175
Pro Io. Petro & Alexandro fratribus Burris, conſil. 238. Nec ſiſci. 99
Pro Ioanne Petro Decio, conſi. 279. contra. 219
Pro a. Petro Mozzonio, & conſortibus, conſi. 296 Cauſa hac. 271
Pro Iſabella Porra, conſi. 244. Omiſſa. 120
Pro Iſabella Burſana, conſi. 274. Filius. 206
Pro Cauſidico Mediolani Iulio de Tignoſijs à Sãcto Ambroſio, conſil. 291. Admittenda. 275
Pro I. C. ex Collegio Medio. Iulio Caſare, & fratribus Cribellis, conſil. 302. Secundum ea. 293

L

PRo Venerando præpoſito Sancti Ambroſii Mediolani Lanfranco Regna I. V. Doctore, cõſ. 214. Secundum ea. 38
Pro Leonardo Marnio Cancellario ſeu ſcriba conſilij ſecreti Mediol. conſil. 211. Videtur. 22
Pro Liuia Caſata, conſ. 229. More Scæuolæ. 76
Pro Liuia Caſata, conſ. 287. Dum Liuia. 243
Pro Lucretia, & Blanca Matre, & filia Landrianis, conſ. 246. Lucretia, & Blanca. 126
Pro Lucretia Carçana, conſ. 281. Creditor. 224

M

PRo Mauritio Maſſio, conſilio 282. Cauſa hac. fol. 227

O

PRo Octauiano, & Petro Franciſco fratribus Regnis, conſ. 224. Vectigalis. 62

P

PRo comite Paulo Camillo Marliano, conſil. 207 Fœliciſſima. 11
Pro comite Paulo Camillo Marliano, conſil. 283. Exceptio. 233
Pro Petro Franciſco Georgio Papienſi, conſ. 223. Secundum ea. 60
Pro comite Paulo Camillo Marliano, conſil. 294. Inſtituta. 261
Pro Petro Maria, & fratribus Vicecomitibus feudatarijs, conſ. 219. Licet. 49
Pro comite Pyrra, & Carolo Vicecomitibus, conſil. 210. Ex propoſita. 24
Pro Pomponio Ottolino, conſ. 232. Quoniam multa ſunt. 84
Pro Pomponio Cauenago, conſ. 284. Cum hac bona. 222
Pro Pomponio Cauenago, conſil. 288. Cum lex noſtra. 246
Pro Pompeo, & Alphonſo fratribus Caſtillioneis feudatarijs, conſ. 303. Cum humani. 297
Pro Preciualle Bulla, conſ. 278. Secundum ea. 216
Pro Proſpero Orrigono, conſ. 231. Cum eius ſit. 82

R

PRo eximio I. C. ex collegio Mediol. Ricardo, & fratribus Malumbris, conſ. 213. Inaniter. 28
Pro Rodomonte Birago, conſil. 235. In propoſito. fol. 93

S

PRo Sacromoro Bebulco, & Giacbelina Beſutia coniugibus, conſ. 256. Mihi admodum. 161

T

PRo comite Tatio Mandello, conſ. 206. Quia appellatione. 9

AR-

ARGVMENTORVM INDEX.

A

ACcreſcendi ius in hærede in re certa inſtituto an habeat locum contra teſtatoris prohibitionem, conſ. 220

Aditio hereditatis quibus actibus inferatur, & an partis legatorum ſolutione, vel ex dato de eis ſoluendis mandato, conſ. 222

Agnatio, parentela, vel familia in genere an inſtitui poſſit, & quomodo tunc ſuccedatur, conſilio 290

Agnatum qui ſe dicit huiuſmodi ſe eſſe, legitimè probare debet, & in tali gradu, & ſtatu, vt ſuccedere queat, conſ. 222

Annatę onus an ſoluendum ſit pro conceſſione facta partim interueniente pretio, & partim pro meritis, titu. donationis, conſ. 283

Annus, & dies à iure municipali Mediolani præſtitutus Agnato ad redimendum rem paternã ab agnato alienatam an currat à die venditionis, & ſecutæ traditionis, vel à die ſcientiæ, & an ex capite ignorantiæ reſtitutio in integrum detur, & an ſcientia vera deſideretur, vel præſumpta ſufficiat, & quomodo ea probetur, multaque, & complura in ea re ſcitu digna doctè, & nouè explicantur, conſ. 294

Appellans, quid præſtare debeat, conſ. 218

Appellante ignorante ſi decedat procurator cum quo lis eſt conteſtata, an appellationis deſertio euitetur, & ſententia in cauſa appellationis lata defendi poſſit eo procuratore citato, qui cũ viuus putaretur mortuus erat monitis principalibus ad locum electi habitaculi, conſilio 284

Appellatio an detur quaſi agatur de cauſa criminali ab ordinatione, qua contractus cum muliere geſtus nullus, & inanis declaretur, ob non ſeruatam conſtitutionis ſolemnitatem, & pęnam fiſco applicandam, conſtitutioque Mediolani, titu. de accuſ. §. à ſententia, & titu. de notarijs publicis, §. nulli notarij, & §. contrahentibus, declaratur, conſ. 291

Aqua vicini vnde auertatur, an & quando, quis alueum in ſuo facere poſſit, conſ. 238

Aquæ ducendæ ius, an & quanto tempore aduerſus fiſcum præſcribatur, Senatuſq; conſultum Mediolanum de re agens explicatur, conſ. 238

Ad arbitrium boni viri, an & quando recurri poſſit tertio non arbitrante, conſ. 290

Arbores vi ventorum deiectæ, vel aliter mortuæ ſine culpa conductoris, vel emphyteutę an pertineant ad locatorem, vel ad conductorem, conſ. 214

Aſcendens ſi vni ex filijs ſuis, & eius deſcendentibus prohibuerit alienationem bonorum ad tempus, alteri autem filio, & eius deſcendentibus eam permiſerit, an cenſeatur proinde vnius conditionem meliorem, alterius deteriorem feciſſe contra diſpoſitionem l. municipalis Mediolani, capite 305. in primo, conſilio 264

Aſcendentes vbi lex municipalis diſponat nõ poſſe meliorẽ facere cõditionẽ aliquorum deſcendentium, quin ſtirpes ſint æquales, an vbi aliquid vni filio à patruo donatum ſit, ita vt paternæ hæreditatis portionem alijs ſuis fratribus dimittat, poſſit adhuc eam conſequi, vel quid magis in ea re pro iuris ratione ſeruari debeat, conſ. 267

B

BAronum appellatione, an in priuilegio legitimandi, veniant ſimplices feudatarij, & qui eorum nomine contineantur, conſilio 206

Bona aſſignata filio in emancipationis premium, an conferri debeant, vt partes ſint æquales inter fratres ad præſcriptum l. municipalis Mediol. cap. 305. in primo, conſ. 247

Bona in bonis, & dominio fideicommittentis fuiſſe fideicommiſſarius quibus modijs probet conſ. 249

C

CAducitas an remitti poſſit per prælatum ſine conſenſu capituli, conſ. 235

de Camerali redditu vbi etiam inter priuatos agatur, aut de vectigali Magiſtratus ordinariorum redditũum Mediolani, an ſit iudex competens, conſ. 268

Cardinali frà ſummo Pontifice conceſſa ſit facultas, vt teſtari poſſit ſola epiſtola, an de bonis patrimonij ſui ad pias cauſas præſertim in terris imperij teſtamẽtum facere poſſit ſine teſtibus, & poſthabita omni iuris pontificij, & ciuilis ſolemni forma, conſ. 204.

Cenſus, an conſtitui poſſit ſuper fundo valdè excedente eius creditum, conſ. 231

Cenſus in conſtitutione ſi pecunia non numeretur, an ſufficiat ſi re ipſa paulo poſt perſoluatur, conſ. 231

Chyrographum debiti ſi reperiatur penes debitorem, an & quando debitum ſolutum intelligatur, conſ. 232

Citare ſuum ſubditum in alieno territorio exiſtẽtem, an poſſit iudex vnius territorij ſine literis ſubſidialibus, conſ. 259

Citatio minus legitima, an afficiat citatum comparentem, & an ſententia in vno iudicio lata, in alio iudicio pariat exceptionem rei iudicatæ, conſ. 259

Clerico beneficiato decedente quomodo fructus ſacerdotij anni illius mortis ſint diuidendi inter defuncti hęredem atq; in ſacerdotio ſucceſſorem, & quid dicendum ſit in ſylua cedua, & in domorum penſionibus, conſ. 214

Clericis arma deferentibus, ſi edicto pœna ipſo iure, & facto imponatur, an iudicis declaratio exigatur, conſ. 241

Compenſatio, an opponi poſſit ad impediendam ſententiæ executionem, & reſcripto remouẽte omnes exceptiones tam deductas, quam deducendas, an hæc ipſa compenſationis ſublata cenſeatur, conſ. 230

Conceſſio, an & quando ad primos hæredes reſtricta, vel ad alios ſucceſſores gradatim porrecta, & ad tempus, vel perpetuo facta intelligatur, conſ. 240

Conceſſio ad beneplacitum alicuius an morte extinguatur, & vbi reuocari poſſit quid præſtari debeat, multaq; de huiuſmodi re, & de contractuum interpretatione peritè admodum, & eleganter explicantur, conſ. 298

Confeſſio autoris ficta an noceat hæredi, cõſ. 290

Confeſſio mariti in vltima voluntate emiſſa ad fauorem vxoris, quam probationem faciat, conſ. 208

Conſcientiæ alicuius vbi aliquid remittatur, an eo non declarante recurri poſſit ad arbitrium boni viri, conſ. 232

Conſenſus agnati, vel cognati, qui ex aliquo ſtatuto in dotatione mulieris exigitur, an ex curſu longiſſimi temporis præſumatur interueniſſe, & an teſtibus id probari poſſit, & an approbatio dotationis poſtea ſubſecuta adhibito cõſenſu agnatorum ſororem excludat à ſucceſſione, conſil. 272

Conſenſus ratione officij præſtitus, an & quando conſentienti obſit, conſ. 261

Conſumptum fuiſſe, quæ in repertorio deſcripſit ſi tutor aſſerat clarè, & diſtinctè id probare tenetur, & quomodo deſcriptio, vt legitima ſit fieri debeat, conſ. 209

Conſtitutio Mediola. de Senat. §. cognoſcetque Senatus, diſponens vt Senatus cognoſcat de cauſis vbi res de qua agitur ſit aureorum mille annui redditus, an comprehendat arbitramentorum reuiſionem in qua agitur de pluribus actionibus nedum numero, ſed ſpecie diuerſis cõficientibus ſi ſimul coaceruentur ipſum redditum aureorum mille, conſ. 287

Contractus fœnoris vitio, an & quando coinquinatus cenſeatur, & quid in ea re probanda prę ſtari debeat, conſ. 219

Contractus ſecundus ſe referens ad priorem, quãdo nouationem inducat, conſ. 235

à Contractu emendi, & vendendi, quando qui diſcedere poſſit ob non ſeruatas conditiones, conſilio 282

Creditori debitoris habeutis facultatem luendi rem venditam, àn competat in integrum reſtitutio aduerſus tempus debitori præſtitutũ ad redimendum, conſ. 281

Conuentio de ducendis aquis, quæ durare debeat quamdiu vni contrahentium placuerit, an finire debeat ad vnius placitum, conſ. 298

D

DAmnum ex incendio, vel aliter vbi illatum ſit, an & quando communitas teneatur ſi ex iure aliquo municipali maleficium, vel malefactorem non continget, conſ. 273

Datio in ſolutum quas ſolemnitates deſideret, & quibus rationibus euerti poſſit, conſ. 281

Denuntiatio, quæ eſt facienda ex ſtatuto Mediolani, c. 379. in ſecundo, locatori, vt conductum colonum expellat, aut quod idem priori domino debet ſoluat, an ſufficiat ſi generalis ſit, vel requiratur, vt in ea fiat nominatim ſummę crediti mentio, & fides ſingularis, multaq; de eiuſdem ſtatuti interpretatione diſſeruntur, conſilio 258

Deſcendens ex linea maſculina ſi vocetur, an fœmina in ea diſpoſitione contineatur, & an veniat eo in ſermone filius fœminæ, vel magis ipſius fęminę ſoror à maſculo progenita, cõ. 271

Domus paterna ſi vendatur pretio partim in pecunia numerata, partim in altera domo in ſolutum data recepto, & agnatus eam redimere velit, ex ſtat. Med. c. 417. in primo, an æſtimandũ ſit pretium domus paternæ, vel domus datæ in ſolutum, multaq; eleganter diſſeruntur de ſignis cognoſcendæ permutatiouis, vel venditionis, & in materia huiuſmodi retractus, cõſ. 233

Donans ſi diſponendi facultatem ſibi de aliqua ſumma reſeruauerit, & vbi ſuſceperit liberos irritam voluerit eſſe donationem, an prohibere poſſit ne res donata interim alienetur, conſilio 223

Donator, an & quando de euictione teneatur, & quid ſi hæreditatem donauerit, conſ.223

Donatoris aſſertioni, quod aliquid acquiſiuerit ex bonis in generali, & ampla donatione reſeruatis an ſtetur, conſ.267

Dos materna an debeatur filiæ per fratrem maſculum iam prædefunctum excluſæ ſi pater ad ſecundas nuptias tranſiuerit, conſ.287

Dotis non numeratæ exceptio, an & quando opponi poſſit, & eius confeſſio an in vim donationis valere poſſit vbi morte confirmetur, conſilio 296.

in Dotem datus fundus ita, vt vel is, vel pretium reſtituatur, vel ea fiat reſtitutio, quæ iuris fuerit, an legari poſſit, conſ.213

Dotali domo vendita an debeatur pretium iuxta tẽpus dati in ſolutum aut factæ aſſignationis, vel quo vendita fuit, conſ.213

Dotales pecunias ſocer, qui ſoluere genero promiſit conuertendas in proprietatis emptionẽ, quæ idonea eſſet ad eius guſtũ, ſi interim vxor decedat non oblata proprietate in quàm pecunia erat implicanda, an ſocer in mora dicatur, ita vt gener lucrari poſſit dotem ex iure municipali Mediol.c.298.in primo, multaq; de huiuſmodi moræ culpa doctè, & eleganter tradũtur, conſ.279

Ad Duellum prouocanti, vel prouocatis pœna à conſtit. Mediola.titu.de pœnis adſcripta, an & quando locum habeat, conſ.241

E

ECcleſiæ res ſi ob aliquam cauſam fuerit vendita, & deliberata, an à contractu recedi poſſit ſub prætextu, quod ea cauſa poſtea ceſſauerit, & res eccleſiæ ex qua cauſa alienari queat, & quas deſideret ſolemnitates, & quales eſſe debeant tractatus, conſ.280

Emphyteuſis priuatæ alienatio an poſſit fieri in locum pium vti perſonam potentiorem, & an ſolutio facta tertio cui dominus directus debeat proſit ad vitandam caducitatis pœnam, conſ.240

Emphyteuta vnus ex pluribus ſi alienet partem ſuam non vocato domino, an alijs ſocijs præiudicet, & an alienatione partis bonorum emphyteuticorum fiat omnium iactura, conſ.240

Emphyteuta, an & quando præſcriptione ſe tueri poſſit aduerſus dominum directum, cõſ.240

Emphyteuta ſi domino denuntiet ſe velle vendere rem emphyteuticam, & is acceptet, denuntiato pretio eam emere an eum ipſum pœnitere liceat, conſ.245

Emphyteuta ſi decedat pluribus relictis hæredibus, an inſolidum, vel pro virili conueniri poſſint, conſ.259

Emphyteutica bona ſi in dotem dentur, an in pœnam caducitatis incidant, & an & quando propter delictũ in fiſcũ peruenire poſſint, cõſ.228

Emphyteutica penſio priuati ſi ſit deſignata ad faciendam rem ſacram, vel ſi quæſtio ſit cũ loco pio, quiſnam iudex adiri poſſit, conſ.240

Emphyteuticis bonis maximè eccleſiaſticis, an & quando fideicommiſſi onus impoſitum intelligatur, multaq; & complura de interpretationibus, & coniec.vlt.vol.acutè, & eleganter explicantur, conſ.210

Emptor vbi ſciat vitium rei venditæ, an venditor aliquid præſtare teneatur, conſ.250

Enuntiatiua verba, an & quãdo probẽt, cõſ.250

Errans in iure an cenſeatur hæreditatem repudiare, conſ.261

Error iu vnaquaq; re emendandus eſt, conſ.250

Æs alienum ab hærede ſolutum, factæuè meliorationes an poſſint compenſari cum fructib. perceptis, & an pro dotibus ſolutis cenſeantur tacitè in ſolutũ data bona habita ratione tẽporis ſolutionis, vel euenientis conditionis, cõſ.243

F

FAcultas aliqua vbi ſit conceſſa fratribus, vel maiori eorum parti, vel maiori nato, quis eorum debeat præferri, conſ.240

Falſa cauſa, an & quando contractum etiam trãſactionis vitiet, & an is in vim donationis ſuſtineri poſſit, conſ.256

Fatalia an prorogari poſſint conſenſu partium, & an à procuratore ad cauſas, & lites, vel cum libera, aut effecto dño litis, & an a principe inuita etiam vna ex partibus, conſtitutioneſque Mediol.de iudicijs declarantur, conſ. 243

Feudum, an & qñ dicatur ſimplex ex pacto, & prouidẽtia, vel hæreditarium aut mixtũ, conſ.212

Feudum alicui ita conceſſum, vt poſſit diſponere tam in vita, quam in morte pro libero voluntatis, tit.feudi, & ſaluo iure fidelitatis an in fiſcũ tranſire poſſit, conſ.254

Feudi alienandi facultas alicui cõceſſa an ad ſucceſſores trãſeat, & an in alienatione, quę poſtea fiat, dñi conſenſus adhuc requiratur, conſ.254

Feudo, vel iuriſdictione legata an pars poſt teſtamentum acquiſita legato accreſcat, conſ.216

Fideicommiſſum an generale, vel magis ſingulare ſit dicendum, & an in contractu illud ſcribi poſſit, conſil.222

Fideicõmiſſum duobus fratrib. ſcriptum vbi alter eorum ſine filijs maſculis legitimis, & illegitimis decederet, an filijs exiſtentibus euaneſcat, & vbi duret, an illegitimis vnius lineæ præferri debeant filiæ legitimè natæ alterius lineæ, multaque de huiuſmodi interpretatione doctè, & acutè diſſeruntur, conſ.228

Fideicommiſſum, an & quando ampliet adiuncta ratio, conſ.229

Fideicommiſſum ad fauorem maſculorum, an & quando allatum intelligatur ad excluſionem fœminarum alterius lineæ, quæ ſint magis proximæ grauato, conſ.246

Fideicommiſſi ea conditio ſi quis ſine filijs de legitimo matrimonio natis deceſſerit, adiecta primo inſtitutis, quando in ſubſtitutis repetita cenſeatur, conſil. 249
Fideicommiſſo renuntiatum, an & quando ex clauſulis in diuiſionibus appoſitis cenſeatur, conſil. 251
Fideicommiſſo ſubiecta domus an poſſit pro eccleſiæ amplitudine, vel pro lauto ædificio alienari, lege fideicommiſſi minimè aduerſante, conſil. 237.
Fideicommiſſis, an & quando ratio ampliet dictum, conſ. 220
Filius ſi ad præiudicium patris confeſſus fuerit pecunias dotales recepiſſe, an probare poſſit eas re ipſa patri non ſibi numeratas, eiuſque cõfeſſionem errore imbutam fuiſſe, conſ. 242.
Filius in crimine leſę Maieſtatis an pro patris ſcelere puniri debeat, conſ. 245
Filius ſi res alienum contraxerit ſub hypotheca bonorum ſuorum conſtituẽdo creditorem pro curatorem in rem ſuam irreuocabilem, & poſtea alienet tot bona, quæ eius legitimam abſorbeant, an in eius legitimam imputari debeant bona in ſolutum data creditori ratione eius hypothecæ, vel tantum, quæ cum tranſlatione dominij alienata fuerunt, conſilio 274
Filij nati ex muliere nupta extra iuriſdictionem domini prętoris Mediolani an ſuccedere poſſint ab inteſtato, vel ex teſtamento non aduerſante ſtatuto Mediolani, cap. 311. in primo, ſi velint venire ad habitandum in iuriſdictione Mediolani, multaque ſcitu digna in ea re de nuptijs contrahendis elegantiſſimè afferuntur. conſil. 260
Filij prioris matrimonij an ſuccedere poſſint matri, tantum in dote primo viro data, & nón in ea quæ longè maior eſt data ſecundo viro, conſilio 262
Fœminæ an faciant partem ad fauorem maſculorum, quãdo auia teſtata decedit ex ſtatuto Mediolani, cap. 279. & 280. in primo volum. conſilio 213
Fructus in petitione hæreditatis an veniant à die mortis, vel à die petitionis, conſ. 247
Fructus percepti ab hærede ante petitam fideicõmiſſi reſtitutionem, an fideicommiſſario debeantur, conſil. 297
Funeris impenſa, quam hæres fecit contra teſtatoris iuſſum, an ex fideicõmiſſo deduci queat, conſil. 303
Furioſo, vel mente capto an detur reſtitutio in integrum maximè aduerſus præſcriptionem etiã quadraginta annorum, conſ. 247

H

HÆres, quæ onera agnoſcat in fideicommiſſi reſtitutione, & an ſuum ipſius creditum detrahere poſſit. conſ. 303
Hæres ſi decedat ante mortem teſtatoris an facta ſubſtitutio ſiue ea vulgaris ſit, vel alia, quæ ius an euaneſcat, conſ. 277
Hæredi vbi ſit emendi neceſſitas impoſita an intereſſe debeatur ſine interpellatione venditoris, & an commiſſa cum defuncto mora tranſeat in hæredem abſque interpellatione, conſilio 232
Hypothecæ iuri, quanto tempore præſcribatur, & an ea iuuet excuſatio, quod agi non poſſit contra tertium poſſeſſorem non excuſſo principali, & an & quando in ea re detur reſtitutio in integrum, conſ. 292

I

IMmunitas conceſſa filio an patri tribuatur, & & contra, conſ. 217
Impenſa facta in cultura bonorum, quæ ſuis (vt aiunt) manibus coluntur, an in legato vſusfructus debeat deduci ad proprietarij vtilitatem, conſ. 214
Impenſa neceſſaria in re in vim pignoris, & hypothecæ capta à quo fieri debeat, vel à poſſidẽte, vel à debitore, conſ. 245
Impenſarum, quot ſint ſpecies, & an & quando, & quas deducat bonæ, vel malę fidei poſſeſſor, & an quantum melior res ipſa facta eſt, vel quantum eſt in eam impenſum, multaque in impenſarum materia ſcite, & peritè explicantur, conſilio 250
Inſtitutis filijs maſculis, & vbi ex ventre pręgnante orta eſſet fœmina ea dotata, & poſtea vbi dicti filij ſui tam nati, quam naſciturì hæredes, vt ſupra inſtituti, & eorum filij, & deſcendentes decedant ſine filijs, ſubſtituto extraneo an filia hæc defunctis maſculis hæredibus ſcriptis ſine filijs ſubſtitutum ipſum excludat, conſilio 237
Inuentori alicuius publici commodi præmium, & priuilegium conceſſum an ad eius hæredes tranſeat, conſ. 270
Interdictum ſub conditione factum irritum eſt non comprobata conditione, conſ. 236
Intereſſe, & damnum, quod iurari poteſt ex alicuius legis municipalis beneficio vſque ad certam ſummam an vltra eam teſtibus, vel aliter poſtea probari adhuc poſſit, conſ. 217
Intereſſe certum an conueniri poſſit, & ob nõ impletum contractum, an & quando ab eo recedi poſſit, & actio impediatur, conſ. 226
Intereſſe pro legato ſub conditione relicto an debeatur à die comprobatæ, vel purificatæ, conditionis, vel à die interpellationis, vel litis conteſtatæ, conſ. 243
Intereſſe, an & quando mulieri ſecundo nuptæ ab hæredibus prioris viri debeatur, conſilio 245
Intereſſe quanti plurimi, an & quando à debitore

moroſo exigi poſſit, ſententiaque lata creditur, ex cauſis, quæ in actis continentur, conſil. 259

Irregularis an & quando celebrare poſſit non obtenta abſolutione in foro exteriori, & facta declaratione, vbi celebret quam pœnam ſubeat, conſil. 241

Iudicium vbi cœptum eſt, non ſemper ibidem finem accipere debet, conſil. 278

Iuramentum in chirographo enuntiatum, quam vim habeat, conſil. 261

Iuramentum à parte pacti delatum, an & quando poſſit ciuili iudicio, vel tantum criminali reprobari, ſtatutaque Mediolani, cap. 100. & cap. 102. in primo, ſcitè declarantur, conſi. 300

Ad Iuramenti delati formam, quando aliquid facere dicatur, conſil. 293

L

Legatum certæ pecuniæ alicui factum, & ſoluendum cum erit annorum 25. an ſi interim decedat tranſmittatur, vel caducum fiat, conſil. 227

Legatum, an & quando factum cenſeatur animo compenſandi etiam cum debito hæredis, conſil. 232

Legatum factum pro omni, & toto eo quod quis prætendere poſſet, in & ſuper hæreditate, an & quando animo compẽſandi factum cenſeatur cum fideicommiſſo, quod legatarius prętendebat, conſil. 286

Legatum generis, quando reſtrictum cenſeatur à ſubſequentibus ſpeciebus, conſil. 292

Legatum habens onus annexum, an & quando ita agnitum cenſeatur vt vnum ſine altero haberi nequeat, conſil. 296

Legatum ſub duplici conditione copulatim factũ an & quando debeatur ſi vna tantum eueniat conditio, conſil. 296

Legati translatio facta in caſu voluntatis an trahatur ad caſum impotentiæ, conſil. 286

Pro Legato quę actiones dentur, & vbi hęres poſſidens hæreditaria bona fuerit condemnatus ad illud præſtandum, an res iudicata poſſit poſtea executioni mitti contra fideicommiſſarium cui bona reſtituta ſint, maximè cum poſtea fuerit, & ipſe in cauſa appellationis citatus, & declaratum ſit legatum deberi, & ſoluendum eſſe, conſil. 209

In Legato creditorum an contineatur pretium oblatum ab eo, qui facultatem redimendi rem venditam habens emptori illud offert, dicens ſe velle redimere, & emptor oblationem acceptet, conſil. 218

In Legato liberationis eius, quod legatarius leganti debet, an contineatur id quod legans vti legatarij ſubmiſſa perſona tertio debet, conſil. 255

In Legato generali vſusfructus an veniant bona primogenituræ, & fideicommiſſaria, & an & quando hæres cum beneficio legis, & inuentarij poſſit defuncti factum impugnare, conſil. 276

In Legato domus à nobili, an contineatur domuncula ei vicina, quam teſtator locauerat colono, & qua aliquando vtebatur pro vſu domus à nobili, conſil. 278

Legatarius cui pars aliqua hæreditatis legata ſit, an aliorum legatorũ partem agnoſcere, & ferre debeat, & propterea an vxor cui maritus legauit vltra quartam à iure municipali Mediolani legari permiſſum, & quæ fuit poſtea ad dimidiam hæreditatis ex ſenatus diſpenſatione redacta ſolutionem legatorum ſuſtinere debeat, conſil. 244

Legatis filio naturali alimentis an veniat impenſa ſtudiorum, multaque & complura in ea te doctè & eleganter explicantur, conſil. 257

L. ſecundæ. C. de reſcind. vend. remedium an habeat locum in donatione ob cauſam vel viciſſitudinaria, conſil. 223

L. 2. C. de reſcindenda venditione remedium an detur aduerſus renuntiationem hæreditatis, & an eadem infrangatur ob falſitatem cauſæ, conſil. 263

L. 2. C. de reſcindenda venditione, remedium an locum habeat in locatione bonorum, quæ erãt penes tertium, & quæ induſtria, & opera conductoris recuperata fuerunt, & quòmodo læſionis æſtimatio in ea re facienda ſit, conſ. 269

Legitimæ an aliquod onus imponi poſſit etiam filio cum iuramento conſentiente, conſ. 287

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an is dicatur, cum cuius matre tempore eius conceptionis matrimonium eſſe non poterat, licet poſtea ducta fuerit in vxorem, & an is legitimari poſſit poſt mortem patris, vt cum alio filio legitimato ſuccedere poſſit, conſil. 295

Legitimatus filius, vt ſuccedat in bonis in teſtamento relictis in quo erat prohibita detractio legitimæ, & in relinquendis etiam ſi minor eſſet portio, quam legitima, an legitimam conſequi poſſit contra patris voluntatem in præiudicium fideicommiſſariorum doctè & eleganter explicatum, conſil. 303

Legitimatus an agnationis iura nanciſcatur, conſil. 222

Legitimitatis qualitas an probari debeat, & quomodo probata dicatur, conſil. 249

Libellus an mutari poſſit impenſis minimè prius refectis, conſil. 215

Libelli clauſulæ amplæ, & generales, quam vim habeant, & an ex eis ineptus libellus defendi queat, & miſtus executor an cauſam conſilio ſapientis committere debeat. conſ. 301

Litigioſi in vitium, an & quando quis delapſus dicatur, conſil. 219

Litis conſors quis dicatur, & an eius oppoſitio, & ſeu contradictio facta cridis proſit cæteris conſortibus, conſtitutioque Mediolani de bonis ad

cridas

cridas ponendis declaratur, conſil. 219
Locator in fructibus ex bonis ſuis natis, & inuectis & illatis an præferendus ſit locatori priori eorumdem bonorum creditori eiuſdem conductoris, conſil. 214

M

MAndatum, an & quando præſumatur, & an coniecturis probari poſſit, conſil. 219
Mandatum ſi quis dederit alicui ad tractandam, vel faciendam emptionem alicuius rei, an reuocatum cenſeatur ex eo, quod mandanti mandatarius dixerit, vt daret ſibi pecunias pro emptione facienda, & is illas non dederit, vel ex eo quod mandans ab eodem interrogatus, vt de emptione deliberaret (quia idem mandatarius eam rem pro ſe emere intendebat cum ea indigeret) reſpondit, ſi ego eam rem haberem illam ſibi ipſi darem, conſil. 300
Mandatum qui ſuſcipit ad aliquid emendum, ſi ſuo nomine id emat, an cogi poſſit ad rem tradendam, vel tantum ad id quod intereſt, conſil. 300
Maritus an poſſit opponere ſui crediti compenſationem ad excludendum creditorem vxoris ratione rei ipſi marito in dotem datæ, conſilio 209
Maritus ſi vxori in augumẽtum dotis certam ſummam annuam conſtituerit an earum proprietas, vel vſusfructus tantum debeatur, conſilio 262
Minor an reſtituatur aduerſus non impletum ex parte ſua contractum, conſil. 223
Minoris renuntiantis contractus quas ſolennitates deſideret, conſil. 268
Moleſtiam ſi teſtator prohibuerit alicui fieri à filijs alicuius, an eorum pater impunè eam afferre poſſit, conſil. 232
Mors quomodo probetur, & à quo probanda ſit, conſil. 268
Mors an probetur teſtibus in alio iudicio, & in alia ciuitate receptis, conſil. 286

O

PRopter odium vnius an quis poſſit prohibere ne eius hæreditas ad alterum perueniat, conſil. 275

P

PEcunia ſi ſit implicanda in idoneam proprietatem, quæ in ea re adhibenda ſit diligentia ad hoc, vt debitor rectè cogi poſſit ad eam exſoluendam vel deponendam, conſil. 301
Pecunia à patre penes mercatores depoſita nomine filij an filio quæſita cenſeatur, conſil. 303
In Permutatione re integra an licita ſit pęnitẽtia, & quando integra dicatur, & an in tranſactione venditionis appellatione veniat permutatio, conſil. 290
Pluralitas ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in cõtractibus, an in ſingularitates reſoluatur, conſilio 297
Pęna conuentionalis ſi excedat intereſſe, an licitè tota petatur, maximè à viris religioſis, conſilio 227
Poena in priuilegio ciuilitatis ſcripta, vt ſcilicet ſi ciuis decem annis non habitauerit, vel habitare deſierit, bona acquiſita, fiſco adiudicata cenſeantur, iuxta ordines ſuperinde editos, an indulto regio, ſeu decreto gratioſo Mediolani, anno 1600. ſexto Iunij promulgato, remiſſa intelligatur, multaque in huiuſmodi re doctè & ornatè, atque nouè explicantur, conſil. 253
Pęna legis vel conuentionis, an & quando à iudice minui, vel augeri poſſit, conſil. 273
Poſitionibus vt reſpondeatur, quod mandatum requiratur, conſil. 250
Poſſeſſionis cauſa primo loco eſt tractanda, & an cum petitorio cumulari poſſit, & an conductor quæſtionem dominij mouere queat, conſilio 282
Præſcriptionis præſidium, an in foro conſcientiæ tollatur ex mala fide ſuperueniente; conſilio 247
Pręſcriptionis exceptio omiſſa à principali, an opponi poſſit ab eo, qui ducit cauſam ab illo, & an eo inuito obijci queat, conſilio 292
Princeps vel eius procurator ſi vectigal vendat, vel aliud quidpiam, an aliquid agere poſsit per quod eius exactio impediatur, ne fiat, prout cõtractus tempore fieri ſolebat, & quid ſi id fieri vellet via vniuerſalis legis, vel propter publicã vtilitatem, an damnũ ſarciri emptore debeat, conſilio 224
Princeps vel fiſcus ſi aliquid ſimpliciter vendat, an intelligatur habere facultatem redimendi, & an pactum redimendi perpetuum fiſco conceſſum triginta annorum ſpacio præſcribatur, conſilio 224
Principis declaratio an ad ipſius legis tempus referatur, & an tertium afficiat, conſil. 231
Priuilegium fori, quo eſt donatus maritus, an vxori detur, conſil. 217
Prohibitio alienationis, an & quando inducat fideicommiſſum etiam in caſu mortis, multaque de interpretationibus, & coniecturis ac præſumptionibus fideicommiſſorum doctè & ſubtiliter explicantur, conſil. 229
Prohibitio Trebellianicę, quibus verbis afferatur, & an ſcripta in caſu delicti ad caſum mortis porrigatur, conſilio 286
Prohibitioni alienationis, vel fideicommiſſo, an & quando cõtrauentum dicatur ex inſtitutione facta eius qui ab inteſtato erat ſucceſſurus. conſilio 246
Ex Prohibitione alienationis ad certum tempus facta, & ex promiſsione vt vbi ſupereſſent filiæ

à tribus

à tribus ſupra poſſent patri ſuccedere in tertia parte computata legitima, vel Trebellianica, & reliquum hæreditatis voluerit teſtator rema re in alijs ſuis deſcendentibus maſculis in ſtirpes, & non per capita, & quod nulla mulier legitima, nec naturalis, nec alicuius conditionis exiſtat, poſſit ſuccedere. an cenſeatur inter deſcendentes maſculos inductum perpetuum, & mutuum fideicommiſſum excluſis fęminis, quę non eſſent illius numeri, multaque non minus doctè & acutè, quam eleganter, & ornatè traduntur de interpretatione, & coniecturis vltimarum voluntatum, conſil. 302

Promittens dotem pro alio, qui efficaciter non ſit obligatus, an teneatur, & ſi affirmauerit habere diſpenſationem, quam non habebat, an ad id quod intereſt conueniri queat, conſil. 276

Promittens alterius factum per modum conditionis, an & quando liberetur, vel ipſe obtinere poſſit, quod ab alio poſtulat, præſtãdo id quod intereſt vel fideiuſſorem adhibendo, conſilio 289

R

Ratificatio vbi expreſſa conuenta ſit, an tacita ſufficiat, conſil. 301

Rationis redditionis iudicio pendente an retardari poſſit reſtitutio eorum, quę in repertorio deſcripta ſunt, conſil. 209

Repudiaſſe hæreditatem paternam, an ſoror cenſeatur ex eo quod longiſſimo tempore permiſerit fratrem bona paterna poſſidere, & quod ab eo dotari petierit adiunctis maximè alijs coniecturis, conſilio 272

Reſtitutio in integrum an competat priuilegiato contra priuilegiatum, conſilio 249

Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ an detur aduerſus lapſum temporis præſtituti à ſtatuto ad retrahendam rem venditam, vel quia paterna ſit, vel ratione congrui, conſilio 250

Reſtitutio in integrum an detur aduerſus lapſum anni præſtitutũ à ſtatuto Mediolani cap. 417. in primo, volenti retrahere rem alienatam vti paternam ob ignorantiam, & an ſcientia præſumpta vel vera deſideretur, & qui illius legis beneficium conſequi intẽdit quid præſtare debeat, conſilio 288.

Reſtitutio in integrum an detur aduerſus ſententiam contra minorem latam, & quæ poſtea cõfirmata fuit eo interim maiore facto, conſilio 263

conſuetudinem regionis ſequi debemus in vnaquaque re interpretanda, conſi.108.num.7
Ex conſuetudine viuentis ſumitur coniectura voluntatis morientis, conſil.204.num.62
conſumpta ſi tutor aſſerat ea, quæ in repertorio deſcripſit tenetur id probare, conſi.209.num.30
conſumptio cum ſit quid facti non præſumitur, niſi probetur, ibid.num.37
conſumptio cum ſit quid facti non præſumitur, niſi probetur, conſi.230.num.16
copula concurſum copulatorium requirit etiam in perſonis in quibus cadit ordo charitatis, & affectionis, modo non ſint ex deſcendentibus teſtatoris, conſi.296.nu.62
copula reſoluitur in diſiunctam ex neceſſitate, & repugnantia, ibid.num.78
copula aliquando ſtat ampliatiue, vt dicitur de priuilegio conceſſo Doctoribus, & militibus, & originarijs, & habitantibus, ibid.num.98
Ex copulatis quodlibet producit effectum incapacitatis, ibidem, num.64
contemnendus eſt, nemo etiam parua conditionis, conſilio 227.num.27
continuari in hæreditate debet ſubſtitutus, vel qui venit ab inteſtato vbi hæres ſcriptus ſit incapax, conſilio 234. num.36
contractus ex poſt facto ſunt neceſſitatis, conſ.205.nu.54
contractus vna pars alteram declarat, conſi.207.nu.40
contractus à principio voluntatis ex poſt facto fiunt neceſſitatis, conſ.218.num.20
contractus celebratus cum viro valde potenti propter importunas eius preces vel blãditias videtur reſcindendus tanquam metu factus, conſ.221.num.59
contractus capitulum vnum alterum declarat, conſil.222. num.60
contractus fidem princeps ſeruare debet, conſ.224.nu.26
contractus vbi ſit iuramento, vel ſtipulatione munitus pœnitere non licet, ſed omnino ſeruari debet, conſil. 226. num.26
contractus talis eſt iudicandus qualem eius figura, & contrahentium denominatio demonſtrat, conſ.233.nu.2
contractus debet primum interpretari ex verbis in eo explicatis, conſi.233.num.4
contractus origo eſt inſpicienda, ibid.num.5
contractus ab effectu debet denominari, ibid.num.13
contractus nomen non eſt attendendum, ſed ſubſtantia ipſius, ibid.num.17
contractus eſt talis iudicandus qualem eius figura demonſtrat, niſi aliter res ipſa, & eius effectus ſuadeat, ibidem num.33
contractus minoris ætatis fauore claudicare poteſt, conſi.245.num.24
contractus minoris non dicitur omnino nullus quoties acceſſerit diſpenſatio Senatus, conſi.252.num 58
contractus ab eo factus, qui habet poteſtatem condendæ legis pro lege ſeruari debet, conſ.253.num.73
contractus ſicut reſoluitur ob defectum conditionis, ita etiã reſoluitur ob non implementum modi ſi adſit clauſulare ſoluenas, ibid.num.75
contractus ſimulatus iuramento non firmatur, conſil.256. num.8
contractus talis eſt iudicandus qualem ſua figura, & contrahentium denominatio oſtendit, ibid.num.37
contractus principalis ſi non valet, vtique irrita ſunt, quæ accedunt, conſ.261.num.38
contractus verba ſunt ſtrictè intelligenda, & nihil venit, niſi quod actum eſt, conſi.262.num.46
contractus omnes ex conuentione legem accipiant, conſilio 262.num.46
contractus reſciſio ob falſitatem cauſæ finalis, & ob enormiſſimam læſionem licet peti poſſit non obſtante iuramẽto, tutius eſt tamen ſi abſolutio petatur, conſ.263.nu.21
contractus etiamſi ad certam perſonam reſtrictus videatur ad hæredes tranſit, quia idem iuris, quod eſt de aliquo idem eſt de eius hærede, conſ.270.num.7
contractus ſine conſenſu agnatorum factus, qui ex ſtatuto erat adhibendus iuramento, confirmatur, conſilio 272. num.5
contractus eccleſiæ vtilis, quando dicatur, conſ.280.nu.18
contractus ſubſtantia non videtur poſſe poni in voluntate tertij, ibid.num.29
contractus accidentalia poſſunt arbitrio vnius ex contrahentibus remitti, ibid.num.30
contractus ſubſtantialia licet in voluntatem vnius ex contrahentibus videantur non poſſe remitti, tamen in tertij voluntatem id fieri poſſe videtur, quia eo non arbitrante res reducitur ad arbitrium boni viri, ibid.num.31
contractus ſunt ſtricti iuris, & ideo non fit extenſio de caſu ad caſum, conſ.282.num.79
contractus reſolutioni locus eſt ex capite cauſa non ſecuta, qua contractui cauſam dedit, ibid.num.93
contractus verba ſunt forma contractus, & forma dat robur rei, ibid.num.119
contractus qualitas magis cognoſcitur ex pactis quam ex verbis, conſ.283.num.33
contractus à nobis factus, vt effectum ſortiatur à natura nobis inſita eſt affectio, conſ.294.num.43
contractus verba contra eum interpretãtur, qui potuit apertius legem dicere, conſ.298.num.14
contractus à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto autem fiunt neceſſitatis, ibid.num.15
contractus recipit interpretationem ab obſeruantia ſubſecuta, ibid.num.16
contractus ad hæredes, & ſucceſſores tranſit, ibid.nu.17
contractus an & quando ob non ſeruatam fidem irritus fiat, ibid.num.18
contractus vtriuſque partis conſenſu ſicut initur ita etiam diſſoluitur, ibid.num.23
contractus pars vna alteram declarat, & eius natura cognoſcitur ex adiunctis pactis, ibid.num.46
contractus interpretationem recipit ab ipſo effectu, ibidem num.47
contractui quod cauſam dat ſubſtantiale cenſetur, conſilio 282.num.63
contractum non ſeruanti non eſt is ei ſeruandus, conſ.223. num.23
contractum non implens non impeditur ad primum iura ſua redire, conſ.226.num.22

Con-

Digitized by Google

Contractum ſi quis non ſeruet, poteſt agi ad id quod intereſt, conſil.276.num.12
contractum debet quis re ipſa implere vbi ſit vltro citroque obligatorius ad hoc vt agere poſſit, conſi.279.num.44
contractuum firmitatem, qui contemnit is vincula iudiciorum, & publicæ vtilitatis reuellit, conſi.280.nu.14
contractum qui implere debet id præſtare tenetur abſq; alia interpellatione quàm primum poteſt, conſi.282.nu.76
contractum qui debet implere, debet ex parte ſua offerre nemine etiam poſtulante, conſi.300.num.13
contractum eo magis implere debet, qui nouum ius acquirere intendit, ibid.num.14
contractu non ſeruato, poteſt pars ad primæuam redire actionem, conſi.223.num.22
A contractu priori quis non intelligitur recedere niſi clarè appareat, conſi.235.num.32
Pro contractu præſumptio in dubio capi debet, conſil.255.num.26
Ex contractu agens repelli poteſt ea exceptione, quod ex parte ſua contractum non impleuerit, conſilio 256.numero 29
A contractu legitime facto diſcedere non licet, conſil.280.num.33
A contractu recedere non licet vbi res non ſit amplius integra, conſil.280.num.26
A contractu an recedatur ex capite penitentiæ, vel cauſa non ſubſecutæ multum intereſt, conſ.282.num.89
In contractu vltro citroque obligatorio habet locum ea exceptio tu non impleuiſti è latere tuo, conſil.289.nu.10
A contractu facto ſub errore, & ſub ea credulitate, vt res ita ſe haberet, cum tamen aliter eſſet, recedi poteſt à quolibet contrahentium, conſ.299.num.27
A contractu vim nominati contractus habente recedere licet, ex capite cauſæ non ſecutæ, conſ.298.num.40
A contractu nominato receditur cauſa non ſecuta ob quam aliquid principaliter datum eſt, ibid.num.38
In contractibus correſpectiuis vno deficiente, alterum deficit, conſi.226.num.23
In contractibus mens ſpectatur etiam ex coniecturis deſumpta, conſi.229.num.8
In contractibus mentiri non licet, conſ.244.num.38
In contractibus veritas magis inſpicienda eſt, quam fictio, magiſque ſpectandus effectus quam verba, conſilio 255.num.3
In contractibus mens eſt potiſſimum inſpicienda, conſilio 261.num.29
In contractibus mentiri non licet ad ſui commodum, & ad alterius detrimentum, conſil.263.nu.36
In contractibus mens contrahentium eſt potiſſimum inſpicienda, & proceditur de ſimilibus ad ſimilia, conſi.265.num.39
In contractibus ſequi debemus id, quod actum eſt, conſilio 270.num.24
In contractibus adhibenda eſt cautio, & diligenter inſpicienda perſona eum qua contrahas, conſ.279.nu.37
In contractibus ſit interpretatio ex coniectura voluntatis, conſi.282.num.78
In contractibus etiam nominatis locus eſt penitentiæ ſi promiſſa ſub clauſula reſolutiua non impleantur, ibidem, numero 88
In contractibus etiam nominatis locus eſt pœnitentiæ ex defectu implementi, maximè ſi ita conuentum ſit, ibidem num.92
In contractibus ſit ſtrictior interpretatio, & caſus omiſſus pro omiſſo habetur, ibid.num.117
In contractibus etiam nominatis habet locum conditio ob cauſam ſi non præſtetur, quod promiſſum eſt, ibidem, numero 62
A contractibus nominatis non receditur, etiamſi promiſſa non ſeruentur, conſ.298.num.19
contradicere quis non tenetur cum ſcandali timor ſubeſt, conſ.261.num.37
contradictori legitimus in vtroque poſſeſſorio tam plenario, quàm miſto auditur, conſi.234.num.32
contrahens cum muliere licet non poſſit allegare nullitatem contractus ad ſui ipſius fauorem non ſic agnatus, conſil.261.num.39
contrahens cum alio debet eius conditionem exquirere, ibidem, num.50
contrahentes ſi teſtentur facere contractum permutationis, cum tamen re ipſa ſit potius contractus venditionis, eorum confeſſioni non ſtatur in præiudicium tertij, conſilio 233.num.16
contrahentes ſe voluiſſe conformare ad ius ſtatutorum eſt præſumendum, conſ.282.num.102
contrahentium verba debent intelligi propriè, & vt immediatè referuntur ad aliquid, conſ.255.num.15
contrahentibus ſe in pretio decipere permiſſum eſt vſque ad dimidiam partem iuſti pretij, conſ.262.num.3
contraria allegans non ſemper repellitur, conſilio 205.numero 60
contrarietas vt effugiatur impropria admittitur interpretatio, ibid.num.58
contrarietas aut repugnantia non attenditur in teſtibus quando non eſt ſuper principali negotio, & principale nõ dicitur, quod in capitulo non continetur, conſilio 277.numero 48
conuentio an intelligatur de primo actu, conſilio 270.numero 2
conuentio ob cauſam facta, quæ perpetua ſit, perpetua vtiq; ea cenſetur, conſi.298.num.41
conuentionalis pœna pro legali habetur vbi in omnibus, & per omnia ei conuenit, conſi.253.num.80
conuentionis proprium eſt imponere vel tollere pœnam non natam, ſed naſciturum, conſi.273.num.38
conuictus quis dicitur ſi concurrant indicia, & argumenta indubitata, conſ.294.num.117
corporis aſpectus ad probandam ætatem ex cuiuſque iudicio facile maior, & minor videri poteſt, conſilio 268.numero 46
correcta aut reformata iuris diſpoſitio cenſetur ſi ea ſtatuto vel conſtitutione immutata ſit, conſ.281.num.9
correctio induci non debet ex ſubaudito intellectu, conſ.287.num.46
correctio, & non declaratio dicitur vbi contrarius verbis ſenſus affcratur, conſ.298.num.2
correctionis quę & quanta ſint commoda, conſilio 217.numero 21
correctionis vitium vt effugiatur ſemper interpretatio eſt facienda, conſ.277.num.34
correſpectiua dicuntur etiam ea quæ fiunt inter alias perſonas circa tamen idem negotium, conſ.252.num.45
correſpectiui actus dicitur etiamſi paulo ante, vel poſt vnus poſt alium fiat, conſ.251.num.27
correſpectiuitas actuum ceſſare videtur cum aliud ad id conueniens poſtea ſubſecutum non ſit, conſilio 255.numero 23.
correſpectiuitas quibus modis inducatur, conſilio 252.numero 43
correſpectiuitas locum habere non videtur niſi adſit perſonarum identitas, ibid.num.44
correſpectiuum aliquid dicitur cum confeſtim vnum ſit factum poſt aliud & gratia alterius, conſilio 255.numero 1
correſpectiuum quid nõ dicitur niſi concurrat identitas negotij, & temporis, ibid.num.46

Index.

Corrigere ne quis ſtatim ſi velit interpretatio eſt facienda, conſil.296.num.73

Credens graui, & fidedigno viro excuſatur, conſilio 276. num.9

Credi poteſt viris perſpicuis, & inſignis qualitatis, conſil. 252.num.50

Creditor is dicitur qui à debitore inuito exigere poteſt, conſil.218.num.25

Creditor qui habet fidem de pretio, dicitur poſterior, conſil. 263.num.25

Creditor ex perſona ſui debitoris, poteſt obiicere ea omnia, quæ poterat ille opponere, conſ.274.num.2

Creditor ſi fuerit conſtitutus procurator irreuocabilis, & in rem ſuam poteſt vtiles, & directas actiones intendere, conſ.274.nu.4

Creditor non impeditur vti iuribus ſuorum debitorum, vt ſuum creditum conſequatur, conſ.274.nu.5

creditor alicuius filij, an poſſit ex illius perſona eligere rem quam malit pro legitima, ſicut ille poſſet, conſ.274. num.8

creditor qui eſt prior tempore, eſt etiam potior in iure habendus, ibid.nu.14

creditor anterior poteſt auocare bona poſt eius obligationẽ alienata, ibid.nu.15

creditor anterior an repelli poſſit à fideicommiſſario ea exceptione, quod filius hæres grauatus tot alienauerit bona etiam poſt contractam obligationem, quæ legitimam abſorbeant, ibid.nu.16

creditor anterior cui vi ſuæ prioris obligationis facta ſit datio in ſolutum, an à fideicommiſſario repelli poſſit ea exceptione, quod filij hæredis legitima ſit conſumpta propter alienationes poſt illam obligationem contractas, ibid.nu.17.

creditor anterior ſi poſtea ei facta ſit datio in ſolutum, an in iure legitimæ à filio ſibi obligato debeat præferri ei, in quem à filio poſt contractam obligationem facta ſit obligatio; & an à fideicommiſſario repelli poſſit ea ratione, quod alienationes abſorbeant legitimam, ibid.nu.18

creditor anterior ratione ſortis principalis vtique anterior, eſt ratione eius quod intereſt, ibid.nu.22

creditoris negligentia in veniendo ad accipiẽdas pecunias, ſemper debitorem excuſat, conſ.279.nu.3

creditori priuilegiato, & anteriori, an præferatur dominus in fructibus qui ex ſuis bonis exierint, conſil.214.nu.20

creditum proprie dicitur quando quis alterius fidem ſequitur, conſil.218 num.26

creditum, & debitum ſi in eadem perſona concurrant recte compenſatio opponitur, conſilio 230.num.31

credito an veniant appellatione mobilium vel immobiliũ, conſ.253.num.63

cridæ ad hoc vt tollant ius non contradicentis debent eſſe validæ, conſi.219.num.28

cridæ fiſcales cõprehendunt iura conditionalia, & in diem, conſ.226.nume.16

cridæ ſeu proclamationes loca cuiuſdam certiorationis deſeruiunt, conſ.294.nu.38

cridæ faciunt rem publicam, & manifeſtam, ibidem, numero 79

Ad cridas ponens dicitur actor, & ad eum pertinet curare expeditionem cauſæ, conſ.289.nu.16

cridis contradicens dicitur potius reus quam actor, conſilio 219.num.24

cridis non contradicens cenſetur habere rem pro derelicto, & fingitur ius in re non habere, conſ 226.nu.21

criminalis cauſa, vel ciuilis, quæ dicatur, conſi.291.nu.13

criminalis dicitur cauſa vbi pœna fiſco applicatur, conſilio 291.num.14

criminalis vel ciuilis an ſit cauſa facilè cognoſcitur ex modo procedendi, ibid.num.20

pro crimine ciuiliter agi poteſt, ibid.nu.21

In culpa lata is eſſe dicitur, qui id attentat quod alij omnes non feciſſent, conſ.237.num.6

culpa leuis quæ ſit. quæ ve lata, conſ.273.num.9

culpa leuis in committenda admiſſa ad damnum reſarciendum obligat, ibid.num.10

Sine culpa quis puniri non debet, conſ.291.nu.17.

culpa in proprijs rebus eſt impunita, conſ.293.nu.9

culpa reus eſt, qui ad id non proſpicit quod facile accidere poſſet, conſ.273.nu.8

culturam bonorum negligere reipublicæ valde pernicioſum eſt, conſ.207.nu.8

cumulatio plurium perſonarum, vel rerum, aut actionum in eodem libello non tollit diuerſam, & multiplicem naturam iudicij, conſ.248.nu.38

curatus vel rector eccleſiæ curam animarum gerens ſi decedat nondum collectis fructibus, debet tamen aliquid honeſtum eius ſucceſſori rependi pro habita ſeruitio, conſi. 214.num.17

curator vel eius filius prohibentur in vxorem ducere pupillam ſub eius cura exiſtentem, conſ.234.num.12

curator poteſt inducere tertium, qui velit inſtituere minorẽ vt eum ipſum inſtituat, conſ.234.num.15

curator teſtamento licet dari nequeat, tamen datus cõfirmari debet, ibid.nu.88

curæ, & tutelæ onus cum ſit publicum etiam inuitis imponitur, ibid.nu.14

D

Damnum à conductore illatum loco debiti habetur ad hoc vt locator præferatur alijs creditoribus ex ſtatuti beneficio, conſi.214.nu.35

Damnum quod quis alteri infert etiam errore ductus reſarcire debet etiam in contentioſo foro, conſ.216.nu.62

damnum debet compenſari cum lucro, conſ.224.nu.31

damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non alijs eſt imputandum, conſ.222.num.11

damnum quod quis ex ſua culpa ſentit, ſibi & non alijs adſcribere debet, conſ.226.num.17

damnũ alteri inferens illud reſarcire tenetur, cõſ.233.n.22

damnum quod quis ſuo culpa ſentit, ſibi non alijs debet aſcribere, conſ.234.num.90

damnum quis non debet conſequi, ſi lucrum vtique in caſu contrario aſſecutus non fuiſſet, conſ.249.num.43

ad damnum agens ſatis fundatã habet intentionem ex illato damno, ad cõitatem autem pertinet, vel malefactorem conſignare, vel damnum reſarcire, conſ.273.nu.4

damnum pati is dicitur qui perdit vtilitatem, quam habuiſſet, conſ.283.num.17

damnum pati is etiam dicitur, qui impeditur votum animi ſui implere, & damnum infert qui naturalis arbitrij libertatem coarctat, conſ.283.nu.19

dãni qui occaſionẽ dat, damnũ dediſſe videtur, cõſ.233.n.23

damni, & lucri diſpar eſt ratio, conſ.253.num.60

damni emendatio non obtinetur ex ſola culpæ præſumptione, ſed ea probari debet, conſ.273.num.3

damni, & lucri ceſſantis æſtimatio iudicis arbitrio relinquitur, conſ.283.num.20

datio in ſolutum facta an retrotrahatur ad tempus præcedẽtis obligationis in qua continetur ius legitimæ, conſilio 274.num.29

datio in ſolutum debet fieri pro debito liquido, & claro, & quod nũ patiatur probabilem exceptionem, ita vt ſi adeſſet exceſſus in vno tantum nummo inanis efficiatur, cõſi. 281.num.2

Datio in ſolutum non vitiatur ſi nõ inchoetur à mobilibus, deinde ab immobilibus, poſtea à nominibus debitorum, conſi.281.num.5

Debitor is proprie dicitur, qui actione perſonali conueniri poteſt, conſ.218.num.27
debitor poteſt inuito creditore ſoluere rem, & ſpeciem pro pecunia obligatam, conſ.236.nu.26
debitor debet adhibere diligentinm vt peeuniam debitam vero ſoluat creditori, conſ 240.num.16
debitor poteſt ante diem ſoluere, conſ.255.num.38
debitor ex chirographo ſoluens ſolet recuperare chirographum, ibid.num.39
debitor ſ[illegible]s dicitur qui actione perſonali non reali tenetur, 253.num.64
debitor moroſus conueniri poteſt ad intereſſe quanti plurimi, conſ.259.num.1
debitor moroſus ad excreſcentiam etiam momentaneã propter inſolitam annuna caritatem conueniri poteſt, ibid. num.3
debitor ſufflat, & creditor efflat, ibid.num.21
debitor renuntiare appellationi poſſe videtur in præiudiciũ creditoris, qui non habeat hypothecam, conſi.263.nn.49
debitor in mora non conſtituitur per lapſum diei, quoties factum creditoris debet præcedere, conſ.279.nu.5
debitor à tertio conuentus vt ſoluat debet diligentiam adhibere ne ſoluat niſi cauſa bene cognitn, conſ.294.nu.87
In debitores verſuram facientes elegans deteſtatio, conſilio 274.num.25
debitum id proprie dicitur, quod perſonali actione nobis debetur, conſil.215.num.45
debitor fruſtra is petit, qui quod debet non impendit, conſil. 281.num.30
debitum dicitur dubium donec conditio extiterit, conſilio 289.num.1
debiti, & crediti cauſarum diuerſitas compenſationem non impedit, ſed perſonarum varietas, conſ.330.nu.33
deceptionem, & fraudem, qui dicit in calculis interueniſſe probare debet, conſi.282.num.58
decepto ob alterius aſſertionem ſubueniendum eſt, conſilio 263.num.34
decepto ob alterius aſſertionem, vel cauſa falſitatem eſt ſubueniendum, conſ.299.num.12
deceſſiſſe ſine liberis, quis præſumitur cum id ſit factum accidens, quod non præſumitur niſi legitimè probetur, conſil.286.num.40
declarans nihil noui facit, conſ.242.num.12
declaratio non dicitur noua diſpoſitio, ſed potius explicatio eius, quod tacite inerat, conſ.231.num.4
declaratio trahitur ad tempus factæ diſpoſitionis, ibidem, num.5
declaratio quæ fit ſuper re dubia noua nõ dicitur diſpoſitio, 242.num.13
declaratio facta ab executore, facta cenſetur ab ipſo teſtatore, conſil.266.num.20
declaratio non dicitur, ſed correctio vbi prior diſpoſitio mutetur, conſi.297.num.14
declarationi principis ſtatur ſuper verbis legum dubijs etiã in tertij præiudicium, conſ.231.nu.3
decretum anni 1550.die 30.Octobris quo cautum videtur, vt immemorabilis præſcriptio fiſco non obſit declaratur, conſil.238.num.16
decretum prohibens præſcriptionem aquarum an comprehendat eccleſiam, & loca pia, ibid.num.20
decretum quo filij puniantur in crimine læſæ maieſtatis pro patris delicto viribus ſubſiſtere videtur, conſilio 243.numero 36
decretum gratioſum cenſetur in rem ſcriptum, & conceſſum prouinciæ propter eius præclara merita, conſilio 253. num.21
Decretum gratioſum ſi mandet, vt proceſſus ſcripturæ condemnationes, & acta, & qualib. alia deleantur, & annullentur, videtur eſſe conceſſum cauſæ, & actioni, & factum contemplatione rei, conſ.253.num.23
decretum gratioſum tanquam principis beneficium latiſſime eſt interpretandum, conſ.253.num.83
decretum principis an excludere videatur remedium l.2. C.de reſcind.vend.conſ.299.num.21
In delatores elegans, & digna, vt perlegatur declamatio, conſ.253.num.87
delictum cognoſcitur ex qualitate pœnæ, conſ.241.nu.2
delictum vt excludatur, vel leuius afferatur interpretatio eſt facienda, ibd.num.17
delictum habetur pro facto in loco vbi quis aliquid facere tenebatur, conſ.253.num.52
delictum factum in confinibus poteſt ab vtriuſque territorij iudice puniri, ibid.num.53
In delinquentem putantem, quod Deus non videat, conſilio 213.num.9
deliquiſſe nemo in dubio præſumitur, conſ.281.nu.59
demonſtratæ rei quicquid adijcitur fruſtra additur, conſilio 251.num.11
demonſtrationes duæ ſufficiunt, & interdum vna ſi ſit neceſſaria ſatis eſt ad rei identitatem probandam, conſ.268. num.23
denominatio non attenditur, quando affectui rapugnat, vel conſtat de contraria diſponentis mente, conſ.283.nu.34
denuntians non ſatisfacit exprimendo cauſam in genere, ſed debet eam ſpeciatim, & clarè dicere, conſ.258.nu.16
denuntiatio incitatoria debet eſſe clara, & certa, ita vt denuntiatus deliberare poſſit, an velit contendere, vel cedere, ibid.num.37
deponenda eſt pecunia, quoties vterque contrahentium non confidit, conſi.279.num.14
depoſita pecunia modo non ſit in ſacculo ſignata tanquam ſpecies poteſt depoſitarius vti nec furtum committit, conſil.303.num.78
depoſitionis effectum tollit actus recuperationis depoſiti, ibidem, num.79
deſcendens dicitur pars corporis aſcendentis, conſilio 271. num.30
deſcendentis appellatione comprehenduntur tam maſculi, quam fœminæ, conſ.302.num.16
deſcendentes tam procreati, quam procreandi ſi poſiti ſint in conditione vocati cenſentur, conſ.210.nu.2
In deſcendentes teſtatoris vna tantum ſufficit coniectura ad vocationem inducendam, & tanto magis id præſtant plures, ibid.num.13
deſcendentes teſtatoris ſi fuerint ſubſtituti, tunc inducitur facilius fideicommiſſi coniectura, conſ.228.nu.22
deſcendentes vbi vocentur recta linea conſiderari videtur, & ſic effectiua, non autem contentiua, conſ.246.nu.41
deſcendentes qui vocauerit cenſetur eos cuiuſque lineæ prætuliſſe deſcendentibus alterius lineæ, ibid.nu.46
deſcendentes ex linea maſculina ſi quis vocauerit fœminæ ex maſculo deſcendentes eo ſermone continentur, conſil. 271.num.27
deſcendentes ſuos credendum eſt teſtatorem propenſiori amore diligere, conſ.302.num.32
deſcendentium appellatione tam maſculi, quam fœminæ vſque in infinitum continentur, conſ.229.num.3
deſcendentium appellatione fœminæ continentur, conſilio 246.num.4
deſcendentium nomen, nec toti, nec ſoli agnationi cõuenit, ibid.numc.13
deſcendentium deſcendentes vbi teſtator vocet cenſetur voluiſſe prouidere ſingulis deſcendentibus reſpectu deſcendentium ſuorum, non autem agnationi, & familiæ, ibid. num.14
deſcendentium, & proximiorum appellatione fœminæ continen-

Digitized by Google

tinentur, conſ.246.num 60
Deſcendentium conditio deterior facto dicitur ſi vni ſtirpi conditio fideicommiſſi adijciatur alteri non, conſil.264. num.9
deſcriptio honorũ, & ſolutio onerum maxime valet ad dijudicandam ſocietatem, conſi.249.num.39
deſcriptio bonorum facto ignorante ſocio ei non nocet, ibid. num.40
deſperandum nec temere eſt propter ignauiam, nec nimis cõfidendum propter cupiditatem, conſ.295.nu.14
deterior res fieri dicitur, quando à primo ſtatu diminuitur, conſi.221.num.29
determinatio plurium determinabilium æqualis eſſe non debet ſi adſit diuerſa ratio, conſ.254.num.21
determinatio debet eſſe omnium determinandorum, conſilio 282.num.68
dictio ad hoc, demonſtrat motiuum finale, vel impulſiuum, conſi.305.nu.5
dictio aliquis, etiam in minima parte comprobatur, conſilio 265. num.32
dictio alius, caſus ſimiles implicat, conſ.300.nu.24
dictio alius, modum implicat ſimilem in ſubſtantia, licet diuerſum in ſuppoſito, conſ.241.num.9
dictio dictus, & dictio vt ſupra, præcedentia referunt, conſ. 210.num.29
dictio dictus, & dictio ipſe, referre videntur perſonas nominatas, conſ.240.num.1
dictio dictus, refert præcedentem qualitatem, conſilio 237. num.2
dictio dictus, eſt perſonaliſſima, & demonſtratiua ad oculũ, conſ.246.num.17
dictio directe, vel per indirectum quem ſenſum habeat, conſil.264.num.15
dictio dum, conditionem facere videtur, conſ.279.nu.41
dictio eo caſu, quam vim habeat, conſ.296.num.66
dictio, & cætero, an & quando, & quomodo extendi poſſit, conſil.208. num.30
dictio, &, quam vim habeat, conſ.215.num.41
dictio, &, & dictio hoc, continuant orationẽ, & caſum præcedentis ſubſtitutionis, quaſi ad oculum demonſtrata reſtringunt, conſ.229.num.21
dictio, &, eius natura eſt, vt præcedentem diſpoſitionem ampliet, & non diminuat, ibid.num.25
dictio, &, indicat temporis qualitatem, conſ.282.nu.73
dictio, &, non aliter, nec alio modo conditionis vim habet, & facit vt actus ſi non valet eo modo quo geritur, aliter etiam non valeat, conſ.303.num.29
dictio, ex, ponitur interdum, vt excludat, & non includat, conſ.271.num.21
dictio extra locum deſignat, conſ.260.num.15
dictio, hoc intellecto, perſonalis videtur, & ad oculum demonſtratiua, conſ.213.num.49
dictio, hoc, demonſtratiua eſt, nedum ad oculum corporis, ſed etiam intellectus, conſ.229.num.26
dictio, idem, præſentia referre videtur, conſ.213.nu.45
dictio ipſe, eſt perſonaliſſima, & ad oculum demonſtrans, conſ.302.num.43
dictio item, repetit antecedentia, maxime ſi verſemur inter eaſdem perſonas, & res, & adſit dictio referens antedictus, conſ.212.num.15
dictio, iterato, accipitur pro dictione iterum, & dicitur, de eo, quod iam factum eſt, conſ.297.num.40
dictio, meus, dominium ſignificat, conſ.252.num.6
dictio meum, dominium ſignificat, con.239.nu.31
dictio niſi, excipit, conſ.236.num.3
dictio non, vltra contenta includit, & non contenta excludit, conſ.298. num.31
dictio de nouo, iterationem actus ſub eiſdem qualitatibus of‑ferre videtur, conſilio 207.num.39
dictio occaſio, cauſam remotiſſimam ſignificat, conſilio 214. num.42
dictio occaſio, cauſam etiam remotam denotat, conſil.286. num.6
dictio occaſio, omnem cauſam tam proximam quam remotam ſignificat, conſ.295.num.6
dictio omnis, omnia comprehendit perinde ac ſi ſpecialiter expreſſa fuiſſent, conſ.237.num.14
dictio omnis, omnia comprehendit, & etiam futura, conſilio 303.num.28
dictio omnis, omnia comprehendit, quę poſſint comprehendi, ibid.num.29
dictio in omnibus, repetit omnia, quæ præcedunt exceptis ijs, quibus manifeſtè aduerſatur, conſ.235.num.24
dictio in perpetuum, id agit, vt diſpoſitio ordine ſucceſſiuo in plures tranſeat, conſ.240.num.3
dictio in perpetuum, varie accipitur, ex ſubiecta materia, conſil.240.num.4
dictio prout, cauſam deſignat, & ponitur pro quia, vel limitatiuè ad præteritum, conſil.224.num.7
dictio quandocunq;, denotat tractum temporis ſucceſſiuum, conſi.218.num.11
dictio quicunque, vim magnam habet ad omnia complectendo, conſ.210.num.48
dictio quicunque, vniuerſalis eſt, & comprehendit caſus etiam improprios, conſ.214.num.41
dictio quæcunque, tanquam vniuerſalis omnia continet, & nihil excipit, conſi.216.nu.45
dictio quæcunque, tanquam vniuerſalis omnes pœnas comprehendis, & trahitur ad caſum proprium, et impropriũ, conſ.253.num.57
dictio quilibet, diſtributiua eſt, & cuilibet actum pro virili tribuit, conſ.249.num.3
dictio quo, quid importat, conſ.277.num.36
dictio quouis modo, id agit, vt contineantur, quæ alias non continerentur, conſ.276.num.8
dictio relatiua, facit relationem omnium tam reſpectu ſubſtantiæ, quam qualitatum, conſ.212.nu.46
dictio ſaluo, vt infra impedit ampliationem præcedentis dicti, conſ. 229.num.32.
dictio ſoluo, vt infra præcedentia moderatur atque reſtringit, & ex priori diſpoſitione eximit, conſi.257.nu.1
dictio ſolum implicitam negatiuam habere videtur reſpectu eorum, quæ in termino includente non comprehenduntur, conſ.298.num 30
dictio, ſuprascriptis, facit vt omnia quæ dicuntur in diſpoſitione ad quam fit relatio intelligantur repetita in diſpoſitione ſe referente, conſ.283.num.8
dictio tamen, præcedentia repetit exceptis his quibus aduerſatur, conſ.297.num.32
dictio illa, in totum perueniat ſicut impedit detractionem Trebellianicæ, ita etiam legitimæ in caſibus in quibus poteſt prohiberi, conſ.303.num.41
dictio tunc, & eo caſu temporis extremitatem deſignat, conſil.296.num.65
dictio vel, diſpoſitionem ampliare videtur, conſilio 271. num.21
dictio vltro, includit, & repetit, conſ.204.nu.15
dictio vltro, includit, & repetit, conſ.258.num.5
dictio vltro, non ſemper includit, ſed ſæpe excludit ex ſubiecta materia, ibid.num.19
dictio vltra, nõ includit, niſi illud quod inuenitur, ibid.n.20
dictio vltro, implicat, conſ.272.num.20
dictio vniuerſalis, & geminata omnia comprehendit, conſi. 214.num.31
dictio vniuerſalis, omnis, nihil intactum relinquit, conſilio 266.num.7

Dictio vniuerſalis reſtringi debet ad id, quod rationis eſt, & ſecundum mentem proferentis, conſilio 266. numero 42.

dictio vniuerſalis affirmatiuè prolata omnia comprehendit, conſi. 295. num. 3

dictio, vſque, includit, & excludit debite referendo, conſil. 217. num. 31

dictio, vt ſupra, praecedentia refert, conſ. 212. nu. 26

dictio, vt ſupra, & dictio, prædictus, refert omnes qualitates ſuperius enarratas, ibid. nu. 45

dictio, vt ſupra, & modo quo ſupra, refert nedum præcedentem qualitatem, ſed etiam ſubſtantiam, & diſpoſitionem reſtringit, conſ. 220. num. 3

dictio, vt ſupra, refert præcedentia, & omnia quidem, maximè ſi adiecta ſit dictio vniuerſalis, omnis, conſil. 235. numero 22.

dictio, vt ſupra, repetit præcedentia, conſ. 237. nu. 11

dictio, vt ſupra, refert ſuperiora cum omnibus ſuis qualitatibus, conſ. 248. num. 11.

dictio, vt ſupra, & prout ſupra, ita diſpoſitionem refert, ſicut ſi nominatim expreſſa eſſet, conſilio 276. nu. 10

dictio, vt ſupra, facit vt expreſſa in vno loco, intelligantur repetita in alio ad quem ſit relatio, conſilio 277. numero 16

dictio, vt ſupra, vel dictus, aut item, referunt quidem præcedentem diſpoſitionem in eo quod conuenit, ſed ſubſequentem non trahunt ad antecedentia, conſilio 286. num. 30

dictiones aliquæ, ne quis, & quilibet, ſunt ſigna vniuerſalia, conſ. 264. num. 11

dictiones referentes præcedentia, puta dictus, vt ſupra, & ſimiles, an demonſtrent, vel taxent, conſilio 220. numero 24

dictiones tantum, & non vltra, & taliter, reſtringunt, & ſæpius repetitæ, ita limitant, vt extra expreſſos caſus diſpoſitio non trahatur, conſ. 303. nu. 36

dictionum excipientium, & limitantium ea eſt natura, vt id quod ponunt, affirment, & concludant, cætera vero excludant, conſ. 297. nu. 33

dictum vnius, dictum nullius, etiam ſi eſſet Cardinalis, & præſertim in tertij præiudicium, conſilio 204. numero 66

dictum plus, interdum quam ſcriptum, & dictum præualet ſcripto, quando ille idem qui dixit ſcriſit, conſil. 233. nume. 29

dictum plus, eſt interdum quam ſcriptum, conſi. 277. numero 40

Dictum in vno capite, & omiſſum in altero oſtendit id ideo factum fuiſſe, quia diſponens noluerit, conſilio 286. nume. 52

A dicto ſecundum quid, ad dictum ſimpliciter, fallacia eſſe ſolet, conſ. 269. num. 14

dies in chirographo ſcriptus non probatur ex eo ad tertij præiudicium, ſi deficiat teſtium ſubſcriptio, conſil. 205. num. 21

dies in Apocha ſcriptus verus eſſe præſumitur in præiudicium eius qui faſſus eſt eum qui ſcripſit eſſe fide dignum, conſi. 205. num. 27

dies in ſyngrapha ſcriptus verus creditur quoties pro veritate actus in ea ſyngrapha enuncianti aliquæ accedunt veriſimiles coniecturæ anticipationis ſuſpicionem tollentes, ibid. num. 29

dies ſyngraphæ debet probari, alias præſumitur in fraudem ſcripta, conſi. 262. num. 28

dies interpellat pro homine, conſ. 282. num. 75

dies interpellat pro homine, conſ. 288. num. 28

diffinitio à quo remouetur, ab eodem aufertur diffinitum, conſil. 241. num. 15

diffinitio cui non conuenit non congruit etiam definitum, conſil. 241. num. 14

diffinitiua dicitur ſententia ſi finem negotio imponat, & aliam ſuper ente poſt ſe non expectet ſententiam, conſ. 281. num. 24

in dijudicanda qualitate, & eius æſtimatione facienda nedum numeri, ſed bonitatis res ratio eſt habenda, conſilio 297. num. 86

dilectus minus, vt magis dilecto præferatur interpretatio non eſt facienda, conſ. 237. num. 18

dilecti magis cenſentur deſcendentes, quam ex tranſuerſo coniuncti, ibid. num. 19

dilecti minus non ſunt magis dilectis præferendi, conſilio 296. num. 71

diligentia in dubio præſumitur, conſ 284. num. 21

diligentia ſimplex non ſufficit, aut conatus vbi cum iuramento aliquid promittatur, conſ. 289. num. 14

diligentia nõ excuſat, quoties quod promiſſum eſt poteſt præſtari in re æquipollenti, ibid. num. 17

diligentia non excuſat, quando dictum eſt, quod faciendo quis quid poſſit nõ excuſetur, & adſit renuntiatio omnis auxilij legum, & iuris, ibid. num. 18

diligentia in dubio ſemper adhibita præſumitur, quia culpa non præſumitur, conſ. 293. nu. 13

diligentia eo magis præſumitur ſi agatur de negotio, quod ad eius, qui diligens eſſe debet commodum, vel incommodum ſpectat, ibid. num 14

diligentia eo magis præſumitur ſi in iudicio quis congrediatur, conſ. 294. num. 68

diligentiam qui ex contractu adhibere tenetur eam legitime probare debet, conſ. 289. nu. 15

diligentiam qui non confert ad negotium, quam bonus paterfamilias adhiberet de dolo teneri videtur, conſil. 293. num. 5

diligens & induſtrius, qui olim fuit etiam nunc, & in poſterum eſſe præſumitur, conſ. 282. num. 17

diligens in vno præſumitur diligens in alio, conſilio 284. num. 10

diligens vnuſquiſque præſumitur in ijs, quæ ad ſuum commodum ſpectant, conſ. 294. num. 89

diligentior eo quis præſumitur quo proprius eum negotium tangit, ibid. num. 91

diminutionem, & odium afferre non debent, quæ ad fauorem, & ad augendum inducta ſunt, conſ. 214. nu. 38

diſpenſatio non comprehenditur in legibus de legitimatione loquentibus nec diſpenſatur agnatis ſuccedit, conſilio 222. num. 24

diſpenſatio Senatus circa alienationem rerum minoris ſupplet decretum iudicis, conſ. 252. num. 27

diſpenſatio principis non iuuat vbi eius forma non fuerit ſeruata, conſi. 268. num. 14

In diſpenſatione non fit progreſſio nec ex eadem, nec ex maiori ratione, quia eſt intelligenda, vt minus deuiet à iure communi, quam fieri poteſt, conſilio 204. numero 10

diſpenſatus dicitur ſi Comes Palatinus verbo diſpenſationis vtatur, conſ. 303. num. 24

diſponendi de rebus ſuis liberum eſſe debet, quod non redit arbitrium, conſ. 213. num. 44

diſponendi voluntas vt libera ſit facienda eſt interpretatio, conſ. 213. num. 48

diſponendi debet eſſe vnicuique arbitrium, conſilio 234. num. 24

diſponendi ad libitum in facultate alicui conceſſa venire videtur ſucceſſio ab inteſtato, conſilio 254. numero 51

diſponendi liberam facultatem liberis hominibus eripi valde iniquum videtur, conſ. 264. num. 7

Index.

Diſponendi facultas ad nnne alicnius beneplacitum comprobatur tam in vltima voluntate, quam inter vinos, cōſilio 303.num 63

Diſponendi verbum ſignificare videtur diſpoſitionem in vltima voluntatn, ibid.num.64

diſponentis verbo debent intelligi prout neceſſitudo ſanguinis dictat, conſ.219.nnm.31

diſponentis voluntas non tantum ex verbis, ſed etiam ex factis, & quidem clarius colligitur, conſilio 254. numero 50

diſpoſitio qualibet interpretationem ſumit ab obſeruantia poſten ſubſecuta, conſ.206.num.18

diſpoſitia qualibet eſt coarctanda ad id quod eſt babile, conſil.207.num.35

diſpoſitin aliqua vbi in contractum tranſiuerit, etiamſi eius ratio ceſſet, non tamen contractus irricus ſit, conſil.224. num. 25

diſpoſitio ſimplex, vel duplex, quæ ſit & intelligatur, conſil.217.num.7

diſpoſitio perfectam babens orationem vbi præcedat, & poſtea ſubſequatur verbum executiuum, tunc tempus certum executioni adiectum non trabitur ad præcedens verbum diſpoſitiuum, ibid.num.26

diſpoſitio vbi ſit ſeparatn extrna ad aliam non infertur, ſed vnaquæque diſpoſitio in ſuo caſu eſt obſeruanda, conſilio 246.num.18

diſpoſitio eadem diuerſo iure cenſeri non debet, conſil.254. num.15

diſpoſitiu relatiua aſſumit vim, & naturam diſpoſitionis relatæ, conſi.253.num.77

diſpoſitiu generalis nnn comprebendit en, quæ digna ſunt ſpeciali explicatione, conſ.258.num.8

diſpoſitio de primo actu non intelligitur, ſed ad alios extenditur ſi æquitas id ſuadeat, conſilio 270. numero 26

diſpoſitio inepta, & deriſoria obſeruanda videtur, quando per modum conditionis requiritur, conſilio 275. numero 24

diſpoſitio qualibet eſt intelligenda retentis ſuis terminis, conſi.291.num.25

diſpoſitio etiam vniuerſalis debet reſtringi ad id quod eſt rationis, & æquitatis, & ne inanis ſit, conſilio 295. num.20

diſpoſitio qualibet intelligitur rebus ſic ſtantibus, ibidem, num.18

diſpoſitio qualibet facta ſemper intelligitur rebus ſic ſe babentibus, vti expoſitum fuerat, conſilio 299. numero 22

diſpoſitio prior vbi non fuerit penitus reuocata, ſed potius confirmata facit, vt bac ad illam trabatur, conſilio 297.num.30

diſpoſitio ſe ad aliam referens debet intelligi ſecundum naturam, & conditionem illius ad quem ſit relatio, ibidem num.49

diſpoſitionis pars vna, alteram declarat, conſilio 229. num.6

diſpoſitionis pars vna alteram declarat, conſilio 246. num.62

diuerſitas rerum præſumitur ex diuerſitate temporis & factorum, conſ.208.num.15

diues eſt, quis cenſendus non tantum ex diuitijs, quantum ex oneribus, quæ ſuſtinere debet, conſilio 269. numero 5

diuiſio debet eſſe bipartita, vel buiuſmodi vt ad id reduci poſſit, conſ.204.num.3

diuiſio non ſit temporis, licet ſit res omnium pretioſiſſima, cum tamen omnium rerum diligens fiat diuiſio, conſilio 251.num.3

diuiſio inter fratres, & ſocios, quomodo ſit facienda, conſil. 298.num.7

diuiſio ſolutionis emphyteuticæ penſionis ſi diuideretur, ad nibilum ferè reduceretur in domini directi perniciem, conſ.259.num.24

diuiſio errore imbuta corrigi debet, conſ.262.num.1

diuiſio rei vbi probibita ſit non cenſetur denegata fructuum & emolumentorum diuiſio, conſilio 270. numero 30

diuiſio an perpetuo probiberi poſſit, conſilio 270. numero 21

diuiſio vbi ſit facienda frater natu maior facit partes, & minor eligit, conſ.282.num.19

diuiſio ſcripturam non requirit, ſed ſufficit veritatem facti probare, ibid.num.55

diuiſionem ſi non patiatur res communis, quid ſeruandum ſit, conſ.270.num.17

Ad diuiſionem deueniri non ſolet, niſi re diligentiſſime excuſſa, & quod inæquale videbatur ſenſu ſociorum æqualiter diſtributum cenſeri poteſt, conſ.282.num.53

In diuiſione poteſt vni adiudicari fundus, & alteri alius fundus, & pecunia, iudicis arbitrio, conſ.248.num.8

Per diuiſiones fideicommiſſo renunciatum cenſetur ſi aliquæ ampliſſimæ clauſulæ in eis ſcriptæ ſint, ex quibus id enunciatur ex magis commun.ſcrib.opinione, conſilio 251.num.2

diuites, & principes cum omnia babeant, vnum illis deeſt, ſcilicet, qui verum dicat.conſ.299.num.14

diuitias, & lucrum, qui aſſequi intēdit, inſignes vrbes adeat, nec in patrio ſolo delitеſcat, conſil.283.num.13

Doctoris teſtimonio atteſtantis de conſuetudine an ſtetur, cōſilio 288.num.45

Doctori ſalarium debetur, quando eſt infirmus ex communi Doct.ſententia, conſ.211.num.20

Doctori de conſuetudine atteſtanti ratione curiæ in qua verſatus eſt, fides adbibetur, conſ.265.num.13

Doctoribus in ſpecie loquentibus magis eſt adbærendum, quam in genere verba facientibus, conſ.261.nu.27

dolus in committendo nunquam excluſus intelligitur, conſi. 232. num.24

dolus eſt malitia prorumpens in damnum alterius, conſilio 233.num.14

dolus maxime probatur coniecturis arbitrio iudicis, conſilio 234.num.10

dolus præſumitur cum quid inſolitum ſit, ibidem, numero 21

dolus non intelligitur excluſus à legato liberationis reddendæ rationis, conſ.234.num. 52

dolus præſumitur in eo qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris, conſ 244.num.26

dolus dicitur delictum pœna dignum, conſ.253.num.71

dolus, & fraus præſumitur nunquam niſi probetur, conſilio 282.num.60

doli præſumptio in mentiente ineſſe videtur, conſilio 276. num.11

dolo carere non videtur, qui multum atque diu differt & procraſtinat ius ſuum deducere, conſilio 213. numero 6

dolo non caret perſuaſio ad ſui commodum, imo loco compulſionis babetur, conſ.263.num.33

dolo ex propoſito ſicut renunciari non poteſt per quæcunq; verba etiam vniuerſalia, ita etiam enormiſſima læſio remitti nequit, conſ.299.num.5

dolo carere non videtur inductio, & perſuaſio ad ſui commodum, & ad alterius incommodum, & loco coactionis babetur, conſ.299.num.21

dolum malum facere videtur, qui ex aliena iactura lucrum quærit, conſ.291.num.6

Domicilium controctum cenſetur, etiam ſi quis non habitet decem annis, ſed de eius animo appareat alijs coniecturis, puta quod priuilegium ciuilitatis obtinuerit, quod vxorē duxerit, quod bona in dominio acquiſiuerit, quod cum tota familia habitauerit, quod onera ſubſtinuerit, & cætera id genus fecerit, conſil. 253. num. 49

domicilium quis contrahere non dicitur ſi officij gratia in aliquo loco moratur, conſ. 259. num. 15

domicilium viri eſt maxime inſpiciendum ad hoc vt mulier dicatur nupta extra iuriſdictionem, conſilio 260. numero 5

domicilium mariti ad quod mulier eſt reditura, debet inſpici, conſi. 260. num. 14

domicilium contrahendi voluntatem firmam quis oſtendit, quoties in eo loco bona acquirit, conſilio 260. numero 30

domicilia duo quis habere poteſt, & ſecundum cuiuſque fori conſuetudinem, conſi. 206. num. 11

dominium directum vbi ad eccleſiam tranſeat, eccleſia priuilegio emphyteuta obligatur, & propterea cadit ſi biennio ceſſet, conſ. 228. num. 36

dominium quomodo probetur, conſ. 239. num. 30

dominium ſimpliciter tranſlatum intelligitur, niſi conditio appoſita ſit, conſ. 253. num. 11

dominium non probatur diuiſionis inſtrumento, nec locationis maxime in tertij præiudicium, conſilio 294. numero 51

dominia rerum ne in incerto iaceant reipublicæ intereſt, conſil. 288. num. 50

dominus directus an poſſit ius ſuum alienare in potentiorem aut maiori priuilegio donatum in emphyteuta præiudicium, conſ. 228. num. 30

dominus directi habet maius ius quam in emphyteuta, ibid. num. 34

dominus directus non cogitur recognoſcere perſonam prohibitam, conſ. 240. num. 14

dominus cenſetur approbare à procuratore geſta ſi ſciuerit, & non contradixerit, conſ. 243. num. 15

dominus & poſſeſſor qui olim fuit etiam hodie præſumitur, & ex titulo præcedenti, conſ. 282. num. 40

dominus directi poteſt ſuam partem acquirere omiſſis cæteris vbi agatur de re diuidua, conſ. 282. nu. 94

domini eiaſdem rei duo in ſolidum eſſe non poſſunt, conſilio 300. num. 18

dominum directi cui denunciatum fuit ab emphyteuta decurſo bimeſtri an poſſit pœnitere, & quid in fiſco, conſilio 245. num. 10

domus maior prædicatur de minori, conſilio 278. numero 1

domus villico locata contineri non videtur in legato domus à nobili, conſ. 278 num. 12

domus duæ quando dicantur ſeruitutem inuicem habere, vt in legato domus ſimul, & ſemel comprehendantur, ibid. num. 25

domum à nobili ſi quis leget excludere videtur domum à ruſtico, ibid. num. 5

donare tutor prohibetur, conſ. 232. num. 3

donare nequit procurator cum libera, conſilio 251. numero 22

donare adultus poteſt rem mobilem velut pecuniam maxime ex iuſta cauſa, conſ. 257. num. 27

donata bona tanto minus æſtimantur propter onera eis iniuncta, ibid. nu. 17

donatarius non implens pactum in donatione poſitum tenetur conditione ob cauſam, conſ. 223. num. 20

donatarius ſi non ſeruat conditiones in donatione ſcriptas tenetur conditione ob cauſam, & datur donatorum repetitio, conſ. 257. num. 18

donatarius vbi non ſeruet pactum, & conditionem in donatione ſcriptam datur rei donatæ repetitio, conſilio 257. num. 24

donatario vbi alienet rem donatam denuntiari poteſt à donante id quod eius intereſt, conſ. 223. nu. 16

donatoriam decet rem donatam retinere ad memoriam donantis, ibid. num. 15

donatio dicitur inchoari à pacto quoties interuenit promiſſio, & res non ſit in conſpectu, ibid. num. 2

donatio quando incipit à traditione licet importet tranſlationem dominij, non tamen parit actionem de euictione, ibid. num. 3

donatio reuocari poteſt ſi promiſſa non ſeruentur, ibidem, num. 17

donatio ſub conditione facta non impleta conditione nō valet à principio, modus autem ſi non impleatur reuocanda eſt, ibid. num. 18

donatio potentiori facta ratione officij, & de re de qua aduerſus alium lis fieri intendebatur irrita eſt, ibidem, num. 34

donatio pro ſimplici remiſſione habetur ſi ſubiecta materia ita poſtulet, ibid. num. 18

donatio tacita requirit ſolemnitatem à ſtatuto in donationibus deſideratam, nec ſimplici iuramento confirmatur, conſ. 256. num. 6

donatio facta de omnibus bonis præſentibus, & futuris, ita vt nihil reſeruatum ſit, de quo donator poſſit diſponere, minime valet, conſ. 257. num. 3

donatio omnium bonorum facta reſeruato vſufructu in vita tantum minime valere videtur, ibid. num. 4

donatio omnium, & quorumcunque bonorum præſentium, & futurorum omnia comprehendit, ibidem, numero 5

donatio vbi ſit omnium bonorum eſt publicanda, conſilio 296. num. 17

donatio tacita comprehenditur in decreto de donatione loquente, ibid. nu. 18

donatio alicuius ſingularis rei comprehenditur in ſtatuto prohibente donari omnia bona, vel partem, ibidem, num. 26

donatio morte confirmari nequit vbi reuocata ſit, ibidem, num. 34

donatio inter virum, & vxorem iuramento firmatur, ibid. num. 38

donatio omnium bonorum iuramento non firmatur, ibidem num. 42

donatio inter patrem, & filium an iuramento firmetur, conſilio 303. num. 66

donatio quæ morte confirmatur interim reuocari poteſt, ibid. num. 69

donatio inter patrem, & filium, vt morte confirmetur requiritur traditio ex communi Doctorum ſententia, ibidem, num. 70

donatio præſumpta etiamſi alias morte confirmaretur, requirere tamen videtur ſolemnitatem in donationibus deſideratam à iure municipali, & conſtitutionibus Mediolani, ibid. num. 73

donatio quæ morte confirmatur an requirat ſolemnitates à ſtatuto Mediolani deſideratas in donatione cauſa mortis, ibid. num. 81

donatio excedens ſummam quingentorum aureorum inſinuationem requirit, nec morte confirmatur in ſumma quam tranſcendit, ibid. num. 82

donatio dicitur inter viuos ſi in ea mortis mentio non fiat, ibid. num. 83

donatio à fideicommittente facta vbi inanis ſit bona ſub lege fideicommiſſi remanent, conſilio 303. numero 84

Dona-

Donationis coniectura non præſumitur in dubio, maxime in paupere, conſ.208.num.16
donationis coniectura non eſt in dubio capienda, conſ.249. num.29
donationis coniectura nunquam capitur niſi neceſſario inferatur, conſ.256.num.14
donationis coniectura excluditur, quando aliquid fit ex neceſſitate præcedentis obligationis etiam ciuilis, conſilio 283.num.32
In donatione alteri per alterum actio ſine ceſſione quæritur, conſ.267.num.19
donator de euictione tenetur vbi ſit inchoatum à pacto, & non à traditione, etiam ſi nihil dictum ſit de euictione, conſ.223.num.1
donator ſi non præſtat, quod pollicitus eſt de euictione tenetur, ibid.nu.4
donator vbi fructus vel aliud quidpiam reſeruet de ijs poteſt diſponere, conſ.267.num.2
donator ſi vſumfructum reſeruet, an teneatur ad exemplum vſufructuariorum inuentarium facere, & cautionem præſtare de vtendo arbitrio boni viri, conſilio 267. num.27
donum an magnum vel paruum ſit dijudicatur ex qualitate donantis, conſ.283.num.9
dos eſt ius vniuerſale, quod complectitur vtraque iura, ſcilicet actiua, & paſſiua, conſ.209.num.5
dos æſtimata cum conſenſu vxoris facilius alienatur, quam dos inæſtimata, conſenſusque præſumptus ſufficere videtur, conſ.213.num.68
dos æſtimata cenſetur, quoties præcedit obligatio certæ quãtitatis, ibid.num.74
dos ſiue ſit æſtimata ſiue inæſtimata, maritus conſtante matrimonio eſt dominus ex communi Doct. ſententia, conſ.217.num.1
dos nurus in iudicio familiæ erciſcundæ velut æs alienum eſt deducenda, conſ.242.num.4
dos vbi eſt, ibi debent eſſe onera, ibid.num.40
dos filiæ ſocij conſtituenda eſt de bonis communibus, quando ſunt ſocij omnium bonorum, conſilio 249.numero 13
dos materna deducenda videtur velut æs alienum à fideicommiſſo, conſ.262.num.11
dos debet redire ad hæredes mulieris, ibid.nu.38
dos congrua, & decens, quæ dicatur, conſilio 272.numero 33
dos promiſſa ab extraneo, & ſoluta à patre filiæ tanquam illius fideiuſſore repeti nequit, conſilio 276.numero 5
dos mortua vxore debet inſpecto iure communi ad dotantem redire, conſ.279.num.31
dos materna filiorum deducitur ab hæreditate tanquam æs alienum, conſ.287.num.42
dos quatenus dicitur conſtituta, ſupponitur ab alio mulieri data, conſ.296.num.11
dos conſtituta à marito vxori tanquam priuilegio non gaudens, & donationis vim habens eſt inſinuanda, ibidem, num.15
dos ſimulata non gaudet dotis priuilegijs, ibid.nu.19
dos à marito vxori conſtituta non eſt priuilegio locupletata ſicut illa, quæ ab vxore viro datur, ibidem, numero 25
dos confeſſata ſuſtineri non poteſt in vim donationis, quia eſt prohibita inter virum, & vxorem, ibidem, numero 27
dos vel fiat conſtante matrimonio, vel ante nihil intereſt, quando confertur in tempus inhabile, ibidem, numero 30
dotale creditum eſt, vbique præcipuum, & ſoluto matrimonio adhuc priuilegijs dotalibus gaudet, conſilio 208. num.1
Dotalis rei legatum valere videtur, quoad æſtimationem et ad hæredis præiudicium, conſ.213.num.63
dotalis fundus dicitur eſſe in commercio ſaltem ratione permutationis, ibid.num.64
dotalis res vbi poſita ſit in reſtitutione debet in hæredes continuari, ibid.num.75
dotalis rei æſtimatio emptionem non facit, quoties non præcedit rei cuiuſdam promiſſio in quantitate, ſed potius in quantitate, ibid.num.79
dotalis pecunia ad patrem perueniſſe cenſetur, conſ.242. num.23
dotalem fundum, vel eius æſtimationem, qui reſtituere promiſerit, vel facere eam reſtitutionem, quæ de iure poteſt eligere, quod maluerit, conſ.213.num.72
Statuta interpretationem recipiant à iure communi, conſil. 217. num. 32

Statuta ſunt ita intelligenda ne ſuperuacanea ſint, conſilio 233. num. 26

Statuta vbi videntur contraria primum tentanda eſt concordia, mox illud eſt magis ſpectandum, quod æquius videtur, conſ. 262. num. 25

Statuta interpretationem paſſiuam recipiunt à iure communi, ibid. num. 34

Statuta loci ſolutionis, & contracta moræ potius ſunt ſpectanda circa deciſoria cauſæ, quam ſtatuta loci contractus, conſ. 278. num. 33

Statuta loci contractus debent ſpectari circa eius deciſoria, conſil. 278. num. 32

Statuta interpretationem paſſiuam à iure communi accipiunt, conſil. 287. num. 47

Statuta recipiunt interpretationem, quam paſſiuam vocant à iure communi, conſi. 296. num. 33

Statuta Mediolani, cap. 100. & 102. in primo, declarantur, conſilio 300. numero 23

Statutorum verba debent regi à mente, & ratione ſtatuentium, conſ. 214. num. 39

In ſtatutis non attendimus formam conceptionis verborū, ſed ſenſum ipſum, conſ. 260. num. 6

Statutis ligari, vel forum ſortiri paria ſunt in iure noſtro conſ. 292. num. 14

Sterilia bona data in emphyteuſim facilius ad extraneos, tranſeunt, & fideicommiſſo onerari poſſunt, conſil. 210. num. 52

Sterilitas vnius anni debet compenſari cum vbertate alterius anni, conſil. 218. num. 42

De ſtylo poteſt ſe iudex informare etiam in camera non citata parte, conſ. 208. num. 26

Stipulatio interceſſiſſe tunc dicitur, vbi vnius interrogatio, & alterius reſponſio intercedat, conſilio 218. numero 33

Stipulatio habere licere id agit vt hæres promittentis nihil prorſus facere poſſit, quominus ille habeat etiam ex iure ſuperueniente, conſ. 251. num. 12

Stipulatio vbi interuenit pœnitentiæ locus non eſt etiam ſi promiſſa non ſeruentur, ſed agitur ad id quod intereſt, conſ. 263 num. 17

Stipulatio habere licere, quam vim habeat, conſilio 265. num. 43

Stipulatio præſupponit præcedentem interrogationem, & petitionem, conſil. 272. num. 13

Stipulatio committitur ſtatim poſt diei lapſum, licet poſt diem conditio exiſtere poſſit, conſilio 282. numero 74

Stipulatio aſſumit naturam contractus ſuper quo interponitur, ibid. num. 87

Stipulatio eſt ſtricti iuris, & in ea potiſſimum inſpicitur, quod actum eſt, conſ. 289. num. 38

Stipulatio quibus verbis inducatur, conſilio 300. numero 20

Stipulatio dicitur mater obligationis, & mutuum inducit conſenſum, ibid. num. 44

Stipulatio ſi requirat verbo pro forma, ſufficit tamen ſenſum verborum colligi per interpretationem, ibidem, numero 55

Stipulatio quibus verbis inducatur, ibid. nu. 65

Studiorum impenſæ alimentorum appellatione cōtinentur, conſil. 257. num. 14

Studiorum impenſas an frater conferre teneatur, & an pater ad eas cogi poſſit, ibid. num. 25

Studiorum impenſas vbi pater facere recuſaret, an magiſtratus cogere eum poſſit, ibid num. 26

Studiorum cauſa eſt vbique præcipua, conſilio 283. numero 12

Subditus non videtur idoneus teſtis in cauſa eius domini, conſil. 252. num. 10

Subditus quis dicitur ratione domicilij, quod in aliquo loco retinet, conſ. 253. num. 33

Subditus licet cogi poſſit à principe, vt in patrio ſolo munus vel legendi, vel medendi, vel aliud quidpiam exerceat, tamen debet ab omni damni iniuria ſeruari, conſ. 283. num. 14

Subditum non eſſe vel ſubditum eſſe ſub conditione, vel modo qui poſtea reſoluatur paria ſunt, conſilio 253. numero 18

Subditos ditiones conſeruari reipublicæ intereſt, conſi. 206. num. 19

Submiſſa perſona ſi actum gerat is non ſibi, ſed repræſentatæ perſonæ tribuitur, conſ. 255. num. 25

Submiſſa perſonæ miniſterio vbi aliquid agitur, actus pertinet ad principalem, ſicut & omne commodum, & incommodum, quorum vnum ſine altero capi nequit, conſi. 218. num. 12

Subrogatum ſapit naturam ſubrogati, conſilio 270.num. 27
Subſcriptio non videtur ſcripturam confirmare, vbi non probetur à ſubſcribente lectam fuiſſe, conſilio 204. nume. 47
Subſtitutio mutua & reciproca inducitur quando teſtator vult, quod bona tranſeant ad deſcendentes, & habuit rationem conſeruandæ agnationis, & facta ſit vltimo morienti, conſ. 210. nu. 22
Subſtitutio prior ſi effecta ſit caduca, an ſubſequens poſt eã ſubordinata euaneſcat, conſ. 220. nu. 1
Subſtitutio ſemel extincta, amplius non reuiniſcit, nec reuiueſcit, etiam ſi quis decederet ventre prægnante, conſi. 228. num. 1
Subſtitutio fideicommiſſaria, & compendioſa ſi ſit facta in totã hæreditate per dictionem vterque, niſi collectiuè adimpleatur conditio in perſona vtriuſque ſubſtitutioni locus eſſe nequit, ibidem, nu. 19
Subſtitutio ad eum caſum reſtricta, ſi aliquis ſuperſtes non fuerit, en ſuperſtite, an euaneſcat, conſilio 229. numero 14
Subſtitutio ad certum caſum reſtricta verbis taxatiuis ad alium non porrigitur, conſ. 239. nu. 52
Subſtitutio quod de re non loquatur, ſemper dici poteſt, conſil. 246. nu. 2
Subſtitutio ſemel extincta amplius non reuiniſcit, ibidem, num. 63
Subſtitutio ad certos caſus reſtricta, ſi non eueniat, euaneſcit, ibid. nu. 72
Subſtitutio an ſit facta poſt mortem omnium, vel vltimo morienti multum refert, ibid. num. 74
Subſtitutio ſi facta ſit vltimo morienti, non intelligitur eſſe reciproca, ſi diuerſi gradus ſint, ibidem, num. 82
Subſtitutio tanquam odioſa, non intelligitur in alijs repetita, ibid. num. 96
Subſtitutio vulgaris corruit, vbi hæres decedat ante teſtatorem, conſ. 277. nu. 55
Subſtitutio fauore piæ cauſæ defenditur ex clauſula codicillari, & omni meliori modo, etiam ſi hæres ſcriptus ante teſtatorem decedat, ibid. num. 58
Subſtitutio vulgaris expreſſa non expirat, ſi inſtitutus decedat viuo teſtatore, ibid. num. 61
Subſtitutio vulgaris tacita, non eſt in fideicommiſſaria, conſil. 286. num. 51
Subſtitutio de re non loquitur, poteſt apponi agenti ad fideicommiſſum, conſ. 296. nu. 60
Subſtitutio facta in caſum mortis duorum copulatim coniunctorum non obſeruatur, niſi vterque moriatur, cõſ. 297. num. 70
Subſtitutio vbi facta ſit de omnibus bonis, non poteſt admitti ad partem, maximè ſi adſit perſona, cui acquiri poſſit ex præſumpta mente defuncti, ibidem, numero 80
Subſtitutionis gradus primus licet caducus effectus ſit, tamen res apud hæredem non manet ſi alter ſubſtitutus adiectus ſit, conſ. 220. nu. 11
Subſtitutionis caſum, qui dicit eueniſſe, debet id probare, conſ. 296. num. 57
Subſtitutionis facilius inducitur repetitio quàm inſtitutionis, conſ. 297. num. 43
Subſtitutione facta poſt mortem omnium, hæreditas interim manet penes deſcendentes, donec veniat mors omnium, conſ. 246. num. 76
In ſubſtitutione vulgari conſideratur nedum caſus voluntatis, ſed etiam impotentiæ, conſilio 297. numero 55
Subſtitutiones non ſunt ſomniandæ, aut multiplicandæ, conſilio 229. num. 34
in Subſtitutionibus caſus impotentiæ videtur comprehendere caſum voluntatis, conſ. 286. num. 45
Subſtitutus in caſu moleſtiæ, ſiue ea ſit de iure, vel de facto admittitur vbi ita teſtator velit, conſilio 247. numero 29.
Subſtitutus ſub ea conditione, ſi quis ſine filijs deceſſerit excluditur ſi fœmina adſit, conſ. 246. num. 6
Subſtitutus vt admittatur debet adeſſe concurſus vtriuſque poſitus in conditione, etiam ſi ius accreſcendi deficeret, conſil. 297. num. 73
Subſtitutus vbi ſit ex deſcendentibus teſtatoris facilius nepotis excluditur, conſ. 302. nu. 13
Succedens in ius, vel dominium alterius eius iure vti debet, conſ. 292. num. 33
Succedens ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato facultatem præripit verbum non poſſit. conſ. 302. nu. 50
Succedere qui nequit aduerſus teſtamentum querelam proferre, aut contratabulare poteſt, conſilio 216. numero 61
Succeſſio legitima ab inteſtato ſæpe reſeruata intelligitur, ſecus ex teſtamento, conſ. 246. nu. 78
Succeſſiones conueniunt eſſe æquales, conſilio 222. numero 21
Succeſſor ſingularis poteſt iure auctoris ſui etiam perſonali vti & ſe defendere, conſ. 252. num. 21
Succeſſoris appellatione regulariter ſucceſſor vniuerſalis intelligitur, conſ. 212. num. 4
Succeſſoris nomen vbi per ſe, vel adiecto nomine hæredis proferatur, is tantum ſuccedit, qui eſt hæres, ibidem, numero 7
Succeſſionis appellatione venit hæres, ibidem, numero 20
Succeſſoris nomen ſingulares etiam ſucceſſores continere videtur, ibid. num. 44
Succeſſoris nomen tanquam genericum, non tantum primum, ſed alios deinceps complectitur, conſilio 254. numero 2
Succeſſoris appellatione in beneficio principis nedum vniuerſalis, ſed particularis continetur, ibidem, numero 3
Succeſſorem afficit nomen dignitatis, ſicut & hæredis nomen, conſ. 209. nu. 14
Succeſſorum, & hæredum vbi ſit facta mentio, ſingulares etiam ſucceſſores veniunt, maxime vbi in conceſſione feudi conceſſa ſit facultas alienandi, conſilio 212. numero 5
Succeſſorum appellatione ex aliquorum ſententia veniunt illi, qui ſunt etiam hæredes ſanguinis, ibidem, numero 21
Suorum appellatione intelliguntur deſcendẽtes ſucceſſores, & hæredes ſi in aliqua parte inueſtituræ ſit facta mentio deſcendentium, ibid. nu. 12
Suorum ſucceſſorum appellatione licet cenſeantur vocati ſucceſſores ſanguinis, nõ propterea tollitur, quin debeant eſſe ijdem hæredes, & tunc feudum dicitur mixtum, conſ. 216. nu. 16
Superfluitas potius toleratur, quàm vt ſenſus directus verborum deſtruatur, conſ. 298. num. 36
Superfluitas potius toleratur, quàm quod aliquid inducatur contra mentem contrahentium, ibidem, numero 21
Superfluitas eſt potius toleranda, quàm vt quis iniuſto damno afficiatur, ibid. num. 51
Superfluitatis argumentum non procedit contra teſtatoris voluntatem, conſ. 286. nu. 18
Superfluus potius dici debet teſtatoris ſermo, quàm quod aliquid inducatur contra teſtatoris voluntatem, conſilio 277. num. 39

Digitized by Google

Superflua ne ſit diſpoſitio, interpretatio eſt facienda, conſil. 271. num. 20

Superflua in teſtamentis non vitiant, conſilio 277. numero 26

Superflua non dicitur diſpoſitio quando aliter in aliqua parte prouidetur, conſ. 296. nu. 95

Superflua verba non dicuntur etiamſi ſolam dubitationem de medio tollant, conſ. 298. nu. 20

Superflua contractum vitiare non ſolent, ibidem, numero 53

Superfluum potius quid admittimus, quam vt aliquis indebitè damnum patiatur, vel re ſua priuetur, conſil. 215. num. 24

Superioris verbum, & auctoritatem habens, non indiget verbo, & auctoritate inferioris, conſilio 252. numero 23

Superſtes, aut ſuperuiuens vbi ſubſtituatur, an eorum filij veniant ſaltem ex coniecturis, conſilio 229. numero 11

Superſtes idem ſignificat, ac ſi dictum eſſet ſi viuus fuerit, ibid. nu. 10

Superueniens ius ex perſona alterius, opponi poteſt, etiam poſt ſententiam, conſ. 209. nu. 21

Suppoſitus non dicitur qui tempore nuptiarum non habitauerit per decennium ex ſtatutis Mediolani, conſil. 160. num. 21

Surditas ſuperueniens tutelam extinguit, conſilio 211. numero 2

Surditas ab officio vacationem tribuit, conſilio 211. numero 3

Surditas vbi ſuperueniat, quis etiam in feudo poteſt per ſubſtitutum ſeruire, ibid. nu. 26

Surdus is dicitur qui nihil, ſurdaſter vero qui ad vocem clamantis intelligit, ibid. nu. 1

Surdus ad feudum non admittitur cum requirat perſona ſeruitium, ibid. num. 6

Surdus ex accidenti inhabilis non cenſetur ad teſtamentum condendum, ibid. nu. 16

Surdus poteſt per alium ſeruire ſi anteo tempore ſanitatis fidelem operam nauauit, ibid. num. 23

Surdi inter valetudinarios, & perpetuo morbo detentos connumerantur, ibid. nu. 4

Surreptionis vitium in contractu eo minus procedit, conſil. 207. num. 8

Coram ſuſpecto iudice, quam iniquum ſit litigare, conſilio 281. num. 17

Suſpicio non leuis eſt contra eum, qui differt petitionem, & iudicium reddendæ rationis donec deceſſerit ipſa tutrix, conſilio 213. num. 5

T

In TAbernas frequentantes elegans execratio, conſilio 224. num. 20

Tacere non præſumitur, qui videt actum fieri in eius præiudicium, maxime quando impedire poterat, conſil. 234. num. 83

Tacite eorum, quæ inſunt explicatio alio modo facta quam inſit multum operatur, & forma à contrahentibus præſcripta debet ex toto obſeruari, conſilio 282. numero 123

Tacitus actus ita conſenſum arguit ſicut expreſſus, conſilio 254. num. 49

Taciti & expreſſi par eſt virtus, conſilio 300. nu. 60

Tempus obligationis, & non deſtinatæ ſolutionis inſpicitur in diiudicanda priori vel poſteriori hypotheca, conſilio 214. num. 42

Tempus an ſit adiectum ſubſtantiæ, vel diſpoſitioni legati, vel executioni multum intereſt, conſilio 227. numero 4

Tempus incertum adiectum etiam verbo executiuo legati, videtur conditionem afferre, ibid. nu. 5

Tempus etiamſi adiciatur verbo executiuo conditionem affert ex aliquorum ſententia, conſilio 227. numero 8

Tempus certæ ætatis quoties adijcitur præſtationi ſeu ſolutioni, & ſic verbo executiuo modum, & non conditionem affert, ibid. num. 10

Tempus adiectum verbo executiuo diſpoſitionem non immutat, ibid. num. 14

Tempus an conditionem, vel diem afferat potiſſimum eſt teſtatoris mens inſpicienda, ibid. nu. 23

Tempus infantiæ debet in teſtibus deduci, conſilio 239. numero 45

Tempus mortis patris debet inſpici ad æqualitatem inter fratres inducendam, conſ. 247. num. 24

Tempus ſtatuti qui nō ſeruat ab eius forma recedit, nec eius beneficio gaudet, conſ. 188. num. 23

Tempus mortis debet inſpici in materia ſucceſſionum, conſ. 202. num. 19

Tempus euenientis conditionis in qualibet diſpoſitione ſpectari debet, conſ. 262. nu. 31

Tempus contractus inſpici debet, & ſufficit ſi eo tempore cauſa ſubſit, licet poſtea ceſſet, conſilio 280. numero 10

Tempus vbi non ſit expreſſum præſens intelligitur, conſilio 282. num. 69

Tempus vbi actus exigat illud tribuitur, quod diligētiſſimo neceſſarium foret, ibid. num. 70

Tempus euenientis conditionis ſpectari debet, & ſufficit ſi eo tempore inſit qualitas à teſtatore deſiderata, conſilio 285. num. 1

Tempus in dubio continuum cenſetur maxime ſi agatur de diſpoſitione odioſa, & de lucro captando, conſil. 288. num. 23

Tempus anni continuum, ex l. municipali, cap. 417. in primo, volenti retrahere rem paternam alienatam currit ignoranti, conſil. 288. num. 24

Tempus ignoranti non currit, quoties lex ſcientiam deſideret, ibid. num. 25

Tempus à lege, vel ſtatuto præſtitutum ad aliquid agendum ignoranti currere cenſetur, ibid. nu. 27

Tempus teſtamenti, & non mortis inſpiciendum videtur, conſi. 295. nu. 24

Tempus ſemper cenſetur continuum, præſertim ſi agatur de diſpoſitione ordinaria, conſ. 294. nu. 4

Tempus à ſtatuto Mediolani præſtitutum ad luendum rem ab agnato alienatam, an ſit vtile, vel continuum, ibid. num. 5

Tempus præſtitutum agnato ad luendum rem alienatā currit etiam ignoranti, ibid. num. 9

Tempus continuum currit ignoranti, & an currat agnato redimere volenti rem ab agnato alienatam, ibidem, nume. 126

Temporis probatio non videtur in iure neceſſaria, niſi quatenus illud probari velit ad fundandam alicuius intentionem, conſ. 205. nu. 63

Temporis obſeruatio quantum momenti in vnaquaq; re habeat, conſ. 182. nu. 110

Tenor inueſtituræ eſt diligenter inſpiciendus ad cognoſcendam naturam feudi, conſ. 212. nu. 9

Terminus ad ſoluendum præſtitutus non currit, quoties aliqua liquidatio præcedere debet, conſilio 279. nume. 36

Tertius non prohibetur de iure ſuo opponere aduerſus tres ſententias conformes, conſ. 209. nu. 23

Tertius

Tertius ſi veniat ad iudicium, non vt aſſiſtat, ſed vt actorem agere impediat, ſunt omnia repetenda, conſil.217. num.13

Tertius, qui fuit laudatus, & cui fuit denuntiatum, debet iudicium ſuſcipere coram emptore, qui ei denuntiauit, conſ.217.nu.15

Tertij ius nunquam ſublatum cenſetur in quocunque priuilegio, vel reſcripto principis, conſilio 216. numero 33

Tertij ius alterius confeſſione auferri nequit, conſilio 216. num.73

Tertij ius poſſidenti obijci non poteſt, qoin dicere ei licet poſſideo, quia poſſideo, tua non intereſt mea poſſeſſionis ius quarere, conſ.222 nu.57

Tertij ius in quacunq; diſpoſitione exceptum intelligitur, conſ.224.nu.36

Tertij ius quando deduci poſſit, conſ.254.nu.34

Tertij ius ſaluum ſemper intelligitur in quocunque actu etiam ampliſſimis verbis facto, conſilio 255. numero 13

Tertij ius poteſt, quis deducere eo etiam inuito pro conſeruatione iuris in eum tranſlati, conſilio 253. numero 27

Tertij ius poteſt deduci, quando quis veniret in periculum iterum ſoluendi, vel minuendi ius, & actionem euictionis, conſ.253.nu.28

Tertij ius ſi reſeruatum ſit non refertur ad perſonas contrahentium, ſed ad extraneos, conſilio 253. numero 32

Tertij ius tollere principem non præſumitur, conſilio 258. num.27

Tertij ius opponi non poteſt, quando pendet ab illius voluntate, conſ.259.nu.13

Tertij ius ſemper ſaluum intelligitur, nec princeps ſolet ei derogare, conſ.260.nu.31

Tertij ius opponi non poteſt quoties ab eius voluntate pendet, conſ.287.nu.13

Teſtamentum inter liberos ſola epiſtola fieri licet poſſit, nũ id tamen conceditur in cauſa pia, niſi adſint ſaltem duo teſtes, ex magis commun. doctorum ſenten. conſilio 204. num.12

Teſtamentum, in quo ſit inſtituta pia cauſa ſuſtinetur, etiã quoad alia, quæ pietatem non habent, ex commun. doct. ſent. ibid.nu.23

Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis quicquid ſit inter liberos ſuſtinetur reſpectu capitis perfecti, in quo pia cauſa aliquid relictum ſit, conſilio 204. numero 26

Teſtamentum etiam inter liberos non valet defectu voluntatis, quando teſtator voluit teſtes ſubſcribi, vt nullus ſit ſubſcriptus, ibid.nu.50

Teſtamentum priuata ſcriptura factum, vt valeat, debet alteri conſignari, & penes non ſuſpectam perſonam reponi, ibid.nu.51

Teſtamentum nuen factum valet ad pias cauſas ex communiori doctor. ſent. conſtito tamen de voluntate, ibidem, num.17

Teſtamentum etiam minus ſolemne conſtito de voluntate in foro conſcientia ſeruandum eſt, conſilio 204. numero 74

Teſtamentum inter liberos valet etiamſi teſtes non ſint rogati, nec notarius, conſ.208.nu.27

Teſtamentum à minore dolo factum irritum eſt, conſ.234. num.87

Teſtamentum ex alieno arbitrio pendere nequit, conſ.265 num.1

Teſtamentum filij in quo pater bannitus fuerit præteritus iure defendi poſſe videtur, conſ.265.nu.19

Teſtamentum factum ab ingrediente monaſterium ſtatim vires habet à die emiſſæ profeſſionis, ſiue monaſterium ſit capax in communi, ſiue non, conſilio 271. numero 1

Teſtamentum eius, qui ingreditur religionem irritum non ſit quaſi natiuitate poſthumi cum filij loco ſæpe monaſterium habeatur, ſi de ingreſſu cogitauit, conſilio 271. num.4

Teſtamentum ingredientis religionem, & profeſſionem emittentis reuocari non poteſt, maximè ſi ſuperiorum permiſſu confirmatum fuerit, & hæres ſcriptus poſſeſſionem adeptus ſit, ibid.nu.5

Teſtamentum morte naturali confirmatur, & quamdiu quis viuit illud reuocare poteſt, conſilio 271. numero 6

Teſtamentum ingreſſu monaſterij, an quaſi natiuitate poſthumi rumpatur, ibid.nu.9

Teſtamentum ingreſſu religionis ſi profeſſionem emiſerit reuocari nequit, ſi hæres poſſeſſionem apprehendiderit à die emiſſæ profeſſionis, ibid.nu.12

Teſtamentum minime rumpi poteſt ingreſſu religionis ſi de eo teſtator cogitauit, ibid.nu.13

Teſtamentum minus ſolemne valere non videtur fauore piæ cauſæ ſi ea immediate non ſit inſtituta, ſed ſubſtituta, conſ.277.nu.1

Teſtamentum ad pias cauſas valet ſi ſit ſcriptum notis, vel ſignis inuſitatis, & etiam ſi nutu factum ſit, multaque alia habet priuilegia, ibid.nu.5

Teſtamentum imperfectum licet non poſſit ſuſtineri etiam inter liberos, tamen quoad piam cauſam rectè defendi poteſt, ibid.nu.13

Teſtamentum licet lectum non ſit fauore piæ cauſæ ſuſtinetur, & an id procedat inter liberos, conſilio 277. numero 18

Teſtamentum iuſſu teſtatoris ſcriptum à notario rectè probari poteſt ſi de eo deponant ſeptem teſtes connumerato notario, ibid.nu.24

Teſtamentum poteſt incipere à tacita vulgari extincta expreſſa ſiue ea pupillaris ſit, ſiue alia quæuis, ibidem, numero 65

Teſtamentum poſterius tollit prius non obſtante clauſula in eo oppoſita, vt illud abrogari non poſſit, conſ.297.n.7

Teſtamentum nouum ſi fiat mutato vno legato, non cenſentur alia in priore teſtamento contenta repetita, niſi fuerint tacitè, vel expreſſè confirmata, conſilio 297. numero 13

Teſtamentum primum vbi teſtator confirmare voluerit exceptis nonnullis primum ad ſecundum ita trahitur, vt vnum in altero inſit, ibid.nu.25

Teſtamentum eſt iuris gentium inuentione licet ratione formæ, & ſolemnitatis dici poſſit iuris ciuilis ex com. ſcrib. opin.303.nu.3

Teſtamentum rumpendi atque impugnandi, qui non habet ius ab inteſtato non admittitur, conſilio 303. numero 12

Teſtamentum non ſumit vires niſi à die mortis, ibidem, numero 65

Teſtamentum, an ſola animi proteſtatione reuocari poſſit, ibid.nu.66

Teſtamenti pars vna alteram declarat, conſilio 210. numero 1

Teſtamenti notitia etiam ſi illud expletum non ſit non excluditur quin aliunde haberi potuerit, conſilio 234. numero 80

Teſtamenti ſcientia maximè probatur ex legatorum ſolutione, conſ.251.nu.5

Teſtamenti capitulum vnum aliud declarat, conſilio 296. num.72

Teſtamenti verba interpretationem capiunt ab obſeruantia poſtea ſubſecuta, conſ.296.nu.80.

Teſtamenti factio licet ſacrarum legum imperio ſubſit, tamen debet eſſe libero à coertione hominis, conſilio 303. num.4

In Teſtamento inter liberos ſufficit ſi duo tãtum teſtes adhibeantur, conſ.277.nu.12

Teſtamento poſteriore primum ſublatum cenſetur, quia voluntas teſtatoris vſque ad mortem mutari poteſt, conſ. 297.nu.5

Teſtamenta ex obſeruantia tabellionum ſolent publicari illis quorum intereſt mortuo teſtatore, conſilio 234. numero 74

in Teſtamentis perſpicua, & certiſſima exigitur probatio ad ſuſpitionem falſitatum, quæ in eis committi ſolent tollendam, conſ.204.nu.31

in Teſtamentis ad pias cauſas cum regantur iure naturali, & diuino duo teſtes ſufficiunt, cæteraque ſolemnia remiſſa intelliguntur, conſ.277.nu.3

in Teſtamentis ad pias cauſas ſola voluntas attenditur, & omnis ſolemnitas remiſſa eſſe intelligitur, & ſuſtinetur etiamſi omiſſa ſint illa verbo ore proprio nominando hæredem, conſ.277.nu.15

Teſtandi facultas vbi ſit conceſſa alicui teſtabili, non tenetur leges obſeruare, ne priuilegium inutile efficitur, cõſ. 204.nu.13

Teſtandi facultas vbi etiam relaxata ſit, duo tamen teſtes requiruntur ad probationem, conſilio 204. numero 14

Teſtandi facultatem habere videtur filiusfamilias exiſtente eius patre bannito reſpectu bonorum in territorio bãnientium ſitorum, conſ.265.nu.16

Teſtari licet quis poſſit ſolu epiſtola ex priuilegio ſibi conceſſo, attamen duo ſaltem teſtes requiruntur ad eius probationem, conſ.204.nu.33

Teſtari ſola epiſtola alicui quamuis ſit conceſſum, id tamen intelligitur modo manifeſtè conſtet de ipſius ſcripturæ veritate, ibid.nu.34

Teſtari poteſt filius reſpectu bonorum in territorio exiliũ promulgantis ſitorum, quando pater loco deportati habetur, conſ.265.nu.20.

Teſtari cauſa præfertur cauſa inteſtati, conſilio 213. numero 46

Teſtator ſi ad plures gradus ſubſtitutionum tranſit, eo magis eorum vocatio inducitur, conſilio 210. numero 7

Teſtator ſi de aliquo caſu interrogatus idem reſpondiſſet, pro expreſſo id habetur, ibid.nu.33

Teſtator præſumitur potius ſe conformare ad diſpoſitionẽ iuris municipalis, quam iuris communis, conſilio 213. num.56

Teſtator cenſetur legaſſe tantum ius quod habebat tempore teſtamenti, nec pars poſtea acquiſita in legato continetur, conſ.215.nu.31

Teſtator intelligitur legaſſe tantum ius quod habebat in re quando adiecit legato pronomen meum, vel quod ad ſe pertinebat, conſ.223.nu.7

Teſtator nunquam præſumitur elegiſſe viam per quam iudicium ſuum facile euerti poſſit, conſilio 232. numero 35.

Teſtator in dubio præſumitur potius ſe velle conformare ad ius municipale, quàm commune, conſilio 246. numero 34

Teſtator ſi aliquem eius deſcẽdentem dilexit, cenſetur etiã eius poſteritatem cuiuſcunque ſexus fuerit dilexiſſe, conſil.246.nu.42

Teſtator interrogatus ſi ita veriſimiliter reſpondidiſſet, valet coniectura, vbi tamen ex diſpoſitis colligatur veriſimilis reſponſio, conſil.246.num.77

Teſtator ſi vocet deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes non expreſſa qualitate maſculinũ, cenſetur vocaſſe fœminas prout ab inteſtato erant ſucceſſuræ, conſilio 246.nu.83

Teſtator mentionem faciens maſculorum, & fœminarum non cenſetur conſideraiſſe agnationis fauorem, ſed potius voluiſſe proximiores præferre, conſ.246.num.84

Teſtator facere non poteſt quin leges in teſtamento locum habeant, conſ.257.nu.15

Teſtator poteſt adijcere rebus ſuis, quam velit legem, modo ciuili legi non aduerſetur, ibid.nu.13

Teſtator præſumitur ſcire leges, & ſibi ſuæ vè culpæ aſcribit ſi ita diſponit, vt eius iudicium facile euerti queat, conſ.260.nu.27

Teſtator habet liberam de rebus ſuis diſponendi facultatẽ, conſ.266.nu.10

Teſtator ſicut poteſt ſuam voluntatem interpretari, & mutare, ita etiam is cui ipſe id commiſit, conſilio 266. num.19

Teſtator, quo propoſito aliquid fecerit eſt maximè inſpiciẽdum, conſ.266.nu.31

Teſtator quod mandauit, vbi non poſſit licitè fieri, an poſſit auctoritate principis in alium vſum conuerti cum conſenſu hæredis, ibid.nu.36

Teſtator propter vnius odium poteſt omnes aliquando priuare, conſ.275.nu.38

Teſtator ſi voluerit teſtari ſecundum ius commune eius diſpoſitio non ſuſtinetur ex priuilegio inter liberos aut piæ cauſæ, vel peſtis, conſ.277.nu.25

Teſtator non præſumitur elegiſſe viam per quam ſuum iudicium euerteretur, conſ.297.nu.21

Teſtator vbi prius teſtamentum poſteriore confirmat nonnullis mutatis cenſetur tantum de medio tollere, quæ reformauit, ibid.nu.26

Teſtatoris diſpoſitio debet potius ſe conformare ad ius municipale, quam ad ius commune, conſilio 246. numero 50

A teſtatoris declaratione nuſquam eſt recedendum, conſil. 246.num.55

Teſtatoris mens optime interpretatur ab obſeruantia ſubſecuta, conſ.271.nu.19

Teſtatoris voluntatem attendere debemus quatenus concedit, & quatenus prohibet, conſilio 266. numero 22

Contra teſtatoris voluntatem fieri non dicitur ſi aliquid fiat ex noua aliqua cauſa, quæ poſtea emerſit, & de qua ſi teſtator cogitaſſet, ita & ipſe ſtatuiſſet, conſilio 266. num.41

Teſtatoris voluntas in vnum vſum ſcripta, an poſſit in alium mutari, ibid.nu.34

Teſtatoris voluntas dicitur irrationalis, & contra bonos mores, quoties continet, vt quis alterius odio grauetur, conſ.275.num.7

Teſtatoris voluntas principem locum tenet in interpretandis vltimis voluntatibus, conſ.278.nu.3

Teſtatoris iuſtum præceptum non ſeruans hæres hæreditate priuari poteſt, conſ.303.nu.93

Teſtatorem voluiſſe præferre alienam ſucceſſionem ſuis liberis non eſt præſumendum, conſ.237.nu.23

Teſtatorem ſe magis conformare voluiſſe ad ius municipale, quam ad ius commune eſt præſumendum, conſil.302 nume.8

A teſtatore factum cenſetur, quod fit ab eo cui teſtator ſuæ diſpoſitionis correctionem commiſit, conſilio 266. numero 40

Teſtatus pro parte quis decedere non debet, & pro parte inteſtatus, conſ.204.nu.28

Teſtatus

Index.

Teſtatus, quic pro parte decedere poteſt, & pro parte non, fauore pia cauſa ad exemplum militis, conſilia 277. numero 59

Teſtimonium religioſi in ſacris conſtituti dicitur omni exceptione maius, conſ. 268. nu. 30

Teſtimonium vnius ſupplitur dicto alterius, conſilio 268. num. 36

Teſtimonia rerum vbi habemus non egemus verbis, conſil. 294. nu. 100

Teſtis locupletiſſimus ſupplet defectum aliorum, conſ. 204 num 68

Teſtis deponens non veriſimilia non probat, imo eſt valde ſuſpectus. conſ. 205. nu. 8

Teſtis conſanguineus in magna cauſa repelli videtur, conſ. 205. nu. 9

teſtis affinis licet admittatur, quando deponit inter duos affines, attamen ſi vnus ſit magis affinis, quàm alter, repelli videtur, cum vigere poſſit nimia affectio, conſ. 205 num. 10

teſtis vbi agat de ſuo intereſſe, & commodo repellitur, conſil. 205. nu. 11

teſtis conſanguineus aduerſarij cum quo litigatur contra eum maiorem fidem facit, ibid. nu. 66

teſtis deponens de his, quæ vidit tempore infantiæ non probat, conſ. 239. nu. 46

teſtis, vel notarius ſubſcribens ſibi non præiudicat, conſilio 261. nu. 30

teſtis ſemel examinatus ſi velit repeti, poteſt ſe referre ad primum dictum, ſed denuum interrogari debet ſi pars id poſtulet, conſ. 277. nu. 53

teſtis aliquid dicens ſuper interrogatorijs rei, an probet pro actore, conſ. 278. nu. 18

teſtis auritus contra producentem non probat, ibidem, numero 19

teſtis de credulitate contra producentem non probat, ibidẽ, num. 19

teſtis debet dicere veritatem ſuper tota cauſa maxime cum iuramentum ſit indiuiduum, ibid. nu. nn

teſtis ſi de tempore non deponat, probat vbi tempus non ſit de ſubſtantia, vel aliter certa eius ratio haberi poſſit, conſil. 268. nu. 44

teſtis amicus eſſe non prohibetur, ibid. nu. 47

teſtis deponens per verbum credo, ſatis firmiter probat ſi rationem concludentem adducat, ibid. nu. 49

teſtis deponens per verbum credo, probat contra producentem. conſ. 282. nu. 24

teſtis de tractatu non probat actum perfectum, conſil. 300. num. 52

teſtis cui poſſit tribui lane, vel vitaperium non probat, ibi. num. 37

teſtis ſi agat de ſuo commoda, vel incommodo non probat, ibid. nu. 39

teſti, quando agit de ſuo ipſius commoda non creditur, conſil. 204. nu. 46

teſti vnico creditur, quando eſt valde dignus, & nihil ad eius commodum ſpectat, & alia accedunt adminicula, ibid. nu. 67

teſti vni, & ſingulari non creditur, conſilio 216. numero 97

teſti vni etiam valde digno non creditur, conſilio 288. numero 46

teſtes duo vna cum parocho exiguntur in teſtamentis conficiendis ex iure pontificio, quod in terris eccleſia ſeruandum eſt, & ex iure ciuili ſeptem teſtes exiguntur ex magis com. doct. ſent. conſ. 204. nu. 4

teſtes domeſtici admittuntur in his, quæ fiunt intra domeſticos lares, ibid. nu. 56

teſtes in facto proprio deponentes maiorem fidem faciunt. conſilio 205. numero 44

teſtes non dicuntur ſingulares, quando inuicem ſibi ipſis adminiculentur, & tendunt ad eundem finem, ibidem, numero 45

teſtes deponentes, quod aliquis habuit dicere, vel proteſtari quomodo debeant deponere, conſilio 205. numero 6n

teſtes producti, & approbati ab vna parte non poſſunt improbari, ibid. nu. 65

teſtes coram arbitro examinati in alia iudicio probant inter eaſdem perſonas. conſ. 208. nu. 10

teſtes in vno iudicio examinati faciunt fidem in alia inter eaſdem perſonas, vel cauſam ab eis habentes, conſ. 219. num 41

teſtes in vno iudicio ſemel examinatos poteſt quis petere, vt iterum examinentur in alia iudicia vbi viuant, ibid. num. 42

teſtes ſingulares admittuntur ad probandum fœnus, & vſuram, ibid. nu. 53

teſtes in alio iudicio examinati, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem non probant, conſilia 222. numero 10

teſtes idonei vbi requirantur, debet ea qualitas probari, conſ. 239. nu. 3

teſtes de auditu ad hoc, vt probent, quid requiratur, conſil. 239. nu. 36

teſtes de auditu, vt probent, quæ qualitates requirantur, cõſil. 239. nu. 44

teſtes inuerisimilia deponentes non probant, ibidem, numero 47

teſtes poſſunt examinari non citata parte vbi proceditur inſpecta naturali æquitate, conſilio 247. numera 32

teſtes de auditu, & fama licet admittantur vbi agatur de facto antiquo tamen, vt probent multa qualitates requiruntur, conſ. 252 nu. 8

teſtes eſſe concordes in facto principali ſufficit, conſil. 277. num. 49

teſtes ſufficit eſſe concordes in facto principali, licet in verbis diſcordent, ibid. nu. 52

teſtes recipiuntur non citata parte vbi intendatur ſummariſſimum poſſeſſorium ex l. fin. C. de edicto D. Adriani tollen. ibid. nu. 54

teſtes interdum coniunguntur ad plenam fidẽm faciendam, conſ. 268. nu. 38

teſtes ſatis eſt ſi conueniant in facto principali, licet diſcedeat in qualitatibus minime ſubſtantialibus, conſil. 268 num. 45

teſtes dignitate, & numero lõge ſuperiores alijs inferiorib. præſtant, ibid nu. 48

teſtes inter alias perſonas, & ad alium finem, & effectum recepti non nocent ei, qui ius connexum non habet, & qui non fuerit citatus, maxime ſi poſſint denuo examinari, ibid. nu. 35

teſtes ſingulares, & de fama deponentes, an & quando probent, ibid. nu. 38

teſtes, & perfecta probationes, an & quando coniungantur, ad plenam faciendam probationem, conſilio 300. num. 30

teſtium numerus vbi minor ſit conſueto, tunc teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, conſilia 204. numero 39

teſtium numerus ſupplet defectum aliorum, ibidem, numero 69

teſtium, & authorum communis opinionis authoritas, & qualitas vincit numerum, conſilio 206. numero n7

teſtium dicta quantum fieri poteſt ad concordiam debent reduci,

reduci, conſilio 205. numero 59
Teſtium inhabilitas ſuppletur aliorum habilitate, conſilio 255. nu. 21
Teſtium numerus ſupplet defectum, conſilio 277. numero 23
Teſtium dicta quantum fieri poteſt ſunt conciliãda, nec debent intelligi cauilloſè, ſed adaptanda ſunt ad id quod teſtis dixit ſcire, conſ. 277. no. 46
Teſtium varietas in tempore non attenditur, quando tempus non eſt de ſubſtantia, ibid. nu. 50
Teſtium fides ex eorum qualitate maxime augetur, conſil. 268. nu. 20
Teſtium numerus vbi non ſit expreſſus duo ſufficiunt, conſil. 268. nu. 28
Teſtiũ in concurſu, qui præferri debeant, conſ. 282. no. 23
Teſtibus vbi probatio fieri vetetur, ea tamen cõceditur pro pia cauſa, conſ. 204. nu. 72
Teſtibus vilibus, vel in perſima defectus patientibus multum de fide diminuitur, conſ. 252. no. 9
Teſtibus, qui alias examinari non debuerint, ſi ita ei videatur, poteſt iudex fidem adhibere, conſilio 268. numero 33
Titulus, quem ſpoliator quærit non iuuat tanquam color quæſitus ad iniuſtam eius poſſeſſionem colorandam, cõſ. 204. nu. 41
A Tituli primordio poſterior formatur euentus, conſ. 299 num. 27
De Toto ad totum, quod iuris eſt idem de parte ad partem, conſil. 242. nu. 33
Totum qui dicit, nihil excludit, conſilio 295. numero 8
Tractantur multa, quæ non perficiuntur, conſilio 300. numero 12
Tractantur multa, quæ non perficiuntur, conſilio 300. numero 52
Tractatus ante conſenſum debent interuenire in alienatione rerum eccleſiæ, conſ. 280. nu. 16
Tractatus vbi ſubſit vtilitas eccleſiæ ſufficit ſiue præcedãt ſiue ſubſequantur, conſ. 280. nu. 19
Tractatus loco habentur diſcuſſio à iudice facta de neceſſitate, & vtilitate alienationis rerum eccleſiæ, ibid. numero 20
Tractatus eſt cauſæ quædam diſcuſſio, & indagatio, conſi. 280. num. 21
Tractatus in alienationibus rerum eccleſiæ requiſitus impleri poteſt aliquo medio, quod æquipolleat, ibidem, numero 22
Tractatus dicitur principium rei, & propoſitum eius, qui quærit emptorem declarans ſe velle vendere, ibidem, numero 23
Tractatus vnus requiritur in alienandis rebus eccleſiæ, ex commun. doct. ſent. licet aliqui velint tres exigi, ibid. num. 24
Tractatus non videtur eſſe neceſſarius in alienatione rerum eccleſiæ, quando interuenit licentia Sum. Pontificis, vel alterius ſuperioris, & item epiſcopi, & Capituli, ibid. nu. 25
Tradi non debet res vendita niſi prius recepto pretio, conſ. 279 nu. 15
Tranſactio de re eccleſiæ debet fieri cum authoritate ſuperioris, & cum debitis tractatibus, alias nulla habetur, conſ. 221. nu. 2
Tranſactio propter metum, vel impendentis litis, vel potentiæ aduerſariorum, irrita fieri poteſt, ibidem, numero 13
Tranſactio debet fieri ſuper re dubia, & incerta, & ſi fiat ſuper re certo nullius eſt momenti, conſilio 221. numero 22
Tranſactio facta ſuper re clara doli habet coniecturam, ibi. num. 23
Tranſactio fieri non poteſt ſuper teſtamento, niſi perſpectis & cognitis verbi teſtamenti, & in legi hoc diſponenti renunciari poſſit, conſ. 225. nu. 24
Tranſactio aliquo non dato ſeu retento aut promiſſo non procedit, conſ. 235. no. 12
Tranſactio non reſcinditur niſi adſit maxima læſio, conſil. 250. nu. 18
Tranſactio debet fieri ſuper re dubia, & ſi ſuper re clara fiat inutilis eſt, conſ. 256. nu. 2
Tranſactio reſcindi poteſt ob enormiſſimam læſionem, ibid. num. 3
Tranſactio fieri poteſt cum patre bannito ſuper hæreditate filij, preſertim ſi fiat extra domum, conſilio 265. numero 22
Tranſactio propter læſionem excedentem mediam rei æſtimationem conſiderato dubio litis euentu reſcindi poteſt, ibid. nu. 24
Tranſactio ne fiat ſuper aliquo re à teſtatore poteſt prohiberi, conſ. 275. nu. 41
Tranſactio reſcindi poteſt ex l. 2. C. de reſcind. vend. ſecundum magis com. opin. conſ. 299. nu. 1
Tranſactio etiam ſi iurata ſit, & non obſtante renontiatione omnis legum auxilij, & l. 2. C. de reſcind. vend. retractari poteſt ob enormiſſimam læſionem, ibidem, numero 24
Tranſactio inita ſuper re clara, vel ſuper lite potius de facto, quàm de iure facta irrita eſt, conſilio 299. num. 7
Tranſactio errore imbuto, vel falſa cauſa infringitur ex qualibet læſione, ibid. nu. 8
Tranſactio ſuper vſura fieri nequit, ſed bene poteſt in vim liberæ donationis ſuſtineri, conſ. 301. nu. 33
Tranſactionis contractus fortiſſimus dicitur, nec datur pœnitentia, conſ. 290. nu. 15
Tranſactionis contractus licet videatur innominatus, attamen propter publicam vtilitatem ne extinctæ lites iterum renouentur, ab eo recedi non poteſt, ibidem numero 18
Tranſactioni contraueniens incidit in pœnam l. ſi quis maior, C. de tranſact. ibid. nu. 16
Per Tranſactionem euacuantur, & extinguuntur omnia inſtrumenta vtriuſq; partis, conſ. 215. nu. 17
Tranſactionem, qui intendit reſcindere propter inſtrumẽta de nouo reperta, vel aliter reſtituere debet, quæ habuit vi ipſius tranſactionis, ibid. nu. 25
Trãſactionẽ, qui reſcindere velit debet reſtituere, quod recepit, nec obſtare videtur, quod ſit idẽ repetiturus, quia hoc incertum eſt, ibid. nu. 27
Tranſactionem qui intendit reſcindi, debet reſtituere accepta cum fructibus, ibid. nu. 29
Tranſactionem non ſeruant, nihilominus tranſactio ſeruari debet, conſ. 290. nu. 17
Ad Tranſactionem reſcindẽdam quomodo æſtimatio ſit facienda, conſ. 299. nu. 2
In Tranſactione locum habet remedium l. 2. C. de reſcind. vend. conſi. 262. no. 5
Tranſigere non poſſunt prælati eccleſiarum de re eccleſiæ etiam emphyteutico niſi ſeruatis ſolemnitatibus in alienationibus rerum eccleſiæ ſeruari ſolitis, conſilio 221. num. 1
Tranſigere, & de iure ſuo aliquid remittere propter bonum pacis, & concordiæ valde tranſigenti conducit, conſil. 225. no. 18
Tranſigere licet nequeat prælatus ſine conſenſu capituli, ita vt res eccleſiæ remaneat penes tranſigentem, id tamen non procedit vbi res ipſa ſit penes poteſtatem, conſ. 260. nu. 8

Tra[illegible]re an poſſit prælatus, conſ.275.nu.42
Tranſitus de vna linea ad alteram lineam, quando detur, conſ.228.nu.15
Tranſitus non fit de vno ad alteram lineam, quando inſtitutio habet fundamentum in duobus filijs hæredibus inſtitutis, ibid.nu.16
Tranſitus per vicinas domos ſæpe fit iure familiaritatis, conſ.278.nu.14
Tranſumptis, vt fides adhibeatur multa, & complura à iure deſiderantur, conſ.216.nu.31
Trebellianicam non poteſt prohibere ex recepitiori ſententia filius primi gradus, conſ.252.nu.13
Trebellianicam licet ex iure communi prohiberi nequeat filijs primi gradus, tamen ex cõſuetudine Mediolani prohiberi poteſt, conſ.286.nu.26
Trebellianicæ detractio vocationem affert poſitorum in cõditione, conſ.210.nu.8
Trebellianicæ detractio ex quibus clauſulis prohibita cenſeatur, conſ.286.nu.25
Tutela ex curſu longi temporis ſolẽniter adminiſtrata præſumitur, conſ.213.nu.1
Tutela, & cura cum ſit munus publicum non poteſt recuſari niſi legitima ſubſiſtente cauſa, conſilio 234.numero 69
Tutela teſtamentario incipit à die aditæ hæreditatis, conſ.234.nu.63
Tutelæ actio ſpatio triginta annorum concluditur, conſilio 213.nu.4
Tutelam gerere non prohibentur mater, & auia, etiamſi debitrices, & creditrices ſint, & an id habeat locum in cõſtitutione Mediolani, tit.de tutelis, & in credito dotali, conſ.208.nu.20
Tutelam remiſiſſe alicui intelligitur ſi quatuor menſibus eum pro tutore ſe gerere paſſus eſt, conſilio 234. numero 84
Tutor etiamſi proprio bono in inuentario deſcripſerit, tenetur illa reſtituere, & poſtea ſi quis eſt error docere, conſ.209.nu.2
Tutor ſi confiteatur aliqua in hæreditate inueniſſe, cenſetur ſe obligare ad reddendum de eis bonam rationem, cõſil.209.nu.31
Tutor præſumitur ſcire omnis pupillaris patrimonij qualitates, & tenetur in repertorio omnia clare, & diſtinctè deſcribere, alias contra eum in litem iurari poteſt, conſil.209.nu.33
Tutor quatenus excipit, aliqua ex his, quæ in repertorio deſcripta ſunt deficere aut conſumpta eſſe id debet probare, ibid.nu.35
Tutor debet docere, quid actum ſit de rebus in inuentario deſcriptis, ibid.nu.36
Tutor ſurdus poteſt ſibi adiungere curatorem qui ei in officio auxilio ſit, conſ.211.nu.25
Tutor cogi poteſt ad reddendum deſcripta in repertorio etiam ante redditam rationis adminiſtrationem, conſil.230.nu.19
Tutor rectè conueniri poteſt ad id quod in repertorio fuſſus eſt habere nondum etiam reddita ratione, ibid. numero 44
Tutor, quondam, & nunc curator hæres inſtitui non poteſt ab ipſo minore, conſ.234.nu.7
Tutor capere non poteſt ex teſtamento quondam pupillæ ſuæ, pupilla tamen ex teſtamento tutoris rectè capit, conſil.214.nu.8
Tutor ſuſpectus tutor non eſt, conſilio 234.num.17
Tutor cum detur perſonæ, eo magis præſumitur ab eo metum minori inferri, ibid.nu.18
Tutor, & curator ratione officij dicitur pupillo potentior, conſilio 234.nume.26
Tutor finita tutela, an poſſit agere, vt liberetur, & vbi velit rationem reddere, quid obſeruandum ſit, ibidem, num.58
Tutor ſcriptus ſi ceſſet nec ſolemnia faciat periculo ſuo, ibi.num.65
Tutor teſtamẽta[illegible]poteſt ſe ingerere in adminiſtratione rerum pupillarium non petita licentia à iudice, ibidem, num.67
Tutor ſi non præſtet ea ad quæ de iure tenetur contra eum in litem rectè iuratur, ibid.nu.68
Tutor non liberatur niſi petat curatorem pupillo, ibidem, num.79
Tutor inuentarium facere debet, & alia præſtare ad quæ de iure tenetur, ibid.nu.89
Tutor niſi proponat debito tempore excuſationem obligatus manet, & ipſe ſolus tenetur alijs tutoribus defunctis, ibid.nu.9
Tutor, vel curator ſi pecunias pupilli otioſas retineant, vel in ſuos vſus conuertant tenentur, ad id quod intereſt, cõſil.244.nu.15
Tutor tenetur pecunias pupillares dare ad honeſtam lucri partem, alias tenetur de ſuo tantundem reddere, ibidem, num.16
Tutor in dolo eſſe dicitur ſi pecunias pupillares in ſuos vſus conuertit, ibid.nu.17
Tutor ſi in proprios vſus pecunias pupillares conuertat, centeſimam vſuram præſtare debet, conſilio 244.numero 19
Tutor, quod lucratus eſt ex pecunia pupillari pupillo reſtituere tenetur, ibid.nu. 0
Tutor conuertens pecunias pupilli in proprios vſus tenetur in duplum, & ad vſuras vſurarum, conſilio 244.numero 21
Tutor ſi det pecuniam ſuam ad honeſtum lucrum, illam autem pupilli apud ſe retineat, an ad id quod intereſt teneatur, ibid.nu.22
Tutor debet in rebus pupilli eam adhibere diligentiam, quã quilibet paterfamilias in rebus ſuis adhibuiſſet, ibidem, num.23
Tutor tenetur rem pupilli melius curare, quam ſuam ipſius, niſi ſua eſſet pretioſior, vel par, quo tunc gratificationi locus eſt, ibid.nu.24
Tutor, an de leuiſſima teneatur culpa, ibidem, numero 25
Tutor non tenetur negotiari cum pecunia pupilli niſi ſit iuſſus à teſtatore, ſed debet magis emere prædia, ibidem, num.27
Tutor, an debeat magis pecunias pupillares in honeſtu lucrum conuertere maioris redditus, quam in ſimilib.prædio, ibid.nu.29
Tutor conuertens pecunias pupillares in rem vtilem cum adeſſet vtilior, tenetur ad id quod intereſt, ibidem, numero 30
Tutor, vel curator conſentiens ſibi non præiudicat, conſil.261.nu.31
Tutor legitimus quoad ſui præiudicium perinde habetur ac ſi decreta ei tutela ſolenniter fuiſſet, conſilio 261.numero 32
Tutor, vel curator contrahens ſuper re minoris cenſetur eo nomine contrahere, conſ.262.nu.8
Tutor non poteſt ſoluere pecunias in cauſam debiti illiquidi omiſſo liquido, conſ.263.nu.44
Tutor repræſentat pupillum, & ideo verba ad eum directa ad pupillum inſcripta cenſentur, conſilio 303.numero 111
Tutoris hæres tenetur iure actionis, & officij libros rationum cuſtodire, vt quoties caſus euenerit illos exhibeat, conſ.213.num.37

Tutoris ſcientia, quando dicatur pupilli ſcientia, & eum afficiat, conſ.223.nu.28

Tutoris, & eius hæredis mora augetur ſi petitos rationis libros exhibere recuſauerit, conſilio 230. numero 42

Tutoris teſtamentaria conſtitutio quem tutorem facit, maxime ſi adinactam habeas adminiſtrationem, conſ.234. num 85

In tutorem ſeuerius agitur, mitius autem in eius hæredem niſi lis iam eſſet contra tutorem incboata, vel niſi ex damno pupilli lucrum ipſe captauerit, conſilio 213. numero 22

Pro tutore, quis reputatur etiamſi tutelam legitime non ſuſcipiat quoad eius præiudicium, conſilio 234. numero 86

A tutore, vel curatore contra minorem accepta ceſſio, eſt nulla, ibid.nu.16

Pro tutore habetur is ad quem periculum tutelæ pertinet, ibid.nu.66

Tutores ſæpius à tollendo, quam à tuendo nomen accipiunt, ibid.nu.28

Tutores plures vbi ſint licet vnus ſolus adminiſtret, tenentur tamen omnes erga pupillum, conſilio 234. numero 92

Tutoribus cum minore contractus cur lex interdixerit, per eleganti, & egregia demonſtratur ratione, ibidem, numero 27

V

V*Agabundus quis dicatur, conſ.268.nu.40*

Valet tantum res quantum communiter vendi poteſt ſcienti eius qualitatem, conſ.269.nu.10

Valetudo bona licet ſit res pretioſa, vili pretio tamen æſtimatur, & in paruo habetur pretio, conſilio 284. numero 4

In valore cuiuſque rei æſtimando nedum quantitas, ſed qualitas cuiuſque rei eſt expetenda, conſilio 206. numero 28

Vaſallus ſine conſenſu domini videtur poſſe alium de feudo ſubinfeudare, conſ.254.nu.20

Vaſallos inuitos nequit dominus directus alienare, conſilio 228.nu.31

Vectigalia inducta cenſentur auctoritate ſuperioris, conſi. 224.nu.32

Velle is dicitur, qui poteſt, & nolle, conſilio 303. numero 9

Venalem rem ſi quis exponat, & conueniat rem illam permutare pœnitentiæ locus non eſt, conſilio 245. numero 7

Venationum iure conceſſa an feudatarius poſſit facere edictum ne quis venetur in milijs annonæ cõſeruandæ gratia, conſ.207.nu.15

Venationum iure conceſſa cenſetur tributum ius prohibendi maxime ſi adſit clauſula id ſuadentes, conſilio 207. num.32

Venationes tanquam iuriſgentium, an prohiberi poſſint, & à quo, ibid.nu.4

Venationes ferarum beſtiarum licet prohiberi non poſſint, tamen leporum, perdicum, coturnicum id fieri poſſe videtur à perpetuis dominis cum mero, & mixto imperio & gladij, & poteſtate inueſtiti, conſilio 207. numero 18

Vendendi tarditatem ſibi comparat, qui intempeſtiue nimis aliquid emit, conſ.280.nu.17

Vendendi promiſſio aliud eſt, quam ipſa venditio, & propterea licita eſt pœnitentia, conſ.282.nu.91

Vendens nomen debitoris tenetur oſtendere ſe eſſe verum creditorem, licet non debeat defendere creditum huiuſmodi eſſe, vt exigi poſſit, conſ.256.nu.16

Vendens aliquid compellitur cedere iura ſua, conſilio 298. num.59

Vendere promittens tenetur rem tradere, quia hæc obligatio eſt indiuidua, ex commun.doct.ſentent. conſ.205. num.18

Vendere plus offerenti intra certum tempus ei, qui fecerit meliorem conditionem, non poteſt ſe ipſum pœnitere, cõſil.245.nu.6

Vendere promittens ſi rem habeat, non liberatur præſtando intereſſe, ſed cogitur rem tradere, conſilio 245. numero 17

Vendere ſi quis promiſerit Titio niſi intra certum tempus, quis meliorem fecerit conditionem non poteſt mutare conſilium, ſecus ſi promiſerit nemini vẽdere niſi Titio, ibid.nu.19

Venditio ſolo conſenſu celebratur tacito, vel expreſſo, conſ. 205.nu.38

Venditio, vt pro facta habeatur vbi aliquid fiat ſi conueniatur, præ nominata contractu emptionis, & venditionis habetur, conſ.218.nu.32

Venditio tanquam metu facta reſcinditur, quando fit propter timorem ne opprimeretur, conſilio 221. numero 18

Venditio à procuratore principis facta, ab ipſo principe facta cenſetur, conſ.224.nu.1

Venditio vbi poſſit attingere debitum finem ſecundum naturam ei datum reputatur perfecta, conſilio 280. numero 32

Venditionis ſubſtantia conſiſtit in pretio, conſilio 205. numero 39

Ad venditionis perfectionem tria exiguntur, conſenſus, res, & pretium, ibid.nu.40

Venditionis appellatione in ſtatutis non uenit permutatio, conſ.233. nu.8

Venditionis perfectio, quando inducta cenſeatur, conſ.280. num.28

Venditionem etiam ex iuſta aliqua cauſa reſcindere volẽs, aut nullam dicere non auditur niſi primo refundat pretium in eius vtilitatem verſum, conſilio 205. numero 41

Venditionem in minori ætate factam ſi maior factus, quis approbauerit, amplius eam impugnare nequit, conſ.252 num.32

In venditione indefinita æquipollet vniuerſali, conſ.207. num.33

Venditor, qui accepto pretio rem venditam non tradit, conuenitur actione ex vendito ad rem tradendam, vel ad id quod intereſt ſoluendum, conſ.205.nu.37

Venditor ſi poſt ſtatutam diem reliquam pecunia pactum legis commiſſoriæ non exercuiſſet, ſed partem reliqui debiti recepiſſet, videtur receſſum à commiſſoria, ibidem, num.47

Venditor, qui vendere obtulit, & denuntiauit, cogi poteſt ad contractum perficiendum, vel ſaltem datur actio ad id quod intereſt, conſ.245.nu.16

Venditor non tenetur de euictione vbi emptor ſciuerit rem eſſe alteri obligatam, conſ.250.nu.25

Venditor ad tradendum cogi poteſt, vbi contractus venditionis ſit perfectus, vel pro perfecto habitus, conſil.280. num.27

Venditor poteſt iudicium contra emptorem inſtitutum inuita actore ſuſcipere, & in ſe ipſum transferre, conſilio 292.nu.29

Venditor poteſt adijcere pacta quibus conditio reſoluatur tempore contractus, ſecus poſt, conſilio 303. numero 8

Index.

Verbum defendens, genericum eſt, & collectiuum, comprehenditque tam maſculos, quam fœminas vſque in infinitum, conſ. 229. nu. 18

Verbum emendare, vel reformare, quid importet, conſ. 266 num. 28

Verbum habet, ex ſubiecta materia quandoque ad futurum trahitur, conſ. 245. nu. 34

Verbum illud deſcēdendo, potius referri debet ad deſcendētes, quam ad coniunctos ex tranſuerſo, conſilio 285. numero 14

Verbum moderatio iam diſpoſitorum diminutionem importat, conſ. 266. nu. 23

Verbum non poteſt, neceſſitatem inducit, & omnem potentiam tollit, conſ. 289. nu. 5

Verbum occaſio, remotiſſimam etiam cauſam deſignat, conſil. 296. nu. 21

Verbum poteſt, neceſſitatem non importat, ſed facultatem tribuit, conſ. 243. nu. 23

Verbum poteſt, neceſſitatem non inducit, conſilio 281. numero 10

Verbum poteſt, complectitur omne ius tam præſens, quam futurum, conſ. 295. nu. 13

Verbum poteſt, intelligitur ex cauſa ſeu ex contractu de præſenti, ibid. nu. 17

Verbum poteſt, in vltima voluntate ſi ad grauatum referatur, neceſſitatem afferre videtur, conſilio 303. numero 209

Verbum, quando à teſtatore profertur, ad diſpoſitionem inducit, conſ. 302. nu. 26

Verbum remaneat, quid importet, conſilio 296. numero 69

Verbum remaneat, comprobatur in caſu caduci, qui manet his à quibus relictum fuit, ibid. nu. 75

Verbum remaneat, ad cauſam caduci refertur, ſcilicet antequam legatum ad legatarium perueniat, ibidem, numero 92

Verbum remanere, eſt commune, conſilio 302. numero 18

Verbum remanere, inducit perpetuum, & ſucceſſiuum, & reciprocum fideicommiſſum, conſilio 302. numero 19

Verbum remanere, eſt verbum commune, ibidem, numero 28

Verbum ſuccedere, tanquam commune comprehendit vtrāque ſucceſſionem, ſcilicet teſtati, & inteſtati, ibidem, numero 49

Verbum vnum ad plura reſpiciens, debet intelligi ſecundum naturam eorum ad quæ refertur, & eadem res diuerſo iure cenſeri poteſt circa diuerſa, conſilio 206. numero 10

Verbum volo, apertum affert fideicommiſſum, cōſ. 302. numero 25

Verbum volo, licet non ſit directum, vel obliquum, aſſumit tamen naturam verbi cui adiungitur, conſilio 302. numero 27

Verbo poteſt, ſi præponatur dictio negans, tollitur omnis facultas aliter diſponendi, conſilio 264. numero 10

Verbo poteſt, ſi negatiua dictio præponatur, omnem potentiam tollit, conſ. 302. nu. 10

Verba ſemper accipiuntur quatenus ſignificare poſſunt in materia quantumuis odioſa, conſilio 206. numero 7.

Verba generalia referuntur ad omnes, & ad omne tempus, ibid. nu. 14

Verba ita ſunt intelligenda, vt ſingula ſingulis conueniant, ibid. nu. 15

Verba priuilegij, vel reſcripti generalia referuntur ad omnia, quæ ſub illis verbis poſſunt comprehendi, ibidem, num. 16

Verba ſatis agere videntur ſi dubicationem, quæ iniici poteſt de medio tollant, ibid. nu. 39

Verba vniuerſalia atque geminata ſemper intelliguntur eo reſpectu quo prolata ſunt, conſilio 213. numero 52

Verba etiam vniuerſalia operantur, vt tantum veniant, quæ ſunt ex natura ſermonis, & conuenientia iuri ac rationi, conſ. 213. nu. 53

Verba potius demonſtrant, quam reſtringant aut coarctent diſpoſitionem, conſ. 220. nu. 25

Verba vniuerſalia ad habilitatem ſunt reſtringenda, conſi. 230. nu. 4

Verba in ſtatutis ſunt propriè accipienda, conſilio 233. numero 6

Verba etiam vniuerſalia ad hæreditatem reſtringuntur, cōſil. 229. nu. 30

Verba geminata inualidum conualidant, & ex eis fideicommiſſum facile inducitur, conſ. 229. nu. 46

Verba intelliguntur eo reſpectu quo prolata ſunt, conſ. 235 num. 8

Verba generalia reſtringuntur ad perſonas in principali diſpoſitione comprehenſas, conſilio 235. numero 9

Verba enuntiatiua non probant etiam inter contrahentes, quando principaliter de enuntiato diſputari contingat, conſ. 247. nu. 4

Verba enuntiatiua vbi diſponendo prolata ſint, probant inter contrahentes, etiamſi in alio contingat iudicio diſputari donec contrarium probetur, conſilio 250. numero 15

Verba debent intelligi in contractibus potius vere, & naturaliter, quam ciuiliter, & per fictionem, conſilio 255. num. 16

Verba debent accipi per prius, & non per poſterius, conſil. 255. nu. 17

Verba generalia reſtringi debent ad hoc ne quis iniuſtè dānum patiatur, ibid. nu. 37

Verba debent intelligi eo reſpectu quo prolata ſunt, conſilio 256. nu. 17

Verba etiam vniuerſalia reſtringi debent ad debilitatem, conſ 261. nu. 52

Verba ſpecialia plus operantur, quàm generalia, conſ. 278. nume. 6

Verba ſunt in potentiori ſignificatu accipienda, conſ. 282. num. 115

Verba debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi, conſ. 286. nu. 7

Verba intelliguntur eo reſpectu quo prolata ſunt, & reſtringuntur ad cogitatum, conſ. 295. nu. 16

Verba non dicuntur inania ſi dubitationem remoueāt, quæ fieri potuiſſet, conſ. 296. nu. 76

Verba potius inania dici debent, quam quod aliquid inducatur contra mentem, conſ. 296. nu. 77

Verba adinuenta fuere, vt dicentis ſententia exprimant, conſ. 298. nu. 6

Verba ſunt potiſſimum inſpicienda ad cuiuſq; mentem intelligendam, conſ. 298. nu. 8

Verba quæ tantum declarationem afferunt, ſi de ſuperfluitate conſtet, alius eſt potius accommodandus ſenſus, conſi. 298. nu. 35

Verba vbi ſint clara, ab eis non receditur præeo quod debeat aliquid operari, vel ne inutilis ſit diſpoſitio, ibid. num. 37

Inter verba directa, & deprecatiua in legatis, & fideicommiſſis nihil intereſſe videtur, cum etiam nutu inducantur, conſ. 302. nu. 29

Verba

Verba vbi poſſent intelligi ciuiliter, vel naturaliter potius intelliguntur naturaliter, conſ.302.nu.47
Verba dum res ſeria agitur prolata non ioco, ſed conſulta emiſſa cenſentur, conſ.300.nu.21
Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & vt ſtipulatio valeat, & ſecundum qualitatem rei ſuper qua proferuntur, ibid.nu.22
Verba adulationis, vel iactationis non obligant, ibidem, numero 61
Verba ſuper re ſeria prolata per iocum emiſſa non cenſentur. ibid.nu.62
Verba illa modis, & formis ac conditionibus de quibus infra intelligi poſſunt temporaliter, cauſatiuè, & quantitatiuè, ibid.nu.55
Verba deprecatiua, in vltimis voluntatibus, ſi ad grauatum dirigantur, diſponunt, & neceſſitatem afferunt, ibi. num.110
Verborum propria ſignificatio attendi debet vbi agatur de priuilegio motu proprio conceſſo, quia eſt obſeruandum, vt ſonat abſque vlla reſtrictione, conſilio 206. numero 40
A verborum ſignificatione non eſt recedendum niſi quatenus manifeſtum ſit aliter diſponentem ſenſiſſe, conſilio 298.num.7
Verborum ſenſum explicari, vel oculo mentis, vel corporis ſufficit, conſ.300.nu.59
A verbis nimium effuſis cauendum eſt, conſilio 255.numero 33
Verbis claris ſtandum videtur etiamſi aliter fuiſſe mentem probari vellet, conſ.298.nu.9
A verbis perſpicuis non receditur etiamſi dura uideantur, ibid.num.43
Verecundiæ ſeruandæ gratia, ex nudo pacto, quis poteſt ſoluere non obſtante denuntiatione ne ſolueret, conſilio 205.nu.19
Veriſimilis ea interpretatio eſt, quæ ſit ex eo quod ſi de eo caſu interrogatus fuiſſet teſtator, vtique idē de eo reſpondiſſet, conſ.237.nu.21
Veriſimile, quod eſt iudex amplecti debet, conſilio 294.numero 107
Veriſimile ſi aliquid non ſit, licet poſſibile ſit, non tamen eſt attendendum, conſ. 294.nu.109
Veriſimile, quod non eſt, debet probari fortioribus probationibus, conſ.300.nu.42
Veriſimilitudo fidem probationis mirificè iuuat, conſ.204. num.59
Veriſimilitudo eſt omnium interpretationum caput, conſil. 242.num.39
Veriſimilitudo ab effectu ipſo cui magis conſulitur, optimè deſumitur, conſ.266.nu.17
Veriſimilitudini multum tribuendum eſt in vnaquaque re iudicanda, conſ.219.nu.16.
Propter veriſimilitudinem probant, quæ aliter regulariter non probarent, conſ.219.nu.17
Ex Veriſimilitudine ſola iudicia ſæpe diffiniuntur, conſilio 242.num.38
Veritas perfecta per ampliorem teſtium numerum reuelatur, conſ.204.nu.32
Veritas, vbi ſit ſpectanda ſententia poteſt ferri etiam ſuper non petitis, & an tunc neceſſaria ſit citatio, conſil.247 num.31
Veritas alicuius poteſtatis metu non eſt occultanda, conſi. 278.nu.23
Veritas vbi locum habere non poſſit, fictio non procedit, cōſil.303.nu.80
Veritati omnia conſonant, falſitati vero diſſonant, conſilio 213.num.39
veritati iudex inhærere debet, & inclinare in fauorem eius pro qua ea ſtat, conſ.294.num.111
veſtem alienam qui induit, cito eam exuit, conſilio 23 . numero 4
veſtes, & iocalia ſunt conferenda talia qualia reperiuntur tempore diuiſionis, conſ.242.nu.47
veſtes quotidianæ etiam factæ ex patris iuſſu, & pecunia, & nurui traditæ, & in hæreditate repertæ non ſunt communicandæ, ſecus ſi fuerint pretioſæ, & feſtiuæ, ibi. num.46
veſtes, & iocalia præſumuntur empta à ſocero, qui dotem recepit, etiamſi penes nurum reperiantur, conſilio 242. num.41
via quam quis à principio elegit, ſibi ipſi patere debet, conſil.287.num.18
vicinus præſumitur ſcire facta vicini, conſilio 278.numero 20
vicino etiam ſi quis noceat, poteſt agrum ſuum meliorem facere, etiamſi mixta conſideratione id faciat, ſcilicet, vt ſibi poſſit, & vicino noceat, conſ.238.nu.31
vidua, & pauper præcipuum habent iudicem Principem, conſ.287.nu.1
vigilantibus, & non dormientibus ſubueniendum eſt, conſ. 249.nu.45
vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniunt, conſil. 288.nu.62
virtus laudata creſcit, ſed dignè remunerata effloreſcit, conſ.270.nu.2
virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima vitijs caruiſſe, conſ.266.nu.14
vitium (vt aiunt) inuiſibile ita impedit remedium l.fina. C.de edicto D. Adr.tollendo, ſicut vitium viſibile, quando illico id quod inuiſibile eſt poteſt fieri viſibile, conſil. 234.num.1
vitium litigioſi ceſſat ſi principis authoritas intercedat, cōſil.253.nu.31
viuere, vt quis præſumatur vſque ad centum annos, non videtur procedere noſtris temporibus, conſilio 268, numero 50
viuere quis præſumitur vſque ad centum annos, conſ.284. numero 17
viuit diu, qui bene, breui qui malè viuit, conſilio 220.numero 10
vltima derogant prioribus, conſ.297.nu.6
vltroneæ merces, vileſcunt, & rogatæ augeſcunt, conſilio 233.num.35
vltroneæ merces vileſcunt, conſ.269.nu.9
vna via negatum, altera non debet concedi, conſilio 232. numero 40
vnica dicitur oratio, quando plura ab vno, & eodem verbo, reguntur, conſ.254.nu.14
vniuerſalis dictio, quælibet magna, & minima complectitur, & comprehendit, conſ.264.nu.12
vniuerſalia, verba cauſam etiam dotis comprehendunt, cōſil.296.nu.22
vnum quoties dicitur, & aliud ſupponitur, nunquam dictum poteſt habere locum niſi probetur ſuppoſitum, conſil.279.nu.7
vnum qui vult, cenſetur omnia velle, ſine quibus illud conſequi non poteſt, conſ.294.nu.72
vocatio facilius inducitur etiam ex leuibus coniecturis in deſcendentibus teſtatoris, quam in extraneis, conſ.210 numero 3
vocatio inducitur filijs in conditione poſitis ſi teſtator habuit reſpectum magis ad ſtirpes, quam ad capita, conſilio 210.num.6
vocati intelliguntur poſiti in conditione ſi in alia parte vocati fuerint, conſ.229.nu.5
vocati, an & quando aliqui intelligantur ordine ſucceſſi-

uo, vel

no, vel coniunctim, conſilio 296. num. 79
voluntas optimè percipitur ex factis ante, vel poſt teſtamentum, conſ. 204. nu. 64
voluntas ſicut probatur verbis, ita & multo fortius factis, conſ. 205. nu. 46
voluntas, etiam ex actu nullo, & reuocato optimè declaratur, conſ. 212. nu. 34
voluntas teſtatoris etiam coniecturis collecta ſpectari debet, omniaque poteſt, conſ. 220. nu. 18
voluntas defuncti probatur ex eius conſuetudine loquendi, conſ. 246. nu. 24
voluntas teſtatoris in fideicommiſſis interpretandis principem locum obtinet, conſ. 246. nu. 26
voluntas teſtatoris legibus aduerſans irrita eſt, conſilio 264. num. 21
voluntas teſtatoris, omnibus modis eſt ſeruanda, etiamſi aliqua reprehenſione digna videatur, conſilio 266. numero 1
voluntas teſtatoris optimè intelligitur ex ea coniectura, ſi interrogatus fuiſſet, vtique idem reſpondiſſet, conſilio 266. num. 16
voluntas teſtatoris vbi ſit inepta, vel à iure improbata, non fit commutatio, ſed pro non ſcripta habetur, conſil. 266. nu. 39
voluntas teſtatoris, pro lege eſt obſeruanda, vbi non ſit contra bonos mores, conſ. 275. nu. 6
voluntas teſtatoris pro lege ſeruari debet, & eam non implens priuatur omni commodo ei relicto, conſilio 275. numero 23
Voluntas, & poteſtas in quocunque actu exigitur, conſil. 276. num. 19
Voluntas declaratur verbis, & facto, conſilio 290. numero 29
Voluntas magis declaratur factis, quam verbis, conſ. 294. numero 99
Voluntas etiam ab actu reuocato, & nullo probatur, conſi. 297. num. 24
Voluntas etiam ex actu reuocato probatur, conſilio 296. numero 56
Voluntas, & poteſtas in quolibet actu requiritur, conſilio 300. num. 4
Voluntas nedum verbis, ſed etiam factis declaratur, conſil. 300. num. 47
Voluntas percipitur ex verbis ſecundum communem opinionem perceptis, ibid. nu. 57
Voluntatis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, conſil. 233. nu. 3
Voluntatis arbitrium non eſt, vbi libera voluntas deeſt, conſ. 234. nu. 13
Voluntatis variatio, & mutatio, an & quando concedatur, conſ. 245. nu. 9
Voluntatis quæſtia admitti non debet vbi in verbis nulla ſit ambiguitas, conſ. 266. nu. 6
Voluntatis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum, conſ. 297. nu. 64
Voluntatem teſtatoris, an & quando ſufficiat impleri quoad effectum, licet non impleatur quoad modum, conſilio 266. nu. 12
A voluntate teſtatoris, nuſquam eſt recedendum, conſilio 232. nu. 42
A voluntate teſtatoris recedi poteſt ex cauſa, quæ poſt eius mortem emerſerit, & quæ reſpiciat vtilitatem eius cui teſtator voluit conſulere, conſ. 266. nu. 15
Vota debēt eſſe libera, nec ea ratione moueri, ſi hoc ages, nō eris amicus Cæſaris, conſ. 235. nu. 39
Vſufructuarius ſi decedat collectis fructibus, illi ad eius hæredem pertinent, ſi vero illis pendentibus, ad eius ſucceſſorem ſpectant, conſ. 214. nu. 2
Vſufructuarius pedamenta ſumere poteſt, ibid. nu. 9
Vſufructuarius omnium bonorum, ad quæ onera teneatur, & an cogatur pati, vt hæres vendat bona pro ſoluendis debitis non annuis, ſed ſimplicibus, conſilio 244. numero 7
Vſufructuarius incipere debet à præſtatione cautionis, & non proprietarius à traditione, conſ. 279. nu. 16
Vſusfructus ſi fuerit alicui relictus, an deducenda ſit ab hærede impenſa, quam teſtater fecit in ſerendo agro quem ſuis manibus colebat, conſ. 214. nu. 48
Vſusfructus vxori relictus in ampla forma ad alimenta nō reſtringitur, conſ. 232. nu. 15
Vſusfructus ciuitati, vel perſonis, quæ non moriuntur, perpetuo conceſſus centum annorum ſpatio concluditur, cōſil. 240. nu. 6
Vſusfructus licet non conſiſtat in rebus mobilibus, tamen admittitur ope ſatiſdationis de reſtituenda earum æſtimatione, conſ. 262. nu. 42
Vſusfructus bonorum mobilium ſi legetur, debet præſtari cautio de eorum æſtimatione reſtituenda vbi conſumpta ſunt, ibid. nu. 51
Vſusfructus bonorum factum legatum, includit bona fideicommiſſo ſubiecta, quoties adſit aliqua vniuerſalis dictio, ſcilicet quorumcunque, vel omnium bonorum, conſil. 286. nu. 5
In vſufructu legata bona fideicommiſſi, & primogenituræ comprehenduntur ſi conſtet de mente teſtatoris tacite, vel expreſſe, conſ. 270. nu. 22
Vſura dicitur venditio plus iuſto pretio facta, ob datam dilationem, conſ. 219. nu. 50
Vſuræ, & fraudis ſuſpicionē habet, ſi ſtatim venditor quod vendidit, emat, ibid. nu. 51
Vſuram ſapit taxatum intereſſe pendente dilatione, conſil. 226. nu. 11
Vſurarij bona licet tacitè non ſint obligata, tamen ſecus eſt ſi ſint empta ex pecunia fænebri, vel ex cauſa lucrum afferente proueniant, & hæres ſit ſoluendo, conſil. 219. num. 35
Vſurarium contractum ad arguendum, quot coniecturæ ſufficiant, conſ. 219. nu. 53
Ad vſurarium contractum probandum vna probatio, & coniectura alteram ſupplet, ibid. nu. 55
Ad vſurarium contractum arguendum poteſt plurimum modicitas pretij, conſ. 231. nu. 20
Vſurariorum ſeu fæneratorum libros tenentur eius hæredes edere, conſ. 213. nu. 16
Vtile per inutile non vitiatur in rebus diuiduis, ex com. doctor. ſent. conſ. 204. nu. 25
Vtile per inutile non vitiatur in ijs, quæ diuidi poſſunt, quod maxime procedit in vltimis voluntatibus, conſilio 277. nu. 10
Vtiles impenſæ quæ dicantur, conſ. 250. nu. 32
Vtilis rei, vel voluptariæ in concurſu, ea quæ vtilis eſt, præſtat, conſ. 278. nu. 17
Vtilitas publica eſt iuſta cauſa auferendi ius ſuum priuato, conſ. 207. nu. 11
Vtilitas publica eſt priuatæ præferenda, & cuilibet priuilegio, & multa habet priuilegia, ibid. nu. 20
Vtilitas publica priuatæ eſt antepoaenda, & in quacunque diſpoſitione excepta cenſetur, conſ. 224. nu. 27
vtilitas venditionis oſtenditur quoties augetur pretium, quo antea alienata fuit, conſ. 252. nu. 44
vtilitas apparens, vel putatiua ſufficit ad ſuſtinendam alienationem bona fide factam, ibid. nu. 45
vtilitas eſt iuſta cauſa alienationis rerum eccleſiæ, ſicut, & neceſſitas, conſ. 280. nu. 2
vtilitas, vel neceſſitas propter quas remittitur alienatio rerum eccleſiæ ſufficit, ſi tempore contractus inſit, licet

poſtea

poſtea non durauerit,conſil.280.num.11

Propter vtilitatem publicam ſit extenſio de caſu ad caſum in omnibus videtur excepta,conſ.207.nu.21

Vulgaris ſubſtitutio expreſſa, quando inducta cenſeatur, 277.nu.62

Vulgaris tacita in fideicommiſſaria comprehenſa robur accipit à ſola vulgari,& locum habet etiamſi hæres decedat viuo teſtatore,ibid.nu.63

Vulgaris tacita comprehenſa in pupillari, an expiret ſi hæres ſcriptus viuo teſtatore decedat,ibid.nu.64

Vxor ex perſona mariti ſortitur dignitates,& forum,& domicilium viri,& eius priuilegio ac dignitate vtitur,& fruitur,quod procedit etiam in vidua, conſ.217.num.2

Vxor tenetur ſequi virum etiamſi actum eſſet tempore matrimonij,vt maritus in huiuſmodi loco moraretur,ſi noua recedendi cauſa euenerit,conſ.253.nu.47

Vxor cum ſit vna caro cum viro proprie dicitur effecta concinis viri,conſ.260.nu.2

Vxor tenetur ſequi conditionem mariti propter arcta matrimonij vincula,conſ.260 nu.18

Vxor exiſtente marito bannito,an teſtari poſſit, conſ.265. numero 17

F I N I S.

CONSILIORVM

ſeu Reſponſorum

IOANNIS PETRI BIMII. I·C. MEDIOLANENSIS,

Equitis & Comitis antiqua generis nobilitate atq; virtutis ſplendore illuſtris.

Liber Tertius.

PRO MARCHIONE GVIDONE CVSANO.

ARGVMENTA.

Cardinali ſi à Summo Pontifice conceſſa ſit facultas, vt teſtari poſſit ſola epiſtola, an de bonis patrimonij ſui ad pias cauſas præſertim in terris Imperij teſtamentum facere poſſit ſine teſtibus, & poſthabita omni iuris pontificij, & ciuilis ſolemni forma.

Quibus teſtibus, & coniecturis ſit probanda ſcriptura, qua quis dicitur teſtamentum ex priuilegio ſibi conceſſo confeciſſe.

SVMMAE RERVM.

1 *Poteſtas, & voluntas in quolibet hominum actu exiguntur.*

2 *Poteſtati, & voluntati modum, & ſolemnitatem aliqui addunt, quod author improbat.*

3 *Diuiſio debet eſſe bipartita vel huiuſmodi, vt ad id reduci poſſit.*

4 *Teſtes duo vnà cum parocho exiguntur in teſtamẽtis conficiendis, ex iure pontificio, quod in terris eccleſiæ ſeruandum eſt, & ex iure ciuili ſeptem teſtes exiguntur ex magis com. doct. ſententia.*

5 *Statutum diſponens circa ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, porrigitur etiã ad bona extra territorium ſita ex receptiori ſcribentiũ ſentẽtia.*

6 *Statutum certam ſolemnitatem deſiderans in teſtamentis conficiendis clericos comprehendit tã quam factum ob publicam vtilitatem, etiamſi faceret mentionem de clericis.*

7 *Clericus in bonis patrimonialibus nõ cenſetur priuilegio donatus niſi in caſibus à iure expreſſis.*

8 *Clericus ratione patrimonialium cenſetur laicus.*

9 *Specialia plura non ſunt in idem aggreganda.*

10 *In diſpenſatione non fit progreſſio, nec ex eadẽ nec ex maiori ratione, quia eſt intelligenda, vt minus deuiet à iure communi, quam fieri poteſt.*

11 *Pontificis ſummi poteſtas licet maxima ſit, tamen in temporalibus non exercet iuriſdictionem in non ſibi ſubditos.*

12 *Teſtamentum inter liberos ſola epiſtola fieri, licet poſſit, non id tamen conceditur in cauſa pia, niſi adſint ſaltem duo teſtes, ex magis cõs doct. ſñia.*

13 *Teſtandi facultas vbi ſit conceſſa alicui teſtabili non tenetur leges obſeruare, ne priuilegium inane efficiatur.*

14 *Teſtandi facultas vbi etiam relaxata ſit, duo tamen teſtes requiruntur ad probationem.*

15 *Dictio vltrà, includit, & repetit.*

16 *Clericus non ligatur legibus ciuilibus maximè à canone diſſentientibus, nec ſtatutis in teſtamentis certam ſolemnitatem exigentibus.*

17 *Teſtamentũ nutu factum valet ad pias cauſas ex cõtori doctorũ ſñiã, conſtito tamen de volũtate.*

18 *Iudicium vbi ſit faciendũ in foro eccleſiaſtico in terris Imperij ſeruabitur ius pontificium, & quod à ſummo Pontifice ſingulari lege, vel priuilegio ſit decretum.*

19 *Pia cauſa vbi inſtituitur ſufficit quocunque modo de voluntate conſtet, poſthabita omni ſolemnitate, cũ tunc oĩs falſitatis ſuſpicio abeſſe videatur.*

20 *In foro Pontificio maxime veritas ſpectatur.*

21 *Ius Canonicum quatenus à iure ciuili diſcrepat,*

in ſaro pontificio praſtat etiamſi iudicium ſiendum eſſet coram iudice Imperatorio.

22 *Piæ cauſa in his, quæ relicta ſunt, ius pantificium ſeruandum eſt in vtroque fora.*

23 *Teſtamentum, in qua ſit inſtituta pia cauſa, ſuſtinetur etiam quoad alia quæ pietatem non habent ex comm. doct. ſententia.*

24 *Inſtitutia etiamſi corruat, tamen legata piæ cauſæ gratia defenduntur.*

25 *Vtile per inutile non vitiatur in rebus diuiduis ex commun. ſententia.*

26 *Teſtamentum imperfectũ ratione voluntatis quicquid ſit inter liberos ſuſtinetur reſpectu capitis perfecti, in qua pia cauſæ aliquid relictum ſit.*

27 *Salemnitatem in teſtamentis ſeruandã poteſt ſummus Pontifex remittere.*

28 *Teſtatus pro parte quis decedere non debet, & pro parte inteſtatus.*

29 *In legatis ad pias cauſas ſufficit ſola ſcriptura teſtantis, vel eius manu ſubſcripta, quia ſubſcriptia dat rabur ſcripturæ ex magis com. opin.*

30 *Prabationes ſunt paſitæ in iudicis arbitrio, & ideò habere eam fauorabiles valdè banum eſt.*

31 *In teſtamentis perſpicua, & certiſſima exigitur probatia ad ſuſpicionem falſitatum, quæ in eis committi ſolent, tollendam.*

32 *Veritas perfecta per ampliarem teſtium numerum reuelatur.*

33 *Teſtari licet quis paſſit ſola epiſtola ex priuilegia ſibi conceſſo, attamen dua ſaltem teſtes requirũtur ad eius prabationem.*

34 *Teſtari ſola epiſtola alicui quamuis ſit canceſſum id tamen intelligitur modò manifeſtè conſtet de ſcripturæ veritate.*

35 *Comparatia litterarum non ſufficit per ſe, niſi alia accedant adminicula.*

36 *Scripturam breuem facilè quis imitari pateſt.*

37 *Legatarij in teſtamẽtis teſtes idonei eſſe vidẽtur.*

38 *Legatariorum teſtimonium in teſtamentis non ſufficit vbi ſolum eſſet, vel vbi minor eſſet numerus ſeptem teſtibus.*

39 *Teſtium numerus vbi minor ſit conſueto, tunc teſtes debent eſſe amni exceptiane maiores.*

40 *Falcidia, aut Trebellianica detractio nunquã prohibita cenſetur in relictis ad pias cauſas, niſi aliud à teſtatore diſpaſitum ſit.*

41 *Titulus quem ſpoliator quarit non iuuat tanquam calar quæſitus ad iniuſtam eius poſſeſſionem colorandam.*

42 *Scribere ſibi ipſi in teſtamento nemo pateſt, & incidere videtur in falſi ſuſpicionem.*

43 *Legatum magnum factum teſti deſcripta in teſtamento arguit ſuſpicionem.*

44 *Scripturæ qua quis alium ſibi debitorem facit, vt credatur, exempla valdè perniciaſum eſt.*

45 *Solicitudo, & diligentia nimia ſuſpicianem auget.*

46 *Teſti quãdo agit de ſua ipſius cõmodo nã creditur.*

47 *Subſcriptia non videtur ſcripturam canfirmare, vbi non probetur a ſubſcribente lectam fuiſſe.*

48 *Scriptura teſtamenti pro perfecta haberi non debet, vbi ſit alteri conſignanda, vel aliquid agendum ſuperſit.*

49 *Animus declaratur ex non facta, aut ex omiſſione.*

50 *Teſtamentum etiam inter liberos nan valet defectu voluntatis, quando teſtatar voluit teſtes ſubſcribi, vt nullus ſit ſubſcriptus.*

51 *Teſtamentum priuata ſcriptura factum, vt valeat debet alteri cõſignari, & penes non ſuſpectã perſonam reponi.*

52 *Scriptura non ſolemnis laca teſtamenti non habetur, ſed potius facta ad infeſtam importunitatem creditur.*

53 *Scriptura cenſetur imperfecta ſi non conſignetur ei, cui teſtator ſtatuerat.*

54 *Sigillum facit fidem quando adhibetur ab ipſo principali, vel eius voluntate, ſecus ſi a tertio cuius interſit.*

55 *Scriptura fidem facit ſi recagnita ſit tum litterarum comparitiane, tum ipſis teſtibus.*

56 *Teſtes domeſtici admittuntur in his quæ ſiunt intra dameſticos lares.*

57 *Legatarij teſtes idonei videntur in teſtamentis maximè ſi alijs teſtibus adiunẽtur, & ſint probatæ qualitatis, & principaliter non agatur de eorum commodo.*

58 *Pauper, & diues quis iudicatur inſpecta eius qualitate iudicis arbitria.*

59 *Veriſimilitudo fidem prabatianis mirificè iuuat.*

60 *Pia diſpoſitio cùm ad Dei gloriam dirigatur facilè ſuſtinetur, & defenditur.*

61 *Animæ ſuæ vnumquemq; potius proſpicere velle quam cateris eſt præſumendum.*

62 *Ex conſuetudine viuentis ſumitur coniectura voluntatis morientis.*

63 *Perſanæ diſpanentis qualitas in vnaquaque re eſt inſpicienda.*

64 *Voluntas optimè percipitur ex factis ante, vel poſt teſtamentum.*

65 *Pauperes amare, & iuuare, maximè pertinet ad viros religioſas, idq; quad eis datur, Chriſta datũ cenſetur, elegantibusq; rationib. id demõſtratur.*

66 *Dictum vnius, dictum nullius etiamſi eſſet Cardinalis, & præſertim in tertij præiudicium.*

67 *Teſti vnico creditur quanda eſt valdè dignus, & nihil ad eius commadum ſpectat, & alia accedũt adminicula.*

68 *Teſtis locupletiſſimus ſupplet defectus aliorum.*

69 *Teſtium numerus ſupplet defectum aliorum.*

70 *fœmina licet alias repellatur à teſtimonio tamen fauore piæ cauſæ admittitur.*

71 *Pro pia cauſa in dubia pronunciandum eſt.*

72 *Teſtibus vbi probatio fieri vetetur, ea tamen conceditur pro pia cauſa.*

73 *Dubia vbi ſit cauſa multum intereſt, Iudicem habere fauorabilem.*

74 *Teſtamentum etiã minus ſolemne conſtito de voluntate in fora conſcientiæ ſeruandum eſt.*

75 *Cauſa vbi ſit valdè dubia ad boni iudicis afficium maximè pertinet partes ad tranſigendum compellere.*

CON-

CONSILIVM CCIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CVM in quolibet actu ho-
minum exigatur poteſtas,
& voluntas, c.cum ſuper,
in fi.de off.dele. l.multum
1 intereſt, C.ſi quis alte.vel
ſibi.Bald.in l.cum te,ante
nu.1.& verſic.& no. C.de
dona.ante nup. Alex.cõſ.123.n.3.& 4.vol.4.vo
lũtasq́; ſit inanis,niſi ei pręſto ſit iuris potẽtia,ad
ditio ad Albam,conſ.26.nu.1. Et quamuis pote
ſtati, & volũtati aliqui tertio addant modum,&
ſolemnitatem,ſiue formam, vt ait Soc.iun.conſ.
2 183.nu.8.vol.2. Attamẽ cum poteſtatis nomine
id cõtineri poſſit,meo iudicio,ſumma rei ad hæc
duo velut capita principalia redit, quandoquidẽ
maximè conueniat diuiſionem eſſe bipartitam,
vel ad id reduci poſſe,l.1.ff.de rer.diuiſ. gl.in l.1.
3 ff.de ſtatu hom. Iaſ.in rub.de vulg.& pupil.nu.4.
Cagno. in proœ.Digeſt. nu.4. & in l.ſi quis ma-
ior, nu.4. C.de tranſac. & facit Didac. in c.cum
eſſet,nu.7.verſ.tertio.de teſta.

Merito igitur in propoſito caſu primùm de poteſta
te,mox de voluntate quæremus.

Et vt ea ſcriptura,quæ dicitur continere inſtitutio-
nem hęredis,qui eſt Hoſpitale magnũ Mediola-
ni ſcripta manu, vt aſſeritur felicis recordationis
ipſius Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardina-
lis Auguſtini Cuſani, & quæ vtiq; dicitur ab eo
ſubſcripta,vim teſtamenti non obtineat.

Primò, Suaderi videtur, quia in teſtamẽtis propter
cõplures falſitatum,& fraudum ſuſpiciones,quæ
in eis adhibẽtur,multas cautiones,&ſolẽnia adhi
bere lex ipſa voluit. Nã ex iure Pontificio, quod
4 ſeruari videtur in terris eccleſię,duo exiguntur te
ſtes vnà cũ rectore eccleſię, ſeu parocho,vel qua-
tuor ſine parocho.c.cum eſſes,vbi Didac.nu.12.
magis com.dicit de teſta. Alex.conſ.77.vol.2.ex
iure aũt ciuili, quod ſeruatur in terris Imperij,de
eius forma ſubſtantiali ſeptẽ requiruntur teſtes,
l.hac conſultiſſima, C.qui teſt.fac.poſ. & l.iube-
mus,& l.fi. C.eo. & magis com.fatentur Ripa,in
l.nemo poteſt,ante nu.36.de leg.1.& Didac.eo.
c.cum eſſes,ſub nu.8.ex iure verò municipali Me
diolanen.c.310.in 1.quinq; teſtes,& tres notarij
deſiderãtur, & hac ipſa lege ligari videtur exteri,
5 ſeu forenſes,cũ ſtatutũ diſponat circa ea,quę ſunt
voluntariæ iuriſdictionis,& porrigatur etiam ad
bona extra territorium ſita,vt poſt alios com.di-
cit Iaſ.in l.1.ſub nu.80. & ante nu.84. & ſub nu.
91.C.de ſum.Tri.& fide cath.& hoc ſtatuto etiã
clerici videntur contineri,cùm generaliter loqua
tur,nec de eis nominatim mẽtionem faciat, & fa
ctum ſit ob publicam vtilitatem,nempè ad frau-
6 des remouendas, vt fusè dixerunt Burſ.conſ.93.
nu.17.& 38.vol.1.& ante eũ Sal.nu.12. & Alci.
in auth.Caſſa,nu.16.C.de ſacroſ.ecc. Opizo in l.
filiusf.§.diui.nu.88. & 89.de leg.1.quod amplia
tur etiamſi nominatim faceret mẽtionem de cle
ricis, vt tradit Gallin.olim præceptor meus,trac.
de verb.ſign.lib.10.c.34.nu.25.& 26. & id maxi
mè procedere debet ratione bonorũ patrimonia
lium,pro quibus clericus non cenſetur priuilegio
7 donatus,niſi in caſibus nominatim à iure expreſ-
ſis,vt tradit Fel.in c.eccleſia S. Mariæ,col.4.ver.
ſed nihilominus,de conſtit. Plot.videndus conſ.
8 93.nu.5. quia clericus ratione patrimonialium
cenſetur laicus. Butrius in c.conſtitutus,de reſtit.
in integ. Abb.in 3.not.in c.cum dilectus, de iure
patr.fusè Seyrana in quodam ſuo conſilio ad ſin
gularia Matheſyl.ſing.110.nu.30. & infrà, & id
maximè eſt dicẽdum,cum ſtatuta noſtra fuerint
à ſummo Pontifice confirmata, & ideò ſua quaſi
dicantur. Feli.eo.c.eccleſia S. Mariæ, nu.3,de cõ
ſtit.& conferunt ſcripta à Bart.in l.omnium, C.
de teſtam.& Didaco in rub.de teſta.par.2. nu.2.
Alba conſ.764.nu.38.

Et quamuis ſummus Pontifex conceſſerit licentiã,
& facultatem ipſi ampliſſimo Cardinali teſtãdi
ſola epiſtola, ſeu ſchedula ſua manu ſubſcripta,
tamen id debet intelligi vel in terris eccleſiæ, vel
reſpectu bonorũ eccleſiaſticorum,tũ quia in prin
cipio diplomatis dixit,vt vltrà patrimonialia, &
etiam alia bona,de quibus de iure cõmuni teſta-
9 ri poſſit &c.quod arguit,vt pro eis ſeruaret ius cõ
mune,ne plura ſingularia in vnum aggregentur.
glo.in l.1.in verb.dotem,verſ.ad aliam, C.de do
tis promiſ. Iaſ.in §.fuerat,nu.52.Inſtit.de actio.
Feli.in c.at ſi clerici,§.de adulteriis,nu.7.& 8.de
iudic. & quia in diſpenſatione non fit progreſſus
ex eadem,immo nec ex maiori ratione,cum ſem
10 per ita intelligenda ſit,vt minus deuiet à iure cõ-
muni,quam fieri poteſt, Abb. eo.c.at ſi clerici.§.
de adulterijs,nu.8.de iudic. Felin.in c.poſtulaſti,
ante nu.9.de reſcript.tum quia licet maxima, &
ſublimis ſit ſummi Pontificis poteſtas,& auctori
11 tas,tamen,vt aiunt, in temporalibus ratione ſibi
non ſubditorum non exercet iuriſdictionem,nec
debet iuriſdictionem Imperatoris attingere, niſi
opem ferendo 11.q.7.c.nos.ſi. §.itẽ cum Dauid.
& tradunt Innoc.in c.per venerabilem,nu.3.qui
filij ſint legit.& Abb.in c.nouit, nu.13. de iudic.
& Ant. Roſſellius, tracta. de poteſtate Imperat.
& Papæ,verſi.ſed quod Chriſtus,& pluribus ca-
pitibus ſequentibus.

Nec fauor piæ cauſæ tanti eſſe videtur, vt ſola epi-
ſtola teſtamentum fieri poſſit, nam licet inter li-
beros id concedi videatur, attamen in pia cauſa,
cui hæreditas non dicitur naturali iure debita, ſi-
cut liberis.l.in ſuis,ff.de liber.& poſth.id non da-
12 tur,niſi accedant ſaltem duo teſtes.c.cum eſſes,&
c.relatum,el 1.de teſta. Caſtr.conſ.450.col.fina.
verſ.non obſtat,lib.2.& com.dicit Soci.iun.con-
ſil.189.nu.74.& plurib.antecedentibus, & ſubſe
quentib.num. Clarus qui magis com.dicit in §.te
ſtamentum,q.7.ver.aliquando verò teſtator.

His tamen minimè aduerſantibus,ſecũdum ea quæ

proponuntur, arbitror contrarium verius, vt ſcili
cet ſola epiſtola teſtari potuerit: Cum ita nomi-
natim à ſummo Pontifice ei cóceſſum fuerit am-
pliſſimo diplomate, & confirmatur ea recepta iu-
ris concluſione, vt ſcilicet quando alicui teſtabili
conceſſa eſt facultas teſtandi, non teneatur leges
obſeruare, ne priuilegium ſit inane, ſed aliquid
13 agat, vt ſentiunt vno ore Bal. Salic. & Iaſ. in l. ſi
quando, C. de inoff. teſt. & quamuis ea conceſſio-
ne videatur remiſſum, vt Cardinalis abſq; ſolen-
nitate teſtium teſtari poſſit, tamen duo ſaltem te
ſtes requiri videntur ad probarionem, vt inquit
ibidem Sali. & Barbat. videndus, tract. de præſtã.
14 Card. 4. q. baſilica, primę par. nu. 8. & 9. quia hęc
omnis difficultas ſublata videtur, cùm expreſsè
ſummus Pontifex conceſſerit, vt ſola epiſtola te-
ſtari poſſit, & ne dum de bonis ab eccleſia acquiſi
tis, vel aliter profectis, ſed etiam de patrimonia-
libus, cum dixerit, vltrà patrimonialia, quæ ſanè
15 dictio includit, & repetit Bart. in l. cum ita, ff. de
dote præleg. Dec. conſ. 290. nu. 1. Rebuff. in l. nu
rus appellatio, ff. de verb. ſign. Octauia. Vulpelli.
tract. de diuiſionib. in verbo, vltrà.

Et cum clericus teneatur ſeruare ſolemnitatem iu-
ris Pontificij, nec ligetur legibus ciuilibus, maxi-
mè à Canone diſſidentibus, ſecumque diſcordan
tibus, aut ſtatutis certam ſolemnitatem in teſta-
16 mentis exigentibus, vt ſentiunt Areti. conſ. 25. in
princ. Alex. conſ. 210. & ſeq. vol. 2. Calcan. conſ.
7. nu. 9. & 38. Potuit ſummus Pontifex eam etiã
ſolemnitatem remittere, & concedere vt ſola ſcri
ptura poſſit idem Religioſiſſimus Card. teſtari.

Secundò, cum in hoc teſtaméto ſit inſtituta pia cau
ſa, ſcilicet ipſa magna domus hoſpitalis Medio-
lani, conſequitur, vt omnis ſolemnitas tam iuris
ciuilis, quàm Pontificij remiſſa cenſeatur, & ſola
epiſtola teſtari ei licuerit, quandoquidem etiam
17 nutu conditum teſtamentum valeat propter piæ
cauſæ fauorem, quæ cùm animæ faueat, cunctis
rebus eſt præferenda. Aret. com. dicit in l. ſi is, ff.
de teſta. & cõmuniorem eam eſſe opinionem, &
ita iudicatum fuiſſe atteſtatur Rota Rom. omni-
no videnda, deciſ. 74. nu. 12. par. 2. ſecundum po
ſtremam impreſ. Didac. c. relatum, el 1. nu. 12. de
teſta. & alij in auth. quod ſine, C. de teſta. Ceph.
conſ. 99. nu. 3. idq; maximè recipiẽdum videtur
probata veritate ipſius ſcripturæ, & ꝙ eam teſta-
tor pro eius integro, & perfecto teſtamento habe
ri omninò voluerit, & in foro conſcientiæ tutior
eſt opinio, vt ex Claro atteſtatur Maſcar. de pro
bat. conſ. 1358. in verbo, teſtamentum an præſu-
matur, nu. 61. & 69. & Didac. qui de magis com.
atteſtatur, c. eſſes, ante num. 6. de teſtam. verſ. po
ſtremò, circa finem.

Tertiò, cum iudicium ſit faciendum in foro Pontifi
cio, etiam in terris Imperij obſeruabitur, ꝙ à ſum
mo Pontifice decretum eſt, vel generali lege, vel
ſingulari priuilegio, vt diſtinguit Clar. §. teſtamẽ
tum, q. 57. verſ. quæ quidem concluſio. ibi, quod
18 tamen intellige, durumq; eſſet in eo foro contra-
rium obtinere propter fauorem piæ cauſæ, & au-
ctoritatẽ ſummi Pontificis, & paria ſunt forũ ſor
tiri, vel ſtatutis ligari. Alcia. conſ. 3. nu. 2. & conſ.
10. nu. 2. li. 2. Burſa. conſ. 189. nu. 7. & 58. lib. 2.

Quartò, quia quando inſtituitur pia cauſa ſicut in-
ter liberos, ſufficit quocunq; modo conſtet de vo
luntate, poſthabita ſolennitate, cum in huiuſmo-
19 di relictis abeſſe videatur omnis falſitatis ſuſpi-
cio, & ſolum ſpectetur ipſa voluntas. l. fi. C. fami.
erciſ. ea. auth. quod ſine, C. de teſta. Tiraq. tract.
de pia cauſa, priuil. 4. & 5. & priuil. 8. verſ. ſed pri
ma opinio, & priuil. 164. amplè Mantica de con
iect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 2. & infrà pluribus
ſeq. & in foro Pontificio diligenter animus atten
20 datur ad veritatem. idem Alciat. conſ. 5. nume. 2.
lib. 7. & conſ. 196. nu. 4. lib. 9. Et nemo dubitat,
quin in foro Pontificio etiamſi iudicium coram
iudice Imperarorio fieret, præſtet ius Pontificiũ,
quatenus à iure ciuili diſcrepat, vt docent glo. in
c. 2. in verbo, lex ciuilis, de arbitr. in 6. & Bart. &
21 Bal. in l. omni innouatione, C. de ſacroſan. eccle.
Corneus videndus conſ. 80. nu. 4. vol. 2. Paul. Ca
ſtren. conſ. 287. nu. 2. & in materia pietatis atten
ditur ius Pontificium, eo. cap. cum eſſes, de teſta-
mentis. Alba conſ. 769. num. 4. & 50. imò in his,
22 quæ piæ cauſæ relicta ſunt ius Pontificium ſer-
uandum eſt in vtroque foro. Tiraq. tract. de pri-
uileg. piæ cauſæ, priuil. 163. & ſunt miſti fori, ita
vt ſub ius Pontificium, eiuſuè iuriſdictionem &
poteſtatem ſubigantur, etiam qui imperio pa-
rent, ſeu laici, vt idem ait priuileg. 149. tantuſq;
23 eſt is piæ cauſæ fauor, vt teſtamentum in quo ſit
inſtituta pia cauſa, ſuſtineatur etiam quòd ſpe-
ctat ad ea, quæ pietatem non habent tanquàm
acceſſoria, vt com. fatetur Clarus eo. §. teſtamen-
tum, q. 6. verſ. ſed quæro, Cepha. conſ. 72. nu. 16.
lib. 1. immo etiãſi inſtitutio corrueret adhuc alia
pia legata piæ cauſæ gratia defenduntur. Tiraq.
tract. de pia cauſa, priuil. 2. ver. contrarium tamẽ
voluit, Didac. videndus in c. relatum, el 1. nu. 3.
verſ. ego puto contrarium, de teſta. nam in rebus
diuiduis vtile per inutile non vitiatur. l. 2. de his,
quæ pro non ſcriptis. l. hac conſultiſſima, §. ex im
perfecto, C. de teſta. communem dicit Iaſ. in l. ſi
25 ita ſtipula. §. Chryſogonus, nu. 49. ff. de verb. obl.
atque etiam teſtamentum imperfectum ratione
voluntatis quicquid ſit inter liberos ſuſtineatur,
reſpectu capitis ꝑfecti, in quo piæ cauſæ aliquid
26 relictum ſit, vt magis com. dicit Tiraq. priuile. 7.
ver. tutum. Didac. eo. c. relatum, el 1. num. 10. &
& 11. de teſtamentis.

Et licet ex his ſatis dilutæ dici poſſint aduerſæ, quas
propoſuimus argumentationes, ſpeciatim tamẽ
reſpondendo dicitur.

Ad primam ſuſpicionem falſitatis in teſtamẽtis ad
pias cauſas abeſſe, & quamuis ex iure Pontificio
requirantur duo teſtes cum parocho, attamen ea
27 ſic faciendi neceſſitas potuit à ſummo Pontifice
relaxari, ex Bal. Sali. & aliis, ea l. ſi quando, C. de
inoff. teſta. & in piis cauſis locum non habet, atq;

etiam

etiam iuris noſtri municipalis diſpoſitio clericũ
afficere nõ potuit, vt iam ſuperius docuimus, ma
ximè cum iudiciũ ſit agitandũ in foro Põtificio.
Ad ſecundã reſpondetur Pontificis priuilegium, &
piam cauſam complecti etiam patrimonialia, &
ità dicendum, ne contingeret teſtatorem pro par
28 te teſtatum, & pro altera parte inteſtatum dece-
dere. l. pen. ff. de iniuſt. teſtam.
Ad tertiam replicatur magis receptum videri, vt in
legatis ad pias cauſas ſufficiat ſola ſcriptura teſtã
tis, vel eius manu ſubſcripta, quia ſubſcriptio dat
29 robur ipſi ſcripturæ, & paria ſunt ſubſcribere, vel
ſcribere, vt habetur in Inſtitu. in prin. verſ. in his
autem, de empt. & vend. Soc. iun. conſ. 92. nu. 16.
vol. 2. Alba conſ. 261. vbi magis com. dicit, nu. 2.
Clar. §. teſtamentum, q. 14. quęro quid ſi cedula,
& ex Pontificia diſpenſatione, id eò magis licuit
cum ei indulſerit ſummus Pontifex, vt ſola ſcri-
ptura abſq; teſtibus teſtari valeret, ita vt ratione
pietatis cauſæ, ac priuilegij Põtificij ſequi mini-
mè cogeretur antiquas teſtamentorũ, ac vtriuſq;
iuris conſtitutas formulas, vnde tranſeo ad ſecun
dum propoſitæ quęſtionis caput, in quo de volũ-
tate quęritur, & quod certè (meo iudicio) maiorẽ
habet dubitationem, diuq; fluctuans fui, ad quã
partem magis animum appellerem, & cum tota
difficultas ſit in probationibus, quæ eſſe videntur
30 in iudicis poteſtate, & arbitrio. Bar. in l. Lucius, in
fi. ff. de his, qui not. infa. & ſcribit Pręſes Menoc.
de arbitr. iud. caſu 90. optimum erit iudicẽ habe-
re propitium, & fauorabilem, vt docuit Abbas
in c. 1. num. 15. de conſtit.
Quod autem legitimè nõ probetur, vt hęc, quę pro-
fertur ſcriptura, fuerit certa Card. voluntas.
Primò ſuadetur, quia ſi quid eſt, in quo facilè men-
tes mortalium ad falſitatem concitentur, aut in
quo tetrũ falſitatis facinus admittatur, eſt ipſum
teſtamentum, & iccircò ad eius probationem lex
ipſa perſpicuam, & certiſſimam exigit probatio-
nem, l. hac conſultiſſima, C. de teſta. §. 1. Inſti. de
teſta. & fatetur Clar. §. teſtamentum, q. 55. verſ.
ſcias tamen, in fi. & q. 56. in pr. & q. 14. ver. quæ-
31 ro, quid ſi cedula; Etenim lex, ne quid falſitatis
incurrat per duos fortè teſtes compoſitum teſtm̃,
maiorem numerum teſtiũ expoſtulat, vt per am
32 pliores homines perfecta veritas reueletur. l. fi. §.
lex etenim, C. de fideic. & iccircò licet ex conceſ-
ſione Pontificis potuerit teſtari ſola epiſtola ma
nu eius ſubſcripta, tamen requiruntur non ad ſo
lennitatem, ſed ad probationem duo ſaltem ido-
nei teſtes, quia non videtur aliter fuiſſe de mente
concedentis ne ſcriptor falſum excogitaret, & ne
ſi ſcriptum non eſſet ex defectu probationis defi-
33 ceret, vt in puncto poſt alios ſcribit Sali. vidẽdus
ea. l. ſi quando, nu. 4. C. de inoff. teſta. facit vulga
ta lex vbi num. ff. de teſtibus.
Secũdò, In caſibus, in quibus cõceditur, vt quis per
cedulã teſtari poſſit, ſemper illud intelligitur mo
dò liquidè, & manifeſtè conſtet, illam cedulã, vel
ſcripturam, quæ exhibetur eſſe illam, quam pro
ſua vltima voluntate teſtator ſeruari voluit, vt
34 communi ore cum Bart. affirmant Doctores in l.
ſi ita ſcripſero, nu. 1. ff. de cond. & demon. Clarus
eo. §. teſtamentũ, q. 4. verſ. ſed pone, & q. 36. verſ.
ſed quid ſi teſtator, propè fi. & executores non te-
nentur ſequi voluntatem ſcriptam in epiſtola, ni
ſi veritas per quinque teſtes comprobetur, quia
poteſt eſſe ſuppoſita ſcriptura, vt ſe illam quę nõ
erat, eſſe ſimularet, vt reſpõdit doctiſſimus Alcia.
noſter conſ. 107. nu. 12. lib. 9. & comparatio litte
35 rarum cum ſit admodum fallax, & periculoſa. l.
comparationes, C. de fi. inſtr. & fuſè Præſes Me
noch. de arbit. iud. caſu 114. nu. 13. 14. & 15. Ma
ſcard. in verbo, comparatio, concluſ. 330. nu. 1. 2.
& 4. nõ ſufficit ſine aliis legitimis probationibus,
& teſtium recognitionibus, maximè cum in caſu
noſtro non agatur de ſcriptura, quæ ſit tota con-
36 fecta manu teſtatoris, ſed quæ tãtum dicitur ſub
ſcripta, & in cuius ſubſcriptione cum exigua ſit,
facilè fuit eam fingere, & adumbrando imitari,
Marſil. rub. C. de probat. nu. 298. Maſcard. rela-
ta concluſione, num. 2. in verbo, comparatio, &
dixi ego conſ. 188. nu. 118. & conſ. 85. num. 6. &
facit optimè Cephal. conſ. 99. nu. 19. præterquã
quòd mihi in facto proponitur, eam multum dif
ferre ab aliis indubitatis ipſius Illuſtriſſimi Car-
dinalis ſcripturis.
Tertiò licet in teſtamẽtis admittatur legatariorum
teſtimonium, præſertim ſi quęſtio ſit inter ipſum
hæredem, & venientem ab inteſtato, quia præci-
puè non agi videatur de eorum commodo, vt eſt
37 textus in §. legatariis. Inſtitution. de teſtamentis,
attamen id non procedit quoties teſtamentum
ipſum omne robur acciperet à teſtimonio ipſo-
rum legatariorum, vel quoties teſtamentum fie-
ret coram teſtibus paucioribus ſeptem, vt egre-
38 giè declarat Maſcardus omninò videndus tract.
probationum, conclu. 973. num. 3. & 6. in verbo,
legatarij teſtimonium; Vnde cum hæc aſſertæ
ſcripturæ recognitio, & rei geſtæ fidès omnem
ferè ſpiritum ducat ab ipſis ſolis legatariis eo-
rum teſtimonium recipiendum nõ videtur: nam
cum pauciores teſtes admittantur, conſenta-
neum videtur, vt idonei ſint, ac omni exceptione
39 maiores, ita, vt quaſi inſignis eorum qualitas nu-
merum ipſum ſuppleat, vt probari videtur eo. c.
relatũ, el 1. de teſt. & ſcribit Pariſ. conſ. 24. vol. 3.
Nec obſtat, vt ſcilicet in relictis ad pias cauſas abeſ-
ſe videatur falſitatum ſuſpicio, quia dici po-
teſt, inſtitutionem cauſæ piæ fuiſſe quendam co-
lorem quæſitum ad immenſa legata ſuſtinenda,
quæ alias defeciſſent, quod ſatis comprobari etiã
videtur teſtimonio Illuſtriſ. Card. Plati, quate-
nus inquit fuiſſe conſultum ab Abbate Maffa, &
Ludouico Arca familiaribus Illuſtriſ. Card. Cu
ſani, an eius diſpoſitio per ſimplicẽ cedulam va-
luiſſet, & reſpondiſſe conſultius fuiſſe, ſi Cardin.
Cuſanus propter lites, & diſputationes iuriſdi-
ctionis perſuaſus fuiſſet, vt ſolẽniter teſtamẽtum
faceret, nihilq; ei dictum fuiſſe de inſtituẽda pia

causa, quod videtur posteà excogitatum propter
legatariorum commodum, non autem ipſius pię
cauſæ, id eſt hoſpitalis gratia, cum ſpeciatim fue
rit prohibita Falcidia, & Trebellianica, & quæli
bet alia quarta, vt probabile dubiũ ſubſit, ne ina
nis ſit hæreditas ſoluto ære alieno, & legatorum
immenſa largitate, & cum delegatis piis, vel in
ſubſtitutione pię cauſæ eius præcipuo fauore nũ
quam prohibita cẽſeatur detractio Falcidię, aut
40 Trebellianicæ diminutio, niſi aliud à teſtatore
diſpoſitum ſit, vt tradit Tiraq. relato tractatu de
pia cauſa, priuil. 36. in fin. & priuil. 27. hæc prohi
tio aduerſus piam cauſam ſcripta confirmat hãc
quam deduximus coloris quæſiti pro legatis ſu-
ſtinendis coniecturam, vt dicitur de titulo quem
ſpoliator quærit, qui tanquam color quęſitus ad
41 iniuſtam eius poſſeſſionem colorandam, & ſuſti-
nendam non iuuat propter hanc fraudis ſuſpi-
cionem, vt decidit Bal. in l. quoties, num. 7. C. de
rei vendic. & Præſes Menoch. de recuper. poſſeſ.
remed. 15. nu. 71. & 72. & de arbitr. iud. caſ. 225.
num. 10. & 17.

Quartò, Cum hæc ſcriptura ſit cõſcripta manu Ab
batis Maffæ, & ſibi ipſi ſcripſerit duo legata, vnũ
ſex millium aureorum, & alterum manuſcripto-
rum, & honorifici lecti, & nõnullarum lautarum
ſuppellectilium, eò minor fides eius teſtimonio
tribuitur, cum eam imminuat lucri, & commodi
ſuſpicio. Nam ſi quis ſibi aliquid adſcripſerit,
cum ad ſcribendum teſtamentum fuit adhibitus,
lex ſuſpicatur id falsò adſcriptum eſſe, & ità di-
ſponit, eum incidere in crimen quaſi falſi, maxi-
42 mè cùm aliàs id obtinere non poſſet. l. 3. C. de
his, qui ſibi adſcripſerunt in teſtamento. Bart. in
l. quędam, §. numularios, nu. 2. ff. de edendo. l. Di
uus, §. ſcribere, & l. de eo, ff. ad leg. Cornel. de falſ.
& in l. ſi ſeruus communis, de ſtipul. ſeru. l. ſi con-
ſul. de adopt. Alex. in l. 1. §. inter filiam, ff. de falſ.
Bal. in tract. de tabel. q. 6. & Cardin. Mantica de
43 coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 4. num. 17. & facit
quod ſcribit Barbat. conſ. 58. col. 12. lib. 1. vt ſci-
licet legatum magnum factum teſti deſcripto in
teſtamento arguat ſuſpicionem, quæ augetur in
caſu noſtro, cum informis ſcriptura in quodam
folio ſeparato fuerit inſerta, quæ aliquam non
habet ſubſcriptionem; accedat exemplo valdè
44 pernicioſum cenſeri, vt credatur ſcripturæ, qua
quis alium ſibi debitorem facit, & ſic ad ſui ip-
ſius commodum. l. exemplo, C. de probat. & opti
mè id confirmant, quæ refert Maſcard. trac. pro-
bat. ea concluſ. 1358. in verbo, teſtamentum, an
præſumatur, à nu. 61. vſque ad num. 70. Rurſus,
quòd multa ſpacia relicta in albo fuerint, quod
contra fidem datam Illuſtriſſimo Cardinali Cu
ſano ſcriptor eam ipſam ſcripturam cum aliis
communicauerit, quod anxiè adeò, & ſolicitè cu
rauerit, immo ſumma contentione in eo pluri-
mum deſudauerit, & elaborauerit, vt teſtamen-
45 tum illud fieret, multum hanc eandem ſuſpicio-
nem adaugent, vt ſcribit Pręſes Menoch. tracta.
pręſumpt. lib. 5. præſumpt. 32. nu. 8. & 18. & pręe
ſumpt. 20. num. 28. & 36. & 43. & Maſcardus in
verbo, falſitas, concluſ. 740. nu. 17. 26. 35. & 46.
& 42. & plura ad rem dixi ego conſil. 188. num.
32. & infrà plurib. ſequen. lib. 2. & teſti quando
agit de ſuo ipſius commodo, non creditur, quia
46 conſideratur tanquam pars, & non velut teſtis.
Alba. conſi. 560. nu. 13.

Quintò, Cum nullibi conſtet, hanc ſcripturam fuiſſe
publicatam aut lectã, vel à teſtatore ea pręlecta
ſubſcriptam, quia ex teſtibus receptis nullus eſt,
qui id affirmet tempore quo dicitur ſubſcripta,
excepto Abbate Maffa, conſequitur, vt defectu
voluntatis, & probationis ſit irrita, & inanis, vt
47 diſtinguit Dec. conſ. 159. nu. 7. Cephal. eo conſi.
99. nu. 19. & cùm appareat eam ſcripturã debuiſ-
ſe conſignari Illuſtriſſimo Cardinali Plato, idq; te-
ſtator non fecerit, cum facere potuerit, ſequitur,
vt eam ſcripturam nõ habuerit pro eius perfecto
48 teſtamento, vt ſcribit Clarus §. teſtamẽtum, q. 7.
verſ. aliquando, & verſ. teſtator, & id maximè eſt
dicendum, cùm dixerit ſe ſcripturam ad eum miſ
ſurum fore, & id poſteà neglexerit, eſt credẽdum
id iccircò factum fuiſſe, quia noluerit, cum facilè
ei fuiſſet id explere, & ex non facto aut negligen
49 tia animum declarari non ambigitur. l. 1. C. ſi mi
nor ab hęre. abſtinu. l. ſi peculium, §. ſicut autem,
de pecu. lega. glo. in l. tutelam, in verſ. excuſatio,
in fi. de excuſ. tut. Crauet. videndus conſ. 701. nu.
20. & conſ. 606. nu. 20. Maſcar. in verbo, repudia
tio, concluſ. 854. nu. 1. & concluſ. 1422. in verbo,
voluntas declaratur, nu. 41. & ſuprà, & infrà, &
confirmatur ex com. illa cõcluſione, vt teſtamen-
tum etiam inter liberos non valeat defectu vo-
50 luntatis, quando teſtator voluit teſtes ſubſcribi,
& nullus ſit ſubſcriptus. Iaſon conſil. 155. nu. 6.
verſicu. ſecundo reſpondetur, lib. 4. vbi atteſtatur
de commu. Cephal. adducto ſæpius conſilio 99.
num. 1. volum. 1. vnde cùm conſtet teſtatorem
voluiſſe eam ſcripturam conſignari Illuſtriſſimo
Cardinali Plato, vt monet Clarus eo. §. teſtamẽ
51 tum, q. 4. ver. ſed pone, circa finem. & ea. q. 7. per
totum. Multum enim intereſt, vt ſcriptura ſit re
poſita penes perſonam non ſuſpectam, prout e-
rat Illuſtriſſimus Do. Platus, vt affirmat Clarus
eo. §. teſtamentum, q. 14. verſic. aut verò pater
aliquos teſtes, & id neglectum ſit, videtur dicen-
dum, ꝙ teſtator noluerit ipſam ſcripturam pro
perfecto teſtamẽto haberi, ſed ſi pur facta fuit;
factam fuiſſe dicendum videtur ad paſcendos a-
nimos familiariũ, vel ad eorum inſtigationem,
& infeſtam importunitatem, vt affirmat Clarus
eo. §. teſtamentum, q. 37. verſic. item ſcias, quod
etiam dignoſcitur, quia conſtat eam teſtamen-
ti factionem ab eis quaſi extortam fuiſſe, & non
manaſſe, vt decebat à ſuo ipſius Illuſtriſſimi Car
dinalis motu, qui nunquam voluit, licet id ei fa-
cillimum fuiſſet eligere viam, qua ſecretò, & tu-
tò etiam abſque notitia Marchionis eius fratris
potuiſſet teſtari, & prout ſæpius fuerat ei in me-

moriam

Digitized by Google

moriam reductum, quod manifeſte indicat eius animum non fuiſſe tunc deliberatè teſtandi, & quòd illa eſſet eius vltima voluntas, ſed potius quoddam præparamentum, & ordinatio ad ſa-
53 tisfaciendum animis ipſorum familiarium, poſtquam etiam credebat tunc eius extremum non aduenisse diem, nec ſaluti deſperaret, immo à ſanitate adeò alienus non eſſet, quin magnam haberet ſpem ex eo graui morbo conualeſcendi, & recuperata ſanitate, diutius vitæ ducendæ, & icircò recuſauit eam dare ſcripturam ipſi Cardinali Plato, quia intendebat, rem ita imperfectam, vel inanem dimittere, argumēto l. an inutilis, in princ. ff. de acceptilat. Card. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 14. num. 12. verſicu. quarto.

Nec aduerſatur, ſigillum impreſſum fuiſſe, quia conſtat, illud perſcriptum fuiſſe ex interuallo ab ipſo Abbate Maffa domeſtico, & familiari abſque etiam præſentia ipſius Illuſtriſſimi Cardinalis, quo caſu nihil facit, immo ſuſpicionem auget, attenta familiaritate, & commodo, ac vtilitate
54 ipſius obſignantis, cùm facilè ad eius manus potuerit ſigillum peruenire, prout peruenit opera Bencij, nec tunc de eius voluntate impreſſum præſumitur, facit enim fidem quando adhibetur ab ipſo principali, vel eius voluntate, vt in puncto explicat ex aliis Maſcardus eod. tract. probation. in verbo, ſigillum, concluſ. 1308. numero 13. & 14.

Hæc ſunt, quæ hanc negantes partem mirificè iuuant.

Pro cōtraria verò parte illud vrgere videtur, quòd ſubſcriptio illa recognita fuerit tum litterarum comparatione, tum ab ipſis teſtibus, qui notam habebant manum, vt explicat Maſcardus tract. probat. concluſ. 330. nu. 4. & Bencius inquit vi-
55 diſſe Cardinalem ſcribentem, Cruolenus atramentarium inquit, detuliſſe; & licet teſtes domeſtici non admittantur, tamen in probandis iis,
56 quæ fiunt intra domeſticos lares fidem non leuē faciunt. l. conſenſu. §. ſuper, C. de repud.

Secundò id confirmatur teſtimonio patris Germanici inquientis ſe eam ſcripturam legiſſe ipſi Illuſtriſſimo Cardinali, qui & inſtitutionem heredis, & cætera legata approbauit, ſed tunc nō fuiſſe ſubſcriptam, quia intendebat alia legata addere, quibus additis fuit poſtea ſubſcripta medio Abbatis Maffæ.

Tertio, Teſtes idonei videntur legatarij ipſi, §. legatarijs Inſtit. de teſtam. & quamuis improbari vi-
57 deantur quando aliunde nō probetur diſpoſitio attamen id in caſu noſtro comprobatur, nempè teſtimonio Illuſtriſſimi Cardinalis Plati, vt mox dicetur; Item omnis ſuſpitio, quam afferebat cō modum legatariorū vitatur inſigni, religioſáq; & probatiſſima eorū qualitate, vt declarat Maſcardus videndus in verbo, teſtis in cauſa ad ſuū commodum, concluſ. 1363. num. 58. & quia non agitur præcipuè de ſuo commodo, vt is idem explicat num. 59. Præſes Menochius de præſump. quæſt. 15. num. 14. facit l. 3. ff. de teſtib. Crauet. conſil. 914. num. 4. tum etiam quia poteſt concedi, vt eorum commodum eſſet, aliàs eis debitum quia cum tamdiù fideliter inſeruiuerint ipſi Illuſtriſſimo Cardinali, ęquum erat, vt cū maximè pauperes eſſent, inſpecto nobili eorum ſtatu, recognoſcerentur. Bal. in l. ſi quis ad declinandam, num. 5. C. de epiſco. & cle. vt maledictum omne & ingrati animi crimen, ac notam quæ facilè iniuri poſſet, & quam valdè abhorrebat religio-
58 ſiſſimus ille Cardinalis vitaret, atque effugeret. l. cum pater, §. rogo, de leg. 2. & optime deſeruit, quod ſcribit Præſes Menoch. de præſump. lib. 5. præſumpt. 4. num. 11. & 13. atque icircò teſtimonium legatariorum admittēdum videtur, argumento eorum, quæ ſcribit idem Maſcardus in verbo, legatarij, concluſ. 973. num. 5. tum quia proinde colligitur eorum teſtimonium eſſe val-
59 dè veriſimile, vnde fit, vt id, quod aliàs non probaret, fidem faciat, vt dicitur de ſcriptura priuata, quæ ſi veriſimilia contineat fidei fundamentum conſtituit. l. per hanc, C. de erog. mili. annonæ. Alex. in l. 1. in fine. & in l. edita, in fine, C. de edendo, amplè Tiraquel. videndus in l. ſi vnquā, in præfatio. num. 49. 50. & 51. & infra, C. de reuoc. donat.

Quartò, Cum Illuſtriſſimi Cardinalis iam ſpectata foret multis, magniſque rebus eximia virtus, probitas, integritas, & ſumma in Deum religio, & pietas erga pauperes, veriſimile eſt, vt ita de ſuis rebus diſponere voluerit, ſecutus laudabilia exempla erga pauperes conciuium ſuorum, qui idem fecerūt, Illuſtriſſimorum ſcilicet Archiep. Med. Caroli Cardinalis Borrhomæi, cuius vitæ ſanctitas, dum hæc ſcripta recognoſco, quaſi lumen aliquod, frequentia gratiarum, & miraculorum comprobata elucet, necnon & religioſiſſimi, & Iuriſconſultiſſimi viri Illuſtriſſimi Gaſparis Vicecomitis eius ſucceſſoris, cùm præſertim ipſe Marchio eius frater careret prole maſculina, & de ea deſperare videretur, & eius filiæ ſint collocatæ in matrimonio virorum diuitijs affluētium, & Illuſtrium, & quæ rationes fuerunt ſæpius ab eo repetitæ, dum interrogaretur, quare ita diſponere vellet, & magis fratrem non inſtitueret, & ad quem ſenſum referri etiam poſſe videntur illa verba, quæ fecit Illuſtriſſimus Card. Platus, quatenus dum obijceretur propter diſputationes vigentes ratione iuriſdictionis ſuam diſpoſitionem ſchedulæ commiſſam pati poſſe aliquam difficultatem, inter alia reſpondit Cardinalis Cuſanus; Gloria di Dio, quaſi dicere vo-
60 luerit, propter fauorem, & ex priuilegio piæ cauſæ, quæ ad gloriam Dei dirigitur, ſuſtineri potent, & defendi eius diſpoſitio, vt ſuperius probauimus ex Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, in præfatione, & priuileg. 146. & Mantica de coniecturis vltim. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 2. & infrà plurib. ſequentibus, quibus adiungo Maſcard. videndū in

in verbo, Pia cauſa, concluſ.1176.nu.1.& infrà
61 pluribus ſeq. maximè num.5. Præſumendumq́;
eſſe, vnumquemque ſibi magis, & animæ ſuæ,
quam cæteris proſpicere voluiſſe,& ex conſuetu
dine viuentis ſumitur etiam coniectura volunta
tis morientis.l.damnas eſto,in fine,de vſufructu
legato. Signorolus conſil.175. num.6. & conſil.
62 181.num.6.& 9. & voluntas alicuius colligitur
ex eo,quod dixit,vel fecit in vita.l.quoniam, in
princ. C.de natur.libe. Simon à Pretis, de inter-
pret.vlt.volun.lib.1.ſolut.10.num.1.& 2.fo.71.
63 Eſt enim inſpicienda in vnaquaque re qualitas
perſonæ diſponentis.l. plenum, §.æquitij, ff.de
vſu,& habit. Bal.in l.2.q.15.nu.34.C.de ſeruit.
& eius affectio. Crauet.conſ.62.num.8.& multa
ad rem affert Maſcardus videndus in verbo,vo-
luntas,concluſ.1422. maximè nu.13.16.& 20.
64 Et optimè percipitur ex factis ante, vel poſt te-
ſtamentum,vt ibidem num.37.& infra pluribus
ſequen.

Et me hercle ſi qua virtutis ſignificatio in viris
Chriſtianis, & maximè religioſis elucere dēt, lu-
cē charitatis ſplendidiſſimo cādore, & ſplendore
cādidiſſimo ꝓfulgere oportet; pauperesq́; ſuæ
65 fidei cōcreditos,& ſuæ tutelæ cōmendatos, ſem-
per in oculis ferant, valdè amēt, & caros hēant;
inopes,peregrinos iuuare ſint memores, nec de-
bita eleemoſyna defraudent, nec aīam eſurientē
deſpiciāt, ſed eorū aures, domusq́;,& cellæ vina
riç,& frumentariæ eiſdē ſine triſtitia ſemper pa-
teāt,crumena nō deficiat,nec ita clauſa ſit, vt eā
aperire non poſſit benignitas, & pietas, quoties
caſus efflagitat, res poſtulat, & poſcit cauſa, in
qua inſit efficiendi neceſſitas; Inopum quibus
egeſtas imperat calamitates, & res aduerſas ſuis
facultatibus alacri animo,& ſine cūctatione ſub-
leuent, ſimulque meminerint dum horum ſalu-
tem, & vitam ſua beneuolentia, & præſidio te-
gunt Ieſum Chriſtum hæc præcipientem fouēt,
& dum miſerrimo homini aliquid de terrenis
his theſauris piè ſuppeditant,cœleſtes theſauros
æternę fœlicitatis paruo pretio ſibi comparant,
quandoquidem quòd de re familiari vni mini-
mo homini indigenti eius miſericordia commo-
ti, & capti impertierint,tanquam ampliſſimum
beneficium collocatur apud ſummum illum Re-
gem,qui nunquam ſine vſura, ſed cum longe ma
iore fœnore reddit pietatis officium, quod ſub
lintea abiecti hominis veſte recepit,quod ſub in-
culta,horrida, ac mæſta pauperis imagine acce-
pit, & cum nihil ab infirma noſtra manu dari
queat, quod prius profectū non ſit ab excelſa,&
præpotenti tanti opificis liberali manu, libenter
reddamus,quod eſt datum, vt iterum cum tanto
lucro nobis detur,eoq́ue magis ſtudioſè,diligen-
terque curemus,vt ex his rebus,quæ tanta beni-
gna maieſtas nobis elargita eſt,non inimicos,ſed
amicos in die illa tremebunda acquiramus, qui
noſtram cauſam accuratè, eleganterque dicant,
& obtineant.

Quintò, Hanc partem mirificè iuuat teſtimonium
Illuſtriſſimi Cardinalis Plati, qui affirmat Car-
dinalem Cuſanum pridie quàm moreretur ei di
xiſſe ſe teſtamentum ea ſcriptura feciſſe, atque
hæredem inſtituiſſe Hoſpitale magnum Medio-
lani, ſuiſq; familiaribus reliquiſſe legata conſi-
cientia ſummam millium,& millium aureorum,
& inter cæteros nominauit Abbatem Maſſam,
Ludouicum Arcam, Ioannem Gluſſianum, &
Antonium Forerium,& id ſæpius repetiit,ratio-
nes,quas in decernendo ſecutus fuerat explican-
do,& quamuis vulgò iactetur, dictum vnius, di-
ctum nullius,c.veniens,el 1.de teſtib. Ita vt pro-
66 cedat etiā in Cardinali, cui ſingulari non credi-
tur, vt tradit Fely.in c.quod ſuper ijs, de fide in-
ſtrumentorum. Gabr.lib.com.titu.de teſtib.con-
cluſ.1.nu.12.præſertim in tertij præiudicium,vt
com.dicit Maſcard.in verb.Cardinalis, concluſ.
268.nu.21.& concluſ.269.nu.3. vbi loquitur in
propriis terminis noſtris, attamen limitatur, vt
67 non procedat in valdè fidedigno, & quādo nihil
eſt,quòd ad ſuum ipſius commodum attineat, &
quando ad alia quædam tanquam adminicula
admittitur,eiq́; præſto ſint aliæ coniecturæ,qui-
bus veritas illuſtrari ſolet, vt declarat idē Gabr.
ea.concluſ.1.nu.43.& 44. Maſcardus relata con
cluſ.269.nu.6.Alba conſ.248.nu.39.& conſilio
338.nu.10.& conſ.429.nu.7. teſtis namque reli
gioſus,incorruptus, atque integer, & in ſumma
qualis eſt is ampliſſimus vir, omni ſcilicet exce-
ptione maior,ac locupletiſſimus ceteros ſupplet,
idem Alba conſ.231. nu.3. & etiam teſtes exce-
ptionem patientes admittuntur, & plenè probāt
68 qñ magnus eſt eorū numerus, puta quatuor, vel
quinq;, quia numerus ſupplet defectū: idē Alba
conſ.293.nu.9.& 35.nu.6.& 303.nu.7.maximè
69 in piæ cauſæ vtilitatem, pro qua admittitur etiā
fœmina,licet aliàs repellatur, vt com.dicit Cla-
rus,§.teſtamentum, q.55. verſic.ſcias tamen, &
70 verſ.ſed quid de iure canon.cum in cauſis piis,vt
ſæpius diximus,nequeat falſitatis ſuſpicio iniici,
& propter fauorem animæ, vbi caſus eſſet etiam
dubius,pro ea inclinandum foret; vt ſcriptum re
71 liquit idem Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ,priuil.
148. & vbi aliàs probatio teſtibus fieri vetare-
72 tur, ea tamen in cauſa pia concederetur, vt pro-
bat Aſin. in ſua praxi Iudiciaria, §. 19.cap.5.
limit.23.

Quid igitur dicendum? negari certè nō poteſt quin
caſus ſit valdè controuerſus, & plenus diſſenſio-
nis etiam inter doctiſſimos viros, ancipitiq́; co-
gitatione diſtractus, propter haſce pugnantes in
vtranque partem rationes, quæ animum iudicis
facilè in hanc,& illam partem trahere, & impel-
lere poſſunt, & ideò multum arbitror intereſſe
amicum,& beneuolum habere iudicem, cùm res
73 ipſa plurimum ad eius arbitrium reuocetur, vt
ait idem Alba conſ.56. nume.26. & conſil.224.
nume.1.

Et vbi peregregius D.meus Marchio Cuſanus eā
ſcri-

ſcripturam fuiſſe ſubſcriptam manu ipſius Illu-
ſtriſſimi Cardinalis fratris ſui recognoſceret, con
ſulerem omninò ne de ea re controuerſiam habe
ret, aut in lite iniuſta contra diuinas, & humanas
74 leges tempus contereret, vt ſcribunt Clarus §. te-
ſtamentum, q. 7. verſi. aliquando enim reperitur,
Card. Mantica de coniect. vlt. volun. lib. 2. ti. 14.
nu. 9. & ſub nu. 29. verſic. ad contrarias, vbi con-
cludit teſtamẽtum etiam minus ſolemne eſſe ſer-
uandum in foro conſcientiæ, ſin minus vbi aliter
certò ſciat, poterit curare, vt de ea re iudiciũ fiat,
& ſecundum ea, quæ proponuntur meo iudicio
digna res eſſet, vt legitima trãſactione negotium,
moderatis etiam legatis cõponeretur, cum quæ-
ſtio ſit inter defuncti fratrem, & piam cauſam, &
vterque ex eo pendeat, vt quamplurimum lucri-
faciat, & res ſit valdè implicata, quo caſu poteſt
etiam iudex, immo ad eius bonum officium per-
75 tinet, partes ad concordiam compellere, vt affir-
mat Decius conſil. 445. nu. 1. 2. & 3. ſed hæc iam
ſatis ſint, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO COMITIB. ALEXANDRO Regio Quæſtore ordinariorum redditum ſtatus Mediolani, & Io. Baptiſta Fratribus Serbellonis.

ARGVMENTVM.

Procurator conſtitutus ad vendendum ſi vendiderit, vel chirographo vendere promiſerit, an rem venditam tradere poſſit, non obſtante mandati reuocatione interim facta, & voce præconis euulgata, ſibi tamen nec emptoribus intimata; multaq; de fide diei appoſiti in Syngraphis, & de mandati reuocatione, & de contractus perfectione docte, & acute diſſeruntur.

SVMMAE RERVM.

1 *Mandatum, an & quando reuocatum cenſeatur ſi dominus, qui abſens fuit reuertatur.*

2 *Mandatum de iure Municipali Mediolanenſium reuocatum non cenſetur ſi dominus redeat, & in iudicio compareat.*

3 *Mandati reuocatio fieri poteſt, ſi voci præconis ſubijciatur quando mandatum eſt generale, nec certa ſit perſona, cum qua eſſet contrahendum.*

4 *Reuocationis mandati denunciatio, & intimatio contrahentibus fieri debet, vbi domino data ſit notitia perſonæ contrahentium, & negotij iam inchoati.*

5 *A procuratore reuocato actus factus valet ante intimationem, & debet intimari reuocatio, etiam ſi publice facta ſit.*

6 *Scientia debet eſſe ſingularis cum ſuis qualitatibus, nec ſufficit in genere.*

7 *Confeßio eſt probatio fortior ea, quæ fit teſtibus, aut inſtrumentis.*

8 *Teſtis deponens non veriſimilia, non probat, immo eſt valde ſuſpectus.*

9 *Teſtis conſanguineus in magna cauſa repelli videtur.*

10 *Teſtis affinis licet admittatur quando deponit inter duos affines, attamen ſi vnus ſit magis affinis quam alter, repelli videtur, cum urgere poßit nimia affectio.*

11 *Teſtis vbi agat de ſuo intereſſe, & commodo repellitur.*

12 *Conſanguineus non admittitur ad ferendum teſtimonium quando agitur de iniuria conſanguinei, quia omnibus facta cenſetur.*

13 *Probatio ſimplex non iuuat, vbi cum qualitate deſideratur.*

14 *Integra res quando dicatur.*

15 *Procurator, qui voluntate domini prædium diſtraxit, poteſt illud tradere, & præſtare ea omnia, quæ ſunt conſecutiua prioris actus non obſtante mandati reuocatione.*

16 *Conſilium mutare ſapientis eſt, ſi id fiat ſine damno, & iniuria tertij cui fides data ſit.*

17 *Procurator, poteſt inchoata perficere, & promißis ſtare, non repugnante mandati reuocatione.*

18 *Vendere promittens tenetur rem tradere, quia hæc obligatio eſt indiuidua, ex communi doctorum ſententia.*

19 *Verecundiæ ſeruandæ gratia ex nudo pacto quis poteſt ſoluere non obſtante denunciatione, ne ſolueret.*

20 *Fidem fallere graue eſt.*

21 *Dies in chirographo ſcriptus non probatur ex eo ad tertij præiudicium ſi deficiat teſtium ſubſcriptio.*

22 *Confeßio procuratoris in alterius præiudicium præiudicat niſi a die confeßionis, non autem a die confeſſo.*

23 *Confeßio facta poſt reuocatum mandatum habetur perinde, ac ſi eſſet confeßio in tertij præiudicium.*

24 *Confeßio tutoris finita tutela non præiudicat pupillo.*

25 *Confeßio procuratoris præiudicat ipſi domino, quoties mandatum ſit amplum cum libera, & quando dominus iurauit, ſe ratum habiturum, & obſeruaturum quicquid per eum geſtum fuerit, ex communi doctorum ſententia.*

26 *Procurator cum libera dominum obligat.*

27 *Dies in apocha ſcriptus verus eſſe præſumitur in præiudicium eius qui faſſus eſt eum qui ſcripſit eſſe fide dignum.*

28 *Mendacium eo minus præſumitur, ſi de digniori, & honeſtiori perſona agatur.*

29 *Dies in ſyngrapha ſcriptus verus creditur, quo-*

ties

ties pro veritate actus in ea ſyngrapha enuncia ti aliquæ accedunt veriſimiles coniecturæ anticipationis ſuſpicionem tollentes.

30 *Scriptura priuata pro ſcribente probat, vbi ſit veriſimilis.*

31 *Coniectura, & præſumptiones plures loco firmæ probationis habentur.*

32 *Probationis fides Iudicis arbitrio relinquitur ex caſuum varietate.*

33 *Actus præſumitur factus in executione præcedentis tractatus, & promiſſionis.*

34 *Promiſſio vendendi ſufficiens eſſe videtur ad faciendum, vt res non dicatur integra pro reuocatione mandati.*

35 *Probatio per confeſſionem ſemper admittitur etiã contra præſumptionem iuris, & de iure.*

36 *Pretij ſolutio facit, vt dicatur ventum ad executionem facti, quæ hunc effectum producit, vt nõ poſſit quis a contractu diſcedere.*

37 *Venditor, qui accepto pretio rem venditam non tradit, cõuenitur actione ex vendito ad rem tradendam, vel ad id, quod intereſt ſoluendum.*

38 *Venditio ſolo conſenſu celebratur tacito, vel expreſſo.*

39 *Venditionis ſubſtantia conſiſtit in pretio.*

40 *Ad venditionis perfectionem tria exiguntur, conſenſus, res & pretium.*

41 *Venditionem etiam ex aliqua cauſa reſcindere volens, aut nullam dicere, non auditur niſi primo refundat pretium in eius vtilitatem verſum.*

42 *Priuatio præſupponit habitum.*

43 *Confeſſio procuratoris obeſt domino, eique ſtatur, niſi dominus ex contrario veritatem probet.*

44 *Teſtes in facto proprio deponentes maiorem fidem faciunt.*

45 *Teſtes non dicuntur ſingulares, quando inuicem ſibi ipſis adminiculantur, & tendunt ad eundem finem.*

46 *Voluntas ſicut probatur verbis, ita & multò fortius factis.*

47 *Venditor ſi poſt ſtatutum diem reliqua pecunia pactum legis commiſſariæ non exercuiſſet, ſed partẽ reliqui debiti recepiſſet videtur receſſum a commiſſaria.*

48 *Procuratorem approbare nolle per aliquem actum quem faciat, ſi quis proteſtetur tamen ſi poſtea cum eo litiget, cenſetur per actum illum contrarium illum approbare, & contrariam proteſtationem reuocare.*

49 *Proteſtatio præcedens tollitur per factum contrarium ſubſequens.*

50 *Iudicium dicitur cœptum per litis conteſtationẽ.*

51 *Scriptura fit ad faciliorem probationem.*

52 *Renunciatio in dubio non præſumitur, & actus re vera ſimilis requiritur.*

53 *Priuatio præſupponit habitum.*

54 *Contractus ex poſt facto ſunt neceſſitatis.*

55 *Prædicata talia ſunt qualia ſubiecta demõſtrant.*

56 *Reprobari nequit quod non eſt.*

57 *Præſupponens aliud, & vnum dicens ad hoc, vt diſponat, debet præſuppoſitum interuenire.*

58 *Contrarietas, vt effugiatur impropria admittitur interpretatio.*

59 *Teſtium dicta quantum fieri poteſt ad concordiam debent reduci.*

60 *Contraria allegans non ſemper repellitur.*

61 *Conſtitutiones Mediol. titu. de probat. §. & quia plerumque, declarantur.*

62 *Teſtes deponentes quòd aliquis habuit dicere vel proteſtari quomodo debeant deponere.*

63 *Temporis probatio non videtur in iure neceſſaria, niſi quatenus illud probari velit ad fundandam alicuius intentionem.*

64 *Interpretatio eſt facienda, vt conſtitutiones Mediol. reducantur ad ius commune quantum fieri poteſt.*

65 *Teſtes producti, & approbati ab vna parte non poſſunt improbari.*

66 *Teſtis conſanguineus aduerſarij cum quo litigatur, contra eum maiorem fidem facit.*

CONSILIVM CCV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

INTENTIO Comitum, Alexandri Regij Quæſtoris, & Ioan. Baptiſtæ fratrum Serbellonorum ſatis firma redditur ex inſtrumento mandati ex venditione poſteà ſubſecuta, & ex eius approbatione tũ verbis, tùm facto ſæpius repetita ab ipſo principali, & ex pretij ſolutione, & ex rei traditione, & ex adepta authore iudice poſſeſſione, & ex rebus ad eorum fauorem iudicatis.

Nunc tantum ſupereſt, vt non minus doctè, quàm ſubtiliter à Lectiſſimo Domino meo Senatore Laurentio Polo ſcientia, & virtute valdè pollente motas dubitationes remoueamus, atq; confutemus quo ſplendidior ſit lux veritatis, in qua vna exquiranda conſultoris, & conſulentis cogitatio verſari debet.

Et primò non aduerſatur obiecta, tacita, & expreſſa mandati reuocatio, tùm ob reuerſionem Ioan. Iacobi Balduini ad patriam, tùm ob expreſſam reuocationem voce preconia euulgatam.

Nam, mandatum ità demum reuocatur domino reuerſo, quando conſtaret mandatum factum fuiſſe ob ſolam cauſam abſentiæ; quia tunc ceſſante
1 cauſa finali, ideſt ipſa abſentia, ceſſat mãdatum, ſecus ſi abſentia fuerit cauſa impulſiua; Secundò non procedit in mandato ad negotia, Tertiò non habet locum, vbi dominus reuerſus adminiſtrationem non aſſumat, ſed tacitè vel expreſsè, vt hic patiatur, & ſinat procuratorem adminiſtrare; Quartò, ſi res nõ ſit amplius integra, vt in hac ſpecie euenit, cum iam venditio per chirographum,

phum, & eius promiſſio, de qua prius, vt con-
ſtat ſuis literis, notitiam Romæ habuerat, facta
eſſet, & pars pretij iam ſoluta foret, vt hæc ſatis
probantur ex l. qui mutuam, §. non ideò minus,
vbi videantur Bart. Bald. Alberic. & Salycet. ff.
mandati, & l. mutari, ff. de procuratoribus, & eſt
text. explicitus in c. ſi quem ex forma, vbi videa-
2 tur Francus ſub nu. 2. Geminianus ſub num. 3.
de procura. in 6. Additur præterea, hâc tacitam
reuocationem ceſſare ex iure noſtro municipali,
c. 65. in prin. idem vult apertè mandatũ non cẽſe
ri reuocatũ, ſi dñs redeat, & in iudicio cõpareat.

Secundo, non refragatur aſſerta reuocatio per pu-
blicum Inſtrumentum voce præconis prædica-
tum, quod videtur ſufficere, cum mandatum eſſet
generale, nec eſſet certa perſona, cum qua eſſet
3 contrahendum. Fel. in c. ex parte decani. nu. 23.
de reſcriptis, facit l. ſed & ſi pupillus, §. præſcribe
re de inſtitoria actione.

Quia rñdetur, licèt in mandato non eſſet nomina-
tim expreſſa perſona cũ qua cõtrahi deberet, at-
tamẽ fuit poſteà ex literis procuratoris de ea mo
nitus ipſe Balduinus principalis, & fuit etiã cer-
tus factus de negotio cum ea cœpto, & de toto
eius tractatu, & concluſione, vt ſatis probatũ eſt
in cauſa, & maxime ex literis eiuſdem Balduini,
vnde perinde habetur, ac ſi in mandato perſona
nominatim ſcripta foret, atque ideò requireba-
tur denunciatio, & intimatio mandati, ne dum
4 in ipſo procuratore, ſed etiam in ipſis contrahẽ-
tibus, poſtquam certi erant, nec ſola ſcientia ſuf-
ficiebat, quæ tamen nullibi maximè in perſona
Serbellonorũ probatur, vt diſtinguit Barto. in l.
vnica a num. 7. vſque ad num. 10. C. de ſatiſda.
Alexan. in l. non ſolum, §. morte, nu. 2. ff. de ope-
ris nou. nuntia. Salyc. in l. mandatum, num. 18.
verſic. aut in mandato, C. mandati, Abb. in cap.
ex parte decani. num. 12. de reſcriptis, Iaſ. in l.
eius qui in prouincia, num. 1. & 8. ff. ſi cert. peta.
5 & communem dicit Capra. regula 58. num. 3. &
actus factus à procuratore reuocato ante intima
tionem valet, & debet intimari reuocatio etiam
ſi publicè facta ſit, Crau. conſil. 76. num. 3. Rota
Auenionenſis deciſ. 13. in deciſione diuerſorum,
P. Æmilius Verallus, deciſ. 396. ſeu 4. parte, ſe-
cunda. Præterea dicitur nullibi dictam notitiam
legitimè probari, tùm quia debebat eſſe ſingula
ris cum ſuis qualitatibus, nec ſufficiebat in gene-
6 re, Fel. in cap. quoad conſultationem, num. 32.
de re iudica. Tiraq. de retract. legal. §. 36. glo. 2.
num. 30. tùm quia teſtium teſtimonium patitur
exceptionem, & in dicto, quia perfectè non pro-
bant, & ſunt ſingulares, & nõ eſt veriſimile, cum
aduerſetur confeſſioni ipſiuſmet Balduini, qui
tempore appræhenſionis contrarium faſſus eſt,
quatenus etiam dixit propter reuerẽtiam, quam
deferebat ipſi D. I. C. Philippo Raynoldo olim
Senatori Romano, & eius ſororio non curaſſe
reuocationis intimationẽ, nec de data aliter no-
titia verbum fecit, quod veriſimiliter dixiſſet, ſi
7 verum fuiſſet, & confeſſio eſt probatio fortior ea
quæ fit teſtibus, aut inſtrumentis, vt norant glo.
Barto. & alij in auth. ſed iam neceſſe, C. de do-
nat. propter nuptias, Crau. conſil. 61. num. 3. &
conſil. 121. num. 4. & cum veriſimilitudo ſit om-
nium interpretationũ caput, & fons vberrimus,
teſtis deponens non veriſimilia non probat, im-
8 mò eſt valdè ſuſpectus, l. ob carmen, §. vlt. de te-
ſtib. Iaſ. in l. ſi extraneus, in 4. notab. ff. de condit.
ob cauſam, & ratio reuerentiæ ita concludit in
caſu intimationis ſicut notitiæ, nam cum Ray-
noldus iam negotium tractaſſet, & perfeciſſet de
conſenſu, & re ſemper participata cum Baldui-
no, eſt etiam credendum, ꝙ ipſius reuocationis
dare notitiam noluerit, ne in illius viri odium,
& iuſtam indignationem incurreret, aut in eum
grauis aliqua offenſio concitaretur, ſi quidem
nulla eſt amico pulchrior poſſeſſio, tùm quia de-
nique teſtes ipſi in perſonis patiuntur exceptio-
nes, nam Vndegardus eſt conſanguineus, qui in
cauſa magna videtur repelli, vt ex plurimis con
geſtis comprobat Gabrielius, lib. 10. tit. de teſti-
9 bus, concluſ. 13. num. 1. & omni caſu integer nõ
eſt teſtis, & de eius fide multum diminuitur; &
licèt ipſe Vndegardus eſſet conſanguineus ipſius
Balduini, non erat tamen Raynoldi, ſed tãtum
affinis; vnde cum diſpar eſſet ſanguineus gradus,
10 & ratio rectè viget nimia affectio, quæ eum re-
pellit, Alex. conſil. 156. num. 8. vol. 5. Barto. in l.
non ſolum, de ritu nupt. & l. admonendi, nu. 37.
vbi ait facere tantum ſuſpicionem, ff. de iureiur.
l. qui teſtamento, §. quæcunque, num. 7. ff. de te-
ſtamentis, Gram. deciſ. 34. num. 18. rurſus cum
vterque teſtis ageret de ſuo commodo, & inte-
11 reſſe propter probabilem ſpem, quam habebant
ſuccedendi in bonis ipſius Balduini, qui cum fi-
lijs careret, ab inteſtato ei probabiliter ſucceſſuri
erant, prout ſucceſſerunt, eò magis fides ita vacil
lat, & claudicat, vt neutiquã probent, l. omnibus,
12 vbi plenè ſcribentes, C. de teſtib. Iaſ. in l. quoties,
circa vltimum; C. de Iudicijs, Boſſius noſter tit.
de oppoſit. contra teſtes, num. 55. Oſaſc. deciſ.
79. num. 39. Crau. conſil. 30. & cõfirmatur, quia
in caſibus in quibus conſanguineus poteſt teſti-
monium ferre non admittitur, quando agitur de
iniuria conſanguinei, quia facta omnibus cenſe-
tur, Barto. in l. lege Cornelia, ff. de iniurijs, Ma-
ſcard. in verbo coniunctus, conclu. 408. num. 10.
13 præterea cum hæc denunciatio per modum prin
cipalis præſuppoſiti deducatur, & ſit qualitas ne
ceſſaria, & ſine qua eò firmior probatio exigitur
cùm ſimplex probatio non iuuet vbi cum quali
tate deſideretur, l. 4. §. docere vi bonorum rapto-
rum, Soc. ſen. conſil. 57. num. 8. lib. 3. Roman. au
tem conſil. 76. num. 4. Dec. conſi. 146. num. 14.
contra excitati loquuntur in re difficilis proba-
tionis, & per modum præſumptionis, non autem
probationis, & omni caſu cum perſona Serbel-
lonorũ eſſet certa, non tantum procuratori, ſed
etiam eis danda erat notitia vt ſuperius præmo-
nuimus.

nuimus; Sed omnis in hoc puncto tollitur dubi-
tatio quandoquidem mandatum ad negocia re-
14 uocari non poſſit, niſi res ſit integra: atqui tunc
integra non eſt, quoties negocium ſit poſitum in
aliquo ordine iam conſumpto, & ſufficit aliquid
factum fore de his quæ intrinſecus ad rem præ-
parantur, vt eſt tex. in l. ſi pecuniam, in princ. ff.
de conditio. ob cauſam, & docent Bald. & Saly.
in l. mandatum ille, num. 15. iſte, num. 17. C. mã
dati, cum itaque Balduinus dederit mandatum,
I. C. Raynoldo ad vendendum, & is vendiderit,
& de venditione ex eius pretio ad abundantem
cautelam, & ad demonſtrandam eius maiorem
fidem præmonuerit ipſum principalem, qui eam
non improbauit, immò ſuis litteris approbaue-
rit, potuit non obſtante reuocatione rem, quę vo
luntate domini diſtracta ab eo fuerat, tradere &
id præſtare, quod iam geſtis coniunctum, & con
ſequens erat, text. ſolemnis in l. Papinianus, ff.
15 de Publiciana in rem actione, l. ſi procuratorem,
ff. de procuratorib. Nam licet nemo doctus vn-
quam mutationem conſilij inconſtantiam dixe-
rit eſſe, cum ſapientis ſit conſilium mutare: nam
ſæpè noua quædam, & inopinata repente, &
ſubitò præter omnium ſpem, & expectationem
exoriuntur quæ nouo indigent auxilio, & con-
16 ſilio, ita vt tunc inconſtantia habeatur pro ſum-
ma ſapientia; attamen id faciendum puto ſine
damno, & iniuria tertij, cui fides iam data ſit, ſi
quidem tunc in propoſito ſuſceptoque conſilio
permanendum eſt, dictorum conuentorumque
conſtantia, & veritas eſt ſeruanda, & fugiẽda ſu-
ſpicio perfidię, quæ infamia notatur, & punitur,
vt inquit Crau. conſil. 192. num. 16. fieri enim
ſic decet, quoniam honeſtum eſt, vt ſit locus cõ-
mercijs adeò humano generi neceſſarijs, aliter-
que fieri dedecet, quia inhoneſtum, eſt perturba-
re pacta, & promiſſa, quæ vt prætores dicere ſo-
lent, nec vi, nec dolo malo facta ſint, ſimulque
ſuam ipſius exiſtimationem, quæ vita charior in
genuis viris eſſe debet, violare, & amittere, cum
tamen fundamentum perpetuæ commendatio-
nis, & famæ ſit ipſa iuſtitia, ſine qua nihil poteſt
eſſe laudabile; Immò quod maximè obſeruan-
dum puto etiamſi Raynoldus ſe continuiſſet in-
tra cancellos ſimplicis promiſſionis vendendi
prędia Serbellonis, adhuc res non diceretur
17 integra, ita vt ei licuiſſet, non repugnante man-
dati reuocatione inchoata perficere, & promiſ-
ſis ſtare, vt decidit Bald. in ea lege mandatum,
num. 7. C. mandati, nam vendere promittens, te
18 netur rem tradere, quia hæc obligatio eſt indiui
dua, vt com. dicit Curt. iun. conſil. 74. num. 1. &
hoc maxime eſt dicendum in perſona nobili, &
ſpectatæ fidei, & probitatis, qualis erat I. C. Ray
noldus, cui cum eſſet valdè indecorum, & turpè,
& eius nomine indignum fidem datã fallere, &
ſuam ingenuitatem & ruborem non præſtare, ex
ſola eius promiſſione res deſinebat eſſe integra,
ita vt amplius non daretur reuocatio, prout dici-
tur de mercatoris promiſſione facta ex vi ante-
cedentis mandati ad ſoluendum, quæ etiam an-
te ſolutionẽ non poteſt fieri irrita, nec amplius a
mandante reuocari propter æquitatem ſeruan-
dæ fidei, & cum non ſolum aſtringat nos obliga
tio ciuilis, & naturalis, ſed etiam verecũdia, ideò
excuſatur aliquis ſi facit, vel omittit aliquid pro
pter verecundiam ſicut ſi omni iure teneretur, &
19 ideò fideiuſſor nobilis qui promiſit ſoluere ex pa
cto nudo, poteſt ſoluere non obſtante denuncia-
tione, nam non poteſt deſiſtere propter verecun-
diam, quia vir integræ fidei non haberetur, l. Ti-
tius, ff. de procurat. famamque lubenter opibus
anteponere debet, Barto. l. Quinctus, l. ſi fideiuſ-
ſor, §. quædam, ff. mandati, l. pecuniæ, num. 5. ff.
de alimentis, & cibarijs legatis, idem Bart. viden
dus, & ibi additio in littera C. in l. ſi fideiuſſor cre
ditori, num. 3. & melius in lectura antiqua de fi-
deiuſſoribus, & Marſilius ſingulari 148. incipi.
20 graue eſt fidem fallere, Gabrielius tit. de nouat.
concluſ. 1. num. 14. & 23. & fusè probaui ego
conſil. 50. num. 66. & 87. vol. 1. eſt enim interdũ
grauior, & difficilior animi, ac ſententiæ pro al-
tero quam pecuniæ obligatio.

Sed res ipſa tutiori in loco conſtituitur ex venditio-
ne ſub die 5. Maij anni 1584. facta ab ipſo Ray-
noldo procuratore, vnde cum res deſineret eſſe
integra, nõ potuit poſtea anno 1585. die 7. Maij
fieri reuocatio mandati, hocque non habet dif-
ficultatem, & conceditur tanquam veriſſimum
axioma: ſed illa tantum inijcitur dubitatio, an ſci
licet veritas enunciatæ in chirographo venditio
nis ex eo probata cenſeatur, cum eius dies potue-
rit fingi per colluſionem procuratoris cum em-
ptore etiam poſt mandatum reuocatum, vnde
21 tempus non probatur ea priuata ſyngrapha te-
ſtium ſubſcriptione carente, præſertim ad tertij
præiudicium, l. ſcripturas, C. qui potio. in pi-
gnore habeantur, & fusè comprobant Tiraq. de
retract. legali, §. 1. glo. 7. num. 43. Neguſant. de
pigno. 2. memb. 5. par. num. 50. Gabriel titu. de
probat. concl. 10. num. 3. confeſſioque procurato
ris in alterius præiudicium præiudicat niſi a die
confeſſionis, non autem a die confeſſo, Roland.
conſil. 58. nu. 11. lib. 2. & cum facta dicatur poſt
22 reuocatum mandatum de ea iudicatur, prout ſi
eſſet confeſſio in alterius præiudicium ad exem-
plum confeſſionis factæ a tutore, tutela finita, l.
23 Lutius, §. tutelæ, ff. de adminiſtr. tuto. & addi po
teſt Maſcard. tract. probat. concl. 370. confeſſio
24 tutoris, & elegãter Alciat. noſter conſil. 5. num.
36. lib. 8.

Quia reſpondetur, receptiorem eſſe ſententiam, vt
confeſſio procuratoris domino obſit, quoties mã
datum ſit amplum cum libera, & ſpeciale, prout
eſt in caſu noſtro quãdo iurauit ſe ratum, & gra-
tum habiturum, impleturũ, & obſeruaturũ, quic-
25 quid per eum geſtum fuerit, quia tunc huiuſmo
di confeſſio præiudicat ipſi domino quia ſibi im
putet, ſi adeò liberas, & laxiſſimas habenas tra-

dide-

diderit ipſi procuratori, vt com. fatetur Iaſ.in l.
2.§.creditum,num.23.ff.ſi cert.pet.& Alciat.no
ſter num.30.Maſcard.tract. de proba.in verbo,
confeſſio procurat.conclu.369.num.12.& quã-
uis num.8. videatur approbare contrariam ſen-
tentiam, attamen cum hæc noſtra communis,
ſit,nuſquam eſt ab ea recedendum,eiuſq; opinio
procedit,vbi non adſit ſpeciale mandatum,qua
le eſt hoc adeò amplum cum clauſula iurata ha
26 bendi ratum quicquid à procuratore geſtum fo
ret,vt ibidem eod.num.12.ſe declarat,nam pro-
curator cum libera dominum obligat.l. 4. C.de
nouat. Coſta noſter in ſuis memorialibus,in ver
bo,procurator generalis cum libera. Capyc.de-
ciſ.16.Afflictus deciſ.305. num.4. Decius con-
ſil.493.

Secundo id locum habet quoties is,qui negat con-
tentam in apocha diem veram non eſſe,faſſus
27 fuiſſet eum qui ſcripſit eſſe fide dignum, quia
tunc probat,vt conſuluit Alex.conſil.113.nu.4.
& 5.vol.1.quem cum alijs refert,& ſequitur idẽ
Maſcard.in concluſ.in verbo,apocha,num.111.
ſub num.22. verſic. decimo limita. Cum itaque
ex mandati amplitudine, & ex litteris toties ex-
aratis ad ipſum procuratorem conſtet,ipſum cõ
ſtituentem abundè procuratoris fidem appro-
baſſe,tam in dicto, quam in perſona eius vocem
pro veridica ſemper habendo, fruſtra nunc equi
dem ipſius ſyngraphæ fides in dubium vocatur,
cum etiam inſignis, & conſpicua qualitas ipſius
I. C. Raynoldi, qui mentiri non ſolebat, & qui
erat vir exquiſitæ adeò conſcientiæ, & probita-
tis, vt per ſe ſola apta, & idonea ſit ad delendã
omnem prorſus ſuſpicionem, quod maxime ſpe
ctare debet grauiſſimus dominus meus ſenator,
cum in vnaquaque re interpretanda multũ pol-
leat perſonæ qualitas, ita vt mendacium, quod
regulari iure non præſumitur, eo magis excluda
28 tur, ſi cũ digniori,& honeſtiori pſona agatur,nã
quæ vera ſint, loqui virum ingenuum decet, vt
firmat Soc.iun. conſil.46.num.16.vol.1.amplè
Fel.in cap.ſuper his.ſub num.14.col. vlt.verſ.ex
quibus omnib. de accuſationibus, vbi videatur,
quia multa in hanc rem conſcribit, quos ſequi-
tur Maſcard.eod.tract. de probat.in verbo,men
dacium,concluſ.1043. num.4.cui adiungo Pre-
ſidem Menochium tract. præſumpt.lib.1. præ-
ſumpt.15.num.1.& a num.10.vſque ad nu.16.
& de arbitrar.iud.caſu 94.num.24.Crau.de an-
tiq.temp.1. par.§. viſo de verbis, num.18.eun-
dem Maſcardum concluſ.109. num.6.& concl.
1300.num.12.& infra.

Tertio aduerſa concluſio fallit quoties pro verita-
te actus ſub illa die enunciati in ſyngrapha acce
29 dunt aliquæ veriſimiles coniecturæ, quæ tolle-
rent ſuſpicionem anticipationis, vt in terminis
ita contrariam concluſionem declarat doctiſs.
Alciat.noſter,videndus conſil.73. nu.10. & 11.
lib.8.& ea.l.2.§.creditum,num.25. & infra, ff.ſi
cert.pet.Ioſeph Ludoui.deciſ.3.num.31. & hu-
ius rei duplex,meo iudicio,afferri põt ratio,vna,
quia quæ aliter non probarent, tamen propter
veriſimilitudinem probant, vnde licet ſcriptura
priuata pro ſcribente non probet, id tamen fal-
lit quoties ſit veriſimilis,multum enim veriſimi-
litudini eſt tribuendum,cum ſit cognata naturæ,
30 & ſit caput,& fons vberrimus omnium interpre
tationum: vt amplè proſequitur Maſcar.in ver-
bo,veriſimilitudo, concl.1409. præcipuè nu.17.
& 18.altera eſt ratio, quia plures coniecturæ, &
præſumptiones loco firmæ probationis haben-
31 tur, vt ex alijs ſcribunt præſes Menoch.de arbit.
iud.caſu 115.num.16. & ex citato ſæpius tract.
de præſumpt.quæſ.4.& 5.præſump.maximè,nu
me.12.& Maſcard. de probat.quæſt.10. nu.40.
& infra;& cum propter caſuum varietatem cer-
32 ta in ea re regula conſtitui non potuerit, vt do-
cuit Abb.in cap. quam te,num.3. de præſumpt.
meritò multum in ea re dijudicanda tribuitur
iudicis arbitrio, vt explicat idem Menoch.de ar
bitr.iudicum,c.90.

Pro veritate diei,& actus appoſiti in ſyngrapha,tot
tantæ concurrunt coniecturæ,& vehementes, &
violentę præſumptiones tam legis,quam homi-
nis, vt nuſquam de eius veritate dubitari queat,
nam præter notabilem perſonæ qualitatem, &
amplitudinem mandati adiunguntur literæ ip-
ſius Balduini,ex quibus tanquam in luciđiſſimo
ſpeculo ſplendet integritas, & probitas illius in-
tegerrimi viri D. Raynoldi, qui de omnibus ad
mandatum attinẽtibus minutatim, & gradatim
certiorem faciebat ipſum Balduinum,& licet po
tuiſſet per ſe facere propter mandati amplitudi-
nem, volebat tamen eius voluntatem, & aſſen-
ſum habere,& maximè id elicitur ex literis datis
ſub die 28.April.anni 1584.in quib.ipſe Baldui
nus teſtatur per hęc verba,ſaluo,che hauerò ſem
pre rato,e fermo tutto quello,che V. S. hauerà
per mio conto trattato, & promeſſo circa il ne-
gotio del giardino,& crederò che queſti Signo-
ri ſi accontentaranno del douere, & d'hauer la
lira per boniſſimo mercato. Eccè igitur quàm be
ne inde ſatis apertè colligitur ipſum Raynoldũ
eum monuiſſe de tractatu, & promiſſione per
eum facta Serbellonis,quę eum obligabat ad ef-
ficiendum promiſſa,& conuenta, vt bonum vi-
rum decet,& ad faciendam ipſam venditionem,
quæ fuit facta ſub die 5. Maij.menſis ſubſequen
tis, & ſic præſumitur facta virtute, & in execu-
33 tione pręcedentis tractatus, & promiſſionis, vt
tradit Alciat.tract.pręſumpt.regula 2.pręſump.
24.num.1. & iſta ſola promiſſio eſſet ſufficiens
ad faciendum,vt res non dicatur integra, vt ſu-
perius probauimus in verſ. imò quod maximè,
34 ex Bald.in l.mandatum,num.7.C.mandati. Al-
ba.conſil.593.num.3. & Hinc deſumitur etiam
approbatio ipſius Balduini,non tantum vendi-
tionis,ſed promiſſionis,& cuiuſque confeſſionis
ipſius Raynoldi, vt in terminis ſimilibus opti-
mè diſtinguit Caſtrenſis omninò videndus con-
ſil.409.

Digitized by Google

ſil.409. ſub num.2.vol.1. & cum id percipiatur
ex litteris ipſius Balduini dicitur probari eius
propria confeſſione, qua nulla eſt ſanè firmior,
fortiorvè probatio, cum illa ſemper admittatur
etiam contra pręſumptionē iuris,& de iure,l.Pu
35 blia. in fine, ff.depoſiti, fusè Maſcard.tract.pro-
bat.quæſt.7.num.3.

Accedunt præterea plures alij actus facti ante reuo
cationem mandati,quorum auctoritate ne dum
coloratur, ſed roboratur veritas ipſius chirogra-
phariæ venditionis, ſcilicet ſolutio partis pretij
facta ſcholæ ſancti Ioſeph,& ipſimet Raynoldo,
& Areſijs,& ſcholę ſancti Satyri,quę omnes ſum
mæ ſimul coaceruatæ conficiunt ſummam au-
reorum trium millium;hæcque pretij ſolutio ar-
guit neceſſario abſolutionem, & perfectionem
præcedentis venditionis,quæ ex eo probatur qđ
appareat quid venierit, quantumvè ſit pretium,
& quod purè venierit: & quādo ſit pretij ſolutio,
tunc dicitur ventum ad executionem facti, quæ
36 hunc effectum producit, vt non poſſit quis a con
tractus fide,& conſtantia diſcedere, niſi interue-
niat actus retro ſimilis,l.neceſſario, vbi Bald.vi-
deatur in addita lectura verſic.3. & vlt.ff.de peri
culo, & cōmodo rei vend. & venditor qui acce-
pto pretio rem venditam poſteà non tradit, cō-
uenitur actione ex vendito ad rem tradendam,
37 vel ad id quod intereſt ſoluendum, & tradit Al-
ciat.conſil.102.num.1.lib.8. & venditio celebra
tur ſolo conſenſu vel tacito, vel expreſſo,vt ſcri-
bit idem Alciat.conſil.81.num.2.lib.8. & conſ.
96.num.2. eod.lib.& eſt ratio, quia ſubſtantia
38 venditionis conſiſtit in pretio,§.pretium,inſtitu.
de emptio.& vendit.l.empti fides, C.de actioni.
39 empt.l.pacta conuenta,ff.de contrah.empt.& ad
eius perfectionē tria exigūtur,cōſenſus res & pre
tium, vt poſt glo.ea.l.pacta,declarant, Bald.in l.
40 in ementis, C.de cōtrahen.emptio.& Fabianus
à Monte tract.de emptio.& vend.quæſt.1.num.
3.& 4.nec volens ex aliqua iuſta cauſa venditio
41 nem reſcindere, aut nullam dicere auditur niſi
primò refundat pretium in eius vtilitatem ver-
ſum,l.ſi non ſortem,§.ſi centum, ff.de condic.in-
deb. Idem Fabianus vbi ſupra, quæſt.8. num.2.
& ſi pretij reſtitutio eſt facienda, præſupponit
præcedentis contractus fundamentum, nam pri
42 uatio præſupponit habitum,l.decem,de verbor.
obligat.l.mouer. ad finem, C. ſi ſeruus export.
vene. & quod confeſſio procuratoris obſit do-
mino,eique ſtetur,niſi dominus veritatem ex cō
trario probet,latiſſimè tuetur Franciſcus Sarmiē
43 tus Hiſpanus, lib.3. ſelect. interpret.cap.11.vbi
reſpondet ad text. in ea.l. Lucius, §.tutelæ, ff.de
adminiſtr. tut. & ad Tiraq. ex contrario allega-
tum præterea caſus videtur eſſe valde diſſimilis,
nam tutor non habet mandatum adeo amplum,
prout habet procurator noſter, cui ampliſſima
poteſtas data fuit cum libera, & vbi non conue-
niant alia adminicula,& non ſit adeò veriſimilis
qualis eſt hæc noſtra, & vbi ſæpius teſtatus non
ſit dominus etiam cum iuramento, ſe ratum,&
gratum habiturum quicquid à procuratore di-
ctum, & geſtum foret, & certum ſit eam factam
fuiſſe poſt finitam tutelam.

Sed id eo magis concedendum eſt, cum ex quā plu
ribus actibus conſtet de ratificatione prænarra-
tæ venditionis facta ab ipſo Balduino, non ob-
ſtante memorara reuocatione, vt deponunt te-
ſtes nomine Serbellonorum recepti, & inter cæ-
teros P.Franciſcus Vndegardus, qui erat Cauſi
dicus Balduini,& eius affinis,qui deponunt com
plures ſolutiones pecuniarum factas fuiſſe a Ser
bellonis in cauſam memoratæ venditionis,quod
& mirifice ea comprobatur ratione, quia ipſe
Vndegardus erat cauſidicus ipſius Balduini, &
is à partibus rogatus conficiebat inſtrumenta ſo
lutionum,& liberationum,cum tamen,& contra
hentes, & Serbelloni vterētur opera alterius cau
ſidici,ꝙ neceſſario cōfirmat ſcientiā, patientiā,&
cōſenſum ipſius Balduini, cuius etiā approbatio
confirmatur ex his, quæ alij teſtes teſtificantur,
44 quorum aliqui cum in facto proprio deponant
grauior quædam ſit eorum teſtimonij confirma
tio, vt ſcribunt Præſes Menoch.cōſ.12.num.13.
lib.1.Maſcar.cōcl.1362. nu.51.nec poſſunt dici
ſingulares,cum inuicem ſibi ipſis adminiculētur,
45 & tendant ad eundem finem,& aliqui ſint etiam
conteſtes, vt tradit Crau.de antiq. temp.par.4.
ſectio.incip. ſed enim num.8. Gabr.lib.com.tit.
de teſtibus,concluſ.2.num.9.& 60. & 62.& du-
bium non eſt, quin ſicut voluntas, & conſenſus
probatur verbo,ita etiam & multo fortius facto,
46 l.Paulus, ff.rem ratam haberi, Soc.conſil.125.
num.1.vol.1.accedat ad idem ſingularis tex.vi-
dendus in l.de lege commiſſaria, §.poſt diem,ff.
de lege commiſſaria, vbi dicitur ſi venditor poſt
ſtatutam diem reliquæ pecuniæ; pactum legis
47 commiſſoriæ non exercuiſſet,quæ nihil aliud in-
fert,quam cōtractus reuocationem; ſed partem
reliqui debiti accepiſſet videri receſſum à com-
miſſoria,& ſic à reuocatione,& videtur perſiſte-
re in priori contractu,& licet quis proteſtetur, ſe
nolle per aliquem actum quem faciat aliquem
velut procuratorem approbare, tamen ſi poſteà
48 cum eo litiget, per actum iſtum contrarium cen-
ſetur illum approbare, & contrariam proteſta-
tionem reuocare,vt ſentit Bart.in l.licet,num.3.
C. de procurat. & confirmatur ex ea notiſſima,
& communi,ac receptiſſima ſententia,vt per fa-
ctum contrarium ſubſequens tollatur præcedēs
proteſtatio contraria, vt docet idem Barto.in l.
non ſolum,§.morte, num.17.Iaſ. num.14.ff.de
49 noui oper.nunc. commun. dicit Fel.in cap. cum
M.Ferrarienſ.num.77.de conſtit.Maſcar.in ver
bo,proteſtatio,num.3.concl.1248.

Nec aduerſantur, quæ acutè admodum ex contra-
rio excitantur ad eneruanda hæc teſtimonia, nē
pè quòd Serbelloni anno 1585.die 21.Maij co-
rā d.Vicario prætorio iudiciū cœperint actione
hypothecaria contra Balduinum,& contra iſta-

met

tinet bona viridarij ſeu giardini pro ſatisfactio-
ne librarum 5563. quod neceſſario excludit ven
ditionem, & repugnare videtur dicto teſtium.
Quia reſpondetur negando inprimis aliquod iudi-
cium cœptum fuiſſe, quia illud fit per litis con-
teſtationem, l.1. C.de lite conteſtata, Lancellot.
50 tract.de attentat. 2. paſ.c.4. de attentatis lite pẽ-
dente, in pręfatione, num. 151. & infra, atqui nul
la facta fuit petitio, nec aliquis actus in eo iudi-
cio; & ſimplex illa aſſerta citatio, cuius relatio
dicitur exhiberi, potuit facilè fingi à Balduino,
poſtquam etiam eo inſtante facta fuit relatio, &
ſæpè huiuſmodi committuntur fallaciæ, cum ipſi
Baruerij non cognoſcant eos, qui eis tradunt ci-
tationes intimandas, quę opinio confirmatur ex
illa præſumptione Caſſiana, cui bono fuerit.
Item ſi pur facta fuit ab agentibus Serbellonorum,
quod negatur, illa potuit fieri ab aliquo ſcriba
non edocto de negocio, & præter principalium
voluntatem; quod ex eo probatur, quia aliqui in
termino non comparuerunt.
Additur etiam non continere actum omninò ad-
uerſantem, & repugnantem, quia facta fuit ſal-
uis iuribus Serbellonorum, qui ſoluerunt illas pe
cunias tabulæ requiſiti, & exorati à Balduino ea
intentione vt diminuerent pretium factæ vendi
51 tionis, de qua erat fienda publica ſcriptura, vt
per eã quod actum eſt facilius probaretur, l. con
trahitur, ff. de pignorib. & hypothecis, quod cũ
facere detractaret Balduinus, potuerunt Ser-
belloni petere, vt ſibi ſatisfieret, ſaluis tamen iu-
ribus ſuis, & ſic iure ipſius venditionis, quæ ſatis
probata remanet, cum perſpicuum ſit Balduinũ
requiſiuiſſe opera ipſius Vndegardi Serbello-
nos, vt ex pretio prænarratæ venditionis ſolue-
rent ipſas pecunias tabulæ, & alijs, nec reſiſtit, vt
in ea aſſerta citatione dicatur reſeruatum fuiſſe
ius aduerſantis, quod videtur repugnare vendi-
tioni, cum illud cadat in re aliena, quia vbi de ci
tatione conſtaret, quod negatur, ius illud vnde
res caderet, potuit reſeruari bona ratione ad con
ſeruandam rationem prioris, & potioris iuris in
caſu cuiuſcunque euictionis bonorum, vt vide-
mus quotidiè fieri in bonorum emptionibus, in
quibus qui aliquam habet ab aliquo ceſſionem
ſuper bonis emptis ad nouationem tollendam,
ius illud reſeruat in caſu cuiuſcunque euictionis,
& ſic actus non ſunt inter ſe pugnantes.
Non aduerſatur vtique, & pecunia tabulæ ſoluta,
non cenſeatur ſoluta in cauſam pretij, prout te-
ſtes Serbellonorum affirmare videntur, quia nõ
egiſſent Serbelloni ad eas pecunias recuperan-
das.
Quia reſpondetur ſatis eſſe Serbellonis ſi proinde
probent effectum præcedentis venditionis, eo
quia Balduinus requiſiuerit eas ad pecunias ſol
uendas ex ipſo pretio, quod velit, nolit admittit
venditionem in neceſſarium antecedens, verum
quòd niſi in pretium ipſum eas Serbelloni vo-
luerint conuerti neceſſariò, ex eo non infertur,
cùm inſtrumentum ceſſionis id non dicatur, & li
cèt à principio Serbelloni fuerint eius intentio
nis, non tamen excluditur, quin etiam in eorum
mentem venerit eas recuperare, prout è re ſua
magis fuiſſet, nec proinde inducitur neceſſariò re
nunciatio præcedentis venditionis, cum ea, nec
etiam in dubio præſumatur. Alba conſ. 340. nu.
11. & 13. nec inde afferatur iuris neceſſitate. l.
non hoc, C. vnde legitimi, c. in pręſentia, de pro-
52 bat. cùm maximè actus retroſimilis requiratur.
l. 1. & 2. C. quando lic. ab emptio. diſcedere. l. ab
emptione, ff. de pactis, l. nil tam naturale, ff. de re
gul. iuris.
Non officiunt etiam aſſertæ litteræ felicis recorda-
tionis Illuſtriſſimi Cardinalis Sancti Georgij,
quia aiunt legitimè comprobatas non fuiſſe, &
omni caſu earum ſenſus reflectitur in aduerſa-
rios, nã quatenus vir ille ſollicitat, & vrget Ray-
noldum, vt venditionem perficere velit, præſup-
ponit neceſſariò vel vendendi obligationem prę
cedere, quod ſatis eſt Serbellonis, quia proinde
res deſinebat eſſe integra, vel & ipſam venditio-
nem, cuius memoria, vt facilius retineretur vir il
le cupiebat, vt ad eam extremam partem perue
niretur, quæ rei geſtæ probationem continet, ſci
licet ad ipſum publicum inſtrumentum, & ſic e-
rat potius quædam ratiocinatio, quæ iam confe
ctæ rei potius demonſtrationem, & ſignificatio-
nem declararet.
Non refragatur etiam, vt quatenus Maſcaronus v-
nus ex teſtibus Serbellonorum dict. Balduinum
poſtquam ab Alma Vrbe reuerſus eſt, antequã
Mediolanum ingrederetur conqueſtum fuiſſe,
quia Raynoldus vẽdidiſſet ea bona Serbellonis
nimis vili pretio, propterea dicere non poterat,
ſe ea contentum; quia licèt inde eius diſplicen-
tia, & quidam diſſenſus inferri videatur, tamen
apertiſſimè conuincitur, factam eſſe venditionẽ,
quod etiam confirmatur ſubſequentibus verbis,
dum dicit, velle recuperare bona à Tabula ex pe
cuniis Serbellonorum: & quatenus dicit, che nõ
ſi contentò di tal vendita; magis probatur actus
53 ipſius venditionis, cùm priuatio pręſupponat ha
bitum. l. decem, ff. de verb. oblig. & amplius non
eſſe in ſua manu, nec ſibi integrum recedere à cõ
54 tractu ab eo facto miniſterio legitimi eius procu
ratoris. l. ſicut, C. de action. & oblig. & huiuſmo-
di ſunt prædicata, qualia ſubiecta demonſtrant.
55 Abb. in c. 2. nu. 52. de ordine cognit. Soc. conſ. 3.
ſub nu. 4. vol. 4. Bello. conſ. 49. ſub num. 3. & iſta
diſplicentia neceſſariò præſupponit præexiſten-
tiam, & fundamentum ipſius venditionis, quia
aliter ineſſe nequiret actus reprobationis, quia
56 quod nõ eſt, reprobari, nec diſplicere poteſt. l. 2.
ff. de vſufruc. c. ſuper, de renunc. l. adeò, §. quod ſi
toto, ff. de acq. rerum dom. l. 4. ff. loca. & qui vnũ
dicit, & aliud præſupponit, ad hoc vt diſponat,
57 debet illud quod præſupponitur interuenire, vt
ait Curt. iun. conſ. 76. nu. 3.
Additur præterea in quacunque diſpoſitione ſem-
per

per eam faciendam eſſe interpretationem etiam
ſubaudiendo, vel impropriè verba accipiendo,
vt effugiatur repugnantia, vt tradit Alba viden-
dus conſ.29.nume.6.& conſ.119.nu.32. & con-
ſil.287.nu.45.& conſ.382.nu.35. Et vt quilibet
58 actus,& verba,ac etiam teſtium dicta quantum
fieri poteſt in veriſimilem concordiam reducan-
tur,c.cum tu,de teſtibus, Idem Alba conſ.473.
59 nu.6. Immò nec ſemper contraria allegans repel
litur, vt ex multis exemplis ad rem facientibus
firmat Alba, videndus conſ.9.nu.25.& infra plu
ribus ſequentibus,

Non obſtat poſtremò, vt teſtium Serbelloni fides
60 diminuta,& infirmata videatur, cum ad præſcri-
ptam conſtit,tit.de probat. §.& quia plerunque,
nõ deponãt de die,loco,& loco loci,quia nõ ver-
ſamur in ſimplici proteſtatione. Item dicuntur
etiam deponere de die quatenus ſe referunt ad
tempus aduentus ipſius Balduini ab vrbe, quod
61 ſufficit. Item ſatis eſt, ſi de loco deponant. Item
id non exigitur,quãdo interuenit, vt hic,longum
tempus, ſcilicet decem annorum,intra quod obli
uio præſumitur, vt in ſpatio quatuor menſium,
conſuluit Alba infra allegandus. Item quando
teſtes veriſimilia deponunt,& ſunt valdè fide di-
gni,& quando cauſa agitur coram Senatore,qui
eſt ad inſtar Principis, qui ſola facti veritate in-
62 ſpecta iudicat, & ſummariè tractatur, & ex ali-
qua cauſa aliter iudici videatur, vt pulchrè no-
ſtram conſtitutionem declarant, idem Alba vi-
dendus conſ.529.nu.29.& conſ.602.num.24.&
conſ.727,nu.1. Plotus conſ.60.& conſ.92. & id
maximè eſt dicendum, cùm probatio temporis
non ſit de iure neceſſaria,niſi quatenus illud pro-
bari vellet ad fundandam intentionem alicuius.
c.cum Ioannes,de fide inſtru. Feli.in c.cum cau-
63 ſam,& c.ex tenore, de teſtib. vnde interpretatio
eſt facienda, vt noſtra conſtitutio reducatur ad
64 ius commune quantum fieri poteſt; Et cum per-
ſona Vndegardi,& aliqui ex teſtibus Serbellono
rum in hac eadem cauſa fuerint ab aduerſariis
producti, & approbati, non poteſt eorum fides
65 ab eis approbata amplius in dubium reuocari.
Grammaticus videndus deciſ.34.nu.11. & cum
ſit conſanguineus aduerſariorum contra eos ma-
66 iorẽ fidem facit, vt tradit Vinc.Fran. deciſ.222.
Nat.conſ.499.nu.11.Guid.Pap.q.45.nu.2.

Quare cum pro Serbellonis ſtet omnis veriſimilitudo, nec bona fides, quæ in huiuſmodi cõtractibus maximè exuberare debet, patiatur, vt aduerſus conuenta fallantur, & decipiantur, quandoquidem pretioſa res ſit poſſeſſio æquitatis, partes integerrimi, ac doctiſſimi Domini mei Senatoris Poli eſſe debent in pronuncianda pro Serbellonis ſententia, cum præſertim his ſecundis iuſtitię & veritatis ventis omnes dubitationum admotę nubes fugatæ prorſus videantur; & ſi qua adhuc nubecula ſuperſit, illam facilè acri ſuo iudicio idem Dominus meus depellere poſſit.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO COMITE TATIO Mandello.

ARGVMENTVM.

An in priuilegio legitimandi, Baronum appellatione veniant ſimplices feudatarij, & qui eorum nomine contineantur.

SVMMAE RERVM.

1 Baronum appellatione continentur, qui habent dominationem aliquam cum mero, & mixto imperio, & gladij poteſtate, & non recognoſcente alium ſuperiorem quam ipſummet imperatorem.

2 Legitimandi priuilegium cum ſit principis fauorabile beneficium, latè interpretandum videtur.

3 A legitimandi poteſtate ſi Princeps excipere voluerit filios Marchionum, Comitum, & Baronum, ea eſt facienda interpretatio, quæ exceptioni faueat, ita vt trahatur ad alios caſus ſimiles.

4 Appellatio licet in dubio admittatur, attamen id non videtur procedere, vbi verſemur in materia in qua prohibetur.

5 Priuilegium legitimandi ſtrictè interpretandum videtur quidquid ſit in beneficio Principis vbi ſit vberior interpretatio.

6 Generalis diſpoſitio quo ad omnia ſub genere comprehenſa tantum agit, quantum ſpecialis quoad comprehenſa ſub ſpecie.

7 Verba ſemper accipiuntur quatenus ſignificare poſſunt in materia quantumuis odioſa.

8 Legitimandi poteſtas ſtrictè accipienda eſt, nec in ea includitur legitimatio ad feuda quæ exigit ſpecialem conceſſionem.

9 Baronum, & nobilium ſub nomine veniunt omnes, qui ſecundum conſuetudinem loci intelligi poſſint.

10 Verbum vnum ad plura reſpiciẽs debet intelligi ſecundum naturam eorum ad quæ refertur, & eadem res diuerſo iure cenſeri poteſt circa diuerſa.

11 Domicilia duo quis habere poteſt, & ſecundum cuiuſque fori conſuetudinem.

12 Priuilegium, & qualibet alia diſpoſitio interpretationem accipit ab ipſa loci conſuetudine.

13 Principis diſpoſitio debet intelligi ſecundum ius commune.

14 Verba generalia referuntur ad omnes, & ad omne tempus.

15 Verba ita ſunt intelligenda, vt ſingula ſingulis conueniant.

16 Verba priuilegij, vel reſcripti generalia referũtur ad omnia quæ ſub illis verbis poſſunt comprehendi.

17 Lex ad ea, quæ frequentius accidunt adaptatur.

18 Diſpoſitio qualibet interpretationem ſumit ab obſeruantia poſtea ſubſecuta.

19 Subditos ditiores conſeruari Reipublicæ intereſt.

20 Statuta ſunt ita intelligenda, ne abſurdum contineant,

neant, & ne eorum beneficiis vtantur, qui non ſunt ſubditi.

21 Statuta fiunt maximè in fauorem ſubditorum, & non exterorum.

22 Feudum magnum, vel paruum dicitur nedum ex numera caſtrorum, aut iuriſdictionis amplitudine, ſed ex qualitate perſonarum, & ex ſeruitij qualitate.

23 Imperatar omnes alias temporales poteſtates dignitate antecedit, ideò dicitur Dominus totius mundi.

24 Imperator cum ſit caput omnium graduum temporalium, non eſt gradus, qui ei conueniat.

25 Nobilitas ſanguinis, & virtutis feudi dignitate condecorata fit illuſtrior.

26 Feudum dicitur magnum ſi habeas merũ, & mixtum imperium, & gladij, vitaq; & necis poteſtatem cum omnimoda iuriſdictione.

27 Teſtium & authorum communis opinionis authoritas, & qualitas vincit numerum.

28 In valore cuiuſq; rei aſtimando nedum quantitas, ſed qualitas cuiuſcunque rei eſt expendenda.

29 Feudum emptum non dicitur habere propriam naturam feudi.

30 Feudum ignobilibus, & infirmis hominibus vendi quàm indecorum ſit eleganter demonſtratur.

31 Feudum in dubio emptum non præſumitur, maximè ſi extent aliqua coniectura qualis eſt ea antiquiſſima poſſeſſionis.

32 Feudum ſi nobili conceſſum ſit, nõ præſumitur pretio emptum.

33 Feudi nobilitatem arguit qualitas ſeruitij, & præſtationis.

34 Plus, & minus non faciunt differre ſpecie.

35 Feudorum multiplices ſunt ſpecies, aliqua enim ſunt nobilia, aliqua minùs nobilia, & aliqua ignobilia.

36 Interpretatio eſt facienda, ne idem ſermo repugnãtiam contineat, etiamſi eſſemus in materia, quæ ad litteram deberet intelligi.

37 Feudatarius ſuperiorem non recognoſcens præter Imperatorem, Baronis nomine contineri videtur.

38 Legitimandi conceſſum priuilegium, in quo excipiantur filij Baronum, an cancedat, vt poſſint legitimari filij feudatoriorum.

39 Verba ſatis agere videntur, ſi dubitationem, quæ inijci poſſet de medio tollant.

40 Verborum propria ſignificatio attendi debet, vbi agatur de priuilegia motu proprio conceſſo, quia eſt obſeruandum, vt ſonat abſque vlla reſtrictione.

41 Priuilegij tenor eſt maximè inſpiciendus, nec ab eo diſcedendum.

42 Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus.

43 Ratio diuerſa vbi ſubſit, diuerſum eſt etiam ius ſtatuendum.

CONSILIVM CCVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

QVin appellatione Baronum contineantur, qui habent dominationem aliquam, & maximè cum mero, & mixto imperio, & gladij poteſtate, & non recognoſcente alium ſuperiorẽ, quàm ipſummet Imperatorẽ, dubitandum minimè videtur, ſiue vim inſpiciamus, ſiue magis ſpectemus communem vſum loquendi, & noſtrarum legum municipalium diſpoſitionem, atque etiam obſeruantiam
1 ſubſequentem, & ſecũdum quam in propriis terminis priuilegij legitimandi excipientis filios Baronum, iudicaſſe atteſtatur Boſſius noſter titu. de Principe, nume. 2. & infrà, & egregiè confirmatur ex variis rationibus, & fundamentis in allegationibus pro Mandellis adductis, & etiam ex innumeris authoritatibus ad idem congeſtis ab apoſtill. ad ſtatuta noſtra cap. 450. in verbo, Baronum, vol. 2. Nec hoc etiam inficiari videtur lectiſſimus Dominus meus Senator Trottus.

Solùm ſupereſt refellere, quæ mouentur dubitationes ad effugiendum hunc veritatis ſcopulum.

Et primò non obſtat, dum dicitur hoc non eſſe admittendum in priuilègio legitimandi, quod cum ſit Principis fauorabile beneficium,
2 latè interpretãdum videtur, licèt ipſa legitimatio odioſa habeatur. l. fin. ff. de conſtitu. Princip. & in terminis ſentit Bart. in l. 2. num. 2. de verb. oblig. quem communi aſſenſu ſequuntur Doct. vt ait Curt. ſen. conſ. 49. num. 47. & Curt. iunior conſ. 75. num. 8. & Gozad. conſ. 48. nu. 21. Crau. conſil. 687. num. 9.

Quia reſpondetur id non procedere vbi de cõtraria mente conſtet; nam cum Princeps à legitimandi poteſtate excipere voluerit filios Marchionum, Comitum, & Baronum, ea eſt facienda interpretatio, quæ exceptioni fauet, ita vt tra-
3 hatur ad alios caſus ſimiles, qui vel ex natura, & ſignificatione verbi, vel ex iuris interpretatione includi poſſint, quod adeò verum eſt, vt procedat etiamſi appoſita foret reſtringens, & taxatiua dictio, vt optimè declarat Cagnol. videndus in rubr. ff. de regu. iur. nu. 37. verſ. videndum quoque eſt, & num. 38. & facit quod alibi dicitur, licet appellatio in dubio ſit admittenda, id tamen non habere locũ, vbi verſemur in materia exce-
4 pta, vt putà, poſſeſſorij, quia tunc fit interpretatio, quæ exceptioni magis congruit ex ſententia Deci. conſil. 28. num. 8. & ſatis de mente Principis cõſtare videtur per huiuſmodi exceptionem, vt tradit Beretta conſil. 29. num. 12. verſic. vlterius dico.

Dicitur ſecundò differentiam eſſe inter be-

neficium quod cum ſoli Principi præiudicium
faciat, amplè fusèque interpretatur, ſecus eſt in
priuilegio, quòd cùm legem priuet, & ſit contra
ius commune, merito ſtrictè debet intelligi, vt de
5 clarat Iaſ.in l. fin.num.33. ff.de conſtitut. Prin-
cipum, & idcirco in hac ipſa legitimationis ma-
teria dicunt Doctores, priuilegium legitimandi
eſſe ſtrictè interpretandum, vt in puncto explicat
Dec.conſ.453.num.4.5.6.

Additur tertiò ſatis expreſſum dici, quod in
genere exprimitur, & quod ſub genere contine-
tur, quia tantum agit diſpoſitio generalis quoad
omnia comprehenſa ſub genere quantum ſpe-
cialis, & ſingularis quoad comprehenſa ſub ſpe-
6 cie, vt abundè probat Tiraq. de legibus connub.
in verbo, expreſsè, glo.7.num.89. & infra multis
ſequentibus. Vnde cum Baronum appellatione
contineantur huiuſmodi feudatarij, erit dicen-
7 dum, eos in exceptione contineri, quia verba ſem
per accipiuntur quatenus ſignificare poſſunt in
materia quantumuis odioſa. Alcia.conſ.9.num.
30.& conſil.24.num.2. & 3.lib.2. conſil.95. nu-
me.5.lib.8.

Quartò aduertendum eſt, contrariam conclu
ſionem non procedere, vbi agatur de graui præ-
iudicio tertij, vel vbi agatur de diſpenſatione,
quia tunc etiam legitimandi poteſtas eſt ſtrictè
intelligenda, & idcircò in generali poteſtate legi
timandi non includitur legitimatio ad feuda,
8 qùm illa peculiarem quandam conceſſionem exi
gant, vt eleganter probat Signorolus noſter con
ſil.218. & declarat Didac. epitom. ſponſali, 2.
parte, cap.8.§. 8.num.6.verſic.ex qua primò in-
fertur, & num.9.& 11. igitur cum hæc huiuſmo-
di ſit, ſtricta interpretatio eſt capienda.

Secundò non aduerſatur, vt hoc ipſum ver-
bum Baro, debeat capi in ſtricta ſignificatione,
ratione eorum, qui Baroniam habent, licèt Me-
diolani nulli adſint, quia verba Imperatoris ſunt
intelligenda non reſpectu prouinciæ Mediolanē
ſis, ſed reſpectu totius orbis terrarum, in quo con
ſtat multos adeſſe Barones.

Quia dicitur verba Imperatoris eſſe genera-
liter emiſſa, & ſecundum cuiuſcunque Regionis
morem eſſe intelligenda, ita vt excepti intelligan
tur omnes, qui ſub nomine Baronum veniunt,
ſpectata cuiuſcunq; loci conſuetudine, vſu, & in-
9 terpretatione, vt dicitur de verbo nobilis, quod
cum variè pro cuiuſcunq; Regionis conſuetudi-
ne accipiatur in priuilegio legitimandi, intellige
tur ſecundum locorũ conſuetudines, ad quæ re-
fertur, ſicuti & ſecundum qualitates perſonarũ,
vt in puncto conſuluit Caſtr. omninò videndus,
conſ.107.num.1.par.2. & ſequitur Tiraq.tract.
de nobilit.cap.10.nu.9. nam abſurdum non eſt,
vt verbum vnum ad plura reſpiciens intelliga-
tur & propriè, & impropriè ſecundum naturam
10 eorum, ad quæ refertur, & eadem res poteſt di-
uerſo iure cenſeri circa diuerſa, vt docet gloſſ.
in cap. cum Capella. in verbo, in quartam, cir-
ca finem, de priuilegijs, Tiraquell. fusè de re-
tract. legal.§.1.gloſ.8. nume.22. Crauet.conſil.
462. nume.15.& ſicut quis poteſt habere duo
domicilia, & ſecundum cuiuſque fori conſuetu-
11 dinem iudicatur, ita etiam idem verbum inter-
pretari debebit ſecundum cuiuſque Regionis
morem, vt arguit gloſ.eod.cap.cum Capella, fa-
cit lex, ſi quis donaturus, de vſufructu, & gene-
rale eſt, vt nedum priuilegium, ſed quælibet
12 alia diſpoſitio interpretationem accipiat ab ip-
ſa loci interpretatione, vt declarat Gabriel li-
bro commun. opinion. titu. de conſuetudi. con-
cluſ.prima, num.38.& multa in idem refert Car
dinal. Mantica de coniectur. vltim. volun.lib.6.
titu.8.num.7. Simon à Pretis, de interpreta.vl-
13 timar.volun.lib.1.ſol.11.num.2.& 3. Et Princi-
pis diſpoſitio debet intelligi ſecundum ius mu-
nicipale, quia illud ſeruatur, & per illud iuri com
muni derogatur, Bald.in l.ſi quando, num.2. C.
de inofficio. teſtamen. Socin.in l. Gallus, §.1.ff.
de liber.& poſthum. Alciat. conſil.72.num.3.li-
bro 5.verbum itaq; iſtud Baro, cum ſit amplum,
& generale, & aptum ad quoſcunque comple-
ctendos, & etiam eos qui habent dominationem
maximè cum mero, & mixto Imperio, merito
14 ad illos referetur, quandoquidem verba gene-
ralia referantur ad omnes, & ad omne tempus,
l.ſi ita fuerit, de legat. 3. Pulchrè Aretin. viden-
dus in l.cum lege, ff.de teſtament. l.ſtipulationes
aliæ, quæ eſt l.quinta, in ordine, §.fin. de ver-
borum obligatione, & ſemper verba ita ſint in-
15 telligenda, vt ſingula ſingulis conueniant, vt in-
quit Alciat.noſter, conſil.21.num.6.lib.3.& vbi
verba priuilegij, vel reſcripti ſint generalia, re-
ctè porriguntur ad omnia, quæ ſub illis verbis
16 poſſunt comprehendi, ſecundum Innocent.cum
quo omnes tranſeunt, in cap.cum olim el primo,
de officio delega. quem refert, & ſequitur Ruin.
conſil.5.num.9.lib.4.

Tertiò non refragatur vtique, vt ex memora-
tis ſtatutis cap.450. vol.2. & alijs allegatis, non
inferatur, vt Baro ita accipiatur, cum ſint ver-
ba præſuppoſitiua, & poſſint comprobari in
Baronibus alterius ditionis Mediolani degen-
tibus.

Quia reſpondetur, immò eadem optimè id
comprobare, nam cum potius lex ad ea, quæ
frequentius accidunt, adaptetur, quam ad ea
17 quæ perraro eueniunt, l.nam ad ea, ff.de legi.
ſi aduerſa argumentatio admitteretur, ad caſus,
qui rariſſimè euenire poſſent, lex ipſa ſe accom-
modaret, ſequereturque aliud per abſurdum,
vt alij paris, vel etiam inferioris gradus feu-
datarijs præponerentur, quod minimè conce-
dendum videtur, poſtquam ita ipſa obſeruan-
18 tia poſtea ſubſecuta, à qua quælibet diſpoſitio
interpretationem ſumit, ſic ſemper ſenſerit, vt
ſcribit Crauett. conſilio 101. numero tertio, &
quarto, & ſatis eſt, quòd ex ipſis ſtatutis pro-
betur, hanc eſſe noſtræ Regionis intelligen-
tiam

Digitized by Google

tiam circa hoc nomen, Baro, vt ſcilicet feu-
datarij dominationem habentes eo nomine ve-
niant, poſtquàm de eis nullam mentionem fa-
ciunt, quia omnino intellexerint eos ſub Baro-
nis nomine venire,& cum ex ſtatuto præceden-
ti cap. 449. appareat id ſtatutum factum fuiſſe,
non pro viris alienæ ditionis, de quibus non ſo-
lent ſtatuentes multum curare, ſed de ſuis ipſis
ciuibus, quorum præcipuam curam habere de-
bent ipſi legum conditores, cùm interſit ciuita-
tis, & ad publicam vtilitatem valdè pertineat,
vt ſubditi malè ſua non vtantur ſubſtantia, aut
modum in luxu, aut magnificentia, atque in fa-
ciendis manibus impenſis excedant, immo, vt
19 ditiores cõſeruentur, publicè interſit ad patriam,
& Principem ſubleuandum, quoties caſus eue-
nerit, vt cenſet Alciatus noſter, videndus con-
ſilio 10. nume.9. libro ſecundo. Accedat, vt ſta-
tuta ſint ità intelligenda, ne quid abſurdum con
20 tineant, nec eorum beneficiis vtantur, qui non
ſunt ſubditi, idem Alciatus conſilio 64. num.4.
21 libro 6. & conſilio 15. nume.5. libro 2. nam ſta-
tuta fiunt maximè in ſubditorum fauorem, non
autem exterorum, aut forenſium, vt notat Gra-
tus conſilio 52. numero 13. volum. 2. & ſequi-
tur Gallia in conſuetud. Alexan. in præfatio. 8.
num.44.

Quartò non officit etiam, vt credendum non
ſit, Imperatorem voluiſſe excipere filios feuda-
tariorum, quorum ferè dignitas nulla eſt, & ſæ-
pè ludibrio eſſe ſolent, tùm propter exiguitatem
poteſtatis, tum quia interdum vilibus perſonis
etiam interueniente pretio dantur.

Quia dicitur, feudum magnum, vel paruum
dici nedum ex numero caſtrorum, aut iuriſdi-
ctionis amplitudine, ſed ex qualitate perſona-
22 rum, domini ſcilicet, & vaſalli; & ex ſeruitij
quantitate, & cùm id variè pro varietate perſo-
narum, & rerum accipiatur, meritò arbitrio iudi
cis eius rei deciſio relicta eſt, l. ſed & ſi ſuſcepe-
rit, §. ſi libertis, vbi inter alios videantur Bart. &
Angelus nume.6. ff. de iudiciis. Abbas eo.cap.1.
num.17. de libelli oblatione. Crauet.conſi.445.
num.16. & in his terminis ſic decidit Iſernia c.1.
§. ſed ſi feudum, num.7. Epiſcop. vel Abb. quem
refert, & ſequitur Præſes Menochius de arbitr.
iudic. caſu 214. Tiraquel. in l. ſi vnquam, in ver-
bo, omnia, vel aliquam partem, num.28. & infrà
pluribus ſequentibus, C. de reuocan. donation. ſi
igitur ſpectemus perſonam concedentis eſt hu-
iuſmodi, vt maior non ſit inter ſeculares, & tem
porales poteſtates; eſt enim Imperator, qui tan-
quam ſplendidiſſimum ſolis lumen omnes alios
23 Principes temporales velut ſydera quædam lon
gè multum dignitate ſuperat, & antecellit; appel
laturque idcircò dominus totius mundi. cap. ſoli
tæ, de maiorit. & obedien. l. deprecatio, ff. ad leg.
Rhod. de iactu. Et cum ſit in apice dignitatis, &
in ſupremo illo omnium culmine, & ſolio, gra-
dum aliquem circumſcriptum non habet, quia
ipſe eſt ſuper omnes gradus, & ſuper omnes di-
gnitates, & dicitur fons dignitatum, à quo om-
24 nes alij gradus tanquam riuuli profluunt, & ma
nant, & cum ſit caput omnium graduum tempo
ralium, non eſt gradus, qui ei conueniat, vt in-
quiunt Alexan. & Iaſ. poſt alios in l.1. num.4. &
num.17. ff. de officio eius, cui eſt manda. iuriſdic.
& communem dicit Reſtaurus Caſtaldus, trac.
de Imperatore, quæſt.3. ſi vtique perſonam eo-
rum, quibus feudum conceſſum eſt, intueamur,
etenim ſunt Mandelli viri, & heroes ſanè anti-
quiſſima generis nobilitate, & virtutis ſplendore
25 omni tempore tam belli, quàm pacis Illuſtres.
Quo fit, vt vetuſtiſſima eorum ſanguinis, & vir-
tutis nobilitas, hac feudi dignitate condecorata
illuſtrior eluceat, vt in terminis ita diſtinguunt
Bonus à Curtili trac. nobilit. parte 3. nu.201. &
ſuprà, & infrà, Tiraq. trac. nobilit. cap.7. per to-
tum, & maximè num.6. ſi etiam ſpectemus qua
litatem feudi Machanei, eiuſmodi eſt, vt licet in
ſpecta iuriſdictione, & numero ſubditorum, am
plum fortè dici non poſſet, tamen ratione quali-
tatis eſt inſigne cenſendum, cùm Imperatorem
ſolùm recognoſcat, nec maiori magiſtratui ſub-
ſit, & ſit curia Regalis, & habeat merum, &
mixtum imperium, & gladij, vitæque & necis
26 poteſtatem, cum omnimoda iuriſdictione, facit
Boſſius de remediis, ex ſola clem. num.51. non
tantum enim numerus ſubditorum eſt inſpicien
dus, aut quantitas iuriſdictionis eſt ſpectanda,
ſed eius qualitas, vt dicitur in materia teſtium,
& communis opinionis, vt ſcilicet auctoritas, &
27 qualitas vincat numerum, & quantitatẽ, vt ſcri-
bit Alex. conſ.202. nu.7. lib.7. & facit optimè l.
maiorem, ff. de pactis, & l. ob carmen, ff. de teſti-
bus. Boſſius de oppoſi. contra teſt. nume.9. & in
28 cuiuſque rei valore æſtimando nedum quanti-
tas; ſed qualitas cuiuſcunque rei eſt expẽdenda,
vt tradit Cagnol. in l.2. num.232. C. de reſcind.
venditio.

Quod contrà obijcitur procedit in feudo em-
pto, quod nõ dicitur habere propriam naturam
29 feudi, vt tradit Alcia. conſ.13. nu.9. & 10. lib.5.
Clarus, §. feudum, quæſt.16. verſ. ſed quæro. Et
cum feudum tribuatur nobilitatis, multitudine
rerum geſtarum ad memoriam laudum domeſti
carum, & ad illuſtrandam nobilitatẽ, ſi quando
pretio vendatur, meo iudicio vendi nõ debet ho
mini ignobili, & obſcuro loco nato, cuiuſuis, &
30 fortunę conditio infima eſt, cuius ſtirps & genus
ignoratur, qui parentibus natus eſt humilib. abie
cta, & obſcura familia, nullo ſplendore vitæ, nul-
la commendatione famæ, nulla commemoratio
ne maiorum, humili ſanè, & minimè generoſo
viro, qui gradus dignitatem, & decus ſuſtinere,
ac ſplendorem obtinere nequeat, vnde fit, vt
collatum feudum multò ſecus, ac ille ſentiebat
inſigni turpitudine ſæpè notetur, atque oppri-
matur dedecore & infamia, dum inde nacta
& arrepta occaſione quærunt homines, quod

aliàs negligerent; vnde is terræ filius, qui ſta-
dium currit, qui cum primarijs ciuibus conten-
dere audet, initium duxit, vel originem habuit,
& quæ fuerit cauſa efficiens feudi comparandi,
vt ſcilicet ſuam ignobilitatem hac arte tegeret,
& velaret, ac quaſi ictu oculi, vel ad momẽti pun
ctum nobilitaret, cũ tamen nobilitatis adipiſcen
dæ modus, is, non ſit legitimus, ſed exigãtur egre
giè cum virtute geſta, quæ poſteri viri notabiles
inſignes, & conſpicui, longo curſu mirabili conti
nuatione, & ſerie rerũ, maiora ſi fieri pôt, nectẽn
tes, non interciſè perpetuent; At hoc feudũ non
eſt huiuſmodi, cum fuerit gratuitũ, & conceſſum
tanquam elegans virtutum, & laborũ monumen
tum ad recognoſcenda aliqua ex parte ingentia
merita Mandellorum, quod, & in dubio præſumi
31 tur, maximè ſi extent aliquæ coniecturæ, qualis
ea eſt, antiquiſſimæ. ſ. poſſeſſionis, Alc. vid. conſil.
13. nu. 13. lib. 5. & probat Maſcar. trac. proba. in
ver. feudum, in dubio, an præſumatur. cõcl. 771.
nu. 1. Item vbi eſſet cõceſſum aliàs ignobili, ſecus
ſi nobili, vt in caſu noſtro, vt ſentit idem Tiraq.
32 relato trac. nobili. c. 7. nu. 9. & 14. Accedat etiam
qualitas ſeruitij, & præſtationis, quæ arguit feu-
di nobilitatẽ, vt ſentit idem Tiraq. vbi ſ. nu. 12.
33 & quamuis vnicum ſit feudũ, nihil eſt, quia plus
& minus nõ faciunt differre ſpecie. l. fi. ff. de fun.
34 inſtr. Nat. cõſ. 637. n. 36. & conſ. 638. n. 47. lib. 3.
Quintò nõ obeſt etiam, quod valdè nocere a-
ctorib. proponitur, vt ſcilicet facultas legitiman-
di conceſſa ſit etiam ad feuda, & etiã exhibeatur
priuilegium conceſſum Lauizariis legitimãdi ẽt
filios feudatariorũ, modò nõ ſint filij Principũ,
Ducum, Marchionum, Comitum, & Baronum.
Quia reſpondetur multiplicem eſſe feudorum
ſpeciẽ, aliqua enim ſunt nobilia, & aliqua minus
nobilia, aliqua aliquatenus nobilia, & aliqua
35 ignobilia, vt diſtinguunt Bonus à Curtili relato
trac. nobil. par. 3. nu. 201. & Tiraq. trac. nobil. eo.
c. 7. nu. 63. quatenus enim Imperator cõceſſit po
teſtatem legitimandi ẽt ad feuda, exceptis filijs
36 Baronum, eſt ſanè intelligendum, ne repugnan-
tiam idem ſermo contineat. l. nam non ad ea, ff.
de condit. & demon. quod etiam obſeruandũ eſt
in materia, quæ ad litteram intelligi deberet. Al
cia. conſ. 43. nu. 15. lib. 9. vt ſcilicet intelligere vo
luerit de vltimis ſpeciebus feudorum, quæ aptę
non ſunt ad Baronis dignitatem, & nomen tri-
buendum, non autem de primis illis ſpeciebus,
quæ Baronem quem efficiunt, qualis eſt hæc no
ſtra, cum ſit primi gradus, tanquã antiquitus con
ceſſa viris ſtrenuis, & nobilibus ab ipſo Impera-
tore, cum tam inſigni auctoritate, ſicq; eſt dicen-
dum, vt Imperator in eius priuilegio ſenſerit de
illis feudis, quæ Baronem quem non efficerent,
& cum hoc noſtrum curiæ Regalis, & tantæ po-
37 teſtatis, & dignitatis, vt non recognoſcat alium
ſuperiorem pręter ipſum Imperatorem, ſit huiuſ
modi, vt Baronem quem conſtituat, argumenta
tio reflectitur, vt ſentiunt Cotta in ſuis memoria
libus, in verbo, legitimatus ſimpliciter ad feuda;
& confert Alcia. conſ. 35. lib. 3. & conſ. 19. n. 13.
lib. 5. & conſ. 107. nu. 9. & Tiraq. de retrac. legal.
§. 1. glo. 3. à nu. 8. vſque ad fi. Cùm itaque omne
feudum non faciat quem Baronem, ſed illud, vt
iam ſuperius, & iam ſæpius probauimus, quod
ſit nobile, & valdè inſigne, quale eſt hoc noſtrum
ſaltem inſpecta eius poteſtatis, dignitatis, & per-
ſonarum qualitate, meritò Imperator ad exclu-
dendam eam dubitationem, an ea legitimandi
poteſtas poſſet referri ad alia feuda inferiora;
38 quæ Baronem non facerent, & de qua re dubita-
runt duo ex noſtris Iureconſultis, non contemnẽ
dæ auctoritatis, nempè Signorolus Homodæus,
eo. cõſ. 218. incip. quidã Ioannolus, & Dec. cõſ.
76. nu. 3. quos refert, & cõciliare conatur Didac.
epi. ſponſ. eo. c. 8. §. 86. ver. ex qua infertur, id ex-
primere nominatim voluit, & ſatis verba agere
39 que videtur, ſi dubitationẽ, quæ inijci poterat de
medio tollant, vt inquit Grauet. conſ. 70. nu. 29.
Parique aut parum diſſimili ratione eneruа-
tur data inſtantia priuilegij conceſſi Lauizariis,
vt poſſent legitimare filios feudatariorum, exce
ptis filiis Comitum, & Baronum; nam quate-
nus de feudatariis loquitur, intelligi debet de his
feudatariis, quibus nec effectus, nec Baronis no-
men conueniat, & ſic de his, qui ſint inferioris
gradus, non autem de his, qui ſunt in ſuperiori
claſſe repoſiti, quales ſunt Domini Mandelli;
Et cum hic terminus Baronis ex vi ipſius voca-
buli prædicetur de eo, cui Baronis nomen indi-
tum ſit, & Baronia conceſſa eſt, & de eo nobili
viro, cui ſit à ſupremo præſertim Principe qua-
lis eſt & ſummus Põtifex, & Imperator, feudum
cum mero, & mixto imperio, ac gladij poteſtate
conceſſum, vt ſatis ſuperius docuimus, & huiuſ-
modi ſint Domini Mandelli, ſiue eorum inſignẽ
qualitatem, ſiue Imperatoris ſacram Maieſta-
tem, ſiue conceſſam poteſtatem cum titulo digni
tatis Regalis intueamur, erit dicendum, vt ſub
nomine Baronum rectè contineantur; & in quo-
cunque priuilegio, etiam ſtrictè interpretando
40 minimè eſt recedendum à propria verborum ſi-
gnificatione, & vbi agatur de priuilegio motu
proprio conceſſo, vt hic ſeruandum eſt, vt ſonat
abſque vlla reſtitutione, vt tradit Iaſ. in l. 1. nu-
me. 16. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. non dubium. nu-
me. 41. C. de legibus, & in iſtis priuilegijs legiti-
mandi maximè eorum tenor prout & in aliis di-
41 ſpoſitionibus eſt inſpiciendus, & minimè ab eo
diſcedendum eſt, vt comprobant Curtius ſenior
conſil. 73. nume. 2. Iaſon conſil. 136. nu. 2. vol. 4.
& idcircò ex vno ad aliud priuilegium inferri
minimè poteſt, ſed vnumquodque in ſuo caſu
ſeruandum eſt.
Poſtremò nihil mouere debent aſſertę ordina
tiones colleg. I. C. quib. Beſutio, & Vicecomiti
declaratum fuiſſe dicitur nihil obeſſe, quod eorũ
patres ita legitimati eſſent, licèt eſſent feudata-
riorum filij.

Quia

Quia facilè hæc diluitur argumentatio, pri-
mo, vt non ſit exēplis iudicandum, ſed legibus, l.
42 nemo, C. de ſent. & interloc. Alber. in l. 1. nu. 3.
ff. de conſti. prin. & tantò minus id hic admitten
dum eſt, cū ex priuilegio legitimandi, & qualita-
tis feudi, & perſonarum, & cauſæ longè diuerſa
43 ratio id non patiatur, vt ſentit Craue. conſ. 192.
nu. 91. & ſi qua exempli auctoritas, lectiſſimum
D. Senatorem Trottū mouere debet, cū equidē
vehemēter commoueat illa inſignis duorū I.C.
& integerrimorum virorum ſenatoria etiam di-
gnitate ornatorum, ſcilicet, Aegidij Boſſij, & Io.
Bapti. Capræ, qui re maturè, & diligētiſſimè ex-
cuſſa, & diſcuſſa in hoc ipſo pūcto iudicarunt pro
dominis Mandellis aduerſus legitimatum. Rur-
ſus etiam clarum eſt, nullas factas eſſe ordinatio
nes ſuper hoc puncto, vt patet ex ordinationibus
ipſius venerandi Collegij, vnde nō poteſt ſuper
eo quod non eſt, fieri fundamentum.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO COMITE PAVLO Camillo Marliano.

ARGVMENTVM.

Venationum iure conceſſo, quid veniat, & an venationes prohiberi poſſint, & an feudatario, cum hoc ius datum ſit, iuriſdictio cumulatiuè, vel priuatiuè conceſſa intelligatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Iudicata res pro veritate habetur.*
2 *Principi quod placuit legis vigorem habet.*
3 *Princeps eius quod ſuis edictis, vel proclamationibus facit de non delicto delictum, pœna ad feudatarios pertinet velut ſata in alieno ſolo.*
4 *Venationes tanquam iuriſgentium an prohiberi poſſint, & a quo.*
5 *Princeps ſtatuere poteſt ne quis venetur maximè in locis quibuſdam reſeruatis.*
6 *Ad principis boni officium ſpectat habere curam, & præſertim vt abundet Annona, & ne quis venetur in milijs, & alijs frugibus.*
7 *Annonæ inopia ſæpe oritur potius ab hominum malitia, quàm à ſterilitate.*
8 *Culturā bonorum negligere reipublicæ valdè perniicioſum eſt.*
9 *Legib. ſeueris ſunt vincienda, quæ delapſa fluxerūt.*
10 *Princeps poteſt tollere ius tertio quæſitum, præſertim ex iuſta cauſa.*
11 *Vtilitas publica eſt iuſta cauſa auferendi ius ſuum priuato.*
12 *Dux Mediola. pōt prohibere venationes, mirificeq; olim Mediol. Duces venationib. delectabantur.*
13 *Ceſſionarius vtitur iure cedentis.*
14 *Ceſſionarius habet exercitium directa ex perſonà cedentis, licèt inutilis ex perſona ſua.*
15 *Venationum iure conceſſo, an feudatarius poſſit facere edictū, ne quis venetur in milijs, annonæ, conſeruandæ gratia.*
16 *Iuriſdictio priuatiuè, vel cumulatiuè, quando conceſſa intelligatur.*
17 *Feudatarius impetrata licentia à Senatu poteſt condere edictum ob publicam vtilitatem.*
18 *Venationes ferarum beſtiarum licèt prohiberi non poſſint tamen leporum, perdicum, coturnicum, id fieri poſſe videtur à perpetuis dominis cum mero & mixto imperio & gladij poteſtate inueſtitis.*
19 *Edictum quo prohibentur venationes in milijs, & frugibus ad ius cōmune ſe conformare videtur.*
20 *Vtilitas publica eſt priuatæ præferenda, & cuilibet priuilegio, & multa habet priuilegia.*
21 *Propter vtilitatem publicam fit extenſio de caſu ad caſum, in omnibusq; videtur excepta.*
22 *Conſequenti conceſſo, conceſſum videtur omne antecedens per quod ad illud peruenitur.*
23 *Priuilegij verba ſunt diligenter inſpicienda, & venationis iure conceſſo, ius prohibendi conceſſum videtur ſi ita fuerit poſtea obſeruatum.*
24 *Expreſſum ſatis intelligitur, quod exprimitur per relationem ad illud.*
25 *Error non præſumitur niſi clare probetur.*
26 *Geminatio an tollat errorem.*
27 *Clauſula, ex certa ſcientia, facit, vt error ſpeciatim probari debeat, non autem in genere.*
28 *Surreptionis vitiū in cōtractu eo minus procedit.*
29 *Confirmatio priuilegij magnam vim habet.*
30 *Priuilegium titulo oneroſo conceſſum difficilius reuocatur.*
31 *Clauſula, de nouo damus, & concedimus, item ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis magnam habet efficaciam.*
32 *Venationum iure conceſſo, cenſetur tributū ius prohibendi maximè ſi adſint clauſulæ id ſuadētes.*
33 *In venditione, indefinita æquipollet vniuerſali.*
34 *Exceptio in conditione firmat regulam in alijs nō exceptis.*
35 *Diſpoſitio qualibet eſt coarctanda ad id quod eſt habile.*
36 *Generi per ſpeciem derogatur.*
37 *Principis diſpoſitio eſt ita intelligenda, ne tertij iuribus derogatum cenſeatur.*
38 *Princeps nequit eius contractum reuocare in tertij præiudicium.*
39 *Princeps non præſumitur velle impedire feudatariū in exercitio iuriſdictionis ſibi commiſſæ.*
40 *Contractus vna pars alteram declarat.*
41 *Princeps videtur ius venationum conceſſiſſe feudatario prout erat penes eum.*
42 *Expreſſum dicitur quod venit ex neceſſaria conſequentia coniunctionis duarum clauſularum.*
43 *Fundamento diruto extructum ædificium corruit.*

CONSILIVM CCVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

FÆliciſſimę recordationis Phi
lippus I I. Hiſpaniarum, ma
ximarumque prouinciarum
Rex maximus, & Mediolani
Dux optimus, ſeparauit op-
pidum Buſti Arſitij, à ciuita-
te Mediolani, illudque cum
eius iuriſdictione in feudum titulo oneroſo con
ceſſit miniſterio eius procuratoris Illuſtriſſimi,
& Excellentiſſimi Cōmendatoris Caſtilliæ tūc
Gubernatoris Mediolani, Comiti Paulo Camil
lo Marliano cum mero & mixto imperio, & gla
dij poteſtate, & ſpeciatim cum venationibus, ea
adiecta clauſula, mandantes de cætero aliis iuſ-
dicentibus, & maximè capitaneo venationū, ne
de cætero ſe in ea iuriſdictione intromittāt, ſub
pęna grauiſſimæ indignationis, necnon marcarū
centum auri quoties contrauentum fuerit.

Hoc ipſum priuilegium ad verbum fuit cōfir
matum motu proprio, & ex certa ſcientia ab ea
dē S. R. C. Maie. adiecta cōmemoratione, & ho-
norifica cōmendatione meritorum ipſius Comi
tis, & eius maiorū, qui Imperatoriæ Maie. egre-
giè ſuam operam, ſuumq; ſtudium nauarunt.

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Gubernatores
Mediolani ob bonum publicum, & vtilitatem pu
blicam edicto ſanxerūt, ne in aliquibus locis ve-
nari liceret, & maximè in miliis.

Hoc ipſum edictum impetrata tamen prius à
ſenatu Excell. venia, iuxta Senatuſcōſultū factū
anno 1555. die 12. Martij fuit publicatum in eo
oppido Buſti Arſitij pęnis pecuniariis in eis con
tentis ad dimidiam reductis, & cum adhuc præ-
fectus ſeu capitaneus venationū vellet ſe intro-
mittere in ea iuriſdictione, re in Senatum Excel.
Itroducta ad preces ipſius Comitis, & ad mutua
reſponſa, omnib. in eo ampliſſimo ordine, lectis,
& habito duorum fiſcalium voto, cenſuit ipſum
capitaneum nō poſſe, nec debere ſe intromittere
in ea iuriſdictione, & territorio in concernentib.
cridas S. E. diei 9. Auguſti 1597. vel ſimiles. Feu
datarium tamen non poſſe agere ad pęnas, niſi
prius obtenta licentia à Senatu, quam poſteà ob
tinuit; & cum iterum idem capitaneus ſub præte
xtu ſimilium proclamationum denuo factarum,
vellet adhuc ſe in ea iuriſdictione intromittere
Senatus Excell. omnibus denuo in ordine rela-
tis, cenſuit perſiſtendum eſſe in iam ordinatis,
adeo quod poteſt primū dici pro Comite Mar-
liano extare rem iudicatam, & quę res iudicata,
ſ. hæc bina Senatuſconſulta cum tanta cauſæ co
gnitione in cōcertatorio iudicio, & iudiciali aſpe
1 ritate facta, pro veritate eſt habenda, imo pro le
ge obſeruanda, cū prolata ſit non à pedaneo ali-
quo inferiore iudice, ſed ab ipſo Excell. ſupremo
Iudice, ad quē ex Cæſareis conſtit. tit. de Senato
rib. §. cognoſcetq; Senatus priuilegiorū interpre
tatio pertinet, & qui vices principis ſuſtinet, &
2 cuius placita merito legis vigorē habent. l. 1. C.
de re iud. l. res iudicata, ff. de reg. iu. l. fi. C. de leg.
§. ſed & quod princi placuit, & §. rñſa prudentū,
Inſtit. de iure gent. & ciuil. Craue. conſ. 79. nu. 1.

Et cū non agatur de pręconiis, aut edictis fa-
ctis ab ipſo Comite Marliano, ſed de factis ab Il
luſt. & Excell. Gubernat. & de licentia ipſius Se
natus Excell. ī eo loco promulgatis, fruſtra meo
iudicio contraria Excell. Menochij conſultatio
profertur, quę eam habet quęſt. an. ſ. feudatarius
potuerit decretum facere, quo pęna afficeret ve-
nātes in eius territorio, qui caſus à noſtro longè
multū diſtat. Nam aut negamus hoc proclama-
tū edictum cōplecti locum cōceſſum in feudum,
& tunc conſequitur vt capitaneus nullā prorſus
habeat iuriſdictionem cum ſit locus ſeparatus, &
ab eius iuriſdictione exemptus, aut id ipſum cō-
cedimus; & tunc ſimul admittemus cognitionē,
ſicut & pęnas tanquàm iuriſdictionis fructus ad
feudatariū ſpectare, ad exemplum eius, quod in
3 alieno ſolo vel fundo ſeritur, quod cedit ſolo, ēt
ſi propter publicam vtilitatem fieret de non deli
cto delictum, vt in puncto ſcribit Boſſ. noſter tit.
de penis, nu. 25. verſ. ſed ſi poſtquam, & tit. de fo
ro compet. Et quatenus dicitur Marchiones,
Comites, & Barones, ac perpetuos dominos non
poſſe edicto vetare venationes tanquam iuriſgē
4 tium, id etiam referendum videtur ad ipſum Du
cem Mediolani, & ex conſequenti ipſe etiā Ill.
Gubernator non potuiſſet huiuſmodi edicta cō-
ſcribere, atq; ideò omnis officij Capitanei vena-
tionum iuriſdictio dum vltra ſuos limites dilata
ri contenditur, potius coanguſtaretur; & ad occa
ſum, interitumq; veniret. l. 1. 2. & 3. ff. de acq. re.
dom. §. feræ igitur, Inſt. de rer. diuiſ. Iacobi. de S.
Georg. in trac. feud. in verb. cum venationib. &
com. dicunt Decius alleg. conſ. 107. nu. 1. & 2. &
cōſ. 271. n. 1. Iaſ. conſ. 119. n. 1. vol. 4. Rol. à Val.
conſ. 9. nu. 14. & cōſ. 22. nu. 27. & cōſ. 60. nu. 12.
li. 2. & Crau. vid. conſ. 643. nu. 2. & 3. & cō. 658.
vbi id amplificat ēt nō obſt. pſcriptio. & ſtatuto.

Verū enimuero cum Dux Mediol. & qui eius
vices gerunt imperij iura habeant, iam diuturna
cōſuetudine receptum eſt, & hoc iure vtimur, vt
valeant edicto ſancire, ne quis venetur maximè
in locis quibuſdā reſeruatis, cū id fieri poſſe à ſu-
5 premo principe concedant iā relati ſcribētes, &
ex cōtrario cōgeſti, vt affirmat Didac. in reg. pec
catū, in 2. par. §. 8. nu. 1. verſ. nihilominus, de reg.
iur. in 6. Nat. conſ. 532. nu. 21. & 23. li. 3. Boſſius
noſter tit. de regal. nu. 42. Sebaſt. Medic. trac. de
venat. q. 3. nu. 1. & 2. & not. in c. 1. §. nemo retia,
de pac. tenē. & in l. vnica, de venat. ferar. quib. ad
do Alber. Trot. trac. de perfe. cler. c. 57. Cępo. de
ſeruit. ruſt. præd. de aucupatione, c. 21. nu. 9.

Et id maximè ſi fiat propter publicam vtilita-
tem qualia ſunt hæc edicta, quib. ſub graui pęna
6 prohibent venationes in miliis, & aliis frugibus,

cum

cum ad boni principis officium valdè ſpectet ha-
bere curam vtilitatis populorum, præſertim in
rebus ad victum neceſſariis, & vt annona abun-
det, debeatq́; optimus princeps hanc ipſam pu-
blicæ vtilitatis laudem, quantum in ſe eſt vena-
ri, vt traditur in vſibus feudorum, de pace tenen-
da, & eius violatoribus, §. poſt natale, l. 1. ff. ad le
gem Iul. de annona, c. fin. de tregua & pace. Bar.
in l. 1. §. cura carnis, ff. de officio præfec. vrb. cum
7 ſæpè inopia non tam à ſterilitate, quàm ab homi
num negligentia, & malitia naſcatur, vt pulchrè
proſequuntur Lucas à Penna in rubrica, & in l. j.
in verbo, agricolæ, & l. colonis nunquam, in ver-
bo, inhærere, C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11.
& Albericus Roſat. in l. non intelligitur, §. diui
fratres, ff. de iure fiſci, vbi propter hanc ipſam fru
ctuum abundantiam grauiter inuehitur in negli
8 gentes culturam bonorum, & cum Reipublicæ
valdè interſit ne quis re ſua malè vtatur, §. & re-
ctè, Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris: Spe
cul. de actore, nu. 42. meritò poſſunt etiam prohi
beri ſubditi ne in eorum miliis venentur, & venā
do illa diſperdant in publica damna, atque fru-
ctus diuina benignitate donatos, prodigè adeò ef
fundant, & depopulentur, Natta videndus conſ.
581. nu. 2. & infrà; & propterea ad hanc rem pe-
ſtiferam & nocentem refugiendam, ad hancq́; re
primendam immoderatam libertatem, diſſolu-
tamq́; & inueteratam conſuetudinem, & impu-
dentem licentiam, opus fuit ſalutaris huius ani-
maduerſionis ſeueritate, nam vbi mala aliqua cō
ſuetudo introducta ſit in aliquam ciuitatem, &
diuturna iam quaſi callum quoddam virtuti ob-
9 duxerit; euelli aut deijci vix poteſt, niſi robuſto
vecte, vel niſi magna vi fluminis, atq; ventorum;
nec ſatis eſt arborem excidi, niſi radices radici-
tus euellantur; nam non euulſa pullulat (vt ait
Poeta Latinus) ab radice alijs denſiſſima ſylua;
& ſurculis emiſſis reuireſcit, & fructicatur adhuc.
Oſſa item, vbi aliquo caſu, vel percuſſione fue-
rint à naturali ſua ſede dimota, nequeūt in ſuum
priſtinum locum reponi, niſi brachio, aut pede,
vel alio contuſo membro, vehementer extenſo,
& (quicquid ęger doleat, & męrens reclamet) ma
gna vi in contrarias partes diſtracto; ita etiā om-
nia quæ delapſa fluxerunt ſeueris legibus ſunt
vincienda, extremisq́; malis extrema ſunt adhi-
benda remedia, ne propter nimiam indulgētiam
inſanabilis fiat plaga, virtutisq́; diſciplina longa
conſuetudine deprauata, ad ſuum munus, pen-
ſumq́; & ad priſtina ſtudia reuocari debet, pera-
cutis calcaribus admotis, & acerba ſeueritate nul
lis condimentis humanitatis mitigata; tūc enim
iudex non ad animi remiſſionem, ſed ad ſeuerita-
tem eſt cōtorquendus, vt à ſuo curſu homo ne-
quam deflectatur, & diſſoluta conſuetudo, & licē
tia impudens, atq; intoleranda reprimatur; tunc
humanitas eſt aſperitate condienda, tunc ab ob-
ſequio, & indulgentia eſt diſcedendum, vt vnuſ-
quiſq; reſipiſcat, & viam malæ conſuetudinis, &
impij derelinquat; ſi aditum miſericordiæ, & cle
mentiæ omninò præcluſum ſceleſti viderint aliò
greſſus ſuos dirigent; & tandem aliquando ſe ad
timorem, & ad ſanitatem conuertent impunita-
tis ſpe ſublata, quę eſt maxima peccādi illecebra,
inibuntque viam virtutis, & conſilium mutandę
vitæ, ne terribilis aſpectu ſeueritas, ad radicem vi-
tæ, grauem infligat ſecurim, & poſthabita omni
benignitate iuſtas, & debitas ſumat pœnas, mu-
tandi ſunt deprauati mores, ſcelerum exercita-
tione aſſuefactus iam deſiſtat, nunc impunitati
amplius locus non eſt, conſuetudinisq́;, aut ado-
leſcentiæ excuſatione vitia non defendentur am
plius; imò tanquam turpis minimè accipietur,
Quemadmodum enim torrentis aqua per ſaxo-
rum aſperitates, & per impendentium montium
altitudines præceps defluens ſi à naturali alueo
deflectat in antiquam ſedem reduci nequit, niſi
prohibeatur appoſitis firmiſſimis caſtellis, & ag-
geribus in nouum alueum decurſus; Ita etiam in
ueteratæ conſuetudinis corruptela, & error fun-
ditus tolli & deleri nequit, niſi adhibitis ſeueriſſi
mæ legis repagulis, & propugnaculis, quod ad fe
licem reipublicæ ſtatum valdè pertinet; & pro-
pterea hac vigente & vrgēte publica vtilitate, eo
magis poſſunt hæc ipſa edicta venationes vetan-
10 tia haberi, cū de plenitudine, & amplitudine po-
teſtatis poſſit etiā princeps tollere ius tertio quę-
ſitum ſine cauſa, & tanto fortius ex iuſta cauſa,
vt fusè explicat Gabrielius libro com. tit. de iure
quæſito non tollendo, concluſ. 1. num. 1. & con-
11 cluſ. 2. nume. 1. & infra: nam publica vtilitas eſt
iuſtiſſima cauſa auferendi ius ſuum priuato, &
vt ad eius ſummum bonum perueniamus pacta
omnia tranſilire fas eſt, Natta conſ. 11. nu. 4. do-
ctiſſimus Alciatus noſter conſ. 132. nu. 7. lib. 5.
& Mediolani Duces tanti temporis ſpacio, cuius
contraria non eſt memoria ſine ſubditorum que
12 rela, imò cum eorum conſenſu, & applauſu ſem-
per habuerunt quædam loca venationibus dedi-
ta, & ad eorum voluptatem, & cōmodum reſer-
uata, & ſemper fuerunt in poſſeſſione promul-
gandi huiuſmodi leges de venationibus agentes,
& quæ ſemper ſeruatæ fuerunt, & tantæ id fuit
eorum curæ, vt propterea erexerint ſingulare of-
ficium Capitanei venationum, vt atteſtatur in-
terpres ad ſtatutum vol. 2. ſuper rubr. de auibus,
& certis beſtiis, num. 16. c. 442. atq; venationum
apparatu pecunias profundentes cōplures canes
venaticos publicè aluerint, quorum mira alacri-
tate in venando vtebantur; & multos peritos ve
natores in eorum curia habuerint aptos, & ido-
neos ad perferendum in venatu laborem, lon-
gasque interdum moras, nimiosq́; frigoris, & ca
loris appulſus, ſudorem, atque curſum; perno-
ctant enim venatores in niue, in montibus vri ſe
patiuntur, vt ferarum præda onuſti manib. plau
dentes, & clamoſa voce clamantes, geſtientes, &
ouantes ad dominos redeāt; hocq́ue delectatio-
nis aucupio eoſdem recreent, atq; oblectēt. Sicut

igitur Imperator id facere poteſt, & ex conſequẽ
ti Dux Mediolani, & eius locumtenens tanquam
Imperatorem repręſentans, cur vtique id non cõ
cedemus etiam feudatario, qui à duce eam con-
ſequutus eſt facultatem, prout habuit Comes
Marlianus, quatenus fuit ei conceſſum feudum
cum venationibus; & cum clauſula, vt aiunt, pri-
uatiua, ne de cætero Capitaneus in ea iuriſdi-
ctione ſe intromitteret, Iacobin. de ſancto Geor
gio in ſua inueſtitura, in verbo, cum venationib.
13 ceſſionarius enim dicitur factus procurator in rẽ
ſuam; & vtitur iure cedẽtis, maximè propter am
plas clauſulas in priuilegio ſcriptas, ex quibus
quoad trãſlata in eum videtur Comes ſuffectus,
in locũ ipſius Ducis, l. ſi procurator, §. fi. ff. mand.
Bar. in l. ſi quis in rem, ff. de procur. Spec. de pro-
cur. §. fi. Bal. in l. per diuerſas, q. 11. C. mandati.
l. qui ſtipendia, in princ. C. de procura. & ſuper re
ceſſa fruitur eo priuilegio, quod habet cedens,
Bart. in l. poſt dotem, ff. ſol. mat. l. 1. C. de priuile.
14 dot. habet enim exercitium directę ex perſona ce
dentis, licet inutilis ex perſona ſua; idem Bart. &
Bal. in l. emptor, & l. 2. C. de hære. & actio. vend.
Dec. conſ. 102. in cauſa Florentinorum.

Et cum ex iuſta adeò cauſa id fiat, eo magis id
15 videtur etiam eſſe conceſſum ipſi feudatario; vt
pulchrè explicat in ſimilibus terminis Crauet. vi
dendus omninò conſ. 973. nu. 29. & nu. 44. & 45.
vbi inter alias iuſtas cauſas hanc conſiderat an-
nonæ conſeruandæ, Soc. iun. conſ. 76. nu. 23. li. 4.
idem Boſſius tit. de pri. nu. 287. & probaui ego in
propriis terminis communitatis Buſti Arſitij cõ
munes recenſendo diſtinctiones conſ. 14. nu. 24.
& infrà, & cum adſit clauſula illa, quam priuati-
16 uam dicunt, mandantes ne de cætero ſe intromit
tat Capitaneus, apparet quod iuriſdictio non cu
mulatiuè, ſed priuatiuè fuit ſoli comiti conceſſa,
vt decidit Capic. videndus deciſ. 9. nu. 15. & 17.
& probaui ego eo conſ. 14. nu. 19. vol. 1.

Et propterea ad primum argumentum ex con
trario factum, quatenus dicebatur hæc edicta ha
bere vim legis, quam condere non poteſt feuda-
tarius.

Item ad ſecundum dum dicebatur prohibere
venationes eſſe de regaliis, quod vtique feudata-
rio non licere videtur.

Item ad tertium & quartum dum ſpeciatim
feudatarijs vetitũ videtur, ne edicta venationes
vetantia faciant, ex Boſſio tit. de regaliis, nu. 42,

Item ad quintum & poſtremum dum in Re-
gia pragmatica ſanctione edita anno 1584. dici-
tur, hoc munus publicãdi proclamationes in ma
teria venationum ſpectare ad Illuſtriſſimum Gu
bernatorem.

Reſpondetur primò nos non agere de edicto
facto ab ipſo comite, & ſic fruſtra de eius poteſta
te nunc diſputari, ſed de proclamatib. factis ab ip
ſo Illuſtriſſimo Gubernatore, quæ propter publi
17 cam vtilitatem in eo etiam oppido fuerunt publi
cata, obtẽta tamen prius, vt iam præmonuimus,
licentiã à Senatu Excellentiſſimo, quod & conce
dit Boſſius eo. tit. de regaliis, nu. 42.

Secundò dicitur, cum agatur de prohibitione
venationis, non animalium quæ humano generi
obeſſe poſſint, prout ſunt feræ beſtiæ ſylueſtres;
18 ſicuti leones, apri, & lupi, & ſimiles, de quibus agi
tur in l. 1. C. de vena. fer. lib. 11. ſed de leporibus;
perdicibus, & coturnicibus, & ſimilibus, videtur
id poſſe etiam fieri ab ipſis perpetuis dominis cũ
mero & mixto imperio, & gladij poteſtate inue-
ſtitis. Boſſius de prin. nu. 287. prout eſt ipſe Co-
mes, quando maximè id fit propter publicam vti
litatem, vt puta ne milia, & fruges deuaſtentur;
vnde edictum non dicitur aduerſari iuri commu
19 ni, ſed potius ad illud ſe conformare, vt ſingula-
riter probat Iaſon in l. omnes populi, nume. 31.
ff. de iuſtitia, & iure; & Crauet. in propriis termi-
nis eo. conſil. 973. nume. 44. & infrà Boſſius titu.
de principe, num. 287. & Riminaldus iunior con
ſil. 35. num. 15. vbi vide; & alij ſuperius excita-
ti. Vtilitas enim publica eſt præferenda priua-
tæ, l. vtilitas publica, vbi vide Lucam à Penna
de primipillo, lib. 12. l. 1. §. quãuis, verſiculo pu-
blicæ, ff. de ventre inſpic. & etiam cuilibet priui-
legio, Feli. in c. nonnulli, num. 16. verſ. & fauore
publicæ vtilitatis, de reſcript. & ex multis com-
20 probat videndus Euerardus in locis argumẽto-
rum, in loco de perſona ad locum, fo. 537. & mul
ta, habet priuilegia, vt notatur in l. 1. ff. ſol. matri.
& ſcribit Bart. in l. pignori, §. Titius, ff. de pigno-
21 ratitia, & propter eam fit progreſſio de caſu ad
caſum, Alexan. conſ. 50. num. 7. lib. 2. & in omni
bus videtur excepta; & ideò quod aliàs negatur,
tunc propter eam conceditur, Barbatia conſ. 44.
incipiente, præclarè, col. 15. vol. 1.

Tertiò, Cum ſupremus princeps nempè Dux
Mediolani hanc habeat poteſtatem tam ex iure,
quàm ex conſuetudine, nec id ex contrario nege-
tur, & omne venationum ius tranſtulerit in ip-
ſum Comitem, quatenus conceſſit venationes;
quod nihil aliud eſt, quàm ius venationum, Iaco
binus à ſancto Georgio in ſua inueſtitura, in ver-
bo, cum venatio: adiecta clauſula priuatiua alio
rum iudicum reſpectu ſuorum ſubditorum, & ſui
territorij, conſequitur, vt hoc ius prohibendi ſit,
22 etiam in eum tranſlatum, nam conſequenti con-
ceſſo, cenſetur conceſſum omne illud, per quod
peruenitur ad illud; vel ſine quo illud explicari
nequit, Bart. in l. ambitioſa, verſ. ſecunda regula,
ff. de decre. ab ordine facien. l. ad legatum, & l. ad
rem mobilem, ff. de procur. l. illud. ff. de acq. hær.
Abb. & alij canonũ interpretes in c. ex parte, de
ſponſal. maximè quia aliter intelligendo ipſa cõ
ceſſio principis, inutilis, & inefficax fieret, vt in
priuilegij interpretatione optimè probat viden-
dus Alciatus noſter conſ. 24. num. 7. lib. 4. & opti
mè confert idem Boſſius tit. de regaliis, nu. deci-
monono, dum vult inſpici debere verba priuile-
23 gij; quod ſi contineant clauſulam cum venatio-
nibus, & feudatarius ſit in poſſeſſione prohiben-
di,

di, ſine ſubditorum contradictione, aut oppugna
tione acquirit vtile dominium ſibi, & directum
domino, vt is idem probat eo.num.42. quod &
comprobat Riminaldus iun. eo. conſ.35. num:
17.& interpres ad ſtatutum, cap.442. ſuper ru-
bric. de auibus, lib.2.vbi affert multas limitatio
nes ad hanc ipſam rem apprimè facientes.

Nec aduerſatur dum dicitur clauſulam illam
cum venationibus fuiſſe per errorem in inſtru-
mēto venditionis appoſitā, cum in ſchedulis iuſ-
ſu Illuſtriſ. Magiſtratus ordinarij expoſitis non
fuerit facta mentio huiuſmodi facultatis.

Quia Reſpondetur ſatis de ea factam intelli-
gi mentionem, dū ſe referunt ad capitula quæ e-
rant penes actuarium, Bar.in l.aſſe toto, ff.de hę
red.inſtit.l.certum, ff.ſi certum peta. Tiraq.de le
gibus connub.in verbo, expreſ.glo.7. num.182.
25 nec error præſumitur niſi clare & perſpicue pro-
betur, l. Imperator, la prima, & ibi Bal.num.2.ff.
de ſtatu hominum, Dec.in l.ſi librarius, num.4.
ff.de reg.iur.& cum ea clauſula fuerit geminata,
& iurata & ſcripta in alijs ſimilibus inſtrumētis,
26 tunc factis, excluditur hæc omnis erroris conie-
ctura, & includitur firmitas propoſitæ inten-
tionis, l.baliſta, ff.ad Trebell. l.ſi mulier, C.ad
Velleia. Euerar.in loco à geminatione, vbi nu.7.
ait geminata & duplicata verba habere, vim clau
27 ſulæ ex certa ſcientia, nec tunc ſufficit probare
errorem in genere, ſed debet ſpeciatim compro-
bari cauſa, ita vt iudici concludat, Curt.ſen.con-
ſil.55. nume.12. & 13. vbi vult geminationem
impedire quominus actus reuocetur.

Et cū inſtrumentū iſtud fuerit à S. R. C. Maie-
ſta. cōfirmatum ad verbum, cum clauſula motu
proprio, & ex certa ſcientia deletur omnis ſurre-
ptionis vitium, quod eo minus procedit in con-
28 tractu ad quem quis venire non ſolet niſi delibe-
ratus, c.ſi motu proprio, de prębendis, in 6. Iaſ.in
l.nec damnoſa, ſub num.3. C.de precibus Impe-
29 ratori offerendis, & in terminis confirmationis
priuilegij tradit Dec.conſil.588. ſub nu.17.ver-
ſic.accedit confirmatio; & quamuis priuilegium
30 poſſit interdū à principe reuocari, tamen id pro-
cedit in priuilegio gratuito, ſecus ſi fuerit in re-
muneratione concessum, vel feudum emptum
fuerit vt hoc noſtrum, quia tunc ab eo non po-
teſt recedi, Boſſius titu. de principe, num.28.&
Rol.à Valle conſil. 66. num.22.& num.33. vbi
com.dicit vol.5. Abbas & Decius in cap.de con
firmationibus, de confirmatione vtili vel inutili,
& id maxime dicendum eſt, cum adſit clauſula
31 ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, De
cius conſil.463.num.15. & 16. facit Alba conſ.
428.nu.9. Boſſius eod.tit.de prin.nu.358.

Non aduerſatur vtique illa verba cum vena
tionibus debere intelligi, vt feudatarius poſſit ve-
nari, non autem ſuis edictis alios prohibere, cum
præſertim contractus ſint ſtricti iuris, l.quicquid
aſtringendæ, de verb.oblig.

Quia Reſpondetur illa verba debere referri
32 ad ius, quod princeps concedens habebat, vt ſcri
bit Iacobinus de Sancto Georgio in verbo, cum
venationibus, quia quod ipſe comes venari poſ-
ſet, iam erat ei permiſſum; & ſic conceſſio inanis
fuiſſet; cum tamen verba contractus ſint ita intel
ligenda, ne redundent aut ſuperfluāt, Bal.in rub.
quæſt.9. C.de contrahen.empt. & maxime cum
natura actus id importet, Alex. conſil.51. nu.8.
col.5. Decius in l.quoties idem ſermo, num.2.ff.
de reg. iur. & indefinita in venditione ęquipol-
33 leat vniuerſali, & cenſeatur venditum totum ius
quod venditor habebat; & contra vendentem
ſit facienda interpretatio, l.veteribus, ff.de pact.
& exceptiones poſitæ in eo contractu magis fir-
ment regulam in non exceptis, l.nam quod liqui
de, ff.de penu legata. Alba vidend.conſ.243.nu.
2.& 9.& infra; & id fit certius ex ſequenti clau-
ſula nominatim priuatiua ipſius Capitanei ve-
34 nationum; quæ neceſſario infert, vt illius ius &
iuriſdictio reſpectu ſubditorum Comitis, & eius
territorij in comitem tranſlata conſeruetur.

Nec quicquam facit vt per aſſertam pragma
ticam cenſeatur derogatum huic prohibendi fa-
cultati, quia illa eſt intelligenda reſpectu locorū
immediate ſubditorum; & non ratione ſeparato
35 rum, & alij conceſſorum; tum quia quęlibet am
pliſſima diſpoſitio etiam vniuerſalis eſt ad id
quod habile eſt, coarctanda, glo.in l.1. C.de ſa-
croſ.eccleſ.in verbo, vnuſquiſque; tum quia ge-
36 neri per ſpeciem derogatur, c.generi per ſpeciē,
de reg.iur. in 6. tum quia principis diſpoſitio eſt
ſemper intelligenda ne tertij iuribus, & ſic feuda-
37 tarij derogatum cenſeatur, Boſſius vidend.de fo
ro compet. ante num.15. & de remedijs ex ſola
clem. pri. num.17. Alba conſil. 34. num.10. &
conſil.128. num.22. & conſil.214. num.17. &
conſ.555.nu.10.& conſil.558. num.2.& id ma-
38 xime eſt dicendum quando agitur de reuocan-
do contractu in tertij præiudicium, quod fieri ne
quit etiam ex vi generalis legis, idem Alba cōſ.
185.num.18.& num.56. Doctiſſimus Alciatus
noſter, conſil.149. num.7. lib.5. inquiens nun-
quam fieri interpretationem, vt princeps volue-
rit tollere aut auertere ius tertij, & propterea nō
eſt dicendum vt princeps maximè iuſtitiæ ple-
nus voluerit impedire feudatarium in exercitio
39 iuriſdictionis ſibi commiſſæ, vt ait Boſſ.de foro
competen.num.18. Verum enimuero cum aga-
tur de edicto facto ab Illuſtriſ. Gubernatore; &
eo loci publicato obtenta prius licentia à Sena-
tu Excell. vt iam præmonuimus aduerſæ partis
argumentum refellitur, atq; proceſſus confuta-
tur.

Poſtremo nihil etiam offendit quatenus dici-
tur clauſulam illam ne de cætero Capitaneus ve
nationum ſe in ea iuriſdictione intromittat; de-
bere intelligi eo reſpectu ne impediat Comitem
venari volentem; non autem vt proinde comi-
ti voluerit tribuere ius edicta conſcribendi, qui-
bus venationes vetaret, & vbi eum ſenſum habe
rent,

rent,fuiſſe derogatum ea pragmatica ſanctione, Quia ex his quæ proxime attulimus iam ſatis hæc argumentatio diluta atque conuulſa,in rui-
40 nis iacet,additurque vnam partem cõtractus ab altera declarari, & quæ præcedunt ab his quæ ſubſequuntur,l.ſi ſeruus plurium,§.fi.de legat.1. Barto.in l.vtrum, de petitio.hæredi. Vnde cum conceſſum fuerit feudum cum venationibus, & mandauerit princeps ſupremus ne de cętero Capitaneus venationum ſe in ea iuriſdictione intromitteret, videtur omne ius venationum pro-
41 ut erat penes ipſum principem, & eius venationum Capitaneum, in ipſum Comitem transtuliſſe, Boſſius de foro compet. num.18. Capicius ea.deciſ.9.num.15.& 17. Afflict.in l. Imperialẽ, §.præterea, nume.25.& 26. de prohibita feudi alienatione, per Feder. & dixi ego eo.conſil.14. nume.20. vol.1. & ſatis id dicitur expreſſum vi neceſſariæ cuiuſdam conſequentiæ orientis ex
42 coniunctione ambarum harum clauſularum. Ripa,in l.1.num.61.ff.de vulgar.& pupill. Tiraqu. de legibus connubial.in verbo,exprez. glo.7.nume.177.& cum priuilegium Capitaneo Venationum conceſſum habeat eam expreſſam clauſulam;quæ tacitè etiam inerat,ſcilicet ſine tertij præiudicio, & ſine iurium tertij offenſione,conſequitur, vt ius feudatariorum quibus ius venationum conceſſum fuerat eis ita ſaluum eſſet,vt Capitaneus venationum in eorum iuriſdictione ſe amplius non intromitteret; nec iure ordinario, nec iure delegationis; cum ſupremus princeps illud eiusque cognitionem tacite propter factam eius iuriſdictionis ſeparationem; & expreſſe propter adiectas clauſulas vetuerit, & vt iam probauimus tantum abeſt, vt hæc pragmatica ſanctio hunc caſum comprehendat, vt illum tanquam ius tertij tangentem potius excludat. Cæterum cũ proclamationes de quibus agitur ſint factæ, vt iam ſæpius repetijmus,ab ipſo Illuſtriſſimo Gubernatore, atque in eo oppido promulgatæ fuerint, impetrata prius à Senatu Excellentiſſimo venia ad præſcriptum Senatuſconſulti,anni 1555.diei 12. Martij, nec agatur de edicto à Comite facto, vt contraria allegatio præſupponit,conſequitur, vt euerſo hoc in facto, à quo ius oritur,fundamento;omne extructum ædificium rimas agat,& tandem cum amplius ſtare nequeat, vniuerſum corruat, vt ait Crauet. conſil.896.num.34.& 35.& ſimul ſententia tãti ordinis non ſemel, ſed ſæpius in controuerſo acriter iudicio prolata conſiſtat;tanquam firma ta in ſolida & expreſſa, non autem adumbrata, veritatis petra,&c.

Laus Vni & Trino Deo.

Io:Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO COMITE GEORGIO Nugarola.

ARGVMENTA.

Confeſſio mariti in vltima voluntatę emiſſa ad fauorem vxoris quam probationem faciat.

Mater tutrix ſi eius creditum in inuentario non deſcripſerit, an eius iacturam faciat;& in contractibus faciendis loci conſuetudo attendi debet; & an fructus percepti ab vxore extenuent ſortem dotis ſibi ab hæredibus mariti debitæ, & ratio ſatis reddita cenſetur, iuramentumque in litem negatur aduerſus tutorem, vel curatorem, quoties docetur impenſam factam pro alimentis æquate ipſos redditus perceptos; vel à teſtatore remiſſa ſit reddirio rationis, & ſi vxor marito alimenta præſtet, an detur repetitio; in materia cridarum condemnantur bona ad ſalarij ſolutionem.

SVMMAE RERVM.

1 *Confeſſio non probat inter perſonas ſuſpectas, niſi quatenus aliundè veritas probetur.*
2 *Maritus ſi fateatur aliquid emiſſe de pecunia vxoris ei creditur vbi veriſimile ſit vxorem pecunias habuiſſe.*
3 *Morientem credendum non eſſe, vt mentiri velit.*
4 *Moriens ſi confeſſus ſit ſe dotem recepiße, vel mutuum, opponi poſſe non videtur exceptio non numerata pecunia.*
5 *Confeſſio propria admittitur etiam contra confeſſionem iuris & de iure.*
6 *Confeſſio nedum afficit confitentem, ſed eos omnes, qui ab eo cauſam ducunt.*
7 *Conſuetudinem regionis ſequi debemus in vnaquaque re interpretanda.*
8 *Placere qui ſtudet populo, det plurimũ, capiat pauca, & quærat nihil.*
9 *In inuentaria non eſt credendum, quem eſſe adeo fatuum, vt velit ſua tanquam aliena ſcribi.*
10 *Teſtes corã arbitro examinati in alio iudicio probant inter eaſdem perſonas.*
11 *Actionem qui habet rem habere dicitur.*
12 *Referens probat abſque relato, quoties qui refert habet diſponendi facultatem in vim nouæ diſpoſitionis.*
13 *Falſa cauſa vitiat legatum.*
14 *Pluralitas actuum licet non præſumatur, non ſic tamen rerum.*
15 *Diuerſitas rerum præſumitur ex diuerſitate temporis, & factorum.*

16 *Dona-*

16 Donationis coniectura non præſumitur in dubio, maximè in paupere.

17 Inuentarium à teſtatore remitti poteſt.

18 Conſtitutio Mediol. tit. de tutelis, §. tutores, prohibens inuentarij remiſſionem non procedit in matre tutrice.

19 Statutum paſſiuam interpretationem recipit à iure communi.

20 Tutelam gerere non prohibentur mater, & auia, etiamſi debitrices & creditrices ſint, & an id habeat locum in conſtitutione Mediolani, titu. de tutelis, & in credito dotali.

21 Dotale creditum eſt vbique præcipuum, & ſoluto matrimonio adhuc priuilegijs dotalibus gaudet.

22 Conſuetudo cuiuſque regionis pro lege obſeruari debet.

23 Conſuetudo actum aliàs inualidum, validum facit.

24 Notariatus auctoritatem conſuetudo tribuit ei, qui non ſit.

25 Officiali tãquam perſonæ publicæ magis creditur.

26 De ſtylo poteſt ſe iudex informare, etiam in camera non citata parte.

27 Teſtamentum inter liberos valet, etiamſi teſtes non ſint rogati, nec notarius.

28 In legitima detrahenda tempus mortis eſt inſpiciendum.

29 Quæ abundant non nocent.

30 Dictio, & cætera, an & quando, & quomodo extendi poſſit.

31 Dotis fructus an mulier conſequi poſſit ab hæredibus mariti, vbi dos ſit à teſtatore ei legata.

32 Pro dotis fructibus bonorum apprehenſio facta cēſetur, cum dotis iudicium ſit vniuerſale.

33 Ratio ſatis reddita intelligitur exhibitis libris legitimè confectis.

34 Ratio ſatis reddita intelligitur, quatenus docetur tot non fuiſſe redditus, qui ſatis eſſent pro alimentis.

35 Rationis reddendæ liberatio, vbi ſit à teſtatore relicta ceſſare videtur iuramentum in litem.

36 Incertum dici nequit, quod certam habet ſummam.

37 Sententia ſine expreſſione cauſæ valet, & fatuus eſt iudex qui eam adijcit.

38 Incertum dici nequit, quod certum reddi poteſt ex actis ipſis.

39 Ad ſalarium ſoluendum in cauſa cridarum rectè bona condemnantur.

40 Alimenta marito ſi præſtet vxor, vt illa cenſeatur donaſſe, requiritur confirmatio morte.

41 Alimenta vbi ſint magna ſumma, & à muliere præſtita, eò minus donata præſumuntur.

42 Maritus reſtituere tenetur fructus bonorum paraphernalium niſi appareat ex legitima voluntate vxoris perceptos fuiſſe.

CONSILIVM CCVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EX propoſita facti ſerie propter mutuas hinc inde petitiones plures eliciuntur puncti; ſed is meo iudicio præcipuus eſt, an ſtandum ſit aſſertioni Ferdinandi Abduę, qui in eius vltimo teſtamento legauit Co. Vrſulæ eius vxori aureos bis mille octingentos velut ſibi debitos occaſione eius dotis; & in alia parte aureos bis mille quingentos viginti nouem pro pretio mobilium quæ erant ipſius vxoris, & quæ ipſe Ferdinandus faſſus eſt conſumpſiſſe ex ſua voluntate; & arbitratu ſuo, in ſuos ipſius vſus conuertiſſe.

Et quamuis poſſet dici, non aliter ſtandum
1 eſſe eius aſſertioni niſi quatenus aliũdè probetur
veritas ipſius debiti, cum verſari videamur inter
perſonas ſuſpectas, cum præſertim maritus vxo
ri non poſſit relinquere vltra quartam, vt caue-
tur iure noſtro municipali, c. 295. in princ. l. qui
teſtamentum, ff. de probat. Barto. in l. ſi forte, de
Caſtrenſi peculio, & l. cum quis decedens, §. Co-
dicillis, de leg. 3.
Attamen dicã ſine cunctatione, quod ſentio,
cum ipſa confeſſio ſit valde veriſimilis, & omni-
no fides eſt adhibenda, & icciirco ſi maritus fatea
tur ſe aliquid emiſſe de pecunia vxoris ei credi-
2 tur, vbi aliquibus coniecturis veriſimile ſit vxo-
rem pecuniam habuiſſe, vt probat Salic. omni-
no videndus, in l. ſi mater, C. de contrahen. emp.
Ange. conſi. 341. num. 1. Alex. conſil. 18. num. 3.
li. 3. & hoc maximè eſt dicendum cũ ſit facta ab
eo qui moribundus iacebat: & quidē cur ſic opi-
ner rationem ſubijcio, nam non eſt præſumen-
dum, quod agens animam, & cogitans de mor-
te, quæ eſt quaſi migratio, & commutatio vitæ
velit mentiri præſertim in ſuam & ſuorum filio-
rum perniciem, ſed potius certo tenendum eſt,
qđ ſaluris ęternę memor ad veritatem loquatur
3 ſuæ conſulens conſcientiæ, quæ omnibus rebus
eſt præferenda, cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato, &
docet Bald. in cap. 1. §. vaſalli, el 1. in fine, de pa-
ce Cōſtantiæ, inquiens morientem qui confeſſus
fuit ſe recepiſſe mutuum vel dotem cenſeri con-
4 fiteri veritatem, nec poſſe opponi exceptionem
non numeratæ pecuniæ, licet alias obijci potuiſ-
ſet, & l. 1. col. 2. C. de falſa cauſa adiecta, & ſe-
quuntur Sali. in l. in bonæ fidei, col. 7. verſic. ſex-
tum exemplum, C. de rebus creditis, Fel. in cap.
ſi cautio, num. 54. de fide inſtrum. & com. dicit
Alba, conſil. 223. num. 10. & infra, maxima eſt
enim vis veriſimilitudinis, & propriæ confeſſio-
nis, quæ admittitur etiam contra præſumptionē
5 iuris, & de iure, vt affirmat Bart. in authen. ſed
iam neceſſe, C. de donat. ante nupt. & huiuſmo-
di confeſſio nedum afficit confitentem, ſed etiam

eius

6 eius hæredem, & eos omnes qui ab eo cauſam
ducunt, l.ex qua perſona, ff.de reg.iur. Soc.ſen.
conſil.68.num.5.lib.4.

Quod autem huiuſmodi confeſſio fuerit ad-
modum veriſimilis vndique elucet, atq; perſpi-
cuum eſt, tum quia illius regionis cõſuetudo ea
eſt, vt dos potiſſimum conſiſtat in huiuſmodi io
calibus torquibus, annulis, gemmis, perliſque ac
monilibus pretioſis, & in vnaquaq; re interpre-
tanda ſemper debemus ſequi quod in regione in
qua actum eſt frequentatur, l.ſemper in ſtipula-
7 tionibus, & l.in obſcuris, ff.de reg.iuris, tum etiã
quia ipſa, com. Vrſula duos antea habuerat vi-
ros luce honorum conſpicuos, & in tanto digni-
tatum gradu locatos, & diuitijs affluentes, pri-
mus namque fuit magnus Cancellarius Vnga-
riæ. Alter com. Ferdinandus Nugarola pater ip-
ſius Com. Georgij inuictiſſimi Imperatoris con
ſiliarius, vt veriſimile ſit ad eam com. Vrſulam
hæc & multo maiora peruenire potuiſſe, & ex li-
beralitate virorum, & aliorum magnatum, qui
vt eius virorum gratiam inirent iſthæc earum
vxoribus donare conſueuere, nam qui bene do-
nat, valde carè vendit, & nihil tam difficile, & ar
duum videtur quod donis, & præmijs, & largi-
tionibus vulgus non putet expugnari poſſe; vn-
de ſi aliquis prudens paterfamilias in rebus ſuis
diligentia vtatur, qua vna virtute reliquæ virtu
tes omnes continentur, ſtatim auaritiæ macula
notatus, incipit eſſe in ore atque in ſermone eiuſ
dem vulgi, perditæque multitudini in odium ve
nit, illique vitio dat quod ad rem ſit attentior
pluſquam par ſit, inquiens noſtris temporibus
eum qui populo placere ſtudet, debere dare plu
8 rima, capere pauca, nihilvè quærere, hoc enim fa
cto gratia ab omnibus initur, hoc autem ne-
glecto amittitur; Verum enimuero ignarum, &
cœcum vulgus an non intelligit dum huic ſua-
det vt cæteris placeat, ſibi ſuæque poſteritati val
de nimis diſplicet, nam ſi nihil quærat repente
omnia temerario motu labefactata concidunt,
& ſine vlla ſpe ad interitum voluntatium miſe-
re tuunt, & dum is nihil quærit, habet vnde nihil
agẽdo præterita queratur, & doleat, ſe ipſum de
negligentia ſæpiſſime & fruſtra accuſans, ſi pau-
ca capiat, cum plurima capere iure potuerit, ha
bet vnde inopia captus pauper vbique deriſus,
& digito mõſtratus iaceat; ſi plurima dederit, cũ
pauca dare debuiſſet, habet vnde multos animi
cruciatus conſequutus in perpetua egeſtate, &
mendicitate ſit, atq; etiam cum abundare debe-
ret, cogatur mutuari, & aliunde ſumere, quod
profuſè nimis, & inconſideratè dedit alijs ipſe,
& ſæpe etiam mutuo deficiente fiat paſtus men-
dicitatis, eoque poſteritatem ſi quam habet per-
ducit, vt ex nobili ignobilis fiat, & filia terræ e-
uadat ab omnibus deriſa, & cõculcata: ſatius eſt
igitur, vt is idem caueat ne dum alijs nimis pla-
cere laborat, ſibi ipſi, ſuoque ſanguini, & Deo di
ſpliceat, memineritque ex ſententia Accurſij, in
l. præſes, in verbo, proximum, C.de ſeruitu. &
aqua, ordinatam charitatem incipere à ſe ipſo, &
alpibus illum perire qui ſe plus diligit vllum, a-
griſque ſuis ſitientibus alios irrigare quemquam
non debere, & in vnaquaq; re modum ſeruet, &
det, capiat, & quærat quæ iure dari, & capi poſ-
ſint, & ſemper ita agat, vt potius aliquid etiam
minimum ſuperſit quam deſit, ſic Deo & bonis
omnibus magis placebit, viriq; potius continen-
tis, quàm furacis nomen habeat, & temperan-
tiæ rationem, qua duce & magiſtra errari non
poteſt, ſequatur, quod quidem meo iudicio erit
vtilius, & honeſtius, canis hic vulgaris latret, &
mordeat quicquid velit, & poteſt, nam id omne
inane erit tanquam ventoſæ plebis latratus in
auras; ſed vt hac populari ductus aura ad rem
redeam, hæc eadem confeſſionis veriſimilitudo
comprobatur etiam ex prænarratis repertorijs
factis, quæ probant cum credendum non ſit, di-
cam non ſtultum quaſi ſtultè cum ſale, vt quis ſit
homo adeò ſimplex, & fatuus, ne dicam amens,
& ſtultus, vt parum ſe ipſum amans patiatur ali
9 quid ſciens & prudens contra ſe in eis ſcribi, l.fi.
C. arbit.tutelæ, tum ex teſtibus receptis in lite
coram I. C. ex noſtro Collegio Io. Baptiſta Mo
neta vti arbitro tunc vertente, & qui teſtes cum
fuerint tunc publicati, & verſemur inter eaſdem
10 perſonas, vel cauſam ab eis ducentes, plene pro-
bant, l.fin. C.de teſtibus, l.pen. C.de receptis ar-
bitris, Speculator titu.de confeſſis, §.nunc viden-
dum, verſic.quid de confeſ. Alexan.in l.eos, ff.de
falſis.

Nec aduerſatur, vt Abdua in teſtamento ſe
fecerit debitorem vxoris ex cauſa dotis de au-
reis bis mille octocentum, ſe ad inſtrumẽtum do-
tale referendo, & tamen ex eo appareat dotem
fuiſſe niſi aureorum bis mille quinque centum,
computata ſumma aureorum millium ceſſorum
contra hæredes ſecundi viri, & ſic videtur eſſe er
ror in aureis tercentum, quia Reſpondetur cum
eo inſtrumento Com. Vrſula fecerit ceſſionem
ipſi Abduæ de credito, quod habebat aduerſus
hæredes primi viri, ſicut quos conſecutus eſt ab
hæredibus ſecundi viri ſibi adſcripſit, quaſi eo
inſtrumento habuerit: nam quantum ad iuris in-
11 tellectum, rem dicitur habere, qui habet actionẽ,
l.qui actionem, ff.de reg.iuris, ita & pari ratione
quos à primi viri hæredibus conſecutus fuerat
vigore ceſſionis in inſtrumento dotali contentæ
potuit Abdua fateri à ſe debitos vxori, virtute
memorati inſtrumenti, quo fit vt hinc omnis er-
roris allegatio excludatur, cum is non præſuma-
tur niſi plene probetur.

Rurſus cum integrum eſſet ipſi Abduæ relin-
quere vxori quartam partem bonorum ſuorum,
conſequitur vt referens probet abſq; relato, poſt
quam qui ſe refert habet diſponẽdi facultatem,
12 quia id valet in vim nouæ diſpoſitionis, vt docet
Bart.tractatu, ad reprimendum, in verbo, prout
Dec.in l.ædita, num.86. C.de edendo, Crauet.
conſil.

conſil.157.nu.3, nec falſa cauſa vitiat legatum,
13 velut ſi quis leget certam ſummam quaſi debitã
cum non ſit, vt tradit Crauet.conſil.666.nu.15.

Non officit etiam dum obijcitur in hoc ipſo
legato aureorum duorum mille quinque cẽtum
viginti nouem, tanquam debitorum occaſione
conſumptorum vxoris mobilium contineri ea-
demmet mobilia, quæ erant iam in dote cõpre-
henſa. Quia dicitur nullibi hoc probatũ eſſe, &
pars aduerſa, quæ ſe fundat in identitate tene-
tur eã probare, l.2.ff.de probat. Item licet actuũ
pluralitas non præſumatur, nõ ſic tamen rerum,
14 vt diſtinguit Dec.in cap.in præſentia, num.10.
de probat.

Item diuerſitas rerum præſumitur ex diuerſi-
15 tate temporis, & factorum, vt poſt Dec. vbi ſu-
pra ſcribit Soc.ſe.conſ.24.in prin. quare cum tẽ
pora non conueniant, nec facti circumferentiæ,
& diuerſa ſuperinde cõfecta fuerint repertoria,
ceſſat argumentatio, quæ etiam refellitur ex do
16 nationis coniectura, quæ in dubio non capitur,
præſertim cum ipſe Abdua eſſet tenuis patrimo
nij, & numero filiorum, & ære alieno oneratus,
l.eleganter, §.qui reprobos, ff.de pignorat.actio.
Bald.in l.generaliter, C.de non numerata pecu-
nia, vbi fatuitatem potius præſumi inquit quàm
donationem, & mulieres vt viros ſibi magis ob-
ſequentes habeant, nolũt omnia eis tradere vno
tempore, ſed paulatim, vt quotidiana ſpe lucri
eos in officio coniugalis amoris diutius, & perpe
tua voluntate contineant, nam hoc ſcientiæ ge-
nus inquiunt ipſæ, vehementer pertinet ad gra-
tiam.

Non refragatur etiam vt Com. Vrſula credi-
torum ſuorum iacturam fecerit, cum illa in re-
pertorijs non conſcripſerit ex ſtatuto noſtro, c.
316.in princ.

Nam reſpondetur non poſſe dici, quin fue-
rint comprehenſa in ipſo inuentario poſtquam
illud confectum fuit, & in aliorum numero, & ru
brica deſcriptum ab eo notario, qui fecerat illud
immobilium; licet nunc non reperiatur in proto
collis, forte diſperſum opera, & aſtu aduerſarij
ad faceſſendum negotium.

Secundo non tenebatur ipſa Com. Vrſula fa
17 cere huiuſmodi inuentarium, cum illud eſſet ei
à teſtatore remiſſum, l.fin. C.arbitrium tutelæ,
& quamuis ex noſtris conſtitutionibus, tit.de tu-
telis, §.tutores, nõ valeat huiuſmodi remiſſio, ta-
men habet locum in tutoribus, non autem in ma
tre, de qua lex magis confidit, & ipſa conſtitutio
18 ſeparatim, & diſcretè loquuta eſt, Plotus in l.ſi
quando, num.373. C.vnde vi.

Tertio ſtatutum ipſum recipit interpretatio-
19 nem, quam vocant paſſiuam à iure communi, l.
2. C.de nexalibus.glo. Bart. & alij in l.fin.§.in
compenſatione, C.de iure deliber. atqui de iure
communi, mater & auia licet ſint filiorum mino
rum debitrices, aut creditrices, non prohibentur
tutelam gerere, vt habetur toto tit.in authen.vt
20 ſine prohibitione matres debitrices, & creditri-
ces gerant tutelam minorum, Alex.conſil.109.
num.2.vol.3. ergo in ea l.municipali, de tutori-
bus generaliter loquente hic caſus comprehendi
nequit.

Quarto non comprehendit etiam dotale cre-
21 ditum cum vbique eius cauſa ſit præcipua, Sali.
in l.fin. C.de iure dotium, & quin dos ſoluto ma
trimonio adhuc priuilegijs dotalibus gaudeat,
nemo iure poteſt negare, vt tradit Iaſ.in rub.ſo-
luto matrim.num.9.

Quinto vileſcit hoc tandem, nam ſi etiam
eius expreſſio deſiderata fuiſſet, ea nõ defuiſſet,
cum ipſa Com. Vrſula dum ſuſcepit tutelã eius,
dotem obligauerit, ſe referendo ad inſtrumenta
ſuperinde confecta.

Non obſtat etiam, vt teſtamẽtum ipſius Co.
Vrſulæ ſit inane, & propterea ex eo actio nõ de-
tur, cum non fuerit de eo notarius rogatus ſed
medicus.

Quia in illa Carinthiæ prouincia ea (vt mihi
proponitur) viget conſuetudo; vt nedum tabel-
liones, & notarij quorum exigua eſt copia, ſed
etiam Doctores, & medici, & aliæ perſonæ fide
22 dignæ poſſint eſſe rogatæ, & cuiuſque regionis
mos eſt pro lege obſeruandus, cum conſuetudo
habeat principis poteſtatem, & hoc idem fece-
runt alij ſæpe item boni, l.domini prædiorum, C.
de agricolis & cenſitis, lib.11. Bald.in l.nec exce-
ptio. C.de probat. Bart.in l.1.§.deniq;, el 2.ff.de
aqua pluuia arcen. & confirmet actum alias in-
23 ualidum, vt ſingulariter tradit Ang. in l.diutur-
na, ff.de legib. atq; tribuat authoritatem tabel-
lionatus, ei, qui non eſt tabellio, vt notatur in c.
24 dilectus, de fide inſtrumen. Bald.tract.de tabell.
quæſt.2. nam ſtylus curiæ ſeruari debet, l.obſer
uandum, ff.de iudicijs, & conſuetudo hæc ſeu ma
gis ſtylus probatur teſtatione ſupremi officialis,
ſeu cancellarij ipſius prouinciæ, cui eſt ſtandum
tanquam perſonæ publicæ, vt notatur in c.poſt
25 ceſſionem, de proba. & conditio illa in ea fide ap
poſita, vbi concordet cum originali, ideò fuit ap
poſita, quia tranſmiſſum exemplum non erat au
thenticum, quod poſtea authenticum habitum
exhibitum fuit & productum.

Et hæc eadem fides confirmata fuit ex notio-
ne, & informationibus ab integerrimo iudice ha
bitis ab officialib. sereniſſimorum DD. noſtræ
Reginæ, & Archiducis Alberti, qui hoc idẽ atte
ſtati ſunt, & quin iudex poſſit ſe de ſtylo huiuſ-
modi qui potiſſimum verſatur in ſcribendo, lo-
quendo, & procedendo ſe etiam in camera infor
26 mare non citata etiam parte nemo dubitat, vt fir
mat Dec.conſil.447.

Præterea dicitur cum agatur de teſtamento
inter liberos valere etiamſi teſtes non ſint roga-
ti, nec notarius, l.hac conſultiſſima, §.ex imperfe
cto, C.de teſtament. Clarus §. teſtamentum,
quæſt.8.

Non obſtat etiam vt Perpetuæ cõmuni filiæ
ipſius

ipſius Abduæ ac Com. Vrſulæ, & a qua ducit
cauſam Abdua ponens,minus legitima relictum
ſit.

Quia fuerunt iure inſtitutionis ei relicti aurei
mille quibus voluit eſſe contentã, & in caſu que-
rimonię reliquit aureos decem. Et ſi minus legi-
tima ei relictum fuiſſet, poterat agere ad id quod
reliquum erat, & ſeu ſupplementum, ſed in facto
28 proponitur inſpecto tẽpore mortis, quod ſpecta-
ri in ea re debet, l.cum quæritur, C.de inofficio.
teſtam, Iaſ.qui dicit commun. in l. quod ſeruus,
num.12. de condi.cauſa data, legitimam tantæ
ſummæ non eſſe, & quicquid ſit iudex ipſe in cal
culis integram legitimam ſibi dari voluit.

Non reſiſtit, quod in inuentario immobilium
non fuerit appoſitum iuramentum ad formam
conſtitutionum, ſed mutilum, & vt dicitur cæte-
ratum, quia vltra quod non tenebatur illud face
29 re vt ſuperius probauimus, & quæ abundant no-
cere non ſolent, l.teſtamentum, C.de teſtamen-
tis, dicendum eſt etiam vt tempore rogitus iura-
30 mentum fuerit vulgari ſermone euulgatum, & à
tabellione breuitatis cauſa ſub compendio, &c.
deſcriptum, & extenſum formale eſſe, ſecus ſi di-
minutum aut mancum ſcriptum reperiretur, vt
eleganter diſtinguit Soc.ſen.conſil.34.num.22.
lib.primo.

Non releuat etiam quod anno 1574. vigore
creditorum ſuorum bona nonnulla apprehen-
derit, & quod ideo fructus eſſent in ſortem impu-
tandi, quia id fecit, vt bona ſeruaret ab irructib.
in mariti bona creditoribus, vnde põt illud dici
de bono opere lapidatur, & collatũ beneficiũ, lo-
co maleficij habetur, & cum aliunde nõ haberet
vnde ſe aleret, potuit lucrari fructus, ſeu magis
eos habere loco alimentorum, nec extenuant ſor
tem principalem maximè cum hæredes elapſo
31 anno eſſent conſtituti in mora, & ei à teſtatore le
gata eſſet eius dos, vt eleganter diſtinguit Bal.in
authen. ei qui, nu.61. C. de bonis auth. iudicis
poſſidendis, & cenſetur etiam apprehendiſſe
poſſeſſionem pro fructibus, cum ſint ſequela iure
32 tacitæ cuiuſdam actionis de dote, cuius iudicium
eſt vniuerſale, vt notatur in c.ſalubriter, de vſu-
ris, & eſt egregia deciſio Theſauri qui com. dicit
in ordine 43. atque ita limitatur, l. Titia, de ſo-
lution.

Nec mouere debet quod iuramentum in litẽ
competeret ob non confectos libros, & legitimè
redditam adminiſtratæ tutelæ rationem.

Quia libris exibitis reddita fuit ſummaria ta-
33 lis ratio, qualem res ipſa poſtulabat, quod ſuffi-
cit, Corneus conſil.274.num.3.lib.4. Decia.con-
ſil.79.num.47.lib.2.

Pręterea cum fructus, & redditus tenues adeo
eſſent, vt vix ad victum, & ad alimenta ſuppedi-
tarẽt, & nihil reliquum ſupereſſet, l.cum ſeruus,
34 ff.de condic.& demonſtr. ſatis reddita dicitur ra-
tio quatenus doctum fuit tot adfuiſſe bona, &
redditus, qui ſatis non erant pro alimẽtis, vt ſcri-
bit ex alijs Plotus in repet.l.ſi quando, nu.249.
C.vnde vi, vnde ex re ipſa melius fieri non po-
tuit quam factum eſt, & vnuſquiſque Iudex ſit,
laudi an vitio duci factum oporteat.

Rurſus attenta ampla redditionis rationis li-
beratione legata à teſtatrice ceſſat omnino huiuſ
35 modi iuramentum in litem, cum omnis dolus in
committendo abſit, glo.in l.tutores, la 2. C.de ad
miniſtr.tutor. Dilectus de arte teſtandi, de tuto-
ribus, cautela 2. Borg.de tutore, nu.115.& 206.

Nihil eſt etiam quod apponatur vendita fuiſ
ſe à Com. Vrſula bona mariti, quorum partem
pretij ipſa habuit, quia cõſtat de eo in ſententia
habitam fuiſſe rationem, & quod pretij reliquũ
fuerat ipſi Abduæ adiudicatum.

Flocci eſt etiam facienda ea exceptio, quod
ſententia ipſa videatur incerta, cum nõ appareat
ſpeciatim, ac nominatim, quæ ſingulæ parcellæ
fuerint admiſſæ, & quæ reiectę, nam cum habeat
36 certam ſummam incerta dici nequit, l.3.de ſent.
quę ſine certa quantitate.

Item ſententia valet ſine expreſſione cauſæ, l.
37 in ſumma, ff.de re iudicata, imo fatuus dici ſolet
iudex qui cauſam explicat cum facile ſubuerti
poſſet ipſa ſententia cauſa explorata, etiamſi ſen
tentia ex alia cauſa forte defendi poſſet, vt in-
quit Bald. in l.qui teſtamento.ff.de excuſ.tutor.

Item cum facile in vnoquoque capite reddi
38 poſſit certa ex actis ipſis, fruſtra incertitudinis vi
tium obijcitur, vt notatur in §.curare, Inſtitu.de
actio.

Nullius eſt habẽda etiam ea oppoſitio, quod
aduerſarius non fuerit iure in expenſis & ſalario
condemnatus, cum plus debito petitum foret.

Quia hunc etiam ictũ parua quadã corporis
declinatione effugimus, vt ſcilicet, cum mutuæ
factæ eſſent petitiones, & alter alteri deberet, me
rito ad ratam victoriæ bona voci pręconis ſubie
39 cta condemnata fuerint, vt cenſent Bald.in l.ge-
neraliter, ſub num.9. C.de epiſc. & cleric.& in l.
eos, §.cautione, de appel. Salic.in l.properandũ,
§.ſin autem, C.de iud. Gabriel.lib.com.tit.de ex-
penſis, concl.2.num.13.

Quare cum agatur de ſententia lata a I.C.in
tegerrimo ex collegio noſtro, & doctiſſimo Ioã.
Baptiſta Caſtillioneo, affine meo cariſſimo non
properè, nec feſtinanter, ſed conſultò, & maturiſ
ſimo negotio per triennium ſingulatim in con-
certatorio iudicio diſcuſſo, & non ſemel ſed ſæ-
pius factis calculis, & ad quadrantem vſq; ſub-
ductis, & expunctis rationibus, præſente, & con-
ſentiente parte aduerſa, & petita ſumma aureo-
rum nouem millium quinq; centum quinqua-
ginta nouem reducta fuerit ad ſummam librarũ
ſexdecim millium ſeptem centum nonaginta
trium, nam ipſe Iudex rationem habere voluit
niſi contentorum in teſtamento ipſius Ferdinan
di Abduæ cum tamen ipſi Comiti Nugarolę de
beretur etiã ſumma aureorum mille, ratione ali
mentorum quæ ipſa Com. Vrſula ſuppeditauit,

& præ-

& præbuit ipſi Ferdinando Abduæ in Tridentina ciuitate, & ex fructibus bonorum ſecundi viri, ſcilicet Ferdinandi Nugarolæ, vt ſatis abundè
40 probatum fuit teſtibus coram I. C. moneta Arbitro receptis. Nam ſi vxor alimenta marito præſtat, vt largiatur, repetit niſi donatio morte confirmetur, & cum maritus prædeceſſerit confirmatio ceſſat, l. ſi ſtipulata, ff. de donat. inter maritũ & vxorem, Bal. omnino vidend. conſil. 478. lib. 5. & conſil. 50. eod. libro. & cum alimenta eſſent tantæ ſummæ, & ex bonis hæredum prioris viri
41 ex maiori parte præterita forent, atq; a muliere quarum genus ſolet eſſe auariſſimum, eo magis tollitur omnis prorſus donationis coniectura, l. alimenta, vbi glo. C. de neg. geſt. l. ſi quis a liberis, §. ſi mater, de liberis agn. imo tenetur etiã maritus reſtituere fructus bonorum parafernalium,
42 niſi appareat ex legitima voluntate vxoris perceptos fuiſſe, l. maritus, ff. ad leg. Falcid.

Rurſus reſpectu ſummæ aureorum mille ſeptem centum quos idem Ferdinãdus Abdua habuit in tot alijs iocalibus, & de quibus depoſuerant ijdem teſtes, & factum fuerat aliud ab eodem Abdua repertorium, idem iudex potius parti aduerſæ morem gerens, & fauens eandem abſoluit, vnde fit vt aduerſarius magis atq; magis deberet eius bonitatem laudare atq; eidem gratiam referre, quàm de eo iniuſtè conqueri aut accepti beneficij immemor ei temerè detrahere, cum rogauerit agentes ipſius Com. Georgij pro lite ſopienda, vt in eius gratiam, de iure ſuo aliquid remitterent. Sicq; cum huic ſententiæ ab aduerſario nec minima quidẽ iniuſtitiæ ſuſpicio inuri poſſit, vt iam iam deſinam, & ne pergam longius, omni rationi & æquitati conſentaneum eſt, vt Excellentiſſimus Senatus, Iuſtitiæ cultor optimus, aduerſarium qui nihil aliud ſtudet quã inanibus litibus eius, quod debet ſolutionem differre, obaudiat, & decernere non grauetur partes vti debere iuribus ſuis, vel quod honoratiſſima oblatio nomine Com. Georgij facta acceptetur, vt ſcilicet denuo confidens partium de viribus latæ ſententiæ cognoſcat, facta tamen prius ſolutione eius in quo pars aduerſa condemnata fuit, & præterita a Com. Georgio fideiuſſione de reſtituẽdis habitis in caſu ſuccumbentiæ, cum ſatis ſuperq; ſit ſi ſententia lata in materia Cridarum, quæ ſua natura eſt inappellabilis, fiat quodammodo appellabilis, argumentum certiſſimũ optimi iuris ipſius Com. Georgij, qui de iuribus ſciuis minimè dubitat, & certo ſit ea ſentẽtia aduerſarij conditionem ſua longè meliorem factã fuiſſe, reliqua ſuppleat ſumma doctrina, & acre iudicium perilluſtrium Dominorum meorum Senatorum.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

CCVIII.

PRO FEVDATARIIS Alex. Viſtarino & Lauinia Vicecomite Coniugibus.

ARGVMENTA.

Maritus an poſſit opponere ſui crediti compenſationem, ad excludendum creditorem vxoris ratione rei ipſi marito in dotem datæ.

Pro legato quæ actiones dentur, & vbi hæres poſſidens hæreditaria bona fuerit condemnatus ad illud præſtandum: an res iudicata poſſit poſtea executioni mitti contra fideicommiſſarium cui bona reſtituta ſint, maxime cum poſtea fuerit & ipſe in cauſa appellationis citatus, & declaratum ſit legatum deberi & ſoluendum eſſe.

Conſumpta fuiſſe quæ in repertorio deſcripſit, ſi tutor aſſerat, clarè & diſtinctè id probare tenetur, & quomodo deſcriptio, vt legitima ſit, fieri debeat, & an pendente iudicio redditionis rationis retardari poſſit reſtitutio eorum quæ in repertorio deſcripta ſunt.

SVMMAE RERVM.

1 *Compenſatio eſt fauorabilis, & ſolutionis munere fungitur.*
2 *Compenſatio opponi poteſt aduerſus rem iudicatã.*
3 *Compenſatio datur vbi concurrat crediti actio, & debiti paſſio.*
4 *Compenſationem rectè opponit ceſſionarius ex perſona cedentis.*
5 *Dos eſt ius vniuerſale, quod complectitur vtraque iura ſcilicet actiua & paſſiua.*
6 *Maritus conſtante matrimonio eſt dominus dotis, ſiue ea ſit æſtimata, ſiue inæſtimata.*
7 *Exceptio rei venditæ, quæ opponi poteſt venditori eadem obijci poteſt emptori.*
8 *Compenſationem rectè obijcit procurator in rem ſuam conſtitutus ex perſona ſua, creditori mandantis.*
9 *Retentio eſt compenſatione fauorabilior.*
10 *Pro legatis datur actio in perſonam, & in rem, tam in bonis teſtatoris, quam hæredis ſi monitus intra triginta dies non ſoluat.*
11 *Legati ſolutio eum tenet, qui bona poſſidet.*
12 *Pro legati ſolutione tam actio in perſonam quam in rem proponi poteſt ſubordinatè benigno iudicis officio implorato.*
13 *In legatis neceſſarium non eſt petere hæredem condemnari, ſed ſufficit ſi via executiua agendo*

ſibi

ſibi præceptum fiat de ſoluendo.

14 *Succeſſorem afficit nomen dignitatis, ſicut & hæredis nomen.*

15 *Sententia contra hæredem grauatum lata afficit etiam fideicommiſſarium non citatum.*

16 *Fideicommiſſarius ſi citetur eo magis ſententia contra hæredem lata eum afficit.*

17 *Commodum qui ſentit, debet & incommodum ſubire.*

18 *Hæres rectè conuenitur ad legatorum ſolutionem, & quatenus illa ſoluit, in fideicommiſſi reſtitutione eadem deducit.*

19 *Sententias eſſe conformes in effectu ſufficit, licet in verbis diſcordare videantur.*

20 *Legata ſunt præſtanda à bonorum poſſeſſore.*

21 *Superueniens ius ex perſona alterius opponi poteſt, etiam poſt ſententiam.*

22 *Compenſatio licet depoſitum non admittat, ea tamen conceditur ex alia pecunia depoſita.*

23 *Tertius non prohibetur de iure ſuo opponere aduerſus tres ſententias conformes.*

24 *Ceſſionarius vtitur iure cedentis, & intẽtat directas actiones nomine cedentis ad eius vtilitatẽ.*

25 *Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus.*

26 *Confeſſio etiam extraiudicialis debitum probat, licet ex ea non inducatur obligatio.*

27 *Confeſſione nulla eſt melior probatio, præſertim ſi ſit iurata in publico inſtrumento, & à parte acceptata.*

28 *Tutor etiamſi propria bona in inuentario deſcripſerit tenetur illa reſtituere, & poſtea ſi quis eſt error docere.*

29 *Ex inuentario contra tutorem agitur, ad reſtituenda ea quæ in eo deſcripta ſunt.*

30 *Conſumpta ſi tutor aſſerat, ea quæ in repertorio deſcripſit tenetur id probare.*

31 *Tutor ſi confiteatur aliqua in hæreditate inueniſſe, cenſetur ſe obligare ad reddendam de eis bonam rationem.*

32 *Regulam qui habet pro ſe, ita fundatam habere intentionem intelligitur, vt excipienti probationis onus imponatur.*

33 *Tutor præſumitur ſcire omnes pupillaris patrimonij qualitates, & tenetur in repertorio omnia clarè & diſtinctè deſcribere, aliàs contra eum in litem iurari poteſt.*

34 *In rationem confuſam reddentes elegans deteſtatio.*

35 *Tutor quatenus excipit aliqua ex his quæ in repertorio deſcripta ſunt deficere, aut conſumpta eſſe, id debet probare.*

36 *Tutor debet docere quid actum ſit de rebus in inuentario deſcriptis.*

37 *Conſumptio cum ſit quid facti, non præſumitur niſi probetur.*

38 *Confeſſio cum qualitate emiſſa ſcindi poteſt quoties contra confitentẽ viget aliqua præſumptio.*

39 *Partis appellatione dimidia continetur, & quid ſi adiecta ſit dictio aliqua ſcilicet pars.*

40 *Confuſa adiectio & exceptio minimè iuuat.*

41 *Clauium traditio ſimplicem cuſtodiam inferre videtur, ſi aliquis titulus non præcedat, vt puta venditionis vel ſimilis.*

42 *Amiſſionem allegans tenetur eam probare maximè ſi ex officij neceſſitate cuſtodiã præſtare debeat.*

43 *Litis pendentia non obſtat, quia in executiuis plura poſſunt cumulari remedia.*

44 *In executiuis electa vna via, non cenſetur altera excluſa, maxime ſi appoſita ſint ſalutares clauſulæ.*

45 *Litis pendentia in executiuis apponi non poteſt.*

46 *Pro liquidis executio fieri poteſt, vbi plura fuerint in iudicium deducta.*

47 *Exceptionis in modum ſi aliquid fuerit deductum in vno iudicio, non prohibetur illud idem deduci in alio iudicio principaliter.*

48 *Compenſationem excipiens ſi ſuccumbat, non prohibetur principaliter agere via actionis.*

CONSILIVM CCIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

AD excludendum petitum aſſertum creditũ feudatarij Petri Frãciſci Vicecomitis à feudatarij Alexandro Viſtarino & Lauinia Vicecomite coniugibus duplex opponitur cõpenſatio vna ratione crediti legati, quod fuit ceſſum à feudatario Carolo Vicecomite.

Altera ratione æſtimationis iocalium debitorum à Filiodora Vicecomite matre ipſius Petri Franciſci, & cuius ipſe eſt hæres.

Reſpectu primi capitis dicitur fruſtra agi de proponẽdis ſchedulis ad effectum debiti ſoluẽdi, quandoquidem aliquod debitum non ſubſit, illud autem abeſſe in caſu noſtro conſtat, quia ſicut ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, ita etiam cum ipſa compenſatio, ſolutionis munere fungatur, debitum extinguit ipſo
1 iure, ſicut ſolutio ipſo facto, fauorabiliſque vbique in iure noſtro habetur ipſa compenſatio cũ per eam multi inanes, & inutiles circuitus amputentur, & ſatis ſit ſi effectui ipſi id eſt extinctioni ipſius debiti ſatisfaciamus, l. ſi conſtat, & l. fi. C. de compenſ. vbi egregiè Bal. nu. 8. & infra, l. amplius, ff. rem ratam habe. & copioſe proſequitur
2 Iaſ. in §. in bonæ fidei, nu. 59. 60. & 61. Inſtit. de action. Afflict. deciſ. 121. num. 4. & ibi Vrſillus, num. 6. Oſaſc. deciſ. 92. num. 1. qui ideo volunt etiam apponi poſſe aduerſus rem iudicatam eiuſque executionem.

Cùm itaque in Viſtarino concurrat crediti actio, & debiti exceptio, vel, vt aiunt, paſſio, erit omnino dicendum compenſationi locum eſſe debere, l. eius, C. de compenſat.

Quod autem in eo ſit debiti erga Petrum Frãciſcum paſſio demonſtratur, quia habuit datum in dotem omniũ bonorum & iurium à Lauinia

debitrice

debitrice Petri Franciſci cum ampliſſimis clau-
ſulis, vnde ſicut in eum tranſiuere actiones acti-
uè, ita etiam paſſiuè, nam ceſſio non potuit fie-
ri in præiudicium Petri Franciſci habentis ex-
ceptionem, & ideo ex quo actio cum ſua cauſa,
ideſt cum ſua aptitudine paſſiua tranſiuit in ip-
4 ſum Viſtarinum rectè tanquam Lauiniæ ceſſio-
narius dicitur effectus debitor Petri Franciſci, vt
commun. dicit Tindarus, tracta. de compenſat.
art. 7. num. 4. verſ. ſecunda opinio.

Secundò id tanto magis eſt dicendum, cum
dos ſit ius vniuerſale, quod complectitur vtraq;
5 iura ſcilicet actiua, & paſſiua, vt com. fatetur Ri
pa in rub. ff. ſol. matr. nu. 43. & ante nu. 45. & 47.

Tertiò cum maritus loco emptoris habeatur
6 in dote, ſitque conſtante matrimonio dominus,
etiamſi dos eſſet inæſtimata, l. in rebus, vbi com.
teſtatur Salic. num. 5. C. de iure dotium, l. æſtima
tis. vbi notant omnes, ff. ſol. matrim. & exceptio
7 rei venditæ, quæ opponi poteſt venditori eadem
obijci queat emptori, vt eſt tex. in l. fin. C. de ex-
cept. rei venditæ, hocque caſu exceptio compen-
ſationis rei adhærēs dicitur, l. ſi quis in rem, ff. de
procur. & ſcribit Dinus cap. is qui in ius, nu. 16.
de regulis iuris, in 6. ſequitur, vt Viſtarinus La-
uiniæ ceſſionarius rectè loco vxoris debitor dica
tur Petri Franciſci.

Quartò procurator in rem ſuam conſtitutus
8 rectè obijcit compenſationem ex perſona ſua
creditori ipſius mandantis, quia propter huiuſ-
modi mandatum vtcunque ius tam actiuum,
quam paſſiuum in eo reſidere videtur, l. in rem,
vbi eſt caſus expreſſus, ff. de compenſ. & declarat
glo. in ea. l. eius, C. de compenſat. ergo cum D.
Viſtarinus fuerit ab vxore in inſtrumento dota-
li procurator huiuſmodi factus æquitate compē
ſationis, iuſte vtitur.

Quintò hoc idem comprobatur aduerſariorū
inſtituta actione quatenus Viſtarinus tanquam
& ipſe debitor in iudicio hoc vnà cum vxore cō
uenitur, & bona in dotem data ab eo vindicare
contendit Petrus Franciſcus, vnde fit vt debitor
vel ſaltem debitoris loco ſit.

Quod vero idem Viſtarinus ſit creditor ipſius
Petri Frāciſci ſatis clare patefacit ceſſio facta à
Carolo Vicecomite, quo fit vt cum Viſtarinus
ſit & creditor, & debitor Petri Frāciſci, rectè pro
cedat compenſationis fauorabilis exceptio, vel
9 ſaltem retentionis ius ſit, quę fauorabilior eſt, vt
cenſuit Crauet. conſi. 893. num. 7. rectumq; ideo
iudicium fecerit D. Capitaneus Iuſtitiæ qui hāc
admiſit compenſationem, quatenus autem nega
tur Petrum Franciſcum eſſe debitorem Caroli
Vicecomitis, & ex conſequenti etiam Viſtarini,
quia ſententiæ eum non condemnent, ſed tātum
Lauiniam, dicitur vtiq; contrarium eſſe longe ve
rius. Siquidem pro legatis dantur duæ principa
les actiones vna in perſonam ex teſtamento ma
nans, altera in rem ſcilicet rei vindicatio, vel hy-
pothecaria in bonis ipſius teſtatoris, & etiam in
bonis hęredis, quādo maritus intra triginta dies
10 non ſoluit, vt eſt tex. in l. 1. C. com. de legatis, &
§. ſed olim. inſt. de legatis, fauere enim debemus
quantum poſſumus ſupremæ teſtantium volun-
tati, cum liberum eſſe debeat quod non redit ar-
bitrium, prima actio ſequitur perſonā ſcripti hæ
redis, ſecunda concomitatur, & afficit bonorum
poſſeſſorem, & idcirco cum vtraq; ſentētia dicat
legatum deberi, conſtat proinde optimo iure de-
claratum fore bona teſtatoris obnoxia, & obſtri-
cta eſſe ſolutioni legati, & cum duplex eſſet hęres
vnus directus nempè Lauinia, alter fideicommiſ
ſarius ſcilicet, Petrus Franciſcus, & tempore pri-
mæ ſententiæ Lauinia poſſideret, tēpore vero ſe-
cundæ Petrus Franciſcus, ex Trebelliano natus
fuiſſet bonorū legato obligatorum poſſeſſionē,
merito cum hoc iudicium poſſeſſorē potiſſimum
teneret, diuerſa eſt facta perſonarum denomina-
tio, ſed effectus eſt vnus, & idem re ipſa, & in ſub
ſtātia, nam dictum fuit legatum deberi, & ab hę-
rede præſtandum fore, & quia cōtentio inter hę-
redes directum, & obliquum erat, idcirco vterq;
ad iudicium fuit vocatus, ad hoc vt eadē ſenten-
tia vtrumq; debitè referendo, & quatenus vnus
vel alter eſſet bonorum poſſeſſor, afficeret; nec va
rietas nominis parit differentiam in qualitate ef-
11 fectus, nam ſemper eum tenet hæredem qui bo-
na poſſederit, quo fit vt cum nunc Petrus Fran-
ciſcus poſſideat bona ex quibus legatū debetur,
rectè proinde dicitur debitor Vicecomitis ceden
tis, & Viſtarini ceſſionarij, vt pulchrè ex alijs de-
clarat Simon à Prętis, vidend. omnino tracta. de
interpr. vlt. volunt. lib. 5. dub. 3. fol. 533. nu. 144.
& ſupra, & infra, & cum hæ omnes actiones ſub-
ordinatè intentatę ſint, benigno ēt iudicis officio
12 implorato, & aliàs omni meliori modo, quod mi
rificè laudat, & cōmendat idem Prętus iam exci
tato loco à nu. 134. vſq; ad nu. 138. rectè dicitur
damnatus Petrus Franciſcus tanquā hæres, poſt
quam is eſt hæres, poſtquā is idem bona ex qui-
bus legato ſatisfaciendum eſt, poſſidet, licet etiā
in legatis neceſſarium non ſit petere condemna-
13 ri hæredem, ſed via executiua agendo ſufficiat ſi
fiat ſibi præceptū vt factū eſt à D. Conſulibus de
ſoluendo, vt magis com. dicit idem Prętus relato
loco, nu. 146. facit ad rē optimè, quod notat Ge-
min. in c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. & quod ſcri
bitur in c. literis, eo. tit. & in c. quoniam Abbas,
de officio delegati, vt ſcilicet nomen dignitatis
14 afficiat ſucceſſorē, ſicut & nomen hæredis in vtra
que ſententia expreſſum condēnat ac debitorem
facit eū qui bona poſſederit, & ſic Petrū Franciſ.

Secundo exploratum eſt ſnīam latam contra
15 hæredē grauatum afficere ēt fideicommiſſarium
non citatum, vt magis com. dicit Iaſ. in d. l. filiuſ-
fam. §. diui, nu. 80. in 2. interpretatione. Ripa nu
me. 60. Soc. iun. num. 138. de legat. 1. & quia in
terdum poſtea fideicōmiſſarius appellare poteſt,
idcircò quo magis & ipſe afficiatur, cautius eſt
ſi citetur & ipſe, vt actum eſt in caſu noſtro;

quia tunc etiam quoad eum ſententia in iudica-
tum tranſit, & proinde de eo iudicatur ſicut de
16 principali; præſertim ſi in iudicio aſtiterit, &
cauſam & ipſe tutatus ſit, vt fecit aduerſarius;
quia tunc vtrique nocet; nec is etiam ſi tertius
eſſet, poteſt ſententiarum concordium executio-
nem amplius aut retardare, aut impedire, vt do-
cet Felinus in capitulo, veniens, el ſecondo, nu-
mero 10. de teſtibus. & in capitulo, cum ſuper,
numero 12. & 16. da re iudicat. Decius perbel-
lè conſilio 187. numero 2. Crauetta conſil. 12.
numero 8. Burſatus conſilio 203. libro 2. Dida-
cus practicarum quæſtio. cap. 15. nume. 9. & 18.
& numero 35. & propterea cum Petrus Franci-
ſcus ad ſingulos actus citatus fuerit, & ipſe ap-
pellauerit, nulli dubium eſt, quod ex eis ſentē-
tiis cenſetur condemnatus ad legati ſolutionem,
cum illud deberi pronunciatum ſit, & ab hære-
de, & honorum poſſeſſore ipſius Comitis Vita-
liani præſtandum fore vtique declaratum ſit à
Lauinia, ſcilicet quatenus ea bona, quæ poſſide-
bat ei fuiſſent adiudicata, & ab ipſo Petro Fran-
ciſco quatenus ea adeptus fuiſſet, prout declara-
tione Excellentiſſimi Senatus, & laudo Senato-
ris Trotti conſecutus eſt; vnde ferendum mini-
me videtur, vt opulentæ hæreditatis commoda
adipiſcatur, onera vero agnoſcere minimè ve-
17 lit, aut ſubite detractet, contra omnem natura-
lem æquitatem, vt commemorat Crauetta con-
ſilio 245. numero quarto; cum tamen illius in-
commoda commodorum compenſatione ſint le
nienda.

Tertiò certum eſt hæredem continuatum an
te reſtitutam hæreditatem rectè conueniri poſſe
18 ad legatorum ſolutionem, & quatenus illa ſol-
uit in fideicommiſſi reſtitutione eadem deduce-
re poſſe tanquam æs alienum. l. ante reſtitutam.
vbi Bartolus de ſolutionibus, l. ita tamen, §. qui
ex Trebellian. ff. ad Trebellianum, egregiè Cra-
uetta videndus omnino conſilio 16. nume. 1. &
Simon à Pretis ſæpius adducto tractatu de inter
pretation. vltimarum volunta. libro 3. ſol. 4. fol.
354. numero 14. & 15. cum itaque Lauinia Pe-
tro Franciſco reſtituerit bona fideicommiſſaria,
vnà etiam cum fructibus conſequitur neceſſariò,
vt ipſe ad onus legati teneatur; & quatenus La-
uinia pulſaretur, eandem ſubleuare teneretur,
& cum creditorum Petti Franciſci proueniat ra-
tione fructuum, ex quibus ſolui debebat legatū,
iuſtiſſimè Viſtarinus, & Lauinia eoſdem retine-
re poſſunt pro eadem ſumma.

Rurſus cum bona Aquabellæ fideicommiſſa-
ria reſtituta non ſint, & à Carolo legatario au-
thoritate iudiciaria capta ſint, rectè datur reten
tio Viſtarino legatarij ceſſionario, & ad euitan-
dos inanes circuitus iuſtè attenta memorata cō
penſatione fuerunt adiudicata eadem ipſi Petro
Franciſco à Domino Capitaneo Iuſtitiæ, nec
habet quod conqueratur Petrus Franciſcus cum
nihil compenſet, quòd iuſtè ſoluendum non ſit,
& ad quod teneatur ex duabus ſententiis iam
contra eum, & eius bona executioni miſſis, cum
iam pridem cognitum, & deciſum ſit eas eſſe cō-
19 formes in effectu, & ſubſtantia, quod ſufficit, vt
tradit ex aliis Gabriel libro communium, de exe
cutione rei iudicatæ, concluſione 1. nume. 34. &
illæ eædem cum ipſum Petrum Franciſcum affi
ciant tanquam hæredem fideicommiſſarium, &
bonorum, ex quibus legatum præſtandum eſt
poſſeſſorem, & ſi in prima ſententia expreſſa fuit
Lauinia, id factum fuit, quia tunc ipſa poſſide-
20 bat bona, & eo intuitu, quod tunc eſſet hæres; &
ideò non ſpectata fuit perſona propria, ſed qua-
litas adhærens hæredis, ſcilicet, qui rectè ad ea
conueniebatur, vt tradunt gloſ. & Doctores in
l. prima, §. ſed ſi quadringenta, vbi Iaſ. ff. ad Tre-
bellianum, & quatenus ipſa ſoluiſſet, vel ſoluere
compulſa foret, quid inde commodi perciperet
Petrus Franciſcus cum tanto minus Lauinia ei
reſtituiſſet, vel eam indemnem ſeruare omni-
no deberet ex ſententia Excellentiſſimi Sena-
tus, & laudo Senatoris Trotti; quia fideicommiſ
ſaria bona fuerunt Petro Franciſco adiudicata
non ſimpliciter, ſed deductis de iure deducendis,
inter quæ erat hoc ipſum legati onus; & hoc nul
lam protſus meo iudicio habet difficultatem, ma
gnaque æquitate fulcitur, vt litibus finis impo-
natur, & non fiat per plura, quod per pauciora
fieri poteſt, quod maximè ſpectauit Dominus
Capitaneus dum dixit ex bonis Aquabellæ fi-
deicommiſſarijs, & captis à Vicecomite in cau-
ſam ſui legati eſſe tantam partem relaxandam,
quantum capit creditum, quod habet Petrus
Franciſcus aduerſus ipſum Viſtarinum, & La-
uiniam iugales ex recitato laudo Domini Trot-
ti.

Satiſque id comprehenſum intelligitur, tum
quia ceſſio à Vicecomite facta Viſtarino com-
plectitur omne ius ſuum à memoratis ſententiis
proficiſcens, in quo dum id cōtineatur, quod Pe-
trum Franciſcum afficit, vt ſuperiori articulo fu-
sè comprobauimus, negari certè nequit, quin
etiam facta ſit contra Petrum Franciſcum tam-
quam poſſeſſorem rei, ex qua legatum debetur;
tum etiam, quia adſunt illa verba generalia, ſci-
licet, & contra alios quoſcunque ad id obliga-
tos, in quibus ampliſſimis, & vniuerſalibus ver-
bis, quæ nihil intactum dimittunt, vt ait Crauet
ta conſil. 3. nume. 3. non eſt dubium contineri e-
tiam Petrum Franciſcum, cum is ille ſit, qui hoc
onus ſuſtinere debet, & ſemper ea capienda ſit
interpretatio, quæ actui fauet, & eundem tue-
tur, atque acriter defendit ne pereat, aut fractus
concidat, atq; tandem ruina oppreſſus intereat.

Quare cum legatum debeatur, & ab eo qui-
dem qui bona poſſidet; & is ſit Petrus Franci-
ſcus, vti etiam ab ipſis Dominis Conſulibus Iu
ſtitiæ, & Iudice Galli, appellationis iudice, &
ſententiarum executoribus binis conformibus
præceptis declaratum fuit; & ſic conſtet eum eſ-

ſe

ſe Viſtarini debitorem. Viſtarinus verò tam-
quàm Lauiniæ ceſſionarius ſit debitor Petri Frã
ciſci, conſequitur vt compenſatio, & tanto ma-
gis retentio, & oblata poſtea eorundem bono-
rum Aquabellæ relaxatio pro credito Petri Frã
ciſci rectè à Domino Capitaneo iudicata ſit ad
hoc maximè, vt vnicuique ius ſuum eo minori
litium diſpendio quo fieri pôt tribueretur, quod
cum iuſtum ſit, & æquiſſimum integerrimus Se-
nator promittere debet.

Nec obſtat, quod ſententia Senatoris Trot-
ti remoueat omnes exceptiones tam ex aduerſo
deductas, quam deducendas.

Quia reſpondetur ex illis verbis non propter-
ea excludi compenſationem, quæ venit ex per-
21 ſona alterius, nam ius ſuperueniens etiam poſt
ſententiam opponi poteſt reiecta diſtinctione
Innocentij in capitulo, cum dilectus, de ordine
cognition. qui voluit, vt ſi poſſet deduci via a-
ctionis non valeret opponi, ſecus ſi via exceptio-
nis, vt magis communem dicit Alexander, qui
loquitur in terminis compenſationis, in l. ſi mu-
lier, numero 5. ff. ſoluto matrim. & ideò licet de-
22 poſitum non concedat compenſationem, eam ta
men admittit ex alia pecunia depoſita, vt tradit
Tindarus de compenſ. art. 3. nu. 12.

Præterea tertius non prohibetur de ſuo iure
opponere etiam aduerſus tres ſententias confor-
mes, Felinus in cap. veniens, il ſecondo, de teſti-
bus, Gabriel libro communium, de executione
rei iudicatæ, concluſione .... numero 19. & ſi-
cut tertius, id eſt Carolus Vicecomes poterat
non aduerſantibus illis ſententiis ſui legati ius
conſequi; ita etiam id agere poteſt Viſtarinus,
qui ab illo cauſam habet, cum ceſſionarius vta-
tur iure cedentis, vt communem dicit Deci. in
l. prima, num. 31. ff. ſi certum petatur, & intentet
24 etiam directas nomine cedentis ad eius vtilita-
tem. l. 1. C. de actionibus & obligationibus. Bal.
in l. per diuerſas, C. mandati, communem dicit
Burſatus conſ. 55. nu. 25. vol. 1.

Reſpectu ſecundi capitis Lauinia vti feuda-
tarij Ludouici filia, & hæres ſatis fundatam ha-
bet eius intentionem aduerſus Filiodoram Lu-
douici matrem, & tutricem, quod omnia mobi-
lia deſcripta in illo priori repertorio fuerint ab
ea inuenta in hæreditate Comit. Vittaliani, &
Hannibalis Vicecomitum ex ipſius tutricis con
feſſione ſe referente ad prius illud repertorium,
quod cum certum ſit perinde habetur ac ſi in po
ſteriori ſcriptura de verbo ad verbum ea omnia
nominatim enumerata fuiſſent, ſi quidem rela-
tum eſt in referente cum ſuis qualitatibus, Bar-
tolus in l. aſſe toto, ff. de hæredibus inſtituendis,
l. ait prætor, §. primo. vbi Bartolus, & alij ff. de re
iudicata, & latè comprobat Tiraquellus de le-
gibus connubialibus, gloſſa ſeptima, in verbo,
expreſſ. nume. 182. & 194.

Et quamuis deinde ſubijciat eam exceptio-
nem, & limitationem, demptis, ſcilicet conſum-
ptis, & deficientibus, &c. hoc tamen nihil eſt, ni
ſi tutrix legitimè probet, quæ iuſtè conſumpta
ſint, & deficiant.

Primò, quia præcedens eius generalis confeſ-
ſio in modum regulæ emiſſa eam indefinitè ad
omnia contenta in ſcriptura, ad quam ſe refert,
obligat, indeque ſatis probata dicitur hæredis a-
ctio; nam nulla eſt melior probatio propria con
26 feſſione, quæ etiam extraiudicialis debitum pro
bat, licet ex ea non inducatur obligatio. gloſſa,
& Doctores in l. Publia Mæuia, §. finali, ff. depo
ſiti. l. prima, ff. de confeſſis, Guido Papæ deciſio.
272. numero 2. & maximè cum ſit iurata, & fa-
cta in publico inſtrumento, & à parte accepta-
27 ta, cap. ſecundo, de confeſſis, Bartolus, & alij in l.
ſed iam neceſſe, C. de donationibus ante nupti.
Pariſ. conſilio 103. numero 10. volumi. 3. & in
terminis quando tuto aliquid confeſſus eſt in re-
pertorio, vt nihil aliud inſpiciendum ſit; etiam
28 ſi ſua ipſius bona inſcripſiſſet in repertorio, eſt
textus in l. vltima, C. arbitrium tutelæ, & hoc re-
ſpectu mobilium indubitatum eſt; nam ex ſolo
29 inuentario ſic confecto contra eum agitur, vt ex
aliis probat videndus Menochius de præſumpt.
libro 6. præſumptio. 97. numero 2. & 5. & Ma-
ſcardus de probationibus, in verbo, inuẽtarium,
concluſione 939. num. 2. Borgninus tractatu de
30 tutore, nume. 66. & ſi ipſe tutor aſſerat aliqua
conſumpta fuiſſe, aut aliter deficere tenetur id le
gitimè probare, vt ſentit Maſcardus relata con-
cluſione, nume. 8. quia ex eo, quod confeſſus eſt
ea inueniſſe in hæreditate, cenſetur ſe obligaſ-
31 ſe ad reddendam de eis bonam rationem, vt no-
tat Bartolus in l. tutor, qui repertorium, nu. 13.
& 14. ff. de adminiſtr. tuto.

Secundò, qui habet regulam pro ſe, adeo di-
citur fundatam habere eius intentionem, vt ex-
32 cipiẽti imponatur omnino probationis onus, vt
affirmat idem Maſcardus in verbo, regulam, cõ-
cluſione 1267. per totam; tutrix igitur quæ ad-
uerſus confeſſionem à ſe emiſſam per modum re
gulæ dicit hæc dempta fuiſſe, & conſumpta de-
bet ſuæ exceptionis aſſertionem probare, vt cõ-
probat idem Maſcardus concluſ. 686. in verbo,
exceptio, vbi eſt fundamentum.

Tertiò, tutor præſumitur ſcire omnes pupil-
laris patrimonij qualitates, & tenetur ita cla-
rè, & diſtinctè in repertorio omnia conſcribe-
33 re, vt facilè conueniri, & cogi ad reddendam ra
tionem abſque alia probatione poſſit, & ſi ob-
ſcurè, aut confusè deſcribat, vel aliter pertur-
batè perperam, atque peruersè repertorium cõfi
ciat, dicitur in dolo, & perinde tenetur ac ſi reper
torium cõfectum non fuiſſet, in litemq; iuratur,
quia paria ſunt nõ eſſe, vel non apparere, vel ali
quid nõ fieri; aut minus legitimè, perpetuumq;
hoc non ſit gaudium; nam ſi quã voluptatem ac
cepit in fraudanda deſcriptione, eam omnẽ cũ
dedecore amittit in reddenda ratione, & in reſar
cienda illata iactura, detecto tecto dolo; & pro-

pterea ſatius eſt, vt omnia ex bona fide agat,
hancque laudem relinquat, vt ſcilicet vixerit
dum vixit benè, nam tutelæ iudicium infamiæ
notam inurit, vt docet Bartolus in eadem l. tu-
tor qui repertorium, nume. 20. ff. de adminiſtra-
tio. tutorum. Plotus omnino videndus in repeti.
l. ſi quando, C. vnde vi, nume. 237. vſque ad nu-
merum 243. magnam enim coniecturam doli fa
cimus contra eum, qui rationes edit perturba-
tas, confuſas, & adeo inordinatas, vt vix veritas
rei geſtæ obſcuritatis latebris obruta poſſit lon-
34 ga etiam cura, & aſſidua cogitatione erui, & pro
pterea contra eum rectè in litem iurari poteſt,
vt ſcribit Plotus in l. ſi quando, numero 218. &
219. C. vnde vi, odit namque lucem, qui malè
agit; qui autem à conſcientiæ ſuſpicione abeſt,
Soli, Lunæ, reliquiſque ſyderibus eius actiones,
& benè ordinatos rationum libros exponere non
dubitat, quid ſibi vult illa confuſa librorum, &
ſcripturarum moles, & ſæpe geminata, atque du
plicata ſumma, vel etiam ſæpius eiuſdemmet
rei ſemper ad ſuam ipſius vtilitatem iterata ra-
tio, quid illæ omiſſiones, quid fuit iſthic antea
ſcriptum, quod mendum propè ad falſitatem ac
cedens iſta litura correxit, quid abraſum, vel di-
gito delatum, ne lituris coargui poſſet, argu-
menta ſanè & indicia hæc ſunt ſceleris, vel frau-
dis, vt decidit Rota Genuenſis deciſione 173.
numero 12. & 13. & quatenus negotiorum ge-
ſtor à domino conuictus, ac iudicio veritatis co-
actus erubeſcit, quid reſpondeat neſciens, aut
accipit hanc plagam tacitus, vel hæc vitia erro-
ris excuſatione balbutiens defendere conatur;
non accipitur excuſatio, nec eius cauſa propter
errorum, ſeu magis fraudum, & ſcelerum fre-
quentiam eius fides merito in perfidiæ ſuſpicio-
nem vocatur, & dominus tot ſuſpicionibus exul
ceratus affinem culpæ eum iudicat, nec ei am-
plius fidem habere vult, immo adhibitis peritis
multa inſumpta opera ſingula quæque à capite,
quam diligentiſſimè videre, ſcrutari, & quære-
re incipit, & inita, ſubductaque ſæpius ratione
omnia minutatim ad nouos calculos reducit, &
acuratiſſimè ita meditatur, vt facilè abdita, &
recondita, & occulta quæque licet circumfuſa
craſſis tenebris tandem in lucem proferantur, &
fraudatoris, & inficiatoris impudentia, quam
latebris obſcuritatis clauſam eſſe putabat, im-
prouiſo aperta, lucida, & perſpicua detegatur,
& pateſiat, & quaſi totius huius ſceleris fons re-
pentè præter ſuam ipſius opinionem aperiatur;
vnde fit, vt hæc non humano errore, ſed potius
fallacia negotiorum geſtoris, vt inde aliquid au
ferret ſimulata fuiſſe pro comperto habeatur,
quare ad hanc effugiendam iacturam, quam ſæ-
pe à noſtrorum negotiorum geſtorum verſutia
accipimus, curandum eſt, vt in diario, ſeu ephe-
meride, quem librum vulgares, il giornale, vo-
cant, dietim fideliter omnia deſcribantur; nam
cum is liber ſit baſis, & fundamentum totius
rei, & protocollum, ex quo formatur liber ma-
giſtralis, vt inquit Rota Genuenſis deciſione
centeſima ſeptuageſima tertia, numero ſexto, ab
eo velut à veritatis fonte facile petemus, & ex-
piſcabimur veras rerum origines, & cauſas, &
cum memoria ſæpe vacillet, & labatur, ratio-
nes ab his ſæpiſſimè accipere, & cum illis puta-
re, & contrahere, valde meo iudicio opportu-
num erit, ad hunc depellendum morbum appri-
mè ſalutare remedium, cum vulgo iactetur ſæ-
pe confectam rationem eſſe optimum longæ, &
ſtabilis amicitiæ robur, & firmamentum, ſed
de hoc ipſo lapſu agens, ne labar longius ad pro
poſitum reuertar, inquitque quatenus tutor ex-
cipit aliqua ex his, quæ in repertorio deſcripta
ſunt deficere; aut fuiſſe conſumpta debere, id
perfectè, & plenè omnino probare, vt tradit i-
dem Borgninus ex citato tractatu de tutore, à
numero quinquageſimo octauo, vſque ad nume
35 rum ſexageſimum primum; vnde alterum de
duobus ſcopulis non poteſt tutricis hæres effuge
re, aut vt legitime doceat, quæ deficiant, aut
conſumpta ſint; aut vt in litem iurari poſſit pro
eo, quod clarè, & diſtinctè, ac dilucidè inuen-
tarium non confecerit; & de hoc videtur ſine du
bitatione recipiendum, cum tutrix optimam ha
buerit notitiam prioris illius repertorij, in quo
erant adſcripta illa omnia mobilia, quo caſu ſi
illa non deſcripſit, vt debuit, clarè nempe, & di-
36 ſtinctè, ac diſcretè, non ſecus ac ſi deſcripta fo-
rent, tenetur niſi doceat, quæ neceſſariò diſtra-
cta ſint, vt ait Crauetta conſilio 668. numero
quarto. verſiculo, immo enim: idque iurare de-
buerat cum omnium ſciens conuincatur ex eius
confeſſione, & ſi bona fide actum fuiſſet, debe-
bat exprimere, vel ſaltem nunc docere, quæ ſu-
pereſſent, vel quæ ſingula conſumpta forent in
pupilli vtilitatem, vt eleganter ſcribit Crauetta
conſilio ducenteſimo vigeſimo ſexto, ſub nume-
ro 8. & conſilio 931. numero decimo. & proba-
ta hac tutricis ſcientia vnde eius exoritur cul-
pa, tenetur ipſa eadem probare, quæ conſum-
pta ſint, aut deficiant ab ipſo priori inuentario,
37 cum aliàs conſumptio ſit quid facti, quæ non
præſumitur niſi probetur. gloſſ. in l. creditor, §.
ſi inter, in verbo, negetur, ff. mandati. Baldus in
l. ex perſona, numero 3. & 6. C. de probationib.
accedat confeſſionem cum qualitate emiſſam
poſſe ſcindi, atque diuidi quoties contra confi-
tentem viget præſumptio aliqua, vt docet Bar-
tolus in l. Aurelius, §. idem quæſiuit, numero 1.
& 2. ff. de liberat. legata, & magis communem
dicit Clarus §. finali, quæſtione quinquageſima
quinta, verſiculo, fortè poſſet; vnde cum hæc
tutrix habeat contra ſe iuris præſumptionem,
ex quo clarè, & ſpeciatim, vt debebat, non ex-
preſſit, quę, & quanta conſumpta fuiſſent ex his
mobilibus, quæ deſcripta erãt in illo repertorio,
& quę inueniſſe in hęreditate falſa eſt, ſtandum
erit eius confeſſioni quatenus dicitur inueniſſe,

ſed

ſed quatenus adiungit defeciſſe nõ ſtabitur, niſi
id clarè probet cum ſit confuſa adiectio, quę non
prodeſt, vt ait Crauetta conſilio 668. nume. 4.
verſic. immo enim.

Sed omnis tollitur ambiguitas, quod pertinet
ad hanc compenſationem, de qua nos agimus,
nempe vt cum tutrix fateatur pro parte habuiſ-
ſe iocalia, conſequitur vt illa pars ſaltem alio
non docto iuris interpretatione intelligatur di-
midia, vt eſt textus in l. nomen, §. portionis no-
men, vbi doctiſſimus Alciatus noſter ff. de ver-
borum ſignification. & l. etiam, ff. de vſufructu, l.
de ætate, §. qui interrogatus, ff. de interrogatoriis
actionibus, l. ſi in rem aliquis, ff. de rei vendicat.
l. planè, §. fin. de legat. primo, Bart. in l. 2. C. quan
do, & quibus quarta pars, lib. 10. Socinus conſil.
215. nume. 4. parte ſe... Felinus in cap. paſtora-
lis, numero 8. de officio delegati, & hoc præſer-
tim concędendum eſt cum partis mentio ſimpli-
citer facta ſit, & non ſit adiecta aliqua dictio di-
minuens, vt puta aliqua pars, vt declarat gloſ-
ſa in clementina priua, in principio, de foro
compenti, in verbo, aut earum parte, latiſſimè
Tiraquellus in repetione, l. ſi vnquam, C. de re-
uocand. donatio. in verbo, omnia, & verbo, par-
tem aliquam, qui refert etiam complures tenen
tes etiam hoc caſu alicuius partis appellatione
dimidiam contineri.

Quare niſi pars aduerſa doceat quid & quan-
tum conſumptum ſit, ſatis firma manebit hæc
iuſta compenſationis exceptio, poſtquàm con-
ſtat omnia deſcripta in illo repertorio inuenta
fuiſſe in hæreditate, & ſaltem pro parte ad ma-
nus tutricis perueniſſe.

Nec aduerſarium iuuare poteſt ea aſſertio, vt
ſcilicet illa iocalia tunc repoſita fuerint ex ordi-
ne Excellentiſſimi Senatus penes Capitaneum
Iuſtitiæ, quia immo ex ipſo repertorio, & in-
ſtrumento apparet non iocalia, ſed tantum cla-
ues arculæ, ſeu capſulæ, in qua iocalia aſſerua-
bantur, dimiſſas fuiſſe Capitaneo, & cum po-
ſtea illæ eædem tutrici reſtitutæ fuerint, quia di-
cit habuiſſe iocalia, quæ non potuiſſet habere
ſine clauibus eidem datis ex ordine Excellentiſ-
ſimi Senatus, & capſulæ ſemper fuerint penes
ipſam tutricem, ſit neceſſario, vt ea omnia ad
eius manus peruenerint, & quatenus addit de-
feciſſe non ſtabitur, niſi id probet, cum ſit con-
40 fuſa (vt iam præmonui) adiectio, & in genere,
quæ tanquam obſcura eam non ſubleuat, vt
iam in ſimili puncto conſuluit Romanus conſi-
lio 311. numero 4. & eius confeſſioni ſtatur con
tra ſe, ſed non contra alium. Baldus conſil. 98.
numero 6. libro primo, & cum non præcederet
aliquis titulus, puta venditionis, traditio cla-
uium facta domino Capitaneo, probat ſolum
quandam cuſtodiam, vt docet Iaſon in l. 1. §. ſi
iuſſerim, num. 16. ff. de acquiren. poſſeſ. Barto. in
l. cum pater, §. pater pluribus, ff. de legat. ſecun-
41 do., & cum clauium traditio ab ipſo Capitaneo
poſtea facta fuerit ipſi tutrici ita poſtulanti; &
penes eam capſas ipſas ſemper retinuerit, cen-
ſentur omnia in eis deſcripta ad manus ſuas per
ueniſſe, cum ſemper apud eam, vt ſæpius dixi,
fuerint ipſæ capſulæ reconditæ in aliis maiori-
bus capſis, ita vt & ipſa ad cuſtodiam tenere-
tur, nec abſque eius voluntate potuerint inde
aliqua ab eis extrahi, & ſi adhuc inſiſtatur ali-
qua conſumpta fuiſſe, vel defeciſſe tenetur ſpe-
ciatim, & non confuſè, vt fecit probare quid,
& quantum, & in quam cauſam, & quæ ſit le-
gitima, ſiquidem conſumptio eſt quid facti,
quæ non præſumitur niſi probetur ab eo, qui in
ea ſuæ exceptionis fundamentum facit, ex tradi-
ditione excitatæ gloſ. communi conſenſu rece-
ptæ, in l. ſi creditor, §. ſi inter, in verbo, negetur,
ff. mandati; & confirmatur ex communi illa con
42 cluſione, vt allegans amiſſionem teneatur eam
probare, maximè cum ex neceſſitate officij tenea-
tur cuſtodiam adhibere. l. ſi quis ex argentariis,
§. an vero, ff. de edendo, commu. dicit Corneus.
conſil. 318. num. 5. lib. 4.

Non officit etiam vt pendente iudicio ſuper
redditione rationis non poſſit interim agi ad ea,
quæ in repertorio ſcripta ſunt, quia præter quã
quòd magis communis ſtat ex contrario, vt de-
cidit Surdus deciſione 184. dicitur pendentiam
litis non obſtare in executiuis, quia poſſunt plu-
43 ra remedia cumulari, & in vnum coaceruari.
Bartolus in l. conſentaneum, C. quomodo, &
quando iudex. Iaſ. conſil. 28. num. 2. volu. 1. vbi
vide. Gabriel lib. commun. tit. de iudic. concluſ.
44 2. num. 33. nec electa vna via executiua, cenſe-
tur altera excluſa, quando tendunt, & diriguntur
ad idem conſequendum, Idem Gabriel titulo de
actionibus, concluſ. 4. nume. 9. & quando adſunt
ſalutares clauſulæ citra præiudicium iurium ſuo
rum, & alia via agendi, nume. 18. & 19. penden-
45 tiaque litis nõ poteſt opponi in executiuis, Lan-
cellottus de attentatis lite pendente. 11. parte,
4. cap. limit. 2. nume. 76. & limita. 28. vbi ait id
maximè concedi quando eſt introducta ſuper
pluribus rebus, quarum aliquæ ab initio ſint li-
46 quidæ, quoniam poteſt pro liquidis fieri execu-
tio remanentibus ſub iudice illiquidis, & quan-
do, vbi per modum exceptionis aliquid dedu-
47 citur, limit. 30. numero 6. nam ſi fuerit excep-
tum in vno iudicio; & etiam iudicatum poteſt
agi in alio principaliter. Bartol. in l. qui Romæ,
§. duo fratres, in 5. oppoſitione. ff. de verborum
obligationibus, Alba conſilio 672. num. 2. Cra-
uetta conſil. 657. nume. 2. & 21. vbi loquitur in
exceptione, & ideo compenſationem excipiens,
etiam ſi ſuccumbat, non prohibetur principali-
48 ter agere via actionis, vt inquit Baldus in mar-
garita, in verbo, exceptio compenſat. Barto. in l.
qui Romæ, §. duo fratres, & in l. 1. C. quan. pro-
uoc. non eſt neceſ. atq; ita cum hęc pendentis li-
tis agitatio ſuper reddenda ratione nõ impediat
reſtitutionem deſcriptorum in repertorio, diu-

tius ego ipſe iam ſcribēdo defeſſus in hac re proſequenda non pēdeo, nihilque eſt, quod tu idem in hac ipſa re tam perſpicua amplius animi pendeas, cum cauſam ipſam vnciatim ex veritate pependerimus.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO COM. PYRRO & Carolo Vicecomitibus.

ARGVMENTA.

Teſtator decedentibus filijs inſtitutis, vel aliquo eorum ſine filijs legitimè natis, ſi ſuperuiuentes, & eorū deſcendentes de legitimo matrimonio, & linea maſculina procreatos & procreandos ſubſtituerit in ſtirpes & non in capita, & hoc quoniam voluerit bona ſua tranſire ad deſcendentes ſuos, & in familia ſua remanere, an inductum cenſeatur inter deſcendentes maſculos fideicommiſſum perpetuum & abſolutum, mutuum, & ſeu reciprocum excluſis ipſis fœminis.

Bonis emphyteuticis maxime eccleſiaſticis, an & quando fideicommiſſi onus impoſitum intelligatur, multaq;, & complura de interpretationibus, & coniecturis vltimarum voluntatum acutè, & eleganter explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Teſtamenti pars vna alterom declarat.*
2 *Deſcendentes tam procreati, quam procreandi ſi poſiti ſint in conditione vocoti cenſentur.*
3 *Vocatio facilius inducitur etiā ex leuibus coniecturis in deſcendentib. teſtatoris, quā in extraneis.*
4 *Filij de legitimo matrimonio ſi in conditione ponantur, vocati cenſentur.*
5 *Filij maſculi ſi in conditione ponantur, relicta filiabus dote, vocati cenſentur.*
6 *Vocatio inducitur filijs in conditione poſitis, ſi teſtator habuit reſpectum magis od ſtirpes, quom ad capita.*
7 *Teſtator ſi od plures gradus ſubſtitutionum trāſit, eo magis eorum vocotio inducitur.*
8 *Trebellianica detractio vocationem affert poſitorum in conditione.*
9 *Prohibitio alienationis facit, vt etiam poſiti in conditione cenſeantur vocati.*
10 *Agnationis conſeruationem vbi teſtator reſpexerit facilius vocatio & fideicommiſſum inducitur.*
11 *Geminata verba vocationem magis patefaciunt, & demonſtrant.*
12 *In conditione poſiti vocati cenſentur ex legatis perpetuis ipſis hæredibus impoſitis.*
13 *In deſcendentibus teſtatoris vna tantum ſufficit coniectura ad vocationem inducendam, & tanto magis id præſtant plures.*
14 *Alienationis, prohibitio per ſe valida, ſi adiunctā habeat rationem, quia velit teſtator bona in familia remanere, perpetuum, & abſolutum inducit fideicommiſſum, etiam in caſu mortis, ex receptiſſima omnium ſententia.*
15 *Confeſſio hæredis optimè fideicommiſſum probat, quàm eius ſucceſſor impugnare nequit.*
16 *Hæres non poteſt improbare factum defuncti, & res contra defunctum iudicata eundem afficit.*
17 *Fideicommiſſum probat obſeruantia ſubſecuta.*
18 *Fideicommiſſi quæſtio ſi fuerit deciſa ius facit inter partes, & earum deſcendentes, etiamſi aliud corpus petatur.*
19 *Fideicommiſſo grauatis filijs an onerati intelligantur ipſi nepotes, & pronepotes.*
20 *Ex fideicommiſſo filijs iniuncto grauati non intelliguntur nepotes, niſi contraria appareat teſtatoris mens.*
21 *Fideicōmiſſū nutu inducitur & cōiecturis ꝓbatur.*
22 *Subſtitutio mutua & reciproca inducitur, quando teſtator vult, quod bona tranſeant ad deſcendētes, & habuit rationem conſeruandæ agnationis, & facta ſit vltimo morienti.*
23 *Fideicommiſſum dicitur fauorabile, quando eſt factum pro conſeruatione agnationis.*
24 *Familiæ finis eſt ipſa fœmina, & familiam viri ſequitur.*
25 *Fideicommiſſum eo facilius fauore agnationis inducitur ſi teſtator ſit maſculus, & ſubſtituti ſint maſculi, atq; ſi ſuas ipſius filias excluſerit.*
26 *Maſculina qualitas ſi ſæpius repetita ſit eo magis maſculorum vocationem affert.*
27 *Filia an dicatur de linea.*
28 *Linea quomodo conſideretur.*
29 *Dictio dictus, & dictio, vt ſupra, præcedentia referunt.*
30 *Fœminæ eo magis excludūtur, ſi adſint maſculi in quibus teſtatoris deſiderium cōprobari poſſit.*
31 *In familia, vt bona remanerent, ſi teſtator dixit, cenſetur agnationi proſpicere voluiſſe.*
32 *Maſculina qualitas agnationis conſeruationem affert.*
33 *Teſtator ſi de aliquo caſu interrogatus idem reſpōdiſſet, pro expreſſo is habetur.*
34 *Fideicommiſſum inducitur ex qualitate illuſtriū bonorum.*
35 *Hoſpitalitas valdè commendatur.*
36 *Emphyteuſis eccleſiaſtica, recepta pro ſe, hæredibus & ſucceſſorib. an ad extraneos tranſeat, ſi adhibita ſint ſolēnitates in alienationib. deſiderata.*
37 *Emphyteuſis ſi ad extraneos tranſire poſſit, dicitur hæreditaria, & in fideicommiſſo continetur.*
38 *Emphyteuſis eccleſiaſtica in fideicommiſſo continetur, in quo vocentur comprehenſi in inueſtitura.*

39 Emphy-

39 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi fuerit fideicommiſſo aff ςta, non poteſt illud impugnari ab harede fideicommittentis.*

40 *Fideicommiſſum vniuerſale comprehendit bona emphyteutica, & an ſufficiat quod fideicommiſſary ſint haredes primi inueſtiti, vel aliorum ad hoc ne fideicommiſſum impugnent.*

41 *Inuentary confectio liberat reſpectu bonorum qua ſunt haredis, non autem ratione eorum, qua hareditaria ſunt.*

42 *Emphyteuſis ſi recepta ſit pro haredibus, & ſucceſſoribus etiamſi ad deſcendentes ſanguinis debeat reſtringi, tamen ad eam nemo venire poteſt, niſi qui ſit hares.*

43 *Fideicommiſſi coniectura inducitur ex qualitate bonorum inſignium.*

44 *Inſtitutio vniuerſalibus verbis facta ſcilicet, In omnibus autem meis bonis, &c. comprehendit etiam emphyteutica bona.*

45 *Dictio, quacunque, tanquam vniuerſalis omnia continet, & nihil excipit.*

46 *Geminata dictiones vniuerſales magis includũt.*

47 *Bona emphyteutica in fideicommiſſo comprehenſa intelliguntur ſi teſtator voluerit bona ſua tranſire integrè ad ſuos deſcendentes, & Trebellianicam prohibuerit.*

48 *Dictio, quicunque, magnam habet vim ad omnia complectenda.*

49 *Fideicõmiſſum probatur ex petitione facta à grauato & ab obſeruantia ſubſecuta.*

30 *Res iudicata inter aliquos ratione vnius corporis bonorum fideicommiſſariorum paris exceptionem rei iudicata reſpectu aliorum bonorum inter eaſdem perſonas.*

51 *Emphyteuſis permutanda ius rectè ſubijcitur fideicommiſſo.*

52 *Sterilia bona data in emphyteuſim facilius ad extraneos tranſeunt, & fideicommiſſo onerari poſſunt.*

53 *Emphyteuticum ius conſolidatum, facilius in fideicommiſſo continetur.*

54 *Emphyteutica bona fideicommiſſo obſtringi poſſunt à primo acquirente.*

CONSILIVM CCX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EX Propoſita facti ſpecie tria quæſtionum capita naſcuntur, quę tadẽti mucrone iuſtitiæ, in quo veritas eſt ſcripta, citò abſcindemus, quarum

Prima illa eſt, an fideicommiſſum ſubſit inter deſcendẽtes maſculos, & legitimè natos Ioannis Mariæ Vicecomitis ſenioris, ita vt Com. Pyrrus, & Carolus Vicecomites vti ab eo legitimè deſcendentes vocati dicantur.

Secunda, an Orizanda filia Frederici vtique deſcendentis ab eodem Ioanne Maria excludatur ab eiſdem Comitibus Pyrro, & Carolo deſcendentibus maſculis.

Tertia, an huiuſmodi fideicommiſſum comprehendat ea bona Fontaneti, quę ſubiecta ſunt emphyteuſi eccleſiaſticæ.

Ad primam, ſecundum ea, quæ proponuntur
reſpondeo, nedum tacitam, ſed etiam expreſſam
adeſſe deſcendentium maſculorum vocationem;
expreſſa enim ſatis colligitur dum teſtator propalam
vocauit non ſolum ſuperuiuentes filios,
quos inſtituerat, ſed eorum deſcendentes tam
procreatos, quàm procreandos; vna enim pars
1 alteram declarat. l. 1. ff. de rebus dubijs. ita in his
terminis conſuluit Gozadinus conſilio 64. num.
2 11. Gabriel lib. commun. titu. de fideicommiſſis,
concluſ. 4. num. 36. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 76. num. 56.

Tacita autem multifariam, multiſque modis ita clara, & perſpicua eſt, vt nullum ferè ſit teſtamenti verbum, quod in id quaſi ſonus in fidibus teſtudine reſonetur.

Primò enim verſamur in deſcendentibus teſtatoris,
quo caſu ex omnium ſententia facilius
inducitur vocatio etiam ex leuibus coniecturis
propter commune parentum votum, & deſiderium,
quo æſtuant vt bona ſua, fructuſque laborum
ſuorum ad ſuos poſteros maſculos perue-
3 niant, vt probat Cardin. Mantica de coniect. vlt.
volunt. lib. 11. tit. 3. ſub num. 1. verſ. vnde etiam.
Ruſticus tract. an & quando liberi, lib. 2. cap. 1.
num. 11. & 31. fol. 35.

Secundò, quia in conditione poſuit filios de
legitimo matrimonio, quæ coniectura dicitur
potentiſſima, cum proinde natalibus reſtituti,
4 ſeu legitimati, excludantur; vt tradunt vno ore
omnes interpretes. Simon de Prętis tract. de interpret.
vlt. vol. lib. 3. fol. 3. nu. 11. fol. 302. Mantica
vbi ſupra, nu. 7. Ruſt. li. 3. cap. 3. nu. 1. fol. 53.
& probaui ego conſ. 17. nu. 16. verſ. præterea.

Tertiò, quia nõ ſemel, ſed ſæpius maſculinam
qualitatem adiecit, & etiam ſuas ipſius filias ex-
5 cluſit, relicta eis tantum condecenti dote, vt probant
idem Ruſt. lib. 2. c. 2. nu. 1. fol. 36. & c. 4. fol.
43. & Menoc. præſump. 76. lib. 4. nu. 31. & 32.

Quartò, quia teſtator habuit reſpectũ & oculos
conieciti in ſtirpes, & non in capita. Ruſt. li. 5.
c. 6. nu. 8. fol. 77. Menoch. ea præſum. 76. nu. 74.
6 qui in fi. ait expreſſam afferri vocationẽ quoties,
vt in caſu noſtro adiectum ſit verbũ, deſcendens.

Quintò, quia digreſſus eſt teſtator ad plures
ſubſtitutionũ gradus, & dinumerationes diſponendo,
vt bona ad ſuos deſcendentes tranſire deberent,
idem Ruſt. lib. 3. c. 1. fol. 49. Menoc. præ-
7 ſum. 76. nu. 53. imo cum apertè deſcendentes vocauerit,
vt ſuprà, ſcilicet, maſculos, & legitimè natos,
verbis indefinitis inducta cenſetur manifeſta
& expreſſa vocatio, idem Menoch. qui multa in
hanc rem affert præſumpt. 68. & 69. lib. 4.

Sextò, quia prohibuit detrahi Trebellianicam,

cam, vt magis integrè bona ad ſuos deſcendẽtes peruenirent, Ruſt.lib.4.cap.3.num.11.fol.70.& lib.5.cap.6.nu.21.fol.78.Menoch.ea præſump. 76.num.80.lib.4.

Septimò,ex ſtrictiſſima alienationis prohibitione adiecta, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate omnibus dictis filijs ſuis; quæ verba relatiua inducunt,nedum filios primi gradus,ſed alios deinceps deſcendentes, de quibus omnibus
9 ſuperius mentionem fecerat,& id maximè dicendum eſt, cum hæc prohibitio adiunctam habeat eam rationem agnationi fauẽtem,vt ſcilicet bona in familia remaneant,vt probat Ruſt.libr.3. cap.5. fol.55. hæcque vt properans & apud doctum iudicem,& ſi non benè doctus ipſe percurro, vt iam ad alia maiora mentis indicia veniã.

Octauò itaque, quia conſtat teſtatorem voluiſſe bona conſeruari in agnatione, & familia, dum expreſsè voluit quæcunque bona ſua tranſire ad deſcendentes ſuos, & in familia remanere, ne diuitiarum inopia illuſtria clauſtra antiquiſſimæ nobilitatis frangerentur; imò quamuis inter ipſos filios hæredes inſtitutos, & eorum de
10 ſcendentes permiſiſſe videatur alienationem, voluit tamen vt ſemper alienatio fieret in ipſos vt ſuprà,& prout ſuprà;ita vt ille in quem fieret alienatio,teneretur alienare illi de familia,quo, meo iudicio nullum ſanè certius, & firmius poteſt conſeruandæ agnationis teſtimonium afferri,& argumentum proferri, & id maximè dicendum eſt cum adſint verba geminata, & iterum, atque iterum duplicata, & irritam facientia om
11 nem alienationem, Ruſt.eo.cap.5. fol.55. nu.4. & 5.Menoch. ea præſumpt. 76. num.70. & addita ſit ſalutaris illa clauſula, omni meliori modo, vt meminit idem Ruſticus lib.5.cap.6. nu
12 me.12.& 23.& quia & ipſi hęredes onerati fuere pluribus legatis perpetuis, quod ſuffragatur ad vocationem hanc inducendam, Menoch.ea. præſumpt,76.num.71.& 72.

Sed ſi in deſcendentibus teſtatoris vna tantum ſufficit etiam leuis coniectura ad vocationem inducendam, vt commemorat Ruſt.lib.3.
13 cap,1.num,10. & 11. quid dicemus in iſto caſu, in quo tot, tantarumque coniecturarum cumulus acceſſit, ex quibus id intueri & coniecturare licet; imò potius expreſsæ & manifeſtæ vocationes, vt explicat Ruſticus libro quinto,cap.8. fol.79.

Et ſola illa ratio, quia vult bona ſua ad ſuos deſcendentes tranſire, & in ſua familia remanere, eſt apta ad inducendum perpetuum fideicommiſſum, nedum in caſu alienationis, ſed etiam in caſu mortis, cum alia præcederet diſpoſitio alienationis per ſe valida,ſtabilis, & firma, cum adeſſet perſona ob cuius fauorem, & gratiam facta erat prohibitio alienationis; nam diſpoſuit teſtator,vt bona alienata ſtatim, & ip-
14 ſo iure transferrentur, & tranſlata intelligerentur in alios qui non alienauiſſent, & ſic ſucceſſiuè, & gradatim, vſque ad vltimum, qui non alienauerit; vnde ex receptiſſima omnium ſententia ea ratio perpetuum affert fideicommiſſum, ne inanis, inutilis, atque otioſa ſit tam ſolida, & clara diſpoſitio allata per modum generalis rationis, in qua ineſt vis, & robur mentis teſtatoris,quæ tanquam domina omnia poteſt, tanquàm regina omnia regit, tanquam Imperatrix omnia imperat, & moderatur; & cum id, quod imperatur neceſſarium ſit, quod permittitur voluntarium, ab eius iuſſu recedi nequit, vt affirmant Mantica lib.6.titu.14.numero 24. Pretus ſolut.11. num.3. fol.287. lib.3. Gabriel titu.de fideicommiſſ. concluſ.9. nume.29. Alba conſil.483.& conſil.484. Rota Romana ſecundum vltimam Venetam impreſſionem,deci.51. & deciſio.568.num.5.& deciſio.694. parte prima,& deciſ. 121. parte ſecunda. Borgnin.deciſ. 16. 17.& 18. lib.3.& dixi ego conſil.42.num.1. & infrà pluribus ſequentibus, ſecundum quod fuit iudicatum, & ita hodie crebrius itum eſt in hanc ipſam ſententiam,vti menti teſtatoris, omnique rationi valde conſentaneam.

Additur confeſſio patris reæ conuentæ, quæ manifeſtam facit huius clariſſimi fideicommiſſi probationem, & quam cum ſit hæres impugna-
15 re nequit.l.1. C.de confeſſis, Iaſ.in l.ſi quis à filio,§.ſi quis plures,ff.de legat.1. Ruin.conſ.147. num.8.lib.2. commu. dicit Mantica eo tractatu de coniect.vltimarum volunt. lib.3.tit.1.nu.26. & 28.

Adiunguntur concordes & conformes ſentẽtiæ ſuper eodem negotio latæ à viris Excellentiſſimis,& cum tanta cauſæ cognitione, & copioſa,ac litigioſa diſputatione,quanta maior adhiberi,aut deſiderari poteſt,quæ licet latæ non ſint omnino inter eaſdem perſonas; debent tamen animum cuiuſque recti iudicis in hoc idem iuſtiſſimum iudicium flectere & trahere, poſtquã nihil affertur quare aliter fieri debeat; & prima illa ſententia lata fuit à lectiſſimo olim Senatorè Sigiſmundo Picenardo, & pronunciata inter eaſdem perſonas, poſtquam prolata fuit ad poſtulationem, & inſtantiam patris ipſius Orizan
16 dæ reæ conuentæ; vnde nunc ipſa improbare nequit, quod pater cogitatione, verbo, & opere approbauit, immo poteſt dici patere legem, quam tu ipſe tuleris.l.2.C.quibus res iudicata. l.cum quæritur,ff.de exceptione rei iudicatæ. & nedum ex confeſſione hæredis,ſed etiam ex ob-
17 ſeruantia ſubſecuta optimè fideicommiſſum probatur,vt affirmat Crauet.conſilio 101.nume.3. Pariſius conſil.11. num.38.lib.3. Simon à Pretis videndus de interpret.vltima. volunta.lib.3. ſol.12.ſub nu.19.& 20. fol.296. Alba conſ.74. nu.8.vbi ait, fideicommiſſi quæſtionem ſi fuerit
18 deciſa ius facere inter partes, & earum deſcendentes, etiamſi aliud corpus petatur. l.ſi quis cum totum, §. ſi ancillam, ff. de exceptione rei iudicatæ; & quamuis filiis fideicommiſſo prægrauatis

grauatis, non intelligantur onerati ipſi nepo-
tes, quia onus iniunctum filijs non intelligitur
19 impoſitum ipſis nepotibus & pronepotibus, ex
ſententia Oldradi,euulgato conſil.21.Bartoli,in
l.liberorum, de verbor. ſignific.Dec.conſil.379.
Marzarij,de fidei. quæſt.19. attamẽ id ad quod
ſenſi illico ſuſpicari, limitatur, vt non procedat
quotieſcunque aliquibus coniecturis appareat
contraria mens,l.liberorum, de verbor.ſignifica.
20 ibi niſi voluntas teſtatoris aliter ſe habeat, Cur-
tius iun.conſil.11.num.5.& conſil.111. num.5.
& infra, vbi vide Zanchus in repetitio.l.hæredes
mei,§.cum ita, ad Trebel.num.336.Marzarius,
quæſt.19.Card. Mantica de coniect. vlt.volunt.
lib.8.tit.2.num.20.vt puta,quando fecit mentio
nem de maſculis,& digreſſus eſt ad plures ſubſti-
tutionum gradus,fecitque mentionem de deſcẽ-
dentibus, diſponendo, vt quæcunque eius bona
21 tranſirent ad ſuos deſcendentes, & in familia re-
manerẽt, ratio eſt optima,quia fideicommiſſum
inducitur etiam nutu,l.nutu,ff.de leg.3.& conie-
cturis,quando ſunt probabiles,vt in caſu noſtro,
& ex diſpoſitis eliciũtur;nam affertur nedum ver
bis ſed etiam mente, l.cum proponebatur, l.vnũ
ex familia, de lega.1.l.fideicommiſſa, §.hæc ver
ba,de leg.3.idem Curt.iun. eod.conſil.11.nu.8.
& Mantica,eod.lib.8.tit.1.

Præterea mutua & reciproca fideicommiſſa-
ria ſubſtitutio inducitur, quando teſtator diſpo-
ſuit,quod bona tranſirent ad deſcendentes;Item
22 quando habuit rationem & animum conſeruan-
dæ agnationis, Pariſius conſil.55.num.9.lib.2.
Item ſi facta ſit vltimo morienti, & de tota hære
ditate,&quod ſint à teſtatore honorati,idem Mã
tica latè lib.7. tit.5. & quamuis fideicommiſſum
dicatur onus,atque hoc reſpectu odioſum, l.co-
hæredi, §.cum filiæ, ff.de vulgar.& pupill.tamen
dicitur potius fauorabile,quotieſcunque factum
23 ſit vt hic pro conſeruatione agnationis, Alexan.
conſil.39. num.3.lib.1. idem Marzarius epito.
fideicom.par.2.q.1.ſed hæc hactenus de primo.

Ad ſecundũ rñdeo adeo perſpicuũ eſſe vt ipſa
Orizãda excluſa cenſeatur;vt id probabilem du-
bitationem non habeat,tum quia teſtator voluit
bona in familia remanere, & quatenus ſunt pe-
nes fœminam maximè nuptam non dicuntur in
24 familia,cum ea ſit familiæ ſuæ finis,& familiam
viri ſequatur.Marzarius epi. fideicom.queſ.43.
verſic.ſed in contrarium. Soc.iun.conſil.168.nu.
25 78.&79.vol.2.tum quia teſtator erat maſculus,
& ſubſtituti ſunt maſculi, & proprias filias exclu
ſit. Mantica,lib.11.tit.14. num.14.tum quia ſæ
pius repetijt maſculinam qualitatem dum voca
uit deſcendentes de linea maſculina, & licèt filia
26 dicatur de linea;vel per virilem ſexum deſcende-
re,tamen verius eſt vt non ſit, nam dicitur finis li
neæ,& facit nouam lineam, & non dicitur de li-
nea, & ſicut ſui deſcendentes non comprehendũ
27 tur, ita nec ipſa continetur cum faciat nouum ca
put lineæ, vt ait Caſtren.in l.maritus, in fine, C.
de procurat.Soc.ſen.in l.Gallus, §.nunc de lege,
ff.de lib.& poſth.num.4. & differentia eſt an di-
catur de linea vel per lineam, & an (vt noſtri a-
iunt) defectiuè, vel contentiuè,aut effectiuè con
28 ſideretur ad fideicommiſſi continuationem, vt
commemorant ex alijs idem Pretus lib.3. ſolut.
10.num.5.fol.288.num.39.fol.291.& num.51.
fol.292. Card. Mantica lib.11.tit.14. num.22.
tum quia teſtator adijcit maſculinam qualita-
tem,aut expreſsè,aut per relationem, adiectis di
ctionib.id importãtib.ſcilicet dictis, & vt ſupra;
29 & prout ſupra Dec.cõſ.182.& probaui ego, cõſ.
1.nu.115.tũ quia cõſtat vndiq; teſtatoris mentẽ
fuiſſe conſeruandæ agnationis, quo caſu fortius
fœminæ excluduntur & etiam diſpoſitio,l.volun
tas, C.de fideicommiſſis,exiſtẽtibus maximè ma
ſculis,in quibus teſtatoris deſiderium & volun-
30 tas comprobari poteſt, Mantica lib.8. tit.12.nu.
8.& quod voluerit agnationem conſeruare non
ſolum colligitur ex eo quod maſculinam quali-
tatem toties repetijt, ſed quia clariſſimis monu-
31 mẽtis,& apertis verbis hoc ipſũ teſtatus eſt,qua-
tenus, vt res eſſet multorũ oculis teſtatior, dixit
& iuſſit,quod bona remanerẽt in familia,hoc.n.
proprium eſt,illa communia, vt ſentiunt Socin.
ſen.ea.l. Gallus, §.nunc de lege, ff.de liber.& po-
ſthum.Soc.iun. conſil.168. num.79.lib.2. idem
Pretus lib.3. fol.11. num.3. & infra pluribus ſe-
quent.fol.288.accedat quod teſtator erat maſcu
lus,ſubſtituti erant maſculi, ſuas ipſius filias ex-
cluſit, quia maſculina qualitas quæ agnationis
32 cõſeruationi proſpicit in eis deficiebat, vt tradit
idem Card. Mantica,lib.11.tit.14.num.14.quo
fit vt ſi nominatim de hoc caſu teſtator interro-
33 gatus fuiſſet, vtique idem veriſimili facta conie-
ctura reſpondiſſet. idem Cardin. Mantica,lib.3.
titu.19.num.4. Menoch.de præſumpt. 69.præ-
ſumpt.num.12.lib.4.inquiens id facilius induci
ex inſigni qualitate teſtatoris & illuſtrium bono
34 rum,& palatiorum, quæ præſertim viri illuſtres
cupiunt in familia ſeruari ad eius decus & ſplen-
dorem cuſtodiendum,& ſuſtinendum,& ad egre
gia facinora, & maximè liberalis hoſpitalitatis,
eſt enim hoſpitalitas virtus magna commenda-
tione digna, cum valde decorum ſit patere do-
mos hominum illuſtrium illuſtribus hoſpitibus,
& cum magnificus is dicatur, qui non ſui cauſa
ſumptus facere ſolet,ſed Reipublicæ, merito qui
35 ſplendidè hoſpites recipit magnificus dicitur, cũ
valde patriæ decorum ſit ciuem adeſſe qui hoſpi
taliſſimus ſit,& cuius domus omnibus bonis aper
tiſſima ſit & perhoſpitalis, in primis, Deo,nem-
pè pauperibus Chriſti, in quibus ipſe idem ineſt
dum ait hoſpes eram,& non me collegiſtis,& ite
rum quod vni ex meis minimis feciſtis mihi fe-
ciſtis, & cum ſola charitas ea ſit virtus quæ vin-
cit omnia,& ſine qua nihil valent omnia,& quę
vbicumque fuerit trahit ad ſe omnia, & quæ tan
tum valuit vt Deum de cœlo traheret, & homi-
nem de terra ad cœlum eleuaret, equidem hoſpi
talitas

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

talitas ipſa tanquam opus inſigne charitatis quę
in hoſpitalitate eſt latiſſima magnæ laudi & ma
ximè gloriæ datur, dum dein, etiā optimus quiſ-
que hoſpitio & amicitia coniungitur, & princi-
pes liberaliter & ſplendide, magnificētiſſimo ho-
ſpitio accipiuntur, vnde gratia ſæpe initur, & a-
micitia gignitur, quæ ad publicum priuatumq́;
commodum valde pertinet, cum Reipublicę in-
terſit viros habere magnanimos & generoſos flo
renteſq́; gratia, quales ſunt qui hoſpitijs nobiliſ-
ſimorum virorum dediti dextram beneuoli ho-
ſpites hoſpitibus porrigunt, & tota familia oc-
currunt, peregrinos hoſpitio, aduenaſq́; & he-
roes inuitant, & honorificè in patrios lares intro
ducunt, & hilariter ſuſcipiunt, quæ generoſa vir
tus maximè floruit in maioribus meis, & præ-
ſertim in Ioan. Baptiſta patre meo magni nomi
nis pontificio protophyſico dum in pauperes &
egenos liberales exſtitere, & hoſpitio antiquitus
exceperunt Sigiſmūdum Imperatorem ex Ger-
mania in Italiam venientem, & noſtra ætate prę
clarum illum exercituum Ducem Iacobum me
dicem Marchionem Melegnani, & Pium Quar
tum Pontificem Maximum, eius fratrem, dum
Cardinalis eſſet, Ducemque Sueſanum, & Piſca
riæ Marchionem vicem Regiam gerentes in
Mediolanenſi Prouincia, & alios complures
principales viros, quæ antiqua & recentia veſti-
gia ſecutus, ego quoque Commendatorem ma-
iorem, Aloyſium à Caſtillia Mediolani item gu
bernatorem, & anno 1598. Sereniſſimum Ducē
Sabaudiæ, Mediolanum ad inuiſendam Sereniſ
ſimam Reginam venientem, & anno ſequenti,
Sereniſſimos Archiducem Albertum Auſtrium,
& Infantem Iſabellam, eius coniugem ad Bel-
gas proficiſcentes in ædibus meis, quas habeo in
oppido Variſij ſatis bellè in pulcherrimo oppidi
loco maiorum opera ędificatas, & mea induſtria
egregiè amplificatas, quantum in me fuit hono-
rificentiſſimo accepi hoſpitio, cæteriſq́; optimis
viris, & eaſdem & quam Mediolani habeo ſedē
volui ſemper patere, huncque laudabilem hære
ditarium cuiuſdam virtutis verſum, vt confido
tenebunt liberi mei ad patriæ decus, & ad anti-
quum familiæ ſplendorem cui cum per maſcu-
los maximè conſulatur, nimirum ſi hic teſtator
noſter toties maſculinam qualitatem repetijt, &
hæc iam ſatis ſint de ſecundo.

Et vt iam tertium caput abſoluam, puto em-
phyteuſim de qua agitur in fideicommiſſo hoc
contineri, inſpecta nedum poteſtate, ſed & clara
teſtatoris mente.

Nam cum ſit recepta pro ſe, hæredibus & ſuc
ceſſoribus adhibitis debitis ſolemnitatibus deſi-
deratis ad extraneos tranſire valet, & quamuis
36 ſubeſſe forte poſſet aliqua dubitatio, quando di-
ctum fuiſſet ſimpliciter pro hæredibus, vt tradit
Clarus, §.emphyteuſis, quæſt. 28. verſic. & in ſpe
cie tamen, quando ſimul eſt adiectum verbum
ſuſceptor, ad hoc vt aliquid agat adſitque gemi-
natio; quæ maiorem habet vim, & verbum ſuc-
ceſſor de quolibet ſucceſſore etiam ſingulari prę
dicetur, tunc eo facilius ad extraneos peruenit,
vt in terminis conſuluit Soc. ſen. videndus, con-
ſil. 266. num. 36. & infra lib. 2. doctiſſimus Alci.
noſter, conſil. 18. num. 2. & 3. lib. 4. & in l. hære-
dis appellatione, num. 4. ff. de verbor. ſignific. &
conſil. 1. num. 15. & conſil. 16. num. 3. & conſil.
37 17. lib. 3. ſi igitur ad hæredes etiā extraneos tran
ſire poteſt, dicitur hæreditaria ſimpliciter, & ex
conſequenti de ea iudicatur prout de re (vt no-
ſtri aiunt) allodiali, & in fideicommiſſo rectè cō
tinetur, vt communem renuntiant Pariſ. conſ. 2.
num. 43. & conſil. 3. num. 26. vol. 1. Ripa in l. fi-
liusfamilias, §. diui, num. 91. vbi & Alciat. ff. de
leg. 1. & nemo dubitat, parsq́; aduerſa concedit;
licet neget & minus verè, meo iudicio, ad extra-
neos tranſire poſſe.

Secundo eſto etiam circa veri præiudicium,
38 quod deferri non poſſet ad extraneos, & ex con-
ſequenti eſſet hęreditaria ſecundum quid, vel mi
ſta, adhuc eſſet dicēdum, quod fideicōmiſſum in-
ea imponi potuerit, non vt tranſiret contra natu
ram emphyteuſis ad extraneos, ſed ad aliquas
ſingulares perſonas puta maſculos, ex his qui
eſſent in locatione, ſeu inueſtitura comprehen-
ſi, quia cum tunc id cadat in recipientem vti-
que venire poteſt in fideicommiſſaria diſpoſi-
tione, vt ſingulariter declarant videndi omni-
no Bald. in l. cum virum, in fine, C. de fideicom.
Caſtrenſ. & Alex. poſt Bart. in l. ſi patroni, & l.
ex facto, §. ex facto, vbi Ripa, num. 15. ff. ad Tre
bellia. magis communem dicit idem Alex. conſ.
28. num. 13. lib. 5.

Et res omni prorſus difficultate caret, quan-
do is qui vult fideicommiſſum impugnare eſt hę
res fideicommittentis, cum nequeat venire con-
39 tra factum defuncti, vt in puncto noſtro explicat
videndus Alex. conſil. 19. num. 15. & conſil. 29.
num. 5. & 12. lib. 5. Iaſ. in l. 2. num. 207. C. de iu-
re emphyt. Ruin. conſil. 1. num. 13. & conſi. 154.
num. 4. & 11. Socin. iun. conſil. 72. num. 6. lib. 1.
Curt. iun. in tract. feud. in quarta parte in mate-
ria alien. feudi, quæſt. 30. & in conſilio poſt eum
tractatum impreſſo, & Didac. variarum reſolu-
tionum, lib. 2. c. 18. num. 3. Alba, conſil. 541. nu.
8. Marzarius, epit. fideicom. par. 2. quęſt. 10. Cla
rus, §. emphyteuſis, quæſt. 16. & §. feudum, quæſ.
9. & 40. & 41. & 81. Corbulus de cauſa priuat.
ob alienat. limit. 4. Cardin. Mantica de coniect.
vltim. volunt. lib. 7. tit. 9. Valaſc. de iure emphy.
q. 48. & 49. vbi teſtatur magis communem eſſe
40 opinionem, vt fideicommiſſum vniuerſale quale
eſt hoc noſtrum comprehendat bona emphy-
teutica, maximè ſi illa conſequi non valeant de-
ſcendentes, niſi ſint hæredes: & quamuis dubita-
ri poſſet an ſufficeret, quod eſſent hæredes primi;
tamē in filijs debent eſſe hæredes omnium, quia
illi non poſſunt eſſe heredes primi, niſi media per
ſona ſecundi, vt conſuluit doctiſſimus Alcia. no-
ſter,

ter conſil.21.lib.3. Clarus de feudis, quæſtio.9.
Verum in caſu noſtro ſunt hæredes primi ex per
ſona ſecundi, cum ſit confuſum patrimonium,
Curt.iun. conſil.138. num.24. Alciat. conſil.1.
num.27.lib.3.nec confectio repertorij liberat re
41 ſpectu bonorum ſuorum,ſecus ratione eorũ,quę
hæreditaria ſunt,vt diſtinguit idem Valaſc.eod.
tract.quæſt.49.& ad hanc rem multa & complu
ra affert Simon à Pretis de interpret.vlt.volunt.
lib.3.ſol.4.num.4.fol.351.& fol.378. nu.8.qui
complures afferunt de communi, & magis com-
muni opinione optimum dicentes teſtimonium,
& munitur firmiſſima,& inclyta ratione;nam cũ
emphyteuſis ſit recepta pro ſe, hæredibus & ſuc
ceſſoribus etiamſi ad deſcendentes & ad ſangui-
42 nis ſucceſſores reſtringenda foret, attamen ne-
mo poteſt ad eam venire niſi qui hæres fuerit,vt
etiam communem profitetur Gabr. tit.de regu.
iuris,concluſ.11.num.20.vbi videatur. Cum igi
tur Orizanda eſt hæres fideicommittentis ex per
ſona maiorum ſuorum, conſequitur vt teneatur
velit nolit ratam habere ſupremam illius iuſſio-
nem,imo dicat ego illius ſenſum pulchrè calleo,
ita fiat, & hoc ſi quid poteſt eſſe rectius ad fami-
miliæ decus facere non fugito.

Quin autem teſtator hæc bona in amplo hoc
fideicommiſſo contineri voluerit, minime eſt du
bitandum, cum ſatis ſit perſpicua eius voluntas,
tum quia hæc ſunt bona inſigni Caſtro adiacen
tia, quod voluit in familia remanere ad familiæ
43 ſplendorem,& decus,ad Iaſ.in l.filiusfamilias,§.
diui,num.8.& Ripam, nu.4.de leg.1.qui loqui-
tur in Caſtro; tum quia inſtitutio eſt ampla &
44 generalis quatenus dictum fuit,in omnibus autẽ
bonis,quę eſt apta ad omnia comprehendenda,
l.Iulianus,ff.de leg.3.l.ſerui electione, §.fin. vbi
Iaſ.de leg.1.tum quia apertè dixit, quæcunque
ſua bona tranſire debere ad ſuos deſcendentes
45 maſculos, quæ dictio eſt nedum generalis, ſed
vniuerſalis, quæ nihil prorſus excipit, vt docet
Iaſ.videndus, in l.quodcunq;, num.2.& infra,ff.
de verbor.obligat.Simon à Pretis relato tracta-
tu de interpret.vlt.volunt. lib.2. ſol.1. num.57.
fol.168.& id maximè dicendum eſt,cum tot ge-
minatæ, & repetitæ appoſitæ fuerint dictiones
46 nedum generales, ſed etiã vniuerſales, l.baliſta,
ad Trebell. Clarus, §.emphyteuſis, quęſt.28.ver
ſic.ſed quæro, Borgn.de vſufructu,nu.100, Car-
din. Mantica,de coniect.vlt.volunt.titu.6.nu.8.
tum etiam, quia voluit omnia bona integrè ad
ſuos deſcendentes tranſire, & peruenire, & ideò
47 Trebellianicam prohibuit, vt commun.dicit Di
lectus Durandus de arte teſtandi, tit.de legatis,
caute.4. Ruin.conſil.206.num.17.col.2.& opti-
mè deſeruit,quod tradit Clarus de dictione,qui
48 cunque,ea quæſt.28.verſic.ſed quæro,quid ſi ab
eccleſia,in §.emphyteuſis, Alba videndus, con-
ſil.73.num.6. Alciat.noſter, conſil.13.nu.2.lib.
30.Soc.iun.conſil.68.vol.4. Dec.conſil.57.vol.
1.ſed tollitur omnis prorſus dubitatio cum ipſi-
met hæredes declarauerint hæc bona in eo fidei-
49 commiſſo contineri cum illa petierint in iudicio
tanquam ſubiecta fideicommiſſo, tam coram Se
natore Picinardo, quam coram Præſide Ricar-
do,vt conſuluit Ruin.conſi.147. num.8.lib.2.&
ſemper obſeruatum ſit, vt illa tanquam compre
henſa in fideicommiſſo habita ſint, Crauet.cod.
conſil.101.num.3.&4. Pariſius, conſil.11.num.
33.lib.3. Gozad.conſil.3. num.17.& cum res iu-
50 dicata ab illis viris, qui erant non magis Iuriſcõ
ſulti,quàm iuſtitiæ,fuerit approbata a parte reæ
conuentæ,dicitur eadem quæſtio, & parit exce-
ptionem rei iudicatæ,etiam quod pertinet ad a-
liud corpus bonorum fideicommiſſi, vt in termi-
nis decidit,videndus Alba, eod.conſ.74.num.8.

Additur ius permutandæ emphyteuſis tan-
51 quam ius reſidens penes hæredem potuiſſe fidei-
commiſſo ſubijci, vt tradit Marzarius, 2.par.epi
to.fidei.quæſt.5. & cum hæc bona eſſent antiqui
tus ſterilia eo facilius ad extraneos poſſunt tran
52 ſire, Soc.ſen.eo.conſil.276.num.37. lib.2.verum
cum res ſit adeo clara non eget tali ſuffragio prę-
53 terquam, quod poſſet etiam dici per conſolida-
tionem ſublatum eſſe ius emphyteuticũ, & ideo
facilius poſſe comprehendi in fideicõmiſſo, Mar
zarius, ea quæſt.9. qui quatenus quæſtione ſe-
quenti, vult bona emphyteutica poſſe fideicom
miſſo ſubijci à primo acquirente, ſi etiam ſint ex
pacto,& prouidentia, tanto fortius id eſt conce-
54 dendum in emphyteuſi hæreditaria, qualis eſt
hæc noſtra.

Et cum res ipſa vndique ſit ita aperta, perſpi
cua & euidẽs, vt nihil ſupra, debet integerrimus
iudex poſtquam, quæ perſpicua ſunt longa eſſe
non debent, tandem iuſte quod iuſtum eſt decer
nens pronunciare pro ipſis actoribus, pro qui-
bus ſtat tanquam fortis, & ſtabilis in acie miles,
omnis ratio,& æquitas,ac agnationis fauor, cui
omnino proſpicere voluit perilluſtris, & gene-
roſus ille teſtator & cuius deſiderio quantum fie
ri poteſt, debent iudices fauere cæteris poſtha-
bitis.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO LEANDRO MARNIO Cancellario ſeu ſcriba Conſilij ſecreti Mediolani.

ARGVMENTVM.

Surdus vel aliàs inhabilis factus ob ad-
uerſam aliquam valetudinem ad munus
ſuſceptum explendum, an conſuetam
mercedẽ exigere poſſit,& alterũ in ſui lo-
cum ſufficere, multaq; in ea re ſcitu digna
elegantiſſimè explicantur.

SVM-

SVMMAE RERVM.

1 *Surdus is dicitur qui nihil, Surdaſter vero qui ad vocem clamantis intelligit.*

2 *Surditas ſuperueniens tutelam extinguit.*

3 *Surditas ab afficio vacationem tribuit.*

4 *Surdi inter valetudinarios, & perpetua morbo detentos connumerantur.*

5 *Induſtria perſonæ vbi electa ſit, ſeruire per ſubſtitutum an quis poſſit, & in dubia electa perſonæ induſtria videtur.*

6 *Surdus ad ſeudum non admittitur, cum requirat perſonæ ſeruitium.*

7 *Scriniorum ſacrorum praximi, alium ſubragare nequeunt ex cauſa etiam morbi.*

8 *Remuneratia eſt facienda iuxta laborem.*

9 *Labor nan debet eſſe vacuus à mercede, nec defraudari.*

10 *Merces diurna dari nan debet, niſi operanti in vinea.*

11 *Famulo valetudine impedito, pra infirmitatis tempore ſalarium non debetur.*

12 *Operario, ſi propter pluuiam nequeat tota die laborare, pra rata temporis merces tantum debetur.*

13 *Salarij promiſſio illam tacitam habet conditionem ſi opera præſtetur.*

14 *Infirmitatis cauſa excuſat quem à grauiori munere, & debet gaudere omnibus emolumentis.*

15 *Immunitas conceſſa alicui perfecto afficio, debetur etiamſi in alio leuiori munere ſe exerceat propter infirmitatem.*

16 *Surdus ex accidenti, inhabilis non cenſetur ad teſtamentum condendum.*

17 *Clericus qui propter infirmitatem diuinis intereſſe non paſſit, quotidianas diſtributiones habere debet.*

18 *Clerico ægrotanti nihil eſt ſubtrahendum de ijs, quæ conſueuit percipere in ſanitate.*

19 *Calamitatis dolor eſt leniendus, ea conſolatione, quod complurium aliorū ſtatus ſit ſuo infeliciar.*

20 *Doctori ſalarium debetur, quando eſt infirmus ex com. doctorum ſententia.*

21 *Officialibus morbo præpeditis, vel iuſta alia impedimento detentis debetur ſalarium.*

22 *Presbyter qui caſu ſit factus carpore vitiatus, licet non debeat ad altaris miniſterium admitti, tamen alia concedi debent præter illud.*

23 *Surdus poteſt per alium ſeruire, ſi antea tempore ſanitatis fidelem operam nauauit.*

24 *Induſtria perſonæ vbi ſit electa, licet non poſſit per ſubſtitutum ſeruire, tamen id fallit vbi adſit iuſtum & legitimum aliquad impedimentum.*

25 *Tutor ſurdus poteſt ſibi adiungere Curatorem, qui ei in officio auxilio ſit.*

26 *Surditas vbi ſuperueniat, quis etiam in feudo poteſt per ſubſtitutum ſeruire.*

27 *Princeps vbi voluerit officiales ad certum numerum redigi aliquibus extinctis, infirmitas nan excuſat, vt quis poſſit per alium ſeruire.*

18 *Famulo ægrotanti ſalarium deberi aliqui voluerunt.*

29 *Famulo infirma ſalarium debetur ſi in famulatu perſeueret, & tempore ſanitatis fideliter ſe geſſerit.*

30 *Inhabilis an quis ſit omnino, vel tantum ex parte, multum intereſt.*

31 *Menſura eadem quis vtatur in alium, qua illum ſe ipſum demetiri cuperet.*

CONSILIVM CCXL

Diuino ex corde implorato auxilio.

VIdetur dicendum Leandrum Marnium, vnum ex præfectis ſacrorum principis ſcriniorū, cū obſurduerit velut inhabilē effectum ad demandatum munus obeundum, non poſſe frui quotidianis emolumentis, etiam ſi per ſubſtitutum ſeruire vellet.

Primo, quia cum ſurditas hæc ſit adeo grauis,
1 vt non ſurdaſter ſit, ſed ita ſurdus, vt nihil intelligat etiam ad vocem clamantis, Barto. in l. fina. de bon. poſſ. furio. infan. compet. videtur infanti comparandus, l. ſeruo inuito, §. ſi pupillus, ff. ad
2 Trebell. & ideo ſicut ſurditas ſuperueniens tutelam extinguit, quia non tantum loqui, ſed & audire tutor debet, l. 1. §. mutus, vbi glo. & Bart. videantur in verbo, ſurdum, ff. de tutelis, & optimè facit text. in l. poſt ſuſceptam. ff. de excuſationib.
3 tutorum, ita etiam debet ab officio vacationem tribuere, cum ei oneri, & operi impar ſit, maximè cum hæc ſurditas perpetua videatur, vt animaduertit ibidem glo. in verbo, valetudinarius, & nedum tardè audiat, ſed omninò non exaudiat, vt diſtinguitur §. item ſurdus, inſtitu. quibus nō eſt permiſſum facere teſtamentum, & ideo huiuſmo
4 di ſurdi, inter valetudinarios, & perpetuo morbo detentos, & imbecilles numerantur à glo. in verbo, aduerſam, §. itē ſi propter aduerſam, inſtituta, de excuſ. tutor. & l. ſi quis in graui, §. ſurdus, ff. ad Senatuſconſultum Sylla.

Secundo cum in huiuſmodi munere videatur electa induſtria perſonæ, quicquid poteſt dici in impedimento ad tempus, in eo quod perpetuum
5 eſt videtur quem non poſſe ſeruire per ſubſtitutum, ſed remouendum eſſe, vt dicitur de publico legum interprete, qui ſi in morbum inciderit, & priſtinæ valetudinis recuperatio breui tempore ſperetur, tunc admittitur ſubſtitutus æque idoneus, ſin autē huiuſmodi ægritudine corripiatur, vt quaſi eius ſalus deſperetur, tūc remouetur nec ſubſtitutus admitti videtur, & in dubio videtur electa perſonæ induſtria, l. inter artifices, ff. de ſolut. Fel. in c. 1. num. 10. de ſumma trinita. & fide Cathol. & magis comm. dicit Carotius, tract. locati, ſecundum nouam impreſſionem ſub rubrica de ſublocatione, quæſt. 18. num. 6. fol. 94. & pro-
6 pterea in feudo cum requiratur perſonæ ſeruitiū ſurdus ad illud non admittitur, vt traditur in ru-

brica

brica feudorum, in cap. 1. an mutus, vel alius imperfectus.

Tertio hoc ſatis clare videtur deciſum in ſimilibus terminis, nempè in proximis ſacrorum ſcriniorum, vt ſcilicet non valeant ex cauſa etiam
7 morbi, vel ſimilis infortunij alium ſufficere, vel ſubrogare, l. fin. C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, quia cum eorum ſingularis induſtria fuerit electa non poſſunt per alium ſeruire, & cum hæc emolumēta, in laboris remunerationem dentur, qui non laborat, non debet participare de fructu, qui aliorum opera percipitur, cum preſertim illi grauiores proinde perferre debeant labores, & hos, quos ille morbo impeditus ſi ſanus fuiſ-
8 ſet, debuiſſet ſuſtinere, & remuneratio eſt facienda iure iuxta laborem, l. ſi remunerandi, ff. mandati, Speculator videndus tit. de poſitionib. ver. 7. nu. 31. & 32. & labor non debet eſſe vacuus à
9 mercede, nec debet defraudari, l. pen. §. illo, C. de neceſſ. ſeruis. Idem Speculator in prooemio, ver. hoc ego, & diurnum non debet dari niſi operanti
10 in vinea, c. non nulli ſtipendium, de cle. non reſident. & c. ſuper ſpecula, de magiſtris, & voluntas noſtra eſt ferè in eum propenſior, à quo celerior remuneratio fore videtur, nihil eſt enim remuneratione beneuolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum, vel officiorum iucundius.

11 Quarto vrget ea communis concluſio, vt famulo valetudine impedito pro tempore infirmitatis ſalarium non debeatur, quia merces dicitur eſſe præmium, & pretium operæ, merito ſi opera
12 non ponitur merces non debetur cum ob laborē tribuatur, & ideo nō laboranti minimè debetur & propterea operarum locator ſi propter pluuiam, vel alium aduerſum caſum, aut impedimētum nequeat tota die operam conferre, merces debebitur pro ea tantum diei parte, qua laborem impēderit, & laborando ſe exercuerit, nam merces labori reſpondere debet, & non tenetur de caſu fortuito, vt reſpondit Natta conſil. 229. lib. 1. quod tamen accipiendum puto niſi aliter conuentum ſit, vt quia fuiſſet ad certum quoddam continuum tempus conductus, vel mēſtrua mercede, vel diurna, nulla dierum habita diſtinctione, ſiue is feſtus, vel profeſtus fuerit, nam tunc videtur conductor huiuſmodi caſus in ſe ſuſcipere: accedat etiā quod promiſſio ſalarij illā tacitam
13 habet conditionem ſi opera ſumatur, vt docent glo. & Barto. in l. opere, de vſufruc. lega. l. ſi vno, §. item cum quidam, ff. locati, Bal. in l. liberti, C. de operis liber. Abb. vidend. in c. 1. de Clericis, ægrotantibus, nu. 9. vbi de communi atteſtatur, & quemadmodum non decet, vt quis vna merce de duas res aſſequatur, ita etiam dedecet, vt operarius homo, qui ſe operis venditat duas mercedes pro vna opera, vel mercedem ſine opera accipiat, cum æqua debeat eſſe merces laboris, & periculi, & hæc propter illa exigatur.

Verum enimuero his minimè refragantibus, ſecundum ea quæ proponuntur, arbitror Marnium percipere debere omnia emolumenta officij ſui, & conſuetum ſalarium, & alia vt antea ſolebat, eumque eſſe audiendum ſi ea, quæ ipſe propter ſurditatis aduerſum caſum præſtare nō poteſt per alios eiuſdem Cancellariæ coadiutores ſupplere velit.

Primò, quia cum ſurditas eum omnino inhabilem ad id munus non efficiat, quia poteſt ſcribere, & alia facere ex natura eius officij, quæ explicari poſſunt ſine ſenſu auditus, vnde tunc ſi ex aliqua imbecilitate tranſeat ad aliquod leuius exercitium debet gaudere omnibus emolumentis perinde ac ſi perfecte officij munus efficeret, cum infirmitatis cauſa ſit adeo iuſta, vt eum ex-
14 cuſet à grauiori munere, afflictoq; & iacenti ſit potius porrigēda dextera, q̃ ad eas ruinas quib. eſt oppreſſus, noua quædam acerbitas addenda, aut grauius imponendum onus, vnde miſere in profundū deijciatur, vt eſt in ſimilibus quaſi terminis, text. inſignis, in l. 1. verſic. quod ſi morbo, C. de præpoſitis agentium in rebus, lib. 11. vbi videatur Alex. ad Barto. & Rom. omnino ſingu. 66. inferentes ad caſum ſtatuti tribuentis immunitatem alicui, perfecto officio, quia illa debetur, etiamſi in alio leuiori munere ſe exerceat pro-
15 pter infirmitatem, cui cum ſenectus, quæ per ſe morbus eſt, comparetur etiam in ſenio confecto procedit, vt tradit Abb. in c. magnæ, num. 8. de voto, & hanc diſtinctionem in ſurdo ex acciden-
16 ti, vt non omnino inhabilis cenſeatur, ita vt etiā teſtamentum, vt antea facere poſſit, ſentit Imperator, in l. diſcretis, C. qui. teſt. fac. poſſ.

Secundo ſicut Clericus, qui ſit afflictus, debilitatus, vel aliter infirmus, vt diuinis intereſſe non
17 poſſit, debet habere quotidianas diſtributiones, & eis particeps fieri perinde ac ſi ſanus eſſet, quia etſi abſit propter hanc iuſtā cauſam iuris interpretatione pro præſente tamen habetur, vt eſt text. clarus in c. vnico, verſic. qui vero, de clericis non reſidentibus, in 6. Abbas in c. 1. num. 6. de clerico ægrotante, & debilitato. vbi ait nihil ei eſ-
18 ſe ſubtrahendum, de his quæ conſueuit percipere in ſanitate, & in c. ad audientiam, de cleri. non reſidentib. & in eod. c. 1. num. 8. infert ad caſum eius qui amiſerat officium linguæ, cuius acerbitatis caſus recordatione debet Marnius, tanquam vir prudens ſui leuioris infortunij dolorem minuere atq; lenire, nec ſinat in profundum deſperationis mare inuehi, vt impatiens homo, & impatibilis ſæpe ſe ipſum ferri patitur, nam vbi aliquid aduerſi ei eueniat, aut aliquam grauem accipiat calamitatem, ſtatim ira percitus, & furore
19 accenſus, in Deum, hominesque excandeſcit inquiens omnia illis communi iudicio improbis ſecundiſſima, mihi vero probo viro aduerſiſſima accidunt, quæ hæc videtur iuſtitię ratio; ſed meo iudicio, toto (vt aiunt) cælo errat, maledictisque ſe abſtineat, nolitq; Deo iraſci, & hominibus ſuccenſere, ſed putet Deum Optimum Maximum, dulcibus, & iucundis felicitatibus terrenis amara

ideo

ideo miſcere, vt alia quæratur fælicitas, cuius dul
cedo non eſt fallax, præſentisq; vitæ proſperitas
aliquando idcirco datur, vt ad meliorem vitam
prouocet, aliquando vt in æternum plenius dam
net, & peruerſus quiſq; quanto citius peruenit
ad deſiderium, tanto facilius rapitur ad tormen-
tum: ſancti enim viri cum ſibi huius mundi pro-
ſpera ſuppetere conſpiciant pauida ſuſpicione
turbantur, timent enim ne hinc ſuorum labo-
rum fructus recipiant, timent nequid diuina iu-
ſtitia latens in eis vulnus aſpiciat, & exteriori-
bus eos vulneribus curans ab intimis repellat, co
gitetq; vt diuus ait Gregorius ſæpe Deum om-
nipotentem cum auaræ menti vehementer ira-
ſcatur, prius ei permittit ad votum cuncta ſuppe
tere, & poſt hæc per vltionem ſubtrahit, vt pro
eis debeat ſupplicia æterna tolerare ſuæq; men-
tis oculos ſæpe conijciat, non in eos qui læti, &
exultantes ipſum præcedunt, ſed qui grauius mę
rentes, & dolentes eundem ipſum ſubſequuntur
aliorumq; proſperos euentus non tantum con-
templetur aut aſſidua recordatione extollat, ſed
potius eorum aduerſos caſus, & calamitoſa in-
fortunia exquiſitè conſideret, detque operam, vt
agitata mens etiamſi aberrare cœperit ad cele-
bres, & magnificè extructas, vrbes contēplandas
reuocetur, ad reſpiciēdas dirutas, & deſertas ciui
tates, nā frequenti memoria, & recordatione in-
felicis earum ſtatus mœrens illius animus recrea
bitur, & ſubleuabitur, æquiuſq; feret ſuos dolo-
res ſuamq; calamitatem, eiq; inflicta plaga, quæ
omnium grauiſſima, & intolerabilis videbatur,
fiet leuior, & tolerabilior, multi ad rerum corti-
ces reſpicientes, nec intuētes, quod virus lateat,
alterius ſtatui inuident, putantes illum fęliciſſi-
mum, ſed ſi mutatio daretur, facile mutarent ſen
tentiam, nec illius conditionem expeterent, aut
eam cum ſua commutatent, & ſimul agnoſcerēt
eam quam extrinſecus fęlicitatis imaginē admi
rantur, intrinſecus eſſe potius miſerię ſimulacrū.
Quoties foris ſerena frons oſtētatur, & in vultu
riſus ſimulaī, intus aūt cor gemit, & in ſe claudit
miſeriæ ſingultus quaſi atros nimbos ſtrepitusvè
ac fremitus, vnde tandē erumpente turbidæ tē-
peſtatis fulmine, tonitruum fiunt clamores, va-
dum, mihi crede, quo videtur tranquillius eo ma
gis periculoſum eſt, cum in profundo aquæ la-
teat, & à fundo quem trāſire intendis longe mul
tum abſit: ſæpe quem fęlicem credis, eſt te ipſo
infęliciot, vnuſquiſq; ſuos patitur manes, & do-
mi habet, quæ dutiſſima corrodat oſſa, in tuis ca
lamitatibus ea cōſolatione ſuſtenteris, quod mul
ti, & complures ſint te miſeriores; cum, eorum
miſeræ multumque iactatę, vt dicitur fortunæ,
portum deſperent.

Tertio ſicut Doctori debetur ſalarium, quan-
do eſt infirmus, vt com. dicit Cagno. in l. diem,
20 functo, num. 214. ff. de officio aſſeſſ. ita etiam de-
betur alijs officialibus morbo præpeditis, vel in-
firmitate detentis, hocq; iure vtimur in hac no-
ſtra Mediolanenſi ditione, quod plurimum va-
21 let, ad curiales accendendos, & inflammandos,
vt egregiè ſuo principi ſeruiant, & fidelem ope-
ram, & perpetuum ſtudium Reipublicæ nauent,
atq; ei ſe venditent, & quæ cōſuetudo eſt maxi-
mè ſpectanda, vt conſiderat Abb. eod. c. 1. nu. 1.
& 2. de clerico ægrotante, & in c. fin. de corpore
vitiatis. vbi vult presbyterum, qui caſu ſit factus
corpore vitiatus, licet non debeat ad altaris mi-
niſterium admitti, tamen alia concedi ei debent
22 præter illud, quia non eſt addenda afflictio affli-
cto, vt in puncto tradit Cardinalis Zabarella, in
prœmio dementinarum, verſiculo Ioannes, nu.
3. Maſcard. tract. de probat. in verbo, electus ad
aliquod officium, concl. 593. nu. 10. & infra.

Quartò, quia in his, in quibus deficit propter
hoc ſurditatis infortunium poſſit per alios eiuſ-
dem ſcrinij ſupplere non eſt prorſus dubitādum,
maximè cum tempore ſanitatis in eo munere
egregiam, & fidelem ſempet adhibuetit operam,
quia multum prodeſt vnumquēq; bene ſe in of-
ficio demandato gerere, & munus ſuum exple-
re, quia ſi poſtea infirmitas, vel aliud impedimē
23 tum eueniat, excuſatur, & auditur, alium in eius
locum ſufficiendo, & ſubſtituendo, vt ſanxit Im-
perator, ead. l. 1. & ibi videatur ad id bona gloſſa
in verbo, laboribus, C. de præpoſitis agentium
in reb. lib. 11. & optimè facit text. cum ibi nota-
tis, in l. cæcus, ff. de iudicijs, & ſequitur Carorius
relato tract. ſub tit. de ſublocat. q. 25. fol. 99. ſe-
cundum vltimam impreſſionem.

Quinto licet, quando eſt electa perſonæ indu
ſtria, ex regulari iure non poſſit quis per ſubſti-
24 tutum ſeruire, aut operę ſuæ vicariam amici fi-
dem ſupponere, attamen ex com. doctorum ſen-
tentia fallit vbi adſit iuſtum, & legitimum ali-
quod impedimentum, quale eſt hoc, vt fuſè ex
alijs proſequitur idem Carotius, loco iam exci-
tato, quæſt. 18. num. 23. & infra, & q. 19.

Quæ cū ita ſint nihil ſuperiora officiunt, quia

Ad primū dicitur procedere in eo ſurdo, qui
omnino eſſet inhabilis, quia tunc à tutela remo-
uetur, & quin ſuo periculo poſſit curatorem ſibi
25 adiungere nō videtur dubitandū; hæc eſt. n. iuſta
excuſationis cauſa à munere tutelæ, ſi velit, ſecus
ſi nolit, vt notatur ea. l. poſt ſuſceptā, ff. de excuſ.
tutor. grauiusq; tutelæ munus cenſetur, quàm
hoc ſit, de quo nos agimus, & cum ſolus non ſit
Marnius, ſed duo alij adſint Cancellarij ſeu ſcri
bæ quinq; à ſecretis libellorū magiſtri, octo adiu
tores, vnus poteſt ad alterum adiungi, & alte-
rum ſupplere, & ſua firmitate alterius infirmita-
tem ſubleuare, argumento eorū, quæ tradit Bal.
in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, in princip.
de edendo, gl. in l. 3. §. 5. in verbo, numerus, ff. de
teſtibus; contrarium autem procedit in vno tan-
tum tutore, argumento l. ſi plures, ff. de adminiſt.
& periculo. tuto.

26 Ad ſecundum reſpondetur propter huiuſmo
di iuſtum impedimentum quod poſtea euenit,

concedi etiam in feudo, vt quis per ſubſtitutum ſeruire queat, vt diſtinguit Bald. in l. quiſquis, ſub nu.2. C.de epiſ.& cler. & alij relati in quinto fundamento pro hac parte.

Ad Tertium dicitur, l.fin. C.de proximis ſacrorum ſcriniorum, procedere in caſu ſingulari, nempè, quando voluit princeps ſcriniarios, qui
27 erant plures, ad certum numerum reuocari, quia tunc propter fraudem, quæ fiebat alterum ſubſtituendo, vnde nunquam ſequutus fuiſſet effectus reuocati numeri, id ſanxit, ſecus hac cauſa deficiente, quia tunc in eo, qui ſanus fideliter inſeruiuit ea legis diſpoſitio non procedit, vt ſentiunt glo. Lucas de Penna, Platea, & Odofredus, ea.l. 1. C.de præpoſitis agentium in rebus.

Ad Quartum, vltra quod poſſet dici multos tenuiſſe, vt ex æquitate etiam famulo ægrotanti ſalarium debeatur, quia quos curamus nobis ſer-
28 uire videantur, l.cum hæres, §. Stichus, ff. de ſtatu liberis, & refert Iaſ. in ea.l. diem functo, de officio aſſeſſ. Barbatia in c.ſterilitatem, num.25.extra locati, reſpondetur magnam adeſſe differentiã inter hoſce operarios homines mercenarios, quos dietim, & ſingulis menſibus conducimus, & eos quos nobis quaſi perpetuos adiutores, & conſiliarios adiungimus, qui cum quaſi eorum operam vſque ad eorum vitæ diem ſpondeãt, ſi fideliter tempore ſanitatis, & ſecundæ valetudinis ſe geſſerint omni rationi conſentaneũ eſt, vt eueniente hoc graui infortunio, ſubleuentur, & recreentur hoc regio, & principali ſalario, vt probat Maſcardus, relato loco, num.15.vt etiam cõ-
29 ſideratur in famulo cui ſalarium tempore infirmitatis deberi volunt ſi poſtea in famulatu perſeueret, vt declarat Bald. in l.fin. ad finem, C.de cond.inſert. & hanc differẽtiam ſentit etiam Carotius ſæpius excitato loco, quæſt.21.nu.5.rur-
30 ſus id procedit in eo qui omnino eſt inhabilis, ſecus ſi aliqua ex parte aptus ſit ad cõmiſſum munus, & officium obeundum, vt eſt Marnius cui fauet duodecim annorum ſeruitutem, & ante acta in eo munere laudabilis vita, & aſſidua diligentia, & fidelis opera ac omnis æquitas, & ratio, & ſociorum vnuſquiſq; conſideret, facile euenire poſſe, vt & ipſi in eandem, vel ſimilem, aut maiorem calamitatem incidant, propter huma-
31 narum rerum viciſſitudinem, & inconſtantiam, quæ quotidie ad volubilitatem omnia rotũdat, vnde eadem benignitatis menſura vtantur erga Marnium, qua cuperent, vt alij eoſdem magis caſu, quam culpa calamitoſos metirentur, & ſubleuarent, norintque eum qui alteri exitiũ parat, ſcire oportere ſibi paratam peſtem, vt participet parem.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

Conſilium CCXII.

PRO COMITE GEORGIO Triuultio Equite, & Senatore Mediolanenſi.

ARGVMENTVM.

Feudum, an & quando dicatur ſimplex ex pacto, & prouidentia, vel hæreditarium, aut miſtum.

SVMMAE RERVM.

1 Feudum dicitur hareditarium, quando in conceſſiane eſt facta mentio haredum.

2 Feudum miſtum dicitur vbi illi de ſanguine vocantur, ſed ſub qualitate, vt ſint harede s.

3 Feudum receptum pro ſe, & liberis dicitur tale, vt filius capere illud nequeat, niſi ſit hares, maximè ſi adiecta ſint illa verba hares, vel ſucceſſor.

4 Succeſſoris appellatione, regulariter ſucceſſar vniuerſalis intelligitur.

5 Succeſſarum & haredum vbi ſit facta mentio, ſingulares etiam ſucceſſores veniunt, maxime vbi in conceßione feudi conceſſa ſit facultas alienandi.

6 Haredes de iure ciuili ſucceſſores de iure pratorio dicuntur.

7 Succeſſaris nomen vbi per ſe, vel adiecto nomine haredis praferatur, is tantum ſuccedit, qui eſt hares.

8 Feudalium inueſtiturarum forma ea videtur, vt recipiantur pra ſe, haredibus, & ſucceſſoribus.

9 Tenor inueſtitura eſt diligenter inſpiciendus ad cognoſcendam naturam feudi.

10 Feudum canceſſum pra ſe & haredibus, dicitur hareditarium maximè ſi adiecta ſit clauſula maſculis legitime deſcendentibus.

11 Clauſula pro ſuis haredibus aquipollere videtur clauſula pro liberis aut deſcendẽtibus, è ſuo corpore natis.

12 Suarum appellatione, intelliguntur deſcendentes ſucceſſares, & haredes ſi in alia parte inueſtitura ſit facta mentia deſcendentium.

13 Priuilegij ſicut & cuiuſlibet diſpoſitionis pars vna alteram declarat.

14 Conſuetudo diſponentis in quacunq; interpretatione eſt ſpectanda.

15 Dictio item, repetit antecedentia, maximè ſi verſemur inter eaſdem perſanas, & res, vt adſit dictio referens antedictus.

16 Suorum ſucceſſarum appellatiane licet cenſeantur vacati ſucceſſores ſanguinis, non propterea tollitur quin debeant eſſe ydem haredes, & tunc feudum dicitur miſtum.

17 Feudum miſtum, quod dicatur.

18 Procurator latam habens facultatem ſtrictius ea vti poteſt, ſed non largius.

19 Feudum conceſſum pro ſe, & ſuis liberis, & deſcendentibus

dētibus maſculis,& legitimis videtur ex pacto, & prouidentia.

20 Suſceptoris appellatione venit hæres.

21 Succeſſorum appellatione ex aliquorum ſententia veniunt illi qui ſunt etiam hæredes ſanguinis.

22 Feudum ſi ſit conceſſum pro ſe, ſuis liberis, hæredibus, & ſucceſſoribus ſaltem miſtum dicitur.

23 Feudum vt ſit hæreditarium videtur eſſe vtilius principi, quā ſi ſit ex pacto & prouidentia, quia hoc ad fiſcum deferri non poteſt.

24 Actus à procuratore ſimpliciter factus, intelligitur habere qualitates in mandato contentas, & ab eo interpretationem accipit.

25 Procurator conſtitutus ad vendendum cum pacto luendi, ſi ſimpliciter vendat, intelligitur tamen cum qualitate mandati vendidiſſe.

26 Dictio, vt ſupra, præcedentia refert.

27 Clauſula in fine poſita debet ad omnia ſuperiora referri.

28 Filius agens contra debitores hæreditarios, ſecus ſi conueniatur, quia tunc illa qualitas probari debet, quia ex iure prætorio habet beneficium abſtinendi.

29 Feudalia bona vbi ex pacto allodialibus comparata ſint, filius ea aſſequi nequit, niſi ſit hæres.

30 Aequiparatorū idem eſt iudiciū etiam in odioſis.

31 Feudum eo magis hæreditarium cenſebitur, ſi conceſſa fuerit alienandi facultas pro libito voluntatis tam inter viuos, quā in vltima voluntate.

32 Fellonia cum ſit quid facti, eſt legitimè probanda ſaltem quinque teſtibus omni exceptione maioribus.

33 Fœlicitas principum, & potentum virorum, perſonata eſt.

34 Voluntas etiam ex actu nullo, & reuocato optimè declaratur.

35 Mens optimè colligitur ex præfatione.

36 Mentio ſi fiat inſtrumenti nominatim per relationem ad illud perinde habetur ac ſi illud idem deſcriptum fuiſſet.

37 Actus factus ſub commemoratione alterius præcedentis ad quod ſit relatio ab eo interpretationē accipit.

38 Actus etiam perfectus, & ex internallo factus recipit formam declarantem à præcedenti.

39 Referens conſideratur ſecundum illud ad quod ſit relatio.

40 Nouatio non inducitur, niſi de ea expreſſè appareat.

41 Inueſtitura antiqua ne per nouam immutetur eſt capienda interpretatio.

42 Inueſtitura renouatio intelligitur ſecundum naturam, & qualitatem præcedentium inueſtiturarum.

43 Ad feudum hæreditarium miſtum conſtituendum nihil referre videtur an expreſſum ſit nomen hæredis, vel ſucceſſoris.

44 Succeſſoris nomen ſingulares etiam ſucceſſores cōtinere videtur.

45 Dictio, vt ſupra, & dictio prædictus, refert omnes qualitates ſuperius enarratas.

46 Dictio relatiua facit relationem omnium tam reſpectu ſubſtantiæ, quam qualitatum.

47 Geminatio magis enixè voluntatem oſtendit.

48 Feudum interpretationem recipit ab obſeruantia ſubſecuta.

49 Confeſſio hæredum rem manifeſtam facit, & multum etiam valet ad fideicommiſſi probationem.

50 Ab inteſtato facta prouiſio inferre videtur vt aliter, & ex teſtamento dicendum ſit.

51 Interpretatio eſt facienda ne receſſum ſit à priori diſpoſitione.

52 De feudo hæreditario etiāſi agatur, ſufficit ſi actor probet ſe eſſe hæredem mediatè, vel immediatè primi inueſtiti.

53 In feudis attenditur proximitas non ipſius inueſtiti, ſed grauati.

54 In feudo hæreditario quis non poteſt ſuccedere repudiando hæreditatem vltimi, quia hac repudiata, cenſetur etiam repudiare illam primi propter factam confuſionem.

55 In feudo hæreditario, vt quis ſuccedat requiri videtur vt ſit hæres tam primi quàm vltimi.

56 In feudo hæreditario quicquid ſit in agnato filij & deſcendentes ſuccedere nō poſſunt, niſi hæredes primi inueſtiti, & vltimi.

57 Agnatus vt ad feudum hæreditarium admittatur debet ſaltem pro ſua portione eſſe hæres.

58 Feudum hæreditarium venit in petitione hæreditatis.

59 Feudum hæreditarium, quis conſequi non poteſt niſi ſit hæres.

60 Feudum miſtum quis non poteſt habere, niſi ſit hæres.

CONSILIVM CCXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

POſtquàm abundè ſatis, & egregiè admodum ſcriptum eſt in præſenti puncto, An feudum hoc cēſeatur ex pacto, & prouidentia vel magis hæreditarium, aut ſaltem miſtum, paucis vtar ego verbis, ne videar, vt in prouerbijs eſt, ligna in ſyluam deferre, aut ſolem inanibus facibus adiuuare, vel vaſa Samnum, aut crocodylos Ægyptū, ſiue Athenas noctuam mittére, vel in deſertum maris litus, arenam comportare.

Duplex eſt enim meo iudicio, inſpectio, altera iuris, altera facti, ſeu miſta. Quod ad primam attinet, omiſſa diſputatione cum in iudicando non ſit recedendum à communibus concluſionibus crebrius eſt, vt feudum tunc hæreditarium cenſeatur, quando in conceſſione eſt facta men-
1 tio hæredum, vt magis communem ex alijs dicunt Clarus, §. feudum, quæſt. 9. verſ. quandoq;, plene Maſcard. videndus tract. probat. in verbo,

feudum

feudum hæreditariũ, concluſ. 767. fol. 340. nu. 1. Miſtum verò vbi illi de ſanguine vocantur; ſed
2 ſub qualitate, vt ſint hæredes cuius rei diuerſæ ſunt formulæ, veluti quando dictum eſſet (pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, vel maſculis) vt communem dicunt Afflictus videndus deciſ. 195. num. 7. Vrſillus ad Afflic. deciſ. 248. & 240. imo etiam ſi feudum eſſet receptum pro ſe, & liberis, ſeu filiis ſecũdum ma-
3 gis receptam ſententiam, dicitur tale, vt filius capere illud nequeat, niſi ſit hæres, c. 1. an agnatus, vel filius, & magis communem perhibet, & fatetur Valaſcus trac. de iure emphyteutico, q. 44. ſub nu. 4. verſ. ſed ſine dubio, quod maximè concedendum videtur, vbi adſint alia verba hoc idẽ demonſtrantia, ſcilicet (hæres) vel (ſucceſſores) quod ampliatur etiam ſi dictum foret (pro ſe, & ſucceſſoribus) quia ſicut hæreditarium cenſetur, vel mixtũ, ſi ad liberos, vel deſcendentes ſit reſtrictum, quando eſt facta mentio hæredum, ita idẽ eſt dicendum, quando per ſe, & ſimpliciter eſſet
4 facta mentio ſucceſſorum, quia ſucceſſoris appellatione intelligitur regulariter ſucceſſor vniuerſalis, vt explicat Iaſ. in l. quædam, §. nihil intereſt, nu. 2. de edendo. Imo quando ſimul & vnà eſſet facta mentio hæredum, & ſucceſſorum, tunc etiã ſingulares ſucceſſores venire ex veriori ſententia teſtatur doctiſſimus noſter Alcia. vidẽdus in l. hæredis appellatione, nu. 4. ff. de verb. ſig. & id maximè in feudis conceſſione, quæ latè interpretari debet, vel vbi ſaltem alienandi facultas,
5 vt hic, conceſſa foret, vt ſentit idem Alciat. conſ. 18. nu. 3. lib. 4. ſed quin ſaltẽ eo ſermone veniant vniuerſales hæredes, & deſcendentes, quatenus ſint hæredes, vix nemo eſt, qui dubitet; nam tunc hæredes de iure ciuili, ſucceſſores de iure præto-
6 rio vocati cenſentur, vt inquit Iaſ. eo. §. nihil intereſt, nu. 4. ff. de eden. & notant Doctores in l. ſtipulatio iſta, de verb. obli. vbi autem per ſe, vel alternatiuè proferatur hoc ſucceſſoris nomen, is tãtum, qui hæres eſt, ſuccedit cum in effectu vtrũq;
7 nomen idem ſonet, atque ſignificet, vt præter adductos probat Alcia. videndus, quia caſus diſtinguit, & atteſtatur de communi, & de magis communi conſ. 1. nu. 15. conſ. 16. nu. 3. conſ. 17. nu. 3. & 5. & conſ. 20. nu. 2. lib. 3. & infiniti alij probãt iam excitati, qui loquuntur in propriis terminis inueſtituræ receptæ pro ſe, & ſucceſſoribus, & hoc maximè concedendum videtur, cum hodie
8 hęc communis videatur forma conceſſionum, vt contra Afflictum communem teſtatur Vrſillus videndus ad Afflictum deciſ. 140. num. 2.

Hac igitur prima inſpectione quaſi minori iuris propoſitione enucleata, altera inſpectio factũ reſpiciens, quaſi minor propoſitio (vnde poſtea manabit, & conſequenter neceſſaria concluſio) eſt explicanda. An ſcilicet tenor inueſtiturarum ſit in præſenti ſpecie huiuſmodi, vt hæredes comprehendat; nam ad cognoſcendum, an feudum ſit hæreditarium, vel ſimplex, omnes ſentiunt ad tenorem ipſius inueſtituræ tanquam ad ſolidiſſimum textũ, eſſe confugiendum, vt inquiunt Cur-
9 tius ſen. videndus conſ. 49. nu. 38. & Dec. conſil. 445. nu. 8. Iaſ. inter conſilia Bruni feudalia conſ. 8. nu. 33. & in hac ſecũda propoſitione verſatim meo iudicio, maior dubitatio; nam ex Sceuolæ ſententia ſemper reſpõdendum eſt ſecundum ea quæ proponuntur, & ſatius eſt diligenter facti ſingulas partes, & qualitates ſpeculari, atque perſcrutari, ipſiq; proceſſui ſtudere, quàm digeſtorũ libros, & interpretum codices, eorumq; indices ad incertum volutare, nam quælibet facti parua mutatio, imo interdum vna dictio, aut ſyllaba, vel punctus longè diuerſum ius ſtatuit ad exemplum Sagittarij, aut Funditoris, quod ſi oculorũ coniectum, & aſpectum, paululum extollat, aut tantulum declinet vacillans in dextrum, aut leuũ latus, longè multum à ſcopo, in quem ſtudioſè intuetur, & cuius medium glande, aut telo percutere, vel ferire contendit, aberrat, & vt ſaltem mixtum cenſeatur hoc noſtrum feudum.

Primò demonſtrat inueſtitura Ducis Io. Mariæ Vicecomitis, in qua deſcribitur mandatum Ducis factum in illum Frã Ioãnem de Canibus (ad feudandum dictis Nobilibus, & ſuis hæredibus maſculis legitimè deſcendentibus) & paulò poſt ſubiicit (ad liberandos à cenſu florenorum antedictos nobiles, & eorum deſcẽdentes ſucceſſores, & hæredes) vnde cum hæredum facta ſit mentio, vt ſuperius diximus, ex communiori ſententia, feudum cenſetur eſſe hæreditarium.

Nec hic obſtat, quod concluſit Alciat. eo. cõſ. 16. nu. 4. lib. 3. & ante eũ Deci. eo conſ. 445. nu. 13. quatenus diſtinguant id procedere vbi adiectum foret (pro ſe, filiis, & hæredibus) ne hæredis mentio ſit inanis, aut ſuperflua; ſecus ſi dictum eſſet (hæredibus) vt hic, quia tunc intelligi videtur de heredibus ſanguinis, & ſic liberis, etiam
10 quod non ſint heredes, quod inquit maximè procedere ſi adiectum ſit, vt hic (maſculis legitimè deſcendentibus) quia reſpondetur contra Alcia. extare magis communem; vt atteſtatur Burſa. relatus à Maſcardo ead. conclu. 767. & complures alij adducti in vltima allegatione, & præſertim Afflic. & Vrſil. ead. deciſ. 140. nu. 1. qui loquitur in conceſſione facta alicui, & ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, & ipſemet Alciatus contrarium tenuit ſæpius conſulendo,
11 maximè conſ. 1. num. 16. lib. 3.

Secundò illud pronomen, ſuis, æquipollere vẽ verbo (liberis, aut deſcẽdẽtibus ex ſuo corpore natis) & ſic perinde eſt ac ſi nomen filiorum expreſſum foret, Afflic. ead. deciſ. 240. nu. 9. Burſat. conſ. 148. nu. 8. & conſ. 151. nu. 44. vol. 2. vnde Alciati diſtinctio, tanquam verbalis refutanda videtur, quia vbicunque hæredum ſit facta mentio, feudum dicitur hæreditarium.

12 Tertiò dicitur paulò poſt in eodem mandato eundem Ducem ſe declarauiſſe, quod ita ſenſerit, dum, quos ſuos dixerat, appellauit deſcendentes,

dentes, ſucceſſores,& hæredes,& ſic cum appo-
ſitum ſit nomen, deſcendentium, loco ſubſtan-
tiui, ſumus extra caſum Alciati, imò eius con-
ſultatio huic ſententiæ fauet, & cum vna pars
13 priuilegij, & cuiuſuis diſpoſitionis, alteram de-
claret, non eſt quod dubitemus,l.qui filiabus,de
legat.primo, Crauetta pro genero, num.358. in
quacunq; enim interpretatione potiſſimum ſpe-
14 ctanda eſt diſponentis conſuetudo. Alciatus vi-
dendus conſil.4. num. 80. lib.4.ſic arguit in ter-
minis noſtris Decius dicto conſilio 445. nu.12.
& 13. quicquid ipſe poſtea concludat eo caſu cō
tra communem; & multa in idem referunt Ga-
briel in ſuis commun. de teſtamentis, concl. 10.
& Cardinalis Mantica de coniec. vltimarum vo
luntatum, libro 3.titulo 9.nume.1.& 3. & tit.1.
nume.1.Simon de Pretis de interpreta. vlti. vo-
lunt.lib.2.interpret.3.ſol.3.nume.39. & 65. vbi
15 latè, & hoc maximè eſt dicendum cum adſit di-
ctio, item, quæ eſt repetitiua, præſertim cum ver
ſemur inter eaſdem perſonas, & res, & adſit di-
ctio relatiua, antedictos, vt declarat Bartolus
in l.in repetendis,de legat.3.idem Prætus de in-
terpretatio.vltim.volunt. libro 2.ſol.4. nume.7.
fol.157. & Curtius ſenior conſil.51.nume.18.&
florenorum liberatio eſt intelligenda, vt eoſdem
reſpiciat, quos feudi obligatio prius tenebat, &
nunc ſubrogatio accipitris & canum tangit.

Quartò licet ex illis verbis inferri videatur, vt
16 ſucceſſores ſanguinis vocati cenſeantur, non pro
pterea tollitur, quin ex magis communi debeant
ijdem eſſe hæredes,& tunc feudum mixtum dice
tur, cum maximè actus fuerit geſtus cum patri-
bus horum, qui nunc agūt,& eorum contempla-
tione, vt ſeipſum declarat idē Alcia.conſ.17.nu.
5.& 6.lib.3.& conſ.45.num.4.lib.2.& ita reperi
ſenſiſſe poſtea Guerinum Piſonem Stacium in
ſuo tract.de feudorum vſibus, ſub tit.de habitu,
verſ.tertio eſt feudum. & Velaſcum in tractatu
17 de iure emphyteutico, quæſt.44.nu.1. vſque ad
nu.6.qui de communi atteſtatur.

Non aduerſatur etiam, quod ipſe procurator
18 ſtrictius vſus fuerit facultate tributa, quod po-
tuiſſe videtur, cum proinde meliorem effeciſſe vi
deatur domini conditionem,& etiam, quia vide
tur ei data facultas ſic agendi per illas clauſulas,
cum illis pactis,& modis, prout melius, vtilius,&
commodius,& magis expediens,& opportunum
viſum fuiſſet, quaſi dominus plurimum procura
toris iudicio, confidens ei confidenter dicat, ſi ita
æquum cenſeas, aut ſi ita opus eſt, facito; ſpero
enim, quæ tua temperantia eſt, omnia vtiliter
ad meum maius commodum facies, & certè ni-
hil ſciens prætermittes, neque vllum officium er-
ga me, hominis amantiſſimi intactum relinques,
& propterea hac ſibi data confiſus auctoritate
procurator ipſi conceſſit feudum pro ſe, & ſuis li
beris, ac deſcendentibus, maſculis, legitimis, &
ex maſculina, & legitima linea deſcendentibus;
19 vnde fit vt dicatur potius, feudum ex pacto, &
prouidentia, vt declarat Maſcard. ea concl.767.
nu.4.quia reſpondetur, imò apertè ſenſiſſe, vt de
berent eſſe hæredes; nā ſtatim ea ſubijcitur clau-
ſula (recipientes pro ſe,& ſuis ſucceſſoribus, vt ſu
pra) & cum ſucceſſoris appellatione, vt ſuperius
20 probauimus, veniat hæres; ergo idem eſt ac ſi no
men hæredis adiectum fuiſſet,& quamuis ſucceſ
ſorum appellatione ſecundum aliquos, veniant
21 illi, qui ſunt etiam hæredes ſanguinis, vt tradit
Crauetta conſ.251.nu.4.attamen dicit ibidem,
quod ſunt hæredes,& nō procedit, vbi aliter ſub
iecta materia, vt hic ſuadeat; nempe quia illi, qui
eſſent ſanguinis nominatim deſcripti fuiſſent,
quia vt illa dictio, ſucceſſorum, aliquid operetur,
erit ſaltem dicendum, vt inde inferatur, feudum
eſſe mixtum, vt ſcilicet illi contineātur quatenus
22 ſucceſſores ſint, & hæredes, vt communem dicit
idem Crauetta conſ.179.ſub num.5.verſ.hoc ta
men fundamentum. Præterea dicitur vtilius eſſe
principi, feudum eſſe hæreditariū, quia ſimplex
ex pacto, & prouidentia non poteſt in præiudi-
23 cium vocatorum ad fiſcum deferri. Clar.de feu-
dis.q.66.Burſat.conſ.148.nu.6.vol.2.ſecus ſi hę
reditarium ſit, vt notat Gabr. in ſuis com.lib.3.
de iure emphyteu.quæſt.2.nu.2. Burſ.conſ.148.
num.8.vbi de communi.

Secundò cum mandatum ipſorum hæredum
mētionem faciat, & actus factus à procuratore,
tanquam à mandati poteſtate pendens ab ipſo
mandato interpretationem, & robur accipiat, il-
24 lud nomē genericum, vel æquiuocum, (ſucceſſo-
res) intelligitur iuxta mentem mandantis, ſcili-
cet de eo qui eſſet hæres, imò vbi etiam actus
fuiſſet à procuratore ſimpliciter factus, adhuc in
telligeretur habere qualitates in mandato con-
tentas,& hoc non habet dubitationem, vbi man
dati data ſit notitia,& tanto magis ſi id, vt in ca
ſu noſtro nominatim deſcriptum ſit in ipſo actu
à procuratore geſto; & ideo procurator conſtitu
tus ad vendendum cum pacto luendi, ſi ſimplici
25 ter vendat, adhuc intelligitur pacti luendi adie-
cta qualitas, cum ea in mandato contineretur,&
mandati fines diligenter ſint cuſtodiendi. l.dili-
genter.ff.mand. Tiraq.de retrac.conuent. ad fin.
tit. nu.116. & infra. Afflic.deciſ.91.nu.9. Alci.
trac.de præſumpt.reg.2.præſumpt.24.num.1 &
cōſ.29.nu.10.& 11.lib.1. & conſ.21.nu.10.li.8.
& copioſè diſſerit Præſes Menoc.de præſumpt.
lib.3.præſum.49.nu.13.& 14. Surd.deciſ.70.&
deciſ.288.nu.30.& multis ſeq. & alibi ſępe, cum
igitur in mādato fiat mentio de hæredibus, ergo
dū de ſucceſſoribus, vel ſimpliciter de liberis pro
curator agit, eſt intelligendus de hæredibus ad
præcedentis mandati præſcriptum.

Tertiò cum idem procurator in principio ip-
ſius inueſtituræ mētionem fecerit de hæredibus,
& eoſdem à præſtatione annua florenorum 700.
liberauerit, illa verba ſubſequentia (pro ſe,& eo-
rum ſucceſſoribus, vt ſupra) erunt neceſſariò in-
telligenda de hæredibus, cum vna pars, vt ſupe-
rius

rius diximus; alteram declaret, vt vnum verbum
alterius vim explicet, & explanet; & dictio illa
26 (vt ſupra) relationem ſaciat eorum, quæ iam di
cta ſunt, vt docet Barto. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de
poſtulando, Cur. ſen. conſ. 51. nu. 18. & Soc. iun.
conſ. 170. nu. 33. lib. 2. Dec. conſ. 182. nu. 3. nec
dicatur, quod debeat ea dictio referri ad liberos,
& deſcendentes, quos ſuperius nominauit, quia
imo tanquam clauſula in fine poſita, debet refer-
ri ad omnia ſuperiora, & cum liberi, & deſcendē
27 tes nominatim vocati eſſent; quatenus adiectum
eſt nomen ſucceſſorum, vt aliquid ea dictio ope-
retur, intelligitur eos admitti, quatenus ſint ſuc-
ceſſores, id eſt, hæredes vniuerſales, quod & aper
tius patefaciunt verba iuramenti ſubſequentia,
dum dicitur, vt eo melius, promptius, atque libe
rius præfati fratres de Cauatiis, ipſorumque hæ
redes, & ſucceſſores fidelitatis affectum, per opta
ta valeant demonſtrare, quę verba adeò clara, &
perſpicua rem certiſſimam efficiunt.

Quartò cum dictum ſit, vt dicti fratres, vt ſu-
pra, ſibi inuicem ſuccedant, ſicuti in aliis eorum
bonis non feudalibus, certè illi ſuccedere nō poſ-
ſent, niſi ſint hęredes; nam licet filius agens cōtra
28 debitores hæreditarios hæres dicatur, quia eo ip
ſo, quod agit ad rem hęreditariam, cenſetur adi-
re; attamen ſi conueniatur non ſuſtinetur iudiciū
niſi probetur ipſum eſſe hæredem, cum ex iure
prætorio habeat beneficium ſe abſtinendi ab hæ
reditate paterna, vt magis commu. dicit Alex. in
l. ſi cum dotem, §. tranſgrediamur, nu. 10. ff. ſolut.
matr. Bart. & alij in l. neceſſariis, ff. de acqui. hær.
innumeros affert Maſcar. in verbo, filium, qui di
29 cit concluſ. 804. nu. 1. ita & pari ratione, hęc feu-
dalia cum ex pacto ſint allodialibus comparata,
aſſequi nequit filius, niſi ſit hęres; atq; ideo hære-
ditarium miſtum feudum cenſebitur, cum æqui-
paratorum, etiam in odioſis, tanto magis in fauo
30 rabilibus idem ſoleat eſſe iudicium, vt traditur in
l. 1. de leg. 1. & com. dicit Belſon. conſ. 97. & Cra
uet. conſ. 236. nu. 13. & conſ. 333. nu. 18. & conſ.
364. nu. 7. & conſ. 817. nu. 11. Cum etiam inter
cætera accedat alienandi permiſſio conceſſa pro
libito volūtatis tam inter viuos, quàm in vltima
31 voluntate; quæ facit vt feudum eo magis hære-
ditarium cenſeatur, vt ſcribit Bec. conſil. 88. nu-
mero 21.

Non reſiſtit, ſi diceretur hęc procedere, conſi-
derata inueſtitura Ducis Io. Mariæ Vicecomi-
tis, ſed cū illa abrogata, ſeu nouata proponatur,
tum fellonia à vaſallis commiſſa, tum altera in-
ueſtitura obtenta à Duce Frāciſco primo, & quæ
recepta legitur pro ſe, & filiis, & deſcendentibus
ſuis, & deſcendentium deſcendentibus, de legiti-
mo matrimonio, ex linea maſculina natis, & na
ſcituris, pro ſe, & ſucceſſoribus ſuis, de ea tantum
nunc agendum videatur, & inſpiciendum, an ex
ea inferri poſſit feudū eſſe huiuſmodi; quale nos
defendimus, hæreditarium, ſaltem miſtum. Quia
primo dicitur felloniam, cum ſit quid facti, & de
lictum ſonet, & ſit partis diuerſæ fundamentum,
eſſe legitimè probandum ſaltem quinque teſti-
bus omni exceptione maioribus, ne ſit quaſi poſi
tum in manu Domini teſtium facilitate vaſal-
32 lum feudo priuare, vt notatur in cap. vnico, titu.
quot teſtes ſint neceſſarij, & tradit Maſcardus in
verbo, fellonia, concluſ. 761. & turpitudinem au
ctoris, ſucceſſor etiam ſingularis allegare non po
teſt, vt ait Crauet. conſ. 125. num. 6. & cum ſæpe
vaſallorum fellonia, quietus principis, vel domi-
ni ſtatus perturbetur; & idem vir potens tanquā
ambitionis palo alligatus, complurium inuiden-
tium telis ſit expoſitus, atque eius cor in felle ſit
ſitum, & acerbo aceto, dum in melle tibi ſita eſſe
videtur ipſa eius lingua, & oratio, & ea quæ foris
magna videtur fęlicitas, intus ſumma ſit infęlici
tas, dum is dominatus quem tanti tu facis, ſit in
ſeruitute, & ſeruitus in dominatu; mihi crede, ſi
hoc ipſum tua mediocri ſorte contentus, atten-
tè cogitabis, atque attendes, ei non inuidebis, di-
ceſque equidem & ipſe nunc probo illud proba-
tum, quod fertur in prouerbio verbum, vt ſcili-
cet pretioſum aurum nō ſit, id omne quod lucet,
ſed potius vile, & fragile vitrum; & propterea li
cet multi, & complures homines his voluptatib.
nimis indulgentes, & dediti, putent fœlicitatem
in earum deliciis reponendam eſſe, & idcircò di-
uitias, honores, & potentiam magni faciant, &
fœlicem eum putent, qui opibus affluens, ab om
nibus tanquàm ciuitatis princeps, in honore ha-
33 betur, impetandi poteſtatem tenet, & explenda-
ram capiditatum ita liberam habet facultatem,
vt in vnaquaq; re dicere ei liceat, ſit pro ratione
voluntas; ſecunda fruatur valetudine, aliiſq; do-
tibus corporis, & fortunæ; ſic elatè cęteris perlu-
ceat, vt omnes eum ſuſpicientes, & ſæpe inuiden
tes admirentur, & obſtupeſcant; attamen toto vt
aiunt cœlo, errant, meo iudicio; nam omnium
iſtorum perſonata fœlicitas eſt, & contemnes il-
los ſi diſpoliaueris, laruatus homo, in habitu re-
gali, venerandam Regis oſtendit ſimilitudinem,
Cæterum veſtibus depoſitis veritatem rei agno-
ſces, & comperies homunculum eſſe quendam
vilem, & abiectum; ſic principes iſti viri, quos tu
exiſtimas fœlices, ſi denudaueris eorum ramos
aureis foliis, & venuſto cortice, truncos inuenies,
& prædicabis, & dices exiccatos, atque aridos,
quos floreſcentes, & redundantes credebas; quo
etiam potentiores ſunt, eo grauior cura ipſos co-
quit, & verſat ſub pectore fixa, quoties quis flo
rens, ac potens per medium forum magna comi
tatus caterua volitat, & communi ſalutatione
dignus putatur, quaſi digito cœlum attingat,
domi tamen ſolus mœrens iacet, hæc grauis cu-
ra illum maximè angit, nuncius ille repentinus
illum vehementer torquet, & ſolicitum habet
maximo timoris cruciatu, & cum multa concu-
piſcat, quæ obtinere nequit, & multis impen-
dentibus periculis prouidere debeat, ſemper ani-
mi pendet in grauiſſimis defixus cogitationibus:

ſæpe abſtrahunt à recto, diuitiæ, honores, poten-
tia, & cætera quæ opinione noſtra clara ſunt pre
tio ſuo vilia, non eſt homo inuolutus extiman-
dus, ſed ſimplex & purus, non quæ corporis ſunt,
ſed animi bona ſpectare oportet: nam quid pro-
deſt quod foris omnia pacata & tranquilla ac fę
licia videantur, applauſuque populari reſonent,
intus autem multum negotij ſecum infęlix ha-
beat, affectusve animi fremat, multa, & com-
plura quotidiè magis concupiſcens, tantaque in
animo inſit perturbatio, vt maior timor oriatur;
vnde merito etiam nomē ductum eſt tumultus,
quaſi timor multus, cum inter ſe rixentur cupi-
ditas, & timor, auaritia, luxuriaque diſſideant, &
altera alterā vexet, & abſit animi, & conſcientię
trāquillitas, & fœlicitate peccantium nihil ſit in
fœlicius; Quo fit vt Appollinis oraculo reſpon-
ſum ſit, magis ſe probare ſecuritate ridens tugu-
rium, quam triſtem, curis, ſolicitudinibusque au
lam, paucaſque glebas pauoris expertes, quàm
pinguiſſima Lydiæ arua metu referta, & vſus ne
ceſſarij horreum nulli nimis appetendum, quàm
theſauros omnium inſidijs, & cupiditatibus ex-
poſitos; nam læta paupertas, diuitiæ ſunt opti-
mę; & ſi ſat eſt, multum eſt, igitur fœlix eſt qui
ſe ipſum noſcit, qui paruo contentus, cupiditati-
bus finem imponit, qui rectè viuit, & Deo viuit,
in quo vno & trino ſummum bonum ineſt, ſum
mave fœlicitas, anima cum immortalis ſit & æ-
terna non quieſcit in eo quod extremum habet,
& ex conſequenti finitum eſt, ſed in eo quod
non habet extremum, & idcirco infinitum eſt,
& æternum; vis felix eſſe, & beatus, fac vt to-
tus in Deo ſis, & totus in te ſit Deus, ſic agen-
do quietem & tranquillitatem animi conſeque-
ris, in qua conſiſtit vera, ſolida & ſincera fœli-
citas, & ideo diuino afflatus numine Regius il-
le propheta Dauid eleganter cecinit: Beati om-
nes qui timent dominum; qui ambulant in vijs
eius; hi enim nihili, facient ſubditorum perfi-
diam, & felloniam, atque hominum inſidias,
inquientes, ſi Deus eſt pro nobis; quis cōtra nos?
ſed vt ad propoſitum redeat oratio, iniectus fel-
loniæ ſcopulus primo non aduerſatur, cum legi-
timè de ea non conſtet; ſecundo etiam quod de
ea conſtaret nihil facit, quia cum Ducis Fran-
ciſci primi inueſtitura ſit facta ſub commemora
tione alterius inueſtituræ præcedentis, ſcilicet
Ducis Ioann. Mariæ, & illius ſecutus veſtigia,
& tenorem, & ad hanc deuenire in exordio ip-
ſius inueſtituræ teſtatus ſit ipſe Dux Franciſcus,
hæc, ſi quid dubij habebit, ex illa veram & ger-
manam accipiet declarationem, & explicatio-
nem, etiamſi abrogata foret, quod tamen ne-
gatur, tum quia voluntas etiam ex actu nullo,
34 & reuocato optimè declaratur, vt ſcriptum reli-
quit Crauett. videndus conſil. 130. numero 6.
tum quia ex ipſo procemio & prefatione ex qua
mens optimè colligitur, l. Titia, §. primo, ff. de
verbor. obligatio. Mantica latè de coniectur. vl-
timarum volunt. lib. 6. titu. 13. numero 2. 3. & 4.
35 declaratur, quod ſenſit de illis ſucceſſoribus qui
eſſent eius generis, cuius erant illi, qui contine-
bantur in inueſtitura Ducis Ioann. Mariæ, ſcili-
cet hæredes, ad quam cum nominatim ſe refe-
rat, expreſſo nomine Tabellionis qui fuerat de
ea rogatus, perinde habetur ac ſi deſcripta eſſet
36 in hoc ipſo inſtrumento inueſtiturę, cum præſer-
tim princeps teſtetur de ea ſe certificatum fuiſſe,
vt ait Crauett. conſilio 45. numero 4. & de rela-
to conſtet, vt affirmat idem Crauetta conſi. 157.
numero 3. & 16. tum quia nedum hæc inueſtitu-
ra facta fuit ſub ſimplici commemoratione prio
ris, ſed etiam cum expreſſa declaratione, quod
princeps voluit ſequi eius veſtigia, & idcirco ea-
37 dem repetijt accipitris & braccorū annuam prę-
ſtationem, his modo & forma prout continetur
in inueſtitura Ducis Ioan. Mariæ, & propterea
illud nomen (ſucceſſoris) debet intelligi de hæ-
rede prout intelligitur in altera inueſtitura, ad
quàm certa facta fuit relatio, l. non ad ea. ff. de
conditio. & demonſtratio. & plenè probaui ego,
38 conſilio 36. numero 2. & infra, vbi videatur; imo
etiam actus perfectus & ex interuallo factus re-
cipit formam declarantem à præcedenti, Bald.
in l. precibus, num. 1. C. de impube. & alijs. Alex.
conſil. 40. num. 11. lib. 4. & amplè Mantica di-
cto titu. 13. lib. 6. & res ſe referens conſideratur
ſecundum illud ad quod fit relatio. Alciatus con
39 ſil. 109. numero 3. libro 8. Tertio cum reuocatio
non inducatur niſi de ea expreſſe appareat, l. fin.
C. de nouatio. Gabriel in ſuis commun. de no-
uar. concluſ. 1. num. 1. & præſes Menoch. de prę-
40 ſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. non poteſt dici fa-
cta nouatio, quæ tanto minus inducenda eſt, cū
potius de contraria mente conſtet, quod ſcilicet
ab ea noluit recedi. Quarto ſemper eſt capien-
41 da interpretatio, ne antiqua inueſtitura, à noua
immutetur, vt proſequitur Brunus conſilio feu-
dali 11. numero 1. & conſilio 12. numero 39. vbi
ait Principem maiorum veſtigia ſequi ſolere, &
conſilio 4. numero 3. Pariſius conſilio primo,
numero 98. & 99. volum. primo, Curtius iunior
de feudis in 2. parte, quæſ. 7. Imo inueſtituræ re-
nouatio intelligitur ſecundum naturam, & qua
litatem præcedentium inueſtiturarum, Gozad.
42 conſ. 84. nu. 5. & noua inueſtitura per antiquam
declaratur, Ruin. conſil. 187. num. 1. vol. 1.

Tertiò principaliter dicitur etiamſi verſare-
mur in puris terminis ipſius inueſtituræ Ducis
Franciſci, quod tamen longè multum à veritate
diſtat, attamen adhuc diceretur feudum hæredi-
tarium miſtum, nam vt omnibus partibus ratio-
nes ſubijciamus, cum poſt denominationem de-
ſcendentiū e adectia ſit illa clauſula pro ſe & ſuc
ceſſoribus ſuis, ne dicatur inanis & ſuperflua, eſt
omnino dicendum vt prolata ſit ad qualifican-
dam deſcendentium perſonam, vt ſcilicet admit
tātur quatenus ſucceſſores ſint, id eſt hæredes, cū
eo nomine propriè veniant, & contineantur,

& nihil

43 & nihil differre videatur ad conſtituendum feu-
dum hæreditarium mixtum, an expreſſum ſit no-
men hæredis, vel ſucceſſoris, vt ſentit Crauet.cõ-
ſil.256. ſub num.4. verſ. ſed hic dubitatur, & ſu-
perius probauimus, quod ampliatur etiam ſi di-
ctum foret pro ſe, & ſucceſſoribus, imo hoc no-
44 men ſucceſſor latius patere videtur, vt omnino
etiam ſingulares contineat ſucceſſores, vt probat
Alciat.relato conſ.18.num.3.lib.4.

Quartò hāc interpretationē id mirificè iuuat,
vt ſcilicet in omnibus partibus eiuſdem inueſti-
turæ factæ à Duce Franciſco, in quibus facta ſit
mentio deſcendentium ipſorum inueſtitorum
45 ſemper adiecta ſit dictio, vt ſupra, vel dictio prę-
dictos, quę refert omnes qualitates ſuperius enar
ratas, vt ſcilicet eſſent de legitimo matrimonio,
& linea maſculina, & etiam ſucceſſores, quæ di-
ctiones, vt iam diximus, faciunt relationem om-
nium quæ dicta ſunt ſupra, tam reſpectu ſubſtan
46 tiæ, quam omnium qualitatum, Dec.conſil.182.
num.3. & 4. Aretinus conſil.153. prope finem,
verſic.eſt enim dictio prædicta, & quæ gemina-
tio repetitionis dictarum omnium qualitatum
magis enixè oſtendit, vt non debeant admitti ni-
47 ſi illi qui fuiſſent eius qualitatis, & præcipue qui
fuiſſent ſucceſſores & hæredes, vt pulchrè pro-
ſequitur Gozad.conſil.30.num.1. & infra.

Quintò omnes dubitationum nebulæ ſcindū-
tur ex diuturna & longa adeo ſubſequuta obſer-
uantia, quæ talis ſemper fuit, vt ad feudum ad-
miſſi fuerint hæredes, & vti hæredes fuerint ci-
48 tati ad ſubeundum fidelitatis iuramentum, &
tanquam hæredis illud præſtiterint, & frater
fratri vti hæres ſucceſſerit, vnde nuſquam ab hac
interpretatione ſic a partibus admiſſa, eſt rece-
dendum, vt dicit Ioſeph. Ludouicus commun.
quæſt.38.illat.51.& heredum confeſſio rem ma
49 nifeſtam facit, quia etiam multum valet ad fidei
commiſſi probationem, late Mantica de coniec.
vlt.volunt.lib.3.titu.1. num.26. & 28. id robo-
rant ſubſequutæ poſtea confirmationes Ducum
Galeatij & Ludouici Sfortij ad eum, & præteri
ta iuramenta, nam inſcribuntur, & denominan-
tur & ſupponuntur filij, & hæredes; & ſe refe-
runt ad antecedentes inueſtituras, & quia etiam
dictum fuit, vt duo illi fratres de feudo inueſti-
50 ti ab inteſtato inuicem ſuccederent, quaſi inde
inferri vellet vt ex teſtamento aliter ſuccederēt,
l.generaliter, C.de inſtitut.& ſubſtitut.l.prima,
ff. de ſuis & legitim. l.inteſtatus.vbi Alciatus de
verborum ſignificatio. Azo in ſumma, C.de ſuis
& legit.num.2. & quamuis poſtea in confirma-
tione Ducis Ludouici dictũ fuerit vt illis vnius
51 lineæ deficientibus ſine filijs ſuccederent alij al-
terius lineæ, non ideò tamen tollitur, quin illi
qui eſſent eius lineæ deberent eſſe hæredes ſi vo-
luiſſent ſuccedere, vt in alijs præcedentibus in-
ueſtituris continetur, & ſic per illa verba non vi-
detur eſſe receſſum à iure hæreditario, vt in ſimi
li notat Alciatus eod.conſil.17.num.5.

Nec refragatur ſi dicatur, magis communem
videri ſententiam, vt etiam ſi ageretur de feudo
hæreditario, ſufficiat eum, qui ad feudum agit
52 eſſe hæredem mediate, vel immediatè primi in-
ueſtiti, licet nolit vel non poſſit eſſe hæres vltimi
deſcendentis, vt de communi atteſtatur Brunus
conſilio feudali 18. num.14. & de magis com-
muni, Syluanus conſilio 30. num.20. Clarus §.
feudum, quæſtio.9.verſic.ſed quæro, vbi ait ita
Senatum noſtrum in facti contingentia iudicaſ-
ſe, quia reſpondeo cum in feudis attendi debeat
proximitas non ipſius inueſtiti, ſed grauati, vt fir
53 mat Alciat. conſil.21. num.3. lib.3.& magis re-
ceptum videatur, vt in feudo hæreditario, quis
non poſſit ſuccedere repudiando hæreditatem vl
timi: imo hanc refutando, cenſeatur etiam repu-
diare illam primi, cum per anteceſſorum aditio-
54 nem ſit confuſum, & effectum, quaſi vnicum pa-
trimonium, videtur verior ea opinio, vt vltimi
55 debeat eſſe hæres, vt dicit Curt.Iun. conſil.138.
nu.24. & ſequitur Alciat. conſil.1.nu.27.lib.3.

Præterea vbi etiam contraria ſententia eſſet
56 crebrior, eam tamen recipit declarationem vt
procedat in agnato, ſed non in filijs, ſeu deſcen-
dentibus, prout eſt quæſtio noſtra qui non poſ-
ſunt eſſe hæredes primi inueſtiti, niſi ex perſona
patris, cuius hæreditatem debent adire ſi volunt
feudum; at agnatus quando vult, admitti debet
ſaltem pro portione ſua hæres eſſe, quia tunc iu-
re quodam accreſcendi poteſt defuncti hæredita
57 te repudiata conſequi feudum, vt notabiliter de-
clarat idem Alciatus videndus conſi.23. num.4.
& conſil.15. num.7. & in pluribus alijs antece-
dentibus & ſequentibus conſilijs lib.3.

Et cum apud omnes receptiſſimum ſit feudū,
58 quando eſt hęreditarium prout eſt hoc noſtrum,
venire in petitione hæreditatis, vt refert Maſcar.
concluſ.767. in verbo, feudum hæreditariū, nu.
1. ſicut hæreditatem quis alterius conſequi non
59 poteſt, niſi ſit illius hæres, pari ratione dicendum
eſt de feudo hęreditario, cum eodem iure cenſea
tur, & idcirco tranſeo in hanc eandem ſententiā,
vt ſcilicet hoc feudum cenſeatur hæreditarium
60 ſaltem miſtum, nec ad illud admitti debeat, niſi
qui ſit patris hæres.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO EXIMIO I.C. EX Collegio Mediolani Ricardo, & fratribus Malumbris.

ARGVMENTA.

Tutrix vbi deceſſerit apud vnum ex filijs, an lapſis triginta annis & eo amplius, poſſit illius filij deſcendens, & hæres, co-

gere alios cohæredes ad reddendam rationem adminiſtratæ tutelæ, & an libri rationum præſumantur remanſiſſe penes eum, apud quem vixit & deceſſit.

An fœminæ faciant partem ad fauorem maſculorum, quando Auia teſtata deceſſit, ex ſtatuto Mediolani, c. 279. & 280. in princ.

An fundus in dotem datus, ita vt vel is, vel pretium reſtituatur, vel ea fiat reſtitutio quæ iuris fuerit, legari poſſit.

Dotali domo vendita an debeatur pretium iuxta tempus dati in ſolutum, aut factæ aſſignationis, vel quo vendita fuit.

SVMMAE RERVM.

1 *Tutela ex curſu longi temporis, ſolemniter adminiſtrata præſumitur.*

2 *Ratio adminiſtrationis ex curſu longiſſimi temporis reddita præſumitur.*

3 *Liberationis titulus licet ex ſola patientia longi tēporis non præſumatur, id tamē non procedit, vbi longiſſimum tempus accedat.*

4 *Tutelæ actio ſpatio triginta annorum concluditur.*

5 *Suſpicio non leuis eſt contra eum, qui differt petitionem, & iudicium reddendæ rationis, donec deceſſerit ipſa tutrix.*

6 *Dolo carere non videtur, qui multum, atq; diu differt, & procraſtinat ius ſuum deducere.*

7 *Rationem adminiſtrationis, qui differunt petere, ſibi reddi, valde mordentur à Pratico Papienſi.*

8 *Actio omnis perimitur triginta annorum curſu.*

9 *In delinquentem, putantem quod Deus non videat.*

10 *Rationis reddēdæ remiſſio ex diuturnitate temporis præſumitur maximè inter ſanguine iunctos, & ſi ſæpius inter eos poſiti fuerint calculi.*

11 *Rationis reddendæ caput eſt, libros exhiberi, calculos poni, reliqua reſtitui, moramq; purgari ſolutione eius quod debetur.*

12 *Libri adminiſtrationis reſtitui debent ei, cui fuit reddita Ratio, etiam ſi non petantur.*

13 *Rationum liber qualis eſſe debeat, & quæ continere.*

14 *Libri rationum præſumuntur perueniſſe ad manus eius, apud quem teſtatrix vixit, & deceſſit, & cuius bona adminiſtrauit.*

15 *Librorum rationis amiſſio, aliter quàm per iuramentum debet probari ab eo, qui iure actionis tenetur libros conficere & exhibere.*

16 *Vſurariorum, ſeu fœneratorum libros, tenētur eius hæredes edere.*

17 *Amiſſio librorum adminiſtratæ tutelæ, ſolo iuramēto non poteſt probari, ſed manifeſtæ probationes exiguntur.*

18 *Præſumptio iuris, probandi onus alienat, & illud aduerſario neganti imponit, pro veraq; probatione habetur.*

19 *Præſumptio iuris fortiorem exigit probationem.*

20 *Libri rationum præſumuntur perueniſſe ad manus eius, cuius intererat illos habere.*

21 *Librorum editionem, qui debet præſtare petere non poteſt, vt ei edatur.*

22 *In tutorem ſeuerius agitur, mitius autem in eius hæredem, niſi lis iam eſſet contra tutorē inchoata, vel niſi ex damno pupilli lucrum ipſe captauerit.*

23 *Iuramentum in litem non datur niſi contra eum, qui eſt in dolo.*

24 *Iuramentum in litem, an contra hæredes tutoris, vel adminiſtratoris detur.*

25 *Hæredum quilibet licet pro portione hæreditaria conueniri debeat, attamen quoties agitur actione in rem ſcripta conueniri debet, qui habet facultatem rei tradendæ.*

26 *Adminiſtrator quilibet, tenetur adminiſtrationis rationem reddere.*

27 *Rationis reddendæ obligatio ad omnes hæredes tranſit.*

28 *Ratio ſemel reddita, iterum reddi non debet, niſi probato errore aut dolo.*

29 *Præſcriptionem etiam in perſonalibus actionibus impedire videtur mala fides, & ea hæredem afficit, ex magis com. doct. ſententia.*

30 *Mala fides ex eo colligitur quod tutrix ſciebat ſe adminiſtraſſe & teneri rationem reddere.*

31 *Bona fides præſumitur niſi bona probetur.*

32 *Rationem qui petit debet probare aliquid fuiſſe dolo ſubtractum.*

33 *Malæ fidei præſumptio ex diuturnitate temporis debilitatur.*

34 *Ratio reddenda videtur.*

35 *Malæ fidei poſſeſſor omnino non videtur, qui ſcit, actione perſonali teneri.*

36 *Aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum an detur reſtitutio in integrum, ex capite ignorantiæ.*

37 *Tutoris hæres tenetur iure actionis, & officij libros rationum cuſtodire, vt quoties caſus euenerit, illos exhibeat.*

38 *Hæres quilibet tenetur pro parte hæreditaria defuncti factum approbare.*

39 *Veritati omnia conſonant, falſitati vero diſſonāt.*

40 *Rationis libros qui habere præſumitur, fruſtra eos ab alio petit.*

41 *Clauſula in omnibus, & per omnia repetere videtur præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus.*

42 *Clauſula præcedens magis influit ad ſubſequentiū declarationem, quam ex contrario.*

43 *Dictio, Idem, præcedentia referre videtur.*

44 *Diſponendi de rebus ſuis liberum eſſe debet, quod non redit arbitrium.*

45 *Statuta Mediolani cap. 278. & 279. & 280. declarantur.*

46 *Teſtati cauſa præfertur cauſæ inteſtati.*

47 *Inte-*

47 *Inteſtatus tacitè videtur & ipſe relinquere, quod lex diſponit.*

48 *Diſponendi voluntas vt libera ſit facienda eſt interpretatio.*

49 *Dictio, hoc intellecto, perſonalis videtur, & ad oculum demonſtratiua.*

50 *Clauſula in vno ſtatuti capite poſita, an & quando repetita cenſeatur in alio capite.*

51 *Repetitio præcedentium, non videtur procedere reſpectu eorum quæ ſpecialiter in referente capite deciſa fuerunt.*

52 *Verba vniuerſalia, atque geminata ſemper intelliguntur eo reſpectu quo prolata ſunt.*

53 *Verba etiam vniuerſalia operantur vt tantum veniant quæ ſunt ex natura ſermonis, & conuenientia iuri, ac rationi.*

54 *Clauſula in omnibus & per omnia recipit aptas & conuenientes declarationes, licet vniuerſalis ſit.*

55 *Singula ſingulis ſunt aptè reddenda.*

56 *Teſtator præſumitur potius ſe conformare ad diſpoſitionem iuris municipalis, quam iuris communis.*

57 *Statutum Mediolani quo cauetur vt teſtator ſi decedat teſtatus intelligatur maſculos fœminis prætuliſſe, intelligi debet quando in genere filios vocaſſet.*

58 *Fœminas cum maſculis poteſt aſcendens æqualiter inſtituere, non obſtante ſtatuto maſculos fœminis ab inteſtato præferente.*

59 *Fœminas ne dum æqualiter inſtituere cum maſculis poſſe videtur teſtator, ſed etiam eis plus relinquere, non obſtante ſtatuto maſculos fœminis præferente.*

60 *Statuta Mediolani excludentia fœminas propter maſculos, non ſimpliciter fauent agnatis, ſed magis maſculis.*

61 *Succedere qui nequit aduerſus teſtamentum querelam proferre, aut contratabulare poteſt.*

62 *Dotis æſtimatio facere videtur emptionem ex commun. doct. ſententia.*

63 *Dotalis res legatum valere videtur, quoad æſtimationem, & ad hæredis præiudicium.*

64 *Dotalis fundus dicitur eſſe in commercio, ſaltem ratione permutationis.*

65 *Hæredis res facilius legatur, quam extranei.*

66 *Legare quis poteſt etiam ignorans rem alienam, rem hæredis, vel cum eo communem.*

67 *Hæres tenetur approbare factum defuncti.*

68 *Dos æſtimata cum conſenſu vxoris facilius alienatur, quam dos inæſtimata, conſenſuſque præſumptus ſufficere videtur.*

69 *Legatum in teſtamento ſibi factum agnoſcens teſtamentum approbare cenſetur.*

70 *Cum legatarijs licet teſtator non dicatur contrahere, cenſetur tamen præſtare cauſam quaſi contractus.*

71 *In dotem æſtimata res data ab vxore vendicari poteſt in ſubſidium.*

72 *Dotalem fundum, vel eius æſtimationem qui reſtituere promiſerit, vel facere eã reſtitutionẽ, quæ de iure, poteſt eligere quod maluerit.*

73 *Mulier vbi contrahat cum filijs, ſeruanda non videtur ſolemnitas ſtatuti Mediolani, cap. 328. in princ.*

74 *Dos æſtimata cenſetur quoties præcedit obligatio certæ quantitatis.*

75 *Dotalis res vbi poſita ſit in reſtitutione, debet in hæredes continuari.*

76 *In dotem data res cenſetur quoties æſtimata fuit, ea æſtimatione quæ emptionem non faciat.*

77 *Alternatiuæ partem qui eligit, alteram reſpuere videtur.*

78 *Electio ſemel facta amplius variari nequit.*

79 *Dotalis rei æſtimatio emptionem non facit, quoties non præcedit rei cuiuſdam promiſſio in quantitate, ſed potius in quotitate.*

80 *Dotis augmentum, dotis appellatione venit, eoque iure cenſetur.*

CONSILIVM CCXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

INaniter meo iudicio Brandimars Barbauaria vrget eximium Iuriſconſultum ex Illuſtri noſtro Mediolani collegio Ricardum Malumbrã, & fratres ad reddendam rationem adminiſtrationis tutelæ, quã geſſit Catherina Applana communis Auia paterna, & cuius ſunt hæredes ex perſona eorũ genitorũ, tam actor ipſe, quam rei conuẽti.

Primò quia, cum poſt finitam tutelam iam defluxi ſint triginta anni, & eo amplius, atque etiã multis annis poſt Barbauariorum filiorum ex ſecundo matrimonio perfectam ætatem, prouixe-
1 rit ipſa Applana tutrix, & in eorum domo deceſſerit, præſumitur ex tanti temporis curſu non ſolum tutela ſolenniter adminiſtrata, vt decidit Soc. ſen. conſi. 153. à num. 3. vſque ad num. 8. lib. 2. quem refert, & ſequitur Gabrielius libro com. titu. de præſumpt. concluſ. 1. num. 35. ſed
2 etiam quod perfecta omnium reddita ſit ratio, ex cuius longiſſimi tẽporis curſu iuncta allegatione tituli redditæ rationis quaſi munitiſſimo aggere & vallo tuti videntur domini Malumbræ, ex doctrina Bart. in l. cum de in rem verſo, ff. de vſuris, l. ſi certis annis, C. de pact. facit Theſaurus deciſ. 179. num. 5. ex qua in proprijs terminis caſus noſtri ita arguit videndus Crauet. conſi. 812. num. 5. & confirmatur, quia titulus liberationis licet ex ſola patientia longi temporis non præſumatur, attamen id non procedit vbi lõgiſſimum tempus, quale eſt hoc noſtrum accedat aptũ ad
3 præſumptionem inducendam, vt tradit Balbus tract. præſcrip. 3. p. prin. q. 10. num. 32. & idcirco receptum eſt, vt ipſius tutelæ actio triginta anno-
4 rum ſpatio concludatur, vt ex alijs probat videndus oĩno Borg. trac. de tutore & curatore, n. 202.

Secundò non leuis eſt ſuſpicio contra aduerſarium, ex quo in hunc vſque diem diſtulit, & protraxit hoc reddẽdarum rationum iudicium, cum
5 interim deceſſerint, & ipſa tutrix, & eius filij, qui defenſionis modum, & rationes allatas optimè docerent, vt firmat Crauet. eo conſ. 812. num. 5.
6 nec dolo carere videtur, qui tandiu differt, & procraſtinat ius ſuum deducere, & in lucem proferre, vt ex eodem Crauet. probat Maſcardus trac. probat. in verbo, dolus, concluſ. 532. nu. 59. vnde non immeritò Petrus Ferrarius vulgò Papienſis nuncupatus in forma libelli, quo agitur ad reddẽdam tutelæ rationem, verſ. debitã rationem, nu. 2. vehementer inuehitur in eos, qui differunt pe-
7 tere rationem ſibi reddi ab olim ſuo tutore, donec ipſe tutor de negotio eruditus, & benè edoctus deceſſerit, meditati intra ſe ipſos, quod hæredes tutoris neſciunt referre, aut putare rationem, & omnino ac penitus condemnabuntur, eoſque maleuolos, & malitioſos appellans, inquit, bonũ eſſe huic abſurdo prouidere aliqua lege, qua ſanciatur, vt finita tutela, & cura, niſi fuerit poſtulata, & reddita ratio intra biennium non amplius quis audiatur: ergo id tanto magis debet efficere curſus triginta annorum, qui temporis lõgiſſimi
8 præſcriptio dicitur, qua omnis actio perimitur. l. fin. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum; & id equidem eſt lõgè grauius in eo, qui ſua malitia eò rem perducit, vt alterum vrgeat rationes exhibere, quas ipſe occultat, inquiens, ego facilè hominem hũc rei geſtæ ignarum, cum in alterius locum ſucceſſerit, fallam, nam ſolus ego rationes ſubtraxi, & hæ in latebris apud me ſolum latent qui reſciſcet? aut pandere poterit? ſed meo iudicio dum hac fallaci arte, & machinatione alterum fallit, ipſemet miſerè fallitur, ſæpe enim qui delinquit, putat adeò occultè latere, & reconditus eſſe, vt nemo viderit, quæ in
9 dignè fecerit, facinora; Iactat enim in abditis, & penetralibus domus focis in obſcuro, & in tenebricoſo loco hæc ipſe ſolus commiſi, parietibus circundatis, quis è tenebris id eruet? & ad lucem reuocabit? niſi conuictus, aut confeſſus damnari queo; quis me tacentem conuincet? cum aliquis oculatus teſtis adhiberi nequeat; Verum enimuerò valdè meo iudicio erras, nimisq́; futilis eſt hæc tua ratiocinatio, & falſa hæc tua opinio: an neſcis in omni loco oculos Domini, id eſt, omnipotentis Dei, optimi ſpeculatoris cõtẽplari bonos, & malos, & cuique pro meritis retribuere? an ignoras tuam ipſam conſcientiam non vnici teſtis, ſed mille teſtium vices ſuſtinere? parietes tui, & tenebræ te fortè tegent, ſed non abſcondẽt, illi te circundant non vt occultius pecces, ſed vt tutius viuas; quid autem prodeſt recondere ſe, & oculos hominum, aureſque vitare, ſi bona conſcientia turbam aduocat, mala etiam in ſolitudine anxia, atque ſolicita eſt. ſi honeſta ſunt, quæ facis, omnes ſciant; ſi turpia, quid refert neminẽ ſcire, cum tu ſcias? ò te miſerum ſi hos teſtes contemnis; quid enim prodeſt ab homine aliquid eſſe ſecretum, cum nihil Deo clauſum eſt? Vis in occulto iacere, ſic viuas, vt deprehendi ſit ſubitò aſpici; ita mores tuos componas, vt aperto oſtio viuere poſſis, Ianitores conſcientia noſtra ad cordis fores poſuit, quos non timebis, ſi ita te geres, vt in publico foro tua cauſa etiam non defenſa probetur; & ſi interdum quod abſit, humana imbecillitate, & fragilitate cadas, ſtatim reſurgas, & te ipſum emendes, & ita cautè, & occultè ſaltẽ te geras, vt opinionem, ſermonemq́ue vulgi vites, cum interdum ratione ſcandali plus tibi & aliis ea obſit, quam veritas, & ſæpe quæ latuere diu mox improuiſa pateſcant, & ſuo tempore totius huius ſceleris fons quem exaruiſſe putabas, aperiatur.

Accedat etiam, vt in proximo fundamento diximus, remiſſionẽ à reddendis rationibus ex diuturnitate temporis præſumi, maximè inter ſan-
10 guine iunctos, vnde hæres debitoris eſt audiendus, dicens, ego credo tibi cumulatè iam ſatisfactum fuiſſe, quia tanto tempore non ſiluiſſes, aut mutum fuiſſet forum, vel elinguis ipſa iudicis curia, quam creditorum garrula diſciplina frequentat, Corn. conſi. 277. vol. 4. quem refert & ſequitur Maſcar. trac. probat. concluſ. 1263. in verbo, rationum redditio, nu. 9. & id facilius præſumeretur, ſi probaretur ſæpius inter eos ſubductas fuiſſe rationes, vt is idem probat nu. 14. & cum ex iure noſtro municipali quidquid contrà diſponat ius commune, cap. 318. vol. 1. etiam durante tutela, & cura, tutor ſeu curator poſſit compelli rationem reddere, hinc exoritur vehemens coniectura optimè adminiſtratæ rei familiaris, & geſtæ tutelæ, quod ſi aliter actum fuiſſet, curaſſent etiam ea durante, ſibi rationem reddi, & tutricẽ vti ſuſpectam amoueri, ne calamitas diutius remorata, longius ſerperet, atq; progrederetur velut iubatus draco.

Tertiò conſidero caput reddendæ rationis illud eſſe, codices & rationum libros exhiberi, ſine
11 quib. ratio reddi nequit, atq; calculos poni, & reliqua reſtitui, & moram purgari ſolutione eius, quod debetur, & ideo in ratione ducenda primùm & ante omnia libri rationum legitimè confecti ſunt in medium proferendi. l. cum ſeruus, ff. de condition. & demonſtration. Bald. in l. cum teſtamento, C. de manumiſ. teſtamen. Iaſon videtidus omnino conſil. 100. ſub num. 5. lib. 4. egregiè Gozad. conſi. 17. nu. 10. & qui libri debent reſti-
12 tui ei, cui redditur ratio, etiam ſi non petantur, l. 1. §. officio, ff. de tut. & ratio. diſtrahen. & tradit Burſa. conſ. 130. nu. 6. vol. 2. Alciat. conſ. 31. nu. 6. lib. 5. & alios refert interpres ad ſtatutum, cap. 318. nu. 2. vol. 1. & qui liber debet eſſe clarus, diſtinctus, & debet cõtinere data, & accepta, & om
13 nes redditus, & prouentus eius, cuius bona adminiſtrantur, & debet dies apponi, & cauſa, & perſona, & alia ſeruari, vnde vera, & ſolida ratio debiti, & crediti, dati & accepti, & redditus, & impenſæ

Digitized by Google

penſæ haberi poſſit, l. prima, §.rationes, & l.ſi
quis ex argentarijs, §. ſimilium, ff.de edendo, &
l.qui ſub conditione, ff.de condition. & demon-
ſtration. Bart. conſil. 150.prope finem, & tradit
Decius conſi. 192.num.2. Plotus in l.ſi quando,
nu.237.C.vnde vi, Borgn. trac. de tut.nu. 206.
& plures adducit interpres ad ſtatut. c.317. nu.
24.lib.1. Verum enimuero cum certum ſit tutri
cem libros rationum confeciſſe, nec aliter creden
dum ſit poſtquam legitimè adminiſtrationem ſu
ſcepit, ipſaque tutrix extremum vitæ diem clau
ſerit domi Barbauariarum; ad eoſque ſicut cæ-
tera peruenerunt, præſumendum ſit, vt libri ipſi
14 rationum, & alia ad eam adminiſtrationem per
tinentia deuenerint, & apud eius remanſerint, cũ
filij eſſent, & hęredes. Hæcque probabilis, & ve-
riſimilis coniectura cum ſit à iure recepta, l.1.§.
quod penes hæredem, ff.de fideiuſſ. tut. & tradit
glo. in c.ſi epiſcopum, 16.quæſt.6. Caſtrenſ.con-
ſil.63.num.3.par.2. Ruin.conſil.69.nu.4.vol.5.
Cõſequitur ea pulchra iuris concluſio vt ſicut tu
trix teneretur librum rationum edere, velut ra-
tionum caput, ita etiam ipſi hæredes ad quos is
peruenit, teneantur illum exhibere; nec hoc caſu
admittatur hæredum iuramentum qui dicerent,
vel librum non habuiſſe, vel amiſiſſe, cum eorum
mater & tutrix, & à qua ipſi cauſam ducunt iure
actionis nempè tutelæ, teneretur huiuſmodi li-
brum exhibere, atq; ideo & ipſa, & qui ab ea cau
ſam habent iuris obligatione tenerentur quàm
diligentiſſimè huiuſmodi rationum libros cuſto
dire, vt quoties caſus eueniret poſſent eos profer
15 re, & cum contra eos extet hæc iuris vehemens
præſumptio, vt quæ apud defunctam fuerint ad
eos peruenerint non admittitur ad hanc refellen
dam iuris coniecturam extraordinaria iuramen-
ti probatio, ſed exigitur certa probatio, vt con-
tra Aretinum conſil. 119. ſecundum meam im-
preſſionem in proprijs terminis caſus noſtri re-
ſpondit Menoch. videndus conſil.620. lib.7. &
de præſumpt.lib.6. præſumpt.61. à num. 10. vſ-
que ad numerum 17. & decidit Borgn. vtique vi
dendus deciſ. 38.num.5. & infra cum multis ſe-
quentibus: & confirmatur, quia hæredes fœnera
16 torum tenentur libros edere, nam cum in vniuer
ſum hæreditarium ius ſuccedant, præſumuntur
ad eos perueniſſe, vt ait Cardinalis in clem.1.§.
cæterum, in quarta quæſt.de vſuris, & cum iure
actionis, vt iã præmonui; hæc editio fieri debeat,
§.actionum, Inſtitu.de actio. vbi videatur Areti-
nus l.vbi, ff.de tut. & ratio. diſtra. l.ex maleficijs,
§.tutor, ff.de actionib. & obligat. fit vt amiſſio ſo
17 lo iuramento non poſſit probari, ſed manifeſtis
probationibus, & vt diſtinguit Barto. in l.ſi quis
ex argentarijs, §.an vero hæredi, nu.2. ff.de edẽ.
Aretinus vero loquitur in diuerſis prorſus termi-
nis, ſcilicet quando officio iudicis editio petere-
tur, vel aliter non probaretur rem perueniſſe ad
eum, à quo editio poſtulatur. Verũ cum ex ea ſo
lida coniectura, vt res exiſtens penes defunctum
perueniſſe præſumatur ad eum maximè hære-
dem cuius domi is vixit, adminiſtrauit, & deceſ-
18 ſit, vt iam ſuperius probauimus, & iuris hæc ſit
præſumptio, quæ tanti eſt, vt onus probandi al-
leuet, & illud aduerſario neganti imponat, vt ex
alijs docet Maſcard. tract.probat.in verbo, præ-
ſumpt.concluſ. 1227.num.1.2.& 3. & dicitur ve
ra & propria probatio, vt tradit Menoch. tract.
præſumpt.quæſt.36. num.3. fitque vt inde ſatis
dicatur probatum rem perueniſſe ad defuncti hę
redem, atque idcirco verſemur extra caſum Sa-
lic. in l.fi.num.6. C.de fide inſtrum. ſuper quo ſe
fundat Aret. eod.conſil. 119. quia Sali. loquitur
eo in caſu, in quo adſit tantum quædam ſuſpi-
cio, quæ cum leuior ſit ipſa coniectura facile eli-
di poteſt iuramento; nos autem agimus de iuris
præſumptione, quæ cum firmior ſit, fortiorem
exigit probationem, vt explicat Menoch. relato
tracta. præſumpt.quæſt.7.num.21. & num.41.
quod ſatis aperte demonſtrat ſenſiſſe Salic. qua-
19 tenus ſubdit in hærede fœneratoris non ſufficere
iuramentum ad eum excuſandum in editione li-
brorum ipſius fœneratoris: hoc idem compro-
batur, quia ex poſſeſſione præterita præſumitur
& infertur ad præſentem, quod non ſolum pro-
cedit, in eo qui olim poſſidebat, ſed etiam in eius
hærede propter eam iuris præſumptionẽ, quod
quælibet res quę erat apud defunctum præſuma
tur perueniſſe ad eius hæredem, & id non habet
difficultatem, vbi agatur de commodo & fauore
hæredis: nam cum ab iſtis libris notio & ſcientia
patrimonij ipſorum Barbauariarum facile ha-
beri poſſet, & qui eſſent eorum debitores, ſua in-
tererat hoſce libros penes ſe habere ad perfectã
notitiam, & cognitionem ſtatus rerum ſuarum;
& ideo veriſimile eſt, & pro certo tenendum, nec
aliter arbitror quemuis prudentem virum, & ma
ximè iudicem ſenſurum, vt ſcilicet eorum libro-
rum poſſeſſio, quæ erat apud defunctam tutricẽ
in eis permanſerit, cum ageretur de eorum cõ-
20 modo & fauore, vt explicat idem Menoch. de
præſumpt.lib.6. præſumpt.64.nu.17.& 18.

Cum itaq; libri ipſius rationis penes Barba-
uarias eſſe iure præſumendum ſit, & ſine eis peti-
ta ratio fieri & reddi nequeat, debent à limine
inſtituti iudicij repelli, cum ipſi petant, quod in-
tus habent, & illud quod quis tenetur alteri face
re, non poſſit is petere ſibi fieri, quia eſſet vt ita di
cam oppoſitum in obiecto, & ideo abſurdum eſt,
vt cum quis in ea cauſa ſit, vt edere debeat ipſe,
petat vt ei edatur, vt inquit. I. C. in l.ſi quis ex ar
gentarijs, §.prætor, vbi videatur Bald. num. 1.
ff.de edendo, vnde iure non petunt à Malumbris
Codices rationum ſibi exhiberi, & in quibus con
ſiſtit editio rationis, cum conſtet illos eſſe penes
eoſdemmet qui editionem petunt, & qui ad eos
proferendos tenentur, tum quia iure actionis de-
bent illos exhibere tanquam tutricis hæredes, &
apud quos remanſiſſe credendum eſt, vt ſcribit
Bald. eo. §.prætor, ſub num. 3. verſic. reſpondet,
glo.

glo.tum quia ex iure noſtro municipali. cap.81.
vol.1. quilibet poteſt cogi ad exhibendos etiam
21 priuatos libros, ad poſtulationem eius cuius in-
terſit, tum quia cum decreta eſſet ipſi matri ad-
miniſtratio ab alijs contutoribus, & illa eos rele-
uare promiſerit, eo magis ab eius hæredibus ad-
uigilandum erat ad cuſtodiam ipſorum librorū,
faciliusque cogi debent ad eos deferendos, cum
iure actionis ad id teneantur.
Quartò, illud & ſilentio non prætcribo in hoc
22 reddendæ rationis negotio ſeuerius agi contra
tutorem, mitius autē contra eius hæredē: nam is
nō tenetur ex leui culpa defuncti, niſi lis iā eſſet
contra tutorem inchoata, vel niſi ex damno pu-
pilli luctum, ipſe captauerit, vel quod ex re pupil
li acquirere poterat, alteri magis præſtiterit in il
lius perniciem. l.1. & toto titulo C. de hęred. tut.
præterea in actione tutelæ illud eſt præcipuum,
& ſingulare, vt propter culpam iuretur in litem
contra tutorem, vt latè explicat Plotus in repet.
l. ſi quando, num.196. & in fin. pluribus ſequen.
C. vnde vi, cum tamen ſoleat iuramentum illud
dari, niſi contra eum, qui eſt in dolo. Verum con
tra hæredem tutoris non poteſt in litem iurari,
23 ſed legitima exigitur probatio. l.11. §. fi. C. de in
litem iurando, ſequitur Bart. conſ.150. nume.4.
Alciatus videndus conſ.31. nume.6. lib.5. idem
Plotus vbi ſupra, num.772. Cæterum ſi iam lis
fuiſſet cum defuncto conteſtata, vel in dolo hæ-
redes eſſent, quia recuſarent in hæreditate reper
24 ta exhibere, velut libros rationum, prout faciunt
aduerſarij, tunc contra eos vtique iurari poſſet
in litem. l.1. & l. alio. C. de eden. & ſentiunt iam
excitati proximè Doctores, & Borgninus tract.
de tut. & curat. nu.61.
Quintò, vbi plures ſint hæredes, licet quilibet
pro parte hæreditaria conueniatur. l. pro hæredi-
tariis. C. de hæred. actio. attamen quoties agitur
25 actione in rem ſcripta, maximè eſt conueniēdus
is qui facultatem habet rei tradēdæ, vt habetur
ea lege pro hæreditariis, & optimè conferunt,
quæ adnotauit Bart. in l. ſi fundum, §. ſi libertas,
de leg.1. l. Mæuius, §. eum qui, vbi glo. in verbo,
legatæ res, ff. de leg.2. l. ſi tibi, §. ſi fundus, ff. de le-
ga.1. l. fideicommiſſaria, la prima, §. ſi ſeruum pe
culij, de fideicom. libert. Cum igitur actores ipſi
habeant libros rationum, in quibus inſunt peti-
tæ rationes, & calculi, & per conſequens, cum ha
beant ipſi tradendæ rei, quæ in iudicium deduci
tur facultatem, fruſtra petunt à Malumbris ſibi
exhiberi, quæ apud eos ſunt, & quæ ipſi à ſe ipſis
facilè habere poſſunt.
Quæ cum ita ſint, abſque alia reſponſione
ruunt, quæ doctè admodum mouentur aduerſus
Malumbras, verum vt & magis agitata veritas
in lucem prodeat, ad Solis inſtar fugatis, & ſciſ-
ſis obſtantibus nubibus ſingillatim reſpondendo
dicitur,
Primò non obſtare, notam illam concluſio-
nem, vt quilibet alienæ rei adminiſtrator, ex ſa-
croſancta illa Euangelij ſententia, Redde ratio-
26 nem villicationis tuæ, teneatur adminiſtratę rei,
& prouinciæ rationem afferre. Rota Genuenſis
deciſ.59. num.2. & deciſ.98. num.1. & hæc obli-
gatio ad hæredes tranſeat. l.1. §. hanc actionem,
ff. de tut. Marzarius conſ.56. nu.9. Rota Genu.
27 deciſ.203. num.2. & ne dum ad primos, ſed ad a-
lios deinceps, cum hæres hæredis dicatur hæres
teſtatoris. l. fin. C. de hæred. inſti. Tiraquel. de re
trac. legali. gloſ.6. §.1. num.20. Plotus ea repetit.
l. ſi quando, num.847. C. vnde vi.
Quia reſpondetur id verū eſſe, ſed ex iam ad-
ductis veriſſimis concluſionibus probatum cen-
ſeri redditam fuiſſe rationem, vnde ſemel reddi-
28 ta, iterum reddi nō debet, niſi probata culpa, aut
dolo, vel errore, l. ſemel. & ibi Bart. num.2. C. de
apoch. publ. lib.10. quia ſemel tantum reddi de-
bet, Card. in clem.2. §. illi, 8. q. de relig. domi. Ar-
chidia. in c. vni, in fine, de cler. ægrot. lib.6. Fulg.
conſ.25. facit l. ſi creditor, & ibi glo. in verbo, poſ
ſediſſe, C. de pig. act. Alex. conſ.183. nu.. . lib.7.
Rurſus cum aduerſarius libros rationum ha-
bere pręſumatur, fruſtra petit à dictis Malūbris
ſibi rationes edi, quas apud ſe habet.
Secundò non aduerſatur quatenus dicitur in
ipſa præſcriptionis area, & ſolo fundamentum
fieri non poſſe propter malam fidem, quæ etiam
in perſonalibus actionibus afficit hæredem & pri
29 mum, & ſecundum, & alios deinceps. Alba conſ.
58. & conſ.223. num.15. cum is teneatur exone
rare humerum conſcientiæ defuncti, cum eius
perſonam ſuſtineat, & omne ius ſuum ab eo du-
cat. Abb. & alij in c. vlt. de præſcript. cui additur
Alex. qui dicit magis communem conſ.4. nu.21.
lib.2. & Felin. in c. ſi diligenti, ante nu.7. de præ-
ſcript. Portius lib.3. commu. concluſ.44. Didac.
in relect. c. poſſeſſor, in 2. parte 3. part. q.13. de
reg. iur. in 6. mala autē fides colligi videtur, quia
30 ſciebat tutrix ſe adminiſtraſſe, & teneri rationē
referre, atque conſolidare. Pancirola conſil.20.
num.29. Rota Genuenſ. ea deciſ.203. nu.3.
Quia præter duas proximas reſpōſiones, quæ
optimè conueniunt, huic etiam argumento dici-
tur malam fidem non probari in ipſa tutrice, ex
eo ſolo, quia rationem non confecerit, quia imò
31 in dubio ſemper bona fides præſumitur. l. meri-
tò, pro ſocio, & latè probat Maſcard. trac. proba.
concluſ.224. in verbo, bona fides, nu.1. & infra;
& qui petit rationem, debet probare aliquid fuiſ
32 ſe dolo ſubtractum, vel ſurreptum, quia non pręe
ſumitur eum qui reddit abſtuliſſe, vt idemmet
ſcribit ea concluſ.1263. in verbo, rationum red-
ditio, num.19. & qui allegat malam fidem, debet
eam claram, & non præſumptam probare, quia
33 præſumptio ſi qua eſſet malæ fidei debilitatur,
& eneruatur prorſus ex diuturnitate tanti tem-
poris, ſcilicet triginta annorum, vt is idem Ma-
ſcard. probat concluſ.225. nu.2. & 11. quæ mala
fides longè multum abeſt in caſu noſtro, nam li
cet ſciret, ſe teneri inferre rationem, id tamen fa
cien-

34 ciendum erat ſi petitum fuiſſet,et ad id fuiſſet in-
terpellata tutrix,vt ait Borginus eo trac.de tu-
to.nu.202. & licet ſciret tutrix ſe teneri confice-
re rationem, non tamen ideo in vera mala fide
conſtituebatur,cum poſſet inde emergere,& eue
nire, vt eis ad numum vſque ſubductis, nihil de-
beret,ſed potius ei deberetur,quo caſu non office
ret contraria concluſio,eſto etiam quod procede
ret in perſonalibus actionibus ſecũdum commu
niorem;quia ea non procedit vbi adeſſet tantum
præſumpta mala fides in auctore præſcribentis,
& interpellatione opus fuerit,& adhuc nõ lique
ret,an aliquid deberet,nec ne,quia omnino poſ-
ſeſſor malæ fidei nõ videtur, qui ſcit actione per
ſonali teneri,tuncque non procedit contraria cõ
35 cluſio,vt ſcribit Balb.trac.præſumptionũ,2.par.
tertiæ par. princ. vbi agit de bona fide & mala,
q.2.& q.11.nu.2.& q.12.nu.14.& q.13.& Fe-
lin.eo.c.ſi.nu.3.& Ripa reſpon.195.
Et ſi aliter diceretur vera non eſſet ea recepta
concluſio, vt ſpacio triginta annorum tollatur
actio tutelæ, quia nunquam præſcriptio locum
habere poſſet propter malam auctoris fidem, ve
rum caſus noſter in has difficultates minimè de-
labitur,quia dicimus redditam,cognitam,& ac-
ceptam fuiſſe rationem, & ſic titulum allegamus
& eum probamus teſtimonio curſus tanti tem-
poris, & ex conſequenti iniectum malæ fidei ar-
gumentum nedum exciditur, ſed euellitur pror-
ſus,ita vt amplius non fructificetur.
Non refragatur etiam vt reſtitutionis in inte
grum benignum ſuffragium non videatur actori
denegandum ſaltem ex clauſula generali, tanto
magis,quia eo tempore quo fuit minor,ea cenſe
tur dormiuiſſe, atque conniuentem ſomno con-
ſopitam fuiſſe, quia reſpondetur cum aduerſa-
rius haberet tutorem & curatorem, in quos ſuæ
actionis aculeos emittere poterat,earum ſcientia
potuit eum afficere,& ſtatuti quadriennium cur
36 rit etiam contra ignorantem, vt declarat idem
Sfortius trac.reſtitut.q.20.art.4. nu.42. nec ad-
uerſus longiſſimam hanc maximè quadraginta
annorum præſcriptionem videtur dari reſtitutio
etiam ex capite ignorantiæ, vt decidit Theſaur.
deciſ.134.nu.8.& 15. præterea additur nos con
tendere redditam præſumi rationem, & onus ee
dendi rãtionum libros ſpectare ad ipſum actorẽ,
apud cuius patrem remanſere,vnde merito mo-
ta dubitatio quaſi conuicta, & elinguis reddita,
conticet.
Poſtremò non nocet, vt non admittatur ea
excuſatio,vt libri preſumantur remanſiſſe penes
patrem actoris;quia tutrix, & eius hæredes,ſcili
37 cet Malumbræ eos cuſtodire tenebantur,cum ra
tione officij,& actionis iure id præſtare deberẽt,
vt ſuperius cumulatè docuimus, etiam in hære-
de tutoris,ex Gozad. conſ.17. num.2. Menoch.
de præſumpt.lib.6.præſump.61.num.10.& ad-
ditur Rolandus à Valle conſil.49. nu. 33. lib.1.
Thobias Nonius conſ.63.nume.6. Plotus ea.l.ſi
quando, C.vnde vi, num.246.
Quia reſpondetur id facile poſſe procedere,
vbi Barbauariæ,& ipſi non fuiſſent hæredes tu-
tricis,& ea eorum domi nõ vixiſſet, & apud eos
non deceſſiſſet,quod cum ita ſit,coniectum argu
mentationis telum in aduerſarij caput reijcitur,
vt ſcilicet libros ipſos rationum, quos apud eius
parentem, & patruum, & eum tanquam eorum
hæredem remanſiſſe,pro certo credendũ eſt pro-
ferre,& exhibere omnino teneatur, & quamuis
38 Malumbræ pro hæreditaria portione teneãtur,
quia quilibet tenetur defuncti factum approba-
re pro ea parte,pro qua eſt hæres, vt tradit Ga-
briel lib.commun.tit.de regu.iur.concluſ.11. nu
me.8.attamẽ cum omnis veriſimilitudo ſit, imò
ipſa præſto ſit veritas,vt ipſi libri apud eos remã
ſerint,cum præcipuè eorum commodum,& vti-
litatem continerent, & id maximè ad eos perti-
neret,dicendum eſt, vt defuncti poſſeſſio in eos
continuata ſit,nec aliter,vt ego credam, aut inte
gerrimus iudex ſentiar,adduci poſſim, cum hæc
ipſa veriſimilis & probabilis ratio tot iuſtas con
iecturas habeat adiutrices,nam ex Ariſtotele ve
39 ro omnia conſonant, falſo diſſonant,vt ait Soci.
ſen. conſ.153.nu.7. erit igitur omnino actor in
hoc primo capite repellendus tanquam petens
editionem rationis,quam ipſe proferre debet,&
40 cuius exhibendę facultatem ipſe habere iure prę
ſumitur,vt ait Iuriſconſultus ea l. ſi quis ex argẽ
tariis,§.prætor,in principio,ff.de eden.cum præ-
ſertim redditam fuiſſe rationem pro comperto
habẽdum ſit,& magna ſit præſumptio, vt ſępius
inculcauimus contra eos, qui tamdiu differũt de
ſuo iure experiri.
Quod verò ad illud pertinet, an Barbauariæ
debeantur tres partes ex quinq; hæreditatis Ca
therinæ Applanæ auiæ maternæ, quia fœminæ
ſecundi matrimonij faciant partem ad fauorem
maſculorum ex ſtatuto noſtro cap.279.in 1.
Videtur prima fronte dicendum,maximè; nã
licet Applana in eius teſtamento æquis portio-
nibus inſtituerit filios maſculos Malumbras ex
primo, & Barbauarias ex ſecundo matrimonio
ſuſceptos, excluſis fœminis, tamen videtur id ei
non licuiſſe, aduerſante iure noſtro municipali,
cap.280.in 1.quo ſancitum videtur, vt præcedẽ
tis ſtatuti diſpoſitio loquens ab inteſtato ſerue-
tur, ſi aſcendens teſtatus deceſſerit, ponderando
illa verba (idem in omnibus,& per omnia ſerue.
tur) quæ referre videntur clauſulam, vt fœminæ
faciant partem ad fauorem maſculorum ſcriptã
in priori ſtatuto,ex vi expreſſæ relationis poſitæ
in ſecundo ſtatuto; tum quia magna eſt vis eo-
41 rum verborum vniuerſalium, & geminatorum
in omnibus,& per omnia, quæ repetere videtur
omnes præcedentes qualitates,vt affirmat Iaſon
in l.1.num.20.de leg.1.& Rolandus à Val.con-
ſil.60.nume.29.& 30.vol.1. tum quia clauſula
præcedens magis influit ad ſubſequentium de-
42 clarationem, quàm è contrario, vt poſt alios de-
clarat

clarat Idem Iaſon in l.1.C.de liber.præter. tum
quia dictio idem videtur eandem diſpoſitionem
43 cum ſuis qualitatibus repetere. l.in repetendis,
ff.de leg.3.l.Sciæ,§.Caio,ff.de fundo inſtruc. &
cum hac opinione tranſire videtur interpres eo
ſtatuto,cap.280.nu.1.

Verum enimuero ſecundũ ea, quæ proponun
tur,arbitror potius reſpondendum, minimè,

Primò, quia non benè argumentum ſumitur
à lege ab inteſtato loquente ad ſtatutum ex teſta
mento; quandoquidem fortior ſit cauſa teſtati,
quàm inteſtati,quia ſæpe ex teſtamento excludi
mus venientes ab inteſtato, & prouiſio hominis
tollit prouiſionem legis, & vnicuique maximè
cum è vita excedit, diſponendi de ſuis rebus libe
44 rum eſſe debet,quod non redit,arbitrium.l.1.C.
de ſacroſan.eccl.& tradit Brunus trac.ſtatuti fœ-
minas excludentis,art.8.quęſt.7.& antecedenti,
& propterea ſtatutum de ſucceſſione ab inteſta-
to agens,non habet locum in ea,quæ ex teſtamẽ
to venit,cum longè diſpar ratio inſit,vt etiam no
tatur ad ſtatutum,cap.278.nu.3. in prin.

45 Secundò, diſpoſitio ipſius ſtatuti cap.280.de
bet reſtringi ad caſum, de quo loquitur, vt ſcri-
bit Brunus eo.trac. q.14. maximè cum præſcri-
bat etiam formam in ſucceſſione ex teſtamento,
nec adſit ea reſeruatio, aut declaratio, quæ eſt
ſpeciatim adiecta ſuperiori ſtatuto, atq; vigeat
46 etiam diuerſa ratio,cum cauſa teſtati pręferatur
& præſtet cauſę inteſtati.l.quandiu,ff.de acquir.
hær.& cum inteſtatus tacitè videatur relinquere
quod lex vult,quatenus illã non mutat,ſed ad eã
ſe cõformat.l.cõficiunt,l.ſi quis eũ nullũ, ff.de iu
re codicil.equidem non debet ſenſus capi,vt quis
47 admittatur contra teſtamentum; & apertam te-
ſtatoris mentem,quæ quantum fieri poteſt,libe-
ra eſſe debet, & non coarctata, aut aliqua vi,ſic
& non aliter diſponendi oppreſſa & coacta. l.ſti-
48 pulatio iſta,de verb.oblig.& l.ex facto,ff.de vul-
gari,& pupillari.l.fin. C.de vſur.rei iudic. Deci.
conſ.386.nu.7.Crauet.conſ.130.nu.8.

Tertiò,clauſula illa poſita in præcedenti ſta-
tuto,cap.279.(ſcilicet hoc intellecto) dicitur;re
latiuo illo,hoc,demonſtrare ad oculum rem, vel
49 perſonam ibidem nominatam, vt docet Bart. in
l.1.num.3.ff.de operis noui nunc. Ripa in l.filius
familias,§.diui,nume.111.ff.de leg.1. vnde tan-
quam ad id nominatim tantum relata, & reſtri-
cta ad alia produci nequit.

Quartò,clauſula in vno ſtatuti capite poſita,
nunquam intelligitur repetita in altero, quando
capitula ſunt ſeparata, vel diuerſa adeſt ratio,
50 vel quando ſequeretur abſurdum, vel quando in
cidenter,& acceſſoriè poſita eſt ad declarandum
aliquod ſingulare caput, vt explicant Iaſ.in l.1.
C.de lib.præter.amplè.& fusè Gab.lib.commu.
tit.de clauſ. concluſ.9.

Nec refragatur quod ſuperius contra attuli-
mus,quia ſuperioris clauſulæ repetitio non per-
tinet ad id, in quo ſpecialiter aliquid poſtea eſt
51 ſtatutum ſub diuerſa forma, vt ait Crauet.conſ.
574.num.10. & verba generalia, & vniuerſalia,
atque geminata intelligũtur,ſemper eo reſpectu
52 quo prolata ſunt,& in quibus rationis ſimilitudo
adſit.vt ait Iaſ.conſ.171.num.1.lib.1. Crauetta
conſ.3.& conſ.144.vbi multa affert de amplitu-
dine verborum aptè & congruè reſtringenda, &
verba vniuerſalia operantur tantum, vt veniant
53 ea quæ ſunt ex natura ſermonis, & ex conueniẽ
tia iuris,atq; rationis, vt docent Bart.in l.qui ſo
lebat,de leg.3.Ruin.conſ.41.num.5.vol.2.& ſa
tis confirmatur ex l.1. ff.de leg.1. vbi dicitur per
omnia exęquata eſſe legata fideicommiſſis, cum
tamẽ vt ibidem adnotauit glo.vnica, multæ ad-
ſint differentiæ,& ſatis eſt quod clauſula illa ope
retur per modum regulæ, nec omnino prohibet
quin ſermo vniuerſalis habeat exceptiones, &
54 conuenientes recipiat limitationes,& declaratio
nes;vt explicat Iaſ.ibidem,num.21.& 22. deſer
uiunt ſcripta circa huiuſmodi clauſulam ab Are
ti.in l.1.§.lex Falcidia,ff.ad leg.Falc. & glo.in l.
omnes dies,in verbo,Apoſtolicæ, C. de fer.quia
omnia cenſentur incluſa, in quibus eadem inſit
ratio, ſecus ſi diuerſa,vt hic,adſit; & ſatis confir-
matur ex clauſula illa in eodem ſtatuto poſita
ſingula ſingulis, & congrua congruis referendo,
55 quæ id agit,vt pro iuris ratione, & veriſimilitu-
dine aptè, & conuenienter ſingula ſingulis red-
dantur,vt docet glo.in §.tutor autem,in verbo,
epiſtola,Inſtit.de auth.tut. Crauet.conſilio 328.
num.17.Simon à Prętis de interpret.vlt.volun.
fol.173. num.266.

Præterea ſtatutum illud cap.280. debet intel
ligi quando quis decederet teſtatus,& in genere
filios inſtituiſſet, quia tũc cum teſtator videatur
56 ſe conformare ad diſpoſitionem iuris municipa
lis,vt notatur in l.hæredes mei, §.cũ ita,ad Tre-
bellian.& fusè proſequitur Menoch. lib.3. præ-
ſumpt.38.num. 8. erunt maſculi fœminis præfe
rendi, prout ab inteſtato vocati venirent,vt no-
57 tatur ad recitatum ſtatutum cap. 278. nu.41. &
cap.280.num.2.Et eſt ratio,quia cum ſermo ge
neralis interpretatione egeat,ſic illum ex conie-
ctura diſponentis ſtatutum intelligit, & inter-
pretatum, ſecus eſt, quando nominatim vocaret
ſolos maſculos, ſpeciatim excluſis fęminis, tunc
cum verba ſint clara interpretatione non egent,
nec coniecturæ locus eſt,l.continuus, §.cum ita,
ff.de verb.oblig.& quemadmodum non obſtan-
te ſtatuto ab inteſtato pręferente maſculos fœ-
minis, poteſt aſcendens ex teſtamento fœminas
cum maſculis æqualiter inſtituere, quia ſtatutũ
loquens ab inteſtato non habet locum ex teſta-
58 mento, cum diuerſæ ſint ſucceſſionum ſpecies,
vt differunt Brunus ex citato trac.artic.8.q.5.&
Tiraq.in l.ſi vnquã,in verbo, ſuſceperit liberos,
num.123.C.de reuoc.dona.& ita in foro ſæpius
59 ſeruari vidi, imo etiam ipſis fœminis poſſit plus
relinqui, quam maſculo,ex ſententia Alciati no
ſtri conſ.29.num.6. quem refert interpres eo ſta

tuto

tuto cap.268.num.40. & ſtat.280.num.6. ita &
praxi ratione dicendum videtur, vt aſcendens
fœmina poſſit eas ſiue ex priore ſiue ex poſterio
re matrimonio maxime dotatas excludere, ma-
ſculorum gratia, quibus ius noſtrum municipale
maxime fauet.

Nec aduerſatur interpres eo ſtatuto cap.280.
num.6.in verbo, nec poſſint ipſæ fœminę, quia
loquitur in caſu noſtro lõge diuerſo, nempe quã
do ex altero matrimonio adeſſent tantum fœmi
næ, quia tunc cõueniens non eſt, vt excludãtur à
maſculis alterius matrimonij; ſecus ſi adſint ma
ſculi eiuſdẽ matrimonij a quib. excludãtur, & cũ
60 mens noſtrarũ legũ cõditorũ fuerit nõ agnationi
ſimpliciter, ſed maſculis, vt iã pnonuimus faue
re, vt notaĩ eo ſtatuto c.279.n.2. hunc capiemus
ſenſum, qui maſculis eiuſdẽ vteri proſpicit & na
turali libertati de rebus ſuis diſponẽdi conducit.

Et cum fœminæ ſuccedere nequeant fruſtra
61 poſſunt aduerſus teſtamentum querelam iace-
re, aut contratabulare, vt ſcribit Brunus de ſtatu
tis art.10.quæſt.4. vbi com.dicit.

61 Quod pertinet ad alium articulum an lega-
tum bonorum ſexti Ioannis factum a Franciſco
Barbauario valeat; & an potuerint illa bona alie
nari abſque conſenſu vxoris, cum agi videatur
de fundo dotali?

Puto illud valere: quia cum illa fuerint data
62 in dotem æſtimatam, æſtimatio facit emptionẽ
& venditionem, l.æſtimatis, ff.ſol.matrim.l.quo
ties, C.de iure dotiũ, l. plerumque, ff.eodem. Di-
dacus practicarum quæſt.cap.28. Ioſeph. Ludo.
com.concluſionum 10.concluſione.

Secundo etiam ſi ageretur de dote inæſtima-
ta adhuc legatum valeret, quod pertinet ad æſti
mationem, nam ſicut tenet in præiudicium con-
63 trahentis, ita etiam in præiudicium hæredũ, qui
quaſi contrahunt adeundo, vt commu.dicit Bal.
in l.cum rem, num.8. C.de leg. §.non ſolum, Inſt.
de leg. Aret.& alij in §.1. Inſt.quibus alienare li-
cet vel non, & fundus dotalis poteſt eſſe in com-
64 mercio ſaltem ratione permutationis, vt notatur
in l.dotale, ff.de teſt.mil.

Tertio legata fuit res hæredis quæ facilius le-
gatur, quàm res extranei cum vna, & eadem per
ſona habeatur cum defuncto, l.vnum ex familia,
65 §.ſi rem, ff.de leg.2. & ideo ignorans rem alienã
rectè legat rem hæredis vel cum eo communem,
66 l.ſi tibi, §.ſi fundus, ff.de leg.1. & dixi ego conſil.
183.vol.2. tenetur@que hæres, defuncti factum ra
67 tum habere, illudq́ue impugnare nequit, l.cum à
matre, C.de rei vendic. Gabr. lib.com.tit.de re-
gul.iur.concluſ. 11.

Quartò poterat alienari accedente conſenſu
vxoris, ex inito pacto, quia eſt dos ęſtimata, l.1.
§.cum lex, C.de rei vxor.actione, §.1. Inſtit.qui-
bus alienari licet, vel non. l.prima, de feudo dota
li. loquuntur in re omnino inæſtimata, ſecus in
68 re æſtimata, etiã vt ſciatur id quod mulieris in-
tereſt, & ea æſtimatione, quæ non faciat ven-
ditionem. Conſenſus autem ſatis colligitur ex
taciturnitate, patientia & ſcientia, & ex actu po-
ſitiuo dimiſſorum fructuum Malumbris, c.qui
tacet, & c.is qui, de reg.iur.in 6. Iaſ.in l.quæ do-
tis, num.68. ff.ſol.matrim. Maſcard.tract.proba.
in verbo patientia, taciturnitas, ratificatio, maxi-
69 me cum ageretur de actu quem poterat contra-
dicendo impedire, item etiam ex eo quia agno-
uit legatum ſibi factum in teſtamento, l.ſi.& ibi
Barto.notat, ff.de inoffic. teſtam.l.neminem, ff.
de leg.2. vbi Barto.& alij notant, l.de ætate, §.ſi
interrogatus, ff.de interrogatorijs actionib.l.hu-
iuſmodi, §. Stichum, ff.de leg.1.& quamuis teſta
tor non cenſeatur contrahere cum legatarijs, di-
70 citur tamen præſtare cauſam quaſi contractus,
vt tradit glo.in verbo, eius, l.qui cum alio, ff.de
regul.iur. Bald.in c.1. in col.2.in princ. verſiculi
extraneo, in tit.de ſucceſſione feudi, & id maxi-
mè eſt dicendum cum adſit æqualitas propter
alienationem bonorum Balſami.

Quinto licet quando res datur in dotem æſti-
matam ab vxore poſſit vendicari, tamen id pro-
71 cedit in ſubſidium, vt inquit Bald. in l. in rebus,
num.5. C.de iure dotium, & hac ratione eius cõ
ſenſus exigitur, quo conſultius agatur. Cæterum
cum in caſu noſtro mulier hæc ſit valde cauta in
alijs mariti bonis, & longè abſit omne periculũ,
eius conſenſus non videbatur neceſſarius, cũ de
eius præiudicio nõ ageretur; & cum maritus pro
miſerit reſtituere bona, vel pretium, vel facere
72 eam reſtitutionem quæ de iure ad eum pertine-
bat eligere, vtrũ maluiſſet, vt clare decidit I.C.
in l.plerumque, §.ſi res, ff.de iure dotium.

Nec ſolemnitas ſtatuti noſtri c.328.in princ.
73 exigi videtur quando mater contrahit cum fi-
lijs, cum deſit timor vnde lædi poſſit, vt ſcribit
Titaq. d.l. connubialib. gloſ. 8. in verbo, de ſoi
mari.n.110.& notatur ad idem ſtatutũ, nu.127.

An vero prò domo Corduſij alienata, debea-
tur Malumbris pretium iuxta tempus dati in
ſolutum, vel aſſignationis, vel quãti vendita fuit,
& arbitror pretium quo vendita fuit, deberi

Primo: nam licet aſſignata fuerit medietas do
mus pro pretio librarum quatuor millium, & ſic
74 videatur æſtimata, quia præcedit obligatio cer-
tæ quantitatis & ſummæ, l.prædium, C.de eui-
ctionibus. Didacus practicarum quæſt. c.28. &
dixi ego conſil.41. lib.1. tamen ex pacto aliter
cauetur, quia res poſita fuit in reſtitutione, & de-
75 bet continuari in hæredes, l.quoties, C.de iure
dotium. Decius in l.ex conuentione, num.8. C.
de pactis, & huic rei non deſunt plures coniectu
ræ ex eodem inſtrumento ſumptæ, quæ hanc ip-
ſam voluntatem contrahentiũ patefaciunt. Cra
uett.conſil.466.num.9.

Secundo: quia quando; res data in dotem de-
76 bet reſtitui ea æſtimatione, quæ non faciat em-
ptionem, res videtur in dotem data, vt eſt caſus
ea.l.quoties, & l.ſi inter virum, C. de iure dotiũ.

Tertio: ſi aliter diceremus, excluſi eſſent filij

prioris

prioris matrimonij ab hoc beneficio, quod iniquum videtur.

Quarto hoc idem probatur ex ſubſequenti pacto, vt poſt mortem Appiani liceret retinere ipſam partem domus, vel curare, vt pretium ſibi ſolueretur, & cum non elegerit cenſeatur reten-
77 tionem domus, & non reſtitutionem pretij elegiſſe, quia qui eligit partem alternatiuę, alteram repudiare & reſpuere videtur, l. plerumque, §. ſi res, ff. de iure dotium, l. æſtimatis. vbi inter cæteros videantur Caſtrenſis & Signorolus, ff. ſol. ma-
78 trim. & poſtquam ſemel elegerit, amplius variare & conſilium mutare nequit, l. ſerui electione, de legat. 1. & commun. dicit Curt. iun. conſ. 159. num. 1. & dixi ego conſ. 62. nu. 2. lib. 1.

Nec aduerſatur, vt æſtimatio hæc faceret potius emptionem, quia ea facta fuit non ad eum finem, cum res ipſa fuerit in reſtitutione poſita, & vt ſciretur eius pretium pro aſſignatione faciẽda, & vt intelligeretur ſumma ad quã eſſent cogẽdi hæredes Appiani, caſu quo Barbauarij pre-
79 tium elegiſſent, nec præceſſit promiſſio in quantitate, ſed potius in rei portione ſeu in quotitate ſcilicet in quarta parte bonorum, & id magis cõprobat reſeruatio conſenſus Malumbræ facta à Baptiſta Barbauaria alienante, dotiſque aug-
80 mentum loco dotis habetur, eoque iure cẽſetur, l. inter ſocerum, §. cum inter, ff. de pactis dotalibus, ſed hæc hactenus. Cætera ſuppleat doctrina & integritas Domini Iudicis & prudentia Iuriſconſultiſſimi & amantiſſimi Collegæ mei Ricardi Malumbræ, re & nomine non diſſimilis antiqui illius, & magni nominis, gloſſatoris.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO VENERANDO præpoſito Sancti Ambroſij, Mediolani, Lanfranco Regna I.V. Doctore.

ARGVMENTA.

Clerico beneficiato decedente quomodo fructus ſacerdotij anni illius mortis ſint diuidendi, inter defuncti hæredem, atque in ſacerdotio ſucceſſorem, & quid dicendum ſit in ſylua cędua, & in domorum penſionibus, & ſimilibus.

Locator in fructibus ex bonis ſuis natis, & in inuectis, & illatis, an præferendus ſit locatori priori eorundem bonorum, creditori eiuſdem conductoris.

Arbores vi ventorum deiectæ, vel aliter mortuæ, ſine culpa conductoris, vel emphyteutæ an pertineant ad locatorem, vel conductorem.

Impenſa facta in cultura bonorum, quę ſuis (vt aiunt manibus) coluntur, an in legato vſusfructus debeat deduci, & ad proprietarij vtilitatem.

SVMMAE RERVM.

1 Clericus beneficiatus magis comparatur vſufructuario, quam marito, & ideo concluſiones de vſufructuario loquentes in eo locum habent.

2 Vſufructuarius ſi decedat collectis fructibus, illi ad eius hæredem pertinent, ſi vero illis pendentib. ad eius ſucceſſorem ſpectant.

3 Fructus ſiue ſint, ſiue fuerint reconditi in horreo, ſiue non, ſufficit ad hoc, vt ad clerici defuncti hæredem pertineant, ſi fuerint à ſolo ſecati, ex communi doctorum ſententia.

4 Collectionis fructuum tempore, qui ſtultus, & negligens eſt, toto anno eius ſtultitiæ feret pœnas.

5 Penſio quæ loco fructuum ſoluitur fructuum naturã ſequitur, & eiuſdem regulis dyudicatur.

6 Sylua cædua, ſeu nemora cædua loco fructuum habẽtur, & eorum iure cenſentur.

7 Sylua cædua vendens fructus, non videtur vendidiſſe ligna inciſa ibi exiſtẽtia, ſecus ſi addidiſſet dictionem omnes.

8 Sylua cædua vſuarius eam vendere non poteſt, ſed tantum vti, niſi ſylua eſſet in regione valde remota.

9 Vſufructuarius pedamenta ſumere poteſt.

10 Pedamenta dicuntur poli ad vites fulciendas ex ſententia Alciati, quàm tamen author non omnino probat.

11 Sylua non eſt cædua, niſi toto cædua ſit.

12 Syluarum quæ ſint ſpecies, & quæ cædi poſſint.

13 Fructibus partim collectis, & partim non, ſi decedat beneficiatus, quomodo diuiſio ſit facienda.

14 Fructus nondum maturi, ſi propter infirmitatem beneficiati, vel propter aliam fraudem ſuccidereñtur, adhuc ſpectant ad ſucceſſorem.

15 Fructus ciuiles, & ſimiles diuidendi ſunt pro rata temporis.

16 Fructuum diuiſio eſt facienda ſecundum conſuetudinem, & regionis morem.

17 Curatus, vel Rector eccleſiæ curam animarum gerens, ſi decedat nondum collectis fructibus, debet tamen aliquid honeſtum eius ſucceſſori rependi pro habito ſeruitio.

18 Communis opinio eſt in iudicando tenenda, etiam ſi altera æquior videatur.

19 Hypothecam habet dominus tacitam legalem in fructibus, qui ex bonis ſuis exierint, ſiue ij ſint induſtriales, ſiue naturales.

20 Creditori priuilegiato, & anteriori an præferatur dominus in fructibus qui è ſuis bonis exierint.

21 Inuecta & illata non poſſunt amoueri in præiudicium domini ſine eius conſenſu, & amota, cum hypotheca

hypotheca ipſius tranſeunt.

22 Fructus beneficiato cum debeantur pro alimentis, debet is præferri etiam creditori anteriori ex alimentorum priuilegio.

23 Clerici poſſunt gaudere beneficio ſtatutorum laicorum eis fauorabilium, maximè ſi fuerint a Summo Pontifice confirmata.

24 Statuti Mediolani, cap. 390 in 2. beneficium licet tranſeat ad hæredes locatoris, non tamen tranſire videtur ad hæredes vſufructuarij.

25 Poſſeſſio defuncti ex conſtitutionib. Cæſareis Mediolani continuata non cenſetur in hæredes vſufructuarij.

26 Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.

27 Statuti alicuius beneficio qui vult vti, debet probare eius qualitates.

28 Statuti verba cui non conueniunt, non cõuenit nec diſpoſitio.

29 Statuti tempus eſt diligenter obſeruandum, ſiue illud ſit expreſſum ſiue tacitum.

30 Exire verbum, ſeparationem indicat.

31 Dictio vniuerſalis, & geminata omnia comprehendit.

32 Priuilegiatus vtitur priuilegio contra priuilegiatum, quando priuilegia ſunt diſparia.

33 Poſſidentis cauſa debet eſſe potior.

34 Poſſeſſor qui nunc poſſidet præfertur ei qui olim poſſedit.

35 Damnum à cõductore illatum loco debiti habetur, ad hoc, vt locator præferatur alijs creditoribus ex ſtatuti beneficio.

36 Statuta recipiunt interpretationem à iure cõmuni.

37 Interpretatio paſſiua à iure communi manans, admittitur in ſtatuto, etiam ſi adeſſet ſtatutum, vt verba ad litteram intelligantur.

38 Diminutionem, & odium afferre non debent, quæ ad fauorem, & ad augendum inducta ſunt.

39 Statutorum verba debent regi à mente & ratione ſtatuentium.

40 Statuta Mediolani cap. 232. in 1. & cap. 390. in 2. quibus locator præfertur in bonis locatis anteriori creditori, ratione eius crediti, an habeant locum, ſi conductor deteriorem fecerit rem locatam.

41 Dictio quicunq; vniuerſalis eſt, & comprehendit caſus etiam improprios.

42 Dictio Occaſio, cauſam remotiſſimam ſignificat.

43 Tempus obligationis, & non deſtinatæ ſolutionis inſpicitur in dijudicanda priori vel poſteriori hypotheca.

44 Arbores vetuſtate, vel vi ventorum deiectæ, vel aliter mortuæ ſine culpa vſufructuarij, vel emphyteutæ, aut conductoris ſimplicis ad quem pertineant.

45 Emphyteuta plantas quas ipſe plantauit, an ſuccidere poſſit.

46 Emphyteuta ſi arbores fructuoſas ſuccidat à iure ſuo cadit.

47 Arbores vi ventorum deiectas, vel infructuoſas an emphyteuta poſſit conuertere in vtilitatem rei ſibi locatæ, & quid ſi illas vendere vellet, an id iure facere poſſit.

48 Vſusfructus ſi fuerit alicui relictus, an deducenda ſit ab hærede impenſa quam teſtator fecit in ſerendo agro, quem ſuis manibus colebat.

49 Impenſa facta in colendo agro, aut fulciẽda vinea, an ſit deducenda ab alienante, vel legante fundi vſumfructum.

50 Fructuum annua portio ex certo fundo ſi relicta ſit, ea ſine aliqua culturæ impenſa debebitur.

51 Coloni portio ſemper excluſa cenſetur, ſi alicuius fundi vſusfructus relictus fuerit.

CONSILIVM CCXIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quę proponuntur arbitror Venerandum Præpoſitum Sancti Ambroſij Mediolani, Lanfrancum Regnam, Iuris vtriuſque Doctorem, in lignis iſtius nemoris, eſſe præferendum hæredibus præpoſiti Balbi.

Quod quo facilius intelligatur, cum agatur de re quæ frequenter accidit, & confusè & permixtè propter caſuum varietatem à ſcribentibus tractatur, duxi, nonnullas receptas concluſiones & declarationes, quaſi ſyluas, vnde ligna extrahantur, ſubijcere, quo facilius nedum præſens caſus, verum etiam vnuſquiſque qui veniat explicari poſſit.

Primum igitur eam præmitto magis receptã
1 concluſionem, vt ſcilicet Clericus ſacerdotio donatus, ſeu beneficiatus, magis comparetur vſufructuario, quàm marito, vnde concluſiones de vſufructuario loquentes in eo locum habebunt ex regula æquiparatorum, vt tradit Geminian. in cap. præſenti, num. 21. verſic. vltimo quia, de officio ordinarij, in 6. & notatur in l. diuortio, §. quod in anno, & l. interdum, ff. ſol. matrim. & de magis communi teſtimonium dicunt Iaſ. conſil. 75. num. 4. lib. 3. Alba conſil. 713. nu. 1. Nauarr. tractatu de redditibus beneficiorum, quæſ. 2. monito. 13. nu. 1. Bellonus conſil. 3. incip. Curatus Eccleſiæ, Redoa. tract. de ſpolijs, quæſt. 5. nu. 3. Borgnin. dec. 37. par. 2.

In vſufructuario autem illud crebrius videtur, vt ſi decedat collectis fructibus illi ad eius hę
2 redem pertineant, ſi vero illis pendentibus ſpectent ad ſucceſſorem cum pars fundi dicantur, l. defuncta, ff. de vſufructu, §. is ad quem, Inſtitu. de rerum diuiſio. l. fructus pendentes, ff. de rei vend. & commun. dicit Tiraquel. de retract. conuent. glo. 4. §. 5. num. 2. Didacus variar. reſolut. c. 15. num. 12. Alba conſi. 79. num. 15. Borgninus tractat. de vſufructu, num. 244. Carotius tract. locati, de vſufructuario, quæſt. 26. num. 2. ſecundum nouam impreſſionem, fol. 86.

Quæ

Quæ concluſio ampliatur, vt procedat ſiue
fructus reconditi ſint in horreo, ſiue non, quia
3 ſufficit ſi ſecati fuerint, vt commun. dicit Caro-
tius vbi ſupra num. 1. ſecus ſi non fuerint ſecati,
dato etiam quod maturi fuerint, & in actu proxi
mo, vt ſecarentur, quia lex defuncta per illa ver-
ba iam ſublatis reſpicit actum conſummatũ, &
iam completum, vt ſcribũt relati doctores maxi
mè Carotius vbi ſupta quæſt. 25. Nauarrus mo-
nito. 14. qui tamen id temperat in ſeparatione
fructuum caſu facta, velut, ſi decidant poma, &
glandes, quia tunc vt fiant vſufructuarij requiri
tur ablatio, quod tamẽ ego ita accipiendum cen
ſeo, niſi interueniret factum & miniſterium ho-
minis, quia tunc illud ſufficeret ad fructus vſufru
ctuario quærendos, prout dicitur de ipſis ſegeti-
bus à ſolo ſeparatis, licet minimè ablatæ ſint, &
optime confert quod in ſimili ſcribit Ripa in l.
quominus num. ff. de fluminibus, & propterea
ad effugiendos omnes difficultatum ſcopulos, de
bent domini tempore collectionis eſſe valde ſol-
liciti, & diligentes in colligendis, & è manu colo
norum exigendis fructibus. Quemadmodũ enim
ex medicorum vulgata ſententia culpa quæ cõ-
mittitur in prima concoctione, nec in ſecunda,
nec in tertia corrigitur, nam idem ſemper ineſt
error qui grauem affert offenſionẽ, & propterea
monent illi diligenter cibum eſſe dentibus teren
dum, à cibo quieſcendum, & ab omni exercita-
tione mentis & corporis abſtinendum, ne natu-
ra a concoctionis munere diſtrahatur; Ita etiam
4 qui tempore meſſis aut vindemiarum improui-
dus & negligens eſt, toto anno huius ſtultitiæ pę
nis plectitur, fruſtraque poſtea queritur, & do-
let; heu nimium credulus fui, colonus enim ille
qui tempore veris me conuenit rogans, vt ei fru
ges mutuarem quas bona fide tempore meſſis re
ſtituiſſet, me fefellit, non tantum ſua perfidia,
quam mea pigritia, & inertia in eo adeundo, vn-
de merito ille omnem culpam in me ipſum tranſ
fert, inquiens ſi in tempore diligens fuiſſes dum
res ſupperebat promiſſa ſoluiſſem, diligentiores
creditores te præuenerunt, & me illi meaq; ege-
ſtas ita oppreſſerunt, vt coactus fuerim eis ea prę
ſtare quæ tibi reddere apud animum meum pro
poſueram, nunc me excuſatum habeas rogo, nõ
deeſt voluntas, ſed poteſtas, ſequenti anno dabo
operam, vt tibi omnino ſatisfiat aeris tempera-
mentum vberrimas & lætas promittit ſegetes,
ego plurima ſpargam ſemina, & diligentiſſimè
prædia colam, & pingua faciam, hac ſpe indu-
ctus creditor, interim ſilet, deſignatve, opportu-
no tempore ero diligentior, nec ſinam, vt alter
quod mihi debetur præripiat, verum cum annus
ille magis ſterilitate agrorum, & inopia frugum
& vuarum penuria, quam culturæ defectu aut
vitio calamitoſus fuerit, ſuperioris anni negligẽ-
tia emendari nequit, huius anni exquiſita diligẽ
tia; Quare meſſe amiſſa velit nolit cogitur in
aliud tempus exigere ſua nomina prætermiſſoſ-
que fructus, nec illud diu expectatum venit, cum
interim infelix debitor lapſus facultatibus ob ad
uerſos tot repentinos caſus ſit factus non ſoluen-
do, ſicq́ue res eo perducitur, vt negligentiæ er-
ror commiſſus in primo anno in ſequentibus mĩ
nime emendari queat. Quare non eſt tempore
collectionis dormiendum, ſed vigilandum, ſem-
perq́ue ſeruiendum tempori, nam hominibus ni
mirum bonis, & credulis aut obliuioſis multæ
tenduntur inſidiæ quas facile vitabis perſequen
di celeritate.

Ampliatur ſecundo, vt etiam locum habeat
in pẽſione quæ loco fructuum ſoluitur: quia eſto
etiam quod quis decedat collectis fructibus, ſed
5 nondum ceſſa die ſoluendæ penſionis adhuc trãſ
mittit ad ſuum hæredem ius pẽſionis exigendæ,
cum de ea in locum fructuum ſubrogata iudice-
tur prout de ipſis fructibus, vt ſentiunt Didacus
& Borgninus locis ſuperius excitatis, Alba con-
ſil. 275. num. 6. Polyb. Ripa de actis in articulo
mortis, cap. 89. num. 26.

Ampliatur tertio etiam in ipſis ſyluis ſeu
nemoribus cęduis, quia cum in hoc habeãtur, vt
cędantur, rectè loco fructuum ſunt, cum ſuccisæ,
rurſus ex ſtipitibus, aut radicibus naſcantur, &
debet haberi ratio ad modũ conſuetudinis, quia
6 ſolent in quinquennium, vel ſeptennium, aut no
uennium ſuccidi, l. ſylua cędua. vbi doctiſſimus
Alciatus noſter ff. de verbor. ſignific. l. item ſi fun
di, §. fin. & l. ex ſylua, & l. arboribus, ff. de vſufru-
ctu, vbi videatur Albericus; & Angel. Tiraquell.
vbi ſupra num. 31. Menoch. conſil. 13. num. 15.
volu. 1. Redo. de rebus eccleſiæ non alienandis,
quæſt. 79. cap. 7. num. 18. & infra; Alba conſil.
138. num. 13. qui ait vendentem fructus ſyluæ
cęduæ, non intelligi vendidiſſe ligna inciſa ibi
7 exiſtentia, quia proprie non ſunt pars ſyluæ, ſe-
cus ſi dictionem omnes adiecerit, cæterum vſu-
rarius ſyluæ cęduæ vendere eam non poteſt, ſed
tantum vti niſi ſylua eſſet in regione adeo remo
ta, vt vſus ei inutilis eſſet niſi venderet, vt eſt pul
8 cher caſus in l. Diuus, ff. de vſu & habitatione, &
diſtinguit idem Angel. in l. arboribus, in princ. ff.
de vſufructu, & quatenus I. C. in l. ex ſylua, ff. de
vſufructu. vult vſufructuarium poſſe pedamenta
9 ſumere, intelligo ego pedamenta, id eſt paruulas
arbuſculas, quæ cum non ſint altiores ſylua à pe
damentis ſuccidi poſſunt, vt ſylua, vt ſentit ibi-
dem Accurſius, & egregie Angel. nec probo om-
nino quod Alciat. dicit ea. l. ſylua, de verb. ſignif.
vt ſcilicet pedamenta dicantur pali ad vites ſuſti
10 nendas, fulciendasvè apti, quia illi poſſunt etiam
ad vineæ vſum, & ad eam fulciendam ſumi ex
ſylua minime cędua, vt diſtinguit I. C. ead. l. ex
ſylua, ff. de vſufructu, & cũ ars optimorum agri-
colarum ſoleat coercere vitẽ ne ſylueſcat ſarmẽ-
tis, & in omnes partes nimia fundatur, & vt ad
vinum ferendum apta diutius conſeruetur, nam
facta pauperior te ditiorem efficit, conſentaneũ
eſt ne humi erratico lapſu iaceat palis ſuſtẽtetur-

atque

atque tenera eis adiungatur, quò magis ad vuas
percipiendas inuitemur, vnde non poſſum niſi
grauiter deteſtari improborum aliquorum colo-
norum ignauiam, ſeu magis malitiam, qui cum
ſint in reſecandis vitibus parciores, vnius anni re
dundantia aliorum annorum ſit ſterilitas, & in-
terdum viti affertur interitus, quod malum ne ſe
quatur, caueant diligentiſſimè domini, & eorum
negotiorum geſtores, ſylua que non eſt cædua, ni
11 ſi tota ſit cædua, ex ſententia Baldi in l. & ſi, ff. de
vſufruc. ſylua enim aut eſt glandifera, cuius ar-
bores non cæduntur, ſed ad eſcam brutorum ſer
uantur; aut cædua, quia vel pedamenta, vbi ad
certam metam peruenerunt, vt igni ſeruire que-
12 ant, cæduntur, vel arbores cum ad iuſtam proce-
ritatem creuerint, exciduntur ad ædificia, & ad
alios vſus, interim tamen intacto earum duntaxat
capite, & pede, tamen aliqui interdum quos quaſi
brachia nimium ampla, & vaſta tendunt, leuiter
& artificiosè abſcinduntur, quod & valde condu
cit ad eorum incrementum, vt ſcribit Piccus in l.
Titia, §. Titia cum nuberet, de leg. 2. quod tamen
vel non faciendum, aut exquiſitè cum maxima
di ligentia, & cura faciendum puto in his arbori-
bus, quæ ad ædificiorum vſum pertinent, ne ni-
mis nodoſæ euadant, & in his nemoribus, quæ ali
quando plena amœnitatis, voluptatis cauſa a no
bis comparantur, vt æſtiuo tempore in ſyluam
denſam, atque aſperam nos non ſoli, ſed cum li-
bris, aut liberis noſtris, vel gratis amicis abſtruda
mus, quaſi in locum maximè opacum, & frigidũ
ob proximum ſalientis aquæ perennẽ, & vber-
rimum fontem; nec inde exeamus ante veſperũ,
niſi poſtquam calor ſe aliquantulum fregerit; &
propterea iure noſtro municipali, cap. 390. in a.
prohibetur arborum, vt aiunt, à cima excaluario,
vbi multa notantur ad plantarum materiam per
tinentia.

Primò limitatur quando is decederet partim
collectis fructibus, & partim non collectis, quia
tunc pẽſionis pars hæredi beneficiati debetur ad
13 qualitatem, & quantitatem perceptorum fructuũ
cum idem iudicium ſit faciendum de parte, quod
de toto fieret, vt pulchrè probat Carotius vbi ſu-
prà, quæſt. 24.

Secundò limitatur, quando fructus nondum
maturi propter infirmitatem beneficiati, vel pro
pter aliam fraudem ſuccideren tur, quia adhuc
14 ſpectant ad ſucceſſorem, vt explicat Tiraq. de re-
trac. conuent. co. §. 5. glo. 4. nu. 18. ſicut ad hære-
dem beneficiati ſpectant, quando incuria coloni
maturi fructus non fuiſſent collecti. l. quæſitum
eſt, ff. de vſufruc.

Tertiò limitatur in fructibus ciuilibus, prout
ſunt penſiones domus, & annui redditus camera
les, vel ſimiles, quia illi videntur diuidendi pro ra
15 ta temporis, vt egregiè diſtinguũt Alberi. ea. l. de
functa, num. 4. & Imo. in l. diuortio, col. 3. verſ. in
ea, ff. ſol. matr. Bar. in l. fi. ff. de iu. fiſci, Carot. vbi
ſupra q. 23. nu. 7. & dixi ego conſ. 133. nu. 9. li. 2.
Alb. cõſ. 275. n. 4. & 5. præter Menoc. qui fructuũ
ſpecies explicat de arbitr. iud. caſu 210. num. 27.

Quartò limitatur, vbi adeſſet contraria cõſue
tudo, quia cum legis vigorem habeat ea obſeruã
16 da foret, c. 1. & fin. de conſuetu. & ſcribit Nauar.
co. monito. 13. nu. 3. qui in fine illud ſubiungit,
quod magna nititur æquitate, vt ſcilicet quam-
uis decedente rectore in medio anni nõ collectis
fructibus illi ſpectent ad ſucceſſorem, debeat is ta
mẽ aliquod honeſtum rependere pro habito ſer-
uitio, & ita tolli poteſt differentia, quam contra
17 com. facit idem Ripa relato c. 89. nu. 31. inter ca
nonicum ſeruientem eccleſiæ, & ſimpliciter bene
ficiatum, in fideicommiſſario autem quid ſeruan
dum ſit tradit Peregr. de fideic. art. 48. nu. 91.

Cum itaq; tempore mortis ipſius Balbi, quæ
jam ſupra biennium euenit, ligna non eſſent cæ-
dua, ſed adhuc penderent, & niſi nunc ſint in ſta-
tu vt cædi debeant, pertinent omnino ad præpo-
ſitum Regnam ſucceſſorem, cum hi fructus pen-
dentes, & ſolo inhærentes pars fundi dicantur,
vt ſuperius probauimus.

Nec aduerſatur Didacus Couarru. variarum
reſol. lib. 1. c. 15. nu. 12. quatenus vult non omni
no eſſe æqualem vſufructuario, & idcirco cum
miniſterij contemplatione, & eius oneris, & ſu-
ſtentationis intuitu dentur fructus ad mariti exẽ
plum, qui onera matrimonij ſuſtinet, eſſe diuidẽ-
dos pro rata tẽporis reiecta diſtinctione, an ſint
pendentes, necne?

Quia reſpondetur Didacum atteſtari contra-
riam opinionem eſſe cõmunem, licet ipſe exiſti-
met hoc æquius & verius eſſe, & ideo quidquid
18 ipſe dicat, à communi in iudicando non eſt rece-
dendum, vt notatur in c. 1. vbi Abbas nu. 15. Fe-
li. nu. 49. de conſtit. & iudex iudicãs contra com
munem facit litem ſuam, & teneretur in ſyndica
tu, nec ratio æquitatis conſiderata à Didaco de-
bet mouere, quia loquitur non in canonico, ſed
in curato, qui ſi decederet, nullis prorſus collectis
fructibus aliquid honeſtum rependi ſolet pro ha
bito ſeruitio, vt monet Nauarrus vbi ſupra, &
ita intelligo Mediolanenſibus conciliis prouin-
cialibus ſtatutum eſſet ſed cum non agatur de cu
rato, ſed de præpoſito non habente curam ani-
marum, caſus eſt longè diuerſus.

Secundò, quæſtio noſtra verſatur extra om-
nem aleam, cum hæc ligna non eſſent anno mor
tis ipſius præſulis, ſeu prælati, nec ſequenti matu
ra ad incidendum; vnde tanquam pars fundi ad
ſucceſſorem pertinent.

Deciſ. Rotæ 761. in fi. 1. par. nihil decidit, ſed
dicit in ea re videndum Didac, & ſic potius rectos
quetur, vt, ſ. communem, quam ipſe refert, ſequa
tur, prout in iudicando eam cõplecti debemus.

Borgninus de vſufruc. numero 245. eſt intel-
ligendus, prout ſe ipſum explicat, quando eſſe-
mus in caſu, in quo eſſet facienda diuiſio ad ra-
tionem, ſeu ratam temporis, quia tunc horum li-
gnorum ea eſſet habenda ratio, quam ipſe dicit,

ſecus ſi tanquam fructus pendentes, vt in caſu no
ſtro ad ſucceſſorem ſpectent.

Cum itaque hęc ligna tanquàm fructus bono
rum ipſius præpoſituræ, & maturata longè poſt
mortem præpoſiti Balbi, & incidenda tempore,
quo præpoſitus Regna iam ſupra biennium eſt
poſſeſſor, pertineant ad ipſum Regnam, eſt di-
cendum omnino, vt in eis habeat, nedum taci-
19 tam legis hypothecam, l. in prædiis, ff. in quibus
cauſis pignus, vel hypotheca, l. 3. C. in quib. cau
ſis tacitè contrahatur. quæ iura procedunt tam
in fructibus naturalibus, prout ſunt hi, de qui-
bus nos agimus, quam induſtrialibus, vt firmat
contra Iaſonem Neguſantius tractatu de pigno
ribus, quarto membro, ſecundæ partis principa-
lis, numero 148. ſed etiam, expreſſam obtineat
hypothecam, cum ipſe Ghiringell. conductor
eundem Regnam recognouerit in locatorem,
ſub expreſſa, & generali omnium bonorum obli
gatione, atq; idcirco debeat Regna in eis fructi
bus, & eorum hypotheca præferri cuicunque cre
ditori ipſius Ghiringelli conductoris, etiamſi is
eſſet priuilegiatus, prout ſe præſupponunt hære-
des præpoſiti Balbi virtute locationis factæ per
20 præpoſitum Balbum, quia licet id dubium vi-
deatur de iure communi, vt tradit Iaſon in §.
item Seruiana, nume. 60. Inſtitut. de actionibus.
Neguſantius ex citato tractatu, quinta par. prin-
cip. ſecundo membro, nume. 15. attamen ex bi-
nis ſtatutis noſtræ ciuitatis, nempe cap. 232. in
primo. & cap. 390. in ſecundo. res eſt clariſſima,
quod in huiuſmodi fructibus dominus præfer-
tur cuicunque creditori, etiam anteriori, & pri-
uilegiato, maximè ſi fructus ſint penes ipſum cō-
ductorem, & incluſi vt hoc caſu, cum adhuc ſint
pendentes, & poſiti in ſequeſtro, vt ibidem ani-
maduertit interpres eodem cap. 390. num. 38. &
40. & eod. cap. 232. num. 32. & ſemel inuecta, &
21 illata non poſſunt amoueri in præiudicium do-
mini, ſine eius conſenſu, vt communem dicunt
Iaſon §. item Seruiana, nume. 79. Inſtitut. de a-
ctionibus. & ibi additio in litera E, Neguſantius
de pignoribus, 4. membro ſecundæ partis princi-
palis a num. 131. vſque ad numerum 135. Me-
nochius de adipiſcenda poſſeſſione, remedio 3.
quæſtio. 7. nume. 55. vbi de magis communi at-
teſtatur Carotius tracta. locati, par. 5. de inuec.
& illatis, quæſt. 15. nu. 1. & notatur ad ſtatutum
cap. 390. num. 79. vol. 2.

Præterea cum hi fructus debeantur pro ali-
mentis beneficiati, debet dominus Regna eorum
22 fauore præferri etiam anteriori creditori, argu.
eorum quæ ſcribit Neguſantius 2. memb. 5. par.
princip. nu. 15. verſic. & vltra prædicta, & quia il
la ſemper in quacunque diſpoſitione reſeruata
intelliguntur, Borgninus deci. 37. num. 89. vſque
ad finem, par. 3.

Et dubium non eſt quin clerici poſſint gaude
re beneficio ſtatutorum laicorum eis fauorabi-
23 lium, maximè ſi ſint à ſummo Pontifice confir-
mata, qualia ſunt noſtra ſtatuta, prout atteſta-
tur de communi Cotta in verbo, clerici ligantur
à lege ciuili, alios refert interpres ad ſtatutum in
præludiis num. 612.

Et cum inſpecto præſenti tempore hi fructus
ſint collecti, aut colligendi, ex prædio, & fun-
do præpoſiti Regnæ, & non præpoſiti Balbi, ve
limus nolimus eſt concedendum, cum ex prenar
ratis ſtatutis noſtris cap. 232. in primo. & cap.
390. in ſecundo. in hypothecaria erga condu-
ctorem eſſe præferendum hæredibus ipſius præ-
poſiti Balbi, & cuicunque creditori etiam priui-
legio donato.

Nec reſiſtit vt beneficium illius ſtatuti tran-
ſeat ad hæredes locatoris ex notatis eodem cap.
24 390. num. 4. quia id concedimus data termino-
rum habilitate, ſcilicet vbi fructus ſint ſeparati
iam à ſolo, & ad eos pertineant, & vbi ius loca-
tionis ad eos tranſiret, vt iure communi tranſit.
l. viam veritatis. ff. locati, ſecus vbi fructus ſint
pendentes, & ius locationis non tranſeat, prout
in caſu noſtro non tranſit ad hæreds, cum morte
vſufructuarij, cui comparabatur ipſe Balbus fi-
nitus ſit vſusfructus, §. finitur, Inſtitutio. de vſu-
fruc. nec continuatio poſſeſſionis in hæredem v-
ſufructuarij detur, etiam ſi adeſſet decretum, ve-
lut nos Mediolani habemus, vt ſcilicet ipſo iure
poſſeſſio defuncti cenſeatur continuata in eius
hæredem; nam proprietario dicitur poſſidere, &
25 ſtatim, atque ſpititum emittit, & animam agit,
vſusfructus ad proprietatem, à qua fuit forma-
tus quaſi ad ſuam cauſam redit, & cum ea conſo
lidatur. §. finitur, Inſtitut. de vſufructu, Bartol.
in l. Titia, §. finali, nume. 1. de legat. ſecundo. Ti-
raquel. trac. le mort ſaiſit le vif, parte 3. decla. 1.
& 2. Gabriel lib. communium, de acquiren. poſ-
ſeſ. concluſ. 9. num. 15. Plotus in repert. l. ſi quan
do, C. vnde vi. in verbo, decretum, de continuan
da poſſeſſione defuncti, verſiculo 15. incipiente,
decretum & poſſeſſio defuncti, Borgninus trac.
de vſufruc. nume. 81.

Secundò, cum ſtatuta noſtra velint locato-
rem præferri in fructibus qui ex terris locatis e-
xierint cuicunque creditori conductoris etiam
priuilegiato, neceſſario ſunt intelligenda de eo,
qui ſit locator tempore quo fructus exeunt, &
26 ſic collectionis fructuum; nam qualitas adiecta
verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi,
l. in delictis, §. ſi damnum, ff. de noxalibus actio-
nibus. vbi vide, quia Iuriſconſultus conſiderat ſi
is ſit eo tempore dominus. Crauetta vtique vi-
dendus, quia loquitur in terminis ſimilibus cōſ.
27 112. nu. 7. & qui vult vti alicuius ſtatuti benefi-
cio, debet probare omnes eius qualitates, Soc. ſe.
conſ. 17. nu. 8. lib. 3. & eo tempore quo ſtatutum
id deſiderat, Soc. conſ. 6. num. 6. vol. 1. & cui non
conueniunt verba ſtatuti, non conuenit etiā eius
28 diſpoſitio legis 4. §. toties, ff. de damno infecto,
l. 4. §. docere, ff. vi bonorum raptorum, & ſicut
29 tempus ſtatuti eſt ſeruandum, quādo eſt expreſ-
ſum,

Digitized by Google

ſum, Curtius Iunior conſilio 166.numero 4. ita
etiam quando eſt implicitum, vel tacitum per
relationem, vel per coniunctionem ad verbum,
gloſ.& Bartol.in l.aſſe toto, ff.de hæredibus inſti
tuendis,& in l.cum quid,ff.ſi certum petatur, &
res ſit clariſſima ex verbo illo, exierint, cum i-
30 dem ſonet, quod ierint, quod indicat ſeparatio-
nem à ſolo, cap.in domo, verſicu.exierunt ex no
bis, de pœnitentia, diſtinctione 4. & eo tempo-
re quo quis eſt locator, vnde cum hoc tempore,
nec Balbus ſit amplius locator, nec eius hęredes,
conſequitur vt ſtatuti diſpoſirio ſoli Regnæ ſuf-
fragetur, cum omnes qualitates ab eo deſidera-
tæ ei tantum conueniant.

Secundò, cum ſtatutum cap.390.in 2. velit lo
catorem in his fructibus præferri omnibus cre-
ditoribus anterioribus, quocunque priuilegio
condecoratis, conſequitur vt debeat præferri Re
gna hæredibus Balbi, etiamſi aliàs poſſent dici
credirores priuilegiati, conſiderando dictiones,
valde amplas, & vniuerſales, omnibus & quo-
31 cunque, quæ tanquam pręciſa, & geminata nihil
prorſus excludunt, & eos etiam complectuntur,
cap.ſolitæ, de maiorit.& obedien. Iaſ.in l.quod-
cunque, num.3.& 4.de verb.oblig. & conſ.124.
ſub nume.4. verſiculo, ſed iſtis non obſtantibus,
lib.4. vbi vide.

Nec officit, vt ex eodem ſtatuto priuilegiati
videantur hæredes Balbi, quia id negatur, cum
amplius non ſint locatores, & domini, vnde cum
non ſint in pari cauſa cum Regna, qui eſt domi-
nus, & locator, non procedit vulgata illa regu-
la, nihil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cætego,
de qua per gloſſam in l.quoniam, in verbo, intro
ducere, C. de hæreticis, quæ habet locum data
terminorum paritate, & ideo receptius eſt etiã,
32 vt priuilegiatus vtatur priuilegio contra priuile-
giatum, quando priuilegia ſint diſparia, & quan
do vnus eſſet priuilegiatus generatim, alter ſpe-
ciatim, vt in caſu noſtro, vt declarat Oddo de
in integrum reſtitutione, quæſtione 18.artic.4.
numero 32. & infra, & omni caſu potior eſſe
33 debet cauſa poſſidentis, cap.cum ſint, de regulis
iuris, in ſexto. & poſſeſſor qui nunc poſſidet,
præfertur ei, qui olim poſſedit, Baldus in l.cum
34 res, ante numerum quartum, C.de probationi-
bus, cap.cum à ſede, de præbendis, in ſexto. Ripa
in cap.ſæpe, num.2. verſiculo, ſecundum, de reſti
tutione ſpoliatorum, Neguſant. videndus trac.
pigno.in 2.membro 5.partis princip. nume. 30.
verſic. decimo nono.

Hæcque probatio, quæ ex eo ſtatuto ca.390.
in ſecundo, datur domino, vel locatori in fructi-
bus, qui ex terris ſuis exierint pro fictis, & red-
ditibus ſuis, & ex alijs cauſis expreſſis in ſtatuto
incipiente, licitum, cap.232.in primo, inter quas
connumeratur quodcunque debitum, quod do-
minus, vel locator habere debuerit occaſione fru
ctuum, & reddituum ſibi debitorum; comprehen
dit, quod colonus, vel quiuis alius conductor de-
bet domino, vel locatori pro re deteriore facta,
vel damnis in re locata factis.

Primò, quia ex iure communi inuecta, & il-
lata nedum ſunt pro penſionibus obligata, ſed e-
tiam ſi res ipſa, conductoris culpa deterior facta
35 ſit, quaſi penſionis nomine huiuſmodi damnum,
& diminutio, vnde ea ſit deterior, contineatur, vt
eſt textus in l.ſecunda, ff.in quibus cauſis pignus
vel hypotheca ſoluitur; & certum eſt ſtatuta re-
cipere interpretationem quam dicunt paſſiuam
36 à iure communi.l.1.§.lex Falcidia, vbi Bartolus
num.2.& Alexand.ff.ad legem Falcidiam, & do
cet idem interpretum princeps in l.omnes popu
li, in 6.quæſt.princ.num.60. verſ. ſecundo caſu.
quando paſſiuè.ff.de iuſt.& iure. vbi ait, tunc in-
diſtinctè ſtatuta extendi, & amplificari, & nota-
tur communiter in l.2.ff.de lega.1.imo tunc non
dicitur vera extenſio, ſed potius quædam com-
prehẽſio, Imola in l.ſi verò, §.de iure, ff.ſol.ma-
trim.col.4.verſic.poteſt dicere, quod aut. & ver-
ſic.quarto fallit, Pariſius conſ.167.nu.16.lib.4.
Craue.videndus conſ.259.num.2. Plot.in repe.
l.ſi quando, nume.57. C.vnde vi. quæ concluſio
37 porrigitur ad quamcunque diſpoſitionem etiam
odioſam, & ſtrictè intelligẽdam, Alba videndus
conſ.109.nu.6.& hæc paſſiua interpretatio à iu-
re communi manans tanti eſt, vt remota non in-
telligatur etiam vigente municipali lege, vt eius
verba ad literam intelligantur, vt probant quos,
longa ſerie refert interpres ad ſtatutum ca. 174.
num.77.lib.2.vbi vide.

Secundò, Hic ſenſus confirmatur auctoritate
eiuſdem interpretis, qui ſic intelligit, & declarat
relatum ſtatutum c.390.nu.98. in ſecundo.

Tertiò, cum diſpoſitio ſtatuti ſit inducta ad
ampliandum dominorum, & locatorum fauo-
rẽ, ſi hic veriſſimus ſenſus denegaretur, quæ ſunt
38 inducta ad augendum diminuerent, contra aper
tas iuris ſanctiones, l.mancipia, ff. de fundo in-
ſtruc. & inducta in fauorem in odium retorque-
rentur.cap.quod ob gratiam, de regulis iur.in 6.
l.quod fauore, C.de legib.contra claram ſtatuen
tium mentem, cum tamen ſtatuti verba debeant
39 potiſſimum regi à mente, & ratione eius condi-
torum, & hæc videtur certa, & minimè fallax
iuris regula, vt dicit Socinus iun.videndus con-
ſil.21.num.4.lib.1.& conſil.10.nume. 12. lib.4.
quis enim dubitat ſi legiſlatores noſtri nomina-
tim de hoc caſu interrogati fuiſſent, quin idem
reſpondiſſent, poſtquam eadem ſubeſt ratio,
idem fauor ineſt, & eadem adeſt perſonarum
conditio.

Quartò, hoc idem ſatis expreſſum eſt ex illis
verbis ſtatuti, incipientis, licitum, cap.232.in 1.
40 nempè ex quocunque debito, quod locator habe
re debuerit fructuum, & reddituũ occaſione; di-
ctio enim, quicunque, vniuerſalis eſt, & compre-
hendit caſus etiam improprios, & tanto magis,
qui veniunt ex vi verborũ, & ex paſſiua iuris cõ-
munis interpretatione. l.quicunq;. C.de ſer.fug.

Tiraq. de retrac.legali.§.1.glo.7. nu.20. & nihil
intactum relinquit Crauet. videndus conſ.294.
nume.1.& 2. & 4. & id maximè cum ei ſit adie-
cta dicta occaſio quæ præ ſe fert cauſam etiam
42 remotiſſimam. Socin.ſenior conſil.156.num.21.
vol.2. Simon à Prætis videndus de interpre.vlt.
vol.lib.4.dub.8. nume.85. & infra pluribus ſeq.
fol.399. Cum itaque ex huiuſmodi damnis fru-
ctus ipſi & redditus ſint valde diminuti, atque te
nuiores admodum & exiguiores effecti ſint, equi
dem negari non poteſt, quin hic caſus in ea vni-
uerſali diſpoſitione ex quocunque debito, quod
locator debebit habere occaſione fructuum con-
tineatur.

An verò obligatio conductoris pro recõſigna
tione dictorum bonorum, ſit prior habenda illa
ſolutionis fictorum; arbitrarer pari paſſu ambula
re, cum proueniant ab eodem inſtrumento loca-
tionis, & pro rata concurrere, quia promiſſio
pro fictis robur accipit à die obligationis, & non
43 à die maturationis, vt eſt textus præclarus in l.
Lucius, ff. qui potiores in pignore habeantur,
& tradit Neguſant. ſecundo membro quintæ
partis princ.nu.24.& nu.32.& infra, ſed nos ſu-
mus extra hãc difficultatem cum ex ſtatuto Do-
minus Regna ſit præferendus.

Arbores verò vetuſtate, vel aliter ſine culpa
conductoris mortuæ, vel vi ventorum deiectæ
pertinent ad proprietarium, & non ad vſufru-
44 ctuarium, ad locatorem, & non ad ſimplicem cõ
ductorem, ad vxorem, & non ad maritum. l.di-
uortio, §.ſi fundum, & cõſentiunt omnes ibidem
ſcribentes, ff.ſolu.matrim.l.arboribus, & l. Procu
lus, §.1.ff.de vſufruc. ſed quid in emphyteuta, ſi
45 ipſe illas plantauerit, videtur quod ad eum perti
neant, vt tradit Surd. videndus deciſ.78.nu.23.
ſed ſi non plantauerit, maius dubium verſatur,
nam quod illæ ſpectent ad directum dominum
facit præcedens concluſio vſufructuarij, cui vi-
detur comparatus, & mariti, qui habet ius in re,
& dicitur dominus conſtante matrimonio. l. in
rebus, C.de iure dotium. Quod verò magis ſint
iuris emphyteutæ facit, quia licet ipſe non poſſit
46 ſuccidere arbores fructuoſas, & ſi eas incidat, ca-
dat à iure ſuo, vt notat Iaſ.eo.§.ſi fundum, & cõ-
munem dicit Clarus §.emphyteuſis, quæſt. 26.
attamen infructuoſas ſuccidere poſſe videtur
Borgnin.deciſ.44. nu.72. ergo cum demortuæ,
vel vi ventorum deiectæ ad eum caſum deuene-
rint, vt ſint infructuoſæ, videtur quod ad eum
ſpectare deberent, & vbi vellet eas conuertere
47 ad refectionem, & vtilitatem rei locatæ id poſſe
facere omnino videtur, vt fusè ſcribit Carotius
tractatu locati, ſecundum vltimam impreſſio-
nem ſub titulo de recuſatione, quæſt.7.maximè
num.28. fol.192. Corbulus trac.ex quibus cau
ſis emphyteuta iure ſuo priuetur ob rei deterio-
rationem, nu.1.& 28. Borgninus deciſ.32.n.16.
& 36.& 40.parte ſecunda, fol.270. & trac.de v-
ſufruc.nume.157. ſed quando vellet illas vende
re, & aliter diſtrahere, res non caret probabili du
bitatione, cum emphyteuta habeat maius ius in
re, quam habeat ſimplex vſufructuarius, cuius
morte extinguitur vſusfructus, & dominus dire-
ctus, & & ipſe iuſtam habere videatur cauſam,
cum directum ius habeat, & planta ipſa ſi ſit ve
tuſta, & grandis, vel inſignis dicatur, quodam-
modo pars proprietatis, & idcirco non diſpli-
cet media illa via, quam multi tenent, vt ſcilicet
truncus ramis denudatus detur domino directo
rami emphyteutæ.

Vſusfructus autem ſi fuerit alicui relictus, an
ad vtilitatem hæredis proprietarij ſit deducen-
48 da impenſa facta in colendo, & ſerendo agro, ſi
propriis, vt aiunt, manibus colatur, Bartolus pro
antiquo more, in l.fructus, num.7.& cum eo Ale
xand.num.4. Iaſ.num.18. & 21. ff. ſoluto matri.
diſtinguit, vtrum legati ſint fructus pendentes,
vel extantes, aut futuri; primo enim caſu mini-
mè detrahitur; ſecundo verò caſu, maximè præ-
ſertim ſi agatur de diſpoſitione hominis lucrum
afferente. Borgninus trac.de vſufruc.num. 141.
& 246. Surdus deciſione 294. qui loquitur in a-
49 lienante vineam, aut fundum iam ſua impenſa
benè excultum, & ſeminatum, fructus namque
pendentes in vſufructu veniunt. l. ſi pendentes,
ff.de vſufruc. ſi fuerint à teſtatore ſeminati. Bal-
dus, & Alexan.in l.ſi quis bonorum, & l.ſi tibi ho
mo, §.cum ſeruus, nume.7.ff.de legat.1. Barto.in
l.fundi Trebatiani, num.2.ff.de vſufruc.legato.
& agatur de integro vſufructu. Porrò ſi etiam in
50 futurum certa portio fructuum annua ſpeciali-
ter relicta ſit, ſine impenſa debebitur, vt fusè e-
narrat Tiraquellus de retrac.legali, §.15.gloſ.1.
nume.19.& ſuprà, & infrà pluribus antecedenti-
bus, & ſubſequentibus, Soc.iun.conſil.98.nu.23.
lib.4. Crauet.conſil.279.num.2. vbi autem fun-
dus cuius vſusfructus ſit relictus, fuerit locatus, co
51 loni portio ſemper excluſa cenſebitur, velut ter-
tij ius quod in qualibet diſpoſitione ſaluum, &
incolume ſeruari debet, cum nemini per alterum
iniqua debeat afferri conditio, vt explicant Ti-
raquellus, & Borgninus locis proximè relatis, at
que ita omnibus propoſitis quæſtionibus breui-
ter, & ad veritatem ſatisfactum puto.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO DONNA ANNA de Vique à Leyua matro-na Hiſpana.

ARGVMENTA.

Statutum Mediolani, c.272. in primo.
diſponens nullum beneficio inuentarij
poſſe

poſſe eſſe hæredem, an comprehendat exterum qui ex more ciuitatis a qua originem petit, & in qua domicilium habet hæreditatem cum beneficio legis adiuit, & an is conſequi poſſit bona feudalia etiam in ditione Mediolani poſita abſque eo quod ſit hæres.

Statutum Mediolani, c 273. in primo. quo cauetur, vt hætes vaſalli qui ſe obligauerit teneatur ſatisfacere illius creditoribus de fructibus feudi, ſiue fuerit hætes ſui aſcendentis, ſiue non, an habeat locum in feudo paterno, vel tantum in hęreditario, vel mixto, multaque de ea re non minus doctè quam eleganter explicantur.

Feudo vel iuriſdictione legata, an pars poſt teſtamentum acquiſita legato accreſcat.

SVMMAE RERVM.

1 *Statutum reſpiciens modum ſuccedendi, ſiue ſit in rem ſiue in perſonam ligat, quod ſpectat ad bona in territoria ſtatuentium poſita.*

2 *Aditionis quaſi contractus cenſetur celebrari in loco vbi eſt maior pars hæreditatis maximè ſi concurrat origo & domicilium adeuntis.*

3 *Repudiatio inducitur nuda voluntate tacitè, vel expreſſe declarata.*

4 *Actus agentium non poſſunt operari vltra eorum intentionem.*

5 *Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi.*

6 *Repudiationis reuocatio non inducitur, niſi actus ſint expreſſi, & neceſſarij.*

7 *Proteſtatio an tollat actum contrarium, vel is potius illam eneruet.*

8 *Procurator non poteſt aliquid agere vnde dominus in pœnam incidat.*

9 *Reſtituitur minor aduerſus aditionem hæreditatis etiamſi inuentarium feciſſet.*

10 *Læſio an ſit probanda vbi petitur reſtitutio in integrum aduerſus aditionem hæreditatis.*

11 *Statuta Mediolani, cap. 272. quo cauetur, vt nullus ſit hæres cum beneficio inuentarij, & cap. 273. quo diſponitur, vt vaſallus teneatur ſatiſfacere de fructibus feudi creditoribus illius cuius ille eſt hæres, licet non ſit hæres aſcendentis, declarantur.*

12 *Feudorum plures ſunt ſpecies, paternum ſcilicet hæreditarium, & mixtum, & de vnaquaque diſſeritur.*

13 *Statuta recipiunt interpretationem, quam paſſiuam vocant, à iure communi.*

14 *Statuta ita ſunt intelligenda, ne quis amittat ius ſuum, aut indebitè damnum patiatur.*

15 *Statutum ſatis agere videtur, ſi remoueat dubitationem quæ inijci potuiſſet.*

16 *Separatio fit bonorum hæredis à bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

17 *Statutum Mediolani, c. 273. in 1. quo diſponitur, vt hæres vaſalli teneatur de fructibus feudi creditoribus ſatisfacere, declaratur.*

18 *Repudiare poteſt agnatus hæreditatem retento feudo, & idem ſit in filio, & quomodo id procedat.*

19 *In feudo mixto an requiratur quod quis ſit hæres primi, vel vltimi aſcendentis, & quid in feudo paterno ex pacto, & prouidentia.*

20 *Statutum ſatis operatur, ſi remoueat, dubitationem quæ ex iure communi afferri potuiſſet.*

21 *Feudum quis habere poteſt, & non agnoſcere onera hæreditaria.*

22 *Filius, vt diſſoluat contractum a patre æs alienũ, iniquum videtur.*

23 *De feudo antiquo ex pacto, & prouidentia vero & formi, non tenetur filius ſatisfacere creditoribus patris ex magis commun. doctorum ſententia.*

24 *Superfluum potius quid admittimus, quam, vt aliquis indebitè damnum patiatur, vel re ſua priuetur.*

25 *Statutum ſi diſponat, vt executio fiat contra hæredem, ſicut contra defunctum, locum non habet in hærede cum beneficio legis & inuentarij.*

26 *Statuti beneficium fruſtra quis implorat, ſi non probet ſtatuti qualitatem.*

27 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

28 *Allegationum & auctoritatum cumulus non eſt neceſſarius in re perſpicua.*

29 *Statutum idem diſponens quod ius commune inutile non cenſetur, cum detur actio ex ſtatuto, quæ eſt fauorabilior.*

30 *Honores mereri maior eſt gloria quam eos habere, elegansq; eius rei affertur ratio.*

31 *Teſtator cenſetur legaſſe tantum ius quod habebat tempore teſtamenti, nec pars poſtea acquiſita in legato continetur.*

32 *Legata cenſetur res tantum quæ erat teſtatoris tempore teſtamenti, etiamſi ageretur de re communi, & etiamſi teſtator vſus fuiſſet verbis vniuerſalibus.*

33 *Legatum generis complectitur etiam ea quæ poſt teſtamentum acquiſita ſunt, ſecus ſi fuerit ſpeciei.*

34 *Legato toto fundo videtur ei cedere quod poſtea teſtator acquiſiuit.*

35 *Acceſſorium an aliquid ſit, vel per ſe principale multum intereſt.*

36 *Emphyteuſi legata ſi poſtea teſtator directum dominium acquirat illud ad legatarium non ſpectat.*

37 *Legatarij res in legato non continetur, quia res mea non poteſt eſſe magis mea.*

38 *Legatum purum, quod ſi teſtator tempore teſtamenti deceßiſſet inutile foret, non valet etiam quandocunque is deceſſerit, & res peruenerit ad caſum, à quo poteſt inchoare.*

39 *Legata res vbi fuerit empta à teſtatore, & nondum pretium ſolutum, hæres tenetur illud ſoluere, & rem legatam liberam præſtare, ſicut & tenetur onera, & tributa præterita exſoluere.*

40 *Legatum cenſetur nedum quod erat teſtatoris tempore teſtamenti, ſed etiam tempore mortis, vbi adſint verba ad id apta.*

41 *Dictio, Et, quam vim habeat.*

42 *Clauſula in fine poſita refertur tantum ad proxima, vbi ad omnia congruenter, & aptè referri nequeat.*

43 *Clauſula referri debet ad illa, quibus maximè conuenit, & non ad alia.*

44 *Singula ſingulis ſunt reddenda pro iuris ratione.*

45 *Debitum id propriè dicitur, quod perſonali actione nobis debetur.*

46 *Legato nomine debitoris, non continetur, quod à debitore poßidetur, & reali actione auocandum eſt.*

47 *Hæres vt cenſeatur minus oneratus interpretatio eſt ſemper facienda.*

CONSILIVM CCXV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

DOnna Anna de Vique vxor quondam Don Martini à Leyua vti mater, & tutrix ſex filiorum pupillorum in ciuitate Neapolis, vbi domicilium, ac hæreditatis maiorem partem habebat ipſius Don Martini hæreditatem adiuit, cum beneficio tamen legis, & inuentarij, prout iure communi, & eius ciuitatis more cautum eſt, fecit mandatum ad exigendum credita ſibi debita, ſed ſemper præmiſſa proteſtatione, & repetita conditione legis, & inuentarij.

In hac Mediolani ditione nonnulla habent bona mere feudalia, & non hæreditaria, quæ fuerunt conceſſa eorum aſcendenti Don Antonio à Leyua exercituum ductori eximio, & ſtrenuo, pro ſe, filiis, & deſcendentibus maſculis legitimè natis, ad tollendam omnem dubitationem, ne quandoque dici poſſet eo mandato, & exactione redituum feudalium cenſeri aditam hæreditatem Mediolani, atque ideo cum Mediolani beneficium legis, & inuentarij ſublatum ſit, vt legitur in Statutis cap. 272. in 1. volumi. videantur ſe ſimpliciter hæreditariis oneribus obligaſſe, Senatus ſuis litteris patentibus declarauit, non cenſeri debere factum aliquod præiudicium memoratis filiis per quoſcunque actus factos in bonis feudalibus per eorum genitorem relictis in hoc dominio, nec ex eis intelligendum eſſe eos adiuiſſe hæreditatem paternam.

Verum cum ei ſequeſtrati fuiſſent nonnulli reditus feudales ad inſtantiam nonnullorum prætenſorum creditorum coram Illuſtriſ. Magiſtratu ordinario, & aduerſus prædicta opponerentur duo ſtatuta, quorum vnum eſt ſub eod. capite 272. in 1. volu. diſponens, vt nullus poſſit eſſe hæres cum beneficio legis, & inuentarij: alterum ſub capite 273. quo cauetur, vt ſi vaſallus ſe obligauerit aduerſus aliquem, qui fuerit eius hæres, etiam ſi non ſit hæres ſui aſcendentis, teneatur ſatisfacere creditoribus: denuò obtulerũt preces Senatui Excellentiſſimo cum ageretur de interpretatione reſcripti, iam ab eo ſupremo ordine dati, & etiam ſtatutorum, quæ fuerunt parti aduerſæ intimata: Summa petitionis eſt, vt his non obſtantibus perſiſtatur in iam datis patentibus literis.

Quod omnino concedendum eſt; nam quod pertinet ad primum ſtatutum, vt ſcilicet, quod nullus poſſit eſſe hæres cum beneficio legis, & inuentarij; & quod tanquam reſpiciens modum ſuccedendi, ſiue ſit in rem, ſiue in perſonam li-
1 gat, quod ſpectat ad bona in territorio ſtatuentium poſita, vt magis communem dicit Alba cõſilio 50. numero 5. dicimus non poſſe obeſſe, tum quia debet attendi locus ciuitatis Neapolis, vbi cum tota familia degebat Don Martinus; & vbi adeſt maior pars hæreditatis, quia quaſi contractus aditionis hæreditatis cenſetur celebrari in
2 loco vbi eſt maior pars hæreditatis, vt in puncto ſcribit Caſtrenſis in l. ſi fideicommiſſum, verſ. & ſic nota, ff. de iudiciis, & id maximè eſt dicẽdum in caſu noſtro cum concurrat actus aditionis factus in ciuitate Neapolis, & domicilium ipſum, & locus originis ipſorum filiorum, vt ſcribit Baldus conſilio 219. nume. 5. libro primo: & reſpectu bonorum allodialium in Mediolanenſi ditione poſitorum non ſit controuerſia, ſatiſque pro eis ſtatutum agit. Sed res nullam probabilem dubitationem habere videtur, cum ipſa tutrix, & filij apertè declarauerint tam extra iudicium, quàm in iudicio, & etiam coram Excellentiſſimo Senatu ſe nolle adire hæreditatem Mediolani exiſtentem, ſed tantum velle habere bona feudalia ipſis debita ex pacto, & prouidentia memorati Antonij à Leyua eorum aſcendentis; & ſic apparet, quod reſpectu bonorum allodialium in Ducatu Mediolani exiſtentium declararunt ſe velle ab hæreditate paterna abſtinere; & nulli dubium eſt, quod repudiatio inducitur nuda vo-
3 luntate tacitè, vel expreſsè declarata. l. repudiari. l. is poteſt, ff. de acquirenda hæreditate, vbi videatur Maranta in eius repetitione, numero 91. poſt eius ſpeculum impreſſa. Aretinus conſi. 91. nume. 5.

Nec aduerſatur excitatum mandatum factũ à tutrice ad exigendum redditus Mediolani exi-

ſtentes, quia reſpondetur mandatum ipſum fa-
ctum fuiſſe cum expreſſa conditione, & quali-
tate beneficij legis, & inuentarij, vnde actus il-
le, quatenus fieri non potuit, aut exerceri in du
catu Mediolani reluctante ſtatuto, cuius etiam
notitiam non habebat tutrix, quæ eſt mulier,&
forenſis; non propterea poteſt induci actus adi-
4 tionis contra expreſſam mentem mandantis;
cum actus agentium non poſſint operari vltra
eorum intentionem, aliter ſequeretur, vt quod
non intenditur, ex noſtra voluntate factum di-
ceretur; quod ſanè abſurdum foret. l.non om-
nis, ff.ſi certum petatur; & diligenter fines man
5 dati ſunt obſeruandi, l.diligenter, ff.mandati.
nec per actus ſubſequentes induci poteſt reuoca-
tio repudiationis, niſi ſint expreſſi, & neceſſa-
6 tij, ac ſolemnes; & legitimi, vt docet gloſſa in
l.prima, in verbo, obligata, C. de iure delibe-
randi, l.ſi pupillus, §.finali, ff.de acquirenda hæ-
reditate, l.finali, C.de repudiand.hæreditat.& in
his, quæ pendent à voluntate noſtra, prout eſt
aditio, actu contrario non tollitur proteſtatio,
7 ſed potius proteſtatione ille actus tollitur. l.qui
in aliena, §. finali, ff. de acquirenda hæredita-
te, & declarat Bartolus in l.non ſolum, §. mor-
te, numero 17. ff.de noui operis nunciatione.
rurſus quacunque verborum amplitudine, non
potuit procurator conſtitutus à tutrice, cum be-
neficio legis,& inuentarij, & ad actus faciendos
repetita ea conditione, actus facere contra limi-
tatam legem mandati, maximè ad obligandos
8 pupillos ad poenam, id eſt damna, & intereſſe,
Iaſon in l.ſi procuratoris, numero quinto, ff. de
condictione indebiti, omni caſu minor debet re
ſtitui aduerſus aditionem hæreditatis, etiamſi re
pertorium feciſſet, §.extraneis, in inſtitution. de
hæred. qualitate & differentia, authentica om-
nes, C. ſi minor hæreditate ſe abſtinuerit, quia
implicando ſe moleſtiis, curis, atque oneribus
9 hæreditariis, dicitur læſus, vt tradit Sfortius Od-
do tractatu de in integrum reſtitutione minor.
parte ſecunda, quæſtione ſexageſima ſecunda,
numero decimo quinto; imo quando inuenta-
rium non feciſſet, aliqui voluerunt ſine proba-
tionis læſione dari reſtitutionem; ſed vbi etiam
contrarium eſſet verius, vt ſcilicet læſio eſſet pro
banda, ſufficit probare, quod adſint niſi tot bo-
10 na, vnde qui contrarium dicit, probare debet,
vt affirmat idem Oddo relata quæſtione, nume-
ro 18. & quæſtione 36. articulo 7. numero 60.&
ſic ex his iam perſpicuè apparet, quod ſtatutum
illud cap. 272. nil obeſt.

Alterum autem ſtatutum cap. 273. vtique ni-
hil aduerſatur; nam certum eſt, quod tres ſunt
ſpecies feudi.

11 Prima paterni, vt ex pacto, & prouidentia;
quando ſcilicet conceditur feudum pro ſe, filiis,
& deſcendentibus legitimè natis.

12 Alia eſt ſpecies hæreditarij feudi, quando ſci-
licet conceditur cum clauſula, vt res conceſſa
tranſeat ad quoſcunque hæredes, & ſic etiam
extraneos.

Alia eſt ſpecies feudi mixti, quando concedi-
tur feudum pro filiis maſculis legitimè natis,&
hæredibus, vt hoſce terminos, declarat Iſernia
in cap. primo, §.hos quoque, qui feudum dare
poſſunt, & clarius, & perfectius Clarus §. feu-
dum, quæſtione 9.

In prima ſpecie certum eſt, quod quis poteſt
feudum poſſidere; & non tenetur ad aliqua de-
bita etiamſi ſit hæres patris cum beneficio legis,
& inuentarij, quia illud habet ex facto & proui-
dentia primi acquirentis.

In ſecunda ſpecie ſemper tenetur, cum de ea
iudicetur prout de re allodiali.

In tertio caſu dubium eſt, an requiratur quod
ſucceſſor ſit hæres primi acquirentis, vel vltimo
loco defuncti, & an fecerit inuentarium, nec
ne? vti fusè hoſce terminos diſtinguit idem Cla-
rus eodem §. feudum, quæſtione 9. verſicu. ſed
quæro, & quæſt. 43.

Statutum noſtrum cap. 243. quatenus vult,
quod ſucceſſor in feudo teneatur ſatisfacere de
fructibus creditoribus, ſiue fuerit hæres ſui a-
ſcendentis, ſiue non, eſt intelligendum, vel de
feudo hæreditario, vel de feudo mixto; non au-
tem de paterno, prout ſunt bona, de quibus nos
agimus.

Hic ſenſus veriſſimus oſtenditur ex notiſſima
illa regula, vt ſcilicet ſtatuta recipiant interpre-
tationem paſſiuam à iure communi; & ita ſint
13 interpretanda, vt minus illud lædant, quam fie-
ri poteſt; vt tradit Alexander conſilio 50. ad fi-
nem, volum. 1. Decius conſi. 308. num. 9. Gratus
conſi. 42. num. 9. vol. 1.

Secundò, quia ita ſunt intelligenda, ne quis
amittat ius ſuum, & indebitè damnum patia-
tur, prout hoc caſu ſequeretur, ſi lex noſtra in-
14 telligi deberet de feudo paterno, vt tradit Soci-
nus ſenior conſilio 46. numero 5. volum. quarto.
Plotus in l. ſi quando, numero 57. C. vnde vi.
Cotta noſter in ſuis memorabilibus, in verbo, ſta
tuta terrarum.

Tertiò, verba ipſius ſtatuti hoc clarè præſup-
ponunt, quatenus volunt eum qui poſſidet feu-
dum, ex hac poſſeſſione obligari aduerſus credi-
tores, ſi ſit hæres ipſius vaſalli, qui fecerit obli-
gationem; eſto etiam quod non ſit hæres ſui a-
ſcendentis, qui eſt propriè caſus, qui contingit
in feudo mixto, & cui nullo modo aptari, & con
uenire poteſt prima ſpecies paterni feudi, in
15 quo non poteſt cadere hæc quæſtio; & ſatis agit
ſtatutum, cum tollat dubitationem quæ potuiſ-
ſet fieri de feudo mixto, conſideratis terminis iu
ris communis, vt ait Crauetta conſil. 25. nu. 31.
& conſilio 70. nume. 29.

Quartò, ſi bonorum ſeparatio datur aduer-
ſus hæreditarios creditores, & ad fauorem ip-
ſius hæredis in multis caſibus, maximè quando
inuentarium fiat, vt habetur toto tit. ff. de ſepar.

quanto magis id concedemus in eo qui non eſt
hæres, vt ſcilicet non teneatur de ſuo contra om
nem naturalem æquitatem diſſoluere paternas,
& ſic alienas obligationes.

Quinto ſtatutum requirit quod ſit hæres va-
ſalli,qui obligauit, quæ qualitas non comproba
tur in caſu noſtro.

17 Nec refragari videtur ſi dicatur vbi prænarra
tum ſtatutum, c.273. in princ. intelligi deberet,
vt nos defendimus de feudo miſto ſeu ſimplici,
ſed non de antiquo, & ex pacto, & prouidentia
efficeretur eluſoria,& inanis eius diſpoſitio cum
iure communi huiuſmodi deſcendens ſi vult
feudum teneatur creditoribus deſcendentis ſa-
tisfacere.

Quia reſpondetur ſatis agere ſtatutum cum
dirimat eas arduas, & ſane difficiles iuris cõmu-
nis cõtrouerſias an ſcilicet c.1. an agn. vel filius,
diſcrimen conſtituens inter agnatum & filium,
nempe,vt agnatus poſſit hæreditatem repudiare
retento feudo,non ſic filius,loquatur in feudo hę
18 reditario,ſeu ſimplici aut mixto, vel præſumpto
ex pacto, & prouidentia quod informe appel-
lant, vt diſtinguit Syluanus,videndus conſi.30.
num.19.

Item an in feudo mixto requiratur quod ſuc
ceſſor ſit hæres primi aſcendentis, vel vltimi,
19 de qua re ample agit Clarus ea quæſt.9. verſicu.
ſed quæro, vbi contrarias refert communes opi-
niones.

Et hoc reſpectu non eſt dubium, quod ſatis
dicitur agere ſtatutum ipſum, nec inane eſt ha-
bendum, vt in ſimilibus terminis reſpondit vi-
dendus eo Clarus,§. feudum, qõ.76.prope finẽ,
20 verſic.neque obſtat,& Crauetta adductis conſi-
lijs 25.num.31.&conſil.70.num,29.

Secundo dicitur non eſſe ſine effectu cum cõ-
prehendat caſus de iure communi aliàs non com
prehenſos,ſcilicet eius qui viuens feudum refu-
taſſet. Item filij qui cum iuramento viuo patre
renunciaſſet paternæ hæreditati, & qui alias iu-
re communi inſpecto poſſet feudum habere, &
non teneretur ad onera hæreditaria propter hu-
21 iuſmodi factam renunciationem,vt tradit Bald.
in c.1.an agnatus, vel filius. num.9. & ſequitur
Cotta noſter in ſuis memor.in verbo, filius renũ
tians hæreditati paternæ.

Tertio cum valde iniquum videatur, vt filius
contractum æs alienum patris de ſuo diſſoluat:
nam tu quod cauere poſſis,ſtultum amittere eſt;
22 vt eſt text.inſignis, in l.ſi quis à liberis, §.ſi ma-
ter,verſi.parens,ff.de liber.agnoſcen.& l.1.& 2.
C.ne filius pro patre, atque ideo receptiſſimum
ſit apud omnes, vt filius non teneatur de feudo
antiquo ex pacto & prouidentia non præſum-
23 pto, aut informi, ſed vero,proprio, & formi qua
le eſt hoc de quo nos agimus ſatisfacere credito-
ribus patris, vt magis communem dicit Oſaſcus
videndus deciſio.161. à num.4. vſque ad finem,
equidem potius patiemur, vt ſtatutum nihil ad-
dat iuri communi,imo etiam, vt dicatur ſuper-
fluum,quam quod quis indebitè damnum patia
24 tur, aut re ſua priuetur, vt decidit glo. ſingularis
in verbo,confundantur,in fine, quam ad cœlum
vſque extollit Bart.exclamans eſſe menti tenen-
dam,in l.fin.§.in computatione, num.8. vbi vi-
deatur inter cæteros, Iaſ.num.12. C.de iure de-
liberan.inferens ad ſtatuta quibus cauetur,vt ne
quis poſſit venire contra inſtrumentum à ſe fa-
ctum,nec eius hæres;item vt executio fiat contra
hæredem ſicut contra defunctum,vt non habeãt
locum prout & ius commune diſponit in hære-
de cum beneficio legis,& inuentarij, ne is indebi
te damnum patiatur, quamuis ita intelligendo
nihil iuri communi addere videatur, & in hanc
25 ſententiam ita frequentius itum eſſe fatetur ibi-
dem interpres,quibus adiungo Marſilium viden
dum ſingulari 630.num.5.in fine.

Quarto cum ſtatutum ipſum exquirat, vt
poſſeſſor feudi ſit hæres eius qui obligationem
fecit, & in caſu noſtro hæc qualitas non com-
probetur, fruſtra eius municipalis legis diſpoſi-
tio quaſi aculeus ſpinoſus in diſputando ad pun-
26 gendum immiſſus,obijcitur,l.prætor ait,§.doce-
re,ff.vi bonorum raptorum, glo.in c.notificaſti,
33.quæſt.5. Bart.in l.non ignorat, C.de accuſat.
Soc.ſen.videndus conſil.57.nu.13.vol.3.

Quinto cum conſuetudo ipſa quæ eſt optima
legum interpres,& explicatrix paſſim, vt quoti-
die videmus hunc inueteratum morẽ in hac no-
ſtra Mediolanenſi ditione admiſerit, vt non ad-
uerſante eo ſtatuto quis repudiata hæreditate
27 paterna poſſit feudum auitum, vel antiquum
ex pacto & prouidentia, & quod non ſit aliquo
modo hereditarium retinere:equidem nuſquam
recedimus ab hac interpretatione vſu etiam cõ-
probata,cum ſi de alicuius legis interpretatione
quæratur inſpiciendum ſit quo iure ciuitas retro
in eiuſmodi caſibus vſa ſit,hocque argumenti ge
nus ad patrocinia valde aptum videtur,nam de-
cet ſtare rebus ita ab vſu optimo rerũ magiſtro
iudicatis, nec quod moribus eſt inſitum ſubito
aut temere euellendum eſt, l.ſi de interpretatio-
ne,ff.de legib. Alex. conſil.135.prope finem,ver
ſic.& iſtam partem lib.1. & conſil.189.num.17.
lib.7. cum ſexcentum alijs quæ in idem facile
coaceruari poſſent, ſed non libet in re adeo nota
& perſpicua, & quę habet claram legis ſanctio-
nem argumenta quærere, aut innumerabilium
quaſi auctorum cumulum inaniter afferre, quod
28 video in aliquorum more poſitum, vt imperito-
rum, & popularium hominum auram captent,
ſed meo iudicio valde à peritis I. C. vitandum
eſt velut pompæ potius quam pugnæ diſputa-
tionis,& conſultationis aptum,id enim valde cõ
ducit ĩ re dubia,vt ſplẽdidior ſit lex veritatis tot
legum argumentis, tot rationibus,tot inſignium
virorum auctoritatibus cõfirmata, & patefacta.

Sexto inutile non eſt etiam ſtatutum idem di
ſponens quod ius commune,cum actio ex ſtatu

to detur,

29 to detur, quæ eſt fauorabilior, vt docet Barto. in
l.3.num.3. ff. ad leg. Falcid. Sed vt iam me reti-
neam, nec in hoc puncto labar longius, ſatis eſſe
debet ipſis creditoribus, ſi ipſis pateat aditus ad-
uerſus bona allodialia, quæ ſint in agro Medio-
lani poſita, & propterea iure merito non obſtan
tibus recitatis ſtatutis, quæ re vera non obſtant,
cum eorum actio his optimis exceptionibus ex-
cludatur, eſt concedenda petita declaratio, cum
ſit iam dato Senatuſconſulto, ac omni æquita-
ti, & iuſtitiæ valde conſentanea, & agatur de vi-
dua muliere, & pupillis qui latent in tutela prin-
cipis, & quibus lex etiam & princeps, vt præmo
nui ſemper, ſuccurrit benigno reſtitutionis in in-
tegrum auxilio, vt eos incolumes ſeruet ab om-
ni damni iniuria, valdeque cōueniat, vt hoc an-
tiquum feudum paternum, velut virtutis præ-
mium benemeritis adeo hæredibus elargitum;
ad deſcendētes tranſeat, quo magis poſteritas ad
imitandum, & merendum, accedatur, nec quia
aliquando meritorum ratio non habeatur, nec
virtus debita conſequatur præmia à maiorū cur
ſu quis deflectere debet, cum longè maior ſit glo
30 ria honores mereri, quam habere: nam in vno
virtus qua itur recta ad honoris templum in al-
tero ſæpe ineſt caſus, cum honores, & Magiſtra-
tus interdum decernantur, & tribuantur indignis
qui omiſſo virtutis aditu per ſaltus ad hoc ho-
noris illuſtre domicilium, incultis, & ſylueſtribus
vijs improuiſo aſcendunt, qui ſine nuptiali virtu
tis veſte ad hanc honoris menſam diſcumbunt,
ita vt rectè eis dici poſſit quomodo huc intraſtis,
non habentes veſtem nuptialem, eueni tque ſæ-
piſſime, vt in menſam venientes fructis eſculen-
tis vinum redolentibus totum tribunal impleāt,
& ignominioſè à conuiuijs auferātur, atque per
eoſdem cum turpes ſint viri plura potius detri-
menta publicis rebus, quam adiumenta impor-
tentur, quod non accideret, ſi vt decet in haben-
dis, vel non habendis honoribus ſpectaretur do-
ctrina, mores, natio, atque vita, & propterea in-
terrogatus Cato cur in foro eius ſtatua non con-
ſpiceretur, reſpondit ſibi magis arridere, vt homi
nes magnopere mirarētur quid cauſæ fuerit qua
re poſita non eſſet, quam cur ſic poſita eſſet, nam
primo caſu virtus certa eſſet, ſed dubitaretur
quo præmio, & ſplendore decoraretur. Secundo
vero caſu præmium certum videretur, ſed virtus
eſſet dubia, & incerta; Viuamus igitur ita hone-
ſte, vt in nobis eluceat admirabilis virtutū ſigni-
ficatio omnium bonorum conſenſu ampliſſimis
& maximis honoribus digniſſima, quos licet in
hac terrena hominum aula non aſſequamur in
cęleſti & diuino illo beatorū choro, in quem nos
merita vocauerunt, conſequemur à benignitate
illius prępotentis, & excelſi principis qui falli nō
poteſt, & qui omnia iuſte diſpenſat, & rectè pro
ſingulorum meritis diſponit.

Quod vero ſpectat ad alterum punctum, licet
grauis & perplexa admodum videatur eius con-
ſultatio cum propter caſuum varietatem variè
admodum plura etiam inter ſe diſſidentia per-
ſcripſerint Summi legum interpretes, verum ex
multis ea tantum ſeligendo quæ magis ad præ-
ſentis caſus deciſionem facere videntur.

Arbitror iuſte defendi poſſe, vt acquiſita pars
feudi poſt conditum teſtamentum in legato fa-
cto nepotibus non contineatur, nam magis rece-
ptum videtur, vt teſtator cenſeatur tantum legaſ
31 ſe quæ ſua erant tempore teſtamenti etiamſi ad-
iectum non foret pronomen, Meum, quia niſi
aliud appareat, tempus præſens ſemper intelligi
tur nec attenditur quod incertum eſt, & ſæpe pręter
ſpem venit, l.ſi ita, ff. de auro & argento lega.
l.fin. §.1. ff. de lega.2. quod ampliatur etiamſi te-
ſtator vſus fuiſſet verbis vniuerſalib. quia is ſem-
per intelligitur legaſſe ius quod habebat tempo-
re teſtamenti, etiamſi ageretur de re cum alio cō
muni, ex traditione gloſſæ communi cōſenſu re-
32 ceptæ in l.ſerui electione, §.fin. in verbo conſtat,
ff. de leg.1. vbi Iaſ. poſt alios ſub num.8. verſic.
in prima parte de communi opinione teſtatur,
& paſſim notatur in l.ſi ex toto, de leg.1. & l.cū
fundus, ff. de legat.2. l.ſi ita legatum, ff. de auro &
argento, & innumeros propemodum recenſent
Cardin. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib.3. tit.
11. num.4. Simon à Prætis de interpret. vlt. vo-
lunt. lib.4. dubit.7. num.64. fol.391. præſes Me-
noch. de præſumpt. lib.4. præſump.127.

Quæ tamen ampliatio ita eſt temperanda, vt
procedat in legato generis ſeu rei generalis, ver-
bis vniuerſalib. facto, puta ſi dictum fuerit prout
33 in caſu noſtro, lego omnia, & quæcunque bona
ſita in tali loco; ſecus ſi dixiſſet omnia bona ſim-
pliciter ſine adiectione loci, quia tunc interpreta
tur perinde ac ſi eſſet legatum rei vniuerſalis, pu
ta hæreditatis peculij, & gregis, in quo compre-
henduntur, quæ ſuperaddita ſunt, quia cum hu-
iuſmodi legatum incrementum & decrementum
accipiat, merito inſpicitur tempus mortis, & il-
lud tantum venit quod eo tempore ineſſe com-
peritur, §.ſi peculium, Inſtit. de legatis, & ſcite de
clarat videndus omnino Brunus tract. de augmē
to, conclu.15. num.6. & num.10. & quamuis le-
gato etiam toto fundo quod ei teſtator poſtea
adiecerit legatario cedat, & re communi legata
portio à ſocio redempta vtique in legato videa-
34 tur contineri, ea l.ſi ex toto, ff. de legat.1. & l.cum
fundus, ff. de leg.2. attamen id intelligendum eſt,
quoties ea pars, quę adijcitur, adiūgit̄ tanq̄ pars
ad alteram acceſſoria; ſecus ſi principaliter con-
ſideretur, quia tūc cū nō rei, ſed perſonæ facta di
35 catur acquiſitio, & portio acquiſita ſit æque prin
cipalis ad primum legatum in legato non conti-
netur, vt perite poſt Cumanum diſtinguit Soc.
ſen. ea l.ſerui electione, §.fin. num.8. ff. de lega.1.
quem refert & ſequitur in terminis legatæ iuriſ-
dictionis Didacus videndus pract. quæſt. cap.2.
num.6. verſic. decimo, & confirmatur ea cōmuni
concluſione, vt legata emphyteuſi, ſi poſtea à te-
ſtatore

ſtatore acquiratur directũ dominium illud ad legatarium non ſpectet, quia non ſuperuenit per
36 modum acceſſionis, & augmenti, ſed tanquam ius per ſe ſubſiſtens & principale, aut æque principale, vt docent Bald. Angel. Salic. & Caſtre. in l. vxor patrui, C. de legatis, & ſequitur idem Brunus de comm. fidem faciens eo tract. de augmento, conclu. 15. num. 28. Cum itaque portio feudi poſtea empta à teſtatore ſit æque principalis ad primam rem legatam, merito in legato non videtur contineri, & vbi portio hæc, quam teſtator poſtea acquiſiuit, fuiſſet in bonis legatariorũ tempore conditi teſtamenti, & ab eiſdem eandem teſtator acquiſiuiſſet eo magis dicendum foret, vt legatum ipſum eſſet tantum intelligendũ de ea parte quæ erat teſtatoris tempore conditi teſtamenti, quandoquidem portio legatariorum
37 in legato venire non poſſet, cum legatum rei propriæ legatarij non valeat, non ne hoc monſtri ſimile eſt, nam quod meum eſt amplius meum fieri non poteſt, & quamuis poſtea eam partem legatarius alienauerit, non propterea conualeſcit legatum, quod ab initio non conſiſtit impedien-
38 te regula Catoniana, quę vult, vt legatũ purum, quod ſi tempore facti teſtamenti teſtator deceſſiſſet inutile foret: non valere etiam quandocunque is deceſſerit, & etiamſi res perueniret ad eũ caſum à quo inchoare poſſet, vt eſt caſus inſignis in l. cætera, §. 1. de leg. 1. l. res proprias, C. de legatis, l. Aphricanus, aliàs l. apud Iulianũ, §. ſi Titius de leg. 1. l. prima, ff. de regula Catoniana, §. ſed ſi rem legatarij, Inſti. de legatis. & §. ſic itaq;. Inſtit. de actionib. & communi aſſenſu ibidem affirmant interpretes. quod autem partis emptæ teſtator pretium non ſoluerit, non facit quominus hæres non teneatur rem ipſam legatario pręſtare, & ipſe pretium ſoluere, cum hoc ſit debitũ hæreditarium, & vbi etiam res legata eſſet alteri
39 obligata, adhuc teneretur hæres luere, ſicut & ſoluere præteritum vectigal, vel tributum, & ſi res empta tradita non foret, hæres deberet vſu cedere legatario, & cum ceſſio efficax non ſit niſi pretio ſoluto, merito pretium ab eo ſolui debet, ea l. Aphricanus, in princ. & §. hæres, vbi Bar. & Bal. & Angel. Aret. vidend. in §. ſed & ſi rem, verſic. ſed quid ſi legetur, Inſt. de legatis, ſed nos nõ verſamur hoc in caſu, cum cõtendamus, & iuſte quidem acquiſitam portionem in legato non contineri.

Nec aduerſantur illa ſubſequentia verba, & quæ ſibi per quoſcunque homines dicti loci debentur, & debebuntur tempore mortis: ex quibus, cum nondum tempus præſens ſed etiam fu-
40 turum reſpiciant, comprehendi clare videntur etiam quæ poſtea eo in loco acquiſita ſunt, maxime cum agatur de legato facto coniunctæ perſonæ, quod vberius explicandum videtur, vt ex alijs probat Card. Mant. relato lib. 3. tit. 11. nu. 12. & 23. præſes Menoch. vbi ſupra num. 29.

Quia reſpondetur illa verba eſſe relatiua & ſiue amplient propter adiectam copulam, & ſiue demõſtrent, vel magis reſtringant, vt docet Bar.
41 in l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. & Iaſ. in l. cunctos populos, C. de ſumma Trin. & fide catholica, debent tamen referri ad proximã, maxime cũ ſubſit probabilis differẽtiæ ratio vt hic, & de qua mox agemus, quare id fieri debeat, vt ſentit Bar.
42 in l. à filio, §. fin. ff. de alimentis legatis, l. 1. de leg. præſt. & late proſequitur Simon à Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 2. fol. 1. nu. 247. fol. 173. & infra, cum igitur paulo ante fiat mentio fictorum, ea referens clauſula referenda erit ad illa
43 quibus maxime conuenit, & non ad alia, vt ait Crauet. conſil. 70. num. 10. Gabr. titu. de clauſu-
44 lis, conclu. 9. num. 16. & ſingula ſingulis ſunt pro iuris ratione reddenda, vt affirmat gloſ. in §. tutor autem in verbo, epiſtolam, ff. de authenti. tutorum.

Præterea ea clauſula agit de his quæ debẽtur, & debebũtur ab ipſis hoĩb. & ſic intelligenda eſt de eo iure in quo creditũ & debitum comprobari poſſit, cæterum debitum id proprie intelligitur
45 quod perſonali actione nobis debetur, non autẽ quod rei vendicatione, vel reali conſequi valemus, l. creditores, ff. de verbor. ſignific. & communi conſenſu poſt gloſ. diſtinguunt doctores, Iaſ. præſertim in §. ſupereſt, num. 101. Inſt. de actio. vbi decidit in liberatione legata debitoribus, nõ contineri res teſtatoris quę poſſidentur à debitorib. vel quod ab eis actione reali auocari poteſt, & cum hæc pars iuriſdictionis poſtea acquiſita non dicatur deberi ab ipſis hominibus etiamſi ab
46 eis poſſideretur in hoc legato nominis debitorũ, de quo agit I. C. in l. fideicommiſſa, §. ſi rem, de leg. 3. & l. ſi ſic legatum, §. 1. de leg. 1. non continebitur & tanto minus cum ea nõ dicatur ab eis poſſideri, ſed potius eſſet poſſeſſa ab ipſo teſtatore, atque in eius hærede eadem ſit cõtinuata poſſeſſio, & cum verba nõ conueniant, non congruit etiam diſpoſitio, qui ſenſus eo magis eſt accipiẽdus, cum ſemper ea ſit capienda interpretatio, vt
47 hæres cenſeatur minus grauatus quam fieri poſſit, verba etiam reſtringendo, vt inquit Crauet. conſil. 25. num. 24. & conſil. 86. num. 7. & 10. vbi id porrigit etiamſi verba nihil agerent, exiſtimarem tamen vbi in ea portione iuriſdictionis poſtea acquiſitæ adeſſent aliqua ficta, illa pertinere debere ad ipſos legatarios, & ita ſentio ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO

Conſilium CCXV.

PRO HIERONYMO Regna.

ARGVMENTA.

Sententia contra vnum ex ſocijs lata, an alijs non citatis præiudicet.

Socij, an in ſolidum conueniri queant, & quæ deſiderentur qualitates, ad hoc vt ſocius alterius ſocij facto obligetur.

Libellus an mutari poſſit impenſis minime prius refectis.

SVMMAE RERVM.

1 *Qualem qui ſe, vel alium facit, talem ſe, & illum probare debet.*

2 *Actor ſiue reus quis ſit, debet probare quod ſuæ intentionis eſt fundamentum.*

3 *Actore non probante, reus etiamſi nihil præſtet, abſoluitur, & pulchra affertur ratio.*

4 *Exceptio propoſita intelligitur ſub ea conditione ſi actor probauerit.*

5 *Agens ex aliqua diſpoſitione, qualitatem requirente. debet eã probare, ad hoc, vt obtineat, nec ſufficit ſi poſt probari velit.*

6 *Qualitatem alicuius allegans puta quod ſit mercator, debet eam probare ſi obtinere velit.*

7 *Perſona in quocunque iudicio ſiue ſummario, ſiue plenario eſt inprimis legitimanda.*

8 *Filius tanquam de legitimo matrimonio natus, qui agit, vel conuenitur talis debet probari.*

9 *Socium, vel inſtitorem, vel negociationi præpoſitum, qui aliquem dicit probare legitime debet.*

10 *Sententia lata contra vnum ex ſocijs, alij non obeſt, qui citatus non fuit, vel iudicio non interfuit.*

11 *Res inter alios acta ſemiplene, non probat.*

12 *Sententia contra principalem lata, non nocet fideiuſſori contractus eo non citato.*

13 *Sententia licet valeat non citatis illis quorum ſecundario intereſt, tamen id intelligi debet reſpectu citatorum.*

14 *Sententia contra vnum ex ſocijs lata licet alium non afficiat, tamen bene poteſt alter ſe ex ea iuuare.*

15 *Citationis defectus, inter magnos maximus habetur.*

16 *Citari procuratorem non ſufficit, ſed principalis eſt citandus, vbi de ſententia, vel graui agatur præiudicio.*

17 *Sententia tanquam ſtricti iuris non infert, niſi quatenus neceſſitas vrget, & à iure communi interpretationem accipit.*

18 *Regulam qui habet pro ſe, dicitur ſatis fundatam intentionem habere.*

19 *Inſtitor, vel præpoſitus, ad hoc, vt dominum obliget, multa, & complura requiruntur.*

20 *Inſtitor ſimplex, vel ſocius, & inſtitor, aut cõmiſſarius & complementarius, an quis fuerit multũ intereſt.*

21 *Mandati fines diligenter ſunt cuſtodiendi.*

22 *Inſtitor tacitus, vel alius tacitæ negotiationi præpoſitus, ad hoc vt dominum obliget plures conditiones exiguntur.*

23 *Socij, an & quando in ſolidum teneantur pro geſtis a ſocio & inſtitore.*

24 *Qualitates plures vbi ſimul, & ſemel exigantur, qui in vna deficit, in tota deficere videtur.*

25 *Scriptura priuata ad hoc vt contra ſcribentem probet, debet eſſe verificata citata parte.*

26 *Scripturæ exemplum vel tranſumptum, vt probet fieri debet citata parte & adhibito iudicis decreto.*

27 *Notario non creditur, niſi fuerit à partibus rogatus, & ratione eorum quæ eo præſente geſta fuerunt.*

28 *Notario teſtanti legiſſe aliquod inſtrumentum, quod ſit publicum, & exemplum extractum, concordare non creditur.*

29 *Notarius non poteſt teſtari, aut fidem facere de actu præterito.*

30 *Notario actorum non creditur, niſi inter eaſdem perſonas & in eodem iudicio.*

31 *Tranſumptis vt fides adhibeatur, multa, & complura à iure deſiderantur.*

32 *Scriptura notarij fidem non facit, niſi fuerit de ea rogatus & legitimè facta ſit.*

33 *Tertij ius nunquam ſublatum cenſetur, in quocunque priuilegio, vel reſcripto principis.*

34 *Reſcriptum, an & quando irritum ſit, obreptione & ſubreptione.*

35 *Reſcriptum ſicut & ſtatutum tollens exceptiones intelligitur de exceptionibus friuolis, aut leuibus, ſecus ſi iuſtæ fuerint.*

36 *Exceptiones quæ ex actorum inſpectione, vel ex defectu cauſæ expreſſæ manant, nunquam ſublatæ cenſentur.*

37 *Exceptio illegitimitatis perſonæ nunquam ſublata videtur & vbi pars opponere prohiberetur, poteſt iudex ipſe eam obijcere.*

38 *Homicidam ſi lex puniat non comprehendit, qui præter intentionem alium caſu occidit.*

39 *Officia dantur, ſed non modeſtia, quæ in vnaquaque re eſt obſeruanda.*

40 *Inſtitoris confeſſio obligare videtur præponentem, & ſocium.*

41 *De qualitate fruſtra diſputatur, deficiente ſubiecto, & de ſocijs deficiente ſocietate.*

42 *Socium qui aliquem dicit, debet probare tempore cœpti iudicij ſocietatem adfuiſſe.*

43 *Societas morte aliquorum ex ſocijs ſoluitur, & finem reperit.*

44 *Societatis renouatio eſt probanda, cum ſit quid facti.*

45 *Socium aliquem eſſe, debet aliter conſtare, quam ſola ſocij confeſſione, cum de ſuo commodo, vel incommodo agi videatur.*

46 *Socij confeſſio non præiudicat niſi in his in quibus habebat expreſſum, vel tacitum mandatum.*

47 *Confeſſio licet præiudicet quandoq; reis credendi, non tamen nocet reis debendi.*

48 *Acta facta inter duos litigantes, non probant inter alios.*

49 *Socij & eorum hæredes teneri videntur in ſolidū, vbi agatur de facto ab inſtitore geſto.*

50 *Socij teneri videntur pro ſumma ſortis poſita in ſocietate & non in ſolidum.*

51 *Sententia exactis declarari videtur.*

52 *Sententia afficit tantum ipſos citatos.*

53 *Reſcriptum quantum fieri poteſt trahi debet ad intelligentiam iuris communis.*

54 *Res inter alios acta non nocet, non exiſtenti in cauſa, non citato, aut eius hæredibus.*

55 *Inſtantia iuris communis triennium non excedit.*

56 *Regulæ inhærere debemus, & qui ex limitatione nititur, debet eam probare.*

57 *Inſtantiam an habeant cauſæ D. Capitaneo Iuſtitiæ Mediolani delegatæ.*

58 *Libellus mutari, & corrigi nequit, niſi refectis prius expenſis, hæcq; exceptio impedit litis proceſſum.*

59 *Libellum qui mutat, dicitur nouum libellum dare.*

60 *Expenſæ ſunt reficiēdæ, vbi libellus velit variari.*

61 *Mutans libellum non auditur, niſi prius refectis expenſis, etiamſi pignore vel fideiuſſores dare vellet.*

62 *Damnum quod quis alteri infert, etiam errore ductus, reſarcire debet in contentioſo foro.*

63 *Libellum emendans non auditur niſi refectis re ipſa prius expenſis.*

64 *Clauſula in libello poſita, ſaluo iure addendi qui ſit effectus.*

65 *Addatur, vel ſi detrahatur aliquid, idem dici non poteſt, ſed aliud.*

66 *Clauſulæ generales in libello poſitæ, ius & iuſtitiā miniſtrari, reſtringūtur ad ea quæ deducta ſint.*

67 *Clauſulæ amplæ coarctantur ad ea quæ in diſpoſitione includuntur.*

68 *Libellus virtute cuiuſcunq; generalis clauſulæ ſuſtineri non poteſt, parte opponente, niſi reus certus reddatur.*

69 *In libello contraria cumulari nequeunt.*

70 *Hæredem alicuius qui cōuenit, debet probare eum eſſe talem qualem illum ipſe aſſerit.*

71 *Filius tanquam hæres patris rectè agit, ſecus ſi cōueniatur quia ea qualitas eſt probanda.*

72 *Confeſſio vnius nō probat in præiudiciū alterius.*

73 *Tertij ius alterius cōfeſſione auferri nequit.*

74 *Socij confeſſio, vt ſocio noceat, debet conſtare legitimè de ſocietate.*

75 *Confeſſio ſocij vbi eius commodum vel incommodum verſetur, non probat.*

76 *Socij confeſſio, an & quando alios afficiat.*

77 *Socius vel inſtitor ſi aliquis aſſeratur, probari id legitimè debet.*

78 *Cum ſocio iudicium factum alteri non nocet, niſi multa accedant, & præcipuè cōſtet de ſocietate.*

79 *Renouatio ſocietatis non præſumitur, niſi probetur.*

80 *Sententia ſe ad certas perſonas nominatas referens, alios non comprehendit, & ideo contra vnum ſocium lata alijs non præiudicat.*

81 *Sentētia licet valeat non citatis his quorum principaliter non intereſt, tamen id non procedit in prætenſo ſocio cuius ius eſt coæquale, & quomodo id procedat.*

82 *Citandus eſt principalis, & non procurator, vbi agitur de graui præiudicio.*

83 *Socius ad hoc, vt ex facto ſocij obligetur, quæ requirantur.*

84 *Sententia contra vnum ex ſocijs lata, alteri nocet ſi in compromiſſo ſic alter ſocius promiſit.*

85 *Probatio ſicut nec ſententia contra vnum reum debendi lata alteri nocet.*

86 *Poſitionibus procurator reſpondēs domino non præiudicat niſi habeat ſpecialiſſimum mandatum.*

87 *Sententia ad citatos ſe refert, & minime citatis non nocet.*

88 *Socius is eſſe non videtur, qui ſe ſocietatis creditorem, & debitorem facit.*

89 *Confeſſio ſocij tanquā res inter alios acta nō nocet.*

90 *Confeſſio ſocij facta in contumaciam veluti ficta non nocet.*

91 *Sententia eſt ſtricti iuris, & eos non comprehendit qui in ea non leguntur.*

92 *Scriptura priuata non probat.*

93 *Reſcriptum mandans, vt ſentētiæ executioni mittantur, intelligi debet, vt exequantur contra quos iure, & non iniuria, exequi poſſunt.*

94 *Exemplum nō probat niſi fiat citata parte, & adhibito iudicis reſcripto.*

95 *Exemplum Chirographi non probat illud eſſe originale chirographum.*

96 *Notario actuario non creditur, niſi reſpectu actorū iudicialium, non aūt ratione extraiudicialiū, & ratione eorū quæ actis extrinſecus inſeruntur.*

97 *Teſti vni, & ſingulari non creditur.*

98 *Scriptura notarij de qua non ſit rogatus fidem non facit.*

99 *Qualitas ineſſe dēt tēpori quo actus geritur, vbicunq; aliquid ſtatuatur ob aliquam qualitatem.*

100 *Socij non ſunt conueniēdi in ſolidum, ſed quilibet pro ſumma quam in ſocietate poſuit.*

CONSILIVM CCXVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EXceptio reorum conuētorum & maximè Hieronymi Regnæ pro quo ego intercedo, iuſtiſſima & firmiſſima videtur ex pluribus, ne contra eū executioni mittantur aſſertæ ſententiæ, latæ in ciuitate Antuerpienſi contra Hippolytum Affaitatum, & Petrum Ducium, & quæ ex aduerſo per relationem adacta etiam

contra

contra aſſertos conſortes reos ſeu ſocios pronun
ciatæ interpretantur, ſed præcipue duobus meo
iudicio ſolidiſſimis fundamentis, primo quia in
eis ſententijs non legitur ſpeciatim nominatus
ipſe Regna, & propterea cum pars aduerſa exe-
cutione contra eum inſtet, & vrgeat, tanquam
ſocium, & conſortem, & ſub nomine illo gene-
rali ſociorum comprehenſum, tenetur quod ſuæ
intentionis eſt præcipuũ intentum, legitimè, &
intẽtis ſignis, & probationib. docere ꝙ ſit ſocius,
& ꝙ huiuſmodi eſſet tẽpore latarũ ſententiarũ;
nam generale eſt, vt qualem quis ſe, vel alium
1 facit, talem ſe, & illum probare debeat, l. nõ igno
rat, C. qui accuſare non poſſunt, nam quilibet ſi-
ue actor, ſiue ſit reus, debet probare quod ſuæ
2 intentionis eſt fundamentum, l. ei incumbit, ff. de
probat. & vbi probatio cum qualitate exigatur,
ſimplex non ſufficit, l. 4. §. docere, vi bonorum ra
ptorum, qualitas enim tanquã accidens, & quid
facti non pręſumitur, ſed omnino probari debet,
& actore non probante reus etiamſi nihil præ-
3 ſtet abſoluitur, reus enim in re ſua ſedens tan-
quàm in munitiſſimo caſtro ab armato hoſte ob
ſeſſus, machinas quas ille ad eum tenendum, &
perdendum, & ad eius opes euertendas atque ad
eiuſdem turres oppugnandas adhibeat, paratus
inuicto animo, corde minime trepidanti expe-
ctat, ſatis ſibi eſſe putãs ſi optimis aggeribus mu-
nitus, & circumſeptus, earum impetum propel-
lat, & inſtitutam actionem atque inſtructam iu-
dicij aciem iuſtis exceptionibus, vbi legitimè a-
ctio probetur acerrimè ſubmoueat, atque vbi vi-
derit actorem in probationibus quaſi in prima
aggreſſione deficere, eo minus eius iactationes, &
minas pertimeſcit, nec vtitur exceptionum prę-
ſidio quibus actio excluditur, vti tunc minimè
neceſſario, aduerſarius namque vbi ad pugnan-
dum idoneus ſit, frangẽdus eſt iudicio vtque vis
vi ſuperanda, ſecus ſi nudus, & inermis ſit actio-
ne carens perterritus tunc ſolo ipſius rei aſpectu,
& eius oculorum ictu ſæuius, & ſubraucus à pu-
gna diſcedit, ſuæ etiam ipſius conſcientiæ acerri-
mo morſu fractus ac debilitatus, l. qui accuſare,
C. de edendo. iſque iudicij ordo eſt, vt reus non
cogatur exceptionem probare, niſi prius legiti-
mè fundata, & communita actoris intentione, &
excipiendo intelligitur exceptionem proponere
4 ſub conditione ſi actor probauerit, vt tradit glo.
in verbo, qui, in l. non vtique, de excep. & in l. &
ſi quidem, in prima gloſſa, C. de except. commu.
dicit Fely. in cap. cum cauſam, num. 1. de re iudi.
& ne conteram tempus in allegandis iam cumu-
latè in vnum congeſtis, & coaceruatis auctorita-
tibus, adduco Maſcardum, qui alios refert tract.
probat. conclu. 1253. & 1254. in verbo, qualem,
& in verbo, qualitas, & concl. 27. in verbo, actor
prius, & confirmatur ea nota concluſione, vt qui
agit ex aliqua diſpoſitione qualitatem requiren
5 te, debeat eam probare, antequam obtineat, nec
ſufficiat ſi poſtea ea probetur, quia hic præpoſte
rus ordo vitiat, vt notant glo. Bal. & Ang. in l. ſi.
§. ſi. ff. quod metus cau. pulchrè videndus Alex.
conſil. 188. à num. 1. vſque ad num. 5. vol. 2. con-
fert Cotta noſter in ſuis memorabilibus in ver-
bo, qualitas legis, Roland. à Valle, conſi. 20. nu.
9. vol. 1. & allegans qualitatem aliquam perſo-
næ, puta quod ſit mercator, debet ſi vult obtine-
6 re eam probare, Rota Genuenſ. deciſ. 9. num. 9.
nam communi omnium conſenſu receptum eſt,
vt in quocunque iudicio tam plenario, quàm
ſummario, ſemper in primis, & ante omnia ſit le
7 gitima facienda perſona, ita vt ſi interrogetur
quo nomine, quo iure hoc faciat, facile reſponde
re poſſit, ecce nomen, ecce ius, ecce cur, vt ait De
cius poſt alios, in l. fin. num. 47. C. de edicto Di-
ui Adriani tollendo, & ideo qui agit, vel conue-
nitur tanquam filius de legitimo matrimonio
8 natus, talis debet probari, vt communem renun-
ciat Gratus conſ. vlt. nu. 39. vol. 1.

Et proprius accedendo ad terminos noſtræ
quæſtionis, his potiſſimum rationibus crebrius
eſt, vt aliquem conueniens tanquam ſocium, vel
quod alium conſtituerit inſtitorem, aut quæſtua
9 riæ negotiationi præpoſuerit, vel procuratorem
ſuum fecerit, teneatur id probare, nam cũ huius
rei radix, & cardo ſit, ipſe conſenſus ad hoc, vt is
obligatus cenſeatur debet conſenſus ipſe proba-
ri, maxime cum verſemur in facti qualitate, quę
non præſumitur niſi probetur, ſic in dicente ali-
quem fuiſſe negotiationi præpoſitum, docet no-
ſtrorum interpretum acutiſſimus Bald. in l. 1. nu
me. 1. C. de exercit. & inſtit. & in rubr. num. 3.
ſic in agente contra aliquem tanquam ſocium,
vel tanquam eum qui inſtitorem præfecerit, ſen
ſere in terminis conſimilibus videndi omnino
Alexan. conſil. 186. à num. 1. vſque ad num. 5.
vol. 2. Anchar. conſ. 332. maxime num. 5.

Secundo etiamſi legitimè probatum foret,
quod tamen minime docetur, ipſum Regnam eſ-
ſe ſocium, adhuc ipſę ſententiæ non poſſent con-
tra eum mitti executioni, cum eũ non afficiant,
nam exploratum eſt ſententiam eſſe ſtricti iuris,
& ius tantum facere niſi inter partes in iudicio
exiſtentes, & ideo lata contra vnum, alij non ob-
eſt qui citatus non fuerit, tãquam res inter alios
acta; ſiquidem citatio eſt omnium inſtituenda-
10 rum actionum principium, & origo, & ideo qui
iudicio non interfuit non cenſetur illi ſubiectus,
aut cauſam ratam habere, & quilibet actus tene
re debet ſuos actores, nec ad alios porrigitur, l. 2.
C. quibus res iudicata non nocet, l. 1. C. res inter
alios acta. tex. eſt explicitus, & præclarus in l. ſæ
pe, ff. de re iudic. vbi inter cęteros videatur Alex.
num. 9. c. cum ſuper, & c. cũm inter, de re iudica.
l. ingenuum, ff. de ſtatu homin. Dec. conſil. 564.
num. 8. Tiraq. ſuper eod. tit. res inter alios acta. à
num. 1. vſque ad num. 5. & licet Bart. ſenſerit rẽ
inter alios actam ſemiplene probare, tamen ei
11 aduerſatur communis opinio rationibus proxi-
mè adductis, vt fidem facit Curt. ſen. videndus
conſil.

conſil.72. num.3. & 4.hinc fit, vt ſententia lata
contra principalem non noceat fideiuſſori con-
12 tractus eo non citato, vt firmat Burſat.videndus
conſil.203. num.4.11. & 12. vol.2. & quamuis
ſint citandi illi quorum principaliter intereſt, at
tamen in caſu noſtro, cum prætendatur Regna
ſocius principaliter eius intererat,& res ſua age-
batur, & conſequenter erat omnino citandus;&
omni caſu frequentius eſt, vt licet ſententia va-
leat non citatis illis quorum ſecundario intereſt,
tamen id ſano modo eſt intelligendum, ſcilicet
13 reſpectu citatorum: quia non citatis nunquam
poteſt præiudicare, etiamſi in quandam conſe-
quentiam læderentur, ſiquidem nimis iniquum
eſſet, vt quis iure ſuo priuaretur eo nõ audito; &
quia ſi aliter diceremus ſæpe contingeret,vt alte
ri per alterum periniqua afferri poſſet conditio,
quod nuſquam ſacratiſſimę patiuntur leges,indi
gnumque eſt in ea ciuitate quæ legibus teneatur
diſcedi à legibus, vt in vnoquoq; actu præiudi-
ciali is qui lædi poſſit ad hoc,vt afficiatur debeat
citari lex Dei,lex naturæ, conſenſiove omnium
gentium iubet, vt ex alijs diſtinguit Gabr.lib.
com.titu.de citat.concluſ.1. num.309.& 310.&
propterea magis in terminis caſus noſtri explo-
14 ratum eſt ſententiam contra vnum ſocium, aut
vnum reum latam,alterum ſocium,aut correum
non afficere,qui citatus in iudicio nõ interfuerit,
quicquid dici poſſet,an ex ea iuuari poſſit, cum
longè diſpar ſit ratio an proſit, vel obſit,quia fa-
cilius inducitur emolumentum, quam detrimen
tum:quid eſt enim quod quis malit,quam vt gra
tiam ineat ſine ſuo diſpendio,& alteri proſit ſine
ſuo incõmodo,vt egregie diſtinguit Coryphæus
noſter iuris explicator prudens Bart. in l.ex duo
bus,num.17.ff.de duobus reis,& veritatis parens
Alex.in l.ſæpe,num.52.ff.de re iudicata, & opti
mè confert Crauet. videndus conſil.206.à nu.1.
vſque ad num.5.

Et hoc tanto magis ſine aliqua prorſus dubi-
tatione eſt in pręſenti ſpecie concedendum,cum
ſpeciatim ipſæ ſententiæ ſe reſtringant ad cita-
tos,& impetrantes,& ſic ad eos tantum qui cita-
ti iudicio abfuerint;& cum ex citationibus tranſ
miſſis,& in proceſſu ſententiarum relatis, appa-
reat tantũ fuiſſe citatos Affaitatum, & Duchiũ,
conſequitur, vt ex mente etiam ipſorum iudicũ,
quæ ad ius ſe conformat,alij non citati,vt eſt Re
gna, proinde non fuerint affecti aut offenſi defe-
ctu poteſtatis; quia ſententia ſine citatione eſt ir
rita,quod pertinet ad non citati præiudicium,iſ-
que defectus inter magnos maximus,& potentiſ
ſimus habetur, cum ſit iuris naturalis atque diui
15 ni,vti defenſionem reſpiciens quæ eſt vis quædã
nobis inſita à natura, vt pulchrè multa, & mul-
tos in idem referens probat videndus Vantius,
tract.nullit.ſub titu.ex defectu citat. num.10.&
ſupra & infra multis ſequent.& vbi ſit principa-
lis citandus, vt hoc caſu faciendum erat in quo
de tam graui agitur præiudicio,non ſufficit pro-

16 curatorem citari etiamſi is legitimus doceretur,
vt ſcribit Dec. conſil.460. à num.27. vſq; ad fi-
nem, tum etiam defectu voluntatis quia conſtat
iudices noluiſſe afficere niſi citatos, & ſententia
tanquam ſtricti iuris non infert,niſi quantum vr
17 get neceſſitas, & à iure communi interpretatio-
nem accipit, vt firmat Præſes Menoch.conſ.88.
num.24. vol.1. & conſil.110. num.17. & 31.&
32.vol.2. additur præterea etiam in caſibus ſin-
gularibus, & exceptis in num. quorum is tamen
noſter nõ eſt,cũ pro ſe habeat regulam generalẽ
ad Barto.in l.quoties, num.1. ff.ſi quis cauti. ad
18 hoc,vt ſententia alteri præiudicet,multa & com
plura requiri quæ commemorat Alex. ead.l.ſæ-
pe, nu.76.ff.de re iudicata,& quæ hic deficiunt.
Rurſus ad hoc vt inſtitor, vel præpoſitus domi-
num obliget permulta exiguntur, & inter cæte-
ra ſi agatur de expreſſa præpoſitione ſeu deputa
19 tione aut ſocietate:nã diſcrimen eſt an quis fue-
rit inſtitor ſimplex, vel ſocius,& inſtitor,aut cõ-
miſſarius, & complementarius, Rota Genuenſ.
20 deci.166.nu.1.& dec.71.nu.4.& dec.160. nu.3.
& ſemper lex conuentionis,& mandati diligẽter
eſt inſpicienda,&diligentiſſime cuſtodienda,nec
latum(vt aiunt) vnguem ab ea eſt diſcedendum,
nam contractus ex conuentione legem accipiũt,
& procurator non poteſt obligare dominum vl-
tra mandati fines, quique cum eo contrahit de-
bet eius conditionem, & poteſtatem exquirere,
& ſi conuentio fuerit reſtricta, & limitata nõ po
teſt à procuratore extendi, & dilatari in domini
21 aut præponentis damnum, vel ſocij præiudiciũ,
l.diligenter igitur,ff.mandati, l.maritus,circa fi-
nem, C.de procurat. l.qui cum alio.vbi vide De
ci. nume. 2. qui in terminis noſtris loquitur, ff.
de reg.iur. Rota Genuenſ. deciſ.14. num.84. &
infra multis ſequent. Oſaſc.deciſ.149. num.94.
ſi vero de tacita præpoſitione aut ſocietate quæ
ſtio ſit, tunc requiritur quod & in expreſſa deſi-
deratur,niſi aliud actum ſit, vt contractũ ſit gra-
tia eius rei cui fuit præpoſitus: nam non omne
quod cum inſtitore geritur eum qui præpoſuit
obligat, ſed ita demum ſi ad commodum illius
menſæ cui præpoſitus fuit pecuniam acceperit,
22 idque in eam cauſam recipere declarauerit tem-
pore habitæ pecuniæ, quodque tunc temporis
pro vtilitate ipſius mẽſæ opportunum eſſet eam
pecuniam recipere, & quod dans pecuniam
hæc ſciuerit, & ea intentione pecunias numera-
uerit, vt ſocietatem ipſam ſibi obligaret inſtito-
ris miniſterio; Item quod maior pecuniarũ ſum-
ma non reciperetur,quàm ferret neceſſitas men-
ſæ, & quod in loco opportuno recepta ſit pecu-
nia,& vbi hæc deſint, requiritur ſaltem quod pe
cunia accepta verſa ſit in domini vtilitatem, l.
quicunque,§.non tamen,ff.de inſtit. gloſ.in ver-
bo,probetur,in l.1.vbi videantur Bald.& Salic.
C.de exercit. Alex. omnino videndus conſil.44.
num.5.& 6.lib.2.& eod.conſil.139.lib.5.Anch.
eod. conſil.332. & eſt pulchra deciſio Oſaſchi
deciſ.

decíſ.149.num.8.& 9.vbi de communi teſtimo-
nium dicit, & altera non inferior vtiq; videnda
cum ita fuiſſe iudicatum perhibeat Theſauri,de
ciſ.136.ſub num.7. verſic.his tamen non obſtāt.
23 vbi vterque diſtinguendo aperit quando plures
ſocij in ſolidum teneantur pro geſtis à ſocio, vel
inſtitore, & faciunt optimè quæ ſcribit Petrus
Vbaldus, tracta. de duobus fratribus.nona parte
principali, num.1. Rim. Iun.conſil.331.num.3.
& vt ab eadem manu quæ plagas intuliſſe vide-
tur,ſalutare remedium petatur, optimavè medi-
cina capiatur, hæc & alia ad rem noſtram opti-
me facientia refert iam allata deciſio Genuenſ.
14.per totam, & deciſ.12. num.12. & multa vi-
denda dixi ego conſil.10. à num.24. vſque ad fi-
nem, & cum hæ qualitates ad obligandum do-
minum ſimul, & ſemel copulatæ, & vnà colliga-
tæ requirantur, vt inquiunt vno ore iam excita-
24 ti doctores,& qui longa ſerie ab eis referſitur qui
in vno deficeret in toto defeciſſe cenſeretur,gloſ.
in verbo,auctoribus, in l.fi.§.ait lex,de diuortijs,
Alexand.in l. Titia, num.5.ff.ſolu.matrim.nam
ad veritatem copulantis orationis requiritur, v-
trumq́ue cum iuris interpretatione pro vno ha-
beatur, Bar.in l.ſi qui ducēta,§.vtrum,col.2.ver-
ſic.nota quod ad veritatem, ff. de rebus dubijs,
Dec.pulchrè,conſil.661.nu.4.

Hæcq́ue poſtrema ad cauſæ merita pertinen-
tia ideo volui adiungere,vt præfectus rerum ca-
pitalium D. ſcilicet Capitaneus Iuſtitiæ ſtatus
Mediolani, facilius intelligat hanc petitam exe-
cutionem eſſe omnino denegādam aduerſus Re-
gnam, tum quia non eſt probata qualitas quod
ſit ſocius aut conſors, tum quia ipſæ ſententię la
tæ ad citatos reſtrictę eum non comprehendunt,
cum citatus non fuerit,tum denique,quia ſi cita-
tus fuiſſet, multas, & complures legitimas habe-
bat exceptiones,quibus potuiſſet ſe defendere at
que tueri, cum alia ſit perſona eius qui pecunias
recipit,alia ſocij qui ad hoc, vt ex ſocij facto ob-
ligetur, multa, vt diximus deſiderantur quæ hic
omnino deficiunt.

Vnde fit, vt his bene iactis fundamentis, &
quaſi extructis mœnibus, vallo,& foſſa,aggereq;
maximo, vineis, ac turribus circumſeptis, facile
meo iudicio longè procul ſubmoueantur iniectæ
dubitationes quaſi machinæ, & tormenta quæ-
dam ad hæc euertenda firmiſſima argumenta,&
ad oppugnanda caſtra vehementer admota, &
adhibita.

Et primo dum dicitur ſatis conſtare de ſocie-
tate ex ſcriptura producta coram Senatu Excel-
lentiſſimo, & quam fuiſſe in actis productam in
iudicio Antuerpienſi atteſtatur Antonius à Ma
la Antuerpienſis notarius,cui videtur credendū.

Quia reſpondetur hanc ſcripturam, vti priua-
tam omni prorſus fide carere;nam ad hoc, vt cō-
tra ſcribentem probet debet eſſe comprobata,&
vt dicitur verificata, vel ſcribentis confeſſione,
25 vel teſtium recognitione, aut literarum compa-
ratione, vel alijs iuris legitimis probationibus ci
tata parte,l.exemplo, C.de probat.l. Publia,§.fi.
vbi Bart.num.3. ff.mandati, authen.contra qui
propriam, C.de non numerat. pecun. Bal.eo.cō
ſil.198.num.1.vol.1.Rom.videndus conſil.273.
nu.1.Oſaſcus in terminis, ped.deciſ.71. num.9.
& 10.Dec.conſil.97. num.3. Marſ.in rub.C.de
probat.num.267.Rota Genuenſ. deciſ.208.nu.
1.Borgn.deciſ.21. num.36. præſes Menoch. de
arbit.iud.caſu 114. facit ſtatutum noſtrum,cap.
42.ibi veritatem,& cap.75. vol.1. vbi agitur de
interrogatione,quæ fit,an quis ſcripſerit, vel ſub-
ſcripſerit. Maſcard.in verbo,apocha, concl.109.
& ſequenti.& in verbo, ſcriptura, concluſ.1300.
nu.18.& dixi ego conſil.85.nu.7.& 8.

Nec fides notarij atteſtantis ipſam præuia di
ligenti collatione concordaſſe cum ipſo origina-
li ſocietatis contractæ, obſtat, tum quia ipſum
exemplum debuit fieri citata parte & adhibito
26 iudicis decreto, vt in ſimilibus terminis probat
Rota Genuenſ.deciſ.12.nu.3.& 15.& ante eam
Alexan.conſil.119.nu.4.vol.1. & Didacus pra-
ctic.quæſt. cap.21.num.1. & 8. tum etiam quia
notario non creditur niſi fuerit à partibus roga-
tus. Rota Genuenſ.deci.13. num.34. & ratione
eorum quæ eo præſente facta ſunt, & ideo ei, vel
27 etiam pluribus atteſtantibus legiſſe aliquod in-
ſtrumentum quod ſit publicum, & exemplum
extractum concordare non creditur, Bar.& Iaſ.
28 num.2.& infra ac cæteri in authen.ſi quis in ali-
quo, C.de edendo. Crauet.conſil.88. num.21.
communem dicit ex alijs idem Maſcard.tracta.
de probat.in verbo,notarius,de quibus poſſit eſ-
ſe rogatus,conclu.1101.num.6. vbi videatur;&
comprobatur, quia non poteſt notarius teſtari
aut fidem facere de actu præterito,& qui in præ
29 ſentia,eo præſente, vidente,& intelligente geſtus
non ſit. Crauet.conſil.171.num.5. Rota Roma.
parte 2.deciſ.285. optimè confert Borgn.viden-
dus deciſ.45.num.30.& 31. & iam relata deciſ.
21.num.37. tum denique quia etiam ipſi actorū
notario non creditur,niſi inter eaſdem perſonas,
30 & in eod.iud. non autem in alio iudicio, aut inter
perſonas, vt refert ex alijs idem Maſcard.in ver-
bo, acta iudicij, conclu.32. num.50. & infra,er-
go id tanto minus eſt concedendum in alio nota
rio, qui atteſtatur ſe exemplum ab originali ex-
traxiſſe,cum tamen ad id autoritatem non habe
ret, nec ſcire nec aſſerere potuerit, nec ad eū per-
tineret iudicare, an illud eſſet originale, tū quia
poteſt eſſe quod illud eſſet originale ratione eo-
rum contra quos fuit verificata ſcriptura,nō au-
tem contra Regnam non citatum, & in eo iudi-
ciq non exiſtentem, vt probat Maſcard.loco pro
xime excitato,tum demum quia huiuſmodi exē
31 plis,& trāſumptis ad hoc, vt fides adhibeatur mul
ta etiam iure communi inſpecto deſiderantur, de
quibus habetur in ſtatuto noſtro,cap.398.nu.2.
& cap.397.nu.6.& infra vol.1. quæ omnia cum
in pręſenti caſu deſint, deficit fides ipſius notarij,
nec

Digitized by Google

nec ideo quia ſit notarius, ſcriptura eius poteſt
32 dici publica, ſed priuata quæ non facit fidem cũ
de ea non fuerit rogatus, nec ſic agendi poteſta-
tem haberet, maxime ad tertij præiudicium,
vnde dicitur officij fines exceſſiſſe, & longe mul-
tum extra illius terminos egreſſum fuiſſe, teſte
Maſcardo ea. concluſ. 1300. in verbo, ſcriptura
priuata, num. 9. & 10. vbi videatur.

Nec idcirco poteſt fieri aliquod fundamentũ
ſuper aſſerto reſcripto Excellentiſſimi Senatus,
hanc exceptionem remouente, quia reſcriptum
illud vti patẽti vitio obreptionis, & ſubteptionis
affectum, viribus ad luctandum non valet, nam
inſinuatum fuerat ſententias memoratas latas
fuiſſe nominatim contra omnes ſocios, eoſque
ſpeciatim in eo iudicio ſemper nominatos & ci-
tatos fuiſſe, quod proinde legitimè conſtaret de
aſſerta ſocietate reſpectu Regnæ, & tamen hæc
omnia à veritate aliena ſunt, vnde merito reda-
ctũ fuit optima ratione ad terminos iuris, prout
etiam abſque alia declaratione ex ordinum di-
ſpoſitione reductum cenſeretur, & maxime, quia
non eſt credendum Senatum Excellentiſſimum
iuſtitiæ, & æquitatis cultorem integerrimum, &
ſapiẽtiſſimum voluiſſe reſcriptum concedere cũ
33 graui tertij præiudicio, & tam iuſtas exceptiones
tollere, vt ſcribit Alexand. noſter loquens in Se-
natu Mediolani, conſil. 4. num. 29. & 30. lib. 2, &
optime ad rem conferunt quæ longa ſerie refert
Menoch. de reſcriptis, obreptione, & ſubreptio-
34 ne de arbitrar. iudicum. caſu 201. & 202. & cum
iam clarè ſuperius demonſtratum fuerit haſce
allatas exceptiones eſſe legitimas, ſunt omnino
admittendæ, cum Senatus declarauerit quod ta-
cite inerat, ſcilicet ſuæ mentis non fuiſſe eas tol-
lere, ſed quod negotium pro iuſtitia definiretur;
rurſus reſcriptum, ſicut & ſtatutum tollens exce-
35 ptiones debet intelligi de exceptionibus minimè
legitimis, futilibus, ac calumniæ plenis, ſecus ſi
iuſte ſint, & iuri cõſentaneæ ex doctrina Bartoli,
in l. 1. §. & parui, ff. quod vi aut clam, quales ſunt
illæ quæ ex actorum inſpectione, & ex defectu
36 cauſæ manant, vt fuſe proſequitur Fel. in cap. ex
parte, el 2. de officio delegati. Maſcard. videndus
conſil. 16. num. 1. & infra quam plurimis ſequen-
tibus; Aſinius in ſua praxi iudiciaria, §. 31. c. 41.
& c. 22. & alijs ſubſequẽtibus, ſicut nec exceptio
37 qua dicitur perſona non eſſe legitima, nunquam
ſublata cenſetur, quia vbi etiam pars prohibere-
tur opponere, ea tamen ab ipſo iudice rectè oppo
ni poteſt, vt inquit idẽ Marſil. in l. ſi quis ne quæ
ſtio. num. 43. de quæſt. Philippus Franc. in c. 1. §.
1. de elect. in 6. ſicut ſi lex puniat homicidam ex
38 interpretatione non comprehendit, qui caſu aliũ
occidit. Dec. conſil. 9. num. 4. verſic. 5. ad propo-
ſitum, nam hæc non fuit mens legis, quam vnam
ante oculos debet ibi proponere ad ſpeculãdum
iudex, cui ex caſuum varietate datur, vt variare
poſſit interpretationem, nec tamen varia erit aut
à lege diſcrepans, cum eius rationi conueniat, &
propterea licet lex ipſa, cuius ea eſt vis, vt rectè
facere iubeat, vetetque delinquere, multa ſapien
ter præſcribit, vt omnium ſaluti conſulat, attamẽ
cum omnia comprehẽdi nequeant, iudicesve ma
giſtratus præfici voluit, quibus velut miniſtris, &
39 interpretibus ac executoribus vtitur, & quamuis
eis huiuſmodi munus detur, tamen debent in vna
quaque re ab eo quod nimium eſt, vel parum
diſcedẽtes mediam quandam viam ſequi, quam
legiſlator ſi de huiuſmodi caſu interrogatus fuiſ-
ſet, vtique commõſtraſſet, nec dicat, quod ſæpe
imprudenter multi iudices iactant, lex ita iubet
quamuis dura ſit, velis nolis ſeruanda eſt, nec ad
me pertinet eius acerbam ſeueritatem mitigare,
aut dulcem lenitatem magna acerbitate permi-
ſcere, verũ enimuero auſtere nimis iudex, an ne-
ſcis, ſcite leges, non eſt verba earum tenere, ſed
vim ac poteſtatem, an ignoras tibi munus ac of-
ficium deferri, ſed à te non auferri prudentiam
ſcilicet, & modeſtiam, quo in verbo, modus ineſt,
& ordo omnium quæ fiunt, cui vel comes eſt ſciẽ
tia earum rerum quæ aguntur, aut dicuntur, ſuo
loco collocandarum, ſi tibi officium eſt, fac ne ti-
bi deſit temperantia, & laudabilis hæc modeſtia
in qua rectũ conſiſtit, & quæ eo melior eſt, quo
eſt deterius, & deteſtabilius eius contrarium, im-
moderata ſcilicet, & immodeſta intemperantia,
ſicut enim vnum, & idem medicamẽtum eidem
morbo adhibitum, vni prodeſt, alteri obeſt, tum
ob naturarum differentiam, tum ob temporis op
portunitatem, tum ob ſeruatum, vel neglectum
modum, ita etiã lex cuius finis eſt prodeſſe, ſæpe
nocet, ſi hæc eadem modeſta cautio non adiun-
gatur, quoniam, vt medicina valetudinis, nauiga
tionis gubernatio, ſic rectè viuendi, & gubernan-
di ars eſt, hæc ipſa prudentia, cui nomen eſt mo-
deſtia, quæ in caſu noſtro ea eſt, vt ſublatis exce-
ptionibus ſublatæ minime cenſeantur quæ iuris
rationem habent, & quæ legibus iuriſvè æquita-
ti coniunctæ ſunt.

Non aduerſatur vtique, quod ſatis ſit ſi fue-
rint citati Duchius, & Affaitatus qui cum eſſent
inſtitores, potuerunt eorum comparatione alijs
40 præiudicare, & eoſdem in iudicio obligare ſuo ip
ſorum facto, vt ſentire videtur Bart. in l. penult.
ff. de duobus reis. Rota Genuenſ. decif. 2. num. 1.
decif. 13. num. 20. decif. 77. nu. 14.

Quia reſpondetur primo, id procedere vbi cõ-
ſtaret quod eſſent ſocij, & quod illi fuerint inſti-
tores præpoſiti, ita ſe ipſum declarat Bart. ead. l.
pen. in 1, 2. & 3. opinione, ibi breuiter tene quod
hic ſunt ſocij, hoc idem apertè voluit Rota Ge-
nuenſ. iam excitatis decif. quatenus ſemper ſup-
41 ponit, quod conſtet, vel legitimè appareat de ſo-
cietate, & præpoſitione, & eſt ratio, quia fruſtra
de qualitate diſputatur deficiente ſubiecto, vt in-
quit Iaſ. in rubr. Inſtit. de actio. num. 1. & infra;
cum igitur in caſu noſtro non conſtet de facti ſub
ſtantia, ſcilicet de ſocietate, & præpoſitione fru-
ſtra contẽditur de obligationis qualitate, & effe-

ctu.

ctu. Secundo reſpondetur tempore cæpti iudicij
iam diu aſſertam ſocietatem finem reperiſſe, tũ
quia ſcriptura quæ exhibetur oſtendit eam ad
42 quoddã tempus factam fuiſſe, quod tunc iã diu
fluendo præcipiti curſu abierat, Rota Gen.deci.
27.nu.7.& 8.& deciſ.14. nu.84.vbi ait tenorem
conuentionis eſſe inſpiciendum, tum morte ali-
quorum ex ſocijs, deciſ.242.nu.1.& Rota Gen.
43 deciſ.71. nu.1. nec de renouatione conſtat, quæ
eſſet probanda cum ſit quid facti, Ioſeph. Ludo.
44 concl.53.verſ.& cum iſtæ ſocietates,& ideo tan-
tum abeſt, vt tunc fuerint inſtitores, aut ſimul ſo-
cij, vt potius de ſcriptura à parte aduerſa produ-
cta conſtet contrarium. Tertio confeſſio iſta, vbi
de ea legitimè conſtaret, non poteſt ſocium obli
gare, cum agatur de commodo, & vtilitate ſocij,
& idcirco licet ſcripturæ probent inter ſocios, at-
tamen primo conſtare debet quod ſint ſocij, ali-
ter quam ſocij confeſſione, quæ eſt ſuſpecta, &
quæ non probat, cum ſit facta ad propriam vtili-
45 tatẽ confitentis, vt in his terminis cõſuluit Alex.
vidend.eo.conſ.186. num.1.& 2.lib.2. Additur
quarto loco ſocij confeſſionem non pręiudicare,
aut ſocijs nocere, niſi in his in quibus habet man
46 datum tacitum vel expreſſum, & cum qualitati-
bus,&conditionib. quas fuſe ſuperius retulimus,
ex Alc.conſ.44.nu.5.& 6.lib.2.& alijs ibidẽ cõ-
memoratis. Quinto aduerſa concluſio põt proce
47 dere in duobus reis credendi, ſecus in reis debẽdi,
prout verſamur hoc in caſu noſtro, vt ſe ipſum
declarat Bar.in l.ex duobus, num.17. & 18.ff.de
duobus reis, ad quã ſe refert ea lex penul. Sexto
cum ſententię ſe referant & coarctent, vt dixi ad
citatos,& Regna non ſit ex citatis, tollitur omnis
dubitatio, cum iam ſuperius ex receptis doctorũ
ſententijs cumulatè probauèrimus, ſententiam
aduerſus ſocium latam non obeſſe ſocio non ci-
48 tato, prout & illa principalis nón obeſt fideiuſſo-
ri, item acta facta inter duos litigantes non pro-
bant inter alios, vt concludit Dec. videndus in
l.is apud quem, nu.44.C.de edendo.

Non refragatur etiam quatenus obijcitur cũ
agatur de facto ab inſtitore geſto, ſocios & eorũ
49 hæredes in ſolidũ teneri, ex Dec. & alijs in l.ſi in
ſtitorẽ, ff.ſi cer.pet. Rota Gen.deciſ.14.nu.78.&
deciſ.15.nu.9.&10.deciſ.19.n.3.deciſ.135.n.1.

Quia eiſdem reſpõſionibus prorſus refellitur
& diluitur eadem argumẽtatio, & maximè, quia
non conſtet de præpoſitione, & vbi conſtaret, id
procederet vbi ſit contractum ex cauſa ſocieta-
tis, & alia ſimul conueniant, de quibus ſuperius,
quæ prorſus deficiunt, vltra quod magis commu
nis opinio videtur ex contrario ſtare, vt ſcilicet
ſocij dumtaxat teneãtur vſq; ad ſummam ſortis
poſitæ in ſocietate, & non in ſolidum, vt de cre-
50 briori atteſtatur Oſaſc. relata deciſ.149. num.8.
imo quando agitur de re diuidua licet defunctus
teneatur in ſolidum, hæredes tamen pro portio-
nibus hæreditarijs conueniri debent, l. pro hære-
ditarijs, C.de hæred. actionib.

Non reſiſtit etiam vt cum ſententiæ condem-
nent Affaitatum, & Duchium, & ſocios, vtiq; Re
gnam comprehendant tanquam ſocium, & con-
ſortem, & ſaltem implicitè nominatum per rela
tionem ad acta ex quibus ipſa ſententia declara-
51 tur, vt affirmat Iaſ.in l.ſub prætextu, la 2.num.6.
C.de tranſact. Fel. in c.aduerſario, nu.4.verſ.co-
gnoſcitur autẽ, de except. Ceph.conſ.77.nu.34.
& maxime, quia petitio directa fuit contra Affai
tatum, & conſortes, ſeu ſocios, inter quos cum
adnumeretur in aſſerta ſyngrapha ſocietatis ipſe
Regna, ſequitur, vt & ipſe libellus, & ipſę declara
tiones eum afficiant, atq; ideo etiam contra eum
ſicut cæteros rectè executioni mitti queant.

Quia ex iam ſuperius deductis, ſolidæ colligũ
tur reſpõſiones, & primo, quia petitio, & acta, &
ſententia afficiunt citatos, vnde cum Regna non
52 fuerit citatus, ceſſat obiectum, l.de vnoquoq;, ff.
de re iudic. Secundo cum negetur ſubiectum ſo-
cietatis, fruſtra diſputatur de qualitate, Iaſ.ead.
rub. Inſtit.de actio. & ſic non poteſt fieri funda-
mentum ſuper illå generali, & ſeu generica com-
prehenſione, cum non conſtet de genere, nec ge-
nus probetur, nec allegata ſyngrapha ſocietátis
obeſt, cum non fuerit comprobata, & vt dicitur
verificata contra Regnam, quicquid dici poſſet
contra alios. Tertio cum ad hoc, vt ſocius ex fa-
cto ſocij obligetur, multa ſimul, & ſemel requirã
tur quæ hic deficiunt, ſententia inter alios lata,
velut res inter alios acta, vt ſuperius abundè cõ-
monſtrauimus, non nocet Regnæ, nec contra eũ
poteſt iudex eã exequi, & quatenus Senatus Ex-
cell. dixit ſententias exequendas, intelligendum
eſt, contra illos, contra quos de iure ſunt exequẽ
dæ, cum reſcriptum quantum fieri poteſt ſit tra-
53 hendum ad iuris cõis intelligentiam. Dec.conſi.
209.nu.5. & 6. Alex. noſter conſ.15.nu.10.li.7.
54 & res inter alios acta non nocet non exiſtenti in
cauſa, nec ei qui citatus non ſit, nec eius hæredi-
bus, & an res iudicata noceat, debet attendi qua-
litas ſecundum quam fuit litigatum, vt affirmat
idem Alc.conſ.130.nu.4.& 5.lib.9. & ante eum.
idem Dec.conſ.564.nu.8. & conſ.591.num.7.

Quod vero pertinet ad inſtantiæ punctum, ſi
inſpiciamus ius cõe, non poteſt tranſcendere, aut
tranſgredi triennij metam, tanquam contentio-
nis finem, & terminum à iure præſtitutum his,
qui in hanc palęſtram ducuntur, non exercitatio
nis, & delectationis gratia, ſed loquacis, odioſæ,
ac litigioſę diſputationis cauſa, ſi enim diutius, in
familiaritate locus eſſet nemini, niſi litigioſo, &
nocenti, vehementer vitæ noſtræ pęniteret, l. pro
55 perandum, C.de iudicijs, ſi ius noſtrum Cæſarea
rum conſtitutionum intueamur, tit.de iudicijs,
in princ. non poteſt excedere curſum quadragin
ta dierum vtilium, ex cauſa tamen à Senatu po-
teſt prorogari, & ex ordinibus Sacræ R. Cathol.
Maieſt. verſ.le querelle che del continuo, datis
Thomar. anno 1581. non poſſunt prorogationes
fieri vltra triennium, hæcq; eſt generalis regula,

& concluſio, vnde qui ex limitatione vult venire
debet eam probare, & ſemper eſt facienda inter-
pretatio, vt ad eam nos ipſos conformemus, Bar.
56 in l. quoties, ff. ſi quis caut, Tiraq. vid. de retract.
legali, §. 1, glo. 9. nu. 21. Nec dicatur quod cauſæ
coram D. Capitaneo Iuſtitiæ non habeant inſtã
tiam, vt cauetur ex eiſdem conſtitutionib, tit. de
officio Capitanei Iuſtitiæ cauſæ inſtantiæ, quia
illud debet intelligi ratione cauſarũ curialium, de
quibus antea loquitur, & quæ iure ordinario ad
57 Capitaneum ſpectant; non aũt de his quæ iure
delegationis ad eundem pertinent, prout eſt hæc,
quia tunc cenſura, & norma conſtitutionum, &
ordinum S. Maieſt. eſt obſeruanda, & cum ſimus
in materia exorbitanti, iuriſq; cõi aduerſanti, il-
la clauſula non poteſt ad cauſas delegatas refer-
ri, ſed tantum ad eas quæ ordinatio iure ad eum
ſpectant, Ruin. conſ. 185. nu. 4. vol. 1. & conſ. 64.
vol. 3. inſtantiæq; tẽpus eſt ſupputandum, & po-
ſitis calculis numerandum à die ceptæ litis, cum
D. Capitaneus videatur ſubrogatus in locũ do-
minorum Abbatum mercatorum, vt reaſſumptis
legitimè agitatis, iudicium eorum loco faciat.

Quod autem ſpectat ad libelli emẽdationem,
ſeu potius mutationem cum priore loco fuerint
conuenti aſſerti ſocij pro virili, nunc aũt in ſoli-
dũ cõueniri velint, certiſſimi iuris videtur, vt pars
aduerſa audiri non debeat, niſi prius cum effectu
refectis, & ſolutis expenſis, maximè cum hęc mu
tatio ſit facta poſt litem conteſtaram, quæ Me-
diolani ex conſtituentib. titu. de iudicijs, §. qua
petitione porrecta conteſtatur ſtatim, atque re-
ſpondetur petitioni, vel affirmando, vel negãdo,
licet hodie etiam ante litem conteſta. hęc varia-
tio non admittatur, nec detur præſertim in his,
quæ ſubſtantiam, & ſummã rei attingunt, auth.
qui ſemel, C. quomo. & quãdo iudex, Speculator
de libellorũ concep. verſ. nunc oſtendamus, nu. 1.
& propterea cum in iudicijs quaſi contrahatur
non poteſt pars recedere, & ſi vult iam inchoatũ
iudicium mutare, debet prius expenſas refunde-
58 re, vnde lis dicitur reuocari ad principium actio-
nis, vel principium actus, quod impedit proceſ-
ſum ad vlteriora, & progreſſionem ad alia, l. ſan-
cimus, C. de iudicijs, & cum actus denominatio-
nem accipiat à mutante, & nõ à mutato, qui mu-
59 tat libellum dicitur nouum dare libellum, etiamſi
id faciat, addendo, maximè in re ſubſtãtiali, & in
materia principali, quia varians eſt in culpa, quę
temeritatem quandam ſapit, cuius ratione veni-
unt, & debentur expenſæ, conſulto enim & non
temerè, & imprudenter eſt lis intendenda, aut dã
ni iniuria alter afficiendus, vereaturq; committe
re, vt non bene præuiſa principia ponantur, cum
ſæpe homines ad pugnam hanc ciuilẽ ducantur,
non ſapientia, aut neceſſitate, ſed impetu plerum
que, & quadam temeritate malo ſuo fato omnẽ
60 ætatem in litibus conterentes, & perpetuũ quaſi
morbum ſibi ipſis iurãtes, vt docent, cõmuni aſ-
ſenſu Bal. in l. ius ciuile, nu. 1. ff. de iuſt. & iure, &
in l. edita, in 1. interpret. nu. 56. & Bar. nu. 7. C.
de edendo, & Iaſ. vidend, omnino, ibid. num. 37.
& 38. qui inquit non eſſe mutantem audiendum
61 ſi vellet dare pignus, vel fideiuſſores, & ſingulari-
ter addit etiamſi propter aliquem iuſtum errorẽ,
(qui in hoc caſu deeſt, cũ agatur de errore iuris)
fieret emendatio, adiungo ego eam rationẽ, quia
damnum quod quis errore ductus alteri infert te
62 netur in foro cõtentioſo reſarcire, etiamſi ex pro
poſito non contulerit, ſed tantũ ex leuiſſima cul-
pa, l. in l. Aquilia, ff. ad leg. Aquiliam, Abb. in c.
1. nu. 11. de conſti. vltra Iaſ. videatur Franc. Cur
tius in repetitione eiuſdem legis edita, nu. 20. &
21. qui vſu eſſe receptũ teſtatur, vt libellum mu-
tans non audiatur ſupet mutato aut emendato
libello, niſi prius refectis expẽſis, cũ hęc exceptio
reficiendarum expenſarũ, ita impediat ingreſsũ
litis, & omnẽ progreſſionem, vt litigator nequeat
vltra pedem ponere, veſtigiumvè imprimere, ſed
potius cogatur pedẽ referre, & linguam, elinguis
redditus, reticendo continere, & nu. 25. infert idẽ
Curt. ad caſum illius qui petit dimidiũ hæredita
tis, & ſe declarari hæredẽ pro dimidia, & lite con
teſta, vult emendare, & corrigere libellũ, & pete-
re ſe declarari in ſolidũ hæredem, & conſequi hę
reditatẽ totam, quia hoc petere non põt, & ſi hoc
verũ eſt in iudicio vniuerſali petitionis hęredita-
tis, ergo fortius admittendũ eſt iudicio ſingulari,
quale eſt hoc noſtrũ. Rurſus in caſu ẽt licitæ emẽ
dationis, & conceſſę mutationis, vel accumula-
tionis, reo refici debẽt expenſæ factę ex hoc, quia
63 ante has variationes deliberare nõ potuit, vt per
egregiè & copioſe proſequiẽ, vide. Fel. in c. 1. ſub
n. 24. ver. ĩ caſu licitę emẽdationis. de libel. obla.

Nec refragatur clauſula illa quæ dr̃ poſita in
1. libello ſaluo iure addendi, quia vbi de ea appa
reret, non attenditur cũ iſta tẽporis limitatio nõ
procedat ex voluntate producentis libellũ, ſed ex
legis diſpoſitione, vnde hęc proteſtatio tãquam
64 iuri aduerſans nihil iuuat, vt firmãt Bar. & Iaſ. ea.
l. edita, ille nu. 30. iſte nu. 41. vbi videatur, quib,
addo Corneũ vtiq; vidend. conſ. 282. incip. viſo,
in lit. Y. in 3. p. & cõſ. 238. incip. reperio, in lit. L.
in 4. p. inquitentem, vbi aliquid additur, vel detra
hitur, idẽ non dici amplius, ſed aliud, minimè ẽt
iuuant aut excuſant, vel patrociniũ tuentur clau
ſulę illę generales ius & iuſtitiã miniſtrari, de qui
bus plene agit Iaſ. in §. oĩum, nu. 139. & inf. Inſt.
de actio, quia ad ea quę deducta ſunt referuntur,
& reſtringuntur, & nihil agunt, ꝙ pertinet ad ea
quæ nullo modo narrata, & propoſita ſunt, aut
in his quę narrata ſunt cõprehendi nequeunt, vt
in terminis declarat Crau. vid. cõſ. 151. nu. 4. hu-
iuſmodi. n. clauſulę ẽt largę & generales atq; am
pliſſimæ ſemper reſtringuntur, & coanguſtantur
ad ea quæ in diſpoſitione includunẽ, aut enarrata
ſunt, l. ſi de certa, vbi notãt oẽs, C. de tranſ. Bar. in
l. ꝙ dr̃, ff. de tut. & in l. ꝑdijs, in princ. de leg. 3. Iaſ.
egregiè, & latiſſimè cõſ. 171. vol. 3. ver. 2. & 3. &
4. li. 2. Cur. iun. cõſ. 101. nu. 3. nec libellus virtute
cuiuſ-

cuiuſcũq; generalis eſſe ſuſtineri poteſt parte op-
ponente, niſi reus certus reddať, vt ait Alc. noſter
cõſ. 55. n. 5. & 6. li. 6. & cũ inuicẽ contraria & re
pugnãtia ſint quę pro virili cõueniri, & in ſolidũ,
clauſulæ iſtę pro ſuſtentatione, & pro firmiori li-
belli robore poſitę, nõ inducũt aut pręſtant, vt tẽ
tari & adhiberi poſſint duo remedia, quæ ſimul
ſtare nequeant, vnum enim alterum ita offendit,
& obruit, vt loco auxilij offenſio potius accipia-
tur, vt probat idem Alcia. noſter conſ. 31. nu. 20.
lib. 6. quod pars aduerſus præſentiens, & animad
uertens libellũ mutauit inquiens nunc geſtus mi
hi, vultuſq; eſt capiendus nouus, commodiuſq;
arbitror dublici ſpe niti, & plures in ſolidum obli
gatos habere, quam pro virili, cum ſolidi obliga
tio faciat, vt ſolidior, & expeditior ſit exactio, ve
rum quia lectiſſimus Senator Lucius Albricius,
appellationis iudex nonnullas adhuc inijcit du-
bitationes, aliquaſq; etiam ex his quas ſuperius
retulimus, & cõſutauimus repetit, vt veritas quã
vnã quęrimus, & maxime intuemur, & ad quam
omnis actio noſtra dirigitur, magis eluceat pul-
ſis oppoſitis nubibus, & animoſior atque fortior
ſit dilutis aduerſis argumentis, quaſi cæſis, & fu-
gatis hoſtibus, operæ pretium duxi illud primũ
præfari, vt ſcilicet cũ Petrus Franciſcus & Octa-
uianus fratres Regnæ conueniantur tãquã hære
des Hieronymi Regnæ, qui pẽdente hoc iudicio
interim deceſſit, debeat, vt rectum fiat iudicium,
primũ legitimè probari eos eſſe huiuſmodi qua-
70 les aſſeruntur, l. non ignorat, vbi Bar. C. de accuſ.
Aret. conſ. 32. num. 2. Bal. in l. per diuerſas, ante
num. 15. C. mandati, Præſes Menoch. de adipi-
ſcen. poſſeſſione, remed. 3. num. 166. quod proce
dit etiam ſi quis ageret contra filiũ alicuius, quia
adhuc deberet probare eum eſſe patris hęredem,
nam licet quando filius agit, argumentum com-
71 ponatur, & vrgeat, filius ergo hæres, non ſic quã-
do conuenitur, nam probanda eſt illa qualitas,
vt magis com. dicit Rol. à Valle, viden. cõſ. 26. n.
18. li. 1. & in vnoquoq; actu eſt ſemper legitima
faciẽda perſona, vt firmat Crau. conſ. 104. nu. 2.

Qua exceptione ſemper ſalua, & velut primo
agmine præmiſſo me conuerto ad refellenda ſin-
gula dubitationum capita argutiarum plena.

Ad primum itaq; reſpondeo ſocietatem, quæ
eſt totius huius negotij, & iudicij prçcipuum fun
damentũ, confeſſione ipſius Affaitati & Duchij,
vbi de ea legitimè conſtaret non probari, nec eã
poſſe obeſſe ipſi Regnæ, ſiquidem vnius confeſ-
72 ſio nõ probat in præiudicium alterius, l. Seia, in
princ. ff. ad Senatuſconſultum Velleian. Caſtrẽ.
conſ. 428. nu. 5. par. 1. incip. viſis & conſideratis
diligenter. Pariſ. conſ. 19. nu. 60. lib. 3. nam ſi ali-
ter diceremus liberum eſſet confitenti, dicere, ac
confingere quicquid vellet, & ſic ius alteri quæſi
73 tum auferre, quod minime ferunt ſacratiſſimæ le
ges, Fel. in c. 2. nu. 12. de fide inſtru. & quatenus
74 dicitur confeſſionem ſocij probare contra ſociũ
id procedit vbi aliter probetur eos eſſe ſocios, qđ
in caſu noſtro negatur, Bar. in l. pen. in 1. & 2. &
3. opinione, ff. de duobus reis; Item vbi confeſſio
75 ſocij commodum, vel alleuamentum non præſe
ferret, Alex. conſ. 186. nu. 1. & 2. lib. 2. Item ratio
ne eorum in quibus ſocius mandatum tacitum,
vel expreſſum haberet, & cum qualitatibus & cõ
ditionibus de quibus agit, Alex. conſ. 44. nu. 5. &
6. lib. 2. & quas ſuperius longa ſerie retuli verſic.
76 non aduerſatur vtiq; quod ſatis ſit, nec acta iudi-
cij inſtituti cum illis poſſunt afficere Regnam nõ
citatum, Dec. in l. is apud quem, n. 44. C. de edẽ.

Ad ſecundum reſpondetur Iudicium cum Af
faitato & Duchio ſuſceptum, nõ poſſe Regnam
afficere cũ non doceatur qualitas principalis, ſci-
licet quod Regna eſſet ſocius, & ipſi eſſent inſti-
77 tores & negotiationi præpoſiti, Ancha. videndus
conſ. 332. nu. 6. imo ex ſcriptura exhibita ab ad-
uerſarijs, conſtat ſocietatem ad tempus coitam
fuiſſe, & tempore cœpti iudicij, maximè morte
aliquorum ex prætenſis ſocijs iam diu ſolutam
eſſe, vnde fit, vt iudicium cum eis factum non po
78 tuerit Regnæ præiudicare aut nocere, Rota Ge-
nuẽſ. deciſ. 27. nu. 7. & 8. & deciſ. 14. nu. 84. Thę-
ſaur. deciſ. 242. nu. 1. nec reuocatio præſumitur
79 niſi probetur, Caſt. conſ. 73. verſ. reſtat, par. 2. Io
ſeph. Ludo. concl. 53. verſ. & cum iſtę ſocietates,
nec ideo ſententia contra Affaitatum & Duchiũ
lata, poteſt nocere Regnæ minime citato, cũ peti
tio acta, & ſnĩa nominatim afficiant ipſos citatos
80 & ad eos tantum ſe reſtringant & coarctent, l. de
vnoquoq;, ff. de re iudi. l. 2. C. quibus res iudi. nõ
nocet, l. 1. C. res inter alios acta, l. ſæpe, ff. de re iu
dic. vbi videatur, Alex. nu. 9. & in terminis ſentẽ
tiæ latæ contra vnum ſocium, vt non vrgeat aliũ
ſocium non citatum, tradit Bar. videndus in l. ex
duob. nu. 17. ff. de duob. reis, Alex. eã. l. ſæpe, nu.
52. Crau. conſ. 206. nu. 1. & infra, & quamuis ſen
81 tentia valeat non citatis his quorum principali-
ter non intereſt, tamen id in prætenſo ſocio non
procedit cuius ius coęquale dicitur, Oſaſc. deciſ.
153. nu. 16. & 12. & eſt id intelligendum ratione
firmitatis, ſeu validitatis, non prçiudicij, vt
diſtinguit ex com. doct. ſent. Gabr. lib. com. tit. de
cit. concl. 1. nu. 309. & 310. & Vantius de nullita
tibus, de nullitate ex defectu citationis, nu. 10. &
82 vbi agitur de tam graui præiudicio non ſufficit
citare procuratorem, Dec. vidend. conſ. 460. nu.
27. hæc igitur ſnĩa nequit offendere Regnam tũ
quia non fuit citatus, tum quia eſt ad citatos re-
ſtricta, nec ſimpliciter verum eſt, vbi etiam pro-
bata eſſet legitimè ſocietas, ſociũ obligari ex fa-
cto ſocij, ſed multæ copulatim requiruntur, vt ſu
perius dixi qualitates, quę hic deficiunt, quod ſci
licet ſit cõplementarius, & negotiationi prępoſi-
83 tus, ꝙ ſeruet conditiones ſocietatis, ꝙ contraxerit
ad cõmodum illius mẽſę cui eſt prępoſitus, fines
namq; mandati ſunt diligenter cuſtodiendi, ſiue
illud ſit expreſſum ſiue tacitũ, l. diligẽter, ff. mãda
ti, quodq; declarauerit ſe recepiſſe pecunias pro
vtilitate illius mẽſę, ꝙ pecunia fuerit numerata

ea intentione, vt ſocietas obligaretur, nec maior
pecuniæ ſumma recepta ſit, quã ferret neceſſitas
menſæ, & in loco opportuno, in dominique vti-
litatem verſa ſit, l.quicunque, §.non tamen, ff.
de inſtito.l.prima, C.de exercit. vbi vide Bald.
& Salicet. Alexand.conſilio 44. numero 5.& 6.
lib.2. & conſilio 139. lib.5. Theſaurus deciſio.
136.numero 7. Oſaſcus deciſio. 149.numero 8.
& 9.quæ minime probata ſunt in præſenti caſu,
ex quibus legitimis exceptionibus, ſi citatus fuiſ
ſet Regna potuiſſet facile ſe defendere, caſu quo
legitime probatum fuiſſet tunc temporis ſocie-
tatem ſubeſſe, nec reſiſtit text. in l.ſi duo, ff.de
84 receptis arbitris. ex quo inferri videtur, vt ſen-
tentia lata contra vnum ex ſocijs alteri noceat,
vt ſenſiſſe videtur ibidem Barto. quia imo ſen-
tentia non præiudicat, ſed bene tenetur quaſi ex
facto ſi alter agat, quia ſic promiſit alter ſocius
in compromiſſo, vt ibidem explicat gloſ.in ver-
bo, ſi ſocijs, verſi.vel melius, & non diſſentit Bar
tol.eadem l.ſi vnus, nume. 1.ff.de pactis, & cum
verſemur in reis debendi, ſententia contra vnũ
lata alteri non aduerſatur, ſed opus eſt nouo pro
ceſſu, vt docet idem Bartolus in l.ex duobus, nu
mero 17. Angelus numero 4. ff. de duobus reis.
85 & in terminis tradit Rota Genu. viden. deciſio.
14.numero 92.& Crauet.conſilio 206.numero
primo, & ſicut non nocet ſententia, ita etiam nõ
nocet probatio, vt decidit Angelus ead.l.ex duo
bus, numero 4. nec confeſſio obeſt alteri niſi ac-
cedat, quæ ſuperius diximus, verſic. ad primam
86 reſpondetur, imo procurator poſitionibus re-
ſpondens domino non nocet, niſi habeat ſingu-
lariſſimum, & ſpecialiſſimum (vt noſtri aiunt)
mandatum, vel cum libera, Bartolus in l.qui Ro
mæ, §.Callimachus, nu.10.de verb.obli.& nota
tur ad ſtatutum noſtrũ, c.83.nu.3. & 4. in 1.

Nec alicubi probatum vidi quod Regna in
judicio illo in quo ſecutæ fuerint illæ ſententiæ
contra Duchium & Affaitatum, comparuerit
& requiſiuerit actorem ex cauſa eiuſdem ſocie-
tatis & damnum paſſorum, & licet in cauſa cu-
iuſdam aſſertæ proteſtationis factæ ante illud
judicium reſponderit adfuiſſe ſocietatem, non
tamen dicit, quod ea tunc ſubeſſet, vel quod ip-
ſe ex ea teneretur, & nihil facit quoad ſuſtinen-
dum illud iudicium poſtea ſubſecutum eo non
vocato nec citato, & reſponſio facta fuit cum de
bitis reſeruationibus actum reſoluentibus, &
clauſulis ſalutaribus, & vbi prius actoris legiti-
mè intentio probata foret, & omni caſu vbi etiã
ille comparuiſſet, quod tamen omnino negatur,
cum tamen non fuerit ad ſententiam citatus, &
ſententia de iure ad citatos ſe referat, ei nocere
87 non poteſt, Rota Genuenſ.ead.deciſio.14.num.
92.nec aſſerta reſponſio Regnæ ad illum prote-
ſtum ipſius Hieronymi Comitis infert cum eo
ſocietatem ſubeſſe, imo ex ea potius contrarium
inferri videtur, quatenus ſe facit creditorem ip-
88 ſius quõdam ſocietatis, & ipſius Comitis, qui in
ea erat ſocius, l.debitori, C.de pactis, §.ſic ita-
que, Inſt.de actionibus, vbi vide, & dum inquit
ipſum proteſtum, eſſe quoad eum impertinen-
tem, & nullius valoris, non videtur fateri, nam
negans aliquid recte factum, non propterea vi-
detur confiteri, vel ponere nudum factum, egre-
giè Bal.in l.Gallus, §.forſan, ante nu.1. verſi.non
rectè, ff.de liberis & poſthum.

Non reſiſtit etiam ſatis probari ex confeſſio-
ne Affaitati, & Duchij, quod fuerint inſtitores
dictæ ſocietatis, quia vt iam diximus, eorum
confeſſio non poteſt nocere, tum quia non pro-
batur ſocietas, tum quia plura exiguntur per mo
dum conditionis, quæ hic deficiunt, nec ſchedu-
la, quæ dicitur producta in illo iudicio Antuer-
pienſi poteſt obeſſe Regnæ, cum non fuerit com
probata, & ſeu verificata eo citato, nec aſſerta
89 confeſſio Duchij & Affaitati ſit, vt ſuperius di-
xi in eius præiudicium ſpectanda tanquam res
inter alios acta, Pariſius eod.conſilio 19. nume-
ro 60.lib.tertio, quinimo cum ipſius Duchij &
90 Affaitati aſſerta confeſſio fuerit in contumaciã,
& ſic ficta, tanto minus põt Regnæ præiudicare,
vt declarat videndus omnino Bar.in l.cũ filiu ſ-
amilias, nu.4. ff.de verbor. oblig.& in l.eius qui
delatorem, nu.1.ff.de iure fiſc. Rom. ſing.306.

Ad tertium dicitur ſententiam non compre-
hendere Regnam qui in ea non legitur, l.primæ,
§.legi autem, ff.de his, quæ in teſtamento delen-
91 tur, cum præſertim ſententia ſit ſtricti iuris, &
nihil veniat niſi quod ex ea neceſſario infertur,
Alexand.in l.impoſſibilis, ff.de verbor.obligat.
Alba videndus conſilio 132. numero 10.nec ex
prætenſa ſchedula producta in qua inter ſocios
dicitur contineri ipſe Regna, poteſt dici eum af-
fici ex vi cuiuſdam relationis per ſententiam ad
eam factæ, quia vt iam probaui ea ſchedula non
poteſt nocere Regnæ, cum non ſit legitime com
probata, & verificata quo ad eum, imo habea-
92 tur pro ſcriptura priuata, quæ non probet, l.exẽ-
plo, C.de proba. & cum ſententia tam ex diſpo-
ſitione iuris communis, l.de vnoquoque, ff.de re
iudicata, quam ex tenore ipſius ſententiæ tan-
tum afficiat, reos præſentes & citatos, conſequi-
tur, vt referri nequeat ad eos qui in iudicio non
erant, nec fuerant citati, etiam quod aliàs ſocij
dici poſſent, cum relatio debeat fieri ad ea quæ
ſint apta, & habilia, & quæ fidem faciunt, vt in-
quit Vantius de nullit.ex defectu proceſſus, nu-
mero 105.verſic.ſed ſi quantitas. vnde cum pro-
ducta ſchedula ſeu ſyngrapha prætenſæ ſocieta-
tis quo ad Regnam non faciat fidem, conſequi-
tur, vt ſententia tantum comprehendat eos qui
ex iudicum poteſtate, & voluntate contineri po
terant, ſcilicet præſentes, & citatos, & legitimè
probatos ſocios, & iuriſdictioni illorum iudicũ
ſubiectos, in quorũ numero dici non poterat ipſe
Regna, minime probatus ſocius nec citatus nec
ſubditus, & dum Senatus Excell. iuſſit ſentẽtias
93 exequendas eſſe id ſano modo intelligẽdum eſt,
vt

vt iam ſuperius præmonui contra illos, contra
quos iure non iniuria poteſt eas exequi, gloſ. in
in verbo, vnuſquiſq;, C. de ſacroſanctis eccleſijs,
Dec. videndus conſil. 209. num. 5. & 6. & conſil.
264. num. 8. Alciatus noſter conſil. 15. num. 10.
lib. 7. & conſil. 138. num. 4. & 5. lib. 9.

Nec fides adhibenda videtur teſtimonio ta-
bellionis teſtantis exemplum ipſius ſchedulæ pe
rijſſe, & cępiſſe ab actis ipſius iudicis primo, quia
94 debuit fieri citata parte, & adhibito iudicis de-
creto, Rota Genuen. deciſ. 12. nu. 3. & deciſ. 13.
nume. 34. nec ei creditur, quod illud à quo ſum-
pſit exemplum eſſet prout aſſerit originale chi-
95 rographum, cum ei ipſe non interfuerit, & er-
rore ſermonis labi facile potuerit, Crauet. con-
ſilio 88. numero 21. communem dicit Maſcar-
dus, in verbo, notarius, de quibus poſſit eſſe ro-
gatus, concluſ. 1101. numero 6. Borgnin. deciſ.
45. numero 30. & 31. deciſ. 21. numero 37. &
quamuis norario actuario credi videatur, id ta-
men intelligitur reſpectu actorum iudicialium,
96 non autem ratione extraiudicialium, & eorum
quæ actis extrinſecis inſeruntur, prout erat ipſa
ſchedula, Ruinus conſi. 126. numero 3. volum.
4. & ſe ipſum declarat Maſcardus concl. 1100.
numero 9. nec conſtat quod ille Antonius à Mal
la eſſet actuarius, vnde ei tanquam vnico, &
97 ſingulari teſti non creditur, cap. licet, ca. veniens,
el primo, de teſtibus. Iaſ. in l. ſi quando, verſi. 11.
C. vnde vi, & eius ſcriptura tanquam priuata
98 fidem non facit, vt in terminis tradit Socinus ſe-
nior videndus conſilio 33. numero 5. lib. primo,
Crauet. de antiquitat. tempor. parte prima, §.
viſo de verbis, numero 13. nec confeſſio ipſius
Duchij, & Affaitati, vt ſæpius diximus, & iam
abundè ſatis probauimus, poteſt obeſſe ipſi Re-
gnæ, tum quia eorum commodum, & vtilita-
tem reſpiciebat, cũ ſua intereſſet habere conſo-
cios ad debitum agnoſcendum, tum quia am-
plius non ſuberat prætenſa ſocietas, & vbicun-
que aliquid ſtatuitur ob aliquam qualitatem,
99 requiritur, quod ea inſit tempore quo actus ge-
ritur, l. in delictis, §. ſi extraneus, de noxalibus, l.
ſciendum, §. fin. ff. qui ſatisdare cogantur, Bar-
tolus in l. 2. §. non ſolum, quæſt. 6. de excuſatio.
tutor. Alexand. videndus conſil. 188. num. 1. &
infra vſque ad num. 5. vol. 2. Cotta noſter in ver
bo, qualitas legis.

Ad quartum & vltimum dicitur forte ſociũ
in ſolidum poſſe conueniri vbi legitime conſtet
quod ſit contractum ex cauſa neceſſaria ſocieta-
tis, & alia concurrant, quæ de iure exiguntur ad
obligandos ſocios, vt ſuperius probauimus: præ
terea quicquid dicant doctores ex contrario ad-
100 ducti, qui ſunt intelligendi in his terminis, vt
declarat Natta eod. conſilio 567. numero 3. ma-
gis communis eſt concluſio, vt ſocij nequeant
conueniri in ſolidum, ſed tantum pro portione
ſummæ pecuniarum, quam in ſocietate vnuſ-
quiſque expoſuit, vt de communi fidem facit
Oſaſcus Pedemontan. deciſio 149. ſeu 150. nu-
mero 8.

Et ex his adiectis, quæ aliàs fuſius in hac ipſa cauſa ſuperius ſcripſi, coram primo iudice, arbitror cauſam fratrum Regnarum reuulſis quaſi è ſuo corpore iniectis telis, in tutiſſimo conſtitui loco, ſublatis dubitationibus ex cõtrario admotis, & allatis.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO CAESARE REGAINO Scriba & ſeu Cancellario Illuſtris Magiſtratus ordinarij.

ARGVMENTA.

Priuilegium fori quo eſt donatus maritus, an vxori detur: & an immunitas conceſſa filio, patri tribuatur: & an in dominum nominatus, aut laudatus, ſequarur nominantis forum, vel ſuum ipſius.

Id quod intereſt, & damnum, quod iurari poteſt ex alicuius legis municipalis beneficio vſque ad certam ſummam, an vltra eam reſtibus, vel aliter poſtea probari adhuc poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Dos ſiue ſit æſtimata, ſiue inæſtimata maritus conſtante matrimonio eſt dominus, ex commun. doct. ſent.*

2 *Vxor ex perſona mariti ſortitur dignitates, & forum ac domicilium viri, & eius priuilegio & dignitate vtitur, & fruitur, quod procedit etiam in vidua.*

3 *Immunitas conceſſa doctori, intelligitur etiam tributa vxori.*

4 *Immunitatis priuilegium quod à iure conceditur filio, publico alicuius liberalis ſcientiæ interpres, tributum vtique cenſetur patri, eiuſque familiæ & bonis, ſi cum patre filius habitet.*

5 *Immunitatis priuilegium, vti fauorabile ampliandum eſt.*

6 *Reſcriptum eam tacitam conditionem habet, ſi preces veritate nitantur.*

7 *Reſcriptum conditiones habens, inane efficitur, ſi conditiones non comprobentur.*

8 *Reſcriptum habet tacitam conditionem ſi preces veritate nitantur, & ineſſicax ſit, ſi veritas tacita ſit, vel falſitas expreſſa.*

9 *Libellus nouus porrigendus eſt, vbi perſona mutentur.*

10 *Nominet vbi conuentus olim in dominum, nominans debet abſolui ab inſtantia.*

11 *Tertius ſi veniat ad iudicium, non vt aſſiſtat, ſed vt actorem agere impediat, ſunt omnia repetendo.*

12 *Iudicem qui habet præcipuũ ex aliquo priuilegio, trahit iudicium ad eum iudicem.*

13 *Actor, vel reus an is ſit qui ex l. diffamari, C. de ingenuis & manumiſſis, iudicium inſtituit.*

14 *Fraudes, vt remoueantur, via ea eſt eligenda.*

15 *Tertius qui fuit laudatus, & cui fuit denũciatum, debet iudicium ſuſcipere coram emptore qui ei denuncianit.*

16 *Clericus in dominum nominatus poteſt forum imperatorium declinare, ſecus ſi comporeat, vt laudotus, & autor.*

17 *Inſtantia cauſæ appellationis in fiſcum non tranſit, quia præcipuum habet iudicem, ſiue actor ſiue reus ſit.*

18 *Inſtantia cauſæ ſicut non tranſit in fiſcum, ita etiã non tranſit in alium qui ex priuilegio peculiorem habeat iudicem.*

19 *Statutum quantumuis generale non complectitur caſus aut perſonas priuilegia donatas, niſi facta ſit de eis ſpecialis mentio.*

20 *Nulliter, aut iniquè geſtum debet contrario imperio tolli.*

21 *Correctionis, quæ & quanto ſint commoda.*

22 *Reſeruatio ius proteſtantis conſeruat, & facit, vt actus non noceat, lateque interpretari debet.*

23 *Petitio vbi facta ſit in genere, admittit probationes, quæ ad id quouis modo pertinere poſſint.*

24 *Appellans quod omiſit in prima inſtantia in cauſa appellationis probare poteſt.*

25 *Non prohibetur ſtare, quod non mutatur.*

26 *Renunciatio non præſumitur, niſi probetur, & vnius capitis ad aliud non porrigitur.*

27 *Intereſſe certum in caſibus in quibus peti non poteſt, tamen à die moræ peti poteſt illud quod re ipſa probabitur.*

28 *Probationes duæ etiam diuerſi generis poſſunt coniungi ad plenam fidem faciendam, vbi agitur de probatione alicuius integralis diuidui.*

29 *Probatio, vt ſolum fiat per inſtrumentum, & non per teſtes, an valeat conuentio.*

30 *Iuramentum alicuius vbi ſtatutum ſtari velit, non propterea tollitur quin contrarium probari poſſit, niſi ſtatutum diceret quod habeatur pro plenaria probatione.*

31 *Dictio, Vſque, includit, & excludit debitè referenda.*

32 *Statuta interpretationem recipiunt, à iure communi.*

33 *Intereſſe eſt difficilis probationis.*

34 *Inducta ad vnum effectum, non debent contrarium operari.*

35 *Intereſſe, & damnum ſi probari poſſit, ſtatuti beneficio, iuramento vſque ad certam ſummam, non tamen prohibetur probatio maioris ſummæ per teſtes.*

36 *Renunciatum alteri auxilio non cenſetur vno electo, ſi ſint diuerſa, & facta ſit reſeruatio.*

37 *Electa vna via non cenſetur altera dimiſſa, vbi ad diuerſa tendant.*

CONSILIVM CCXVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PErſiſtendum eſt omnino in inhibitione data aduerſus fratres Caſalios, cauſaque ipſa cognoſcenda eſt coram integerrimo Domino Capitaneo Iuſtitiæ.

Nam cum Cæſar Regainus ſit Principis Cãcellarius ſiue agat ſiue conueniatur iudicem habet ipſum Domin. Capitaneum ex curialium priuilegio, hocque caſu iuriſdictio ipſius Capitanei licet aliàs in ciuilibus eſſet reſtricta ratione curialium latiſſimè patet ex facultate ei tributa à Cæſareis conſtitutionibus, tit. de officio Capitanei Iuſtitiæ, §. cauſarum autem.

Nec officit ea exceptio, vt ex cauſa, quæ au-
reos centum non excedat, quis non poſſit inui-
tus trahi ex alijs ciuitatibus, quia cum hæc cau-
ſa tranſcendat longè multum hanc ſummam,
magis atque magis iuuatur intentio Regaini; &
cum maritus conſtante matrimonio ſiue dos ſit
1 æſtimata, qualis eſt ea Regaini, ſiue ſit inæſti-
mata, ſit dominus, l. in rebus, vbi commun. di-
cit Salicet. numero 5. C. de iure dotium, & no-
tatur in l. ſi æſtimatis, ff. ſoluto matrimonio, ne-
gari non poteſt quin hæc cauſa eum principali-
ter tangat, atque ideo merito à ſuo iudice, ideſt,
Domino Capitaneo eſt cognoſcenda, ſed etiam
ſi Margaritæ Fontanæ eius vxoris ius eſſet, ad-
huc idem eſt dicendum cum certiſſimum ſit mu-
2 lieres ex perſona mariti ſortiri dignitates, & fo-
rum, & eorum domicilia imitari, ſiquidem ſicut
Luna Solis lumine illuſtrari putatur, ita etiam
mulieres virorum ſplendore, & radijs inter nu-
bes corruſcant, & eorum dignitate, & priuile-
gio gaudent. Quod etiam procedit poſt mor-
tem ipſorum donec nubant alij inferioris gra-
dus, vt eſt tex. inſignis in l. mulieres, C. de inco-
lis, lib. 11. qui repetitur ad literam, in l. mulie-
res, C. de dignitatibus, eodem libr. & vtrobique
videatur vir ſapientiſſimus longeque doctiſſi-
mus Bartolus, & Lucas à Pẽna, & Ioann. à Pla-
tea, qui plures adducit concordantes, & l. fœ-
minæ, ff. de ſenatoribus, & eſt communis ſen-
tentia, vt ibidem annotarunt Barto. Bald. Al-
bericus, & alij interpretes, & in l. 2. C. de iuriſdi-
ctione omnium iudicum, vbi Salicetus ſub nu-
me. 6.

me.6. eam addit rationem, quia mulier nupta ratione matrimonij, quod facit eam eſſe vnam carnem cum viro,omnino ſequitur domicilium,
3 & forum viri,eiuſque priuilegio vtitur, & beneficijs atque honoribus fruitur,& roboratur,quia immunitas conceſſa doctori cenſetur hac eadem ratione tributa vxori, vt probat Menoch.de arbitrar.iudic. caſu 279. l. Medicos, C.de medic. & profeſſ. lib. 12. Item hac eadem ratione fit,vt immunitatis priuilegium, quod Iuriſconſulto, aut medico publicè legentibus, vel artium liberalium publico alicui interpreti conceditur, illud idem tribuitur patri, in cuius eſt poteſtate, & etiam fratribus in communione viuentibus, cum pro vna,& eadem perſona,& domo,& pro vno corpore,& ęſtimo habeantur propter ipſam ſanguinis coniũctionem, & rerum cõmunionem
4 & commiſtionem, & contra filius gaudet immunitate patris,l.dicimus,ff.de excuſatio.tutorum. l.prima,§.ſi vir,ff.ad Syllanianum,in verbo,con mixta familia, l. 1. & vltima, C. de munerib.& honoribus. inter patrem & filium non continuã dis,lib. 10. & vbique videantur gloſſæ,& ſcribentes,ead.l.Medicos,& l.fin. C.de profeſſ.& medicis,lib. 10. Marſil. ſingulari ſuo 180. Natta conſil.primo, à num. 10. vſque ad finem, Crauetta conſil.249.num. 10. præſes Menoch.de arbitra. iud.caſu 379. num.9.facit Baldus in authent.habita,num. 18.verſic.& idem, C. ne filius pro patre,& Mediolani hoc iure vtimur, & ita ſæpius fuit iudicatum, & quotidie ita ſeruatur,vt plura extant exempla in fortioribus terminis nempe fratrum Iuriſconſultorum ex Illuſtri, & venerando collegio noſtro, qui gaudent priuilegio immunitatis reſpectu totius patrimonij, & argumentum, quod fit de parte ad partem,idem habet locum de toto ad totum,& ita fuit iudicatum, & obſeruatum in Iuriſconſultis noſtri collegij publicè legentibus tam in florenti Gymnaſio Ticinenſi, quam Mediolani in ſcholis palatinis, & præſertim cum Iuriſconſ. Ioſepho Sicco filio celeberrimi aduocati, & olim collegæ mei Bernardini, & cum Iureconſulto Ioann. Baptiſta filio meo, qui & ipſe publice interpretatus eſt inſtitutiones in eiſdẽ ſcholis anno 1605. & 1606. nam eorum immunitate gauiſi ſunt parentes & parentum familia, & bona quod iuri atque æquitati, & conſuetudini conſentaneum fuit propter hanc ipſam ſanguinis coniunctionem, & vitæ communionem, & quia agitur de immunitate fauorabili quæ omnibus modis eſt amplianda, vt inquit Alba conſil.4.nu.24.

5 Rurſus cum Annibal Pellizonus ſit conductor, & ſeu fictabilis ipſorum iugalium & Triuioli, qui omnes ſunt ciuitatis Metropolitanæ incolæ, & ciuis dicitur ſubiectus maiori Magiſtratui,& ex conſequenti prætor Sancti Angeli, feudum commun. Bologninorum non poteſt eſſe iudex refragante conſtitutione Cæſarea, titu. de feudis,§.interdictum.

Nec his lucidiſſimis rationibus aduerſatur ſenatorium reſcriptum, quo iniunctum fuit Do. Capitaneo, vt cauſam remitteret ad prætorem Sancti Angeli, quia eam habet expreſſam conditionem, ſi res ita ſe habet, quod etiam tacitè inerat, ex ea iuris clauſula ſi preces veritate nitantur,cap.ex parte,de reſcript. & cum pars ad-
6 uerſa ſupplicans ſe fundet in reſcripto conditionem habente,debet ad hoc, vt ei illud proſit probare omnes conditiones reſcripti, & quod ſcilicet res in facto ſe habeat prout narratum fuit, aliàs reſcriptum efficitur inane, vt pulchrè
7 in ſimilibus terminis conſuluit Decius videndus conſilio 173.num.primo,& pręter hanc expreſſam conditionem reſcribentis illa ineſt tacita, quæ facit, vt ſaltem ope exceptionis reſcriptum irritum ſit, ſi, vel falſitate narrata ſurreptum ſit, vel tacita veritate obreptum, vt docet Bartol.
8 & Iaſon in l.præſcriptione, numero 1.& 3.C.de precibus Imperator.offer.& plures, & plura affert Menochius de arbitrar. iudic. caſu 201. numero 3.& 24. & ſequent. Verum tantum abeſt, vt id pars aduerſa, quod ſui præcipui muneris eſt, probet, vt potius vndique eluceat in multis nedum tacitam eſſe veritatem, ſed expreſſam fuiſſe falſitatem, nam in eis precibus dictum fuit D.Capitaneum iuriſdictionem non habere in ciuilibus, quia id regulare eſt; ſed limitatur in curiali, vt eſt Regainus. Secundo dictum fuit hoc priuilegium in eſſe perſonæ ita tributum, vt vxori non detur, & tamen contrarium fore verius iam ſuperius docuimus. Tertio dictum fuit conſtitutionem exigere, vt cauſa excedat redditum aureorum centum, & tamen hoc nòn dicit ipſa conſtitutiò, imo ſatis eſt ſi excedat tantum aureos centum ratione ſortis, principalis.

Quarto inſinuatum fuit violari inde diſpoſitionem iuris communis, vt ſcilicet vbi ſit cœptum iudicium debeat habere finem, quia illud procedit, vbi iudicium cæptum foret cum eo ad quem principaliter negotium pertineret, ſecus ſi cum ſolo inquilino aut colono, vel fictabile, vt inferius probabitur.

Quinto etiamſi bona debeant tranſire cũ onere ſuo, tamen nõ ideo minus actor tenetur in litigando ſequi forum rei, ex vulgato c. ſi clericus laicum,de foro compet.

Nec enim minus verè tam in iure quam in facto enarrata ſunt in precibus, ſed & tacita ſunt multa,quæ vera erant,& quæ ſi expreſſa fuiſſent Princeps reſcriptum huiuſmodi non dediſſet,vel ſaltem difficilius illud conceſſiſſet, tacitum enim fuit hoſce iugales eſſe in poſſeſſione domus ad quam agitur, ad eoſque negotium potiſſimum pertinere, tacitum fuit hanc cauſam excedere centum aureos,omiſſum fuit ipſum Pellizonum tanquam conductorem,& ſeu fictabilem ciuium eſſe ſubditum maiori magiſtratui, vnde fit, vt hoc ipſum reſcriptum, quod ex ordinibus ita eſt

etiam intelligendum, ne iuri aduerſetur, inane ſit
cenſendum ob euidentem ſurreptionem, & ob-
reptionem, & ob minime probatam eius expreſ-
ſam conditionem.

Nec vtique aduerſatur ſi ex contrario dicere-
tur ius meum hoc remittendæ cauſæ non tantũ
duco ex hoc reſcripto, ſed ex ea iuris diſpoſitio-
ne, quæ vult, vt quoties quis tanquam tertius ſe
offert alterius defenſioni teneatur ſuſcipere iudi-
cium coram eo iudice, coram quo lis eſt conte-
ſtata, & in eodem ſtatu & gradu in quo reperi-
tur, nec nouo libello opus ſit.

Quia Reſpondetur, cum Pellizonus fictabi-
lis, in dominos nominauerit iugales ipſos, &
Triuiolum, nouus eſt porrigẽdus libellus contra
eos, nam aliàs eſſet impoſſibile materiam libel-
li ad quam dirigitur omnis acies iudicij eis con-
cludere poſſe, cũ alia ſit perſona fictabilis, alia lo
9 catoris, & ſicut diuerſum eſt ius, ita diuerſæ ſunt
etiam actiones & exceptiones, vt eſt text. cele-
bris, in l. 2. C. vbi in rem actio. exerceatur, vbi
Barto. & Bald. num. 11. Salyc. Abbas, & Caſtr.
& ideo conuentus nominans debet abſolui ab in
10 ſtantia iudicij; nam cum libellus concludat con-
tra nominantes, nominatus condemnari nequit,
vt ſcribit Maranta in ſuo ſpeculo, in 6. parte prin
cipali, membro 6. num. 9. præterea cum negotiũ
principaliter pertineat ad hoſce coniuges, & Tri
uiolum, etiamſi loco tertij venirent ad iudicium
cum eo veniant, non vt liti aſſiſtant, aut alium
defendãt, ſed vt impediant actorem agere, & vt
11 reum conuentum defendant, etiamſi venirent
poſt litem conteſtatam, de qua notitiam non ha
buiſſent, adhuc omnia ex integro eſſent repeten-
da, poſtquam ad eos cauſę onus pertinet, vt no-
tabiliter diſtinguit Barto. videndus in l. ſi perlu-
ſorio, §. 1. num. 1. & 2. ff. de appellat. quem com-
muniter eſſe receptum teſtatur Didacus practic.
quæſtio. cap. 14. num. 4. verſicu. hactenus, & ſic
nouus libellus eſt porrigendus, nouumq́ue faciẽ-
dum eſt iudicium cum rei partes ſuſtineant, &
actor ſequatur forum rei, & cum Curialis ex pri-
uilegio ſiue agat ſiue conueniatur habeat præci-
12 puum iudicem D. Capitaneum Iuſtitiæ, neceſ-
ſario conſequitur velimus nolimus, vt Caſalij
cogantur ius ſuum proſequi coram iudice com-
petente ipſorum coniugum, & Triuioli, vt in ter
minis decidit videndus omnino Socin. iun. con-
ſil. 46. num. 5. volum. 1. Additur præterea in ter-
minis l. diffamari, C. de ingenuis manumiſſis, cu-
ius auxilio nituntur etiam ijdem coniuges, cum
qui iactat ſe habere ius quales ſunt Caſalij loco
actoris haberi, quia iactatione, & diffamatione
13 ſua ad ius vocant, & incitant Regamos, & Tri-
uiolum qui hoc caſu rei potius partes ſuſtinent,
cum quaſi prouocati ad iudicium veniant, illud-
q́ue ſubeant vocari, vt probat ex alijs Gabriel.
lib. commun. titu. de actio. concluſ. 6. num. 46. at-
que ideo conſentaneum eſt, ex vulgata iuris re-
gula, vt actor forum rei ſequatur, vt iudicium in
eorum foro, & ſic coram D. Capitaneo, agatur,
& ſi aliter diceremus iam iam fraudi apertus eſ-
ſet aditus, imo patefacta lata via, quandoqui-
dem eſſet in facultate mei coloni, aut conducto-
ris, cum aduerſario meo colluſore conuenire, &
hoc obliquo tramite ac callida arte extra forum
meum, non ſine graui meo incommodo me ad
litigandum trahere, vt in hoc ipſo caſu eueniet
quod minime ferendum eſt, cum ſemper ea ſit
14 eligenda via per quam inſidioſæ fraudes, & ma-
litiæ quæ tenduntur, effugiantur, vt notat egre-
giè Barto. in l. 2. num. 4. C. de indicta viduitate
tollen.

Quod contra adducitur procedit in diuerſis
prorſus terminis, ſcilicet quando quis ad iudiciũ
veniret tanquam tertius qui fuiſſet laudatus, &
cui denunciatum fuiſſet ab eo cui ipſe dederat,
quia tunc cum negotium principaliter dicatur
pertinere ad ipſum qui accepit, & poſſidet, ſcili-
cet ad emptorem, licet de euictione teneatur vẽ-
ditor, negotium agendum eſt coram iudice rei
15 conuenti, non auctoris laudati, vt notatur in l.
1. C. vbi in rem actio, & late diſcutit Maranta
ea parte 6. priuil. 5.

Secundo dicitur multum differre an quis no-
minetur in dominum, quia tunc dicitur non ha-
bere ius in re cum alieno nomine poſſideat, an
quis laudet autorem, quia tunc poſſidet nomine
ſuo, ad eumq́ue negotium principaliter ſpectat,
& ideo forum non eſt declinandum, & idcirco
16 ex communi doctorum ſententia Clericus in do
minum nominatus tanquam neceſſarius defen-
ſor poteſt forum declinare, ſecus ſi compareret,
vti laudatus, & author, & ſic ex voluntate ſua,
vt comm. dicit Soc. in c. quoniam frequenter, §.
quod ſi ſuper, num. 32. vt lite non conteſtata, &
Abbas in §. in alijs, num. 28. quem ſequitur Di-
dacus videndus practic. quæſt. cap. 8. ſub num. 3.
verſic. nam hiſce verbis, cum itaque Regainus,
& vxor, & Triuiolus fuerint in dominos nomi-
nati à fictabile, ad eosq́ue negotium pertineat,
& defenſionis munus, dicendum erit omnino, vt
cauſa ipſa agitanda ſit coram ſuo ipſorum iudi-
ce, ſcilicet D. Capitaneo, & quamuis cauſa Re-
gaini bene ſe habeat iactis his optimæ defenſio-
nis fundamentis, addo tamen aliam rationem
qua meo iudicio facile omnia diluuntur contra-
ria, aduerſæq́ue argumentationes refelluntur, vt
licet inſtantia cauſæ appellationis tranſeat ad
hæredem, tamen non trãſit ad fiſcum, & ideo de-
bent omnia inchoari cum iudicium ſpiret, & ra-
tio ea affertur, quia fiſcus habet proprium iudi-
17 cem, procuratorẽ ſcilicet Cæſaris, ſiue ſit actor,
ſiue ſit reus, vt pulchrè decidunt Bald. & Salic.
videndus in l. 1. C. ſi pendente appellat. mors in-
terceſſerit, quod extenditur ad alios omnes qui
ex priuilegio principis peculiares habent iudices
18 ſimiles illis quos fiſcus habet, vt luculenter decla
rat idem Didacus practic. quæſt. cap. 8. verſic. ve
rum contraria ibi nam quod Baldus, cum itaque

in caſu

in caſu noſtro hi coniuges ſiue agant, ſiue conue
niantur ſuum peculiarem habeant Iudicem D.
Capitaneum iuſtitiæ, debet coram eo iudicium
agitari, nec obeſſe videtur ſtatutum noſtrũ c.69.
vol. 1. quo caueri videtur, vt non obſtante huiuſ-
modi priuilegio nominatus teneatur proſequi iu
dicium coram iudice nominantis, quia cum op-
pidum Sancti Angeli non ligetur huiuſmodi ſta
tutis, & forenſes quales ſunt Caſatij ſint extor-
res, conſequitur, vt eius diſpoſitione poſthabita
iuris communis ſanctio ſit ſpectanda, non omit-
titur etiam eam legem noſtram municipalem nõ
habere locum in curiali fori priuilegio donato;
& eam paſſiuam habere interpretationem, vt nõ
complectatur eos, qui ſiue agant, ſiue conuenian
tur ſuos præcipuos, & peculiares habent iudices,
qualis eſt fiſcus, & curiales, quia ſtatutum quam
uis generale non complectitur caſus, aut perſo-
nas priuilegio decoratas, ſed de eis ſpecialis men
19 tio eſt facienda, vt docet Bart. trac. ad reprimen-
dum, in verbo, non obſtantibus, num. 11. & tra-
dit Gozad. conſil. 43. num. 11. fuſè pro antiquo
ſuo more Tiraquel. de retrac. legali. §. 1. gloſ. 14.
nume. 93. & propterea omni iuri conſentaneum
videtur, vt cauſa hæc coram competenti iudice
agitetur, ſcilicet D. Capitaneo Iuſtitiæ, cum ali-
qua ratio non patiatur, vt curialis alias fori pri-
uilegio exornatus extra forum ſuum cum graui
eius iactura trahatur ad litigandum, præſertim
coram iudice feudatarij, & ſic minoris magiſtra-
tus, atque coram non ſuo iudice iudicis inanibus
conflictetur; & ſi quid contra actum ſit contrario
imperio, velut ad partis importunitatem, vel cõ-
20 tra ius cõceſſum abrogandum, aut nullum decla-
randum eſt. l. quod iuſſit, ff. de re iudic. nec erube-
ſcat bonus idem iudex errore cognito corrigere,
& emẽdare, quod minus ritè & rectè geſtum eſt,
hacque in re ſe libenter præbeat credulum, boni-
que faciat hanc amicam monitionem, & corre-
ctionem fraternam Chriſtianæ pietati adeo con
ſentaneam, vbi ſuo loco & tempore, vt conuenit,
adhibeatur, inquiat enim potui falli, vt huma-
nus, homo ſum, humani à me nihil alienum pu-
to, ſi id peccatum eſt, peccatum fuit imprudentia
mea, non autem malitia; & propterea ſi fidus ali
quis amicus te opportunè conueniat, tecum ami
cè loquens, inter te, & ipſum moneat, & commo-
neat te in hac, vel in illa re peccare, hæc de te vul
go paſſim nõ ſine graui ignominia proferre non
debes, (vt multi inſolẽtes nimis inſolenter facere
ſolent) pati, vt tibi tunc animus ardeat, vt tunc
tuum cor cumuletur ira, cum qua nihil rectè fie-
21 ri; nihil conſideratè poteſt; nec feras vt præceps
in eum feraris furorem, in eamque mentis inſa-
niam, & cœcitatem, vt amico potius leniter flectẽ
ti, quàm corrigenti ſeuerè reſpondeas, quænam
tua eſt de me cura; es ne corrector & emendator,
aut cẽſor ciuitatis, te ipſum magiſtrum reſpicias,
non me inſpicias; probus vir mihi non videtur,
qui plus in alienis, quàm in ſuis videre velit ne-
gotiis, liberum eſt vnicuique ex ſuo ſenſu viuere,
tu ex tuo, ego ex meo genio vitam ducam, ſuis
quiſque fingitur moribus, tu tuos, ego meos ſine
tua correctione, aut gloſſa confirmabo mores, pa
rumq; curo quod de me ſentiat ignarum, & ſtul-
tum vulgus, ſed valde leuis eſt hæc, & minimè
probabilis argumentatio; vnde potius ſi mea ſa-
pies ſententia eundem fidelem amicum benignè
ſuſcipies, & audies, atque vera dicentẽ exaudies,
eique quod te de ea re certiorem fecerit, gratias
ages maximas, poſtea eo abſente diligentẽ apud
te tu ipſe rationem inibis, an vera ſint, quæ ipſe
retulerit, quæ de te vulgo iactantur, & an huiuſ-
modi ſiqt, vt tanquam vera, vel dubia emendari
debeant, eaque potius reminiſcaris, quæ digna
tua perſona ſunt, quam quod fratri tuo (ſumus
enim omnes in Ieſu Chriſto fratres) hæc tua ip-
ſius cauſa ſignificanti vitio des, ſed potius æqui
boniq; facias hanc monitionem acerbitate, hãc
obiurgationem contumelia carentem, & vbi etiã
aliquid acerbitatis haberet, id dictum putes amo
ris gratia ad tuam vtilitatem, vt facilius ad te re
deas, te colligas, & aliquãdo te ipſo auctore ſi ali
quod adſit vitæ vitium, aut erratum reſpicias;
nec immiſſum telum, vt tuum ipſius tumorem ra
bo, ſanie, ſanguineque atro plenum feriat, & fluẽ
tem faciat, atq; ſimul apertum ſanet, in amicum
tibi hæc amicè dicentem, inflectas ad vlciſcẽdam
eius ſalutarem, & iaculatricem ad monitionem,
ſiſque memor ex ſacroſancta Prouerbiorum ſen
tentia, cap. 29. Viro corripientem dura ceruice
contemnenti repẽtinum ſuperuenire interitum,
quem ſanitas non ſequetur, tu verò qui hominẽ
corripis, gratiam poſtea inuenies apud eum, ma-
gis quam ille, qui per linguæ blandimenta deci-
pit; quem enim diligit dominus, corripit, hicque
iudex ſuæ iuriſdictionis infirmitatem agnoſcens
cauſam ad ſuum iudicem remittat, & idem ipſe
non legitimè geſtum retractet, ſalutareque cor-
rectionis auxilium, quod proponitur, non aſper-
netur, hæcque iam ſatis ſint de primo puncto.

Quod ſpectat ad alterum, ſecundum ea, quæ
proponuntur puto Regainum poſſe probare, &
conſequi intereſſe, quod paſſus eſt, vltra iuratam
ſummam ex facultate ſtatuti noſtri c.43. in 1.

Nam in eius contradictione petijt in genere
omnia damna, & intereſſe paſſa, quæ à die moræ
ſolutionis iurauit ad rationem denariorum ſex-
decim imperialium pro libra omni anno, ſaluo
tamen iure &c. probandi, & conſequendi maius
intereſſe, vnde priuilegiata probatio ratione cer
tæ ſummæ, non excludit petitionem, & probatio
nem ex iure communi alterius ſummæ, maximè
cum petitio fuerit generalis adhibita reſeruatio-
22 ne, & proteſtatione, quæ cõſeruat omne ius pro-
teſtantis, & facit vt actus non noceat, & ſit ſine
præiudicio, lateque debet intelligi in fauorem re
ſeruantis, l. ſi debitor, §. ſi in venditione, ff. quibus
mod. ius vel hypo. Bar. in l. 1. C. de his qui ſpon.
mune. ſubeunt. Ripa in c. cum M. Ferrarienſis.

nu.

num.130. de conſtit. Dec.conſil.42.num.12.Al
ba conſil.134.num.10.& 11. & quando petitio
23 non repugnat,quia ſit facta in genere non impe-
ditur huiuſmodi probatio, vt tradit interpres ad
ſtatutum c.371.num.69.in 2.

Secundo idem confirmatur,quia ſicut appel-
lans, quod in principali cauſa non probauit,
24 poteſt in cauſa appellationis probare,l.per hãc,
C.de temp.appell.ita etiam id poteſt facere ipſe
reſeruans,nam quod non mutatur,cur ſtare pro-
hibetur, l.præcipimus, C.de appell.

25 Tertio renunciatio cum ſit ſtricti iuris, & ia-
ctura quædam non præſumitur, niſi neceſſario
26 probetur, & renunciatio vnius capitis,aliud non
infert, etiam quod tendat ad eundem effectum,
Dec.in l.creditor, num.4. ff.de regul.iur. & latè
pro more Tiraquel.de retractu legali, §.1.glo.9.
num.161. verſ. nec obſtat, Alba conſil.227.nu.
2.& conſil.340.num.11.

Quarto, à die moræ etiã in caſibus in quibus
limitatum,& taxatum intereſſe peti non poteſt,
non tamen prohibitum cenſetur quin peti poſſit
illud quod quis probabit, vt tradit Alexan.con-
27 ſil.200.num.2. lib.6. quem cum multis alijs re-
fert & ſequitur Maſcard.tract. probat. concluſ.
935.num.30. ergo non videtur ſublata facultas
quin vltra ſummam à ſtatuto præſcriptam poſ-
ſit maius probari intereſſe.

Quinto quãdo agitur de probatione alicuius
(vt noſtri aiunt)integralis diuidui,non eſt dubiũ
quod duæ probationes etiam diuerſi generis poſ
28 ſunt coniũgi ad plenam fidem faciendam,ratio-
ne totius, vt ex alijs explicat Gabriel. lib.com-
mun.titu.de probat.concluſ.1.num.53. & infra
pluribus ſequent. ſicut dicimus etiam quod va-
let argumentum ex coniunctione duarum legũ.

Sexto renunciari non poteſt probationi faciẽ
dæ per teſtes,quia eſt introducta propter publi-
cam vtilitatem,& ideo nõ valet pactum de pro-
bando debito ſolum per inſtrumentum & non
29 per teſtes, Bald. in l.fin.num.1. C. ſi certum pe-
tatur, Calca.conſil.77. num.19. commun. dicit
Felin.in c.2.nu.19. de probat. Seraph.de priui-
legijs iuramenti, priuil.127. num.7. & priuileg.
140.num.2.ergo tanto magis ex probatione pri
uilegiata ratione partis non intelligitur renun-
ciatum probationi per teſtes faciendæ ratione
reliqui,& reſidui in quo priuilegiata probatio nõ
conceditur.

Septimo ſi ex communi doctorum ſententia,
etiamſi iuramento alicuius ſtatutum ſtari veller,
poſſit probari contrarium,niſi dictum eſſet,vt iu
ramentum pro plenaria probatione haberetur,
30 vt magis commun.dicit Maſcard.tract. probat.
quæſt.9. num.13. & 14. & concluſ.472. in ver-
bo,damnum,num.34.& 39.ergo tanto magis id
concedi debet cum ſtatutum coarctet probatio-
nem priuilegiatam, vſque ad certam ſummam,
vnde non videtur excludere probationem à iure
communi pro reſiduo manantem, vt ſatis pro-
31 bat dictio illa, vſque ad denarios ſexdecim,quæ
licet includat iuxta eam ſummam priuilegiatam
probationem,& eam excludat,vltra eam Barto.
in l.patronus,§.Sempronio,de leg.3. Abb.in ca.
cum dilecta,num.4. de dolo & contumacia.non
tamen probationem iuris communis vltra eam
perimit,quia ſtatuta recipiunt interpretationem
32 à iure communi,& ita ſunt intelligenda, vt mi-
nus quam fieri poteſt illud corrigant, maxime
ne quis amittat ius ſuum, & indebite damnum
patiatur, vt commu.dicit Oſaſcus Pedem.deciſ.
142.num.1. Orianus tract.de interpret.ſtatu.nu
me.11.& 12.& Alciat.conſil.101. num.6.lib.5.
præſertim ſi poſſint aliquid operari. Cotta no-
ſter in ſuis memorabilibus,in verbo, ſtatuta de-
bent.

Octauo cum hoc ſtatutum ſit inductum ad
33 augendam probationẽ ipſius intereſſe,quod dif-
ficilis habetur probationis,l.vnica, C.de ſenten.
pro eo, quod intereſt, ergo non debent contra-
rium effectum agere, & importare, l.mancipia,
34 ff.de fundo inſtructo, l.ſi quis legauerit,ff.de au-
ro & argento lega. & in ſimili declarat videndus
Aſinius in ſua praxi iudiciaria,§.19.cap.7.

Nono hoc fit clarum ex ſtatutis,cap.341 vo-
lum.1. & cap.232. volu.1. & cap.371. & cap.
375.in 2.quibus conceditur, & impartitur facul
35 tas probandi damnum medico iuramenti vſque
ad certam ſummam, & tamen non excluditur
probatio maioris quantitatis fienda per teſtes,
quemadmodum iure communi conceditur, &
ita quotidie ſeruari videmus, nec ab eo quod v-
ſus quotidianus recipit, & probat recedendum
videtur.

Decimo cum hæc remedia ſcilicet probatio-
nis priuilegiatæ, & probationis ordinariæ non
ſint contraria, ſed diuerſa ex conſecutione neceſ
ſaria, ſimplex efficitur concluſio, vt vno electo
aliud non ſit ſublatum, nec ꝑ renunciatum cen-
ſeatur maxime attenta proteſtatione, & reſerua
36 tione, vt latè proſequitur Dec. conſil.460. à nu-
me.6.vſque ad num.17. Cagno.in l.vinum,nu-
me.33.ff.ſi certum petatur.imo cum hæc dentur
ad diuerſa, ſcilicet ad ſummam intra denarios
ſexdecim,& contra denarios ſexdecim pro libra,
37 vna electa non cenſetur altera dimiſſa, gloſſ.&
Barto.in l.quod in hæredem,§.eligere,in verbo,
ſed hæc ſolutio,ff.de tributoria, Sali.in l.prima,
verſic.aut contra eundem, C.de furtis, Alberi-
cus in l. vltima, verſic.& ſi vnum competat, C.
de codicillis.

Quare procul omni dubio pro veritate con-
cludo licere Regaino probare,& conſequi inter-
eſſe, & damna quæ paſſus eſt à die moræ vltra
ſummam iuratam denariorum ſexdecim pro li-
bra, & quoniam omnes tacito etiam quodam
ſenſu facile dijudicant quæ recta ſunt, rem per
ſe ſatis perſpicuam, & tot firmis rationibus
iam confirmatam longius non perſequor, nam
opus non eſt pluribus verbis commemorare, &

exagge-

exaggerãdo amplificare quod neceſſarium non eſt, ne videar oleum & operam perdere, & quaſi facibus ſolem adiuuare, cum tamen ſtatim atque exortus eſt, obſcuratis cæteris ſideribus ſolus appareat, & ſolus ex omnibus ſideribus tantus ſit, vt alienæ lucis adminiculo non egeat.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO GASPARE SOVICO.

ARGVMENTA.

In legato creditorum an contineatur pretium oblatum ab eo, qui facultatem redimẽdi rem venditam habens, emptori illud offert, dicens ſe velle redimere, & emptor oblationem acceptet.

Appellans quid præſtare debeat.

Venditus vbi ſit aliquis fundus habita ſide de pretio, an conueniri poſſit id quod intereſt, ad rationem quinque in ſingula centum.

SVMMAE RERVM.

1 Oblatio à parte acceptata tranſit in vim promiſſionis.
2 Confeſſio etiam errore affecta, ſi à parte acceptetur reuocari nequit.
3 Confeſſio etiam extraiudicialis reuocari nequit, vbi acceptata ſit.
4 Oblatio in iudicio acceptata, maiorem habet vim.
5 In iudicijs quaſi contrahitur.
6 Confeſſus pro iudicato, & condemnato habetur.
7 In legato facto coniuncta perſona, venit omne ius teſtatori competens
8 Vt quis euitet caducitatem nedum debet offerre canonem debitum, ſed illud etiam deponere, nec verbalis oblatio ſufficit.
9 Oblatio à parte acceptata facit, vt id quod eſt facultatis, tranſeat in vim neceſſitatis.
10 Oblatio verbis facta debet re ipſa comprobari, niſi fiat in iudicio.
11 Oblatio verbalis abſque depoſitione ſufficit parte conſentiente, & cõceſſum in gratiam alicuius non debet in eius odium retorqueri.
12 Submiſſa perſona miniſterio vbi aliquid agitur, actus pertinet ad principalem, ſicut & omne cõmodum & incommodum, quorum vnum ſine altero capi nequit.
13 Actus alicuius ſubſequens approbatio vim mandati habet.
14 Ratthabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.
15 Oblatio ſola abſque conſignatione, & depoſitione, non ſufficit ad conſequendam plenam liberationem.
15 Oblatio verbalis, vt elidatur dicat cui offertur, da mihi nunc.
17 In iudicijs quaſi contrahitur.
18 Confeſſus maxime in iudicio pro iudicato habetur propter calorem iudicij.
19 Oblatio, ſicut & cõfeſſio, vbi aperte acceptata ſit, reuocari amplius non poteſt, & actionem parit.
20 Contractus à principio voluntatis ex poſt facto fiunt neceſſitatis.
21 Confeſſio à parte acceptata etiamſi aliquo errore eſſet imbuta reuocari nequit.
22 Confeſſio extraiudicialis à parte vbi acceptata ſit an reuocari queat.
23 Oblatio præſertim in iudicio facta vbi à parte acceptata ſit, vim habet promiſſionis à qua recedi non poſſit.
24 Offerens redimere cum ad id aliàs cogi non poſſet, ſi pars oblationem acceptet eum amplius pœnitere nequit.
25 Creditor is dicitur, qui à debitore inuito exigere poteſt.
26 Creditum proprie dicitur, quando quis alterius fidem ſequitur.
27 Debitor is proprie dicitur, qui actione perſonali conueniri poteſt.
28 Legatum vbi ſit factum coniuncta perſona vberius interpretari debemus.
29 Actum ratum habens cenſetur omnia in eo contenta approbaſſe.
30 Pœnitentia datur in contractibus innominatis.
31 Pœnitentia non conceditur in contractibus innominatis in iudicio geſtis, quemadmodum nec in confeſſione à parte acceptata.
32 Venditio, vt pro facta habeatur, vbi aliquid fiat, ſi conueniatur, pro nominato contractu emptionis & venditionis habetur.
33 Stipulatio interceſſiſſe tunc dicitur vbi vnius interrogatio, & alterius reſponſio intercedat.
34 Pœnitentia, an & quando in contractibus detur.
35 Confeſſionis irreuocabilis in vim vbi aliquid acceptetur multum refert.
36 Appellans debet docere appellationem legitimè interpoſitam fuiſſe.
37 Appellans quod in principali cauſa non probauit poteſt in cauſa appellationis probare.
38 Appellare ſicut non licet à duabus ſententijs conformibus, ita nec ab vna, quæ in iudicatum tranſiuerit.
39 Appellare ab executore, vel à ſententia de exequẽdo, an & quando liceat.
40 Intereſſe aliquod iuſtum, & veriſimile conueniri poteſt, nulla etiam exiſtente mora, ad hoc ne venditor gaudeat re & pretio.
41 Fructuum perceptio eſt multum varia & diſſimilis, & propterea ſuper ea tranſactio veriſimilis valet.
42 Sterilitas vnius anni debet compenſari cum vbertate alterius anni.

43 Gerun-

43 Gerundium poſitum, in ablatiuo, & iunctum verbo futuri temporis conditionem importat.

44 Poſtulare quis non debet id cuius contrarium in contrario caſu non fuiſſet poſtulaturus.

45 Approbauit quod quis ſemel, improbare amplius nequit.

46 Intereſſe conueniri poteſt, etiam in mutuo vbi verè illud ſubſit.

47 Intereſſe an & quando licitè recipi poſſit.

48 Fides de pretio interijt, & eam interfecit ſolutionis perfidia.

CONSILIVM CCXVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quę proponuntur minimè dubitandum videtur, quin directa illa dominia cum pacto redimendi conſtituta, in ſimplicia credita quaſi mutata facie, & facta metamorphoſi, trãſiuerint, & ex conſequenti quin in generali legato creditorum contineantur; Nam licet Mentiagus emphyteuta cogi fortè non poſſet ad liberanda ipſa directa, attamen cum obtulerit illa liberare in ampla forma, & oblatio à Mauritio Souico fuerit acceptata, etiam in vim irreuocabilis confeſſionis; facultas illa voluntaria, ad ne-
1 ceſſitatem redacta eſt, & actionem parit, nec amplius ea promiſſio ab oblationis acceptatione manans, tanquam ſtipulatione iudiciali coniuncta, reuocari poteſt, vt in pũcto ſcribit Neguſan. trac. pigno. in 3. par. tertij membri quintæ part. principalis, num. 11. & in ſimilibus terminis probant videndi Tiraquel. de retrac. conuent. ad fin. tituli, num. 104. & 105. & ante eos Alex. conſil. 114. lib. 6.

Idque confirmatur ea receptiſſima ſententia, qđ confeſſio etiam errore imbuta, quando eſt à
2 parte acceptata, reuocari nequeat, cum dicatur ex ea ius quæſitum parti irreuocabile propter ſimultaneum conſenſum, vt communem dicit Iaſ. in l. error, num. 3. C. de iuris & fac. ignor. & confirmat Doctiſſimus Alciatus noſter, conſ. 19. nu. 10. lib. 8. & conſ. 12. nu. 3. lib. 3. Curt. ſen. conſil. 77. num. 1. & extenditur etiam ad confeſſionem
3 extraiudicialem, vt firmant Gabriel lib. commu. tit. de confeſſis, concluſ. 2. num. 2. Burſatus conſ. 173. num. 70. vol. 2. Maſcardus trac. probation. concluſ. 346. in verbo, cõfeſſionem extraiudicialem, & concluſ. 348. in verbo, confeſſio facta in iudicio, num. 1.

Et fortius id concedendum eſt in caſu noſtro cum verſemur in oblatione, & ſubſecuta iudiciali acceptatione, quæ maiorẽ vim habet propter
4 inſignem iudicij calorem, qui omnem frigidam inconſtantiam pellit, vt ſentit Bal. in l. inuicem, C. de compenſat. & tradit Rolan. videndus con-
5 ſil. 7. nu. 20. lib. 3. in iudiciis namque quaſi contrahitur. l. de ætate, §. qui interrogatus, & l. ſi is cuius, §. fina. ff. de interrogat. action. & confeſſus
6 pro iudicato, & condemnato habetur. l. 1. C. de confeſſis, Crauet. conſ. 913. num. 4. & conſ. 976. num. 5. Hæcque interpretatio eo magis eſt recipienda cum verſemur in legato facto coniunctæ
7 perſonæ, quo caſu venire debet omne ius teſtatori competens, vt ſcribit Alex. conſi. 47. nu. 4. li. 3. Crauet. conſ. 3. num. 1. & comprobat Car. Mantica de coniec. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. nume. 22. & infra, & tit. 1. num. 9. & 15. maximè quia ſi aliter diceremus propter onus iniunctum legatario ſoluendi illas libras quinque centum Adriano Souico, legatum efficeretur ferè inutile ſi ad penſiones, & ſeu ad ficta tantum debita reſtringeretur, vt affirmat idem Mantica lib. 3. tit. 6. nu. 2.

Nec his optimis rationibus aduerſatur oblationem vt vim & robur habeat, non debere eſſe verbis, ſed factis munitam; ſiquidem vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt; verba enim demulcent aures, ſed facta animum recreantia, faciunt vt recipienti amabile factum cor ſapiat, atque palatus.

Quia reſpondetur id procedere, quod ad id pertinet, vt quis conſequatur plenam liberationem, vel ad euitandam periculoſam, & grauem illam pœnæ dimicationem; vnde quis à iure ſuo
8 cadat, vt declarat Corbul. trac. ex quibus cauſis emphyteu. iure ſuo priuetur; de qua cauſa priuationis ob non ſolutum canonem, limit. 37. nu. 1. & 11. ſecus eſt quod ſpectat ad effectum, de quo
9 nos agimus, vt ſcilicet id, quod eſt facultatis, trãſeat in vim neceſſariæ obligationis, eoque iure cenſeatur, & ius actionis producat, vt diſtinguũt Alex. Neguſan. & Tiraquel. iam ſuperius relati, quibus comes eſt ipſa veritas.

Secundò, oblatio verbis facta, debet re ipſa
10 comprobari, niſi fiat in iudicio, ex notatis in l. *ſi* rem, §. fin. ff. de pignorati. actio. & ex ſententia Rolandi eo. conſil. 7.

Tertiò, vt verbalis hæc oblatio abſque depoſitione non ſufficiat, inductum eſt fauore recipiẽtis; vbi verò is cui offertur accipere non renuat, imò potius oblationem expectet, aliud dicẽdum
11 videtur; inducta in alicuius gratiam, non debent in contrarias partes, & ſic in odium, & detrimentum verti; tum quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria, neque dolus; tum quia multa conceduntur parte tacente, aut conſentiente, quæ ea diſſentiente, atque reclamante improbantur, vt inquit doctiſſimus Alciatus noſter conſ. 6. num. 35. lib. 5. conſi. 32. nu. 9. lib. 8. Crauet. conſi. 382. num. 3. & facit Tiraq. trac. de retrac. legali. §. 9. gloſ. 2. num. 16. & 17.

Non obſtat etiam vt Mauritius Souicus tanquam ſubmiſſa perſona Gaſparis potuerit acquirere, ſed non diſtrahere, melioremque eius conditionem facere, non autem deteriorem, commodum enim arrideretur, incommodum veròderidetur, quia quando eſt ſimulatio in perſonis, vt

puta

putà, quia actus fiat miniſterio ſubmiſſæ perſo-
nę, omne incommodum, & cõmodum pertinet
12 ad principalem, nec vnum ſine altero agnoſci, &
capi poteſt, vt docent Bald. & Salic. in l. cum pre
cibus, prope fin. C. de probat. & cum Gaſper a-
gnoſcendo bonam fidem publico proteſtationis
inſtrumento approbauerit omnia, & quęcunque
geſta ab ipſo Mauritio, & ſpeciatim hoſce actus
iudiciarios, in quibus hę oblationes, & earum ap
probationes, ſeu acceptationes inſunt, de eius
13 voluntate, quæ vim mandati habet, nihil eſt,
quod amplius dubitemus, vt in terminis conſu-
luit Soc. ſen. conſ. 129. num. 13. lib. 4. & quia ra-
tihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur,
14 notiſſimo capitulo ratihabitionem, de reg. iur. in
6. Innoc. & alij in c. ex parte, de reſcript. c. cum in
iure, de officio deleg.

Sed quia adhuc pugnando inſiſtitur, & dubi-
tatur, in hocque potiſſimum quaſi ſtridens car-
do verſari videtur præſentis controuerſiæ pun-
ctus, an ſcilicet Mentiagi oblatio ſoluendi ſor-
tem principalem directi dominij potuerit reuo-
cari, necne? ita vt ab eo inuito oblatam pecuniã
exigere poſſet Souicus, & ex conſequenti, an pro
inde ius ipſius directi tranſiuerit in ius crediti o-
rientis ex ipſa oblatione, & ſubſequuta accepta-
tione, obtinẽte vim promiſſionis, & obligationis
neceſſariæ, quo magis animus iudicis quaſi in ve
ritatis ſolio ſedens conquieſcat, operæpretiũ du-
xi hæc pauca repetere; licet enim ſola oblatio
abſque conſignatione, & depoſitione nõ ſufficiat
15 ad conſequendam liberationem, quidquid dici
poſſet; quod pertinet ad eam pœnam, vnde quis
à iure ſuo cadat declinãdam, & effugiendam, ma
ximè quando dominus recuſaret accipere, vt ſcri
bunt Iaſ. dicens communem in l. 2. nu. 182. C. de
iure emphyt. Soc. ſen. conſ. 118. nu. 10. lib. 4. Ti-
raq. de retrac. conuent. §. 4. glo. 6. nu. 21. & nouiſ
ſimè Corbul. trac. de cauſis, ex quibus emphyteu
ta iure ſuo priue. ſub tit. de cauſa priuat. ob non
ſolu. canonem limit. 37. nu. 1. & 11. & idcirco ad
infirmandam, & conuellendam omnem vim ver
16 balis obligationis ea afferatur cautela, illud adhi-
beatur ſingulare, & ſalutare remedium, vt ille,
cui offertur dicat, da mihi nunc, vt refert Cotta
noſter in ſuis memorabilibus, in verbo, oblatio
verbalis, verſ. & propterea.

Attamen quod pertinet ad effectum, de quo
nos agimus, certiſſimum eſt oblationem præſer-
tim in iudicio factam, ſi à parte recepta, & acce-
ptata fuerit, habere ſtipulationis & obligationis
robur, & tranſire in vim contractus, & qui obtu-
lit, cogi poteſt ad ſoluendum id, quod obtulit, ſi-
17 cut ſi nominatim promiſſum foret, quandoquidẽ
in iudiciis quaſi contrahitur, l. de ætate, §. qui in-
terrogatus, & l. ſi is cuius, §. fin. ff. de interrog. act.
magna eſt enim vis, & calor iudicij, quod facit,
18 vt confeſſus pro iudicato, & condemnato habea-
tur. l. 1. C. de confeſſis, & vt tacens conſentire di
catur, & vt confeſſio fortior ſit, vt ait Crauet. cõ
ſil. 913. nu. 4. & conſ. 976. num. 15. & ideo obla-
tio in iudicio facta parit actionem, vt docet Bal.
in l. inuicem, C. de compenſat. Roland. conſil. 7.
19 nu. 20. lib. 3. & poſtquam ſecuta eſt partis appro
batio, & acceptatio, vt hic, amplius non datur re
uocatio, nec ſubturpiculam canẽdo palidoniam
pęnitere licet, nec quod ſemel placuit, amplius di
ſplicere poteſt, oblatioque ipſa ſicut confeſſio a-
ctionem parit, & ex voluntario actu venit in ne-
ceſſarium ad contractuum exemplum. l. ſicut, C.
de actio. & oblig. imo etiamſi huiuſmodi confeſ-
20 ſio eſſet errore aliquo imbuta, quando eſt à parte
recepta ex quamplurimorum ſententia amplius
21 reuocari nequit, cum dicatur ex ea ius quæſitum
parti, vt communem affirmat Iaſ. ea. l. error, nu.
3. C. de iuris & fac. igno. Alciat. noſter videndus
conſ. 19. num. 10. lib. 8. & conſ. 12. num. 3. lib. 3.
cui adiungo Curtium ſeniorem conſ. 77. num. 1.
Pariſ. conſ. 131. vol. 1. Alexand. conſ. 90. num. 1.
& conſ. 20. num. 1. lib. 4. Socinum ſen. conſ. 228.
num. 6. lib. 2. Gabriel. qui loquitur vtique in for
22 tioribus terminis, ſcilicet in extraiudiciali cõfeſ-
ſione, lib. communium, tit. de confeſſis, conclu. 2.
num. 2. & 3. Burſatum conſ. 173. num. 70. vol. 2.
Maſcardum trac. de probat. concluſ. 346. in ver-
bo, confeſſionem extraiudicialem, & conſ. 348.
in verbo, confeſſio facta in iudicio, nu. 1. & ſubla
to errore, vbi quis prudens, & ſciens offerat, &
oblatio acceptetur, vt amplius reuocari nequeat
omnes conueniunt, cum tunc vices contractus ge
rat, à quo recedere nefas eſt, & ne in re perſpicua,
remota quæramus argumenta in terminis caſus
noſtri, vt ſcilicet oblatio maximè in iudicio fa-
23 cta, & à parte acceptata habeat vim promiſſio-
nis, & obligationis, à qua minimè diſcedendum
ſit, tradit vt iam præmonui, videndus omnino ve
ritatis ille amator egregius Alexã. eo. conſ. 114.
lib. 6. quem ſequitur multa in idem afferens Ne-
guſant. trac. de pignor. 3. par. 3. membri quintæ
partis princip. num. 11. & facit quod in ſimili di-
24 citur de eo, qui obtulit redimere cum aliàs ad id
cogi non poſſet, vt rectè ex acceptata oblatione
cogi queat, vt ſcribit idem Alex. conſ. 78. vol. 1.
Corn. conſ. 300. lib. 1. Tiraq. videndus de retrac.
conuent. ad fin. tit. nu. 104.

Cum itaque creditor is dicatur, qui ab inuito
25 debitore velit nolit claua iuſtitię exigere poteſt,
l. debitor, ff. de verb. ſignif. l. 1. ff. ſi cert. peta. credi
tumque propriè dicatur, quando quis alterius fi
26 dem ſequitur, vt docet Iaſ. ea. l. 1. num. 42. & no-
tatur in l. mutuum damus, §. creditum, in fi. ff. eo.
27 actioneque perſonali conueniri poſſet, vt tradi-
tur in excitata l. 1. erit omnino dicendum ex prę
narrata oblatione, & ſubſecuta acceptatione iu-
diciali, etiam in vim irreuocabilis confeſſionis ip
ſum ius directi, & redemptionis eſſe factum cre-
ditum; & proinde Mentiagum rectè dici debito-
rem nedum penſionum, & ſeu fictorum, ſed etiã
ſortis principalis, poſtquam ad eam ſoluendam
cogi poterat, poſtquam Souicus ex acceptatione

ipſa

ipſa eius fidem ſecutus eſt, poſtquàm demum a-
ctio perſonam afficiens eundem tenebat; & idcir
co cum ea ſors creditum diceretur, appellatio-
neque crediti veniret, rectè vtique in legato con
tinebitur, poſtquã legati verba ſunt nedum am-
pla, ſed (vt aiunt) vniuerſalia, ſcilicet omne credi
tum, & ex quacunque cauſa, & exigunt pleniſſi-
mam interpretationem ſpectata potiſſimum le-
gatarij perſona valde teſtatori propinqua, & ſan
28 guinis coniunctione, & amoris abundantia, vnde
venire debet omne ius teſtatori quouis modo cõ
petens, vt ſcribit Alex.conſ.47.num.4. lib.3. fa-
cit Mantica de coniec.vlt.vol.li.6.tit.11.nu.22.
& infrà, & tit.1.lib.9.num.15.& Crauet.conſ.3.
29 nu.1. & cum Gaſpar bonam fidem agnoſcendo
rata habuerit geſta à Mauritio Souico, cenſetur
omnia approbaſſe, Soc.ſen.conſ.129.nu.13.li.4.

Nec obſtat quod agatur de contractu innomi
30 nato, in quo datur voluntatis mutatio, & pœni-
tentia, l.ſi pecuniam, de cõdic.ob cau. Tiraquell.
de retrac.conuent.ad fin.tituli, num.100.

Quia id non procedit in iudicio, quia eius ca
31 lor, & reuerentia facit, vt reuocari nequeat. Ga-
briel de confeſſis, ea concluſ.2.& 3.& melius con
cluſ.6.nu.12.Iaſ.in l.pacta nouiſſima, nu.5.& in
fra, C.de pactis. & ita ſentit Tiraq. licet contra-
rium defendat, quando non fuit acceptata, Alba
conſ.262.nu.4.& conſ.697.num.4.

Præterea verſamur potius in contractu nomi
nato emptionis, & venditionis cum pacti ſint cõ
trahentes, vt facta oblatione venditio haberetur
32 pro facta, vbi emptor ita voluiſſet, vt ait Cagno.
in l.2.ſub nu.23.C.de pac.inter empt.& vendit.
Tiraq.de retrac.conuent.§.4.glo.6. nu.21.maxi
mè quia quod debeat fieri depoſitio, eſt introdu
ctum fauore eius, qui debet accipere, & quis fa-
uori ſuo renunciare, illumque remittere poteſt.

Rurſus cum id factum ſit ad vnius partis in-
terpellationem, & ad alterius reſponſionem di-
citur interceſſiſſe ſtipulatio, l.1.de verbor.oblig.
33 quæ facit, vt contractus dicatur innominatus, l.
1.in fine, de pactis, Bart.in l.2.circa finem, C.de
condict.ob cauſam, l.ex placito, & l.cum preci-
bus, C.de rerum permut.

Ad hæc nullibi conſtat de reuocatione, &
ideo fruſtra diſputatur de eo quod non eſt.

Accedat demum in contractibus innomina-
tis eum pœnitere poſſe qui ex parte ſua imple-
uit contractum, ſecus ſi non impleuit; Item quan
do tempore dationis fuit celebratus contractus,
34 ſecus ſi ex interuallo, vt hic in executione præce
dentis contractus; Item quãdo actum fuit, vt nõ
poſſet reuocari, quia dictum eſt, quod acceptata
fuit in vim irreuocabilis cõfeſſionis, vt explanat
Iaſ.in l.ſi pecuniam, num.2. C.de condict.cauſa
35 data, facit Crauet. conſil.913. num.4. & conſil.
976.num.15.

Debeturque etiam id quod intereſt, quod eo
magis facit, vt dicatur creditor, & in legato con-
tineatur, Iaſ.ea.l.ſi pecuniam, num.3.

Hoc igitur explicato puncto alium aſſumo
in quo quæritur de viribus appellationis, & pa-
ctis, ſoluendi id quod intereſt, ad rationem quin-
que in ſingula centum, ne emptor gaudeat re, &
pretio, quod iniquiſſimum videtur.

Et primo dicitur non conſtare de interpoſita
appellatione debito tempore, onereque huius
36 probationis afficitur appellãs, l. ſi qui ad ciuilia,
prope finem, C.de appel. vbi Bart.num.3. com-
mun.dicit Gabr.lib.commun.tit.de appellat.cõ-
cluſ.5.num.1. teneturq; idem ipſe docere quod
profitetur ſcilicet ſententiam, vel dationem in ſo
lutum eſſe iniquam ſeu iniuſtam, & exemplum
ſententiæ producere, & actorum omnium, vbi
vero ageretur de probatione inducta, vel ſuper
nouis aut connexis articulis, tũc ille deberet pro-
bare in cauſa appellat. quod probare tenebatur
37 in prima inſtantia, vt docet idem Bart. in l.1.ff.
ſi tutor vel curator.

Et vbi de ea conſtaret prætendit appellatus
cauſam appellationi obnoxiam non eſſe, ea po-
tiſſimũ ratione, quia datio in ſolutũ facta fuerit
in executione præcedentis apprehenſionis, quæ
in iudicatum iamdiu abierat, & quæ fuerat ab
ipſo eodem appellãte approbata nedum verbo,
ſed facto, tum conducendo ea bona à Souico, tũ
fructus emendo, vt conſtare dicitur publico do-
cumento aſſignationis factæ de credito, quod ha
bebat appellans aduerſus Caimũ, & ſicut à dua-
bus conformibus non appellatur, ita etiam ap-
38 pellatio denegatur ab vna, quæ tranſiuerit in iu-
dicatum, vt decidit deciſio Peruſina 73, nu.30.
parte 2. confeſſuſque pro iudicato habetur. l.1.
ff.de confeſſis, Crauet.conſ.79.num.1.nec etiam
appellari poteſt ab executore; imo nec à ſenten-
tia de exequendo, niſi quando is exceſſiſſet ex fi-
nibus iuris, atq; perfracto iuſtitiæ ſaxo illius ter-
minos euulſiſſet, vel tanquam ignis è vaporario
erupiſſet fulmen quoddam iniuſtæ executionis
39 emittens, vel mixtus fuiſſet executor, vt magis
communem dicit Alex.conſ.95.nu.4.verſ.quod
autem à ſententia, lib.2.& Dec.in c.nouit, tit.4.
de appell. Roland.à Valle conſ.43.nu.5.vol.1.

Et quatenus dici poſſet appellabilis, præten-
dit pars aduerſa deſertam fuiſſe appellationem,
nec fuiſſe ſeruatam formam à conſtitutionibus,
& ſtatutis præſcriptam in interponendis appel-
lationibus.

Secundò ſi merita etiam cauſæ inſpiciantur,
40 ea datio in ſolutum eſt cõfirmanda; nam certum
videtur vt venditor ratione reliqui pretij valeat
etiam nulla iniecta, aut intercedente mora con-
uenire, vt ſibi id quod intereſt ſoluatur, cum per
abſurdum ſit, & valde abſonum, vt quis fruatur
re empta, & eius pretio; venditor verò vtroque
careat, cum tamen vnum vendat, vt alterum re-
cipiat, & quãuis dubitetur, an valeat certæ ſum-
mæ explicatio, ſeu taxatio, pendente dilatione,
tamen quoticſcunque illa ſit veriſimilis, & pro-
babilis permitti videtur, qualis hæc eſſe cenſetur,
inſpe-

ſpecta etiam communi conſuetudine regionis
vbique in hac noſtra Mediolanenſi prouincia
recepta, quæ admittit in huiuſmodi caſu conuen
41 tionem ad rationem quinque in ſingula centum,
& modo taxatio ſit veriſimilis, nõ curamus quid
inde ſequatur, nec attendimus futurum euẽtum,
cum fructuum perceptio ſit varia, & diſſimilis, &
diuerſa, vt inquit Bald. in l. ſi fundum, C. de rei
vend. ſicut enim aliquando accidit, vt ſit inferior
pacto intereſſe, ita ſæpe etiam euenit, vt ſuperior
ſit, & idcirco in vim cuiuſdam tranſactionis ſu-
per hac futura probatione, quę interdum eſt dif-
ficilis, huiuſmodi taxatio toleratur, vbi veriſimi-
lis ſit, eo ſpectato rerum ſtatu, qui frequentius ac
cidit, & ad quem leges ſe accommodant, vt affir-
mant Cagnol. in l. ſi curabit, C. de ac. empti, nu.
27. & infra. & Didacus variarum reſolutionum,
lib. 3. cap. 4. nume. 5. verſ. ſeptimo, eadem inſpe-
cta radice. Alciatus noſter conſ. 8. num. 11. lib. 1.
Gabr. lib. commun. tit. de empt. & vendit. concl.
40. num. 21. verſic. contrarium, & hoc maximè
dicẽdum eſt cum in remunerationem fructuum
facta fuerit ea conuentio, & ea fuerit à vendito-
re reſeruatio addita, vt bona vendita non poſſẽt
venire in obligationem, & hypothecam aliquo-
rum, quod quaſi videtur reſpondere reſeruatio-
ni dominij, & quin intereſſe poſſit iuſtè percipi,
quatenus perceptionem fructuum æquat, nemo
iure dubitat propter exuberantem eam quam di
ximus æquitatem.

In caſu autem iſto exceſſus iſte negatur; maxi
mè inſpecto toto tẽpore perceptorum fructuũ,
ſicut dicitur de remiſſione mercedis, in qua com
penſatur agrorum vnius anni ſterilitas, cum fer-
42 tilitate alterius, & habetur conſideratio omnium
annorum. l. ſi vno, ff. loca. l. licet, C. eod. & probat
Boſſius noſter tit. de remiſſ. mercedis conducti,
nume. 99.

Nec obſtare videtur iuramentum cum illud
non probet neceſſario intentionem appellantis,
ſed ſint verba quæ referunt iuramentum delatũ,
& propter aliud emiſſa ſint, & maximè vt dimi-
nuant, vnde non debent eo torqueri vt augeant,
nec omnino affirment, aut aliquid ponant, ſed
potius illud ſcilicet per modum cuiuſdam condi
tionis inferant; nempe quatenus etiam omnino
reſponderent fructus verum non eſſe &c. & cum
43 gerundium illud non reſpondendo ſit poſitum
in ablatiuo, & iunctum verbo futuri temporis,
importat conditionem, quæ nihil ponit, niſi con-
ditione probata, vt declarat Iaſon in rubr. de In
ſtit. de action. num. 33.

Præterea non inde probatur quanti ſit iſte ex
ceſſus, quia ille poteſt cõprobari in minima par-
te, vt probat idem Didacus variarum reſol. c. 3.
lib. 2. num. 3. & Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo,
omnia, & partem aliquam, num. 14. cum ſequẽ.
C. de reuocan. donat. Alciatus noſter conſil. 29.
num. 12. lib. 2.

Rurſus illud procederet ratione illorum duo-
rum, vel trium annorum.

Ad hæc cum appellans ipſe tantundem ab a-
liis, quibus bona ſua vendidit, conſecutus ſit, po-
teſt ei iuſtè illud obijci, patere legem, quam tu tu
leris, nec ferendum eſt, vt quis petat id, cuius con
44 trarium non fuiſſet poſtulaturus in caſu contra-
rio, vt ſanxit Imperator in l. pen. ff. de ſolut.

Inſuper cum ipſe venditor tanti ipſe fructus
ipſos æſtimauerit, & conduxerit, non debet in ea
re, quam ipſe factis & verbis toties approbauit
controuerſiam facere, aut contentionem parum
45 ſibi conſtans adhibere, imò eſſe videtur in caſu li
mitationis allatæ à Cagnolo ea. l. curabit, nu. 56.
C. de action. empti.

Poſtremo, ſicut ab initio conueniri poteſt de
ſoluendo damno etiam in mutuo, vbi etiam mo
ra abſit, & valeat pactio ſi conuentum id, quod
intereſſe putatur ratione damni, vel lucri ceſſan-
46 tis, ſit veriſimile; ait enim mutuans ſatis iam ſatis
ſpectata erga te amicitia eſt mea, ſed cum mul-
tis oneribus ſim ego preſſus, nequeo pecuniam
ad me ſubleuandum tibi dare vt te recreem, &
ſuſtentem; ego verò mœrens doleam, atque ex
prædijs cadam; æquum eſt igitur vt me incolu-
mem, & ſaluum ab omni iactura ſerues, & reti-
neas, ſi cupis vt tibi libenti animo gratificer, tuã
que ęrumnam, & ſolicitudinem ære meo alleuẽ,
ſi hoc, vt decet, præſtabis, poſthac inter nos fir-
mior erit amicitia noſtra, nec ſinas vt hoc mihi
vnum ex pluribus miſeriis reliquum ſit malum,
vt nouiſſime probat Nauar. in ſuo manuali con
feſſorum, c. 17. nu. 211. verſic. & quod inter om-
nes, vbi inquit ita inter omnes cõuenire, & in ſuo
commentariolo de vſuris, no. 15. & cum in facto
veriſſimum proponatur, ſi Souicus venditor pre
tium ſuum cõſecutus fuiſſet, vel ſe redemiſſet ab
47 annuis penſionibus, quas aliis ſoluebat, vel præ-
dia, aut cenſus longè maioris fructus, & redditus,
ac emolumenti emiſſet, equidem videtur, vt in-
de longè æquior, & iuſtior efficiatur hæc ipſa cõ
uentio æquitati, & moribus noſtræ ciuitatis con
ſonans, vt fusè probat Maſcar. trac. prob. in ver-
bo, intereſſe, concluſ. 934. incipiente, agenti ad in
tereſſe, nu. 29. & nu. 30. & 31. & propterea cum
tot, tantæque ſæpe oriantur difficultates vendi-
tis prædijs, aut alijs rebus habita fide de pretio
mirum eſſe non debet, ſi difficiliter adeo ſæpe cõ
periantur, qui alterius fidem ſequi velint, aut
ſuarum mercium pondera committere fragilita-
ti pontis lignei, vel ex glacie confecti, qui calore
perfidiæ, & iniquitatis ardore liquefactus dum
tranſire contendimus, facile dilabitur, & diffun-
ditur, atque diſſoluitur, mercibus æſtu fluminis
magno impetu decurrentis, & prolabentis citò
abſortis, diſperſis, atque ſubmerſis. Multi enim
conqueruntur ſi mercator merces eis nõ credat,
quaſi eorum fidem in dubiũ vocet; inquit enim
nobilis antiquiſſima ſtirpe ortus; an ignoras mei
ſanguinis claritatem, atque ſplẽdorem; & quam
48 indecorum ſit huiuſmodi illuſtri viro fidem fal-

lere,

lere: mercator item, ait, an neſcis quãta inter nos ſit mercatoris fides, cuius ſimplex verbum, & epiſtola loco ſolẽnis inſtrumenti habetur; plebeius item neganti ſine præſente pecunia merces dare obijcit; fortè tibi quæſtio erit cum aliquo potẽti viro, cuius terribilem vultũ perhorreſcas, & iracundiã formides, & à quo aperto capite tuæ mercis repetẽda erit pecunia, res creditur homini paris conditionis, cum quo tibi liberum erit de tuo iure experiri, vir vtiq; religioſus comminiſcitur conſcientiæ leges, & quam indignum ſit mẽtiri, & perfidioſum, & nefarium fidem frangere, ſicq; quilibet qui non præſente pecunia merces habere contendit, varias affert rationes, quibus inducat mercatorẽ ad merces ſibi ſine recuſatione, habita fide de pretio, credendas, inquiens longũ id non eſt, quod oro, ſine exorem, verum enimvero bonus is mercator, qui ſæpe malo ſuo fato expertus eſt, quàm frequenter illius fide deluſus, iſtius perfidia fuerit deceptus, his reſpondet, concedo vos eſſe poſſe viros optimæ fidei, ſed hæc ſunt familiaria, & peculiaria argumenta, & fabulæ emptorum, verum cum omnis regula ſuas patiatur exceptionẽs, ſæpiſſimè huius regulæ ratio me fefellit, & exceptio me circũuenit, propter tẽporis varietatem; eo.n. tempore quo tradũtur merces, omnia plana videntur, & fidei, & conſtantiæ plena, aduenientе verò tempore ſolutionis, repentè omnia mutantur, imbecillaq; fiunt, & difficillima, & ſimul oſtẽdit debitor ſe in ſumma difficultate numaria eſſe, & in anguſtiis ęrarij verſari, multaſq; inopinatas calamitates exordiendo à capite ad longum commemorat, quibus oppreſſus nequit pecuniam diſſoluere, atq; datam fidẽ ſeruare, expectet igitur creditor, velit, nolit, commoditatem ad ſoluendum idoneam, ſin minus amicitiæ lege diſſoluta, quod ſuũ putat, repetat, ac perſequatur lite, & iudicio; Quare cum donare, mutuare, fideiubere, & pecuniam credere non ſit diſſimile; nam qui hæc admittit, ſemper aliquid mali contrahit, hoc ſæpe probatum verbũ ante fores meas inſcripſi, fides de pretio perijt, eamq; interfecit, ſolutionis perfidia, & cum ſæpe huius rei periculũ fecerim, te rogo, vt me excuſatum habeas, ſi tibi merces non credo; ſolutione enim impedita, fides concidit, & cũ ſæpe exuſtus fuerim aquæ calidæ ardore tepefactæ calorem formido; ſemel namq; læſus timet, & cauet; & propterea nolo vendere niſi græca fide, id eſt, præſente pecunia, hoc me docuit experientia rerum magiſtra, hoc me docuit debitor, qui cũ dederim dies ad ſoluendum ille aſportatis ſub fide etiam iurata mercibus, ſibi menſes & annos ſumit, & ex die in diem promiſſam ſolutionem procraſtinat, cum tam graui meo incommodo, & iactura, nec is quem videre ſæpe optaui diem vnquam aliquando illuceſcit, &c.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO PETRO MARIA & fratribus Vicecomitibus feudatarijs.

ARGVMENTA.

Mandatum, an & quando præſumatur, & an coniecturis probari poſſit; Conſors litis quis dicatur, & an eius oppoſitio, & ſeu contradictio facta præconis, ſeu cridis proſit cæteris conſortibus, conſtitutio que Mediolani de bonis ad cridas ponendis declaratur.

In litigioſi vitium, an & quando quis delapſus dicatur, teſtes in vno iudicio examinati, an & quando faciant fidem in alio iudicio.

Contractus fœnoris vitio, an & quando coinquinatus cenſeatur, & quid in ea re probanda præſtari debeat.

SVMMAE RERVM.

1 *Mandatum ſpeciale ſicut requiritur ad reſpondendum, ita etiam ad contradicendum cridis.*

2 *Ratificatio ſi fiat extra tempus intra quod actus principalis debet explicari, minimè iuuat.*

3 *Mandatum cum libera ſpeciali comparatur.*

4 *Mandatum ſpeciale quando quis habere dicatur, & qua differentia ſit inter ſpeciale, vel ſingulare mandatum.*

5 *Ad reſtitutionem in integrum petendam, mandatũ ſpeciale ſufficit, nec requiritur in indiuiduo.*

6 *Mandatum ſcripturam non exigit, ſed ſolo contrahentium conſenſu perficitur.*

7 *Mandatum coniecturis, vel teſtibus probari poteſt.*

8 *Mandatum ſpeciale præſumitur ex ſcientia & patientia domini, præſertim ſi procurator habeat generale mandatum.*

9 *Mandatum eſt officium ab eo qui illud gratuito ſuſcipit exhibendum.*

10 *Mandatum præſumitur ex inſtrumentorum traditione ad cauſam faciẽtium, maximè ſi is cui traduntur, ſolitus eſſet illius cauſas agere, atq; eſſet coniuncta perſona.*

11 *Mandatum facile conijcitur quando actus, geſtus, præſefert commodum, vel vtilitatem mandantis.*

12 *Mandati coniectura facilius admittitur, ſi agatur de actu impenſam requirente.*

13 *Mandati præſumptio eo magis inducitur, vt donationis coniectura euitetur.*

14 *Ratificatio licet fieri non poſſit niſi intra tempus intra quod actus explicari poteſt, tamen declaratio quod actus ille tunc ſit factus eius voluntate*

tate & mandato, poteſt fieri, etiamſi præſtitutũ tempus præterierit.

15 Procurator aſſerens mãdatum ſibi factum, tametſi plenam non videatur fidem facere, tamen vbi veriſimilis ſit eius aſſertio, probat etiam contra tertium, maxime ſi munita ſit ac ſepta ſacroſancti iuramenti religione.

16 Veriſimilitudinĩ, quæ cognata eſt, & filia veritatis tribuere multum debet iudex in vnaquaq; re deliberanda & diiudicanda.

17 per Veriſimilitudinẽ fidẽ faciunt, quæ ex regulari iure non probarent, ita vt quod verum eſt, vix credatur, niſi veriſimile ſit.

18 Procurator dum litem rite conteſtatur in foro Põtificio, ſiue ſeculari, conſequitur, vt rectè dicatur conſors eiuſdem litis.

19 Conſors eiuſdem litis etiam in his quæ requirunt ſpeciale mandatum rectè agit poſt litem conteſt. ſine mandato, vbi de re diuidua agatur.

20 Indiuiduum id dicitur, quando facta diuiſione apud intellectum non remanet forma ſubſtantialis in partibus ſingulis.

21 Immunitati cõceſſæ propter numerum filiorum ſauendum eſt ſemper ad ſobolem procreandam, & ciuitatẽ liberis replendã, ſicut & de dote dicitur.

22 Immunitas ob numerum filiorum conceſſa, facta diuiſione deficit, prout & euaneſcit omnibus extinctis liberis.

23 Ex conſortibus vnus rectè in ſolidum agit, & defendit, vbi agatur de facto indiuiduo.

24 Cridis contradicens, dicitur potius reus quã actor.

25 Conſors litis admittitur ſine mãdato, etiam in iis, quæ aliàs expoſcerent ſingulare mandatum.

26 Socios honorato appulſus ad malos ſcopulos.

27 Litigioſa res non poteſt ad cridas poni.

28 Cridæ ad hoc, vt tollant ius non contradicentis debent eſſe valida.

29 Actus nullus nullum operatur iuris poſitiui effectũ.

30 Litigioſa res dicitur ſi actio in rem ſcripta inſtituta ſit.

31 In rem agi dicitur ſi quis ex officio iudicis reſcindẽte, & actione reſciſſaria, vel reuocatoria agat, & agens ad reſtitutionẽ rei cenſetur in neceſſarium antecedens petere reſciſſionem.

32 Actio mixta, quæ dicatur, & quæ perſonalis, & quæ realis.

33 Libellus tam in actione reali, quam perſonali quomodo ſit concipiendus.

34 Furis bona pro reſtitutione rerum ablatarum ſunt tacitè hypothecata, & obligata.

35 Vſurarij bona licet tacitè non ſint obligata, tamen ſecus eſt ſi ſint empta ex pecunia fænebri, vel ex cauſa lucrum afferente prouenient, & hæres ſit ſoluendo.

36 Litigioſi vitium in actione perſonali non habet locum, ſicut nec in hypothecaria iure cõi inſpecto.

37 Litigioſi vitium procedit quoties actione perſonali petitur dominium rei, vel directum, vel vtile.

38 Litigioſi vitium contrahitur, quando contenditur ſuper dominio, vel eius parte.

39 Inſtantiam non habent cauſæ iure Pontificio inſpecto niſi elapſi ſint viginti anni.

40 Litigioſi vitium an detur perempta inſtantia.

41 Teſtes in vna iudicia examinati, faciunt fidem in alio inter eaſdem perſonas, vel cauſam ab eis habentes.

42 Teſtes in vno iudicio ſemel examinatos poteſt quis petere, vt iterum examinentur, in alio iudicio vbi viuant.

43 Cauſam ab alio ducere quis dicitur qui ab eo titulum habet.

44 Cauſa eadem quando dicatur.

45 Excipiens loco actoris habetur in ipſa exceptione.

46 Legatario præiudicant acta & ſententia contra hæredem lata.

47 Hæres cenſetur vna, & eadem perſona, cum defuncta, & ideo contra eius factũ venire non poteſt.

48 Additione ſunt confuſæ actiones.

49 Hæres hæredis eſt hæres primi teſtatoris.

50 Vſura dicitur venditio plus iuſto pretio facta ob datam dilationem.

51 Vſuræ & fraudis ſuſpicionem habet ſi ſtatim venditor quod vendidit emat.

52 Vſurarium contractum ad arguendum quot coniectura ſufficiant.

52 Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum fœnus, & vſuram.

54 Ad vſurariũ cõtractũ cõuincendũ an duo ſufficiãt.

55 Ad vſurarium contractum probandum vna probatio, & coniectura alteram ſupplet.

56 Singula quæ nõ præſunt, ſimul iuncta valde iuuãt.

57 Pactum redimendi ad tẽpus efficitur perpetuum vbi læſio adſit.

58 Ex clauſulis libelli ſalutaribus omne ius deductũ cenſetur.

CONSILIVM CCXIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

LIcet Cæſareæ conſtitutiones, titulo de bonis ad cridas ponendis, §. omnib. notum eſſe videãtur exigere, vt is qui contradi-
1 cere velit noĩe alieno debeat mandatum ſpeciale habere, qđ & iure cõi conſentaneum videtur, cum mandatũ ſpeciale requiratur ad reſpondendũ, vt ait gl. verbo, vel ſciuerit, in l. non ſolũ, ff. de procur. Itẽ ad iurandũ, l. iuſiurandũ, ꝗ ex conuentione, in fi. ff. de iureiuran. Bar. in l. quoties, §. ſi tutor, ff. de noxal. Spec. de procu. §. rõne igitur ſui, ſub n. 4. ver. 6. in iuramenti delatione, & §. vt aũt, n. 1. ratihabitio, ſeu ratificatio iuuare videatur extra tẽpus
2 facta cũ ea fieri debeat intra illud tẽpus, intra ꝗ actus principalis explicari põt, l. bonorum, ff. rẽ rat. hab. Dec. in l. ſemper, nu. 13. ff. de reg. iur. cui adiungo Tiraq. de retract. lega. §. 1. gl. 10. nu. 88.

Attamen in præſenti ſpecie huiuſmodi concluſionis iaculum vitatur, & declinatur pluribus

appoſitis, & obiectis propugnaculis, clypeis atque ſcutis, &

Primò, quia ratihabitio non requiritur vbi præcedit mandatum, vt inquit Baldus in l. quolibet, ff. de ſolut. at hic exhibetur cum libera, quod ſpeciali comparatur, cap. qui ad agendum, in fine, de procuratoribus, in ſexto. l. procurator cui, ff. de procuratoribus. Baldus in l. illud, §. ſi quis, numeto quarto, ff. de minoribus, Abbas in cap. cum olim, numero decimo, de officio delegati, Iaſon in l. ſi procurator, numero vndecimo, C. de procuratoribus, Cotta noſter omnino videndus in ſuis memorab. in verbo, procurator generalis cum libera; ſpeciale dicitur quis habere mandatum, quando eſt conſtitutus procurator, puta ad vendendum; licet non ſit dictum
4 iſtam vel illam rem communem, dicit Alexander conſilio 189. numero octauo, volumin. ſeptimo, alias diceretur ſingulare, & non ſpeciale, quod bene notat idem Alexander conſilio 155. libro ſexto. Rurſus reſtitutio in integrum à pro-
5 curatore peti poteſt ſi habeat ſpeciale mandatum, quod contineat ſpecies, ſecus ſi dicat ad talem cauſam cum tali; quia dicitur in indiuiduo, & ſingulare, Salycetus communem dicit in l. 1. C. etiam per procuratorem cauſam reſti. u. agi.

Secundo cum mandatum non exigat ſcripturam, ſed ſolo conſenſu perficiatur, non eſt neceſſarium adminiculum aut verborum; aut rei, aut litterarum, ſed ſufficit ſi tale quid intercedat, vnde conſenſus, aut expreſſus, aut tacitus
6 elici poſſit: quia mandati obligatio ſolo contrahentium conſenſu conſiſtit, vt habetur in principio Inſtitu. de obligatio. ex conſenſu, & l. prima, vbi videatur Bald. ff. mandati, & propterea ex magis communi Doctorum ſententia, man-
7 datum poteſt coniecturis, & teſtibus probari. vt magis communem profitetur Iaſon in l. prima, numero ſeptimo, verſiculo ſecunda principalis, C. de procuratorib. & ad defendendum proceſſum ab hac impugnatione defectus mandati, ſi non poteſt doceri de expreſſo mandato, ſatis eſt ſi conſtet de tacito, vel coniecto, aut præſumpto, vt in terminis tradit Vantius tractatu nullitatis, ſub titulo quibus modis ſententia nulla reparari poſſit, ante numer. nonageſimũ quartũ. Verum cum multis modis hoc tacitum, & præſumptum mandatum inducatur, & probetur operæ pretium eſt videre an hic noſter caſus verſetur in aliquo ex eis, & ex multis hoc ipſum mãdatum comprobari facile demonſtratur. & primo ex ſcientia, & patientia aliorum fratrum ip-
8 ſius Petri Mariæ Vicecomitis feudatarij, qui cum ſcirent hæc eorum nomine à fratre procuratore agi, imo contradictio fuerit præſentibus etiam alijs fratribus ad actuarium delata, nec cõtradixerint, cenſentur mandatum ad id ſpeciale dediſſe, & quamuis hæc opinio habeat aliquos oppugnatores, tamen cum ſit communis, ab ea non eſt recedendum in iudicando, & ſine difficultate procedit, quãdo, vt in caſu noſtro, qui litigauit nomine alicuius, habeat mandatum ſaltẽ generale, & extra illos fines egreſſus eſt ſciente & patiente domino; quia tunc facilius inducitur mandatum, cum adiuuetur veritatis primordio, vt docet Iaſ. in l. ſciendum, §. ſi. num. 10. ff. qui ſatiſda. cogantur, & ſentit Vantius videndus loco proxime citato, & ita diſſidentes ſententias conciliat de communi teſtimonium dicens, & multas in hanc rem afferens declarationes Maſcard. tractat. probat. concluſ. 1007. num. 22. in verbo, mãdatum regulariter non præſumi. Secundo hoc idem comprobatur ex traditione inſtrumentorũ
9 ad cauſam facientium: nam cum mandatum dicatur quaſi mandatum, & ſic officium ab eo qui illud gratuito ſuſcipit exhibendũ, vt inquit Azo in ſumma, C. mandati, num. 1. & 7. optime conuenit ei, qui alteri inſtrumenta conſignat ad cauſam facientia; & id maxime procedit, quando is
10 qui comparet, ſolitus eſſet cauſas agere, & eſſet coniũcta perſona, quia tunc admittitur cum promiſſione rati, vt factum eſt in caſu noſtro, vt ſentiunt iam excitati Vantius, num. 96. & Maſcard. concl. 1000. in verbo, mandatum probari per traditio. quibus adiungo Gabrielium lib. com. titu. de procur. concluſ. 1. nu. 27. præſidem Menoch. tract. præſumptio. lib. 2. præſumpt. 33. num. 7. & num. 12. & num. 13. his etiam addo Specula. tit. de procurat. §. ſciendum eſt. Hocque idem tertio
11 facile conijcitur, quando actus geſtus præſefert commodum, & dirigitur in euidentem vtilitatẽ mandati, qualis eſt hic, & quod veriſimile eſt mãdantem facturum fuiſſe, vt com. dicit Burſ. videndus conſ. 118. nu. 4. lib. 1. & ante eum firmat Vantius excitato loco, num. 100. & poſt eum cõprobat Maſcard. adducta concluſ. 1007. nu. 29. & 30. & 37. vbi ait id maxime procedere in actis iudicialibus.

Quarto cum hic actus impẽſam requirat, omnes enim nouimus quas impenſas lites exigant, & quam bene numatus debeat eſſe litigator, ſi vult quod intendit, & vehementer contendit, obtinere; iam enim tritum eſt vetuſtate prouerbiũ, Marſupium numorum ſi clauſum ſit, litem nunquam obtinuiſſe, ſed ſæpe amiſiſſe, crumena vero auro, & argento onuſta ſi aperta & omnibus horis reſerata ſit, plures cauſas & lites viciſſe, depulſis, & diſſipatis aduerſarij copijs: in litibus enim ſumptui, nec operę vlla in re eſt parcendum, & qui parcit, iacturam cauſæ facit, & propterea cum hæc res impenſam deſideraret, & nemo præ
12 ſumatur iactare ſuum, eo facilius eſt mandati in-
13 ducenda veriſimilis coniectura, vt in puncto explicãt præſes Menoc. adducta præſum. 33. nu. 3. & Maſcar. proxime excitata, concl. 1007. nu. 39.

Tertio licet forte ratihabitio, & ſeu ratificatio fieri non poſſit niſi intra tempus illud quo actus explicari poteſt, attamen declaratio quod actus ille ſit tunc factus de eius voluntate, & mandato, põt fieri, etiã ſi præſtitutum tẽpus fugaci pede fugerit,

Digitized by Google

fugerit, cum agatur de fictione declarante, quæ
trahitur retro, etiamſi extrema non ſint apta, &
14 habilia, vt egregiè, & ſingulariter contrariam
conclusionem declarant Iaſon in l. ſi is qui pro
emptore, numero 155. de vſucapion. & Decius
in l. ſemper qui non prohibet, numero 14. ver-
ſiculo item & ſecundo, de regulis iuris. Cum ita-
que in ratificatione facta à Venerando Sacræ
Theologiæ doctore, Hieronymo, & Octauiano,
& Philippo fratribus Vicecomitibus, nedum a-
ctus geſtus à Petro Maria, corũ Procuratore, ra
tus habeatur, & ratificetur; ſed etiam dixerint,
& cum iuramento proteſtati ſint, ea omnia, &
ſingula facta fuiſſe de eorum omnium, & ſingu-
lorum fratrum expreſſo conſenſu, & volunta-
te, ac mandato eidem Petro Mariæ dato; etiam
cum libera facultate, & poteſtate, ſic, & alia op-
portuna faciendi, ſatis inde dicitur probatum
tunc mandatum datum; iunctis maximè tot a-
lijs adminiculis, & certiſſimis argumentis ſupe-
rius cõſideratis: & quamuis huius aſſertio (quic
quid ſit contra confitentem ad tertij præiudi-
15 cium) non videatur plenam fidẽ facere: attamẽ
vbi veriſimilis ſit, vti eſt hæc, tunc probat etiam
contra tertium, maxime ſi ſit munita, & ſepta ſa-
croſancti iuramenti religione, vt probant Ale-
xander conſilio decimooctauo, numero ſecun-
do, & infra, libro tertio, Crauett. videndus om-
nino conſilio 434. numero decimonono, Sera-
phinus de priuilegijs iuramenti, priuileg. 93. nu-
mero duodecimo, Maſcardus in verbo, confeſ-
ſio in instrumento, an plene probet, concluſio.
260. numero duodecimo, cum enim veriſimili-
tudo ſit cognata naturæ, & filia veritatis, & dux
optima qua ducimur ad Sacrum eius Matris do
micilium, vbi omnia ſunt certa, aperta, & per-
ſpicua, & à quo longè abeſt mendacij, & falla-
ciæ ſedes, & ſimulationis regnum: merito ei mul
16 tum tribuere debet Iudex in vnaquaque re deli-
beranda, & dijudicanda, vt fusè proſequitur vi-
dendus Maſcardus, qui ad multa infert in ver-
bo, veriſimilitudo, concluſio. 1409. numero pri-
mo, & 20. & idcirco, quæ ex regulari iure non
17 probant, per hanc ipſam veriſimilitudinem fi-
dem faciunt, ita vt quod verum eſt, vix creda-
tur niſi veriſimile ſit, vt fusè confirmat Tiraquel
lus in l. ſi vnquam, C. de reuocand. donatio. in
præfat. numero 51. & numero 40. quem refert,
& ſequitur præſes Menochius de arbitrar. Iudi.
caſu 85. Cum itaque integerrimus Dominus
Iudex videat, hanc dati iam mandati aſſertio-
nem eſſe adeo veriſimilem, illi omnino adhære-
ſcens, certam fidem dabit.

Quarto cum ipſe Petrus Maria; etiam vti
procurator fratrum, & ſuo, & eorum nomine li-
tem conteſtatus iam fuiſſet, tam in foro pontifi-
cio, ſeu eccleſiaſtico, quàm in foro Imperato-
rio, vel ſeculari, ſuper reſciſſione, & iniuſtitia
contractus, & ſuper auocatione, & repetitione
bonorum proinde in ſolutum datorum; conſe-
quitur, vt rectè dicatur conſors eiuſdem litis; tum
quia frater, & fratres maximè indiuiſi, dicuntur
conſortes, quaſi eadem ſors, id eſt idem patrimo
18 nium, cum illud appellatione ſortis contineatur,
omnibus obuenerit, text. eſt egregius in l. ſi is qui
tres. §. fina. vbi gloſſ. in verbo, conſortes, ff. de
excuſatio. tutor. tum etiam, quia ſimul eandem
litem mouerunt, tam agendo, quam defenden-
do, vt declarat Albericus videndus in rubrica,
C. de conſortibus eiuſdem litis, & Felinus in ca-
pit. cum M. Ferrarienſis, numero duodecimo, de
conſtitution. & vbi agatur de re diuidua; tunc
conſors eiuſdem litis etiam in his, quæ requi-
19 runt ſingulare, & ſpeciale mandatum, rectè agit
poſt litem conteſtatam ſine mandato, vbi vero
agatur de re indiuidua, quæ dicitur nedum ra-
tione naturæ, ſed diſpoſitione legis aut ordinis,
vt perite explicat omnino videndus Baldus in l.
ſi plures, numero primo, C. de condition. inſert.
& l. ſecunda, numero quarto, C. de hæredita.
action. qui vult indiuiduum dici, quando facta
20 diuiſione apud intellectum, non remanet in ſin-
gulis partibus forma ſubſtantialis, & notatur
communiter in l. quarta, §. certo. vbi declaran-
tur indiuidui ſpecies plures, ff. de verborum obli-
gatione. & qualis eſt immunitas conceſſa pro-
21 pter numerum filiorum, cui fauendum eſt ad
ſobolem procurandam, & ad ciuitatem liberis
replendam; ſicut dicitur in dote, & benedictus
à Deo ſit, qui tot filiorum pater, videt vxorem
ſuam ſicut vitem in lateribus domus ſuæ abun-
dantem, & filios, ſicut nouellas oliuarum, in cir-
cuitu menſæ ſuæ: quæ immunitas ideo dici-
tur indiuidua, cum remaneat in vno etiam fi-
lio, qui ſuperſit cæteris defunctis. communem
dicit Iaſ. in l. ſciendum, §. final. numero ſeptimo,
ff. qui ſatiſdare cogantur; & facta diuiſione de-
22 ficit, prout & euaneſcit omnibus liberis extin-
ctis, Crauet. conſilio 664. numero decimono-
no, vbi igitur res ſit indiuidua, vel factum ſit in-
diuiduum, vt in caſu noſtro, tunc ante & poſt li-
tem conteſtatam, vnus ex conſortibus rectè in
23 ſolidum agit, & ſemper ſine difficultate ipſe ſo-
lus defendit, vt diſtinguunt vno ore Doctores,
Bartolus, Baldus, Salycetus, & alij in l. ſecunda,
C. ſi vnus ex conſortibus: & dubium non eſt,
quia ille qui decretis, & ſeu cridis contradicit,
non dicatur reus, poſtquam ponens eum in iu-
dicium vocat, ad illudque quaſi inuitus, ne
24 ſui iuris iacturam faciat, trahitur, atque ideo
defenſoris nomen habet, vt tradunt Cotta in
ſuis memorabilibus, in verbo, ſtatuto, ſeu decre-
to Mediolani cauetur, prope finẽ, Plotus in ſuo
indice, l. ſi quando, C. vnde vi. in verbo, decre-
ti dominij Mediol. ſub rubrica de bonis ad cri-
das ponendis, verſi. decreti vigore ponens bona
ad cridas, & idcirco huiuſmodi conſors admit-
titur ſine mandato, etiam in his, quæ aliàs expo-
ſcerent ſingulare mandatum, vt tradit additio
ad Azonem ſub titulo C. de conſortibus eiuſ-

dem litis, & firmat Vantius eodem titulo, quibus modis ſententia nulla repara. ante numerum centeſimum, verſiculo adſunt & alij, & vno conſenſu admittunt, & recipiunt iam excitati legum interpretes, eadem l. ſecunda, C. ſi vnus ex conſortibus. ſæpe enim eius rei conſortes, & ſocij, cupiunt vt alter iudicium ſuſcipiat; nec curant primum locum habere: nam licet naturalis, atque inſita in animis hominum videatur cupiditas, & ambitio, vt alter alteri præire velit, & primum locum tenere. Attamen ſi vadum offeratur, qua flumen tranſire, aut pedibus, aut
26 equo oporteat, ſtatim vnus alterum ſuſpicit, & inter eos oritur murmur, & contentio, quis debeat cæteros anteire; quilibet enim ambitionis togam in veſtem humilitatis mutat; ſocium, & comitem venerari nititur, & in tranſitu locum alteri dare conatur, inquiens, tibi primas defero, tibi locum cedo, ego ſecundum obtinebo, id eſt, præſequar, cum vir primarius ſis; primarius locus etiam tibi debetur, & conuenit; ſed dum hæc commentitia affert intra ſe, ad veritatem loquitur, aiens Dux ſuo periculo progredi cogitat, ego libenter in aduerſis rebus ei locum concedo, in ſecundis mihi libentiſſimè ſumam, cum tritum ſit iam vetuſtate prouerbium; Ad malos ſcopulos appulſus honorato ſocios: mea enim valde intereſt ita fieri; nam vbi te comitem, & ducem labi, aut præcipitem agi videam, ſtatim me ipſum continebo, nec longius progrediar, immo tunc regredi, quàm progredi maluero; periculoſus namque, & lubricus tuus ingreſſus, & inceſſus, ac infeſta hæc tua accubatio me valde prouidum, & ſolertem effecit, quod non ſine viſo antecedente fieri poterat; felix quem faciunt aliena pericula cautum; nam cum multa facilia prædicentur, quæ re ipſa difficilia experiuntur, experimentumque ſit fallax, & valde ſumptuoſum: magnæ ſunt equidem agendę gratiæ his, qui ad experientiam excitati, nobis monſtrant tutum iter, ſuoque exemplo tradunt vias, quas in periculis adeundis, vel fugiendis tenere debemus, & propterea in præſenti caſu mandati coniectura rectè capitur, præſertim in conſorte litis rem omnibus vtilem gerente.

Quintò, cum ipſæ proclamationes tanquam factæ de re litigioſa ſint nullæ, vt pulchrè in ſimilibus terminis diſtinguit Oſaſcus deciſione ſexageſima quinta, numero tertiodecimo: & prohibetur noſtris conſtitutionibus, titulo de bonis ad cridas ponendis, §. non poteſt, nullo modo poſ-
27 ſunt afficere etiam non contradicentes, qui habent tempus triginta annorum ad opponēdum, & conſtitutiones, prout quælibet alia diſpoſitio
28 tollens ius non contradicentis, ſunt intelligendæ de proclamationibus, & edictis validis; vt eſt elegans doctrina Bartoli in l. non putauit, §. non quæuis, numero quarto, ff. de bonorum poſſeſſione contra tabulas, latè Corbulus tractatu, ex quibus cauſis emphyteuta iure priuetur, ſub titulo, de cauſa priuationis ob alienationem, limitatione ſecunda, Tiraquellus de retractu legali. §. vigeſimoſexto, gloſſa ſecunda, à numero quinto vſque ad numerum duodecimum, & in hiſmet terminis decreti noſtri Mediolani, luculenter explicat vidēdus omnino Crauetta, qui multa in hanc rem affert conſilio ſexcenteſimo quadrageſimo ſexto, numero vndecimo. & eſt ra-
29 tio, quia actus nullus, nullum operatur iuris poſitiui effectum; vt multis medijs confirmat idem Vantius, ſub titulo, quoties, & intra quod tempus, numero vigeſimo ſexto, cum multis ſequentibus.

Cum itaque ipſa promulgata decreta, ſint manifeſtè nulla, non poterunt aliqua declarari, reſpectu aliorum, qui non contradixerunt, cum quenquam afficere non potuerint; & vnius oppoſitio cæteros iuuet, & eorum ius ſaluum, & incolume ſeruet, & ex his ſatis dilutum eſt hoc defectus mandati obiectum.

Quod pertinet ad probandum vitium litigioſi, quicquid iure communi ſtatutum ſit, illud ex iure noſtro municipali, capite ſexageſimonono, in primo volumine, contrahitur, quando agitur reali, vel mixta actione, aut vigore pactorum executiuorum, aut hypothecaria, quod autem inſtituta actio ſit ſaltem in rem ſcripta, ſatis probatur cum Vicecomes petierit, vt ſuis vtar verbis, venditionem, & inſtrumentum caſſari, &
annullari; & rem reſtitui, vt in terminis docet Speculator de vſuris, prope finem, numero tertio. 30

Præterea, vbi agitur ex officio iudicis reſcindente, & actione reſciſſoria, vel reuocatoria,
31 quæ paſſim cumulari ſolet, Natta conſilio trecenteſimo quinquageſimo, libro ſecundo, dicitur agi in rem; & ideo ſi quis agat ad rei reſtitutionem, in qua prius erat neceſſaria contractus reſciſſio, petendo reſtitutionem, cēſetur petere inneceſſarium antecedens reſciſſionem, Iaſon in §. rurſus, numero octuageſimo ſeptimo, & octuageſimo octauo, Inſtitution. de actionibus, actio mixta, quando eſt pœnalis, quia dicitur perſo-
32 nalis, & realis, quia eſt rei perſecutoria, & afficit rem: actione enim reali petimus, quod ad nos pertinet, vel ratione dominij, vel quaſi, vel alterius iuris: perſonali verò petimus quod noſtrum non eſt, ſed nobis debetur, Iaſon in §. omnium, & §. quædam, numero decimonono, Inſtitution. de actionibus; & vbi petimus rem reſtitui, actio realis, vel ſaltem in rem deſignatur; Romanus conſilio cēteſimo quadrageſimoquinto, numero 4.

Libellus in actione rei vendicationis, & in alijs iudicijs realibus, concludit, & petit actor ſe declarari dominum, vel ſe habere ius in re; in perſonalibus petit declarari aliquem eſſe ſibi obligatum; vt tradit Alba conſilio centeſimo ſeptuageſimo quarto, nume. 40.

33 Secundò, quod hæc inſtituta actio ſit mixta, probari

probari poſſe videtur, quia fœnerator furi com-
paratur: nam ſicut fur clam ſurripit, ita & vſu-
rarius ſub nomine amicitiæ, & commodi clande
ſtino conſilio, & ſcelere amicum argenro, & for-
tunis ſpoliat, & furtim, ac ſenſim depeculatur;
& propterea iure merito Plautus debitoris per-
ſonam induens eum appellat Daniſtam, inquiēs
morigerus eſt mihi, qui de me argentum non pe
tit; addo ego, malè morigeratus mala arte mo-
rem gerit, & moram concedit, vt interim emun-
gat conuentam vſuram in dies magis accreſcen-
tem, omnia ſibi poſt putans pro ſuo commodo,
peccatum in ſe miſer loco honeſti lucri transfe-
rens, bona autem furis pro reſtitutione rerum
ablatarum ſunt tacitè obligata, & hypotheca-
34 ta, & poſſunt peti à quocunque poſſeſſore ex æ-
quitate Pontificia pro liberatione animæ defun
cti. cap. parochiano, de ſepulturis, Baldus, Saly-
cetus in l. furti, C. de furtis. Neguſantius tracta-
tu pignorum, 4. membro ſecundæ partis princi-
palis, numero 124. & quamuis communis vi-
deatur opinio, quod bona vſurarij non ſint taci-
tè hypothecata, & obligata, tamen ſecus eſt ſi
35 ſint empta, vt in hoc caſu ex pecunia fœnebri,
cap. cum tu, de vſuris, Ambroſius Vignarus tra-
ctatu de vſuris, numero 230. Laurentius de Ro
dulphis ſimili tractatu, quæſtione 72. nume. 20.
dicit eſſe communem opinionem, gloſ. in capit.
tua, de vſuris. Alij diſtinguunt, an ex cauſa onus
vel lucrum afferente peruenerint; & an hæres ſit
ſoluendo, Abbas in cap. cum tu, dicit, quod pe-
cunia vſurarij tranſit in dominium recipientis,
Nauarrus in ſuo Manuali vult, quod dominium
rei vſurariæ in accipientem tranſeat, cap. 17. nu
mero 265.

Tertiò, licet communis videatur concluſio,
36 vt in actione perſonali nō habeat locum vitium
litigioſi, ſicut nec in hypothecaria, l. finali, C. de
litigioſis, Crauetta conſilio 279. numero 1. vbi
dicit communem, Felinus in cap. dilectè, de exce
ptionibus; tamen hoc fallit quoties actione per-
ſonali petitur dominium rei, vel directum, vel
37 vtile, quia ſecuta litis conteſtatio efficitur liti-
gioſa, Bartolus in l. prima, §. idem litigioſus, Ia-
ſon conſilio 43. in fine, libro primo. Didacus pra
cticarum quæſtionum, cap. 15. numero 6. verſic.
quinto admodum, Felinus ſuperius excitatus,
vel quando agitur actione perſonali pro tranſla-
tione dominij in agentem, vel quando contendi
38 tur ſuper dominio, vel eius parte, in Authentico
de litigioſis, in principio. idem Felinus nume. 8.
in fine; vel quando agitur de vſufructu, qui eſt e-
ius pars. Lancellottus de attentatis lite penden-
te, in præfatione, nume. 484. ſecunda parte, cap.
4. & ſic apparet litigioſam fuiſſe, atque tanquam
litigioſi vitio cumulatam non potuiſſe voci præ-
conis ſubijci, vel ad cridas poni.

Non obſtat, quod inſtantia dicatur perem-
pta, quia illa coram conſulibus Iuſtitiæ adhuc
39 durat, & etiam quia de iure pontificio cauſæ in-
ſtantiam non habent, cap. penultimo, de iudiciis,
Iaſon in l. properandum, nume. 27. C. eodem ti-
tulo. vbi communem dicit, & quod ita ſeruatur
in curia pontificia, niſi eſſent lapſi viginti anni,
vt declarat idem Lancellottus in præfatione, nu
me. 276. & eſt ratio, quia cum eo iure ab omni
interlocutoria appelletur, merito ceſſat biennij
inſtantia.

Ad hæc non eſt omnino expeditum, & abſo-
lutum quin inſtantia perempta adhuc detur vi-
tium litigioſi, tum quia citatione illud contrahi-
40 tur; tum quia adhuc remanet iudex, & dicitur e-
ius iuriſdictio læſa, & ſententia qua quis abſolui
tur ab obſeruatione iudicij, res non deſinit eſſe li-
tigioſa. Item adeſt idem partis præiudicium, vt
explicat Lancellottus in præfat. nu. 513.

An verò teſtes in vno iudicio examinati fa-
ciant fidem in alio; reſpondetur id maximè, ſi in-
41 ter eaſdem perſonas, & ad eundem finem rece-
pti ſint. l. finali, C. de teſtibus, cap. tam litteris, eo
dem titulo, quod ampliatur etiam in aliis perſo-
nis, quæ ducant cauſam ab illis, Baldus in l. ſecū
da, numero 18. C. de edendo. Alexan. in con. 58.
nume. 3. lib. 2. Socinus tractatu fallentiarum, re-
gula 6. l. ſi à te, §. Iulianus, ff. de exception. rei iu-
dicatæ. Maſcardus in verbo, acta iudicij, conclu-
ſione 33. nume. 38. & concluſione 149. in verbo,
atteſtationibus: nec fit propterea parti magnum
præiudicium, quia poteſt petere, vt denuo exa-
42 minentur ſi adſint; cauſam autem ab alio ducere
43 is dicitur, qui ab eo titulum habet, Crauet. con-
ſilio 92. nume. 7.

Quod autem agatur inter eaſdem perſonas,
& de eo negotio ſatis probatur, quia agitur de
eadem re, ſcilicet de reſciſſione contractus, & de
reſtitutione bonorum; & licet id ſit petitum exci
piendo; tamen rectè dicitur in iudicium dedu-
44 ctum, atque controuerſia fieri exceptionis oppo-
ſitione, l. prima, vbi Doctores, C. de teſtib. quia
excipiens dicitur controuerſiam facere, & nego-
tium faceſſere, vnde loco actoris habetur, l. in ex
ceptionibus, ff. de probationibus, quia debet iudi
45 cari ſuper exceptione ex cauſa, quæ actionem
tangit Felinus in capitulo ſuborta, numero 4. de
re iudicata.

Reſpectu perſonarum conſtat, quod licet ſint
46 acta contra hæredem deducta, præiudicant lega
tario, ſicut ſententia, l. ſi ſeruus plurium, §. ſi hæ-
reditatis, vbi communem dicit Iaſon numero 7.
de legatis primo.

Item cum legatarij Eugenius, & Hieronymus
Vicecomites ſint hæredes Aloyſij hæredis eius
geſta præiudicant, & tenētur illius acta approba
47 re, quia hæres cenſetur vna, & eadem perſona cū
defuncto, Auth. de iureiurando à moriente præ-
ſtito; Item quia non poteſt venire contra factum
defuncti, l. cum à matre, C. de rei vendicatione.
48 Item quia aditione ſunt confuſæ actiones, l. de-
bitori, C. de pactis. Item quia hæres hæredis,
49 eſt hæres primi teſtatoris, l. finali, C. de hæredi-

bus inſtituendis, & in his terminis tradit Socin. iunior in l.filiusfamilias,§.Diui,numero 136.de legatis primo,vbi loquitur de legatario, vel fidei cōmiſſario,qui ſucceſſerit ei, cum quo geſta ſunt acta.

Quod autem ad illud ſpectat, an contractus ſit fœnoris flagitio pollutus, atque maculatus, ſatis ex pluribus pronatur.

Primò, quia origo contractus eſt valde ſuſpecta; nam facta fuit venditio multo plus iuſto pretio ob datam dilationem, & cum vendatur
50 tempus, & ſolutionis mora, dicitur vſura, cap. in ciuitate, de vſuris, Nauarrus in ſuo manuali, cap.17.nume.206.

Secundò, venditor ſtatim rem venditam idem ipſe emit cum damno emptoris librarum ſeptin gentarum, & eo amplius ſuper ſumma librarum ſex millium.

Tertiò, quia vnum chirographum factum fuit die 9. Augusti, alterum die 24. eiuſdem ſum mæ, & ſic præſumptio eſt, quod ſint eadem duplicata in fraudem vſurarum, & licet venditor venditum poſſit emere iuſto pretio, tamen eſt id
51 valde ſuſpectum, cum non ſit veriſimile vt quis vendere velit, quod ſibi neceſſarium eſt,& quod illico ab alio empturus eſt, forte cum eius detrimento, & propterea iure merito vehementer, & acerbè in eos inuehitur idem Nauarrus cap. vigeſimo tertio, numero 91. & hoc contractus genus vocant, vt ipſe ait, Hiſpani Mohatram, nos dicimus Stocho, quaſi, ſtet ad inferendum vulnus punctim magis, quàm cæſim in ipſum emptorem, contractuſque dationis in ſolutum proinde factus vti manans à radice infecta, eſt huiuſmodi dijudicandus, & infirmus habendus, velut eodem peſtifero morbo laborans, & affectus, cum vitium primæ cauſæ ſemper inſit: ad arguendum autem contractum vſurarium, duæ ſufficere videntur coniecturæ ex nota illa ſenten
52 tia, In ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, Maſcardus tractatu probationum, in verbo, vſurarius, concluſione 1424. & in verbo, contractus, concluſione 447. admittuntur teſtes ſingu-
53 lares, Borgninus videndus deciſione prima, ſecunda;& tertia, parte ſecunda.

Et licet poſitum ſit in controuerſia magna, an duo, vel tria, ſcilicet pactum redimendi, modicitas pretij, & quod ſit ſolitus fœnerari exigantur, tamen quando adeſt valde grandis, vel ma-
54 xima læſio, tunc tutius videtur, vt duo ſufficiant, Oſaſcus deciſione 42. nume.9.& dixi ego conſil. 35.nume.33.vol.1.

Secundo, deeſſe in præſenti ſpecie non videtur tertium requiſitum, quia conſueuit ſimiles facere contractus.

Tertio, adſunt aliæ multæ,& complures coniecturæ, quæ abundanter, & copioſè ſupplent
55 illam tertiam ſi deficeret, Menochius libro 3.preſumptionum, præſumptione 122. Ioſephus Ludouicus concluſione 52. & concluſione 57. quas recenſet Borgninus videndus deciſione ſecunda, volumine ſecundo.

Quæ certas ſedes habent, de quibus dicam rurſus à capite.

Quia bona erant maiorum.

Quia venditor erat in magna neceſſitate poſitus.

Quia contractus habuit originem re ipſa à mutuo.

Quia deeſt pactum redimendi,

Quia vēditor perſeuerauit in poſſeſſione, & pau lo poſt conduxit, imo ſub expreſſo pacto conductionis vendita fuere bona.

Quia retinuit bona ſub ſuo cenſu,& æſtimo.

Quia penſio conuenta fuit nimis grauis, ſcilicet ad rationem lib.7.ſolid.10.in ſingula centum.

Quia læſio permagna ineſt in pretio.

Quia emptor non vidit, nec curauit videre bona empta contra communem conſuetudinem.

Quia adſunt clauſulæ inſolitæ contra naturam contractus.

Quia omnia ferè pacta ad commodum emptoris ſcripta videntur.

Quia adeſt pactum, vt à locatione,& pacto luen di cadat, ſi ſex mēſibus in ſolutione ceſſauerit.

Quia in caſu grandinis, & peſtis cōuentum fuit, vt conductores, & item venditores non poſſent petere aliquam penſionis remiſſionem, hæc multa ſunt, ſed nondum audiſti, quod eſt grauiſſimum, an quicquam eſt etiam amplius; amplius vero hoc eſt, & minimè equidem aliquo modo ferendum, quia datæ ſunt merces loco pretij, quæ erant longè minoris, & minimo diſtractæ ſunt ab emptore, & quæ omnes coniecturæ ſi
56 non ſingulæ, ſaltem ſimul iunctæ, & coacervatæ debent id poſſe obtinere, vt Borgninus tradit ea. deciſione ſecunda, Additur præterea pa-
57 ctum ad tempus effici perpetuum ſi magna adſit læſio, Menochius de arbitrariis iudicum, caſu 217. & Magonius deciſione ſeptuageſima ſeptima, & ſequutus ſum ego eodem conſilio trigeſimo quinto, nume. 35. idque ius deductum cenſetur ex clauſulis libelli ſalutaribus, & ex ea maxi-
58 me ius & iuſtitiam miniſtrari, & non ſolum modo prædicto, ſed aliter omni meliori modo, vt fatetur Iaſon §.omnium, nume.151. Inſtitut.de actionibus, Alba conſi.346. num.38.atque ideo tam in meritis, quam in ordine iudiciario conſtat, Vicecomites vicem & vim iuſtitiæ, & æquitatis tenere.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO

PRO IOAN. BAPTISTA Montio à ſecretis excelſi Conſilij Secreti Mediolani.

ARGVMENTA.

In fideicommiſſis, an & quando ratio ampliet dictum.

Ius accreſcendi in hærede in re certa inſtituto, an habeat locum contra teſtatoris prohibitionem.

SVMMAE RERVM.

1 *Subſtitutio prior ſi effecta ſit caduca, an ſubſequẽs poſt eam ſubordinata euaneſcat.*

2 *Alienationis prohibitioni facta ad fiſci præiudiciũ, vt firmior ea ſit, adyci ſolet ratio conſeruandæ agnationis.*

3 *Dictio, Vt ſupra, & modo quo ſupra, refert nedum præcedentem qualitatem, ſed etiam ſubſtãtiam, & diſpoſitionem reſtringit.*

4 *Ratio ſpeciatim adiecta vni caſui ad alium non poſſe trahi videtur.*

5 *Ratio quia volo quod bona mea remaneant, vel cõſeruentur in agnatione, vbi adyciatur diſpoſitioni per ſe aliàs valida ampliat dictum, & fideicommiſſum inducit, nedum in caſu alienationis, ſed etiam in caſu mortis.*

6 *Perſona vbi adſit in cuius gratiam facta eſt diſpoſitio per ſe valida dicitur.*

7 *Montiis teſtatoris declaratio, quod bona perpetuo conſeruentur in ſuis deſcendentibus, & agnatis omnes complectitur.*

8 *Menti teſtatoris cupientis conſeruationem agnationis, quantum fieri poteſt fauere debemus.*

9 *Fideicommiſſa nutu etiam relinquuntur.*

10 *Viuit diu, qui bene, breuis qui male viuit.*

11 *Subſtitutionis gradus primus, licet caducus effectus ſit, tamen res apud hæredem non manet, ſi alter ſubſtitutus adiectus ſit.*

12 *Agnati proximiores cæteris deficientibus, vbi vocati ſint debent illi admitti quandiu ſuperſint.*

13 *Clauſula in fine poſita ad omnia refertur, maximè ſi adiuncta ſit dictio, Item, quæ ſuperiora repetit.*

14 *Accreſcendi ius expreſſè prohiberi poteſt.*

15 *Accreſcendi ius prohibitum cenſetur, ſi teſtator legato vſusfructus addiderit dictionem Tantummodo, vel aliam taxantem.*

16 *Non accreſcit proprietas vſufructui contra teſtatoris voluntatem.*

17 *Accreſcendi ius locũ non habet vbi aliqui ſint qui ex teſtatoris voluntate admitti poſſint.*

18 *Agnati ſatis vocati intelliguntur ex illa ratione, quia voluerit teſtator bona ſua in deſcendentibus & agnatis conſeruari.*

19 *Ratio finalis ne inaniter adiecta ſit, interpretatio eſt facienda.*

20 *Accreſcendi ius vbi locum habere non poſſit, agnati tacitè vocati ex teſtatoris mente intelliguntur.*

21 *Fideicommiſſum ſatis inductum cenſetur ex generali ratione ad illud inferendum apta.*

22 *Ratio adiecta diſpoſitioni aliàs valida fideicommiſſum ſemper abſolutum afferre videtur.*

23 *Singula ſingulis ſunt reddenda, & referenda.*

24 *Dictiones referentes præcedentia, puta dictus, vt ſupra & ſimiles an demonſtrent, vel taxent.*

25 *Verba potius demonſtrant, quam reſtringant, aut coarctent diſpoſitionem.*

CONSILIVM CCXX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

Dicendum videretur quatenus Clara Montia in eius vltimo teſtamento inſtituit ſibi hęredem vniuerſalem Venerabilẽ fratrem Gaſparem Comatium eius filium legitimè natum, & fratrẽ profeſſum in religione Monachorum Eremitarum Ordinis S. Hieronymi, cum licentia ſui ſuperioris, cum hac conditione, quod non poſſet, de bonis ipſis aliquo modo diſponere, ſed tantũmodo eſſet vſufructuarius donec vixerit, & defuncto ipſo Gaſpare, ſine aliqua prorſus detractione alicuius quartæ quam omnino detrahi prohibuit, diſpoſuit, vt hæreditas ipſa perueniret ad Donatum, & Clementem fratres Montios, & nepotes ſuos ex Ioan. Antonio eius fratre, vbi ipſi eſſent ſuperſtites, & caſu quo nõ eſſent ſuperſtites, voluit vt perueniret in eorum filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & eis deficientibus in fœminas, & vbi alter eorum eſſet mortuus, & nulli adeſſent eius filij, quod perueniat in alterum ſuperſtitem, & eius filios, & deſcendentes, vt ſupra quos inſtituit, & ſubſtituit, cum onere ſoluendi ipſa legata, & ipſis omnibus prohibuit omnem alienationem, quia vult dicta bona conſeruari debere in dictum Donatum & Clementem, & eorum filios, & deſcendentes, vt ſupra, & modo quo ſupra; Item voluit quod ſi aliqui, ſeu aliqui ex dictis commiſerit delictum, quod bona perueniant in alium non delinquentem, & vbi ipſi fratres ambo delictum committerent, & nullos filios maſculos nec fœminas haberent, quod dicta bona peruenirent in totum in agnatos proximiores ſanguine iunctos maſculos legitimos, & eis deficientibus in fœminas, quia vult dicta ſua bona immobilia, perpetuo conſeruari in dictos fratres, & eorum filios, & deſcendentes ac agnatos, vt ſupra, & modo quò ſupra.

Et cum ambo dicti fratres ſubſtituti ſine filijs prædeceſſerint ipſi Gaſpari, nullo modo agnatos

ipſius Claræ, nempe Ioannem Baptiſtam Montium à ſecretis excelſi conſilij ſecreti, & fratres, nepotes ipſius Claræ ex Auguſtino fratre, poſſe ad memorata eius bona, omni aditu interclußo, aſpirare, vti iure ſubſtitutionis, vel aliter ſibi debita, dicendum primo aſpectu videtur.

Nam cum ſubſtitutio iſta agnatorum ſit ſubordinata ad caſum, quando ſubſtitutio effectum habuiſſet in perſona ipſius Donati, & Clementis, & id non euenerit, cum ambo ipſi hæredi ſcripto prædeceſſerint, conſequitur, vt ea effecta ca-
1 duca etiam euanuerit ſequẽs ſubſtitutio poſt primam ſubordinata, & importata per illam generalem rationem, quia volo bona conſeruari in dictos fratres, & deſcendentes ac agnatos, l. cum in teſtamento, §. 1. ff. de hæred. inſtituen. Iaſ. in l. ſi mater, §. 1. in 2. notab. ff. de vulg. & pupill. tanto magis, quia amplitudo, & ſeu generalitas illius rationis reſtringi debet ad limites præcedẽtis caſus, ad quem confirmandum ea maxime ſcripta videtur l. ex facto, §. ſi quis autem, ff. ad Trebell. Alexan. conſil. 139. num. 3. & 4. lib. 6. præſes Menoch. conſil. 327. num. 83. lib. 4. & conſil. 262. num. 22. lib. 5. Sfortius Oddo, conſil. 66. & Peregrinus videndus tract. de fideicom. artic. 14. nume. 22. artic. 29. num. 27. & infra pluribus ſequentibus.

Secundo id confirmatur, quia imò illa ratio videtur tantum ſcripta ad ſimplicem caſum ipſius delicti, cum potuiſſet dubitari an ea prohibitio teneret, vti in fraudem fiſci facta, & idcirco ad omnem tollendam dubitationem, hoc conſilium, quod dicam, datur, eique dant palmam, vt ſcilicet adijciatur huiuſmodi ratio agnationis
2 conſeruandæ, ita in puncto declarant Boſſius noſter, titu. de bonorum public. num. 41. & Marzarius videndus epito. fidei, parte 2. quæſt. 47. verſic. additum tamen, & per conſequens nõ eſt producenda aut trahẽda ad alium caſum diuerſum, vt in terminis hanc eandem ſententiam terminantibus, conſuluit Rimin. iun. videndus conſil. 604. num. 88. lib. 6.

Tertio cũ teſtatrix ſe retulerit ad caſus præcedẽtes propter dictiones illas, Vt ſupra, &, Modo quo ſupra, quarum natura eſt referre præceden
3 tem nedum qualitatem, ſed etiam ſubſtantiam, & inferiora, vel aliter dilatata arctè, adeo reſtringere, & peranguſtè coarctare ad limites præcedentium, vt extra præſcriptos terminos diſpoſitio voluntate diſponentis ſit declarata, reclamãte, & vehementer aduerſante, & repugnãte porrigi prorſus nequeat, maxime cum fuerint geminatæ, & duplicatæ, Alexand. conſil. 59. volu. 3. & late comprobat ex alijs Peregrinus excitato tract. art. 11. nu. 55. & art. 16. num. 23. Franc. Vegius, conſil. 74. num. 492. & infra. Surdus conſil. 96. vol. 1. Cæphal. conſil. 269. num. 40. lib. 2. & conſil. 259. num. 1. eod. libro, Riminald. iun. conſil. 544. num. 197. & 198. lib. 5. præſes Menoch. conſil. 376. num. 47. & infra pluribus ſequent. & cũ ſpeciatim ſit prouiſum in caſu mortis ſubſtitutorum quid ſeruandum foret, videtur quod hæc ratio non poſſit dilatando ampliare
4 eam diſpoſitionem ex communi doctorum ſententia, de qua agit Barto. in l. iam hoc iure, §. fin. num. 1. vbi inter cæteros videatur Caſtrenſ. nume. 7. ff. de vulga. & pupill. Crauet. conſil. 98. nu. 16. Ruin. conſil. 121. num. 11. lib. 2. Gabr. conſil. 132. num. 67. lib. 1.

His tamen minimè refragantibus arbitror ſecundum ea quæ proponuntur, inſpecta potiſſimum teſtatricis mente, quam vnam diligenter intueri debemus, contrariam partem defendi poſſe.

Primo quia receptiſſima videtur omniũ ſententia, vt quotieſcunque huiuſmodi ratio, quia volo, adijciatur diſpoſitioni per ſe alias validæ atque firmæ, quod tunc ne inanis ea ſit, ſemper
5 dictum ampliet, & quaſi pedibus trahat ad quoſcunque caſus, qui ſub ea ratione venire poſſunt, cum in fideicommiſſis mens tanquam cauſa cauſarum etiam coniecturis elicita ſit potiſſimum ſpectanda, & longe omnibus anteferenda: nam totius diſpoſitionis hæc ipſa caput eſt, & in coniecturarum acie quaſi dux anteſignanus primũ locum tenet, vt magis commun. dicunt deciſio. Rotę Roman. ſecundum nouam impreſſionem, deciſ. 268. num. 5. & deciſ. 51. deciſ. 694. part. 1. Cardin. Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 6. titu. 14. num. 24. Gabr. lib. communium, titu. de fideicommiſſis, concluſ. 9. num. 29. Simon à Pretis, lib. 3. ſol. 11. num. 3. & infra fol. 283. & ſolut. 11. num. 3. fol. 287. Petrus à Petra videndus de fideicommiſſaria prohibitione, quęſt. 5. num. 42. & 44. Alba conſil. 483. num. 16. & conſil. 484. num. 58. Borgn. deciſ. 16. 17. & 18. lib. 3. Rimin. iun. conſil. 632. num. 42. lib. 6. Surdus, conſil. 67. num. 38. & conſil. 96. vol. 1. & conſil. 241. num. 38. lib. 2. & dixi ego conſil. 42. num. 2. & 3. lib. 1. Cum itaque præcederent diſpoſitiones per ſe validæ, quia & in caſu alienationis, & mortis, & publicationis, vel confiſcationis bonorum aderat perſona in cuius gratiam, & fauorem facta fue-
6 rat ea diſpoſitio, vt explicant communi conſenſu iam relati doctores, & Boſſius, eod. tit. de pub. bonorum, num. 41. dicendum erit omnino eã rationem ampliare, & protrahere dictum ad quoſcunque alios caſus, qui ſub ea ratione comprehendi poſſent, etiamſi alias in præcedentibus nõ fuiſſent comprehenſi, cum inde colligatur, & ſumatur quaſi ex vberrimo fonte declaratio mẽtis teſtatricis, quod ſcilicet voluerit bona ſua per
7 petuo conſeruari in dictis fratribus, & eorum filijs, & deſcendentibus, & agnatis, Decianus conſil. 108. num. 13. Ripa, in l. vltima, num. 144. C. de reuocan. donat. Ruin. conſ. 173. num. 8. vol. ſecundo.

Secundo id roboratur ex dictione illa, Perpetuo conſeruari: nam ſi iſta ratio adeo ampla & generalis intelligi deberet, ad limites præcedentium

tium caſuum, & illis conſideratis facile euenire
poſſet, vt nunc contigiſſe res ipſa indicat, quod
bona ad extraneos repentino motu, & paſſibus
perpauculis tranſirent, equidem conſequeretur
ea perabſurda ſententia, vt conſeruationis per-
petuitas, quam vnam teſtatrix præ cæteris ſpe-
ctauit, & in oculis tulit, facile euerteretur, quod
8 minime dicendum eſt, ne hæc clara eius mens ex
cidatur, & exciſa ac euulſa concidat ſubito, &
vitali rore orbata lumina linquat, cum tamen ei
potius fauendum ſit quantum fieri poteſt, vt ſcri
bunt Gabriel lib. commun. titu. de fideicommiſſ.
concluſ. 10. num. 12. & Petrus à Petra omnino
videndus relato tractatu de fideicommiſſ. pro-
hibit. quæſtio. 5. nume. 11. & infra pluribus ſe-
quentibus inquiens; num. 15. ex ſola hac dictio-
ne, In perpetuũ, vel, Perpetuo, maxime iuncto
verbo conſeruationem ſignificante, & denotan-
te, vt hoc caſu, fideicommiſſum optime induci,
& afferri, Surdus conſil. 67. & conſil. 96. volu. 1.
quod meo iudicio magnam habet rationem, cũ
9 nutu etiam fideicommiſſa reliquantur, l. nu-
tu, ff. de legat. 3. Simon à Prætis, videndus de in-
terpretat. vltim. volunt. lib. 3. fol. 9. num. 14. fol.
281. & fol. 10. num. 17. fol. 285. & fol. 11. num.
64. & 65. fol. 293. Ruſt. tractat. an & quando li-
beri, lib. 3. cap. 5. num. 7. vſque ad finem, & opti-
me ad rem conferunt, quæ ſcripſi ego eo. conſil.
42. num. 2. 3. & 4. ſecundum quod pronuncia-
tum fuit: nam naturali inſtinctu atque afflatu cu
pit, & exoptat vnuſquiſque diutiſſime vitam a-
gere, & etiam poſt ipſam mortem in perpetua
poſterorum memoria viuere. perſpicua hęc ſunt,
& in vulgari prudentia poſita; ſed errat is, quate
nus vitam metitur numero annorum, & non põ
dere rectè factorum: ſapiens enim cogitat ſem-
per qualis vita, non quanta ſit: non enim viuere
bonum eſt, ſed bene viuere; iſque diu viuit, qui
10 bene viuit. qui vitijs viuit, iam non viuit, ſed mo
ritur; qui virtutibus viuit, is viuit: & quia quot
dies vitæ peragimus, quaſi in itinere ad locum
propoſitum tot paſſibus appropinquamus. pone
dies ſingulos eſſe tibi conſtitutos tanquam quoſ
dam gradus quibus aſcenditur ad ſuperos ad vi-
tam, & ad cæleſtem gloriam, & quibus ad infe-
ros deſcenditur ad mortem, & ad ſempiternam
pœnam: quos dies cum virtute egeris hos inter
vitæ, & lucis dies numerato; quos vero in vitijs
conſumpſeris, hos de vita ſubtrahe, & inter hor-
ridas noctes mortis adnumerato: vnde etiam ſi
ad centeſimum annum vitioſus perueneris, bre-
uis vita erit, nam puer diſceſſiſti, & centum an-
norum, cum tam longam ætatem traduxeris po
rius pueriliter, & ſtulte, quam viriliter, & ſa-
pienter. quid tibi prodeſt ſi ad centeſimum an-
num vixeris, ſenectutis autem tuæ te pœniteat?
vita, ſi ſcias vti, & tota bene collocetur, longa eſt;
ſi vero per luxum, & negligentiam defluat, val-
de breuis erit, & cum, neceſſitate fati cogente,
abeundum ſit, mille anni erunt ſicut dies exter-
na; nec conqueraris, quod breuem vitam acce-
peris, ſed quod longam, tibi Dei benignitate da-
tam, ac elargitam tua culpa breuem feceris: nam
hæc tua mollis vita, vitijs dedita, quam vixiſti
vſque adhuc prope iam excurſo turbulenter ſpa
tio mittenda eſt, & veræ vitæ ea ſola pars tenen
da, quæ in lætitia bonæ conſcientiæ, & in animi
tranquillitate peracta fuit. Quod bene viuas, cũ
id omnibus contingere poſſit, & diuina ſuffra-
gante gratia in tua poſitum ſit manu, conſidera-
to; quod vero diu viuas cum id nulli ex ſuo ar-
bitrio contingat, ſed Deo reſeruatum ſit anxia
adeo animi ſolicitudine, non cures, niſi tempo-
ris diuturnitatẽ in vitæ bonitate reponas, vel ad
immortalem vitam referas, noſtra hæc humana
vita fabulæ ſimilis eſt, & ideo non quamdiu, ſed
quam benè acta ſit, refert: longam cupis duce-
re vitam, vitijs moriaris, illa fuge, & declina at-
que vita, velut breues vmbras falſæ gloriæ, &
foris imagines voluptatis, intus vero pallidæ
mortis immaniſſima monſtra, conſectare virtu-
tes tanquam duces in cęlum, vbi beati æuo ſem-
piterno fruuntur. In tota igitur vita conſtituen-
da multo eſt maior rei cura adhibenda, vt con-
ſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmet ip-
ſis, nec in vllo pietatis, & boni viri officio clau-
dicare; cui ne hæc noſtra teſtatrix deeſſet, voluit
eius agnatos extraneis in eius hæreditate præ-
ferri, & eam in eis perpetuò, ex charitatis ordi-
ne conſeruari, quod ad fideicommiſſi coniectu-
ram plurimum valet.

Tertio conſidero, quod licet ſi effectus ſit ca-
ducus primus ſubſtitutionis gradus morte ſubſti-
tuti ante mortem primi hæredis, vel aliter, res
ipſa libera maneat apud hæredẽ: Attamen quo-
tieſcunque alter ſubſtitutus ſit adiectus ipſi pri-
11 mo ſubſtituto, tunc deficiente primo ſubſtitutio
nis gradu nõ corruit ſecundus, l. quãdiu, §. is aũt,
vbi poſt Bart. Bald. & Ang. videatur Caſtr. qui
communem dicit, ff. de acquiren. hæredit. l. cohæ
redi, in princip. ff. de vulgar. & pupillar. Guido
Papæ, quæſtio. 550. Caſtrenſ. conſilio 164. nu-
mero 4. libro 2. Iaſ. in l. prima, numero 29. ff. de
vulgar. & pupillar. Crauet. conſilio 283. numero
primo, Ripa, conſilio 284. numero 9. Cum igi-
tur vltimo loco vocati ſint agnati proximiores
12 cæteris deficientibus, debent illi admitti donec
ſuperſint, l. vnica, §. in primo, C. de caducis tol-
len. cum præſertim hæc clauſula tanquam in fi-
ne poſita ad omnia referatur, maxime ſimul cõ-
iuncta medio repetentis, & connectentis dictio-
13 nis. Item, & in quibus diuerſa ratio afferri nequit.
Bart. in l. in repetendis, de leg. tertiò, & l. cum de
lanionis, §. Aſinam, ff. de fundo inſtructo, verſic.
item cacabos, l. talis ſcriptura, §. fina. vbi inter
cæteros videatur Iaſ. ff. de leg. primo, & l. prima,
C. de liber. præterit. Abbas, & Decius in cap. 2.
requiris, de appellat.

Quartò cũ Venerandus Monachus Gaſpar
filius fuerit hæres inſtitutus cum expreſſa condi-
tione

tione,vt nõ poſſet nec valeret ex ipſis bonis, nec
inter viuos,nec in vltima voluntate aliquid alie-
nare, ſed tantummodo ſit vſufructuarius donec
vixerit,conſequitur vt defunctis ante eum ſubſti
tutis, portio proprietatis effecta caduca,ad eum
iure accreſcendi,non accreuerit, ſed potius veniẽ
tibus ab inteſtato ius quæſitum cenſeatur;nam li
cet ius accreſcendi habeat locum non obſtãte te-
ſtatoris prohibitione in hærede in re certa inſti-
tuto, ne contingat pro parte inteſtatum, & pro
parte teſtatum decedere: Attamen quando aper
te conijci poſſet teſtatorem aliter ſenſiſſe, vt ſcili
cet hæres in re certa nihil protſus haberet, tunc
ceſſat ius accreſcendi,cum certum ſit illud expreſ
14 ſe prohiberi poſſe,reducendo rem ad cauſam in-
teſtati,l.quoties,§.ſi duo, ff.de hæred. inſtituend.
& quæ expreſſa voluntas facit ceſſare,& cõquie-
ſcere illam tacitam,ius accreſcendi inducentem,
vt ex communi ſcribentium ſententia diſtinguit
Clarus, §.teſtamentum, quæſt.74. verſ.punctus
eſt, Caſtren.conſ.241.num.3.vol.2. Peregr.de fi
deicommiſ.art.5.num.17.verſ.primo. Mantica
de coniec.vltimarum volunt.lib.8.cap.1.nu.31.
claraque colligitur teſtatoris voluntas quatenus
15 adiecit dictionem illam limitantem,& taxãtem,
Tãtummodo ſit vſufructuarius,quæ impedit ius
accreſcendi,l.Lucius,§.quæ habebat.ff.ad Treb.
& in puncto dicit Iaſon in l.1.num.6.C.de teſta
men.militis, Ripa in l.re coniuncti,num.175.ff.
16 de legat.3.& proprietas vſusfructus nõ accreſcit
contra voluntatem teſtatoris,§.1.& §.conſtitui-
tur,& §.finitur, Inſtitut.de vſufru.facit Ripa ea.
l.re coniuncti,num.205.de leg.3.& num.146.&
quod notatur in rubr.& l.1. C.quando non pet.
partes. reducitur igitur res ad cauſam inteſtati,
vt inquit Clarus loco relato, & eſt etiam veriſi-
mile, vt teſtatrix quæ prouiderat vt filius tantũ-
modo eſſet vſufructuarius,& aliàs incapax,ad id
tantum fuerit diſpenſatus,& habilis factus, vo-
luerit de ſubſtituto prouidere, caſu quo defeciſ-
ſent ante eum Clemẽs & Donatus, prout euenit
17 vocando ipſos agnatos, quibus exiſtẽtibus ius ac
creſcendi locum non habet, vt ſcribit Dec.ea ru-
bri. C.quando non petentium partes, num.8. &
quia etiam attenta ea prohibitione iuris accre-
ſcendi allata ex dictione illa coarctante, ſcilicet
Tãtummodo, vt ait etiam Cagno.ea.l.1.nu.56.
C.quando non petentium, & coniuncta ſtrictiſſi
mæ, & toties repetitæ prohibitioni alienationis
tam inter viuos, quàm in vltima voluntate adiũ
ctæ ipſi Gaſpari monacho, videntur deficientib.
primo ſubſtitutis vocati agnati proximiores ex
18 illa ampla ratione, quia ſcilicet vellet bona ſua
conſeruari in illis;& poſtea in agnatis, cum tunc
teſtatricis voluntas ad eos acceſſerit, vt ſcribit
idem Petra trac.de fideicommiſ.quęſt.5.nu.10.
& quæſt.18.num.37.41.& 47.& q.11.nu.541.
Quintò confirmare hoc liquido poſſum, vt cũ
in vltimis voluntatibus mens ſit potiſſimum ſpe
ctanda, & ea maximè deſumatur, & colligatur
ex ea ratione, quam ſummam, ſeu finalẽ vocant,
19 & quæ ſemper ita eſt intelligẽda, ne inaniter ſcri
pta cenſeatur, merito in quacunque parte teſta-
menti poſita ſit, vti generalis, omnes caſus com-
plectitur, & definiendo explicat, vt in terminis ſi
milis rationis adiectæ caſui delicti, conſului ego
conſilio 127.lib.2. vbi vide.

Quæ cum ita ſint, non aduerſantur ex contra-
rio ſuperius propoſita, nam adductis iam argu-
mentis, & rationibus noſtra hæc ſententia confir
matur, aduerſaria verò euertitur, ſi quidem

Ad primum dicitur cum antecedentes ſubſti-
tutiones, & prohibitiones per ſe iam validæ eſ-
ſent, cum adeſſent perſonæ, quarum ſalutari calò
re gratia, & fauore factæ fuerant, non opus erat
ipſius rationis integumento tanquam frigidæ &
nudatæ veſtirentur; vnde ne dicamus tanquam
ſuperuacaneam fruſtra poſitam fuiſſe, concede-
mus eam rationem fideicommiſſum perpetuum
inducere in perſona agnatorum, in quocunque
caſu; vt ſuperius probauimus in primo fundamẽ
to pro hac noſtra parte, & cũ hæres ſcriptus fuiſ-
ſet inſtitutus, & reſtrictè quidem in ſolo vſufru-
ctu, iuri accreſcendi locus, vt ſuperius docuimus
20 in quarto fundamento, eſſe non poterat, atque id
circo agnati ipſi, vti tacito ſaltem teſtatricis iudi
cio vocati, debent admitti, Barto.in l.toto,§.fra-
tre, de legat.2.& pulchrè explicat interpres Ale-
xand.conſil.162.volum.2.

Ad ſecundum reſpondetur cum in caſu deli-
cti nominatim vocati eſſent, deficientibus Cle-
mente, & Donato, & eorum filiis, ipſi agnati, non
opus erat ea ratione, quia volo &c. cum per ſe iã
valida eſſet diſpoſitio, quare ne abundanter ea
clauſula appoſita cenſeatur, admittemus ex ea fi
21 deicommiſſum in quocunque caſu induci, ſicque
intelligendus eſt Riminaldus iunior eo. conſilio
604.nu.88.& 89.lib.6. vel dicendum quod con-
tra magis receptam ſententiam loquatur, quæ
ea eſt, vt quotieſcunque hæc ratio adijcitur di-
ſpoſitioni aliàs validæ, ſemper inducat fideicom
22 miſſum, in quocunque caſu, ſiue mortis, ſiue alie-
nationis, vt de magis cõmuni atteſtatur Petrus
à Petra excitato loco.

Ad tertium animaduertatur dictionem illam
Vt ſupra, referri ad pręcedentem qualitatẽ agna
torum demonſtrandam, quod ſcilicet eſſent pro-
ximiores ſanguine iuncti maſculi, & legitimi, &
quatenus dixit, & modo quo ſupra, voluit ante-
cedentem ſuccedendi modum commonſtrare,
23 ſcilicet, vt deficientibus maſculis legitimis fœmi
næ admitterentur, & ſic reddendo, & referendo
ſingula ſingulis, vt fieri debet & decet, gloſ.in §.
tutor autem, in verbo, epiſtolam, Inſtit. de auth.
tut. Crauet.conſil.328.num.17. Simon à Prætis
de interpret.vltimarum volunt.lib.2.fol.1.num.
266.circa medium, fol.173. apparet illas dictio-
24 nes magis demonſtrare, quàm limitare, & coar-
ctare, maximè cum non ſint adiectæ verbo præ-
cedenti diſpoſitiuo, velut ſi dictum fuiſſet, Quia

volo

volo quod in caſibus prædictis, vel de quibus ſupra tantum conſeruentur bona in agnatione, vt declarat Borgninus deciſ.17. nume.72. parte 3. & deciſ.18.circa finem, ver. vnde benigne lector, & deci.19.num.78.ea.parte 3.& in his terminis loqui videtur Riminaldus iunior eo.conſil.601. num.51.& 89.lib.6. & confirmatur, quia in dubio ſemper verba ipſa potius demõſtrant, quàm
25 reſtringant, aut taxent, Crauet.conſil.301.nu.5. Peregrinus ſæpius excitato tractatu de fideicommiſſis, artic.16.nume.110.&c.

Quare ex his puto ꝙ contra dictũ eſt optimè refelli, atque cauſam agnatorum, vti menti teſtatricis valde conſentaneam, eſſe potiorem, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO VENERANDIS Religioſis Patribus Sacræ Societatis Ieſù.

ARGVMENTVM.

Tranſactio de re eccleſiæ facta, quas deſideret ſolemnitates, & quibus rationibus reſcindi poſſit, & res emphyteutica auocari.

SVMMAE RERVM.

1 Tranſigere non poſſunt prælati eccleſiarum de re eccleſiæ, etiam emphyteutica, niſi ſeruatis ſolennitatibus in alienationibus rerum eccleſiæ ſeruari ſolitis.

2 Tranſactio de re eccleſiæ debet fieri cum autoritate ſuperioris, & cum debitis tractatibus, aliàs nulla habetur.

3 Emphyteuticus contractus continetur ſub prohibitione alienationis rei eccleſiæ.

4 In emphyteuſim res eccleſiæ ſolita dari, poteſt dari ſine ſolemnitatibus aliàs requiſitis.

5 In emphyteuſim res eccleſiæ conſueta dari, debet dari adhibitis debitis ſolemnitatibus, quoties ſit facta de menſa eccleſiæ, & fiat alio modo, quã antea ſoleret.

6 Eccleſiæ res non poteſt dari in emphyteuſim, cum clauſula, & quibus dederit, niſi ſeruentur debitæ ſolemnitates in alienationibus rerum eccleſiæ deſideratæ.

7 Emphyteuſis eccleſiæ ex Mediolan. obſeruantia ad extraneos non tranſit.

8 Locatio bonorum eccleſiæ, ſi à prælato fiat in conſanguineos, præſumitur ſuſpecta.

9 Fraus præſumitur ſi bona eccleſiæ dentur in emphiteuſim cũ pactis inſolitis, & eccleſiæ onerosis.

10 Fraudis ſuſpicio augetur ſi res eccleſiæ detur perſonis prohibitis in emphyteuſim.

11 Potenti ſi locetur res eccleſiæ, facta dicitur eccleſiæ conditio deterior, ob conueniendi perſonam potentis, difficultatem.

12 In emphyteuſim res eccleſiæ etiam ſolita dari, ſi detur conſanguineis fraus præſumitur.

13 Tranſactio propter metum, vel impendentis litis, vel potentia aduerſariorum irrita eſt facienda.

14 Metus coniecturis probatur iudicis arbitrio.

15 Metus probatur coniecturis, à naturali iudicio proficientibus, maxime ſi ſit alienatio, ſine iuſta cauſa.

16 Metus timor, pro ipſo metu habetur.

17 Metus litium dicitur etiam iuſtus metus.

18 Venditio tanquam metu facta, reſcinditur, quando ſit propter timorem, ne opprimeretur.

19 Contractus celebratus cum viro valde potenti propter importunas eius preces, vel blanditias, videtur reſcindendus, tanquam metu factus.

20 Cauſa finalis dicitur quæ importatur per illa verbo, & non aliter nec alio modo.

21 Sapiens ad omnia aduerſa, ſe munitum, & inuictũ præſtat.

22 Tranſactio debet fieri ſuper re dubia, & incerta, & ſi fiat ſuper re certa nullius eſt momenti.

23 Tranſactio facta ſuper re clara, doli habet coniecturam.

24 Caducitatem remittere non poteſt præſul abſq; conſenſu capituli, vbi eccleſia collegiata ſit, ex com. doctor. ſent.

25 Alienatio facta ſaluo iure domini, & nõ aliter nec alio modo, caducitatis pœnam non affert.

26 Emphyteuta nouus tenetur locationis renouationem, & recognitionem petere intra annum à die traditionis.

27 Emphyteuſis ſubalterna conſtitui non poteſt ſuper re emphyteutica ab emphyteuta, ſine domini conſenſu.

28 Emphyteuta expelli poteſt, ob factam rem deteriorem, vel ſi in re conducta malè verſetur, vel ſe gerat.

29 Deterior res fieri dicitur, quando à primo ſtatu diminuitur.

30 Emphyteutica res ſi in vna parte fiat deterior non excuſatur ob factam rem ipſam meliorem in alia parte.

31 Emphyteuta cadit, ab emphyteuſi ob non ſeruata pacta.

32 Emphyteuta non poteſt alienare in perſonam prohibitam etiamſi denuntiam tranſmittat domino directo, & ille nihil reſpondeat.

33 Emphyteutica res poteſt in conſortes alienari, etiã ſi aliàs dici poſſent patentes, quia eorum fides approbata videtur.

34 Conditionis euenientis tempus debet attendi, & ſpectari, an qualitas deſiderata eo tẽpore inſit.

35 Qualitas vel cauſa ad actum deſiderata debet adeſſe, eo tempore quo ea indigemus, nec ſufficit, quod antea, vel poſt adfuerit.

CON-

CONSILIVM CCXXI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

COmmunis, & recepta eſt om-
nium ſentẽtia, quod præſules
ſeu prælati eccleſiarum non
poſſint tranſigere de re eccle-
ſiæ, ſiue poſſeſſionem petant,
ſiue ab eis petatur, quia cum
ipſa tranſactio ſit alienationis ſpecies, merito cõ
ſideratur conſenſus collegij ſeu capituli, & ſupe-
1 rioris auctoritas, & alia ſolemnia, quæ in aliena-
tionibus huiuſmodi à iure exiguntur; Eccleſia
enim tanquam pupilla parente orbata ſe totam
committit tutelæ boni, & vigilantis præſulis, in-
quiens: per hanc dexteram te oro, per tuam fi-
dem te obteſtor, ne me deſeras, ſuſceptum ve of-
ficium paternum: nec patiaris, vt cogar dicere;
heu infelix, & miſera, cui fortunas meas commiſ
ſi futili? ne patri, qui me perdidit? ſed multũ nũ-
quam auferes, aut diuina dimittet iuſtitia, vt tra
dunt glo. & Barto. in l. nulli, de tranſactio. Cac-
cialupus tract. tranſac. quæſt. 7. num. 8. Rodoa.
tract. de rebus eccleſiæ non alienandis, ſub rubr.
de ſignificatione verbi, alienatio, num. 18. fol. 4.
Simoncellus tract. de decretis, lib. 2. titu. 6. num.
104. Vnde cum trãſactio de qua agitur, ſit facta
2 ſine autoritate ſuperioris, & ſine debitis tractati-
bus, conſilij enim res eſt, cap. ſine exceptione, 12.
quæſt. 2. & cap. fina. de rebus eccleſiæ non alie-
nand. & notatur in l. prædium, C. de prædijs mi-
norum, Rodoa. eod. tract. ſub rubr. de tractatu,
& ſub rubr. de autorit. prælati, atque etiam alia
de iure ſeruanda neglecta ſint, vt commemorat
Fabianus à Monte trac. de empt. & vendit. parte
5. in princ. artic. 6. ſub rubr. de rerum eccleſ. alie-
nat. num. 117. equidem inanis efficitur ea tran-
ſactio, præſertim cum emphyteuticus cõtractus
3 quo vtile dominium alienatur, contineatur ſub
ea prohibitione, atque eaſdem deſideret ſolem-
nes qualitates, vt probat idem Rodoa. ſub rubr.
de emphyteuſi, num. 1. & infra.

Nec hic obſtat ſi dicatur cum hydromyla ſeu
4 molentrina hæc eſſet ſolita, & conſueta in em-
phyteuſim dari, potuit id fieri poſthabitis illis ſo
lemnitatibus, vt communem dicit Clarus, §. em
phyteuſis, quæſt. 6. in princ. & firmat Rodoa. ea
rubrica de emphyteuſi, num. 24. & de infeuda-
tione eccleſiaſtica, num. 11. & Alba, conſil. 342.
num. 49. vbi ait ſolitum etiam probari, ex vna
tantum locatione.

Quia reſpondetur hanc concluſionem proce-
dere vbi duo accedant, & quod res illa non ſit ef-
fecta de menſa eccleſiæ; & quod ſit facta eo mo-
do, quo antea fieri conſueuit, quorum vtrumque
nedum probatur in caſu noſtro, ſed prorſus de-
eſt: quia imo cum ille Abbas, & monachi eo in-
ſtrumento tranſactionis anni 1469. teſtati ſint,
rem ipſam pertinuiſſe, & pertinere, & ſpectare
iure dominij ad ipſam eccleſiam, conſequitur,
5 vt iam effecta dici poſſet de menſa eccleſiæ, & eo
rum aſſertioni ſtandum videtur ad effectum, vt
non valerent illam denuo in emphyteuſim con-
cedere, vt ex alijs explicant Clarus §. feudum,
quæſt. 13. verſi. ſed nunquid, & plenius, & fuſius
videndus Maſcard. tract. probat. in verbo, bona
per prelatum poſſeſſa, concluſ. 203. num. 5. & 8.
& licet non cõſtet tunc Abbatem, & Monachos
fuiſſe in poſſeſſione, ſatis eſt, ſi faſſi fuerint iure
dominij pertinuiſſe, & ſpectaſſe ad ipſam eccle-
ſiam, & forte etiam poſſederunt, licet propter po
tentiam aduerſariorum, tunc fuiſſent ea ſpoliati,
ſi enim ſpectaſſe iam dicitur ad eccleſiam eſt ne-
ceſſario concedendum, vt iam effecta eſſet de mẽ
ſa eccleſiæ, & ideo non potuit locari ſine debitis
ſolemnitatibus, vt affirmant Clarus, & Maſcard.
locis proximè excitatis. Rurſus cũ appoſita fue-
rit clauſula illa, Et quibus dederit, contra ſimpli-
cem naturam emphyteuſis eccleſiaſticæ, quæ li-
cet poſſit etiam concedi cum ea clauſula, tamen
6 id fieri debet ſeruatis debitis ſolemnitatibus in
rerum eccleſiæ alienatione deſideratis, vt ſcribũt
Clarus §. emphyteuſis, quæſt. 6. verſic. ſed nun-
quid, & melius quæſt. 28. verſic. & in ſpecie, &
Mediolani ſeruatur, vt emphyteuſis eccleſiæ nõ
7 tranſeat ad extraneos, vt fidem facit Alba rela-
to conſil. 342. num. 1. nec docetur, quod antea
præcederent huiuſmodi amplæ locationes em-
phyteuticæ, imo contrarium pro parte eccleſiæ
probatur, quod ſcilicet, eſſent, vel ſimplices loca-
tiones, vel ad longum tempus, vel emphyteuticę
abſq; huiuſmodi pactis, & clauſulis, & ideo ma-
8 gis eſt dicendum, cum ea conceſſio facta ſit con-
ſanguineis, quę idcirco redditur ſaltem ſuſpecta,
vt ſentit Clarus eod. §. feudum, quæſt. 13. verſic.
vlterius quæro, Redoanus, videndus ea rubrica
de emphyteuſi, num. 31. qui inquit feudum præ
9 ſumi, ſi fiat cum pactis inſolitis, & eccleſiæ one-
roſis, grauibus atque ponderoſis, vt hic; & auge-
tur ſuſpicio, cum dicatur facta perſonis prohibi-
10 tis acquirere, contra l. 3. C. de iure emphyteuti-
co, nempe potentioribus, vnde eo magis neceſ-
ſaria erat ſuperioris authoritas pro derogatione,
cum tunc longe deterior facta diceretur eccleſiæ
conditio propter difficultatem conueniendi hu-
11 iuſmodi potentes, l. 2. ff. qui ſatiſda. cogant. gloſ.
in ca. potuit, in verbo, prohibentur, de locato. &
ita in proprijs terminis, quando etiam res ſolita
in emphyteuſim dari concederetur conſangui-
12 neo potentiori, tradit Iaſ. ea. l. 3. num. 97. & opti
me facit Baldus videndus in cap. præterea, §. in-
ſuper, de prohibita feudi aliena. per Federicum,
& l. prima, col. 7. verſic. vaſalli, C. de ſeruis fugit.
Specu. de feudis, ſub rubr. de homagijs, & fideli-
tatibus, num. 63. Clarus, §. emphyteuſis, quæſt.
22. Rodoan. eod. tracta. ſub rubr. de caducitate
ob rei alienat. §. emphyteuta, num. 4. 5. & 6. &
Corbulus tracta. ex quibus cauſis emphyteuta
priuetur iure ſuo, de cauſa priuationis ob aliena-
tionem

tionem ampliat. 12. nume. 2. 3. & infra, & cum
in ea tranſactione dicatur aliàs, & aliter ſi non
facta fuiſſet ipſa locatio modo, & forma infra-
ſcriptis, quod ipſi non intendebant, nec voluiſ-
ſent vllo modo ea bona dimittere, & ſi adſint il-
la verba quæ continentur in exemplo dato à par
te aduerſa, ſcilicet, vt coacti, & legitime compulſi
id facere etiam noluiſſent, res eſt expedita, tan-
quam per vim, & per manum opulentam factū;
quod ab ipſis legibus, & ab æquali iure remotiſ-
ſimum eſt, vel ſi ante verbum coacti, & compulſi
adſit dictio ſcilicet, niſi coacti, & compulſi; legi-
timè volebant relaxare, quod ego tanquam ve-
riſimilius puto verius, dicendum vtroque caſu
videtur, vt tranſactio irrita ſit facienda velut fa-
13 cta propter metum, vel impendentis litis, vel po-
tentiæ aduerſariorum, qui ipſa bona occupaue-
rant, & qui illa nolebant dimittere, aut relaxare,
non allegata aliqua iuſta cauſa poſſeſſionis, &
qui omnibus viribus atq; opibus eis repugnaſ-
ſent, & eos non modo viciſſent, ſed vinxiſſent, l.
metum, §. ſed quod prætor, & eod. §. volenti, ff.
quod metus cauſa, Aret. conſil. 14. col. 10. verſic.
venio nunc ad tertium dubium, Dec. conſi. 219.
num. 1. 2. 3. & hæc eadem metus ratio compro-
batur propter grauem, & enormem ipſam læſio-
nem, tum quia antiqua penſio fuit diminuta, cū
tamen beneficio temporum fuiſſet potius augen
da: nam antea erat molẽtrina locata pro viginti
quatuor mediolis ſeu ſtarijs ſicalis annuis, & ſi-
ne illis pactis, & clauſulis, & quibus dederit, & a-
lijs eccleſiæ onerosis, & tunc fuit locata niſi pro
viginti; tum etiam quia eccleſiæ conditio erat fa
cta longè deterior ob potentem qualitatem em-
phyteutarum, qui erant formiduloſi, & quibus
morem gerere coacti fuerunt ipſi Abbas & mo-
nachi, ne illis præſertim turbulentis temporibus,
deteriora damna acciperent, in alijs ſuis bonis vi
cinis, quod facile euenire dubitari poterat, ſi eos
ſibi iratos habuiſſent, & vulgo dici ſolet, eſſe non
modo liberale nonnunquam paululum de iure
ſuo decedere, ſed interdum etiam fructuoſum,
vnde cum coniecturis, etiam Iudicis arbitrio, me
14 tus probetur; inde ſatis probatus dicitur, vt expli
cant præſes Menoch. de arbitr. iud. caſu 135. &
136. Maſcard. tract. probat. in verbo, metus qui-
bus caſibus præſumatur, concluſ. 1055. & con-
cluſ. ſequenti, & ſufficiunt etiam coniecturæ pro
ficiſcentes ex naturali iudicio, inſpecto eo, quod
eſt veriſimile, velut quando ſit alienatio ſine iu-
ſta cauſa, vel quando quis læditur, vel aliquid re
15 mittitur quod non eſt veriſimile eum voluiſſe re
mittere, vt ſcribit Alba conſil. 77. num. 24. qui
ait num. 11. timorẽ metus pro metu haberi, & pa
16 ria eſſe aliquem fuiſſe coactum, vel potuiſſe cogi,
vt is idem proſequitur, conſil. 423. num. 14. &
metus litium dicitur etiã iuſtus metus, vt inquit,
17 Ripa in l. explicito, §. ſublata, ff. ad Trebel. & id
ſatis etiam probatur in caſu noſtro ex illis verbis
alias, & aliter ſi nõ fieret, & facta fuiſſet præſens
locatio prædictis modo, & forma, non intende-
bant relaxare bona ipſa eccleſiæ, quæ aperte de-
monſtrant, quem eſſe compulſum atque perpul-
18 ſum, timoreque perterritum, & ideo quando ven
ditur fundus propter timorem ne opprimere-
tur reſcindi debet venditio tanquam metu fa-
cta, l. ſi per impreſſionem, C. quod metus cauſa,
& contractus celebratus cum viro valde poten-
ti, propter importunas eius preces, vel etiam blã
ditias quæ metui comparantur, & qui, vt noſtri
19 aiũt, dicitur impreſſiuus quoad reſciſſionem, ſe-
cundum aliquos eſt ipſo iure nullus, & ſecũdum
omnes, omnino eſt reſcindendus, vt ſentiunt In-
nocent. in cap. petitio, de iure iurando, Bar. tract.
de tyranno, in 6. quæſt. & multa ad rem affert Pa
ris de Puteo tracta. de ſyndicatu, ſub rubrica de
officio ſyndicorum, in verbo, ſyndicantur etiam
officiales ſi concuſſionem fecerint, fol. 40. ſecun-
dum paruam impreſſionem; num. 2. & 8. & 11.
& infra pluribus ſequent. & cum nulla ſubeſſet
iuſta cauſa compoſitionis, quia non conſtabat,
qua ratione, & quo iure poſſiderent aduerſarij
ea bona, quæ apparebant iuris eccleſiæ antiqui-
tus fuiſſe, & tunc eſſe, & tot iuſtæ rationes obſi-
ſterent, merito eſt retractanda, & ex illis verbis
narrationis facti, maximè adiunctis dictionibus
illis reſoluẽtibus, ſcilicet Alias, & Nõaliter; oſtẽ
ditur cauſa potiſſima finalis ipſius tranſactionis,
20 quæ fuit ſcilicet ipſa oppreſſio, & occupatio bo-
norum ad eccleſiam ſpectantium, vt docet Bart.
omnino videndus in l. fina. num. 1. ff. de hæred.
inſtituen. & l. 1. in prin. ff. ad Macedon. Dec. con
ſil. 600. num. 1. & infra. Et quamuis hæc rès val-
dè perturbare ſoleat humanas mentes, ſapiens
tamen vir minime commouetur, imo quemad-
modum cælum hoc in quo nubes, imbres, venti-
que coguntur ſupra elementa ſemper ſerenum
eſt, nec eius ſerenitas perturbatur confuſa elemẽ
torum repugnantia: quemadmodum ſol, qui a-
ſtrorum obtinet principatum, per ſe lucet ſplen-
didiſſimis radijs illuſtratus, nec eius lumen in ſe
clariſſimum turbulenta aliqua tempeſtate obſcu
ratur, aut obruitur: ita etiam qualis eſt hic mũdi
ſtatus ſupra lunam, talis eſt ſapientis animus, qui
eſt vir inter viros, ſemper enim ſerenus eſt, ple-
nus gaudio, hilaris, & placidus, & inconcuſ-
ſus eſt ad omnem in eum armati hominis impe-
tum, ad omnem hoſtium incurſum munitus, &
intentus, imo tanquam quadratum fortiſſimo-
rum militum agmen, ab omni parte pugnæ para
tum, facile hoſtium phalangem perfringit, & ea
quæ premunt, & impediunt facile tranſit, non ſi
paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi
dolor impetum fecerit, pedem refert aut turba-
bitur, vel ruet, nec aduerſorum ventorum vi agi-
tatus ſe patietur euerti, ſed partim fretus virtutũ
conſcientia, vnde verum manat gaudium; par-
tim diuini numinis potentia nixus, in quo vno
omnem ſpem repoſitam habet; partim fultus tã-
quam firmiſſimo præſidio cogitatione huius mũ

di,in quo inſtabilia, & caduca omnia conſpiciũ-
tur;& cæleſtis illius gloriæ,in qua ſtabile, & fixũ
permanet bonum,gaudens,fortis, iuſtus,& tem-
peratus,cuique aduenienti,& in eum irruẽti tur-
bæ,omnium calamitatum, veteranus miles, ex-
celſi atque inuicti animi obuiam prodibit,recte-
q́ue inuictus prædicabitur:quãdoquidem ſi cor-
pus conſtringatur, animo tamen vincula nulla
inijci poſſunt; nec eum imparatum aliqua repẽs
cura lacerabit, aut ipſe idem imparatus, in pa
ratos hoſtes aut laqueos incidet; cum ſapientis
ſit,nihil admirari cum acciderit,nihil antequam
euenerit,non euenire poſſe arbitrari; cum ſapien
ti,vt ait Diuus Ambroſius, patronus noſter,ni-
hil alienum ſit,niſi quod virtuti incongruũ:quo-
cunque acceſſerit, ſua omnia, totus ei mundus
poſſeſſio eſt;quoniam toto eo quaſi ſuo vtitur:ſi
quid aduerſi euenerit, repente cogitabit, ſi con-
ſilio humano valeat conſulere rebus ſuis,mederi
incommodis, & prouidere ſaluti, ſtatimq́ue ſa-
pientia ſua ſalutaria, & opportuna adhibebit
remedia:ſin minus, ad Dei nutum,cui omnia pa
rent,ſe conformabit,& æqui boniq; faciet,quod
tanta maieſtas iuſſerit, ſupremaq́ue tulerint fa-
ta;quibus aduerſari nefas eſt, & ſuam ad diuinã
accommodans voluntatem, ex rebus etiam ad-
uerſis, animi lætitiam, & voluptatem capiet,&
ad Deum humili voce conuerſus,dicet; Pater no
ſter qui es in cęlis, ſanctificetur nomen tuum,ad
ueniat regnum tuum; fiat voluntas tua ſicut in
cęlo & in terra, &c. Sed vt iam ad propoſitum
redeam à quo paulum digreſſus ſum, dum ſapiẽ
tis viri conſtantiam,& in aduerſis, & in ſecundis
rebus tranquillitatem animi & ſecuritatem ex-
tuli,& commendaui,quæ flectitur,ſed non fran-
gitur vndis.

Accedat etiam quod tranſactio fieri debet ſu
per re dubia, & lite incerta, etſi comperiatur, vt
22 hic,nullam litem extitiſſe, vel probabiliter inci-
piendã fore, vel extitiſſe; ſed de re non dubia,&
ex falſa ſuggeſtione redditur trãſactio inefficax,
& nullius momenti, quia ſi de iure aliquod pro-
babile dubium non doceatur,præſumitur potius
ſimulatio inter partes cõcordes, vel dolus vnius
23 partis decipientis alteram,vt late proſequitur vi
dendus Alba conſ.543. num.8. & conſ.245.nu-
me.3.conſ.310.num.11.& conſ.251. nu.32.

Secundo cum poſtea anno 1550. à præſule
proteſtata fuiſſet caducitas cõtra Madium nũc
emphyteutam,ſub prætextu quod acquiſitio fa-
cta fuiſſet,domino non requiſito, non potuit ip-
ſe ſolus eam caducitatem remittere, cum eſſet
24 collegiata eccleſia, vt communem fatentur, Iaſ.
videndus in l.2.num.130. C.de iure emphyteut.
Clarus,§.emphyteuſis, quæſt.10. verſ. ſed nun-
quid Redoanus, ſub rubr. de infeud. eccleſ. per
prælatos,num.4. Corbulus excitato tractatu de
cauſa priuat.ob non ſolutum cano. limitat.21.
numero 5.

Et quatenus forte ea alienatio facta ab Orũ-
bello ipſi Madio, poſſet defendi,cum facta ſit ſal
uo,& reſeruato iure domini, cum clauſula reſol-
25 uente,& non aliter,nec alio modo, vt communẽ
fatetur Clarus, eod.§. emphyteuſis, quæſt.13.
verſic.item quæro. Corbulus,de cauſa priuat.ob
alienat.limit.37.

Attamen reſponderi poteſt,cum res ipſa tra-
dita ſit,teneri tamen petere intra annum locatio
nis renouationem,quod cum omiſerit,cecidit,&
26 ſui iuris iacturam fecit, vt ſcribit idem Corbul.
ſub rubrica de cauſa priuationis ob non petitam
inueſtituram intra legitimum tempus.

Rurſus cum alienatio facta in ipſum Orum-
bellum has clauſulas non haberet, ſubire debet
emphyteuta pœnam,qua à iure ſuo cadit, tanto
magis, cum ex inſtrumento anni 1538. conſtet
ſuper ipſa Molentrina conſtitutam fuiſſe an-
nuam penſionem, ſeu fictum libellarium ſtario-
rũ 28. mixturæ Corneliæ de Meliauachis: quod
cum ſit ſpecies alienationis, facere id non potuit
27 emphyteuta ſine domini conſenſu, vt ita ſeruari
teſtatur Clarus,eod.§.emphyteuſis,quæſt.20.

Tertio cum conſtet tempore tranſactionis in
ipſis bonis emphyteuticis abeſſe, vt aiũt follam,
& ea nominatim data fuerit in emphyteuſim,
nunc autem deficiat, ex capite factæ rei emphy-
teuticæ deterioris; & quod in re emphyteutica
conductor male ſe geſſerit, maleq́ue verſatus ſit,
nec ex bona fide negotium commiſſum confece-
rit,res ipſa pôt ab eo per eccleſiã dominã directã
auocari, prouida enim lex animaduertens latè
28 patere hoc vitium, & in multis eſſe,duxit magni
tudine pœnæ maleficio improbos ſummouere;
vt tradit Iaſ. in l.2. num.98. C. de iure emphy-
teutico:& communem fatetur Clarus,eod.§.em
phyteuſis, quæſt.26. res enim deterior fieri dici-
29 tur,quando à primo ſtatu diminuitur, vt inquit
Redoanus, ſub rubr.de caducit. ob rei deteriora.
num.5. nec excuſari poſſet emphiteuta, quod in
alia parte emphyteuticum fundum, meliorem
forte fecerit; quia non admittitur huiuſmodi cõ
30 penſatio, vt idem ibidem probat, num.16.& id
maxime dicendum eſt, cum notabile ſit hoc de-
trimentum,& circa ipſam proprietatem,& vltra
pactum generale meliorationis, quod in locatio
ne paſſim apponitur, & ſingulare pactum,quod
ſuis expenſis deberent emphyteutæ reficere, &
manutenere ipſum molẽdinum, & follam: vnde
fit,vt ob non ſeruata pacta,& ob ſpretam conuẽ
tionis legem,quam bona fide factam,ſeruari prę
tor æquiſſimus ait,emphyteuta cadat à iure ſuo,
vt probat Iaſ.in l.1.nu.11.ver.item 2. C.de iur.
31 emphyt.ſed ne in rebus apertiſſimis nimium lon
gus ſim, ex his dici poteſt ipſum emphyteutam
non eſſe in caſu faciendæ denuntiationis domi-
nis directis, vt ſcilicet intendat vendere alij ip-
ſum vtile dominium, nam perdifficilis, & lubri-
ca eſt hæc defenſionis ratio, quæ proponitur, cũ
illud pleno iure,ex iam adductis ſpectare videa-
tur, iure cuiuſdam ſolidæ reuerſionis ad dominũ
directum,

directum, venerandos ſcilicet patres ſacræ ſocietatis Iesù, verum vbi etiã eſſet in caſu denunciationis, conſtat eam alienationem fieri non poſſe potenti viro; cum tam ex iure communi, quam ex lege conuentionis ſcripta in eo inſtrumento tranſactionis anni 1469. is ſit prohibitus acquirere: cum nemo velit hos ſocios habere ad epulas, & ſæpe apud eos vacillet iuſtitia, vel iaceat
32 potius, vt tradit, glo. in cap. potuit, in verbo, prohibentur, extra locat. & pactum vetet ne alienatio fiat in perſonas à iure, vel à conſuetudine prohibitas, & præſertim in Capitaneum.

Nec aduerſatur, vt cum à principio facta ſit locatio in affines ipſius potentis viri, ipſe tanquã ex conſortibus ipſius emphyteuſis, quorum per-
33 ſona, & fides approbata videtur, poſſit acquirere, vt declarat Corbulus excitato tractatu, ſub titu. de cauſa priuat. ob alienat. ampliar. 12. num. 7.

Quia reſpondetur contrariã concluſionẽ procedere in conſortibus ipſius emphyteuſis, ſcilicet ſi vnus emphyteuta velit in aliũ coemphyteutã alienare; ſecus ſi non ſit amplius ex conſortibus, quia debet attendi tempus euenientis conditio-
34 nis, & ſpectari qualitas, quæ eo tempore ineſt, vt egregiè docet Bald. in l. ſi quis hæredem, num. 2. verſic. ſed ſi qualitas, C. de inſtitu. & ſubſtit. l. in delictis, §. ſi extraneus, ff. de noxalibus, Bart. in l. Titius, de milit. teſtamento, l. 1. §. ait prætor, ff. ne quid in flumine publico, & qualitas, vel cauſa
35 requiſita, debet abeſſe eo tempore quo indigemus, nec ſufficit quod antea adfuerit, vel poſt, accedat, glo. in clemen. vt ij, qui, in verbo, cõſtitutus, de ætate & qualitate, Dec. conſil. 24. nume. 2. & 3.

Rurſus cũ in eo dicatur abeſſe qualitas ductoris militum ſeu Capitanei, quę non inerat in ſuis maioribus, & res iam ad eum caſum peruenerit, à quo non poteſt inchoare tanquam noua perſona, eſt conſiderandus, in quã cum alienatio prohibita ſit tam diſpoſitione iuris communis, quã ex lege conuentionis, denunciatio inanis eſt habenda.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IOANNE IACOBO Criſpo.

ARGVMENTA.

Agnatum qui ſe dicit, huiuſmodi ſe eſſe legitimè probare debet, & in tali gradu, & ſtatu, vt ſuccedere queat, & an legitimatus agnationis iura nanciſcatur.

Aditio hæreditatis quibus actibus inferatur, & an ex partis legatorum ſolutione, vel ex dato de eis ſoluendis mandato.

Fideicommiſſum an generale, vel magis ſingulare ſit dicendum, & an in contractu illud ſcribi poſſit.

ARGVMENTVM.

1 *Actor tenetur probare quod ſuæ intentionis eſt fundamentum, & vbi id non probet, reus abſoluitur.*

2 *Negatiua eſt probanda ab eo qui in ea ſe fundat, & ſi improbabilis eſt taceat.*

3 *Probatio debet eſſe concludens, & neceſſaria.*

4 *Probatio vbi requiritur per modum conditionis, debet eſſe vera, & non coniecturalis.*

5 *Agnatum qui ſe dicit, talem ſe probare debet, & legitimum quidem, & in tali gradu vnde ſuccedere poſſit, ex com. doct. ſent.*

6 *Conſanguinitas an inſtrumentis probari poſſit.*

7 *Plures perſonæ præſumuntur quando extant aliquæ coniecturæ.*

8 *Enunciatiua verba an probent quem legitimum & an obſint tertio, & an quando denunciato principaliter diſputatur.*

9 *Confeſſio cum qualitate ſcindi non poteſt, ex com. doctorum ſent.*

10 *Teſtes in alio iudicio examinati, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem non probant.*

11 *Gradus conſanguinitatis, vel affinitatis in materia ſucceſſionis legitimè probandus eſt.*

12 *Iuriſdictionis vitium non comprehenditur in ſtatuto omnes defectus remouente.*

13 *Nullitas tangens defectum fundamenti proceſſus non poteſt per iudicem appellationis reformari.*

14 *Sententia ſine petitione lata eſt nulla.*

15 *Sententia nulla, & non ſolemnis, rectè iniuſta dicitur largè ſumpto vocabulo.*

16 *Sententia ſuper ſtatu perſonæ lata, quando faciat ius inter omnes, & alijs non citatis non præiudicat, ſi cum patre iudicium factum non ſit, ex cõmuni doctorum. ſent.*

17 *Ennunciatiua verba non probant, vbi de ennunciato principaliter in alio iudicio diſputari contingat.*

18 *Inſtantia data argumentum corruit.*

19 *Producens inſtrumentum, videtur fateri ea omnia quæ in eo ennunciantur.*

20 *Legitimatus licet ſuccedere non poſſit, an ei poſſint alij ſuccedere.*

21 *Succeſſiones conuenit eſſe æquales.*

22 *Legitimationi an conſentire poſſint, qui tempore legitimationis nati non erant, vel ſaltem concepti.*

23 *Agnatus Auo non dicitur, conceptus, poſt mortem Aui.*

24 *Diſpenſatio non comprehenditur in legibus de legitimatione loquentibus; nec diſpenſatus agnatis ſuccedit.*

25 Filij

25 *Filijs Baſtardorum licet relinqui poſſit ex teſtamẽto, ab inteſtato tamen ſuccedere nequeunt, nec gaudent beneficio ſtatuti de re paterna luenda, nec dicuntur nobiles, nec de domo.*

26 *Legata non debentur niſi adita hæreditate.*

27 *Legata ſoluendo, vel ſoluere offerendo hæres cenſetur hæreditatem adire.*

28 *Adire hæreditatem defuncti cenſetur hæres, ſi ſimpliciter debitum defuncti ſoluat.*

29 *Adire hæreditatem quis cenſetur, ſi legata pia ſoluātur, vel detur mandatum de eis ſoluendis ex communi doct. ſent.*

30 *Legatum eſt donatio à defuncto relicta ab hærede præſtanda.*

31 *Aditio inducitur ex retentione debiti quod hæres defuncto debebat, & maxime ſi debitum eſſet pœnale iuratum & multum tempus elapſum eſſet ex com. doct. ſent.*

32 *Aditio hæreditatis inducitur ex diuturna poſſeſſione ipſius hæreditatis.*

33 *Repudiatio hæreditatis inducitur ſi hæres à cohæredibus petit vniuerſum creditum quod ſibi debebatur à defuncto.*

34 *Aditio & Repudiatio, cum ſint termini appoſiti pari paſſu ambulant, & coniecturis probantur.*

35 *Hæreditas potius lucri, quam dāni plena facilius aditur.*

36 *Hæredes, & ſucceſſores habere, defunctorum valde intereſt; quia ſi hæredem non habeant magna afficiuntur iniuria.*

37 *Hæres neceſſarius ideo hæres efficitur, quia magnum eſt dedecus defuncto hæredē non habere.*

38 *Hæredem ſi defunctus non habeat in quam adducatur vituperationem, & qui de eo ſit ſermo eleganter explicatur.*

39 *Iniuria vni fratri facta, alteri facta cenſetur.*

40 *Frater hæreditatē interdum damni plenam adit, vt paternæ famæ conſulat.*

41 *Coniectura vna alteram tollit, & fortior debiliorem.*

42 *Coniectura fortior dicitur quæ eſt benignior, & magis ſingularis, & in naturali iure conſiſtit, & quæ animæ fauet.*

43 *Alienis in rebus diſtrahendis homines ſunt difficiliores, in proprijs vero proniores.*

44 *Aditio infertur ex actibus, qui contra ius & nomen hæredis fieri nequeunt.*

45 *Aditio magis inducitur ex ſolutione legatorum, quam ex ſolutione alterius debiti.*

46 *Proteſtatio contraria facto non attenditur, quādo agitur de actu cum alio geſto, vel qui cum alio cõmunicetur, & ideo ſoluens legata, etiam ſi proteſtetur id facere citra animum adeundæ hæreditatis nihil agit, ex magis com. doct. ſent.*

47 *Proteſtatio etiam contraria facto non iuuat in actibus à noſtra voluntate pendentibus, ſi ex interuallo fiant, quia poſteriora derogant priorib.*

48 *Proteſtatio dubia non tollit factum certum ſicut contra.*

49 *Aditio vbi velit induci ad commodum hæredis facilius inducitur quam ad eius incommodum, & ideo eius declarationi ſtatur.*

50 *Hæredis aſſertioni & confeſſioni ſtatur in inducenda aditione.*

51 *Confeſſione nulla eſt melior probatio, & facit rem manifeſtam, & ſuperat omne probationis genus.*

52 *Aditio diuidi non poteſt, quia quis non poteſt eſſe pro parte hæres, & pro parte non, ne contingat quem pro parte teſtatum, & pro parte inteſtatum decedere.*

53 *Falcidia de legatis deducitur, ſed non de pijs, & vbi adſint vtraque legata pia ſcilicet, & nō pia pro rata deducitur.*

54 *Falcidia deducitur etiamſi ex iure municipali Mediolani, quis non poſſit eſſe hæres cum beneficio legis & inuentarij.*

55 *Aditio partis concludit aditionem totius, ex communi doctorum ſent.*

56 *Proximior in gradu eſt potior in ſucceſſione.*

57 *Tertij ius poſſidenti obijci non poteſt, quia dicere ei licet poſſideo, quia poſſideo, tua nō intereſt mea poſſeſſionis ius quærere.*

58 *Fideicommiſſum hodie in contractibus ſcribi poteſt, & ſeruari debet.*

59 *Pactum hæreditatis viuentis valet interdum.*

60 *Contractus capitulum vnum, alterum declarat.*

61 *Indefinita oratio vniuerſali æquipollet.*

62 *Bona intelliguntur, deducto ære alieno, & ideo à beando dicuntur.*

63 *Legans rem communem, intelligitur partem ſuam legare niſi adſit dictio, omnis.*

CONSILIVM CCXXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

IO. Iacobus Criſpus, & eius filij ex Goia Locarna eius vxore præclare corū exceptionē veritate ſatis fundatam, & iure ſtabilitā, ac extructam habent, aduerſus Theodorum, & Octauianum Locarnios Actores; ex nota illa iuris regula, vt ſcilicet actor teneatur legitimè probare, quod ſuæ intentionis eſt fundamentum, & vbi non probet qui conue-
1 nitur, etiamſi nihil præſtat, debeat omnino obtinere, l. qui accuſare, C. de edendo, l. Actor, C. de probat. l. ei qui dicit, ff. eod.

Idque adeo verum eſt, vt fundamentum faciens in propoſitione negante, teneatur eam probare etiamſi improbabilis foret, quia ſibi imputet, qui eam proponit, quia potius debuit tacere
2 ſi probare non poterat, nam profiteri id quod non poſſis implere, impudentiæ eſt, & poteſt ei dici non deficit tibi ius, ſed probatio, ità egregiè declarat Abb. in cap. bonæ, el 1. num. 14. de electio. & elect. poteſt. Imola poſt alios, in l. in illa, col. 4. de verbor. oblig.

Et

Et probatio ita debet concludere, vt nō tan
tum probabiliter, ſed neceſſario id efficiatur, qđ
intenditur, c. in præſentia, de probat. vbi videa-
3 tur Dec. nu. 16. l. neque natales, C. de probat. l.
non hoc, C. vnde legitimi; ſiquidem dubia pro-
batio non releuat, nec recreat probantem, Alex.
conſil. 85. numero primo, libro 3. cum paria ſint
non probare, vel minus perfectè, l. quoties, ff. qui
ſatiſdare cogantur, & vbi probatio exigatur per
4 modum conditionis, tunc requiritur certa, & ve-
ra probatio, nec ſufficit coniecturalis, l. Lucius,
vbi Dynus, & Bartolus, ff. de conditione & de-
monſtrationibus, Dec. in rubr. de probationib.
num. 14. verſi. primo niſi.

Niſi igitur Theodorus Locarnius legitimè probet duo, quæ maximè profitetur, quod ſcilicet ſit agnatus intra ſeptimum gradum, & huiuſmodi, vt ſuccedere queat. 2. qđ l. Bartholomęus, cuius ſunt hæredes rei conuenti, hæreditatē Marci Antonij Locarnij fratris ſui repudiauerit, rei conuenti abſoluendi erunt à petitis, maximè cū ipſi doceant ipſum Bartholomęum hæreditatē fraternam adiuiſſe.

Et quamuis contendatur vtrumque probari, attamen contrarium verius exiſtimo.

Nam qui dicit ſe tanquam agnatum habere
ius ſuccedendi, debet prius probare ſe eſſe hu-
iuſmodi, quia qualitas quæ eſt cauſa, vt quis au-
diatur, debet legitimè, doceri, & debet probare ſe
agnatum legitimum; cum ius agnationis reſi-
5 deat in legitimè natis, & non competat illegiti-
mè natis, & quo gradu agnationis ſit coniūctus,
maximè cum ius noſtrum municipale ad ſe-
ptimum gradum coarctet ſecundum computa-
tionem iuris ciuilis, cap. 289. volum. primo, vt
communi conſenſu conueniunt omnes ſcriben-
tes, teſte Decio videndo omnino, quia pulchrè
in his terminis loquitur conſilio 321. numero 6.
& 12. & conſilio 471. numero primo, quem re-
fert, & ſequitur multis adiectis Maſcardus vti-
que videndus tractat. probatio. concluſio. 73. in
verbo, Agnatio in ſucceſſione: cum igitur Theo-
dorus id perfectè non præſtiterit, dicitur deficere
in ſalutari.

Nec huic concluſioni aduerſatur inſtrumentum teſtamenti confectum anno 1497. in quo Bartholomęus ſenior legat Chriſtophoro fratri florenos decem.

Primo, quia poteſt dici conſanguinitatem in
ſtrumentis non probari, quia non epiſtolis, ſed
6 natalibus id demōſtrari debet, maxime cum qua
litas legitimitatis exigatur, vel niſi inſtrumentū
eſſet ſuper natalibus confectum; quia notarius
non poteſt eſſe rogatus, niſi de his, quæ fiunt in
ſua præſentia, vt eſt text. in l. cum epiſtolis, & l.
non nudis, C. de probat. Felyn. in cap. per tuas,
numero duodecimo, de teſtibus, & ſcribit Ioan.
Baptiſta Ferretus videndus conſilio 50. numero
quinto, qui ait verbis enunciatiuis inter alios pro
latis, vt, hic conſanguinitatem non probari, cum
procedat ex genitalibus principijs, & ideo non
probetur ſermone in quem propter aliud incida
tur, & hoc non habet difficultatem, cum inſtru-
mentum teſtibus non adiuuetur, aut alijs admi-
niculis, prout erat in caſu, C. ſeu, is, de teſtibus,
vbi vide Bald.

Nec proinde eſto quod ille Chriſtophorus eſ
ſet frater probatur iſtos actores ab eo originem
petere, vt ait Soc. ſen. conſilio 246. numero ter-
tio, & plures perſonæ etiam præſumuntur, quan
7 do extant aliquæ coniecturæ, Albericus in l. duo
ſunt Titij, ff. de teſtamen. tutela, Maſcardus de
probatio. in verbo, pluralitas, concluſion. 1179.
numero 36. at hic vrgens eſt coniectura multi-
plicis numeri perſonarum, ſeu pluralitatis; nam
ille Chriſtophorus dicitur frater inſignis Comi-
tis, & valde Nobilis, & Theodori progenitores
fuerunt aromatarij, & ignobiles, vnde præſum-
ptio pluralitatis eſt capienda, l. duo ſunt Titij,
ff. de teſtament. tutela. Ferretus, eod. conſi. 50.

Non refragatur vtique ſecundum inſtrumentum teſtamenti Nicolai Locarnij anni 1563. quia eiſdem fere reſponſionibus tollitur.

Tertio non aduerſatur teſtamentum Bartho
lomęi iunioris, qui enuntiat Bartholomęum ſi-
bi conſanguineum in ſexto gradu, quia non pro-
pterea probatur (vt requiritur) quod ſit legiti-
mè, natus & huiuſmodi; vt ſuccedere queat quæ
qualitas, vt iam pręmonuimus, eſt neceſſario pro
banda in hoc ſucceſſorio iudicio. Item hæc enun
ciatio non poteſt iuuare actores, cum à Bartho-
8 lomęo non deſcendant, & ea illis tantum admi-
niculetur, vt in puncto declarat Bald. eod. capit.
ſenes. numero primo, de teſtibus, & Ferretus eo.
conſilio 50. ſub numero quinto, & non probat
quando de ea in alio iudicio principaliter diſpu
tatio contingit, Bald. in l. ad probationem, C. lo-
cati. Felin. in cap. illud, de præſumpt. Gabriel de
confeſſis. concluſ. 6. num. 3.

Non officit vtique cōfeſſio Criſpi, quia in ad-
uerſarium reflectitur, nā nō dicit Criſpus, quod
Theodorus ſit agnatus intra ſeptimum gradum,
ſed tantum propter aliud, & in alio iudicio di-
xit ad excludendum Raudenſem, quod aderant
agnati, volens intelligere de Bartholomęo cuius
ipſe eſt hæres, qui erat frater Marci Antonij de
functi, de cuius hæreditate agitur, & confeſſio
9 ipſa hoc neceſſario probat, ſi omnino, & penitus
acceptetur prout ſcindi non poteſt, vt commun.
dicit Socin. ſenior conſilio ducenteſimo nonage
ſimo quarto, volum. ſecundo, prope finem, verſ.
tertio, & vltimo.

Nec refragatur producti teſtes coram magiſtratu tum; quia ſunt in alio iudicio examinati, & inter diuerſas perſonas, & ad alium finem, l. finali. C. de teſtibus, cap. cauſamque, & ibi textus de teſtibus, quo caſu non ſuffragantur literæ Senatus de forma; tum etiam quia non probant

diſtinctum gradum, & alias qualitates, prout requiritur in huiuſmodi iudicio, c. luet ex quadam de teſtibus. Abbas in capitulo tua nos, de conſanguinitate, & affinitate, late Tiraquellus de retractu legali, §. primo, gloſſa decima ſexta, numero primo, & octauo, Maſcardus eadem concluſione ſeptuageſima tertia, & concluſione quadringenteſima decima, & quadringenteſima vndecima, & credenda cunctis eſſe cuncta ne putes.

Nec ſuffragari poteſt, ſententia Magiſtratus extraordinariorum redituum cum ſit nulla declarata tam defectu iuriſdictionis, qui eſt maximus inter magnos, cum inſit in ipſa baſe, & fun-
12 damento iudicij, ſcilicet in ipſo iudice, & ideo iudicatum dici non poſſit, nec comprehendatur in ſtatuto omnes defectus remouente, vt fusè la teque explicat Vantius tractatu nullitas, ex defectu iuriſdic. numero primo, & infra pluribus ſequentibus, tum etiam defectu petitionis; nam cum debeat ferri ſuper petitis, Additio ad Alexandrum in l. Vinum, numero decimoſexto, ff. ſi certum petatur, & debeat eſſe conformis libello, quod vitium, & quæ nullitas tangens defectum fundamenti; proceſſus tanti eſt, vt per iudicem appellationis reformari nequeat; vt
13 firmat idem Vantius de defectu proceſſus, numero ſeptimo, & numero nonageſimo ſeptimo, & pars aduerſa renuntiauerit petitioni factæ
14 coram Magiſtratu, conſequitur neceſſario, vt ſententia tanquam ſine petitione lata ſit inanis, & nulla, atque ideo ſententiæ nomen, & effectum non mereatur, nec aliquod præſtet impedimentum, vt docet Bartolus videndus in lege tertia, numero primo, C. de ſententia ex breui loquo recitandis, & lege ſecunda, ff. de pœnis, Baldus in lege prima, numero primo, cap. ex delictis, defuncti, & eſt ratio, quia iniuſta dicitur, & ideo qui dicit ſententiam nullam, obtinet, ſi probet tantum iniuſtam, cum ſententia nulla, & non ſolemnis, qualis eſt hæc, iniuſta rectè dicatur, large ſaltem ſumpto vocabulo, &
15 ideo non poſſit, nec mereatur allegari, vt ſingulariter decidit videndus Caſtrenſis, in lege cum ſeruus, prope finem, verſiculo, nota iſtam gloſſam, & temerè ti, ff. de condi. cauſa data. rurſus etiam ſi aliquo reſpectu poſſet dici valida, quod tamen à veritate alieniſſimum eſt, adhuc non poſſet obeſſe, tanquam res inter alios acta, & quamuis videatur facere coniectura, quando ſit lata ſuper ſtatu perſonæ, lege ingenuum, ff.
16 de ſtatu hominum attamen, vt præiudicet requiruntur multa, &

Primo, quod interueniat legitimus contradictor;

Secundo quod cauſa defendatur, & non feratur in contumaciam;

Tertio, quod principaliter ſuper ſtatu feratur, declarando hunc aut illum eſſe ingenuum.

Quarto, quod colluſio non detegatur.

Quinto quod cauſa ſit talis, vt præiudicet alijs.

Sexto, quod cauſa ordinaria ſit, & agatur principaliter propter ſe, vt explicat Alexand. eadem lege ſæpe, numero ſeptuageſimo ſexto, ff. de re iudic. quæ omnia cum in præſenti ſpecie abſint, eripitur omnis dubitationis occaſio, maxime, quia etiamſi ſententia ſuper ſtatu lata non fuerit, non præiudicaret alijs, cum lata non fuerit cum patre, ſed cum his, qui ex tranſuerſo dicebant ſe coniunctos, quo caſu non præiudicat alijs, qui in iudicio legitimè citati non fuerint, vt communiore declarāt Doctores, Felinus in capitulo quamuis, numero nono, de re iudicata, Didac. practicarum quæſtionum, capitulo decimo tertio, numero quinto, verſiculo ſecundo, prænotandum ibi ſi lis acta non fuerit cum parte.

Parum etiam aduerſarios iuuat, vt anno 1587. Bartolus, & Theodorus vti agnati conſenſerint legitimationi ipſius Ioan. Petri, quia ea verba enunciata propter aliud, nihil probant, maxime, quando poſtea in iudicio inter alias
17 perſonas contingit de enunciato diſputari, vt tradit Curtius iunior, in authenti. ſi quis in aliquo, numero vigeſimo nono, C. de edendo, Felinus in capitulo illud, de præſumptione. Decius conſilio quingenteſimo trigeſimo nono, numero primo, Rurſus inde non probatur gradus agnationis, & an à radice, quæ ſucceſſionis vim haberet originem petant, & quando plura requiruntur copulata qui in vnius probatione deficit omnino, & penitus deficere videtur, vt ait Alexander videndus in l. Titia, numero quinto, ff. ſoluto matrimonio, Decius conſilio 661. num. quarto.

Ea etiam coniectura, vt M. Anton. legauerit libras 500. Bartholomæo Locarnio in cauſam dotis eius filiæ, & huiuſmodi legatum fieri ſoluat ſanguine iunctis facilè tollitur: tum quia neceſſaria non eſt, imo valde remota, cum huiuſmodi legata ſæpe fiant etiam extraneis, etiam ſola amicitia iunctis, pietatis ergo, ſi concurrat paupertatis ratio vt Tiraquell. tractatu, de priuilegi. piæ cauſæ, in præfatione verſiculo item cum dos, & alias data inſtantia argumentum diluitur, gloſſa, eſt in capitulo ſicut, vrgeri,
18 primo, quæſtione prima, nec inde probatur legitima agnatio, & eius gradus qualitas; & ſic cum probatio non concludat neceſſario, ſed probabili modo, nihil releuat, vt ſuperius docuimus.

Quatenus autem Locarnius produxit inſtrumenta teſtamenti, & confeſſionum tenetur omnino eis ſtare, nec iuuat negatio, aut proteſtatio contraria, cum ſint inſtrumenta ab eo met principaliter producta ad eius fundandam intentionem, quo caſu tenetur omnino ea approbare, cum producendo videatur

fateri

19 fratri ea omnia, quæ in eis contineantur, Deci. & Felin. in cap. venerabilis vterque, numero 22. de exception. Caſtrenſ. Salicet. Iaſon & alij in l. prima, §. editiones, nume. 14. & 18. C. de edendo.

Non obſtat vtique, dum dicitur licet legitimatus non poſſit actibus ſuccedere, niſi agnatis qui conſenſerint expreſſe legitimationi, attamẽ ei paſſiuè agnati ſuccedere poſſint, ex Alcia. conſilio decimo quarto, numero ſeptimo, volum. 9. cuius ſententiam vti melioribus fulcitam rationibus ſecutus ſum ego conſilio octauo, numero decimo quarto, libro primo, quia vltra quod poſſet dici Alciat. ſibi parum conſtantem contrarium conſuluiſſe, conſilio decimoquinto, ſub numero ſecũdo, libro nono, & idem tenuiſſe Alex. conſilio 139. numero ſecundo, volumi. primo, nam ſecundum eos conuenit, vt ſucceſſiones ſint reciprocæ, & æquales, l. communium, C. de naturalibus liberis, §. filium, in authent. quibus modis naturales efficiantur ſui, Caſtrenſ. in l. lege
21 duodecim tabu. numero nono, C. de legitimis hę redibus, Gabriel libro commun. titulo. de legib. & conſtitutionib. concluſione tertia, numero 24. Marz. conſilio trigeſimo ſecundo, numero decimo tertio, vnde rei dubitationem atteſtatur interpres ad ſtat. cap. 456. numero 134. item fuiſſe tranſactionẽ compoſitam. Nos verſamur extra hanc controuerſiam cum agatur de actiua ſucceſſione, & ex prænarrato ſtatuto, & conſtitutionibus, de legitimatio. §. nolumus, non poſſint ex illegitimo deſcendentes ſuccedere, niſi eis qui legitimationi expreſſe conſenſerint, & qui conſenſus hoc in caſu ſaltem legitimus non docet; & cum illi qui dicuntur conſenſiſſe, non eſſent nati,
22 nec concepti tempore factæ legitimationis, eorum conſenſus non iuuat, cum extrema habilia non concurrant, l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucapion. Tiraquel. de leg. connub. gloſſa ſexta, numero decimo octauo, & de retractu leg. §. primo, gloſſa nona, numero 80. Curti. ſen. conſilio decimo ſexto, numero decimo nono, & 20. Sa-
23 pia, in l. qui ſe patri, numero 81. C. vnde liberi, vbi ait conceptum poſt mortem aui non dici agnatum auo: rurſus ſtatutum, & conſtitu. loquũtur in legitimatione, nos autem agimus de diſpẽſatione, cum Comes Bartholomęus Locarnius, quando filium Petrum ſuſcepit, eſſet coniugio iunctus, quo caſu dicit diſpenſatio, quæ cum ſit magis odioſa non comprehenditur in legibus de legitimatione loquentibus. Oſaſ. deciſio. 119. &
24 dixi ego conſilio 74. numero decimo octauo, & de iure communi certiſſimum videtur, vt is diſpenſatus non ſuccedat agnatis, vt tradit Alciat. conſilio ſexto, numero octauo, & nono, libro 4. cum ius agnationis conſiſtat in legitime natis, Barto. in l. tutelas, ff. de capi. diminut. l. final. C. de naturalibus liberis. vbi dicitur interuentu ſobolis naturalis, nullum ius legitimum eſſe poſſe & quamuis filijs baſtardorum, & naturalium relinqui poſſit ex teſtamento, ab inteſtato tamen ſuccedere nequeunt, cum deficiat ius agnationis, & ſtatutum de agnatis loquens intelligatur de legitime nato: vnde ſicut baſtardi vti nequeunt beneficio ſtat. de re paterna luenda, ita nec eorũ filij tanquam ex infecta radice profecti. Tiraq. de retract. legali, §. 1. gloſſa octaua, numero ſeptimo, intereſſe ad ſtatu. cap. 417. numero ... in primo vol. nec dicũtur nobiles, nec de domo, aut familia, vel agnatione, idem Tiraquel. tract. nobil. cap. 15. num. 12.

Sicque igitur ex his conſtat, nullibi eſſe funda-
25 tam intentionem actoris, quæ ſit agnatus in gradu ex quo ſuccedere queat, tum quia gradus agnationis non probatur, tum etiam quia ſi is probaretur reſiſtit natalium defectus.

Sed & in tutiori loco conſtituitur cauſa reorum conuentorum ſi ſecundum dubitationem explicemus, cum tantum abſit, vt probetur Bar-
26 tholomeum cuius ſunt hæredes, repudiaſſe hæreditatem ipſius Marci Antonij fratris, vt potius conſtet eum eam adiuiſſe, & ex conſequenti, cum eſſet agnatus proximior, cæteros omnes remotiores, qualem ſe prætendit, actor excludit.

Aditio autem ſatis aptè, & concluſè probatur cũ Bartholomeus teſtator mandauerit eius hæredibus inſtitutis, vt legata ſoluerent relicta in codicillis M. Antonij fratris ſui, de cuius hæreditate agitur.

27 Nam cum legata non debeantur, niſi adita hæreditate, l. eam quam, C. de fideicommiſſis, l. ſi quis omiſſa, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. hæres ea ſoluendo, vel iubendo vt ſoluantur, in neceſſarium antecedens cenſetur hæreditatem defuncti adire. vnde merito is dicitur vnus ex actibus, qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen hæ-
27 redis, vt in puncto decidit Baldus, videndus omnino conſilio ſeptuageſimo primo, numero primo, libro quinto, ſequitur Crauet. conſilio quingenteſimo nonageſimo primo, ſub numero ſecundo, qui loquitur in fortioribus terminis, nempe in offerente ſoluere legata, & ſic ſoluens ſimpliciter debitum defuncti, cenſetur hæreditatem adire, l. ſecunda, C. de iure deliberandi. ergo fortius id concedendum eſt in ſoluente legatum,
28 cum aditio ipſa veniat, vt iam dixi in neceſſariam conſequentiam, vt probat Bartol. in l. gerit, ſub numero vigeſimo ſexto, ff. de acquirenda hæreditate, & Caſtrenſ. vtique videndus conſilio ducenteſimo nonageſimo ſecundo, numero tertio, libro ſecundo, & Maranta, in l. is poteſt, numero ſexageſimo octauo, & melius numero ſexageſimo nono, ff. de acquirenda hæreditate, Pariſius conſilio decimo ſexto, numero quadrageſimo ſecundo, libro ſecundo, Laurentius de Pẽna conſilio quinquaſimo primo, numero quarto, quibus addo nõnullos recentiores, qui antiquiores referunt, Cardinalem Manticam, ſcilicet, de coniecturis vltimarum voluntatum,

libro duodecimo, tit.duodecimo,num.13.quod
ex Caſtrenſi eod.conſilio 292.porrigitur, ad ſo-
lutionem legatorum piorum, quia illa cenſetur
ſoluere, vt hæres, quod tanto magis eſt admit-
tendum in mandato de ſoluendo legata, etiam
pia, & non pia, vt in caſu noſtro: quia ex lega-
29 torum ſolutione cenſetur hæreditatem agnoſce-
re, vt comprobat Præſes Menochius de præſum
ptionibus,libro quarto, præſumptione centeſi-
ma prima, numero vigeſimo quinto, Simon à
Prætis videndus tracta. de interpretatione vlti-
marum voluntatum,libro quinto, dubita.tertia,
numero 56. & 57. & ſupta & infra, folio 495.
qui firmat ex huiuſmodi actu tranſlatitio in aliũ,
probari aditionem hæreditatis. Maſcard.tracta.
probatio. concluſione quadrageſima quarta, in
verbo, Aditio hæreditatis probatur Tertio loco,
numero vigeſimo nono, ita vt hęc vera, & fir-
miſſima ſit concluſio à qua non eſt diſcedendum,
nec in conſulendo, nec in iudicando, & confirmo
30 ego, quia legatum eſt donatio quædam à defun-
cto relicta ab hærede præſtanda, §.legatum, In-
ſtitu.de legatis,& l.legatum, ff.de legatis ſecun-
do.

Hæc eadem aditionis probatio roboratur,
quia Bartholomeus erat debitor Marci Anto-
nij in diem librarum ſexcentum annuarum, &
tamen licet eo defuncto multo tempore vixerit,
nihil tamen ſoluit. Vnde ex huiuſmodi retentio
ne inducitur aditio ad commodum debitoris,
vel eius hæredum, (vt in caſu noſtro) qui alle-
gant,& dicunt hæreditatem aditam fuiſſe maxi-
me ſi debitum erat ad poenam pertinens, & pa-
ratum, & lapſum eſſet multum temporis, lege
31 tertia, §.ſicut actum, ff.de peculio legato, & cum
Bartolo in l.gerit, numero vigeſimo octauo, ff.
de acquirenda hęreditate, frequentius tranſeunt
omnes ferè Doctores, in l.non hoc, C.vnde legi-
timi: vt atteſtantur Cardinalis Mantica de con-
iecturis vltimarum voluntatum, libro duodeci-
mo, titulo decimo tertio, ſub numero octauo,
ante verſiculum, ſed contrariam opinionem. Pręſ
ſes Menochius tractatu præſumptionum, relata
præſumptione centeſima prima, numero octua-
geſimo octauo, libro quarto, Maſcardus tracta.
probatio. concluſione quadrageſima quarta, in
verbo, Aditio hæreditatis probatur Tertio loco,
numero quadrageſimo,& concluſione quinqua-
geſima prima, Simon de Prætis de interpretati.
vltimarum voluntat. libro quinto, dubitatione
tertia, numero quinquageſimo quinto, fol.495.
vbi firmat huiuſmodi actum afferre aditionem,
& quamuis aliqui contradicant, tamen cum hęc
ſit crebrior ſententia in iudicando non eſt ab ea
recedendum.

Et hoc idem mirifice iuuatur diuturna poſ-
32 ſeſſione ipſius hæreditatis, quæ conſiſtebat ferè
in eo annuo reditu, vt tradit Maſcardus excita-
to tractatu, concluſione quadrageſima ſexta, in-
cipien. Aditio hęreditatis probatur decimoquar
to, & etiam quia cum ipſe Bartholomeus ſe prę
tenderet creditorem ipſius Marci Antonij fra-
tris, & tamen ſemper tacuerit, cenſetur voluiſſe
confundere actiones,& hæreditatem adire; nam
ſicut ſi id creditum ab hærede petijſſet, & vbi
plures fuiſſent cum eo ſcripti hæredes, ſi ab eis
vniuerſum creditum petijſſet, quod pro par-
33 te ad eum ſpectabat, cenſeretur hæreditatem re-
pudiare, l.ſi præteritus, C.de bonorum poſſeſſio
ne contra tab. Caſtrenſ.in l.debitori, in fine, de
pactis, l.ſicut, C.de repudian.hæredita. Cardin.
Mantica de coniectur.vltimarum volunta.libro
duodecimo, titulo decimo quarto, numero vige-
ſimo nono; ita & pari ratione ex non petitione,
& tam longa taciturnitate ſui crediti aduerſus
hæredem, capitur coniectura aditionis, ne affera
tur coniectura donationis, quæ nunquam præ-
ſumitur cum ſit iactura,& amiſſio. l.cum de inde
bito.de probation.& pari paſſu ambulant aditio
& repudiatio, cum ſint termini oppoſiti, vt docet
34 Bartolus in lege, ſi poteſt, ff.de acquirenda hæ-
reditate, vbi etiam Maran.numero nonageſimo
primo,& infra.

Nec huic ſolido aditionis fundamento ob-
ſtat, vt imo cenſeatur repudiata hæreditas: tum
quia teſtator Bartholomæus profeſſus eſt fra-
ternam hæreditatem adeo ære alieno eſſe obſtri-
ctam, & oppreſſam, cum frater eſſet ſibi debitor
notabilis ſummæ, vt nihil eſſet lucri in hæredita-
te: tum quia cum mandet ſolui tantum libras
mille pro legatis, & ad rationem legatorum, &
tamen longe multum tranſcenderent, & id aſſe-
rat facere ex ſua liberalitate, conſtat his actibus
cum aditione repugnantibus, voluiſſe potius re-
pudiare hæreditatem, quam eam adire.

Nam reſpondetur, licet præſumptio ſit, vt po
tius lucri, quam damni plena hæreditas adeatˮ,
quia ad eam acquirendam magis incitatur hu-
35 mana ſitis & cupiditas, Crauet.conſilio 33.nu-
mero 12. Natta conſilio 448.numero 20.Simon.
à Prætis de interpretat. vltimar. volunt.libro 5.
dub.3. numero 71. folio 496. attamen cum de-
functorum hoc maxime interſit, vt ſucceſſores
habeant, vt eſt egregius tex. vidẽdus in l.& quia,
ff.de interrogat.actio.& iniuria afficiatur defun-
36 ctus ſi hæredem non habet; nam licet, defun-
ctus non videatur poſſe pati iniuriam cum mor-
tuus ſit, eius tamen fama mirifice lęditur ſi ne-
mo eſt, qui velit eius eſſe hæres; inde enim conie-
cturam facimus eum male vſum fuiſſe ſua re fa-
miliari, vel hominem fuiſſe valde pigrum, &
ad agendum ſegnem, parumve induſtrium, &
potius nugatorium; & propterea ad pauperta-
tis ſolatium introductum fuit, vt etiam in credi-
torũ præiudicium quis poſſet hæredem ſeruum
inſtituere qui efficiebatur liber, & neceſſarius exi
ſtebat hæres, etiamſi hæreditas nedum ſuſpe-
cta, ſed pernicioſa fuiſſet, quia cum magnũ ſit de
decus hæredẽ non habere, & fama etiã poſt mor
tem damnetur, & hoc reſpectu iniuria cenſeatur

defun-

defunctus affici merito conceſſa fuit ſerui neceſ-
37 ſaria inſtitutio, §.licet,in fine, inſtitu. ex quibus
cauſis manumittere non licet, vbi videantur om-
nino Angelus, & Platea, numero ſecundo, & §.
neceſſarius,inſtitu.de hæredum qualitate,& dif-
ferentia. Hocnamque quanti putas eſſe ad fa-
mam hominum; nam ſi ei nullus exiſtat hæres
38 repente hoc è domo exit, atque in vulgus ema-
nat,iamque in ore, ac in ſermone omnium inci-
pit eſſe, & in magnam vituperationem adduci-
tur,dum vnus eum accuſat de negligentia, pigri-
tia, & inertia;quandoquidem multa omiſerit,
ex quibus diues, locuples, ac pecunioſus fieri iu-
ſtè poterat, alter eius culpam coarguit, & gra-
uiſſime reprehendit, cum ſtultè, dementer, in-
ſipienter, & incautè, ac nefariè plura commiſe-
rit imperitus,ac luxurioſus iuuenis, & complura
geſſerit ſtultus, improuidusque ſenex. Vnde ſic
vitio in ſumma egeſtate perijt, inquiunt vno ore
omnes, & concludunt, hoc ſine maxima negli-
gentia, & ſceleris culpa fieri non potuiſſe;ſi qui-
dem homo frugi, modeſtus, & ſobrius omnia
rectè facit, & cum virtute vitam degens ſtudio-
ſè gazam, & opes ſibi parat ad ſenectutis ſuæ
opem, & ſubſidium, & vbi patrimonium ha-
beat à maioribus relictum, illud ſolicitè ad po-
ſteritatis commodum, & ſolatium auget, vel ſal
tem conſeruat,homo vero inſolens, profuſus,per
ditus,& diſſolutus, profuſis ſumptibus, cum libi-
dinoſis luxurioſe uiuēs,per luxuriam effundit at-
que conſumit omnia, quæ maiores ſui pluri-
mo ſudore adepti fuerant, & in turpiſſimis an-
gulis nequitiæ, otium in vino,alea,commeſſatio
nibus,& ſcortis conſumēs,ſua ignauia,& deſidia,
eo rē perducit, vt eius ex hac vita deceſſum ſum-
ma mendicitas conſequatur, & claudat, vnde
fit,vt communi maledicto notetur,& merito nō
habeat qui ei hæres eſſe velit, & cum videant fi-
lij; & agnati de paupere agi regno, nihilque lu-
cri eſſe in hæreditate,ab ea ſe abſtinent,imo aper
tè eam recuſant, & repudiant,licet cogantur in-
uiti hæreditatem mali nominis, & famæ, ab eo
relictam adire,& obire: vnuſquiſque igitur ma-
xime inuigilet, ne culpæ aut negligentiæ reus
fiat, ſed rebus geſtis hoc aſſequatur ſaltem, vt
bonum nomen adeptus exiſtimetur, hæc opti-
ma erit hæreditas, quæ à patribus liberis trade-
tur, omnique patrimonio præſtantior gloria,
ſcilicet virtutis, & rerum geſtarum, meminerit-
que diligentia diuitias comparari, negligentiâ
vero animum corrumpi,& qui vitam cupit bea-
tam,laboret is eſt neceſſe; vnde merito ex Piſi-
ſtrati Philoſophi ſententia, qui patrimonij ver-
ſuram fecerit,is item ſectatus otium, omnibus
accuſare volentibus obnoxius eſto:verum enim
uero, cum frater dicatur fere alter, & quaſi pars
corporis alterius ad mutuum auxilium compo-
ſita, meritoque iniuria facta vni cenſeatur fa-
cta alteri, & cum vnius infamia valde violet exi
ſtimationem alterius, & quaſi communis cen-
39 ſeatur, l. lex Cornelia, & ibi optima gloſſa, in
verbo eorum, ff.de iniurijs, Alciatus noſter de
præſumptionibus,regula prima, præſumptione
vigeſimatertia,numero ſecundo, Præſes Meno-
chius de præſumptionibus,libro quinto,præſum
ptione decimaſexta, numero tertio, & vigeſimo
ſecundo,& de arbitrarijs iudicium, caſu ducente-
ſimo ſexageſimo ſecundo, numero 1. & 2. Ad
fratris hanc effugiendam infamiam, putandum
eſt, vt hæreditatem adiuerit, etiamſi in ea ali-
quid lucri non ſperaretur, & id tanto magis
conijciemus, ſi is frater fuerit vir pius, & reli-
gioſus, copioſam mercedem à Deo Optimo ac-
cipiet dum pietatis officium,& munus ac volun-
tatem teſtatoris exequitur, & fraternæ ſimul,vt
40 in caſu noſtro,famæ quæ ſua eſt conſulit,ſic pro-
bat Bart. videndus in authent. ſed cum teſtator,
numero primo, C.ad leg. Falcidiam, quem ſe-
quuntur Cardin. Mantica de coniecturis vlti-
marum voluntatum, libro duodecimo, titulo nō
no, numero ſecundo, Maſcardus de probation.
concluſione quadrageſima, in verbo, Aditio hæ
reditatis quomodo probetur, & præſumatur,
numero vndecimo, quibus addo Doctorem Al-
ciatum noſtrum,in l.hæreditatis appellatio ſine
dubio, numerò quarto, de verborum ſignifica-
tione, qui ait, ſi quis nec alienum, nec ſuum æs
habens decedat, poterit ſe proximus agnatus
eius hæredem appellare, quamuis in hæredita-
te nihil omnino ſit,nomen enim hæreditatis eſt
iuris per quod perſona defuncti repræſentatur,
non facultatis, & quatenus dixit teſtator noſter
ſe id facere ex liberalitate,hoc intelligendum eſt
non ſpe lucri hæreditatem adiuiſſe ſoluendo le-
gata, ſed potius fraterna pietate, & Chriſtiana
charitate, quæ eum commouit, & concitauit ad
hoc pietatis laudabile opus efficiendum,ſicut cla
uus clauum trudit, atq; impellit, ita vna firmior
coniectura alteram infirmiorem elidit, & fran-
git. gloſſa vulgata in verbo, exiſtimari, in l.Ti-
41 tius,ff.de in integrum reſtitutio.minorum, Cor-
neus conſilio 145.nume. vndecimo, & late Præ-
ſes Menoch. tractat.præſumptio.quæſtione 30.
numero primo,& fortior illa dicitur,quæ actum
ſuſtinet, quæ eſt benignior, quæ eſt ſingularior,
& ſpecialior, & quæ eſt naturalis, & in iure na-
turali firmitudinem habet, & quæ fauet animę,
& quæ à facto ducitur, qualis eſt hæc noſtra, vt
42 commemorat idem Menochius eo tract.præſum
ptio.quæſt.29.

Et cum cauſa vnde hæreditas inutilis effici vi
debatur,penderet à prætenſis creditis hæredis,
conſequitur, vt facilius inducatur aditionis con-
iectura,cum ſibi facilius eſſet ius ſuum confun-
dere adeundo hæreditatem, quam alienum re-
mittere, præſumptiones namque ſunt homines
in rebus ſuis diſtrahendis liberaliores, quam alie
43 nis, l.vnum ex familia,§.ſi rem tuam,ff.de legat.
2.cum ſimilibus.

Secundo, Cum aliqui ſint actus qui neceſſa-

rio inferunt aditionem cum citra ius, & nomen
hæredis fieri nequeant, vt eſt text. in l. pro hære-
de, §. Papinianus, & l. gerit. & vbique videatur
44 Bartol. numero 19. & 20. ff. de acquirenda hære-
ditate, Bald. in lege, potuit, numero 20. quæ-
ſtione decima, numero decimoquinto, C. de iure
deliberandi, & conſilio 224. libro ſecundo, Ia-
ſon conſilio 115. numero ſecundo, libro quarto,
& aliqui actus dicantur indifferentes, dubij, &
æquiuoci vbi verſemur in prima ſpecie, & ſic in
actu neceſſario qualis eſt is ſoluendi legata, vt ſu
perius probauimus, qui eſt fortior, & magis
neceſſarius, quam ſimpliciter ſoluere debitum
teſtatoris ea ratione, quia interdum, quaſi poſ-
ſit alienum debitum ſoluere, leg. ſoluendo, de
45 negotijs geſtis, & tradit videndus Maſcardus
concluſione quadrageſima quarta, à numero
vigeſimonono, vſque ad numerū quadrageſimū,
tunc is actus cum neceſſarius ſit, & fieri nequeat
citra ius, & nomen hæredis affert neceſſario
aditionem, eadem l. pro hærede, §. Papinia-
nus, & tradit Maſcardus, vbi ſupra numero tri-
geſimo tertio.

Et huius actus neceſſarij tanta eſt vis, vt etiāſi
fieret proteſtatio, quod quis non intendit pro-
pterea eſſe hæres, tunc ſi actus ipſe geratur cum
alio, vt fit quando legata ſoluuntur, à proteſta-
tione receditur, & tanquam facto contraria, &
ſtatur actui, & ex conſequenti inducitur aditio,
non obſtante huiuſmodi proteſtatione cum ma
gis receptum ſit, vt quoties agatur de actu cum
alio geſto, vel qui cum alio communicet, nun-
quam attendatur proteſtatio contraria facto, vt
46 notatur communiter in l. qui in aliena, §. Celſus,
ff. de acquiren. hæredita. Bartol. numero 17. &
alij, maximè Iaſon numero 77. Ripa numer. 80.
in l. non ſolum, §. morte, ff. de operis noui nun-
ciatione, c. cum M. Ferrarienſis, vbi magis cō-
munem dicit Baptiſta Ferretus, numero 50. de
conſtitutionib. & Felin. ſub numero trigeſimo-
nono, verſiculo, prima concluſio. proteſtatio fa-
cta, in tertia limitatione, vbi ait, quod etiam in
actibus à libera voluntate noſtra proficiſcenti-
bus proteſtatio non iuuat, quando, vt hic, actus
fit poſtea ex interuallo, quia poſteriora dero-
47 gant prioribus, l. pacta nouiſſima, C. de pactis,
& propius accedendo ad terminos noſtros, vt
ſcilicet non attendatur proteſtatio in actu ne-
ceſſario aditionis vti facto contraria, & maxime
ſi actus fiat ex interuallo, vel cum alio commu-
nicetur, egregiè decidit Bald. videndus conſilio
499. & 500. libro tertio, Barto. in l. pro hærede,
§. Papinianus, ff. de acquirend. hæredita. Ruinus
vtique videndus conſilio 157. numero tertio,
volum. tertio, quos refert ac ſequitur Maſcardus
eadem concluſio. 44. in verbo, aditio hæredita.
probatur Tertio loco, à numero quarto, vſque
ad numerū duodecimū, & concluſio. 47. in ver-
bo, aditio hæredita. decimo quinto, numero 11.
& 12. vbi id porrigit, ne dum gratia illius per-
ſonæ cum qua actus geritur, ſed etiam quod per
tinet ad omnes alias perſonas, & optimè confert
Cardin. Mantica de coniect. vltimarum volun-
tat. libro duodecimo, titu. duodecimo, numero
ſeptimo: ſi igitur id magis verum eſt, vbi etiam
adſit expreſſa proteſtatio, ergo tāto magis id di-
cendum vbi dubia ſit, prout in caſu noſtro, quia
48 proteſtatio dubia non tollit factum certum, ſicut
contra, vt ait Felin. eo. cap. cum M. Ferrarienſ.
numero 46. poſt Bald. eodem conſilio 500. li-
bro tertio.

Tertio firmiſſima meo iudicio ratione contra
ria confutatur, & conuellitur argumentatio.
quia eſto etiam quod verſaremur in actu dubio,
& ambiguo cum agatur non de inducenda adi-
tione ad incommodum adeuntis, quo caſu for-
tior requiritur probatio, ſed de ea afferenda ad
eius cōmodum ſemper ſtatur declarationi eius,
49 qui actum geſſit, vel eius hæredis, hæredis etiā
ipſius hæredis, qui melius præſumitur volunta-
tem defuncti nouiſſe, vt expreſsè ſentit Bartol.
eadem l. gerit. numero decimoſeptimo, ff. de ac-
quirend. hæredita. & multos in idem referunt
videndi Crauet. conſilio 197. numero quarto,
Cardin. Mantica de coniectu. vltim. volunt. lib.
12. titu. 12. numero 26. & Simon de Pretis de
interpretat. vltimarum volunt. libro quinto, du-
bita. tertia, numero 66. fol. 495. facit Maſcard.
ea. concluſ. 47. num. 16.

Cùm itaque hæredes ipſi aperte declaraue-
rint illis actibus, & alijs Bartholomæum, defun-
ctum hæredem fuiſſe, & hæreditatem adiuiſſe,
tollitur omnis dubitatio, & adhæreſcendum eſt
50 eorum declarationi, Bar. in l. gerit. numero deci-
moſeptimo, de acquirend. hæreditat. Cardinal.
Mantica de coniectu. vltimarum volunta. libro
duodecimo, titulo duodecimo, numero 26. & id
Herede ſine dubio eſt, cum pars aduerſa eorum
confeſſionem, & aſſertionem approbauerit, &
hoc eidem faſſa ſit, l. vnica, C. de confeſſis. vnde
fit, vt res efficiatur adeo clara, vt merito dicere
valeamus, quid adhuc egemus teſtibus; aut in re
perſpicua argumenta quærimus? cum nulla ſit
51 maior probatio confeſſione propria, l. publica,
in fine, ff. depoſiti, & cum ſit facta in iudicio ha-
bet vim rei iudicatæ, & facit rem manifeſtam,
& ſuperat omne probationū genus. l. vnica, C. de
confeſſis, Corneus conſilio 44. colum. prima, vo
lumine quarto, late Maranta in ſuo Speculo de
ordine iudic. actu. 5. parte ſecunda, iud. poſt nu-
mer. 21.

Nec obſtat, q legata mandauerit teſtator di-
minute, & non integre ſolui, quia reſpondetur
inde ſatis probari aditionem, quæ non poteſt di-
uidi, cum quis non poſſit eſſe pro parte hæres,
52 & pro parte non, l. prima, & ſecunda, ff. de ac-
quirenda hæreditate. ne contingat id abſur-
dum, quod ius noſtrum non patitur, vt ſcilicet
quis pro parte decedat teſtatus, & pro parte
non, leg. ius noſtrum, ff. de regulis iuris, vbi
in ter-

in terminis videatur Dec.num.5.qui propterea,
ait, nec ipſum filium hæredem inſtitutum poſſe
legitimam retinere, & reliquum hæreditatis re-
pudiare. Secundo reſpõdeo, cum heres dixerit ni
hil eſſe in bonis propter eius prætenſa credita,&
tamen voluerit legata ſolui, ſed ad ratam,& pro
rata, pro libris mille eſt, certum eum voluiſſe in-
telligere de quarta falcidiæ, quæ eo caſu detrahi
poteſt, vt docet Barto.ead.authent. ſed cum te-
ſtator, num. 1. C.ad leg. Falcid.& l.1.ff.eod.titu.
& quamuis de legatis pijs Falcidia non poſſe de
duci videatur, attamen quamuis quando ſimul
legata non pia fiunt, tunc ex illis, & alijs ad non
pias cauſas pro eorum ratione, ſeu rata tantum
53 detrahitur, vt reducantur ad vires patrimonii,
vt eleganter declarat Tiraquellus de priuile-
gijs piæ cauſæ, priuilegio 26. limitatione quar-
ta, vbi omnino videatur, & cum teſtator ad ra-
tam voluerit id præſtari, ſenſiſſe videtur de Fal-
cidiæ deductione, quæ non fuit prohibita, & quę
interpretatio eo magis eſt recipienda cum per eã
54 actus defendatur, & quamuis iure noſtro muni-
cipali prohibeatũ, ne quis ſit hæres cum beneficio
legis, & inuentarij, non propterea tamen pro-
hibetur Falcidiæ detractio, vt notatur ad ſtat.
cap. 272. num.81. volum.1. additur tertio om-
nem dubitationem tolli ex ea ſubſecuta poſtea
hæredis declaratione per partem aduerſam ap-
probata, & frequẽtius recipitur, vt aditio partis
concludat aditionem totius, vt communem fa-
tetur Maranta, in l.is poteſt, num.18. & nũme.
58.ff.de acquir.hæred.& dicitur præſumptio iu-
ris, & de iure, quæ non patitur probationem cõ-
trariam, Maſcard.tract.probat.concl.45.in ver-
bo, Aditio hæredita.

55 Poſtremo nihil officit dum dicitur nihil inter
eſſe ipſorum reorum conuentorum, an actores
ſuccedant, vel alij, poſtquam certum eſt eos non
eſſe agnatos in huiuſmodi gradu,& ſtatu, vt ſuc-
cedere poſſint: quia reſpondetur contrarium eſ-
ſe verius, cum iam probatum ſit eos eſſe hæredes
Bartholomei fratris, qui fraternam hæredita-
tem adiuit, & qui tanquam proximior cæteros
excludit, cum proximior in gradu ſit potior in
ſucceſſione, §.toties, Inſtitut.de ſeruili cognatio-
ne, §.ſi plures, Inſtitu.de legit.agnat. ſucceſſione,
56 Platea, in §. cum filius, Inſtitu. de hæredi. quæ
ab inteſtat. deferunt. Tertio, ſatis eſt actores re-
pelli, & ſubmoueri ea ratione, quia neceſſario
non prodeſt, quod ſuæ intentionis eſt,& eis non
tenentur rationem dare ſuæ poſſeſſionis, cum
poſſint dicere ſe poſſidere, quia poſſident, nec
ad actores ſpectat obiectare ius tertij, quando il-
lud manat ab ipſius tertij voluntate, quale eſt
57 hoc noſtrum. doctrina eſt Barto. communi con-
ſenſu recepta in l.2.numero primo, verſic.quan-
doque ius tertij, ff.de exceptio. rei iudica.gloſſ.
in l.indebiti, §. ſed & ſi nummi, vbi videantur
Bartol.numero 13.Alexand. numero nono. Iaſ.
numero vndecimo, ff.de condictio. indebi. l.cum
ſeruum, vbi Bald. & Salycet. C. de ſeruis fugit.
& propterea repellendi videntur actores, tum
quia legitimè, & neceſſario non probant ſe hu-
iuſmodi agnatos eſſe vt ſuccedere queant, tum
etiã quia vbi illud probarent, excluduntur adi-
tione Bartholomei agnati proximioris, ſcilicet
fratris M. Antonij defuncti, & cuius hæreditas
ſpectat ad reos conuentos tanquam confuſa, &
permiſta patrimonio Bartholomei cuius ſunt
hæredes, & quod fideicommiſſum conſtitutum
ſit ſuper omnibus bonis, & non ſuper bonis Tri
biani tantum, probatur ea nota concluſione, vt
ſcilicet fieri poſſit in contractu, quia ſtipulatio-
58 nes,& contractus poſt mortem compilatos, quos
olim reſpuebat antiquitas, hodie nos recipimus,
l.1. C. vt actio. ab hærede, & contra hæred.l.
fina.l.pactum, quod dotali, C.de pactis, l.quo-
ties, C.de donationi.quæ ſub modo. Dec.conſil.
63.Soci. in l.qui Romæ, §.cohæredes, numero,
19. de verbor.obliga. & diui ego conſil.2. num.
16. volum.primo,& licet non valeat pactum de
hæreditate viuentis, id tamen intelligitur, niſi il-
le conſentiat, vel ſit tertius, vel vbi non reſeruet
facultas teſtandi, vt notatur ead. l.vltima, C.de
59 pactis, & cum in contractu adſit capitulum vnũ
præcedens clarum, ad illud pro aliorum declara-
tione eſt confugiendum, Bartol. in l.vtrum, ff.de
petitio. hæreditat. ſi quidem, quæ præcedunt,
60 magis influunt ad ea declaranda, quæ ſubſequũ-
tur, Iaſ.in l.prima, C.de liberis præteritis, l.qui
filiabus, de lega.primo, & indefinita oratio æ-
que pollet, ac vniuerſalis, l.ſi pluribus, de legat.
ſecundo. rurſus hoc in terminis ſenſere Alexan.
conſilio 26.lib.7.Socin.conſil.77.numero 5.lib.
61 1.Corn. conſilio 186. numero 2. verſic. his non
obſtant.lib.ſecundo, Prætus tract. de interpreta.
vltimar. volunt.lib.2.ſolutio.prima, fol.171.nu-
mero 223. Accedat, quod bona intelliguntur de-
ducto ęre alieno, l.bonorum appellatione, de ver
62 borum ſignificat. cum à beando, dicatur nec bea-
re poſſint, niſi proſint, quod bonum conſequi-
mur ſi ære alieno, cœteriſque oneribus detractis
aliquid boni, & lucri apportent, quo fit, vt totũ
patrimonium deductis illis prætenſionibus redu
catur ad libros duodecim mille, quæ totius patri
monij ſummam conficiunt, cuius contemplatio-
ne factum fuit fideicommiſſum, propterea di-
ctio illa, Omnia, quæ eſt ampla,& generalis hũc
eundem ſenſum confirmat, Crauet.conſil.80.nu
63 mero 15. vnde fit, vt legans rem, ſi ea commu-
nis ſit, intelligatur legare tantum partem ſuam;
ſecus ſi dixerit, omnem, vt notatur in l. ſerui e-
lectione, §.fina.de legatis primo. Sed ne plura; ſi
quid deeſt ſuppleat integritas, & doctrina D.
Collegæ mei I. C. Bernardini Sicci Aduocati
diſertiſſimi.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO PETRO FRANCISCO Georgio Papienſi.

ARGVMENTA.

Donator, an & quando de euictione teneatur, & quid ſi hæreditatem donauerit.

Donans ſi diſponendi facultatem ſibi de aliqua ſumma reſeruauerit, & vbi ſuſceperit liberos irritam voluerit eſſe donationem, an prohibere poſſit, ne res donata interim alienetur.

Remedium l.ſecundæ, C. de reſcinden. venditio. an habeat locum in donatione ob cauſam, vel viciſſitudinaria, & an minor reſtituatur aduerſus non impletum ex parte ſua contractum.

SVMMAE RERVM.

1 *Donator de euictione tenetur, vbi ſit inchoatum à pacto, & non à traditione, etiamſi nihil dictum ſit de euictione.*

2 *Donatio dicitur inchoari à pacto, quoties internenit promiſſio, & res non ſit in conſpectu.*

3 *Donatio quando incipit à traditione, licet importet tranſlationem dominy, non tamen porit actionem de euictione.*

4 *Donator ſi non praſtat, quod pollicitus eſt, de euictione tenetur.*

5 *Euictio eſt praſtanda in donatione remunerante, vel ob cauſam facta.*

6 *Hareditatis ius qui donat de euictione nõ tenetur, cum intelligatur tantum donaſſe ius quod habebat.*

7 *Teſtator intelligitur legaſſe tantum ius quod habebat in re, quando adiecit legato pronomen meum, vel quod ad ſe pertinebat.*

8 *Hareditatis venditor non tenetur ad aliud, niſi vt doceat ſe haredem, & ſi res particularis euincatur, non tenetur de euictione.*

9 *Hareditatis appellatio continet tam eam, qua affert lucrum, quam qua affert damnum.*

10 *Remedium legis ſecunda, C. de reſcin. vend. habet locum in donatione ob cauſam.*

11 *Alienari poterit res ſubiecta reſtitutioni, conditione pendente.*

12 *Alienare poteſt debitor res in quibus creditor habeat hypothecam.*

13 *Alienari nequit res in quibus adſit hypotheca ſi ita pacto cautum ſit.*

14 *Alenationes à donatario facta reſoluuntur ſi conditio eueniat per quam donatio irrita fiat.*

15 *Donatarium decet rem donatam retinere ad memoriam donantis.*

16 *Donatario, vbi alienet rem donatam denunciari poteſt à donante id quod eius intereſt.*

17 *Donatio reuocari poteſt ſi promiſſa nõ ſeruentur.*

18 *Donatio ſub conditione facta, non impleta conditione non valet à principio, modus autem ſi non impleatur, reuoconda eſt.*

19 *Geminatio magis deliberatam oſtendit donantis voluntatem.*

20 *Donatarius non implens pactum in donatione poſitum, tenetur conditione ob cauſam.*

21 *Emphyteuta non ſeruans pacta, ſui iuris iacturam facit.*

22 *Contractu non ſeruato poteſt pars ad primauam redire actionem.*

23 *Contractum non ſeruanti, non eſt is ei ſeruandus.*

24 *Exceptio non impleti contractus id agit, vt poſt eius oppoſitionem non poſſit mora purgari, & praſtari, quod omiſſum eſt.*

25 *Litigioſa res alienari nequit.*

26 *Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus nõ impletum ex parte ſua contractum, maxime ſi pœnam habeat.*

27 *Minor reſtituitur aduerſus dolum verum, quando in omittendo conſiſtit.*

28 *Tutoris ſcientia, quando dicatur pupilli ſcientia, & eum afficiat.*

29 *In minore etiamſi ſciat, non praſumitur dolus niſi clarè probetur.*

30 *Minor reſtituitur aduerſus ea qua omiſſa ſunt.*

31 *Lex ſecunda, C. de reſcinden. venditio. habet locum in venditione hareditatis, facta aſtimatione omnium qualitatum, & commodorum, & incommodorum, ei adiunctorum.*

32 *Clauſula illa, Et quod plus eſt donat, non habet locum in magno exceſſu, ſeruarique debet ſolemnitas, in donationibus ſeruari conſueta.*

33 *Lex ſecunda, C. de reſcind. vend. habet locum in donatione ob cauſam, vel correſpectiua.*

34 *Donatio potentiori facta ratione officy, & de re, de qua aduerſum alium lis fieri intendebatur, irrita eſt.*

35 *Ambitioſorum quam dura ſit ſeruitus.*

CONSILIVM CCXXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea, quæ proponuntur arbitror P. Franciſcũ Georgium, qui fecit donationem inter viuos ſub certis pactis, Gaſpari Girardo de omnibus, & ſingulis, & quibuſcunque bonis, iuribus, & creditis, eidem P. Franciſco tanquam hæredi teſtamẽtario quondã Hieronymi Georgij pertinentibus, & ſpectantibus, pertinereque, & ſpectare quocunque iure ac cauſa valentibus, &c. non teneri de euictione vbi aliqua eius hæreditatis bona euincantur.

Nam licet magis communis, & recepta ſit conclu-

concluſio, vt donator de euictione teneatur, vbi
ſit inchoatum à pacto, & non à traditione, etiam
1 ſi nihil dictum ſit de euictione, & etiam quando
inchoatum eſt à traditione, vbi dolus, vel pactio
interceſſerit, l. Ariſto, §. fin. vbi glo. in verbo, ſi do
lo, ff. de donat. & l. ſecunda, C. de euiction. & no-
tatur in l. ad res donatas, ff. de edilitio edicto, & à
2 pacto dicitur inchoari donatio, quoties interue-
nit promiſſio, & ſtipulatio, & res non ſit in con-
ſpectu, l. ſi quis argentum, C. de donat. & fatetur
Corn. conſil. 245. num. 3. lib. 4. & quamuis quã-
do inchoatur à traditione, videatur præcedere
3 ipſa conuentio ſaltem in ordine intellectus; illa
tamen importat tranſlationem dominij, ſed non
parit actionem de euictione, quæ exigit ordinẽ
verborum, qui in caſu noſtro medio etiam ſtipu
lationis interuenit, quæ donatorem obligat ad
rem tradendam, & ad faciendam, rem donatam,
donatarij, vt ſanxit Imperator, ead. l. ſi quis ar-
gentum, §. ſi autem hoc, C. de dona. & propter-
ea donator ſi non præſtet quod pollicitus eſt,
4 vt ſcilicet res ipſa cum effectu fiat accipientis, de
euictione tenetur; cum donatio venditioni com-
paretur, eique in multis ſimilis ſit ſaluo, & præ-
terquam quod in venditione non datur actio ni-
ſi re euicta, & ſic dicitur pro ea noua dari actio;
cum rem tradẽdo fuerit creditor liberatus: in do
natione datur etiam antequam euincatur, ex ve-
teri actione quæ à principio inerat, vt ſcilicet
promiſſor non fuerit liberatus, cum rem, prout
promiſerat non fecerit accipientis, vt communi
conſenſu fatentur doctores in locis iam allega-
tis, & in l. prima, C. de iure dotium, & in §. aliæ,
verſic. perficiuntur, Inſtit. de donat. vbi inter cæ-
teros videantur Angelus, & Portius omnino nu-
me. 4. & Papienſis de forma libelli pro donat. in
verbo, ad dimittendum, & relaxandum, de com-
mun. fidem facientes, & de magis commun. opi-
nione teſtimonium dicit videndus omnino Cor
neus conſil. 141. num. 8. lib. 2. maximè cum fa-
cta ſit adhibitis pleniſſimis clauſulis, & cum obli
gatione bonorum & cum hypotheca, vt ſcribit
Alba conſil. 247. num. 8. idque eo magis ſit dicẽ-
dum in donatione remunerationis gratia facta,
5 vel ob cauſam, vt hæc, videtur, cum eius contem
platione à donatario promiſſi ſint tercentũ au-
rei annui, vt exiſtimat Tiraq. in rep. l. ſi vnquam,
in verbo, omnia, vel partem aliquam, num. 59.
verſ. 39. C. de reuocan. donat.

Verum enimuero cum Georgius hoc in no-
ſtro caſu donauerit ius hæreditatis, quod ad ip-
ſum pertinebat, vel pertinere poterat, etiamſi e-
6 uincatur aliqua pars, non tenetur de euictione
cum intelligatur tantum donaſſe ius quod habe-
bat, & ad ſe pertinebat, vnde non venit ius quod
non habet, vt docent Bal. conſil. 139. nu. 3. lib. 5.
Albe. à Roxate, in l. ſi nomen, ff. de hæredit. &
actio. vend. Cremenſis, in l. 2. nume. 261. C. de re
ſcinden. vendit. & dixi ego conſil. 108. num. 77.
& 78.

Et confirmatur ex ea ſententia in vltimis vo-
luntatibus recepta, à quibus ad contractus rectè
etiam accipimus argumentum, vt notatur in l.
fin. C. de legibus, vt ſcilicet teſtator intelligatur
7 legaſſe tantum ius, quod habet in re, quando ad-
iecit legato pronomẽ, Meum, vel quod ad ſe per
tinebat, vt commun. perhibet Iaſ. in l. ſerui ele-
ctione, §. cum fundus, nu. 20. ff. de lega. 1. Card.
Mantica de coniect. vltim. volunt. lib. 9. titu. 1.
num. 12. & 21. & mirificè eadem ſententia fulci-
8 tur & roboratur, quia venditor hæreditatis non
tenetur, ad aliud niſi, vt doceat ſe hæredem, & ſi
res ſingularis, vel particularis euincatur, de eui-
ctione nõ tenetur; quia ĩtelligitur vẽdere nõ niſi
res quæ ſunt in hæreditate, & ad eum iure ſpe-
ctant, l. cum hæreditate, ff. de hæred. actio. vendi.
vt eſt optimus tex. in l. 1. vbi vide Barto. & Bal.
9 Salyc. & alios, C. de euictionib. ratio eſt manife-
ſta, & ſatis firma, quia hereditatis appellatio ſine
dubio continet nedum eam quæ lucrum affert,
ſed quæ damnum, & detrimentum facit. l. hære-
ditatis appellatione, ff. de verb. ſignifi.

Aduertendum tamen puto, quod licet in do-
natione non habeat locum l. 2. C. de reſcind. ven
dit. attamen in donatione ob cauſam, vel in ea
10 cui onus impoſitum ſit, qualis eſt hæc, tunc pro-
pter mutuam viciſſitudinem, ſi habita ratione ad
communem æſtimationem illius rei donatæ, &
adiecti oneris adeſſet detrimentum ſeu læſio vl-
tra dimidiam, donator teneretur, vel ſupplere
pretium, vel rem donatam dimittere, vt commu
nem aſtruit Cagno. in l. 2. num. 195. & 196. C.
de reſcind. vend. & Crauet. videndus conſil. 192.
num. 1. Vbi igitur euictio non ſequatur hoc fa-
ciens damnum, non tenebitur donans.

Quod pertinet ad alterum punctum, an do-
nans poſſit prohibere ne res donata diſtrahatur,
cum ſibi facultatem diſponendi reſeruauerit pro
ſumma aureorum nouem centum, & poſſit eue-
nire, vt filios ſuſcipiat, quo caſu cenſetur ex iuris
& pacti diſpoſitione reuocata donatio: puto id
minimè, quia regula eſt iuris certa, vt res etiam
11 ſubiecta reſtitutioni, poſſit interim pendente con
ditione alienari, vt ait Iaſ. in l. vlt. §. ſed quia no-
ſtra, num. 3. C. communia de legatis, Alexand.
conſil. 23. num. 1. vol. 1. non poteſt enim negari,
quin interim donatarius ſit dominus, & licet do-
nans habeat obligatas res donatas pro ſolutione
ſuæ penſionis, non tamen propterea donatarius
impeditur alienare, vt dicitur de debitore, qui
12 poteſt alienare res in quibus creditor habet hy-
pothecam, nam illa non impedit alienationem,
vt decidunt Bart. in l. ſi non ſortem, §. ſi cauſam,
ff. de condi. indeb. Neguſantius, qui communem
oſtendit, tract. pigno. parte ſecunda, niſi nomina-
13 tim expreſſa in contractu foret alienationis ve-
tatio, quæ hic deeſt, & quæ operatur, vt vel pa-
ctum ſeruetur, vel res donata ab eo condicatur,
l. 1. 3. & 7. de cond. ob cauſam, & declarat Bald.
in l. nulla lege, num. 1. C. de iure dotium, & hoc
ſatis

ſatis expreſſum videtur in l.ſi vnquam, C.de re-
uocand.donat.quatenus dicitur filiorum natiui-
tate reuocari donationem, & rem ad donantem
14 reuerti,& hypothecæ à donatario interim cõtra
ctæ reſoluuntur; alienatio autem, ope rei vendi-
cationis,reſoluitur, ꝗ concedit ipſum donatariũ
tãquã dominũ alienare potuiſſe; vt ſentit Arius
Pinellus in l.2.p.2.nu.19.C.de reſcind.vend.&
15 quamuis donatarius deberet rem donatam ad
memoriam donantis retinere, vt dicit Cardina.
Zabarella in clem.1.de reliq.& vener.ſanct,ver.
Excellentiſſimum,facit Innoc.in cap.paſtoralis,
num.1.de priuileg.& exceſſ.priuilegi. hoc tamẽ
neceſſarium non eſt, nec habet donatarius vn-
de iuſtè conqueratur, & ad iudicem properans,
& feſtinans ſe conferat, atque plangore, vel la-
mentatione forum compleat, quia in præiudi-
cium iuris ſui adueniente conditione irrita fiet
omnis alienatio,& reſoluetur omnis hypotheca
à donatario interim conſtituta; Vbi tamen dona
tor videret has alienationes fieri mutandi futuri
16 iudicij cauſa,& in eius fraudẽ,puto,& rectè qui-
dem, ei licere donatario denuntiare omne id
quod ſua intereſſe poſſet,& illud conſequi actio-
ne in factum, vt habetur l.1.& 2.& tot.titu.ff.
de alienat.iud.mutandi cauſa facta,& fusè pro-
ſequitur Azo in ſumma eiuſdem tituli, & Ab-
bas in c.1.eod.titu.

Sed meo iudicio ipſi Georgio aliud auxilium
& ſubſidiũ ferri, & adiungi poteſt, remediumve
magis ſalutare adhiberi, ne ſine leuamento re-
maneat, vt ſcilitet contra donatarium agat ad
donationem reuocandam,quia ſcilicet promiſſa
ſub iuramenti religione non ſeruentur, & quaſi
17 idem donatarius necare videatur dum negat ali-
menta, negando tercentum aureos annuos ei
promiſſos, ex quibus viuere debet, vt habetur in
in l.fin. C.de reuo.dona. & quia donatarius non
implens conuenta perdit res donatas, vt expli-
cant Bald.conſil.250.lib.3. Corneus conſil.179.
num.1.vol.2.Crauet.conſil.151.num.8. & do-
natarius debet eligere alterum de duobus, vel
promiſſa facere, vel reſtituere donata, vt probat
Ripenſis ead.l.fin. num.115.& num.286.C.de
reuocan.donat.nam bonæ fidei conuenit, vt con
ſtantia promiſſi,& fides,mira ſit,& quamuis dif-
ferentia videatur inter conditionem,& modum,
18 quia conditio facto antecedit, & ideo non tenet,
niſi impleta conditione,modus autem ſubſequi-
tur factum, & facit, vt donatio valeat à princi-
pio,ſed reuocetur ſi modus non ſeruetur, vt tra-
dit Ioſeph. Ludo. deciſio. Peruſ.93. num.46.&
maxime ſi modus ſit cauſa principalis ipſius cõ-
tractus,prout fuit in caſu noſtro,quatenus dictũ
fuit, cum pactis tamen infraſcriptis, & id ſępius
repetitum fuit, Bald.in l.eam quam,num.1.C.
de fideicommiſ. Corſetus in ſuis ſingularibus, in
littera, C.in verbo,contractus, Natta conſi.269.
Tiraq.tract.ceſſante cauſa, limit.1.num.6.gemi
19 natio enim magis enixè deliberatam donãtis vo
luntatem indicat, Alba conſil.119.num.5.& pro
pterea iure merito donatarius non implens pa-
20 ctum in donatione poſitum tenetur conditione
ob cauſam,l.2.vbi Bart.& alij notant, C.de con
dit.ob cauſam, commun.profitetur Clarus,§.do
natio,quæſt.25.in princ.

Et confirmatur cõmuni illa ſententia, ꝗ em-
21 phyteuta non ſeruans pacta ſui iuris iacturam
faciat, vt fusè probat Corbulus tract.ex quibus
cauſis emphyteuta priuetur iure ſuo, ſub titu.de
cauſa priuat. ob inobſeruant.pactorum, nu.1.&
22 2.atque, vt obſeruantia contractus non ſecuta
poſſit pars ad primæuam actionem redire, Ne-
uiz.conſil.40. Burſatus conſil.101.nu.16. lib.1.
& negligens ſatisfacere ex parte ſua contractui
23 cenſetur eius beneficium aſpernari, nec poteſt
cogere aduerſarium ad illum ſeruandum, Dec.
conſil.60.num.44.lib.2.Cranet.conſil.127. nu.
14.tantique eſt hæc non impleti contractus ex-
24 ceptio, vt poſt oppoſitionem factam in iudicio
amplius quod neglectum eſt præſtari nõ liceat,
Caſtren.conſil.70.verſi.non ſufficit, col.6.lib.1.
Crauet.conſil.199.num.16.

Hacque illata reuocationis lite res efficietur
litigioſa,& ex conſequẽti alienatio impedietur.
Authen.de litigioſis,primo reſponſo,l.fin. C.eo.
25 & declarat Azo in ſumma de alienat. iud.mut.
cauſa facta,num.4. Lancellot. tract. de attenta-
tis, parte 2.cap.4.de atten.lit.pend.in præfatio-
ne,num.451.

Ad Tertium autem reſpondeo, minorem eſſe
26 reſtituendum aduerſus impletum ex parte ſua
contractum, vt in puncto ſcribit Sfortius Oddo
de reſtit.in integrum, quæſt.84.art.1. num.1.&
2.& tanto magis aduerſus quamlibet pœnam in
quam proinde incurriſſet, vt probat idem quæſt.
82.art.10.num.114.Imo etiam aduerſus dolum
27 verum,quando in omittendo conſiſtit, vt is *idem*
ſcribit quæſt.83.artic.3.num.23.præſertim ſi de
damno agat,& non probetur, ſcienter,& malitio
sè feciſſe,& propterea aduerſus ingrati animi cri
men,ea ratione, quia alimenta donatori nõ pre-
28 buerit,rectè reſtituitur,& licet ſcientia tutoris di
catur ſcientia pupilli,l.ſi tutoris, C.de adminiſtr.
tutor. Theſaur. deciſ.103.num.9. qui commun.
dicit Surd.conſil.164.num.54. vol.2.

Attamen id procedit in lucris capiendis, ſecus
vbi agatur de pœna, vel delicto, vel de damno,
vt diſtinxi ego conſil.58. num.15.vol.1. nec ſo-
la ſcientia ſufficit, ſed requiritur malitia,& do-
29 lus, qui in eo non præſumitur niſi perfectè pro-
betur, vt conſiderat idem Sfortius relata quæſt.
83.art.3.num.23.verſic.ego puto diſtinguendũ,
& ideo iure merito aduerſus ea quæ omiſſa ſint
reſtituuntur minores, l.pen. C.de reſt.in integr.
Idem Sfortius quæſt.89.art.1.num.1.& infra.

Ad Quartum dico probata grauiſſima læſio-
ne, quam noſtri enormiſſimam appellant, dari
omnino ſalutare remedium l.2. C.de reſcinden.
vend.& in ea re debet haberi ratio omnium qua
litatum,

31 ſitatum, & onerum, vel periculorum diſcreti iudicis arbitrio, vt probaui ego conſil. 35. num. 2. lib. 1. Cagnol. ea. l. 2. num. 243. C. de reſcinden. ven. Pinellus eadem lege, parte 3. cap. vlt. nu. 19. Maſcard. trac. prob. in verbo, valor, concluſio. 1403. num. 13. quod & procedit in venditione hæreditatis, Cagnol. ea. l. 2. nu. 200.

Nec refragari videtur illa clauſula, quod caſu quo appareret bona eſſe maioris pretij, tunc, & eo caſu illa donat; quia præterquam quod ipſe vendens, attenta eius ſimplicitate ignorabat verum rei valorem, & pretium, & qua facilitate fuit inductus ad vendendum, eadem fuit facile perſuaſus ad faciendam renunciationem ſeu do-
32 nationem, vltra quod id intelligitur ratione alicuius modici exceſſus, ſecus ſi magnum & maximum adſit detrimentum longè tranſcendens dimidiam partem iuſti pretij, accedat etiam, vt in ea re ſolemnitas ſolita ſeruari in meris donationibus exigatur, vt probat videndus omnino idē Pinellus ead. l. 2. cap. 2. num. 20. vſque ad finem, & ante eum Cagnol. eadem l. 2. num. 128. & infra pluribus ſequent. & in ſumma probato errore, & exceſſu grandis, & enormis adeo læſionis, ſemper contrahens læſus eſt audiendus, cum dolus vbique exceptus intelligatur, & hæc illi comparetur. vnde ſatius eſt, vt is ex animo ſuo à principio hoc dimoueat, quàm id loqui, & agere, vnde poſtea ſua libido incendatur, & deſerere cogatur quod inique attentauit; præterea cum dictū ſit caſu quo appareret, &c. inde ſatis conſtare vēdentem non habuiſſe certam ſcientiam, & perfectam notitiam valoris, quo caſu non obſtante ea
33 clauſula frui poteſt beneficio eius l. 2. quæ etiam habet locum in donatione ob cauſam, vel viciſſitudinariam, vt commemorat Cagnol. ea. l. 2. nume. 198. Quare obtenta prius abſolutione à iuramento arbitror probata hac enormiſſima læſione optime agi poſſe ad contractum hunc reſcindendum, cum præſertim donatio facta potentiori ratione officij, & de re de qua aduerſus aliū fieri lis intendebatur irrita ſit, toto titu. C. ne li-
34 ceat potentiori, & explicat videndus Afflictus tractatu protomiſeos, §. quinto. num. 1. & 2. & infra quorum potentiorum gratiam, vt conſequantur, multi, & complures comperiuntur, qui eis donant, vel eis ſe donaturos fore plurima iactant, vt ea ſpe eos lactent, ſeque in miſeram ſeruitatem redigant, vt honores, vel aliud quidpiam, quod intendunt aſſequantur: vnde ſi ſeruitus poſtremum eſt omnium malorum, non modo bello ſed etiam morte repellendum, equidem non poſſum non niſi valde dolere horum vices,
35 qui tanquam ad iugum nati, non fatali caſu, ſed motu animi voluntario, grauè ſeruitutis iugum ſibi ipſis imponunt, ſuiſque bonis ſe ipſos, & ſuā poſteritatem ſpoliant, vt inordinato honorum appetitui, & cupiditati obediant, quiduis perpetiuntur, cuius miſerè deſeruiunt, dum quod velint conſequantur inferioribus parent, paribus obſequuntur, ſuperioribus ſeruiunt, circumeunt ſingulos, prenſant dextras, rogant atque obteſtātur, natura valde ſuperbi, & ambitioſi, attamen humiles facti humiliter, & demiſſe omnia agunt, quoſcunque magnos labores propter hanc ipſam ambitionem ſuſtinent, quæcunque onera, quæ eis imponuntur, fortiter, & patienter ferunt quaſcunque leges, & negotia, quæ eis perſcribantur & committantur, ab his à quibus putant ſe poſſe in hoc ipſo quod vnum agunt ambitionis negotio iuuari, libenti animo ad extremum vſq; exequuntur, hiſque ſimulatæ humilitatis gradibus, cui eſt potius nomen ſuperbia, continenter contendunt ad faſtigium honorum, per fas, & nefas peruenire: & quod peſſimum ſemper arbitratus ſum, vt illis poſtquam ea aſſecuti fuerint abutantur, vt magiſtratus loco prędæ habeant, vt ſuperbientes elate nimis in alto vanæ gloriæ ſolio ſedentes terribili aſpectu, ſeuero vultu, elato ſupercilio, minaci ſermone, his arroganter, regio quaſi ſtrepitu imperent, quibus paulo ijdem ipſi humili geſtu & demiſſo atque inclinato capite paruerant; atque ita ex his arbitror omnibus propoſitis quæſtionibus breuiter, & pro veritate ſatisfactum fore.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO OCTAVIANO, & Petro Franciſco fratribus Regnis.

ARGVMENTA.

Princeps, vel eius procurator, ſi vectigal vendat, vel aliud quidpiam, an aliquid agere poſſit per quod eius exactio impediatur ne fiat, prout contractus tempore fieri ſolebat, & quid ſi id fieri vellet via vniuerſalis legis, vel propter publicam vtilitatem, an damnum ſarciri emptori debeat

Princeps vel fiſcus ſi aliquid ſimpliciter vendat, an intelligatur habere facultatem redimendi: & an pactum redimendi perpetuum fiſco conceſſum trigīnta annorum ſpatio præſcribatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Venditio à procuratore principis facta, ab ipſo principe facta cenſetur.*
2 *Princeps tenetur ſeruare cōtractum ab eo factum.*
3 *Princeps nequit reuocare contractum à ſe factum,*

etiam

etiam de plenitudine poteſtatis, vel per viam generalis legis.

4 Solitum in vna vice comprobatur, & quidem vltima.

5 Conſuetudo antiqua, & maxime immemoriabilis eſt obſeruanda.

6 Conſuetudo immemoriabilis plures mirabiles effectus parit.

7 Dictio, prout, cauſam deſignat, & ponitur pro, quia, vel limitatiue ad præteritum.

8 Iudicata res pro veritate habetur.

9 Interpretationem certam quã habuerunt, minimè ſunt mutanda.

10 A poſſeſſione ſua, quis non debet dimoueri niſi cauſa cognita.

11 Nouitates quantum fieri poteſt ſunt fugiendæ.

12 Malis hominibus, vt purgetur prouincia, & vt quietè in ea viuatur, curare debet qui ei præeſt.

13 Pace vt ſubditi fruantur Reipub. intereſt.

14 Prouidentiæ partes ſunt, vt nedum præſentibus, ſed etiam futuris in tempore prouideamus.

15 Principis prouidentia eſt pro vtilitate ſubditorum.

16 Prouidentia iudicis officium demonſtrat.

17 Melius eſt intacta iura ſeruare, quàm poſt vulnera tam cauſam remedium quærere.

18 Pacata atque quieta, vt ſit prouincia curare debet præſes.

19 Receptantium facinoroſos homines genus eſt peſſimum.

20 In tabernas frequentantes elegans execratio.

21 Periculum qui amat, in illo peribit.

22 Princeps debet curare, vt ſubditi liberi ab omnibus periculis incolumes viuant, & bella inhibere debet.

23 Cauſis ex pluribus factum, ſi vna ceſſet non tamen deficit diſpoſitio, etiamſi vna tantum vigeat.

24 Legis ratione ceſſante, an lex ipſa ceſſet.

25 Diſpoſitio aliqua vbi in contractum tranſiuerit, etiam ſi eius ratio ceſſet, non tamen contractus irritus fit.

26 Contractus fidem princeps ſeruare debet.

27 Vtilitas publica priuatæ eſt anteponẽda, & in quacunque diſpoſitione excepta cenſetur.

28 Publicæ vtilitatis fauore, poteſt quis compelli ad factum.

29 Publica vtilitas multa habet priuilegia.

30 Priuatorum commodo debet præferri quod omnibus prodeſt.

31 Damnum debet compenſari cum lucro.

32 Vectigalia inducta cenſentur auctoritate ſuperioris.

33 Princeps vbi poſsit reuocare contractum ab eo geſtum, debet tamen ſubdito damnum reſarcire.

34 Princeps quidquid agit debet ſine alterius iniuria agere, & ſubditos conſeruare in eo gradu in quo eos inuenit.

35 Principi turpiſſimum eſt fidem datam fallere.

36 Tertij ius in quacunque diſpoſitione exceptum intelligitur.

37 Euictionem venditor præſtare debet emptori vitiũ ſcienti, ſi in forma communi & iuris ſe obligauerit ad manutenendam rem venditam.

38 Euictio ex natura rei venditæ procedens non continetur in promiſsione à venditore in forma communi facta.

39 Princeps poſt venditum vectigal, non poteſt aliquid facere vnde illud diminuatur.

40 Principis factum inter caſus fortuitos connumeratur, & ad illud venditor non tenetur, etiamſi ad id ſe obligaſſet cum iuramento, & an id ſemper verum ſit.

41 Principis factum proprium ſemper in eius promiſſione includitur.

42 Princeps vel fiſcus ſi vendat rem aliquam non habet priuilegium luitionis.

43 Redimendi facultas ad tempus permiſſa, poſt illud cenſetur prohibita.

44 Fiſcus & princeps iure communi vtitur, niſi nominatim priuilegio donatus reperiatur.

45 Pactum redimendi perpetuum, triginta annorum ſpatio præſcribitur.

46 pactum redimendi perpetuum fiſco conceſſum, non præſcribitur ſpatio triginta annorum, ſed tempus centum annorum exigitur.

CONSILIVM CCXIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

VEctigalis, ſeu (vt aiunt) datij huius exactio quæ fit à Dominis officij Bulletarum Mediolani, vti iuſta, & legitima minime videtur impedienda, *ni* conſtat titulo oneroſo *ſcilicet* venditionis illud fuiſſe à mandatarijs, & procuratoribus Ducis Ludouici Sfortiæ anno 1496. die 17. Auguſti in forma communi, & iuris acquiſitum à maioribus ex linea materna, Octauiani, & Petri Franciſci fratrum Regnarum, cũ iure & facultate illud exercendi, & exerceri faciendi, & exigendi, & exigi faciendi iuxta ſolitum, & prout ſolitum eſt fieri nomine Ducalis Cameræ; & prout facere poterat Ducalis Camera ante ipſam venditionem, & poſſet ſi ipſa venditio facta non eſſet, vnde cum ex forma antiquiſſimorum ordinum manifeſtum ſit tempore contractus, & antea, & poſt hoc ipſum datiũ exigi ab ipſis aduenis, qui in vrbe, & ſuburbijs hoſpitati fuiſſent, & contra caupones qui non denuntiaſſent, ad pœnas in eis inſcriptas, fuiſſe proceſſum, & datos fuiſſe ab eis fideiuſſores, de ipſis ordinibus ſeruandis conſequitur, vt nullo modo ipſi Regnæ ſint turbandi; in hac antiquiſſima, & immemoriabili poſſeſſione, iuſtiſſimo, & oneroſo
1 titulo communita, quandoquidem venditio facta ab his procuratoribus habentibus legitimũ manda-

mandatum, perinde ſit ac ſi facta fuiſſet ab ipſo
1 Duce,l. ſi procurator.& ibi Bart. ff.de iure. Soci.
conſil.45.in 4. volu. Alciat. videndus conſil. 18.
num. 16.lib.8.& princeps tenetur ſeruare contra
ctum etiam cum ſubdito celebratum,& idem eſt
in ſucceſſore Principis; & quamuis dubitetur an
obligetur naturaliter tantum, vel ciuiliter,& na-
turaliter: attamen hoc nihil refert, quia omnes
vno ore concedunt eum efficienter obligari, &
cum obligatio ſit iuris naturalis, vel gentium,nõ
2 poteſt à principe tolli,& ſi cõtrahat, vti priuatus
habetur, & omnes contractus ab eo geſti dicun-
tur bonæ fidei; & niſi teneretur ſeruare contra-
ctum,nullus vellet cum eo contrahere, & priua-
retur commercio hominum,& eſſet exul,qui de
bet eſſe præſul: & tanto minus põt fieri reuoca-
tio,quando pretium excepit, nam tunc ſi poſſet
reuocare, committeretur euidens dolus,& iniu-
ſtitia manifeſta, & ſubditi deciperentur, & inci-
derent in laqueum,& captionem:cum tamen de
ceat principem eſſe ſigniferum iuſtitiæ ducem,
atque principem omnium virtutum,& vitiorum
ac fraudis vindicem, l.digna vox, & ibi videan-
tur ſcribentes præſertim Caſtrenſ.num.5. C.de
legibus.commun. dicunt, videndus Dec. in c.1.
num.1.& infra de probat. Rolan.à Valle conſil.
66.num.33.lib.2. & conſil.69. num.15. & con-
ſil. 100. num.139. lib.4. Boſſius noſter de princ.
num.9.12.18.& 28. Alba videndus omnino con
ſil.185. num.12. & infra pluribus ſequentib.&
Gabriel lib.commun.tit.de iure quæſito non tol
lendo, concluſ.5.num.1.& num.2.& num.18.&
19.& 34. vbi id ampliat etiamſi princeps proce-
3 dat ad reuocationem de plenitudine poteſtatis,
vel per viam generalis legis, vt dixi ego conſil.
106.num.16.& conſil.162.num.12.& infra plu
ribus ſequent.lib.2.& cum venditio ſe referat ad
4 ſolitum quod etiam in vna tantum vice; & vlti-
mo comprobatur ex doctrina Bartoli,quem cõ-
muni conſenſu ſequuntur doctores, in l. Mella
ait,§.1.de alim. leg. & in l.1.num.7. C.quomo-
do & quando iudex. Gozad. conſilio vigeſimo
tertio, nu.4.qui loquitur in emolumentis ſolitis
dari,alijs gubernatoribus,& ſi id rerum eſt in ſoli
to quid dicemus in caſu noſtro, in quo liquet
id fuiſſe ſemper conſuetum,& per tempus imme
5 morabile longa ſerie ſemper obſeruatum; Caro-
tius tractatu locati, ſub tit.de ſubſtan. loca.quę-
ſtio.5. de mercede difformi, num.20. & 22.fol.
10. ſecundum vltimam impreſſionem, optime
confert Gabriel.lib.commun.tit.de præſcriptio-
6 nibus, conclu.1.referens mirabiles effectus inue-
teratæ, & immemorabilis huius conſuetudinis
Boſſius de fiſco,num.55.& quæ etiam ex noſtris
conſtitutionibus, titu.de iure & priuilegio fiſci,
§.nulla præſcriptio contra fiſcum etiam admit-
titur, & non ſolum fuit ſimpliciter obſeruatum,
ſed confirmatum,& quatenus opus eſſet de nouo
conceſſum àglorioſiſſimæ memoriæ Imperato-
re Carolo V. & ab eius Excellentiſſimo Senatu
prout hactenus fuit in poſſeſſione,& gauiſus eſt
Octauianus Regna ex maioribus Ambroſij &
fratrum reorum conuentorum, & ſiue dictio illa
7 prout cauſam deſignet, & ponatur quo quia, vel
limitatiue ad præteritum, vt diſtinguit Bartol.
videndus in extrauaganti ad reprimendum, in
verbo, prout,& Boſſius titu.de prin.nume.351.
Vtroque caſu debent obtinere Regnæ cum pro-
bauerit ſemper ante conceſſionem ſeu confirma
tionem Imperatoriam fuiſſe ita obſeruatum, &
eos & ante & poſt ita fuiſſe gauiſos, & in pacifi-
ca & quieta fuiſſe poſſeſſione huius exactionis:
imo quod magis eſt,etiam in concertatorio cum
ipſis cauponibus ſæpius ita iudicatum fuiſſe ab
Illuſtri Magiſtratu, & à Senatu ſæpius Excellen
tiſſimo, & ab excelſo conſilio ſecreto, & tam à
minoribus,quàm à maioribus iudicibus.vnde fit
8 vt vltra hanc inueteratam obſeruantiam adſit
res iudicata, quæ pro veritate habetur, l.1.ff.de
re iudicata,& quam immutare nefas eſt, Crauet.
conſil.79.num.1. nam minime mutanda ſunt ea
quæ certam interpretationem, & iudicij formã
9 ſemper habuerunt,& quæ tandiu obtinuerunt,l.
minime, ff.de legibus, & tradit Doc. Alciat.no-
ſter conſil.7. num.3. lib.2. & conſil.8. num.9.&
conſil.33.num.11.lib.5.Crauet.conſil.42.nu.4.
nec debet quis à ſua poſſeſſione deijci aut dimo-
10 ueri,c.querelam, & ibi Abb.de elect.& c.perue-
nit, de cenſibus, & dixi ego conſi.166.num.20.
11 lib.2. & quantum fieri poteſt nouitates ſunt fu-
giendæ, & repudiandæ,c.cum conſuetudines,de
conſuetudinibus, Crauet. conſ.504.num.13.

Quæ cum ita ſint non debẽt mouere, quæ ex
contrario doctè admodum & ſubtiliter mouen-
tur,nempe,vt inſpectis his temporibus,nulla poſ
ſit conſiderari publica vtilitas,ſed potius damnũ
& notabile incommodum ſubditorum, ex huiuſ
modi datij exactione, quæ ideo ſuperuacanea vi
detur, maxime ceſſante cauſa vnde illud impoſi
tum videtur.

Quia reſpondetur,negando publicæ vtilitatis
rationem deficere, nam cum ex notitia forenſiũ,
& aduenarum,qui in vrbe hoſpitantur,poſſit ad
publicam, & ad priuatam vtilitatẽ magnus fru-
ctus conſiderari,ſcilicet ne aduerſus ſtatum, vel
ſubditos conſpirationes,& vniones fiant,& vt fa
cilius ſciantur qui delicta committunt, quæ vt
plurimum perpetrari ſolent opera & miniſterio
forenſium,per quos ſæpe etiam dolo malo peſti-
feri morbi,tam ratione animæ,quam corporum
ad totam inficiendam prouinciam inferuntur,
& hoc ſatis etiam comprobatur ex preconijs nu
per factis ex ordine Illuſtriſſimorum Guberna-
torum,idem præſcribentibus, vt maxime exclu-
ſorũ,& bannitorum copia,& ſceleſtorum homi-
num nimia audacia reprimeretur, & vt facilius
ipſa prouincia malis ac facinoroſis hominibus
purgaretur:intereſt enim Reipublicæ, vt quietè
viuatur, vt pacatæ, & tranquillę ſint ciuitates,&
ne concitentur ſeditiones, & diſcordiæ, & qui
pro-

12 prouinciæ præeſt,debet id accurate,diligenterq;
& ſtudioſe curare, nec diſtinguitur vnde ſint,an
ſuæ ſint homines prouinciæ, vel extranei:nam
aduerſus eos imperium habet, vt tradit egregie
I. C. in l.præſes, la ſecunda, de officio præſidis,
& Reipublicæ maxime intereſt, vt ſubditi dul-
cem,& ſalutarem pacem habeant, l.congruit,ff.
13 eod.l.ſi quis ingenuum,§.fina.de cap.& poſt.l.1.
§.quies,de officio præfecti vrbis,& optime diſtin
guit Bartol.videndus in l.ambitioſa, num.22.ff.
de decretis ab ord. faciendis, debent enim prin-
ceps & magiſtratus ſic ſolicitè excubare, vigila-
reque pro bono & pacifico ſtatu ciuitatis, vt ei
nihil improuiſum poſſit accidere,& prorſus non
omittere quod aliquo modo pertinere queat ad
eum augendum, & conſeruandum; imo quantũ
in eis eſt in tempore,ante factum, debent occur-
rere ne ſeditio aliqua eueniat,& vt perturbatio-
nes,& populi motus cohibeantur;& ne delicta fe
rantur impunita, vnde ad alios peccandi nimia
licentia perueniat, diligentiſſimeque debent ſtu
dere generali paci, & quieti prouinciæ, & vt ex
hac vna re maximam laudem capiant: plerum-
que enim ſtatus publicus ex priuato turbatur,&
ex ignorantia forenſiũ,qui ad vrbem vndiq;cõ-
fluunt,oriuntur multa reipublicæ incommoda;
14 & prouidentiæ partes ſunt, vt mediũ præſentib,
conſulamus,ſed etiam his quæ humano conſilio
prouideri poſſunt, in tempore prouideamus &
ideo antequam aliquid fiat eſt metuendum &
mature cauendum, l.æquiſſimum, & ibi Baldus
de vſufructu,& copioſè proſequitur Felin.vidẽ-
dus de treuga & pace,cap.1.num.3.verſic.dicas.
& num.6.futurus enim euentus inſpicitur, gloſ.
in verbo,euentus,in Clem.1.vt lite pendente,&
ibi Cardinalis Zabarella, num.8. l.aut facta, ff.
de pœnis, §.quia vero hactenus,in auth. de nu-
15 ptijs; & prouidentia principis, eſt pro vtilitate
ſubditorum, in authen.de fideiuſſoribus, §.fin.&
ſapiens debet habere Prouidentiam in quolibet
actu, §.non autem, in authen.de hæred.& fal. &
hoc verbum prouidentia iudicis officium notat,
l.cum ſatis, §.caueat, C.de agricolis & cenſ.lib.
16 10.& princeps eſt poteſtas publica,& in terris di
uinæ maieſtatis quaſi imago, & tanquam ſol ha
bendus: & ſicut ſol eminet in terra vniuerſa, &
radijs micat, vt cuncta videat, & dijudicet vni-
uerſa;ita debet princeps, tèquam terræ vita, vi-
uentium adiumentum cuncta rimari, & de bo-
no ſtatu cogitando, & opportune prouidere, vt
inquit Lucas de Penna in rubr. C.de princi.agẽ
tium in rebus, lib.11. & melius eſt proſpiciendo
17 futura ſubditos tueri,quam poſt eos oppreſſos ia
centibus, miſereque vulneratis, & magnitudi-
ne dolorum eiulantibus, remedium & opem &
ſæpe fruſtra quærere, l.fin. C.in quibus cauſis,&
propterea ex optima I C. ſententia in ea.l.con-
gruit,ff.de officio præſidis;bono & graui præſidi
congruit curare, vt pacata, atque quieta ſit pro-
uincia quã regit, quod non difficile obtinebit ſi
18 ſolicite agat, vt malis hominibus prouincia ca-
reat, eoſque conquirat;nam & ſacrilegos,latro-
nes,fures,conquirere debet receptatoresq; eorũ;
ſine quibus latro diu latere non poteſt coercere;
eſt enim peſſimum genus iſtorum receptatorum;
19 l.1.de receptatoribus, & cum à notitia danda ab
ipſis cauponibus, maxime de ijs,qui in ſuis ho-
ſpitantur tabernis huic malo facile obuiam ea-
tur,cur non dicemus,& concedemus publicæ vti
litati valde expedire, & conducere,vt hæ denun
tiationes & bulletæ fiant, & fideiuſſiones præſtẽ
tur, cum ſit medium quoddam opportunum ſa-
lutare,& quaſi neceſſarium ad conquirendos ma
los homines, & ad prouinciam hac malorum ho
minum fece purgandam, & ad continendos in
officio hoſce caupones, horum, vt plurimum re-
ceptatores, & niſi hæc manifeſta ineſſet vtilitas
publica, non eſt credendum, quod id paſſim,&
vbique ſere per vniuerſam Europam obſeruare-
tur;& cum ad boni fiſcalis, & regij procuratoris
officium præcipue pertineat conſulere commo-
dis ſubditorum, & paci, & quieti Reipublicæ,&
ne hæc malorum hominum pernicies, & peſtis
longius ſerpat, debebit omnino hunc inueteratũ
morem bulletarum,& datij exactionem tueri,&
quæ laudabilis conſuetudo ſi deficeret, deberet
denuo concedi per viam generalis legis propter
hanc euidentem vtilitatem: ad cauponam enim
tãquam ad diuerſorium voluptatis, & nequitiæ,
ac flagitiorum omnium, ſæpe homines nequam
& improbi atque perditi,& nedum exteri,ſed no
ſtrates confugiunt,qui eius optimum inſtitutum
peruertunt; nam licet tabernarum vſus ſit valde
humano generi neceſſarius,ſiquidem cum huma
na vita cõmercijs egeat,& longè lateq; in aliena
ciuitate, & in longinquis, & remotis regionibus
20 peregrinari, & inſulas peragrare homines opor-
teat,ad legationes obeundas, & ad merces com-
parandas, & ad queſtuoſiſſimas emendi & ven-
dendi mercaturas,atq; cũ opus ſit ad plurima cõ
ficienda, negotia ab vna prouincia ad alteram
tranſire & conuolare,& deportari, & antiqua il-
la charitas hoſpitalitatis, & vetus illa vrbanitas
exaruerit hominum auaritia, vt reuireſceret,in-
uentus fuit cauponarum vſus, ad quas peregri-
ni,aduenæ, & hoſpites diuerterent, & libere ſine
exceptione,& pudore,& rubore, vt fit apud ami
cos tabernarijs ſua exponerent deſideria,ab eis
recrearentur,cibos ſumerent,ſuis commodis tan
ta imperandi libertate conſulerent,& liberè ioca
ri aut ſuſpirare familiariter poſſent,perinde ac ſi
domi ſuæ eſſent;nam eo, nutu quodã fluunt om-
nia,modo tamẽ pecunia ipſa affluat,& crumena
non deficiat, & vbi caupo blandus aſſentator, &
veterator vaſer cognouerit hoſpitem bene numa
tum eſſe,nactus occaſione bene gerendæ rei ſuæ,
nihil boni obſonij, nihil optimi vini,nihil obſe-
quij,nihil commodi quod excogitari & exopta-
ri poſſit omittit, ſæpe etiam non laceſſitus ſua
ſponte varia proponit immenſæ gulæ, & animi
obleeta-

ꝺblectamenta, vt magis eum incitet ad fruendũ,
& quod ſua valde intereſt ad ſacculum numo-
rum exinaniendum. Verum enimuero hic taber-
narum vſus ad hominum vtilitatem adinuẽtus,
hominum noſtratium edacitate, luxu, & vitiorũ
gurgite, in eorum perniciem voracibus impenſis
oneroſus peruertitur, & inde fit, vt vnde ſperaba
tur publicum commodum, & vitæ tranquillitas,
ſæpiſſimè oriatur grauis iactura, atq; Baccho &
Venere irarum ardentes faces miniſtrantib. ex-
oriatur diſcordiarum ſeminarium, & vt vnico
verbo concludam, ex hoſpitio fiat ludorum bla-
ſphemiarum, & nequitiæ officina, & nutricula ſe
ditioſorum hominũ, cum præſertim, quod opifi-
ces, & reliqua fex populi tota hebdomada, conti
nenter & aſſidue dies & noctes vigilans, magno
rotius familiæ cruciatu lucrata eſt ad eius fami-
liæ egeſtatem ſuſtentandam, & recreandam, cau
pona vorax vno die feſto cito abſorbeat, quo
fit, vt familia interdum fame pereat, & neceſſita
te adacta pudicitiam perdat, & turpiſſimo mer-
catu eandem venalem habeat & proponat. Qua
re non ſatis laudare poſſum, quę nuper factæ fue
runt proclamationes, principalesvè iuſſiones ad
furentis huius plebis, & ad horum edacium per-
ditorumq́ue hominum, quorum Deus venter eſt
effręnatas libidines, & libidinoſos impetus, & co
natus cohibendos, & ad immenſas gulæ horum
helluonum ganeorumque voragines reprimen-
das, & pro bono publico coercendas, cum reipu-
blicæ interſit ne quis re ſua male vtatur.

Secundo licet ceſſet bellum, tamen non ceſſat
belli periculum, & cum pericula dicantur, quia
ſæpe perire faciunt, diligenter ſunt præcauenda,
quod fit medio, & beneficio diligentiæ bulleta-
rum, & notificationum; & ſane ſtultum eſt admit
tere, qđ euitari poteſt, nec debemus temere nos
offerre periculis, ſed omni ſtudio & vigilantia
quantum eſt in nobis debemus inſidias declina-
re, & qui periculum quantum cauere poteſt non
cauet, & qui habet quod faciat, ſuæq́ue & ſuorũ
ſaluti conſulere non procurat, magis tentat Deũ
1 quam ſperet in Deo, eiq́ue imputatur qui ſe his
periculis committit; nam qui amat periculum in
illo peribit, Deusq́ue facientes adiuuat, 23.q. vl
tima, c. ſi nulla, l. item Mela, ff. ad leg. Aquiliã,
& luculenter multa conſcribit videnda omnino
Lucas à Penna in l. principes, C. de principibus
agentium in rebus, lib. 11. hocq́ue maxime ſpe-
ctabat ad officium optimi principis, & magiſtra-
tus, qui debet dies & noctes eſſe ſolicitus, vt ſub-
diti ab huiuſmodi periculis liberi in omni quie-
2 te conſiſtant, & vt incolumes ſeruentur, debetq;
curare iuſtitiam, & quod paulatim labitur repa-
rare, inhibere bella, & calumnia ſubditos cuſto-
dire, authen. vt nullus iudicum, in princ. in auth.
vt iudices ſine quo ſuffrag. & perbelle multa in
idem videnda affert Reſtaurus Caſtaldus, tract.
de Imperat. quæſt. 6. Cum igitur maxima inde
poſſit conſiderari publica vtilitas, & hæc ſaluta-
ris, & inueterata lex, & laudabilis ciuitatis con-
ſuetudo nitatur multis rationibus, licet vna ceſ-
23 ſet, tamen cum cæteræ vigeant, vtique debet ea
conſiſtere, §. affinitatis, in inſtitu. de nuptiis, l. ſi
non lex Ælia, ff. de hæredibus inſtituen. Tiraq.
tractat. ceſſante cauſa, limit. 22. imo nec perpe-
tuum eſt, vt ceſſante legis ratione lex debeat ceſ-
ſare; niſi id expreſſe dictum ſit, maxime quando
24 illa ad tempus ceſſaret, vel inde tertius damnum
pateretur, vel ob id conſtitutio remaneret irra-
tionabilis, vt declarat idem Tiraquell. eo. tracta.
ceſſante cauſa, in verbo, legis cauſa ceſſante, à nu.
160. vſque ad finem, vbi multis modis ad rem fa
cientibus eam declarat concluſionem.

Tertio cum ea legis & conſuetudinis diſpoſi-
tio in contractum tranſiuerit propter alienatio-
nem à Principe factam, debet omnino ſeruari,
nec amplius quæritur an ratio eius ſubſiſtat, nec
ne; cum ex quo Princeps eam in contractum de-
25 duxerit, ſatis dicatur conſtare de eius mẽte quod
voluerit eſſe perpetuam, ceſſante etiam ratione
impulſiua, quia hoc caſu ſola ſtatuentis autori-
tas eſt cauſa principalis, vt declarat idem Tiraq.
tract. ceſſante cauſa, loco relato, num. 172. & nu-
mero 173. tunc enim dicitur conſtitutionem ha-
bere in ſe præſumptionem iuris, & de iure, cum
ita ſtatuerit per viam contractus, nec admittitur
probatio ſuper ceſſatione cauſæ: cum maxime
26 cõtractus fidem ſeruare debeat Princeps, vt cõ-
memorat videndus Crauet. conſil. 338. à nu. 20.
vſque ad finem, nec nimis oneroſa aut damnoſa
videri debet hæc inueterata exactio, cum longè
multum præſtet commodum quod proficiſcitur
ex tot tantisq́ue commodis ſuperius enarratis,
quæ cum præſeferant publicam vtilitatem, de-
27 bent omnino anteferri, cum ea ſit ſemper priua-
tæ anteponenda, Bartol. l. 1. §. fin. C. de caducis
rollen. & notatur communiter in l. 1. ſolu. matr.
l. vtilitas, C. de primipil. & his, quæ inducta ſunt
cauſa publicæ vtilitatis non poteſt renunciari.
Bar. in l. 2. §. ſed quia veremur, C. de iuramen. ca
lumniæ, & ea ſemper cenſetur in quacunque di-
ſpoſitione excepta, l. iubemus, la 1. C. de ſacro-
ſanctis eccleſ. & fauore publicæ vtilitatis poteſt
28 quis compelli ad factum. Bart. in l. ſtipulatio, ff.
de operis noui nunc. & iſtud damnum ſi compa-
retur ad maius publicum commodum non eſt,
conſideratione dignum, vt ample ſcribit Fel. qui
29 publicæ huius vtilitatis multa recenſet cõmoda,
videndus in c. non nulli, ſub num. 16. verſic. & vl
tra iſtos, de reſcriptis; & vtilitas publica præferri
debet priuatæ, etiam cum incommodo ſingula-
rium aliquorum, Crauet. videndus conſil. 132.
num. 23. quia priuatorum commodo præfertur,
quod communiter omnibus prodeſt. Rolan. con
ſil. 69. num. 9. lib. 2. & damnum ſi quod eſt, debet
30 cum longè vberiori, & pinguiori lucro quod in-
de proficiſcitur compenſari, vt inquit I. C. in l. ſi
negotia, & ibi vide Bart. ff. de neg. geſt. facit l. vi-
31 ro, ff. ſol. matr. Accedat quod vectigal huiuſmodi

iuris

iuris præſumptione creditur inductum auctori-
tate ſuperioris, ſine qua non poterat indici. l. 1.
C.noua vectigalia inſtit.non poſſe. Rip.reſp.68.
32 nu.2.& propterea cum habeat fomentum iuſta-
rum cauſarum,& authoritatis ſuperioris non eſt
impediendum.

Quartò,licet etiam ſi daremus minus vera fa
tentes,principem ex cauſa publicæ vtilitatis,quę
tamen non probatur, in præſenti ſpecie poſſe cō
33 tractum ab eo factum irritū facere; attamen de-
bet damnum ſubdito,cum quo contraxit reſarci
re,quia id non licet, niſi data condigna remune-
ratione,& compenſatione, vt peritè proſequun-
tur Iaſ.in l. Barbarius,num.36.de officio prætor.
Crauet. videndus omnino conſ.933.nume.6. &
pluribus ſequen. Alba eo.conſ.185.nu.17.& Ga
briel videndus lib.commun. de iure quæſito non
tollen.conclu.2. num.25.vbi complures in idem
34 refert; Princeps enim quod facit,debet ſine iniu-
ria alterius agere, Rol.conſ.97.num.35.lib.1. &
debet ſubditos ſuos conſeruare in eo gradu, in
quo reperit,idem Rol.conſ. 1. num.104. Princi
pi enim turpiſſimum eſt ab honeſto recedere, cū
debeat eſſe cæteris exemplo;& ideo grauius pec-
cat Princeps frangendo fidem,quàm inferior, &
fidem fallere grauibus graue eſt,grauioribus gra
35 uius;& grauiſſimis, & conſpicuis viris grauiſſi-
mum; quia in ſe eſt malum, & extra ſe, dat ma-
lum exemplum.l.1.ff.de conſtit.Princ.Bal.conſ.
343. nu... vol.1. quem refert, & ſequitur Cac-
cialupus in l.omnes populi,num... ff.de iuſti.&
36 iure.Crauet.conſ.96.num.9. tertij enim ius ſem
per exceptum in quacunque diſpoſitione intelli
gitur, vt ſcribit Alciatus noſter loquens in Duce
Mediolani,conſ.4.num.17.lib.2.& res male agi
tur cum orbis Reipublicæ, & Principis ſic eſt
conuerſus,vt vix impreſſam iuſtitiæ orbitam vi-
dere poſſimus.

Et hoc maximè dicendum eſt cum Principis
procuratores in forma communi,& iuris ſe obli-
37 gauerint ad defenſionem,& manutentionem da-
tij venditi; quo caſu etiam emptori ſcienti ali-
quod adeſſe vitium,vel rem eſſe alienam,tenetur
venditor,l.ſi fundum ſciens, C.de euictio.& pul-
chrè tradit videndus omnino Corneus conſil.2.
num.13.& 14.lib.3.

Nec officit, vt hæc videatur euictio ex natura
38 rei venditæ procedens,quæ in huiuſmodi promiſ
ſione non continetur,imò ſemper excluditur.l.ſi
familiæ, C.familiæ erciſc.l.ſi quis domum, §.2.
ff.locati, Tiraquel. de retractu legali.§.1. gloſ.9.
numero 35.

Quia reſpondetur hanc non eſſe huiuſmodi,
cum iam ſuperius probauerimus, hoc Principi
non licere,& in Principe,qui grapharium aliqui
39 bus mercatoribus dederat in ſolutum,vt non poſ
ſit noua conſtitutione diminuere cōmoda ipſius
officij graphariatus,tradit videndus Rolan.con-
ſil.45.num.6.& pluribus ſeq.lib.3. & quāuis fa-
40 ctum Principis connumeretur inter caſus fortui-
tos,& ad illud vēditor nō teneatur,etiāſi cum iu-
ramēto ſe obligaſſet,quia contineret peccatum;
& daretur materia,atque occaſio delinquendi.l.
ſi per imprudentiā,ff.de euic. Bart.in l.exceptio-
ne,ff.de fideiuſ. Crauet.conſ.5.& fuſius conſilio
233. Carotius trac.locati, ſub titu. de caſibus,
quæſt.12.num.1.2.3.fol.174.ſecundum vltimā
impreſſionem: Attamen id intelligitur in extra-
neo,ſecus in Principe vendente,quia tunc ſecun
dum receptas ſentētias,quas ſuperius retulimus,
vel nō poteſt aduerſari contractui à ſe geſto, vel
41 vbi ex cauſa publicæ vtilitatis id velit,debet fieri
ſine damno tertij; & ſic ſequitur vt factum pro-
prium Principis in eius promiſſione includatur;
l.fundum meum,ff.de euic. l.ſtipulatio iſta habe
re licere,ff.de verb.oblig. Tiraquel.de retrac.con
uent.§.1.gloſ.6.nu.5.& dixi ego conſ.102.nu.5.
lib.2.cum tunc dicatur culpa præcedere caſum,
vt ait Boſſius tit.de remiſſione mercedis conduc.
nu.82.aliàs ſequeretur, vt poſſet ſemper pro libi
to voluntatis Princeps eius contractum reſcinde
re,quia de eius facto non teneatur, & licet dare-
tur cum poſſe ex publica vtilitate contrauenire,
tamen debet de ea conſtare, quæ tamen deficit
in caſu noſtro,imo contraria apparet,& omni ca
ſu dari debet remuneratio; & propterea omni iu
ri & rationi conuenit, vt Regnæ in eorum anti-
quiſſima poſſeſſione tot iuſtis titulis, & rationi-
bus,& rebus iudicatis munita,& publicam vtili-
tatem præ ſe ferente conſeruentur,vt ſperant ob
tinere à bona iuſtitia Illuſtris Magiſtratus ordi-
narij.

An vero Princeps, vel fiſcus ſi legitimè ven-
42 dat rem aliquam,habeat priuilegium luitionis,
vel vt poſſit ab emptione diſcedere, puto mini-
me;quia à principio contractus ſunt voluntatis,
& poſt factum fiunt neceſſitatis.l.ſicut, C.de ac.
& oblig. & venditio ſolēniter ab eo facta,empto
ri tribuit firmitatem perpetuo poſſidendi. l.1.C.
ſi propter publ.penſit. Bart. in l.quæcunque, C.
fide inſtru.lib.10.l.1.C.de capien.& diſtrahend.
pigno. Peregr.de iure fiſci,lib.6.num.19. & ideo
paſſim videmus ſeruari, vt quoties velit habere
facultatem redimēdi, pactum apponit, quod vbi
ſit ad tempus,extra illud redimere nefas eſt,cum
43 permiſſum ad tempus, poſt illud cenſeatur prohi
bitum,vt ſcribit videndus Cagnol.in l.2.nu.63.
verſ.ſeptimo quæramus, C.de pac.inter empto.
& vendit. Communem dicit Alba conſ.178.nu.
9.& communis & receptiſſima eſt omnium ſen-
44 tentia,vt Princeps & fiſcus iure cōmuni vtatur,
niſi nominatim priuilegio donatus reperiatur:
gloſ.in l.item veniunt,§.in priuatorum,ff.de pe-
tit.hered.l.quod placuit,in fine,de iure fiſci. Al-
ba conſ.451.num.35. Boſſius tit. de fiſco,& pri-
uilegio eius,num.74.& infra.

Vbi tamen in venditione appoſitum eſſet pa-
ctum redimendi perpetuum, licet ex magis rece
45 pta ſententia præſcribatur ſpatio triginta anno-
rum,vt communem affirmat Didacus videndus
varia-

variar.reſolut.lib.1.c.9.num.2.& infra.attamen in fiſco requiritur tempus centum annorum, vt notatur in l.fin. C.de ſacroſ.eccleſ.com.dicit Peregr.relato tractatu,lib.6.nu.2.& facit conſtitutio noſtra,titu.de iure fiſci,verſiculo nulla & propterea ſentio fiſco non competere aliquod ius retrahendi rem libere venditam, quod & habet ſummam æquitatem, ne cum aliena iactura locupletetur, & quia eſſet in ſua manu poſitum tẽporis beneficium conſequi, eius autem incommodum & damnum contra omnem iuſtitiã, recuſare & repudiare, ſi.n. emptor aliam rẽ emiſſet, iam ſupra centum annos, non ne eſſet nunc triplicis pretij, cur vtique non debet idem in fiſco ſeruari, qui iure priuati vtitur, quando rem liberè, & legitimè abſque redimendi pacto vendidit; & qui eius priuilegiũ obijcit debet illud probare, & ſi aliter diceretur nullus vellet cum fiſco contrahere, quod ſane ei valde perniciosum, & damnoſum foret, quia vix nemo comperiretur, qui eidem fidem habere, aut ei indigenti benigne facere, aut opem ferre vellet, vel ſua committere auderet, ſuam infidelitatem extimeſcens, cũ tamen ex Iuriſconſultiſſimi Sceuolæ ſententia bonæ fidei nomen debeat manare latius idq; verſari in tutelis, fiducijs, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis atque locatis.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO AMBROSIO Magnago.

ARGVMENTVM.

Aduerſus ſententias; & tranſactionem, an detur actori reſtitutio in integrum, propter inſtrumenta nouè reperta, & vbi ex aliqua iuſta cauſa detur ope reſtitutionis, quid præſtare debeat actor, & an antequam audiatur, reſtituere debeat quæ habuit vi ipſius tranſactionis, & ſimul refundere expenſas in litigando factas, multaque & complura in ea re perbelle explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Expenſas & damna reſarcire debet, qui temerè litigauit.*
2 *Actor bene inſtructus, & paratus debet ad iudiciũ venire, & vbi dubitat non litiget.*
3 *In expenſis condemnatur, qui obtinuit in cauſa principali, ſi in cauſa appellationis ſuccumbat.*
4 *Expenſa retardati proceſſus, & contumacia ante omnia reſtitui debent, & ideo differens producere inſtrumentum litis deciſiuum, etiamſi obtineat, in expenſis condemnatur.*
5 *Expenſas litis reficere debet, qui procraſtinat exhibere inſtrumentum litis deciſiuum, etiamſi poſtea obtineat.*
6 *Expenſa ſi ſtipulatione promiſſa ſint, etiamſi quis litigandi iuſtam habuerit cauſam, debentur.*
7 *Litigandi iuſtam cauſam, quis habere nõ dicitur, qui imparatus ſine debitis inſtrumentis litem intendit.*
8 *Reſtitutio, qua datur ob inſtrumenta nouè reperta non datur quoad expẽſas, velut quid diuerſum.*
9 *Minor licet reſtituitur aduerſus primum decretũ tamen debet ſoluere expenſas contumaciæ.*
10 *Expenſas reſtituere debet actor, ſi reſtituatur aduerſus ſententiam, vel tranſactionem ob inſtrumenta nouè reperta, ſecus ſi fueris reus.*
11 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi & non alijs eſt imputandum.*
12 *Reſtitutio ob inſtrumenta nouè reperta, dari non videtur aduerſus rem iudicatam, quando actor potuit ſcire adeſſe inſtrumenta.*
13 *Lis intendenda non eſt, niſi prius conſultis peritiſſimis.*
14 *Reſtitutio in integrum ob inſtrumenta nouè reperto non datur aduerſus tranſactionem.*
15 *Lex generaliter loquens, generaliter dẽt intelligi.*
16 *Reſtitutio in integrum aduerſus tranſactionem datur fiſco, & publica cauſa ob inſtrumenta nouè reperto.*
17 *Per tranſactionem euacuãtur, & extinguũtur omnia inſtrumenta vtriuſque partis.*
18 *Trãſigere, & de iure ſuo aliquid remittere propter bonum pacis & concordia, valde tranſigenti conducit.*
19 *Reſtitutionem in integrum petens ob inſtrumenta nouè reperta, debet probare ſe diligentiam feciſſe in illis inueniendis.*
20 *Reſtitutionem in integrum petens aduerſus tranſactionem ob inſtrumenta nouè reperta, debet probare quod ea inſtrumenta per ſe ſola ſint apta ad obtinendum victoriam.*
21 *Reſtitutionem in integrum poſtulans aduerſus trãſactionem ob inſtrumenta nouè reperta debet probare ſaltem iuramento, quod illa nuper inuenta ſint.*
22 *Aduerſus ſententias, & tranſactionẽ poſtea ſequutam difficilius quis reſtituitur.*
23 *Minor facilius reſtituitur aduerſus tranſactionem à ſe factam.*
24 *Tranſactio fieri non poteſt ſuper teſtamento niſi perſpectis, & cognitis verbis teſtamenti, & an legi hoc diſponenti renunciari poſſit.*
25 *Tranſactionem, qui intẽdit reſcindere propter inſtrumenta de nouo reperta, vel aliter, reſtituere debet qua habuit vi ipſius tranſactionis.*
26 *Reſtitutio ſi debet eſſe in integrum repoſitio, debet ab vtraque parte præſtari.*
27 *Tranſactionem, qui reſcindere velit de-*

bet reſtituere, quod recepit, nec obſtare videtur, quod ſit idem repetiturus, quia hoc incertũ eſt.

28 *Reſciſſio non datur etiam ex capite enormiſſimæ læſionis niſi prius reſtitutis acceptis.*

29 *Tranſactionem qui intendit reſcindi, debet reſtituere occepta cum fructibus.*

30 *Pecunia appellatione omnia continentur.*

31 *Reſtitutio in integrum, non datur aduerſus tranſactionem regulariter, & vbi aliquando detur, multa exiguntur.*

32 *A lite & ab eius expenſis liberari valde noſtra intereſt.*

33 *Agnatio, vel parentela, quomodo probentur.*

34 *Conſanguinitas probatur ſiue incipiat quis a communi ſtipite parentum, vel fratrum.*

35 *Agnatum quem eſſe probare non ſufficit, ſed probandum eſt quod ſit agnatus legitimus, & ſucceſſibilis.*

36 *Aeſtimatio dubij euentus litis, ad tranſactionem reſcindendam eſt valde difficilis, & debet fieri iudicio valde peritorum.*

37 *Lites carbonibus comparantur, qui aut adurunt, aut fœdant.*

38 *Renunciatio cum iuramento, & liberatio ampliſſima multum poteſt,*

39 *Reſciſſoria non datur, ante remedium reſcindens.*

40 *Reſciſſoria, quæ natiua ſit, & quæ datiua.*

CONSILIVM CCXXV,

Diuino ex corde implorato auxilio.

QVod pertinet ad expenſas, arbittor omnino illas deberi, etiamſi eſſet aduerſarius (qđ negatur) in caſu obtinendæ petitæ reſtitutionis in integrum, quia ſi non habebat inſtrumenta opportuna; non debebat litigare, ſed potius ſibi ſilentium imponere donec inſtrumenta inueniſſet, maxime, quia ſi illa Magnagus vidiſſet, forte à lite ſe abſtinuiſſet, & huiuſmodi im
1 penſas non feciſſet, quarum cauſa cum fuerit actoris imprudentia, & temeritas, merito omni æquitati, & iuri conſentaneum eſt, vt earum iacturam vti ſua culpa conflatam reſarciat, l. eum quem temere, ff. de iudicijs, Bal. viden. in c. humilis, el 2. de maior. & obed. idq́; præſertim conce-
2 dendum eſt in actore, qui paratus, & bene inſtructus ad iudicium venire debet, & vbi dubitet nõ litiget, vt in ſimilibus terminis probat Caſtrẽ. in l. ſeruo inuito, §. cum prætor, ff. ad Trebel. Alex. in l. ſub prætextu, C. de tranſac.

Secundo, quia qui obtinuit in cauſa principali, ſi in cauſa appellationis ſuccumbat, adhuc
3 condemnatur, quia victus in iure putans ſe probare errauit, & iuris ignorantia non excuſat, l. iuris ignorantia, ff. de iuris & facti ignorantia, Aſinius praxi Iudic. §. trigeſimo ſecundo, ampliat. 6. num. 4.

Tertio, quis debet condemnari in expenſis ratione retardati proceſſus, l. nõ ignorat, C. de fruc. & litium expenſ. quia huiuſmodi expenſæ comparantur expenſis contumaciæ, quæ ante omnia
4 reſtitui debent; etiam intentato remedio reſtitutionis in integrum, quia habent adiunctam culpam actoris litigantis ſine debitis inſtrumentis; vnde dedit occaſionem tot inanium expenſarũ, & ideo differens producere inſtrumentũ quo lis decidatur, etiamſi obtineat, in expenſis condẽnatur, vt inquit Iaſ. in l. properandum, §. ſin autem, num. 12. de iud. & l. ſancimus, C. eo. Aſinius, vbi ſupra ampliat. 22. & limit. 18.

Quarto, qui interrogatur quo titulo poſſideat, & non exprimat, ſed differat, & vltra progrediatur, etiamſi in fine cauſæ velit titulũ exhibere, & victor obtineat, condemnatur nihilominus in ex
5 penſis propter culpã quam cõmiſit in differenda & procraſtinanda exhibitione, Bal. in l. cogi, nu. 11. C. de pet. hæred. Aſinius vbi ſupra, ampliat. 78. Rota Rom. deciſ. 730. p. 1. ergo idem dicendum eſt in eo, qui ſine debitis inſtrumentis voluit litigare, & inanibus expenſis me afficere, maxime ratione ſalarij ſententiarum, quæ ita late fuerunt, quia ipſe defecerat in probationibus, & inſtrumenta opportuna præ manibus non habebat; vnde temerè voluit litigare, & cum fecerit, quod iure facere non debebat, merito ſuæ temeritatis pœnas ferre debet.

Quinto cum inſtrumento tranſactionis ſtipulatione interpoſita promiſſæ ſint expẽſæ, etiamſi iuſtam cauſam litigandi habuiſſet actor, quod tñ negatur adhuc, victus expenſas refundere debet,
6 Iaſ. in l. properandum, §. ſiue aũt alterutra, de iudic. qui ait vtile eſſe in contractib. expenſas litis ſtipulari, & cum tunc debeãtur iure actionis, merito ẽt iuſta cauſa non excuſat, quæ tamen hic de eſt, quia quam iuſtam importunus litigator habuit litigandi cauſam, præſertim aduerſus iuratã
7 tranſactionem, cum non haberet inſtrumenta opportuna, & ad cauſam neceſſaria, vt inquit glo. in l. 3. §. ſi rem, ff. de legat. 3. Aſinius vbi ſupra, limit. 1. num. 2.

Sexto, vt data reſtitutione, nõ detur eã ad expenſas velut quid diuerſum, & in quo verſatur
8 culpa actoris, tradit Rota Rom. deciſ. 110. nu. 4. lib. 3. & deciſ. 778. lib. eo. Borgn. deciſ. 14. nu. 32. p. 1. Aſinius, §. 32. ampliat. 34. qui ait minorem ẽt defenſum, licet reſtituatur aduerſus primũ de-
9 cretum, tñ debere ſoluere expenſas contumaciẽ, cum eius, vel tutoris culpã admiſtã habeat, Bart. in l. ſi finita, §. ſed ſi forte, nu. 5. de dam. infec. l. nõ eſt ignotum, C. de adminiſtrat. tutor. vbi tutor damnatur in expenſis, Sfortius Oddo quæſt. 68. artic. 4. num. 23.

Nec aduerſatur Sfortius Oddo trac. reſt. in integrum, q. 43. art. 3. nu. 60. quia hæc noſtra opinio optimis rõnib. fundatur, & quia debet is intelligi in reo; Itẽ vbi petẽti reſtitutionẽ non põt tribui aliqua culpa; Itẽ nõ ꝓcedit in reſtõne petita

pro-

propter inſtrumenta de nouo reperta, quia ſi an
tea voluit litigare ſine debitis inſtrumentis,& ni
mis propere,inconſiderate,& inconſultè ac teme
re litē inſtituere ,ęquū & iuſtum eſt , vt antequā
audiatur ,reficiat,& refundat expenſas:nec mo-
uere debet, quod reſtitutio rēſtitutū in priſtinum
ſtatum reſtituat , & ponat, quia ſi debet ponere,
debet vtrumq; ponere , & ex conſequenti ſolue-
re expenſas quas propter eius culpā coactus fuit
reus facere, ab actore perperam ad iudicium vo
catus & attractus;& additio ad deciſionem Rotę
allegatam, in antiquis apertè firmat iſtā opinio-
nē,nec excitata à me deciſio Ptolomęi 778.li.3.
vř ea eſſe, de qua meminit ea additio, ſed dř etiā
optime ad rem facere, quia quando reſtitutio cō
ceditur aduerſus tres conformes , vel duas quæ
habent vim trium cōformium,id propter opinio
num conflictum,conceditur miſerationis potius
gratia quam iuſtitiæ,vnde executio non debet re
tardari reſpectu ſaltem expēſarum,in quibus ali
qua ſuſpitio tergiuerſationis, vel culpæ condem
nati adeſſe poſſit,prout eſt hoc in caſu cum actor
temerè litigare voluerit, cum inſtrumentū,& op
portunas probationes pro cauſæ perſpicuitate in
promptu non haberet , & hanc puto ſ̃m ea quę
proponuntur eſſe meram veritatē, omni rōni &
æquitati conſentaneā,nec aliter credo ſenſurum
11 iudicē velut iuſtitiæ optimū cultorem; nec actor
condemnatus dolere debet,cū hoc damnū,quod
ſua culpa ſenſit,ſibi,non alijs aſcribere debeat,c.
damnum de reg.iur.in 6.& qñ potuit ſcire adeſ-
ſe inſtrumenta , non reſtituitur aduerſus ſñiam.l
12 quæ in iudicatum tranſiuit, Borgn.deciſ.14.nu.
31.vbi dicit cōem.litem enim qui alicui intende
re contendit,debet ſumma cōtentione eniti,vt re
ctè,& legitimè inſtituatur, nec iniuſtè quis pulſe
tur,ac inanibus impēſis afficiatur & vexetur:ete-
nim ſicut prudens paterfamilias antequā ædifi-
cium extruat, aut reccōcinnet, non tm̃ fabros mu
rarios,ſed peritiſſimos architectos requirit eis di
ligentiſſimè mentis ſuæ ſenſa exprimit, mox dat
operā, vt inter ſe colloquantur,diligenterq; ſitus
figurā & locum metiātur, & non mētiantur,atq;
vt res ipſa non ſemel in deliberationē,atq; conſul
tationē veniat,& tandem cū plurimū tribuamus
his qui plurimū alijs in ædificatione præſtant,ex
13 eorum ſñia ſibi conſiliū capit, & cupiēs ſcire qua
le ædificiū futurum ſit, mādat vt eius deſignatio
& forma in tabula conſcripta ſuis ipſius oculis
ſubijciatur,& ſingula quæq; recognoſcens,ſi ali-
quid mutandū erit,dū res eſt integra,repēte mu-
tandum, & ad aliā rōnem vertendum curat , de-
mum re diligenter excuſſa & diſcuſſa, arenā,lapi
des,lateres,calcē,& cæmenta, trabes, ligna, aſſe-
res, tabulas,clauos, vectes, funes,tigna , tegulas
omnemq́; materiā ad ædificij molem conficien-
dā comparari , & lintribus, vel vehiculis couehi,
& aſportari iubet, optimosq́; conducit fabros,&
opifices,qui continenter rē bene diſpoſitā ad op-
tatam , & deſignatā perducant metā,& cum oīa
tanta prouidentia ſint parata nihil habet vnde
dn̄s poſtea doleat, aliquid factū aut commiſſum
fuiſſe, quod cuiquā paulo minus conſideratū fa-
ctum videatur,vel quod ſit cum magna impenſa
mutandū aut emendandū, vel reficiendum,quia
ædes vitium fecerint, nec vult tanquā mali ædi-
ficij dn̄s gloriari ſe architectum non habuiſſe,ſed
oīa ſuo marte abſque exēplaris imitatione fabri
catum fuiſſe,quod facile periti inſpectantes con-
cedunt,cū errata,& vitia agnoſcāt,& digito mō-
ſtrent , quæ prudens fabricator ſi rē cum peritis
cōicaſſet non commiſiſſet, ſic qui alicui litē intē-
dere vult,debet nedū peritos cauſidicos , & peri-
tiores, I.C.conſulere, ſed iuriſconſultorū iuriſcō
ſultiſſimos, & omnia ad veritatem eis enarrare,
mox ab eis poſtulare,vt contēplentur vnū quod
q́uę otiosè,& mature conſiderent quid faciendū
putent, vt ſi iuſtitia ex qua vna virtute boni viri
appellantur,ei faueat, adiutores ſint,ſin minus li
bere dicant,quid pro veritate ſentiant , nec ſināt
eum iniuſtæ litis onus ſuſtinere, & alijs impone-
re , non ſine graui animæ, & animi cruciatu , &
rei familiaris iactura, quam facile facit, qui im-
peritos conſulit , nam ab eis imperite conſultus,
perit, & cæcus,cæca ductus cupiditate cæci con
ſultoris, cum eo in foueam mortis,& miſeriæ in
cidit,quod vt euiret,ne quid inconſulto faciat,vt
eleganter proſequitur videndus Lucas à Penna,
in l.ſi tempora, C.de fide inſtrumen.& Haſtæ fi-
ſcalis , lib.11.nam qui agunt omnia cum conſi-
lio,prudentia regunt,qui vero inconſiderato mo
tu ſe mouent,ducem habent temeritatem , quæ
eos obligat ad damna illata reſarcienda,& ad fa
ctas impenſas reficiendas.

Quod vero ad aliud caput ſpectat,an reſtitu-
tio in integrum propter inſtrumenta de nouo re-
perta detur aduerſus tranſactionem.

Magis receptum videtur, vt actori non detur
tex.ad literā in l.ſub prætextu, C.de tranſa.quæ
14 cum excipiat tm̃ caſum quando per dolum ad-
uerſarij ſubtracta ſint inſtrumenta,magis firmat
in reliquis ipſam deciſionem , quam communi
conſenſu receptam fatetur , Rol.à Valle, conſil.
28.nu.12.vol.4. debebat enim in trāſactione ius
ſibi reſeruare, caſu quo inſtrumēta inueniſſet, Al
ba conſil.291.qui loquitur in ſimilibus terminis,
quando ſcilicet adeſt tranſactio , & res iudica-
ta , quia duo vincula magis ligant & ſtringunt,
quam vnum.

Nec obſtat quod id detur ſaltē ope reſtitutio-
nis,quia lex ſub prętextu,generaliter loquitur,&
15 generaliter debet intelligi,& ſi aliter diceretur eſ
ſet impoſita verbis & non rei,cap.certum,de re-
gulis iuris , in ſexto , & gloſſ. ibidem negat re-
ſtitutionem , propter aliquorum caſuum exce-
ptionem.

Nec meo iudicio Alciat.ea.l.ſub prætextu,diſ
ſentit, imo ſi bene inſpiciatur eam ſententiā ap-
probat,quatenus recitat aliquorum opinionem,
qui arguentes à ſñia id porrigunt ad tranſactio-

ne, quod ipſe improbat, & ſequi non audet, cum
tranſactio duorum habeat conſenſum, quod nõ
habet ſnĩa, & ſit firmior tanquam inuenta ad li-
tes perimendas, & potuerit cogitari de reperien-
16 dis quandoq; inſtrumentis, & licet num. 9. & 15.
dicat receptiſſimum eſſe in fiſco, & in cauſa pu-
blica, vt aduerſus trãſactionem reſtitutio detur,
tamen id ſingulare, & ſpeciale eſt in fiſco, vnde
ad exemplũ trahi non debet, cap. quod ob gra-
tiam de reg. iur. in 6. imo Alci. in l. fratris, n. 6. C.
de tranſac. hoc idem aperte ſentit, & confirmat,
quia vt inquit ibi, I. C. ſi aliter diceremus nullus
litium finis eſſet, cũ tñ reipublicæ interſit, vt quã
primum ad exitum perducantur, & tñ certum eſt
17 per tranſactionẽ euaneſcere, & extingui omnia
inſtrumenta vtriuſq; partis, c. 1. de tranſac. & ſi-
cut finita lite non admittuntur probationes, ita
etiam poſt tranſactionẽ id non debet concedi cũ
per eam liti finis imponatur, & ſæpe expedit pro
pter bonum pacis, & concordiæ de iure ſuo ali-
quid remittere, & tranſigere idq; in lucris ponẽ-
dum eſt imo valde interdũ conducit aliquid ali-
cui in manũ dari vt ille his deſiſtat litibus, nec ti
bi negotiũ faceſſat moleſtusve aut inimicus tibi
ſit, vt inquit Caccial. tract. tranſac. q. 7. nu. 11. &
cũ dicatur quod tranſigens actor habuit de facto
notitiã, & quod ſi voluiſſet probaſſet, tñ tum at-
tenta concordia, tum ẽt conſanguinitate ſeu affi-
nitate, & neceſſitudine, quæ inter eos intercede-
bat, voluerit tranſigere, etſi cogitare potuerit ſe
poſſe intentionẽ ſuam probare, vel teſtib. aut in-
ſtrumentis, tanto minus eſt, à tranſactione diſce-
dendũ res, n. erat dubia, cum facile euenire poſ-
ſet vt ea inſtrumenta non inuenirentur, & ſic di-
midiũ hæreditatis lucratus fuiſſet, vnde propter
hunc incertũ & ancipitem euentum, bonum fuit
tranſigere; nec poſtea repertis inſtrumentis re-
tractari debet, ſicut non fuiſſet retractata ſi in-
uenta non fuiſſent.

Præterea illud eſt ẽt diligenter obſeruandum
quod in reſtitutione in integrũ propter inſtrumẽ
ta de nouo reperta aduerſus ſnĩam afferuntur hę
declarationes, vt ſcilicet, procedat in reo, ſecus in
actore qui ad iudiciũ paratus venire debet; Item
19 probari debet quod petẽs reſtitutionẽ oẽm adhi
buerat diligentiã in inueniendis inſtrumentis, ex
doctrina Bar. in l. 1. C. de ſent. aduerſ. fiſcalis, lib.
11. Itẽ quod inſtrumenta de nouo reperta per ſe
20 abſq; alijs adminiculis, & probationib. talia ſint,
vt ex eis victoriã conſequamur, & eius inſignia
victores reportemus tubæ ſono conſonati, vt de-
clarat Curt. iun. ea. l. ſub prætextu, num. 6. C. de
tranſac. Item debet probari ſaltẽ iuramento, qđ
nouè reperta ſint, vt tradit Oddo relato tract. q.
21 73. art. 3. & q. 75. ar. 5. quę oĩa cum fuerint negle
cta, etſi eſſemus in caſu dandæ reſtitutionis in in
tegrũ; qđ tñ imus inficias, eſſet oĩno deneganda.

Nec obſtat Alba conſ. 745. nu. 5. quia debet
intelligi ex autoribus quos affert, qui cũ loquan-
tur in re iudicata nõ poſſunt trahi ad tranſactio-
nẽ in qua, vt iã diximus longè diuerſa adeſt rõ,
Secundo nõ procedit quotieſcũq; accedit, vt hic,
duplex vinculũ, ſcilicet tranſactionis, & rei iudica
22 tę, vt ipſemet, & eius additio probat cõſ. 291. &
Curt. iun. ea. l. ſub prętextu, loquitur in re iudica
ta, aut in tranſactione, vt ibid. nu. 5. clarè fatetur
quatenus ait, qui habuit probabilẽ ignorantiam
quia forte ſucceſſit in locũ alterius, põt aduerſus
ſnĩam, quę tranſiuit in iudicatũ reſtitutionẽ in in
tegrũ petere pp inſtĩa de nouo reperta: & vt li-
mitatio ſit de regula, eſt dicendũ, eũ loqui in re
iudicata, & non in trãſactione, Soc. ſen. conſ. 66.
nu. 10. lib. 4. loquitur in trãſactione facta cũ mi-
23 nore, qui habet reſtõnis in integrũ auxiliũ, vt di-
cit gl. ea. l. ſub prætextu, & quatenus infert, Soci.
facilius irritã fieri tranſactionẽ, quã ſnĩam, quia
tranſactio fit irrita per teſtĩn, non ſic ſnĩa, non be
ne meo iudicio, à caſu ſpeciali ad vniuerſum in-
fert, quia vt animaduertit doctiſs. Alciat. noſter
locis excitatis, & patet ad ſenſum, longè fortior
eſt tranſactio pp partium conſenſum, qui põt,
vt volũt, de reb. ſuis diſponere, quã ſnĩa quę fert,
à iudice qui ſępe falli põt; & data inſtantia, vt trã
ſactio propter teſtĩn de nouo repertũ reſcindi poſ
ſit, minime officit, quia hoc eſt ſingulare, & ſpecia
le, vt ſuper teſtamẽto trãſigi nõ poſſit, niſi perſpe
ctis & cognitis verbis teſtamenti, ꝙ habet rõnem
24 quia id non cogitauit tranſigens; ſecus ſi cogitaſ-
ſet, quia põt ẽt ei legi renuntiari, vt declarat, gl. l.
de his, ff. di tranſa. ſecus in caſu noſtro, vbi aperte
cogitatũ fuit, ꝙ potuiſſet probari id qđ ſuppone-
batur, ſed pp dubium placuit partib. ita tranſige
re, & concordiã & bonũ pacis quo nihil ſanè in
vita dulcius vr̃ amplecti; imo cũ gl. ea. l. ſub præ-
textu, nõnullos caſus excipiat, eccleſię ſcilicet, pu
pilli, & teſtamẽti, clarè ſupponit, & cõcedit qđ in
alijs caſib. ẽt beneficio reſtitutionis in integrũ,
non poſſit tranſactio retractari, ſiquidẽ exceptio
firmat regulã in reliquis, & cũ habeamus caſum
clarũ legis, & glo. clarè loquentẽ, & tot docto. in
puncto tranſactionis ita dicentes nunq̃ erit meo
iudicio diſcedendũ ab hac ſnĩa vti cõi, & cõſenta
nea bono publico pro finiendis tandẽ aliqñ litib.
quę cũ ſint cupiditatũ plenę, nimirũ ſi inde odia,
diſſidia, diſcordię, & ſeditiones naſcãtur, & Pe-
regrini auctoritatẽ non magni facio cũ ſe fundet
ſuper deciſionib. loquentib. in ſnĩa, q̃, vt dixi, eſt
quid diuerſum à trãſactione, & multo magis à trã
ſactione, & ſnĩa ſimul iunctis, prout eſt caſus no-
ſter & in quo nullus affertur qui contra ſentiat.

An vero teneaĩ aduerſarius reſtituere q̃ habuit
vi huius trãſactionis arbitror id maxime fieri o-
portere ita parte poſtulãte, vt eſt text. apertus, in
25 l. 2. C. ſi aduerſ. tranſa. & gl. ibi intelligit ſiue ſpe-
cies ſiue pecunia data ſit, & ad idẽ eſt text. in l. 1.
C. de reput. quæ fiunt in iudicio, & ratio eſt ma-
nifeſta, quia ſi reſtitutio debet eſſe in integrum
repoſitio, id debet præſtari ab vtraq; parte, l. qđ
ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minorib. l. ſi diuerſa, C.
de tranſ. põderãdo illa verba refuſa pecunia, quę
condi-

conditionem importans, vt aliter non audiatur,
& loquitur ẽt in fortiorib. terminis, qñ ex cõſenſu
vtriuſq; partis tranſactio reſcindi vellet: ergo tã-
to magis id debet fieri ab eo qui vult venire ad-
uerſus tranſactionem; quia ſimul vna eſſe nõ po-
teſt, vt quis velit tranſactionem valere, faciẽdo
interim rei datæ fructus ſuos, & prædia retinẽdo
ex eo. tit. & eam irritam facere beneficio reſtitu-
tionis in integrum, pugnant enim iſta inter ſe; &
tanquam contraria proponẽs non debet audiri,
& quatenus replicaretur non conuenit, quod re-
ſtituã id quod forte ſtatim ſim repetiturus, quia
hæc eſt ſpes quædam in incerto reliqui tẽporis
collocata, nam deſiderantur ſententiæ, & poteſt
etiam venire, vt dum vincere putas, victus ſuccũ-
bas, & hoc receptius eſt & æquius quando pars
27 opponit, ait Pariſ. conſ. 96. nu. 112. lib. 1. Gram-
mat. deci. 66. qui ita dicit fuiſſe iudicatum, videa
tur Rota Rom. quæ loquitur in terris & prędijs
relaxatis, vt in caſu noſtro deciſ. 805. p. 1. Natta
vidend. conſ. 631. nu. 1. & ead. Rota deciſ. 440.
p. 1. vbi firmat ex capite enormiſſimę lęſionis nõ
dari remiſſionẽ niſi prius reſtitutis acceptis; nec
28 aduerſatur Gabr. adducta concluſione prima, nu
me. 51. de tranſa. quatenus firmat nõ eſſe neceſ-
ſariam oblationem acceptorum, quia imo retor
quetur: nam eo admiſſo quod ipſe dicit, concedit
tamen, quod omnes fatentur dari recuperationẽ,
vnde cum pars apponat & petat data reſtitui, ſu
mus extra caſum oblationis, de quo agunt docto
res a Gabrielio relati; & antequam aliquid decer
natur ad fauorem petentis reſtit. in integ. vbi eſ-
ſet in caſu quod negatur, debet prius condemna-
ri pars aduerſa ad reſtituenda accepta, quod e-
quidem habet magnam ęquitatem, & rationem,
ne ſcilicet cum mea iactura aduerſarius locuple-
tetur, & ne fructum, & commodum ſentiat ex cõ
tractu quem ipſe impugnat, & cui ſtare recuſat.

Nec obſtat, vt ſcilicet reſtituere non debeat,
quæ erant in controuerſia, quia ſatis eſt, quod
Magnagus poſſideret, & ſi debet reponi in priſti
num, debet reſtitui cum fructibus ab aduerſario
poſtea perceptis, Rota ea. deciſ. 805.

29 Non refragatur quod immobilia non poſſint
reſtitui, quia idem iudicatur de pecunia, quod de
bonis, & appellatione pecuniæ omnia continen-
tur, Rota Romana iam allatis deciſ.

30 Nec aduerſatur, vt aduerſarius offerre acce-
pta non deberet, cum recuſaret Magnagus acci-
pere, Alex. in l. qui Romæ, num. 2. de verbo. obli
gation. quia imo non negat recipere, ſed dicit
ſe paratum recipere, vbi aduerſarius ſit in caſu
obtinendæ petitæ reſtitutionis in integrum, quę
ex pluribus dari non videtur in præſenti ſpecie,
vt iam præmonui, nempe in actore, qui debet pa
ratus ad iudicium venire, ead. l. ſub prętextu, vbi
Alex. C. de tranſacti. l. qui accuſare, C. de eden.

Secundo, petens probet ſe feciſſe omnem dili
gentiam in perquirendis, & inueniendis magno
conatu & ſtudio inſtrumẽtis, vt ait Bar. in l. 2. C.
de ſent. aduerſus fiſcum latis, lib. 11.

Tertio, quod inſtrumenta talia ſint, vt ad vi-
ctoriam cauſæ ſola per ſe ſufficiant, abſque alijs
probationibus, Curtius Iun. ead. l. ſub prætextu,
31 num. 6. C. de tranſact. l. admonendi, de iureiuran
do. Sfortius Oddo, quæſt. 72. art. 3. quæſt. 75. ar-
tic. 5. & probari ſaltem iuramento debet quod
nouiter reperta ſint, quod iuramẽtũ & probatio
prætermiſſa eſt; Item iuramentum non ſufficit,
quando iurans non eſt omni exceptione maior,
vt quia falſos teſtes induxit, vt hic factum fuiſſe
dicitur, vel eſſet perſona ſuſpecta, vt declarat Se
raphin. de priuileg. iuramenti, priuileg. 4. nu. 78.
& num. 124.

Quarto, id locum habet in ſententia, ſecus in
tranſactione, quæ eſt fortior, & fit, quia tranſi-
gens aliquid conſequitur, & liberatur à dubio e-
32 uentu litis, & expenſis illius, vnde nõ dicitur om-
nino læſus, cum noſtra valde interſit litibus non
vexari, Alciat. ead. l. ſub prætextu, num. 10. & l.
fratris, C. eod. num. 6.

Nec omni caſu exhibita iſthæc inſtrumenta,
tale quid continent, vt demonſtrent tranſactio-
nẽ errore initã fuiſſe, nam cum præſuppoſitum
fuerit Antonium & Petrum fratres, in neceſſa-
rium antecedens admittitur, quod ab eodem pa-
tre prodierint, & poſtquam eiuſdem familiæ, &
33 parẽtelæ ſunt, nempe Taeglorum, quia alias poſ
ſunt eſſe fratres vterini, & ſatis eſt, quod conſan-
guinitatis probatio fiat, ſiue incipiat quis à com-
muni ſtipite parentum, vel fratrũ, & ſic ſufficiat
quod illi ſint fratres, Abbas, & ibi tex. in cap. tua
nos, de conſang. & affinitate, Dec. conſil. 321. nu
34 me. 6. vnde apparet, quod hæc inſtrumenta nihil
faciunt, nec apta per ſe ſunt ad victoriam obti-
nendam, nec hæc inſtrumenta probant, quod eſ-
ſet agnatus legitimus, & ſucceſſibilis, vt inquit
Barto. in l. tutelas, ff. de capit. diminut. Maſcard.
35 trac. probat concl. 73. in verb. agnatus, ex iure no
ſtro municipali, c. 289. in primo; vocantur ad hę
reditatẽ, qui ſuccedere poſſunt, & legitime nati.

Nec proinde colligitur læſio apta ad reſcindẽ
dam bona fide initam tranſactionem, quę debet
36 ponderari diligenter inſpecto, & cõſiderato ipe
ritis dubio euentu litis, & quæ læſio debet dimi-
diam iuſtæ æſtimationis partẽ longè multum ſu
perare, Corn. conſ. 166. lib. 1. Cign. in l. 2. C. de
reſcin. vend. nu. 78. verſ. pro contraria opinione,
& debet inſpici tempus ipſius tranſactionis.

Et cum inſtrumenta quæ dñr nuper reperta
non poſſint admitti, cõſequitur, vt fruſtra agatur
de aliqua lęſione, & tanto minus cõſideratione di
gna; in tranſactione aũt continentur impẽſę fune
ris litiũ, & ſolutio debitorũ hęreditariorũ, & quæ
alij ius habere prætendebãt in ea hæreditate, ma
gnũ eſt lucrũ recedere à litibus, vt iã præmonui,
37 cũ in eis ferè oĩa ſint amaro fellis liquore aſper-
ſa, & vix aliquid inſit iucundum, dulce, aut ſua-
ue, lites enim ſoleo ego carbonibus compara-
re, qui aut adurunt, aut fœdant, adurunt dam

litigatores nimia cupiditate atq; ira, ne dicã fu-
rore incenſi, pertinaciter deſiderio flagrant, & ar
dent obtinere quod intendunt, non verſantes an
iuſtum, vel iniuſtum ſit, dum perinde nefaria
facinora in Deum, in ſe ipſos, & in proximum
committunt: fœdant autem dũ ſæpe manus ſan-
guine tingunt, & ſæpiſſime vtrumq; ſanguinẽ ſci
licet corporis, & diuitiarum exſorbẽt, ob graues
inimicitias & inteſtina odia, quæ quotidie oriũ-
tur & emittuntur, ex fornace, & camino ignis ar
dentis litium, quas propterea velut tot malorũ
ſeminarium, & incendia, valde noſtra intereſt
effugere.

Adeſt præterea renunciatio cum iuramento,
38 & liberatio ampliſſima quæ multum poteſt, vt
ait Didac. variar. reſol. c. 4. lib. 2. Cag. ea. l. 2. nu.
91. maxime ſi à maiore facta ſit, nec in ea admit-
titur niſi grauiſſimus exceſſus, & longè enormiſ-
ſima læſio.

Demum non poteſt etiam reſciſſoria tractari
ante remedium reſcindens, & ante obtentã reſti-
tutionem, cum agatur de datiua reſciſſoria, quia
39 de iure ciuili actio quę ei erat, extincta fuit trãſa-
ctione, & ſnĩa: quapropter, vt reſciſoria datiua de
tur, debet eſſe apertum oſtium vnde ille introdu-
catur ad audientiam, & ad iudicum ſubſellia, &
conſpectum, §. rurſus, Inſtit. de actio. vbi Iaſ. nu.
82. Idem Sfortius Oddo, q. 33. num. 23. verſ. ego
puto, natiua vero illa eſt, quæ præſcriptione fuit
40 eliſa, vnde cum amiſerit ſuum effectum, impro-
priè dicitur reſciſſoria, & hoc idem cõfirmatur,
quia qui petit reſtitutionem aduerſus ſnĩam, de-
bet ſummariæ oſtendere læſionem ad hoc vt au
diatur, & quando auditur, debet plenè poſtea eã
probare, vt ſentit Boſſius noſter de reſtit. aduer-
ſus rem iudicatam, nu. 4. ſed hæc hactenus.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IOAN. BAPTISTA Cattaneo.

ARGVMENTA.

Sententia nulla defectu proceſſus (vt aiunt) ſubſtantialis, & in quo aliquis adſit error, an ea bono iure confirmari poſſit.

Intereſſe certum an conueniri poſſit, & ob non impletum contractum, an & quã do ab eo recedi poſſit, vt actio impediatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Sententia nulla conſtito de bono iure, reformari, & confirmari poteſt.*

2 *Reſcriptum à iure communi interpretationem accipit.*

3 *Sententia nulla defectu ſubſtantialis proceſſus, vel propter errorem in ea expreſſum, reformari nequit.*

4 *Sententia lata non viſis nec habitis ſcripturis eſt manifeſte nulla.*

5 *Sententiæ ſubitæ eſſe nõ debent, ſed diligenter examinatæ.*

6 *Sententia à iudice lata, niſi habeat acta non valet.*

7 *Sententia feſtinanter prolata non præcedente debita cognitione, præſumitur iniqua.*

8 *In ſententijs proferendis ſicut nimia tarditas accuſatur, ita etiam nimia feſtinatio damnatur.*

9 *Inſtantia ptrempta, pereunt omnia acta iudicij ordinaria.*

10 *Attentatis non reuocatis, atque purgatis, audiri quis non debet*

11 *Vſuram ſapit taxatũ intereſſe pendente dilatoine.*

12 *Intereſſe taxatio vt defendatur, multa qualitates ſimul & ſemel exiguntur, quæ ibidem recenſentur.*

13 *Exceptio non impleti contractus, ſemper & quandocunque opponi poteſt, & multos effectus parit.*

14 *Mora nunquam cãmittitur, niſi ſecuto implemẽto.*

15 *Mora prima nocet, & ideo qui aliquid facere debet vt accipiat, non accipit niſi prius faciat.*

16 *Cridæ fiſcales comprehendunt iura conditionalia & in diem.*

17 *Damnum quod quis ex ſua culpa ſentit ſibi, & nõ alijs adſcribere debet.*

18 *Præſcriptiones habent fundamentum in negligentia eius qui ius ſuum non proſequitur.*

19 *Negligens dicitur qui non vtitur debita diligentia, & opportunis remedijs.*

20 *Renunciationem quandam inducit curſus temporis & non facta petitio.*

21 *Cridis non contradicens, cenſetur habere rem pro derelicto, & fingitur ius in re non habere.*

22 *Contractum non implens non impeditur ad primæua iura ſua redire.*

23 *In contractibus correſpectiuis vno deficiente alterum deficit.*

24 *Compenſationis ope actio excluditur, & fit ipſo iure parte opponente.*

25 *Aequalitatem in iudicijs ſeruari valde decet.*

26 *Contractus vbi ſit iuramento, vel ſtipulatione munitus, pœnitere non licet, ſed oĩno ſeruari debet.*

27 *Præiudicialis articulus is dicitur, à quo lis pendet.*

28 *Mora excluditur, vbi debitum liquidum non ſit, nec proinde intereſſe debetur.*

29 *A mora excuſat, & ab intereſſe, iuſta cauſa litigandi.*

30 *Mora in non liquidis nunquam committitur, niſi prius à iudice fuerit declaratum.*

31 *Intereſſe iuramento probari nequit, vbi iurans nõ ſit ſpectatæ fidei, & omni exceptione maior.*

32 *Intereſſe an & quando taxari licitè poſſit.*

33 *Iudices quales eſſe debeant, & quod eorum iudicium.*

CON-

CONSILIVM CCXXVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quæ proponuntur hæc ſententia contra Hieronymum Cataneum lata eſt retractanda; velut manifeſtè nulla,& iniqua.

Nam licet tam ex iure com-
muni,quam ex reſcripti Excellētiſſimi Senatus
à Franciſco Raſtello actore obtento ſententia
etiam nulla reformari poſſit, atq; defendi conſti
to de bono iure ad circuitiones inanes euitādas,
cum partis intereſſe nō videatur, vt hæc retracta
1 tio fiat, cum ſi id factum non foret denuo facien
dum eſſet,vt communem dicunt Alex.conſ.67.
prope finem,lib.6.Crauet.conſil.179.nu.6.

Attamen hæc concluſio, & reſcriptum quod
à iure communi interpretationem accipit, c.cau
2 ſamq́; vbi Felin. ante num.5.verſ.interpretatio
reſcripti de reſcriptis,l.ex facto,vbi Alex.nu.10.
de vulg. & pupil. intelligi debet vbi non agatur
de nullitate proficiſcēte ex defectu proceſſus (vt
noſtri aiunt)ſubſtantialis,vel vbi in ſententia ali
quis non adſit error qui eam vitiet, quia tunc cū
idem error ineſſe vtiq; videatur, in ſecunda ſnīa
reformari nequit;quia & ipſa eodem vitio cumu
3 lata diceretur, vt ſe ipſum declarat Alexā.relato
loco,& docet Abbas in 4.notabili,in c.cū dilecti
de empt.& vend.& in terminis explicat vid. Vā-
tius tractatu nullitatis ex defectu exceſſus, nu.7.
& propter expenſarū repetitionem intereſt gra-
tis id fieri.

Cum itaq; ex Cęſareis noſtris conſtitutioni-
bus,tit.de iudicijs, §.huic cōfidenti electo,partes
habeant dilationem decem dierum poſt factam
commiſſionem, ad deferenda iura,& is iudex ni
mis propere ventis remiſque feſtinans forte ſui
quæſtus cauſa intra ſex dies à die factæ cōmiſſio
nis ſnīam tulerit,non viſis nec habitis ſcripturis,
& iuribus Catanei,conſequitur,vt patens,ac ma
nifeſtum inſit vitium in proceſſu, & in ipſa ſen-
4 tentia, poſtquam ipſe idē commiſſarius confeſ-
ſus eſt,& non negauit Cataneum in ea cauſa ſcri
pturas ad eum detuliſſe,l.prolatā, C.de ſent.vbi
glo.in ver.ſolitum,l.ex ſtipulatione, eo.tit.& ibi
plene notatur,etenim omni iuri conſentaneū eſt
vt ſubitæ non ſint ſnīæ,ſed deliberatæ,& iudicia
rijs certaminibus ventilatæ, adhibitaq; magna
cauſæ cognitione,diligenter examinatæ, & dili-
gentiſſime ſtatera iuſtitiæ pōderatæ, & demum
legitimè prolatæ,quid hæc tanta celeritas feſti-
natioq́; ſignificat?equidem patefacit nimiū aui-
ditatē pecuniæ quæ nō mercedis loco,ſed potius
honoris gratia debita honorarium appellatur;
item & valde proinde eſt ſuſpecta iudicis fides &
religio, quæ integra, & incorrupta eſſe debet.iu-
ſtitia eas res ſpernit,& negligit,ad quas plerique
inflammati auiditate rapiuntur, & quo quis eſt
verſutior, & callidior,hoc inuiſior, & ſuſpectior
detracta opinione probitatis, & quę dixi, vera
an falſa audieris iam ſciri poteſt ab Imperatore,
in l.2.C.de ſent.ex periculo recitandis, Bar.in l.
2.verſ.3.modo legitur, C.de edēdo,vbi ait quod
pronunciario facta à iudice niſi habeat acta,non
6 valet;etiamſi eſſet bona ſentētia, & rectè data ſe
cundum acta, nā qui iudicat non viſis actis, &
ſcripturis,quodam modo ordinē iudicij peruer-
tit, & non rectè facit, & negligere vr̄ præſtitum
Deo iuramentum,in quo promiſit ſuamq́; fidē
aſtrinxit, ſe ante oculos ipſum ſolum eiuſq; tre-
mendū & timendū iudiciū habiturū cęteris oīb.
rebus poſthabitis,vt docet Inn.in c.cum Bertol
dus,ſub.nu.4.ver.vel dic,quod hic ſufficit,de ſen
tent.& re iudic.& cum ad bonum iudicem perti-
neat lites dirimere, debet etiam ex officio iubere
partibus,vt iura circa quę cauſę totius cardo ver
titur,quæq; controuerſiam gignunt, deferant,&
illa aliquo tempore apto & rei congruenti expe
ctare;& hoc iure vtimur,quia ſolet primum pars
citari ad deferendum iura & ad allegandum,an-
tequam deueniatur ad citationem pro ſententia
ferenda,& ad ipſam ſententiam;& nulli dubium
eſt, quod ex neceſſario ordine iudicij requiritur
cauſæ cognitio & examinatio,quæ tanquam ad
inuenta nedum ad iudicij ſolemnitatē,ſed etiam
ad naturalem iuſtitiam conſeruandam, merito
dicitur deſcendere à iure diuino, & debet actum
præcedere,& non ſequi,alias huiuſmodi præpo-
ſterus atq; peruerſus ordo vitiaret,iſtaq; præ-
ceps feſtinatio,velut nouerca iuſtitiæ,tollit nobi
7 lem illam coniecturam, quæ ſtat pro ſentētia, vt
ſcilicet ritè & recto lata cenſeatur,vt vno ore ſen
tiunt, Bart. Bald.& alij,ea.l.prolatam, C.de ſen-
tent.& magis commun. dicit Feli. viden.in cap.
eccleſiæ Sanctæ Mariæ ante num.13. verſic.ex
quibus omnibus de conſtit. vbi pluribus antece-
dentibus,& ſubſequentibus numeris hunc ipſum
articulum fuſè examinat, & ita demum conclu-
dit Felin. ſequitur Vantius quem vide omnino;
quia multa & ipſe in hanc ipſam rem ſcribit, de
nullitate ex defectu proceſſus, nu.30.& infra vſ-
que ad num.37. & ſicut nimia tarditas in profe-
rendis ſententijs accuſatur; ita etiam nimis pro-
8 perans feſtinatio, & velocitas damnatur, vt dixi
ego conſ.161.num.7.& 8.lib.2.res enim magnæ
non viribus aut vělocitatibus,aut celeritate cor-
porum geruntur,ſed conſilio, auctoritate,& ſen-
tētia in qua maturitas inſit; facta enim difficilia
longi temporis indigent, nec curſum aut furtim
arripienda ſunt,aut præcipitanda, cum falſa du-
ctus opinione illa quæ te ſcire credas, neſcias
prorſus, & ſæpe repudies in excipiendo quæ tibi
prima putaras, & ne abortus fiat diligenter cu-
rare debes,vt partus matureſcat.

Et hæc ipſa confirmatio eo magis eſt denegā
da,ſicut mihi in facto proponitur lata eſſet ſnīa,
extra inſtantiā nam cū perēpta inſtātia pereant

& ſimul accidant miſerabili curſu acta litis, &
iudici ordinaria ſequitur, vt nihil ſit quod confir
mari queat, vt declarat idem Vantius de nullit,
ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, num. 115. &
infra, quia ſemper dici poſſet, ſententia ſine ſub-
ſtantiali proceſſu lata; & cum non obſtantibus
literis Senatus, voluerit præcipiti curſu Iudex ad
ſentẽtiam properare, dicitur attentaſſe, nec pars
10 audiri debet, niſi prius reuocatis attentatis, vt cẽ-
ſet Lancell. de priuil. attent. num. 6, & 37. & 38,

Sed quo magis commoueatur integerrimus
Iudex appellarionis ad hoc ipſum iudicium fa-
ciendum (quo hæc ſententia ſi ſententiæ nomen
meretur, eiuſque ſono digna ſit) nulla declare-
tur, hæc pauca circa eius iniquitatem afferenda
cenſui; ſalua tamen ſemper hac ipſa euidenti nul
litatis exceptione, & ſine eius præiudicio, & non
aliter, nec alio modo,

Iniqua igitur manifeſtè meo iudicio apparet;
cum damnetur Cataneus ad ſoluendum id quod
intereſt, & ſeu interuſurium taxatum ab initio,
ad rationem quinque in ſingula centum, pro il-
lis quatuor annis, ſcilicet ab anno 1565. vſq; ad
annum 1569. pro quibus data fuerat dilatio ſol
uendi libras illas quinque mille; quas aſſeritur
Raſtellum in ſocietatem illam lanarum expo-
ſuiſſe; ſuſcepto in ſe ab ipſo Cataneo onere ſa-
tisfaciendi omnibus creditoribus ſocietatis, at-
que moleſtia, & quod magis intereſt periculo vẽ
dendi merces; quę omnia quanti ſint detrimẽti,
& incommodi vix nemo ignorat.

Et tamen nulla pręſertim exiſtente mora, ſed
11 pendente ad ſoluendum data dilarione, huiuſ-
modi conuentionem eſſe à iure improbatam, vti
præſeferens fœdam vſuræ labem, maculam, &
perniciem, crebriori ſcribentium aſſenſu receptũ
eſt; vt teſtantur Felin. in cap. cum venerabilis,
num. 9. de except. Plotus in l. ſi quando, nu. 452.
& infra, Gabr. lib. commun. de ſolut. concluſ. 10.
num. 6. Maſcard. tract. probationum, in verbo, in
tereſſe, concluſ. 934. num. 25, vbi loquitur de cõ-
uentione ad rationem quinque in ſingula cen-
tum,

Et licet aliqui fuerint in ea ſententia, vt hu-
iuſmodi conuentio, & taxatio interdum defendi
poſſit; quando ſcilicet eſt veriſimilis prout hæc
12 videtur, attamen in iudicando non videtur rece-
dendum à priori ſententia, vti frequentiori do-
ctorum calculo approbata, & magis tuta saluti
animæ, cum verſemur in materia peccati, & ijdẽ
met legum periti huius opinionis auctores, &
aſſeclę multas ſimul & ſemel deſiderent qualita-
tes, quæ hic omnino deficiunt, quod ſcilicet, ſub-
ſit mora, quod probetur paciſcentem præ mani-
bus habuiſſe fundos emendos, & quos emiſſet ſi
pecunias illas habuiſſet, qui tantum fructus tu-
liſſent, quod non ſolutio, aut data dilatio ſit cau-
ſa amiſſionis lucri, quod illud quod recipitur, nõ
ratione datæ pecuniæ recipitur, ſed propter fru-
ctus percipiendos, vel ratione lucri faciendi, qđ
longè abeſſe dicitur, quando conuenitur ad ratio
nem quinque in ſingula centum ſortis principa-
lis; quia tũc colligitur, quod paciſcẽs habuit po-
tius animum, & oculos ad ſuam pecuniam, & ſic
ad ſortẽ, & nõ ad lucrũ faciendum, quod id quod
intereſt percipiatur ab emptione prædiorum,
quæ ſunt firmiora, & non ſolent ſæpe nec affer-
re quatuor pro cẽtum, & non ex mercatura, quæ
eſt adeo fallax, & fragilis, vt interdum loco lucri
iacturam ſortis etiam principalis afferat; quam
tamen paciſcens voluit omnino ſibi eſſe ſaluam,
adhibitis etiam fideiuſſoribus, quod pecunia ſit
præſens, & non dentur prout in caſu noſtro datæ
ſunt, merces, & credita, quæ cum magna difficul-
tate, & diminutione diſtrahuntur; vnde interuſu
rium non ad quinque, ſed ad decem & eo am-
plius propter huiuſmodi pericula iure dici po-
teſt conuentum, quæ omnia cum in præſenti ca-
ſu deſint (& cum ſimul copulata exigantur etiã
ſi vnum deeſſet ſufficeret ad pactum vitandum,
Alexand. in l. Titia, num. 5. ff. ſolu. matrim. Dec.
conſil. 661. nume. 4.) eſt omnino dicendum, vt
hæc conuentio tanquam iuri, & conſcientiæ ad-
uerſans irrita eſſe debeat; vt in ſimilibus terminis
probaui ego in conſil. 137. à num. 2. vſque ad nu
me. 49. vol. 2. vbi vide, quia ita fuit iudicatum tri
bus ſententijs conformibus, ſicq; reſpectu iſtius
capitis ipſa ſententia conuinci videtur iniuſta,
& iniqua.

Prout & eſſe videtur ratione ſortis, & alterius
intereſſe, & ſeu interuſurij taxari à die moræ ad
rationem denariorum ſexdecim pro ſingula li-
bra, ex ſtatuto noſtro, cap. 43. vol. 1.

Nam quod ad ſortem principalem attinet, vi
detur quod in ſolidum non potuerit condemna-
ri ipſe Cattaneus, quandoquidem inſtrumento
tranſactionis anni 1589. fuerit Cattaneus ab ea
promiſſione ſolidi liberatus & licet ſupponatur
ipſum inſtrumentum non poſſe iuuare Catta-
neum, tanquam quod in multis defecerit, in im-
plemento ipſius contractus, & quæ exceptio nõ
implementi adeo fauorabilis eſt, vt nullo tempo
13 re ſublata cenſeatur; & opponi etiam poſſit iura-
mento non repugnante; & etiamſi in re modica
non eſſet impletum, impediaturque litis ingreſ-
ſus, & contra agentem ex contractu quem quis
non impleuerit, detur exceptio doli, & non im-
plens pro parte ſua videatur renuntiare benefi-
cio ipſius contractus, nec poſſit cogere aduerſa-
rium ad cõtractum obſeruandum pro parte ſua,
14 & mora nunquam committatur niſi ſecuto im-
plemento, & qui non implet pro parte ſua, ne-
queat alteri morę culpam attribuere, l. Iulianus,
§. offerri, ff. de act. empt. l. filiæ licet, C. de collat.
& commun. dicit Natta conſil. 360. in princip. &
Carotius, qui hæc ipſa confirmat multis additis,
tract. locati, ſub rubr. de euictione, à num. 29. vſ-
que ad num. 67. ſecundum poſtremam Venetã
impreſſionem anni 1592. fol. 198.

Veruntamen animaduertendum eſt, quod ex
imple-

implementi fiendis ab ipſo Cattaneo aliqua de-
bebunt præcedere iudicium fiendum cum fratri-
bus Cattanei, aliqua poſt; reſpectu eorum quæ
præcedere debebant, mihi ſupponitur ſecutum
fuiſſe implementum; reſpectu vero eorũ quæ ſub
ſequi debebãt, vt puta, quod deberet Cattaneus
defendere quod bona fratrum eſſent ab onere fi-
deicommiſſi libera, ad hoc, vt in mora conſtitue-
retur, erat prius a Raſtello contra eos agendum;
& vbi oppoſuiſſent de huiuſmodi fideicommiſſo,
erat certior faciẽdus ipſe Cattaneus, qui vbi tũc
non impleuiſſet quod promiſerat, aut non ſeruaſ
ſet quod pollicitus fuerat, fractam datam fidem;
& quod mentitus fuiſſet redarguere poterat Ra-
ſtellus; & cum id factum non ſit, non poteſt in eũ
aliqua moræ culpa transferri ob omiſſum imple
mentum, cum excuſetur ab antecedente mora
Raſtelli, quę ranquam prima nocet & longe mul
tum præſtat, imo quod ad hoc pertinet, ex parte
15 Cattanei cõtractus pro impleto habetur, cũ per
eũ non ſteterit; nã qui debet aliquid facere, vt ac-
cipiat, debet primo loco facere, aliter qui dare de
bet nunquam in mora conſtituitur, vt tradit glo.
notabilis in verbo, præſtet, in l. ediles, §. vltimo,
ff. de edilicio edicto. Barto. in l. ſi ſoluturus, num.
3. ff. de ſolutionibus, & dixi ego vbi vide conſil.
43. nu. 4. vol. 1. & ne albam longius, comprobat
idem Carotius loco proxime relato, num. 57. &
58. & infra, & num. 37. & mora ipſius Raſtelli eò
magis augetur, cum ſua negligentia ſe excluſe-
rit à bonis Hippoliti, fratris ipſius Hieronymi
Cattanei, quandoquidem cum ea eſſent publica
ta, & voci præconis a R. fiſco propter ipſius Hip
politi vacantem hæreditatem ſubiecta, ex forma
decretorum, & ordinum tenebatur cõtradicere,
etiam ſi ius ſuum conditionem habuiſſet, quia
non verſabamur in editis, & ſeu cridis prouiſio-
nalibus, quæ ex Cæſarijs conſtitutionibus exci-
piunt iura conditionalia, & in diem, ſed in fiſcali
bus, quæ etiam hæc ipſa iura comprehendunt,
vt ſcribit Boſſius noſter tit. de proclamat. quod
16 Fit bonis publicatis, Alba conſil. 585. num. 36.
vnde cum ſua culpa & negligẽtia oſcitans & dor
mitans ſe excluſerit, nihil eſt quod ſuam culpam
ipſi Cattaneo imputet, cum ipſe idem eadẽ vr-
17 geatur, ex nota regula, cap. damnum, & in cap.
mora ſua, de regul. iuris in 6. & minime dubitan-
dum eſt quin huiuſmodi decretum fundamentũ
& radices habeat in negligentia eius qui contra-
18 dicere debet, vt ait Boſſius noſter eod. tit. de pro-
clam. quod fit bonis publicatis ante nu. 18. pro-
ut & habent aliæ præſcriptiones ſcriptæ in odiũ
negligentium, & ne dominia rerum tandiu in in
certo iaceant, l. 1. de vſucapion. Inſtitu. eod. titu.
19 in princ. & ſatis negligens dicitur qui non vtitur
debita diligentia, opportunavè non adhibet re-
media, & neceſſaria ſibi non adiungit auxilia, l.
veteris in fine, ff. de itinere actuque priuato, l. nõ
enim, ff. ex quibus cauſis maiores, Alexand. con-
ſil. 105. num. 9. lib. 5. facit quod ſentit Menoch.
de arbitr. iud. cap. 137. num. 14. & huius tempo-
ris decurſus tacitam quandam renunciationem
20 inducit, vt tradit Dynus, eod. cap. mora de regu.
iuris in 6. num. 26. & ſatis apertum eſt ex Cæſa-
reis noſtris conſtitutionibus, ritu. de bonis ad cri
das ponendis; imo non contradicens præconijs,
21 & ſeu cridis cenſetur, habuiſſe res ipſas pro dere-
licto, & in eis fingitur nullum ius habuiſſe, vt in-
quit idem Boſſius noſter de proclamat. quod fit
bonis publ. in princ. Alba conſ. 756. num. 9.

Præterea, eſto etiam quod defectus aliquis in
implemento ex parte ipſius Cattanei non fuiſ-
ſet, (quod tamen negatur) non propterea impe-
ditur Cattaneus quin poſſit ad ſua priſtina & pri
22 męua iura redire, vt declarat Carotius relato lo
co, num. 52. ex Neuizano, conſi. 49. in princ. Bur
ſatus conſil. 101. num. 101. num. 16. lib. 1. maxi-
me cum verſemur in contractu mutuo & ſeu cor
23 reſpectiuo, vnde ſi deficit vnum, deeſt & alterũ,
Crauet. conſil. 179. num. 13. & conſil. 230. num.
2. & conſil. 256. num. 4. poteſt igitur Raſtellus
contractui ſtare, nec ab eo diſcedere, & agere ad
implementum ſi quid deeſt aut ſupereſt implen-
dum; & vbi eſſet in caſu, vt poſſet, & vellet dice-
re nolo ei ſtare, deberet vtriuſque partis ius pri-
mum eſſe ſaluum, atque ideo liceret Cattaneo
elidere neruos actionis ipſius Raſtelli ea ratione,
quod cũ in inſtrumẽto obligationis anni 1565.
quo nititur Raſtellus, non ſit ſeruata forma à iu-
re noſtro municipali requiſita, de qua in ſtatuto,
c. 328. vol. 1. circa obligationẽ Angelæ Careſa-
næ Matris ipſius Cattanei, Raſtellus teneatur
ad ſolutionem æſtimationis ipſius rei in contra-
ctum deductæ, & ſic d. 5000. erga Cattaneum
eius matris hæredem, prout iam condemna-
tus fuit idem Raſtellus, & ex conſequenti me-
dio huius compenſationis excluditur actio Ra-
24 ſtelli, leg. fina. C. de compenſat. quæ parte op-
ponente fit, vel pro facta habetur ipſo iure, l. ſi
conſtat, eod. titu. & commun. dicit Tinda. tract.
de compenſ. art. 6. num. 48. & paulo ante nu. 51.
& nu. 74. & ſi vult Raſtellus redire ad primęua
iura, vtiq; debet hoc idem ipſi Cattaneo licere,
vt æqualitas adeo legibus amica, & iuri conſen-
25 tanea in iudiciis ſeruetur, l. fina. C. de fructibus,
& lit. expenſis, & ſentit Tindarus relato loco nu-
me. 75. Nec officit ſi diceretur, ergo Cattaneus à
fide contractus, quæ conſtans & incorrupta eſſe
debet, deficiendo eſſet melioris conditionis, quia
hoc modo poſſet à contractu recedere: quia cum
26 adſit ſtipulatio & iuramẽtum, pœnitere amplius
non licet, aut à conuentis pedem referre, l. ex pla
cito, & l. ex precibus, C. de rerum permut. l. 1. in
fine, ff. de pactis, Bartol. in l. 2. prope finem, C. de
condit. ob cauſam, ſed quilibet aduerſus deficien
tem & conuentorum auerſorem, poteſt agere ad
id quod intereſt vnde ſi Raſtellus vult ab eo re-
cedere, & ad primęua iura redire, debet & id con
cędi ipſi Cattaneo. quo fit, vt cum ipſa ſors prin-
cipalis non poſſet dici debita, nec eſſet liquida
pro-

propter huiuſmodi compenſationem, vel pro-
pter ſubſecutum inſtrumentum tranſactionis ſu
per cuius extenſione & editione iam conteſtata,
27 lis adhuc pendere dicatur, is articulus dicitur ad
totam cauſam præiudicialis, l.1.C.de ord.cogn.
Abb.in c.tuã, ſub nu.6. verſi. qñq; dr̃ de ordine.
cognitionum, Crauet.videndus conſil.79. nu.7.
& ex conſequenti faciebat rem dubiam & mini-
me liquidam; vnde fruſtra agitur de aliqua mo
ra Cattaneo imponenda, & ea ab ambiguitate
debiti excluſa, certum eſt, intereſſe non deberi, l.
28 mora,ff.de vſuris, l.in inſulam, §.vſuras, ſoluto
matrimo. & notat interpres ad ſtatutum, c.43.
num.8.in primo, iuſtaque, vel probabilis cauſa
29 litigandi excuſat à mora, & ab intereſſe, vt tra-
dit Dec.poſt alios,in l.quod ſi,num.20.& 21.ff.
ſi certum petatur, Præſes Menoch.de arbit.iud.
caſu 220.num.46. & infra & mora in non liqui
dis nunquam committitur,niſi prius à iudice fue
rit declarata debiti ſumma, vt tradit Iaſ. viden-
30 dus ead. l.quod te, num.9. ff. ſi certum petatur;
donec igitur non eſſet declaratum an ſors illa à
Cattaneo deberetur, non poterat dici in mora,
nec aliquod intereſſe potuit iurari, cum illud ex
ipſa lege noſtra iurari poſſit tantum in caſibus in
quibus de iure canonico peti poſſit: vnde cũ hoc
caſu peti nequeat, fruſtra iuramentum adhibe-
tur; quod etiam alia ratione refellitur, nempe
quando quis fecit pactum fœnoris vitio non ca-
rens, vel aliter ſit ſuſpectus,quia cum non videa
31 tur omni exceptione maior, inaniter implorat &
expoſcit ſui ipſius iuramenti fidem, vt ait Plotus
in repet.l.ſi quando,num.453. C.vnde vi,& no
tat interpres ad ſtatutum, c.43. num.26. in pri-
mo. Nec obſtat quod,num.46.& infra referat a-
liquos dicentes quod taxatio intereſſe fieri po-
32 teſt; quia id debet intelligi vbi ſubſit mora,quæ
deerat in caſu noſtro propter datam illam dila-
tionem annorũ quatuor, vel vbi accedãt condi-
tiones, & qualitates de quibus ſuperius egimus,
vt ſe ipſum declarat;quatenus dicit id procedere
in caſibus in quibus de iure canonico intereſſe
peti poſſit, quod cum in caſu noſtro peti non va-
leat, iam perſpicuum eſt tam in ordine iudicia-
rio, quam in meritis hanc ſubitam, & improui-
ſam ſententiam latam ſex dierum ſaltu, non vi-
ſis rei ſcripturis a iudice in equis viatoribus ma-
gnis itineribus equitante, peccare; & recti lineas
tranſire, & idcirco non eſſe confirmandam, ſed
potius iure merito nullam declarandam; vel ſal-
tem infirmandam pronuntiando, bene appella-
tum, & male iu dicatum fuiſſe, cũ in ferẽdis ſen-
tentijs vti non debeamus excurſione, aut ſaltu,
ſed maturo conſilio, & ratione, omnia enim iudi
cia aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut pe
rimendorum maleficiorum cauſa reperta ſunt,
& ſicut bella fiunt atque inſtruuntur, vt in pace
viuatur, ita etiam forenſis, & concertatoria quæ
33 dam pugna committitur, vt ciuiles controuerſiæ
dirimantur, & maleficia puniantur, atque pax &

concordia diſcordibus cæteriſque gignatur, quã-doquidem dulce ſit nomen pacis, & res ipſa ſalutaris & hæc principis præcipua eſſe debeat cura; nam ſi populus turbas facit, ipſe idem inquietus eſt; quod bonum, vt conſequamur quibus permiſſum eſt, vt de vniuſcuiuſq; actis cognoſcant, ſtatuant, & iudicent, viri eſſe debent adeo docti, atque ex omni parte conſpicui, & facultatibus affluentes; vt ſine amore, aut timore, ſine cupiditate, & rurſus ſine odio & ſine inuidia ex veritate, & ex præſcripto iudicent, & idcirco ſacratiſſimæ leges tot in iudicando, indicarent iudicis animũ eſſe debere quietum, pacatum, nec aliqua pertur batione commotum ſtatuere, vt ſedẽs iudex ſen tentiam pronuntiet, ſiquidem ſedendo animus magis quieſcit, fitve ſapientior, & ſicut lapideis cotibus aurum examinatur, & dat apertum ſui documentum, ita auro aut bonorum malorumque hominum mens cuiuſmodi ſit, comprobatur; quo fit, vt iuſtus iudex, vt ſua integritas eluceat non auri, quod eſt auaritiæ tenebra, ſed conſcientiæ lucem in pondus, quod eſt ſuæ bonitatis ſignum omni luce clarius & pręſtantius requirit, nec in iudicando aliquid reſpicit præter iuſtitiã; & cauſas, & non perſonas intuetur; quiſnam poterit digne de ſubditis iudicare, qui in ſubditorũ cauſis ſua commoda, vel odium, vel gratiam ſequitur, omni cupiditate ſit prorſus ſpoliatus, qui rectè velit iudicare, nam æquitas cui iudex obſequitur ſiniſtram odij, vel amoris dexteram neſcit, nam huiuſmodi debet eſſe iuris miniſter, vt in eius manu nullius auctoritate perſonę titubet aut vacillet libra iuſtitiæ, pluris ſemper faciat, quod honeſtum eſt, quam quod ſibi vtile, & potius damnum eligat, quam turpe lucrũ, id quippe ſemel tantum; illud autem ſemper angit, & animum excruciat, ac perpetuo mętore conficit, quoties meminerit pro fallaci ac caduca ſpecie boni, ſummum & æternum bonum *vendidiſſe*; & iudicis munus ob publicam vtilitatem inuentum, vertiſſe in, quæſtumcompendiumque priuatum, & ſicut in puniendis maleficijs quæ caſũ ad miſſa ſint paulo mitior eſſe debet, ita etiam valde ſeuerum ſine acceptione eum eſſe oportet in his delictis plectendis, quæ dolo, fraude, vel malitia commiſſa ſint, caueatve, ne ei vulgus, vt ſæpe fit obijciat, leges iudicum auaritia aranearũ telis eſſe ſimillimas; illis quippe ſi quid leue & imbecillum inciderit, inuolui ab eis atque contegi, ſi quid maius aut grauius, perrumpi ac perire; & quoniam quiſque ſequitur priores male iter ingreſſos, paucorum peccata ſeueritate animaduerſionis coerceantur, ne cum Reipublicæ detrimento longius ſerpant, aut impunitate creſcant. Iudex nedum damnatur quum innocens condemnatur, ſed etiamſi nocens abſoluitur, & vt bonus ſit iudex, ſæpe cogitet de ſe, alterum iudicaturum humanum nempe virum, & diuinum legiſlatorem; humanum, qui ſæpe principis iuſſu prioris iudicis male geſta recognoſcit,

& ſæ-

& ſepiſſime cum rei illius familiaris, hac honoris graui iactura, emendat, & publice corrigit, & perpetua infamia notat, diuinum autem moderatorem, id eſt Deum iuſtiſſimum iudicem, cuius iudicium omnino ſubeundum eſt, & qui cuncta videt, & qui falli non poterit, & cuius ſententia appellationem aliquam aut reclamationem non recipiet, & ab omni perfugio te excludet, & idcirco tu qui iudicandi munus & officium ſuſcipis, integer & omnis muneris immunis, & liber, quicquid agas prudenter agas, & reſpice finem.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO HIERONYMO Variſio.

ARGVMENTA.

Legatum certæ pecuniæ alicui factum, & ſoluendum cum erit annorum viginti quinque, an ſi interim decedat, trāſmittatur, vel caducum fiat.

Pœna conuentionalis ſi excedat intereſſe, an licitè tota petatur, maxime à viris religioſis.

SVMMAE RERVM.

1 *Legatarius vbi decedat pendente conditione, legatum efficitur caducum, & non tranſmittitur ad hæredem.*

2 *Legatum efficitur conditionale, quando dies incertus apponitur executioni legati.*

3 *Legatum certæ pecuniæ alicui factum, & ſoluendum cum erit certæ ætatis, conditionale videtur.*

4 *Tempus an ſit adiectum ſubſtantiæ, vel diſpoſitioni legati, vel executioni, multum intereſt.*

5 *Tempus incertum adiectum etiam verbo executiuo, legati videtur conditionem afferre.*

6 *Oratio vnica, vel ſeparata quando dicatur.*

7 *Diſpoſitio ſimplex, vel duplex, quæ ſit & intelligatur.*

8 *Tempus etiamſi adÿciatur verbo executiuo, conditionem affert ex aliquorum ſententia.*

9 *Tempus certæ ætatis quoties adÿcitur præſtationi ſeu ſolutioni, & ſic verbo executiuo, modum & non conditionem affert.*

10 *Legatum tranſmittitur ad hæredem legatarÿ interim defuncti, quoties tempus adÿcitur ſubſtātiæ legati, & non ſimplici executioni, ex comm. doctorum ſent.*

11 *Ad executionem quæ ponuntur, diſpoſitionem non immutant.*

12 *Participium quandoque reſoluitur in relatiuum.*

13 *Qualitas quæ adÿcitur verbo determinato per relatiuum, reſpicit ſolum ſuum antecedens.*

14 *Tempus adiectum verbo executiuo, diſpoſitionem non immutat.*

15 *Orationes duæ, quando etiam ſunt copulatæ, qualibet ſtat per ſe.*

16 *Diſpoſitio perfectam habens orationem, vbi præcedat, & poſtea ſubſequatur verbum executiuum, tunc tempus certum executioni adiectum, non trahitur ad præcedens verbum diſpoſitiuum.*

17 *Clauſula ad aliam diſpoſitionem modificandam poſita, nunquam refertur ad præcedentia.*

18 *Oratio vnica dicitur, quando tēpus adÿcitur verbo diſpoſitiuo, non admiſſo verbo executiuo.*

19 *Executiuum verbum an ſimpliciter apponatur, vel adiungatur verbo diſpoſitiuo, multum refert.*

20 *Miniſter nudus non dicitur, qui pecuniam legatam alteri reſtituere debet ſed potius; & ipſe legatarius, ſi aliquo tempore, & ipſe pecunia cōmodo fruatur.*

21 *Legata pecunia vbi exigi poſſit, legatum non dicitur conditionale.*

22 *Miniſter nudus qui eſt, aliquod commodum non ſentit.*

23 *Tempus, an conditionem vel diem afferat, potiſſimum eſt teſtatoris mens inſpicienda.*

24 *Coniecturis locus non eſt in re clara.*

25 *Legati diſpoſitio an conditionem, vel modum contineat inſpiciendum eſt.*

26 *Expreſſum id habetur, de quo quis interrogatus idem reſpondiſſet.*

27 *Contemnendus eſt nemo, etiam paruæ conditionis.*

28 *Pœna conuentionalis etiam ſi excedat intereſſe licitè tota petitur.*

29 *Pœna conuentionalis vbi excedat id quod intereſt, peti non poteſt à religioſis viris.*

30 *Pœna conuentionalis etiamſi excedat intereſſe peti poſſe videtur etiam, ab eccleſiaſticis perſonis, ſi auaritiæ & vſurarum intentio abſit.*

31 *Rigor æquitati præfertur in contentioſo foro.*

32 *Pœna, vbi appoſita ſit ratione contumaciæ in non parendo conuentis, rectè peti poteſt, etiamſi intereſſe excederet.*

33 *Opinio illa eſt tenenda, quæ vſu ſeruatur.*

34 *Opinio communis eſt tenenda, alia exploſa.*

35 *Pœna conuentionalis ſi non excedat intereſſe peti loco eius poteſt.*

36 *Pœna quæ venit ex contractu, verè non dicitur pœna, ſed natura contractus.*

37 *Pœna nomine relictum eccleſiæ in caſu contrauentionis hæredis, rectè ab ea capitur.*

38 *Pœna poni poteſt ad fauorem tertÿ, vel fiſci, quando interuenit ſtipulatio, vel piæ cauſæ fauor.*

39 *Pro religione quæ facit ſumma eſt ratio.*

CON-

CONSILIVM CCXXVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

LEgatum factum à Cāgenua Pa
gana, Ioan. Baptiſtæ Variſio,
filio Hieronymi, librarum mil-
le centum quinquaginta dan-
darum, & ſoluendarum à Scho
laribus Santi Raphaelis Me-
diolani, cum & quando erit ætatis annorum 25.
& quod eius pater Hieronymus poſſit illas etiā
exigere ante illud tempus, modo fideiubeat de il
lis filio reſtituendis cum eius ætatis erit,

Videretur dicendum, vt cum ante illud tēpus
deceſſerit, Ioan. Baptiſta filius, non poſſit pater
illud accipere iure tranſmiſſionis, nam legatario
1 decedente conditione pendente, legatum effici-
tur caducum, & non tranſmittitur ad hæredem,
l. vnica, §. ſin autem aliquid, C. de caducis tollen.
l. ſi cum hæres, ff. quando dies legati cedat; & quā
do etiam dies incertus apponitur executioni le-
2 gati, totum ipſum legatum efficitur cōditionale,
& ſi interim legatarius decedat, non tranſmitti-
tur, commun. dicit Cardin. Mantica de coniect.
lib. 11. titu. 20. num. 3. Marzarius conſil. 81. &
quod huiuſmodi legatum dicatur conditionem
habere, ſentiunt Barto. Caſtrenſ. Alexand. in l. ſi
cui legetur, §. hoc autem. ff. de legat. 1. & Alexā.
ibi dum explicat materiam, dicit eſſe conditiona
3 le, etiamſi teſtator dicat iubeo hæredem meum
dare Titio, cū erit annorum 25. & ſic conſiderat
ibi tempus adiectū fuiſſe verbo executiuo, & ta
men vult legatum eſſe conditionale, & hoc idem
approbat idem Barto. in l. ex his, C. quādo dies,
legat. cedat, vbi etiam Salic. & videtur eſſe ratio,
4 quia tunc tempus ætatis videtur adiectum ſub-
ſtantiæ & diſpoſitioni legati, vt affirmant Caſtr.
& Alex. eo. §. hoc autem.

Accedant illa verba cum, & quando erit. &c.
quæ conditionem afferunt, vt ait Salyc. ead. l.
ex his, & alij interpretes, & quod tempus ætatis,
annorum 25. incertū eſt, an ſcilicet legatarius ad
illud peruenturus ſit; quo caſu tempus incertum
adiectum etiam verbo executiuo, facit conditio-
5 nem, Alexan. conſi. 55. vol. 2. Salyc. ead. l. ex his,
vbi etiam ſe refert ad §. ſin autem, l. 1. C. de cadu
cis tollend. Menoch. conſ. 596. nu. 19. vol. 6.

Nec refert quod patri ſit conceſſum exigere
ante tempus, quia nihilominus iuſſus fuerat reſti
tuere filio venienti ad eam ætatem, & ſic vide-
tur adhuc legatum eſſe conditionale cum tēpus
incertum ſit adiectum perſonæ honorati, & ver-
ba illa geminata, cum & quando, deſignant con
ditionem non autem legatum eſſe in diem, &
quod hoc idem tempus certę ętatis faciat potius
conditionem quam modum, videtur etiam ex
eo probari, quia adiectum videtur verbo potius
diſpoſitiuo, lego, & quamuis adſit participium il
lud, Dandas & Soluēdas, quod magis demōſtra
re videtur executionem, & præſtationem, tamen
cum ſub vna verborum ſtructura, & clauſula cō
tineatur, & ab vnico verbo diſpoſitiuo, Lego, re-
gatur, vnica dicitur oratio, & diſpoſitio, & pro-
pterea, perinde eſt iudicium, ac ſi temporis con-
6 ditio eſſet adiecta verbo diſpoſitiuo, quo caſu cū
conditionem faciat, non tranſmittitur ſi condi-
tione pendente decedat interim legatarius, ead.
l. ſi cui legetur, de legat. 1. vbi hoc aperte ſentit
Bald. videndus in quarta oppoſit. l. quidam, vbi
Barto. & Alber. à Roſate hanc eandem ſentiunt
diſtinctionem, an ſcilicet vnica, vel ſeparata ſit
oratio, ff. eod. titu. idem Bart. in l. inter ſtipulan-
tem, §. ſacram, num. 5. & 6. ff. de verb. obligatio.
Ruin. conſil. 65. num. 11. & 12. volu. 2. & vnica
tunc maxime dicitur oratio, vel quando plura
fuerint ſimul copulata, Barto. in l. Seiæ, §. Caio.
num. 1. ff. de fundo inſtructo, vel ſi ab vno, & eo-
dem verbo regantur, idem Barto. in l. fin. num. 1.
& 4. C. de ſent. & interlocut. & notatur per Iaſ.
in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. & illa dici-
7 tur ſimplex diſpoſitio, quæ vno orationis contex
tu vnam continet diſpoſitionem, illa vero dici-
tur duplex, quæ continet duo capitula quid di-
uerſum continentia, vel duas diſpoſitiones, vt ait
idem Iaſ. in l. 1. num. 8. ff. de vulg. & pupilla. imo
8 ſi etiam eſſet tempus adiectum verbo executiuo,
dari adhuc faceret conditionem ex ſentētia Imo
læ ſæpius citata, l. ſi cui igitur. §. hoc autem, ff. de
legā. 1. vt puta ſi dictum foret, hæres dabit Titio
centum cum erit annorum decem.

His tamen minime repugnantib. contrarium,
ſecundum ea quæ proponuntur, puto verius, nā
quoties tempus certæ ætatis adijcitur præſtatio-
ni, ſeu verbo executiuo, quale eſt Dādas, vel Sol
9 uēdas, vt explicant Alex. in l. 1. nu. 7. ff. de pactis,
Ruin. conſil. 49. num. 11. lib. 2. tunc etiamſi lega
tarius decedat ante tempus tranſmittit ad ſuum
hæredem ius legati; quia legati ſubſtantia, quæ
conſiſtit in verbo diſpoſitiuo, Lego, eſt pura, &
ſimplex, & ſolutio tantum abſque diſpoſitionis
ſuſpēſione dilata videtur in illud tempus, & ideo
hæredi legatarij ſoluetur eo tempore quo ſi lega
10 tarius viueret, eſſet illius ætatis, l. firmio, §. 1. ff.
quando dies legati cedat, l. ex his, C. eod. tit. ead.
l. ſi cui legatur, §. hoc autem, ff. de leg. 1. vbi omni
no videantur Bart. & maxime, Caſtrenſ. Alexā.
& Iaſ. qui vno ore hoc idem affirmant, ita vt hęc
communis videatur ſententia, à qua in iudican-
do nefas eſt recedere hanc eandem diſtinctionē
confirmant idem Barto. & Alb. à Roſate, in l.
quidam teſtamento, ff. de lgat. 1. & l. inter ſtipu-
lantem, §. ſacram, num. 5. & 6. ff. de verb. obligat.
& alios addit Simon à Prætis tract. de interpret.
vlt. volunt. lib. 2. ſol. 3. num. 12. fol. 156. qui nu-
11 me. 13. ait quæ ad executionem ponuntur non
immutare diſpoſitionem. Card. Mantica de cō-
iect. vlt. volun. lib. 11. tit. 18. nu. 2.

Nec ideo minus cenſetur tempus adiectū exe
cutioni, quia non per relatiuum, puta quas dari
voluit

voluit, cum legatarius peruenerit ad vigeſimum
annum, adiunxerit teſtator tempus, prout loqui-
tur Caſtrenſ. eod. §. hoc autem, in l. ſi cui, de leg.
1. ſed per participiũ dandas & ſoluendas, quod
videtur facere, vt vna potius videatur oratio mo
dificãs, & ſeu, vt aiunt qualificans executionem,
& diſpoſitionem: quia reſpondetur participium
reſolui in relatiuum, ideſt, quæ dabuntur, vel ſol-
uentur, vel quæ dari, vel ſolui volo, vt docet Bar
12 tol. in l. centurio, num. 25. ff. de vulg. & pupillar.
vbi ait qualitatem, quę adijcitur verbo, determi
13 nato per relatiuum, reſpicere ſolum ſuum ante-
cedens, alios concordantes adducit Iaſ. ead. l. nu
me. 43. & conſil. 55. verſic. ſexto, pro iſta parte,
lib. 3. Alciat. noſter, conſil. 34. num. 4. & 8. lib. 8.
& propterea ſicut ſi dixiſſet quos volo dari, &c.
tranſmitteretur, ita etiam id concedendum eſt,
quando dixit dandas & ſoluendas, cum partici-
pium in relatiuum reſoluatur & idem ſignificet.

Secundo dicitur diſpoſitionem, & ſubſtantiã
legati eſſe puram, & ſimplicem, tempus vero fuiſ
ſe adiectum participio illi dandas & ſoluendas,
quod præſtationem potius demonſtrat, & deſi-
14 gnat, quam quod diſpoſitionem immutet, & cũ
horum verborum ſcilicet, diſpoſitiuorũ, & exe-
cutiuorum diuerſa ſit natura, non debet fieri æ-
qualis determinatio, nec qualitas temporis ad
omnia refertur ſed ad proxima, vt egregie decla
rant Card. Mantica, de coniect. vlt. volunt. libr.
10. tit. 8. num. 8. & lib. 6. tit. 13. num. 6. & Simon
à Praetis, eod. tract. lib. 2. ſol. 3. num. 178. & infra
multis ſequent. fol. 152. Gabr. lib. comm. tit. de
clauſul. concl. 9.

Tertio orationes duæ, quando etiam ſunt ſi-
mul coniunctæ, & copulatæ, quælibet ſtat per ſe
ſine alterius auxilio, & ope, Iaſ. in l. diuus Adria-
15 nus, num. 17. ff. de re iudica. & participium illud,
dandas, poteſt regi ab alijs verbis præcedentibus
ſcilicet, iudico & mando, vnde negatur regi ab v-
nico, illo verbo, Lego.

Quarto imo, quando præcedit verbum diſpo
ſitiuum perfectam habens orationem, vt hic &
ſubſequatur verbum executiuum; tunc tempus
16 certum executioni adiectum non porrigitur ad
verbum præcedens diſpoſitiuum ſimpliciter pro
latum, vt communi aſſenſu ſentiunt doctores, ca.
l. ſi cui, §. hoc legatum, ff. de leg. 1. & cũ fere ſem-
per executiua verba, quibus tempus certum eſt
adiectum, ſint iuncta, & copulata verbo diſpoſi-
tiuo, ſi proinde vna diceretur oratio falſa eſſet aſ
ſertio communis, diſtinguens an tempus ſit adie
ctum ſolutioni legati; & ſic executiuo verbo, vt
in caſu noſtro, vel verbo diſpoſitiuo, Lego, quia
ſemper ſubſtantiæ legati, & non executioni adie
ctum cenſeretur, quæ abſurda ſententia, vt euite
tur eritillud tempus reſtringendum ad partici-
pium executiuum dandas, vel ſoluendas, & non
referendum ad verbum illud diſpoſitiuum lego,
cum maxime clauſula ad aliam diſpoſitionem
modificandam poſita nunquam ad præcedentia
17 referatur, & ideo modus, vel conditio appoſita
parti legati ad aliam præcedentem non refertur.
l. filium, ff. quando dies legati cedat, Alcia. conſi.
99. num. 6. lib. 9.

Quinto in materia de qua agitur vnam intel
ligunt eſſe orationem ſcribentes, quando tempus
18 adijcitur verbo diſpoſitiuo, & non admiſto ver-
bo executiuo, velut ſi dicatur, Titio, cum erit ęta
tis annorum decem, lego centum: ſecus ſi dicatur
lego centum, quæ volo dari, vel danda cum erit
annorum decem, vt ſatis aperte declarant exem-
pla à I. C. allata, ead. l. quidam teſtamento, de le-
gat. primo,

Quod vero contra allatum fuit ex Imola, ea.
l. ſi cui legetur, vt ſcilicet etiam procedat, quãdo
tempus certæ ætatis adiectum eſſet verbo execu
tiuo, quia adhuc conditionem apportet, non trãſ
mittitur ad hæredes, legatario ante diem decedẽ
te, quia illud procedit vbi verbum executiuum
19 ſimpliciter appoſitum fuiſſet, ſecus ſi admiſtum
fuiſſet verbum diſpoſitiuum, vt in caſu noſtro,
quia tunc procedit communis diſtinctio, quam
ſuperius attulimus, vt declarat, Alex. ead. l. ſi cui,
§. hoc autem, num. 1. in glo. in verbo, completis,
ff. de legat. 1. & ratio differentiæ eſt optima, quia
quando nulla præcedunt verba diſpoſitiua, exe-
cutiuum verbum ſtat in vim diſpoſitiui, eiuſque
vicem gerit, & partes ſuſtinet.

Quæ vero contra allata ſunt, procedunt vbi
tempus ſit adiectum verbo executiuo, non præ-
cedente aliquo diſpoſitiuo, vel vbi verbo diſpoſi
tiuo ſit adiectum; ſecus ſi executiuo præcedente
diſpoſitiuo, vt ſatis abũde ſuperius probauimus,
& ſi deceſſit filius, ergo apud patrem manere de
20 bet legatum, cum non fuerit nudus miniſter, ſed
& ipſe legatarius propter commodum pecuniæ
interim exactæ qua vtendo fruebatur. Item te-
ſtator voluit, vt reſtitueretur filio, & non hæredi
bus, Alexan. conſil. 137. num. 7. lib. 5. & conditio
ſi adiecta fuiſſet ſubſtantiæ legati, non potuiſſet
21 antea exigi, l. legata ſub conditione, ff. de condit.
& demonſtr. cum autem contrarium velit teſta-
tor conſtat, quod noluit conditionem proinde
fieri, ſed potius faciendæ ſolutionis diem deſigna
ri; & licet pater fuerit oneratus filio reſtituere cũ
eſſet ætatis annorum 25. attamen non tenetur ſi
non comprobatur conditio, ſed apud eum ma-
net à quo eſt relictum, l. 1. §. pro ſecundo, C. de
cad. tollend. nec poteſt dici quod pater fuerit mi
22 niſter, vt intelligit gloſſ. text. l. filio, §. matri, ff. de
adim. leg. quia imo loco legatarij habetur, vt de
clarat Bart. Bald. eod. §. pro ſecundo, qui ſolutio-
nem gloſſæ improbat: nam ideo apud matrem
non manet ex teſtatoris voluntate, qui codicillis
adimendo onus legati, cenſetur etiam commo-
dum ademiſſe. & hoc patet, quia interim, vt iam
dixi, potitur commodo legati ad ſui ipſius benefi
cium, nec illud reſtituit, vt probat tex. in l. pater
filium, §. Tuſculanus, de leg. 3. qui eſt nudus mi-
niſter aliquod commodum non ſentit, l. Lucius.

§. ã te

§.à te peto de legatis ſecundo.
Rurſus tollitur omnis dubitatio, quia an tem
pus hoc conditionem, vel diem afferat, potiſſimũ
23 eſt mens teſtatoris inſpicienda, quæ eſt totius rei
caput, vt inquit I. C. ea.l.ſi cui, §.hoc autem, pro
pe finem, & vno ore ſequuntur ibidem ſcribẽtes,
ergo cum teſtatrix poſtea ſubijciat, vt Hierony-
mus pater legatarij poſſit ante tempus illius cer-
tæ ætatis legatum accipere, & illud ſæpius à ſcho
laribus petierit etiam filio viuente, conſtituti in
mora cenſentur, atque inde conſtat quod eadem
noluit conditionem illis verbis afferri, ſed potius
ſolutionis tempus iudicari, & deſignari, & cum
habeamus tam claram mentem teſtatoris firmi-
tati intellectus attribueretur, ſi in re tam perſpi-
cua conaremur argumenta quærere, & potius cõ
24 iecturarum ſæpe fallacium riuulos conſectari,
quam ab ipſo volũtatis fonte rei veritatem hau-
rire, l.in conditionibus, ff.de condit.& demonſtr.
l.conditiones, §.cum ita in fine, ff.de verb.oblig.
Præterea cum legatarius eſſet nepos ipſius te
ſtatricis, & valde adeo amatus ab ea, & tempus il
lud conſtet adiectum fuiſſe potius legatarij fauo
re, vt imbecillæ eius ætati conſuleretur, quã ad
eius onus, & incommodum, erit omnino conce-
dendum, vt legati ſubſtantia, & diſpoſitio, non
25 conditionem, ſed potius modum contineat; atq;
idcirco ad partem tranſmitti debeat, vt peritè ad
modum proſequitur, glo.in ead.l.ex his, in ver-
bo videtur, C.quando dies legati cedat, Gabrie.
lib.commun.titu.de hæred.inſtit.conclu.2.num.
41.& dixi ego conſil.89.& quamuis fauendum
ſit piæ cauſæ ipſius Scholæ, quæ pietati, & cha-
ritati Chriſtianæ aſſiduum officium, & diligen-
tem cultum tribuit, attamen magis eſt inclinan-
dum ad fauorem patris ipſius legatarij, qui cum
ſit pauper, eius cauſa potior eſſe debet, cum illa
Schola ad hoc ſit ordinata, inſtituta, & inſtru-
cta ſcilicet ad pauperes & miſeros ſuis facultati-
bus ſubleuandos, & recreandos, ex vulgato illo
philoſophorum adagio, ſcilicet, propter vnum,
quodq; tale & illud magis, & iterũ ex nota illa
ſnīa, nẽpe, vt nemo pius habeatur, qui pietatẽ ca
26 uet, & itẽ quia ſi teſtatrix de hoc caſu ĩterrogata
fuiſſet, idẽ vtiq; veriſimiliter rñdiſſet, vñ pro expſ
ſo haberi debet ex traditione, gloſſæ in l.tale pa-
ctum in verbo, per exceptionem prope finem, de
pactis, quam multis adiectis refert Mantica, de
coniect.vlt.volunt. lib.3.tit. 19.num.4. & infra,
ipſique nobiles ſcholares diuitijs & fauoribus lõ
gè ſuperiores, effugiãt omnem oppreſſionis ſuſpi
tionem, nam nemo debet, & ſi in altiſſimo digni-
tatis gradu poſitus, alterum contemnere, conſide
retque neminem eſſe, qui laceſſitus ſe vlciſci non
27 queat, ac aĩo volutet humanarũ rerũ ſtatum ſem
per fluctuare, ac in eodem ſtatu non permanere,
& qui antea exultanti & geſtienti lætitia in ho-
nore ſedebat repente mutata ſede in contumelia
afflictum & mærentem iacere; pertimeſcatque
eam quam vulgus vocat fortunæ rotam, quæ ad
volubilitatem ſemper hæc humana conſilia ro-
tundat, & ante oculos ſuos frequenter ſibi pro-
ponat iam vetuſtate tritam, ſed veritate proba-
tam fabulam Leonis, & muris: qui licet omnium
animalium ſit fortiſſimus, & ferociſſimus, princi
patumque obtineat, attamen paruitatem muris
non neglexit, factumque eſt, vt ab eo vitam reco
gnouerit dum laqueo irritus, & captus leo tene-
retur, gratus mus diem noctemque laqueum ro-
dens tandem corroſit, & leonem libertate dona-
uit, hoc igitur exemplo vnuſquiſque edoctus ſtu
deat omnib. prodeſſe, nemini nocere, nam pręter
quam quod hoc ipſum ad boni viri Chriſtia-
ni officium pertinet, nullum inde manat malum,
ſæpeque inopinato beneficium cumulatè remu-
neratur, nec ſine remuneratione illud abire ſinit
æternus beneficiorum largitor Chriſtus; qui ve-
ro proximum lædit, maleficij pœnam omnino
expectet, vel ab homine, qui in marmore *ſcribit*,
vel à Deo iuſtiſſimo iudice, & omnium ſcelerum
vindicè, qui in libro rationum hæc poni iubet;
montes antiqua firmitate ſtabiles ſunt, ſed homi
nes ſæpiſſime ſibi ipſis obuiam eunt, & properãt,
ac mutuam gratiam, & indignitatem ſibi ipſis re
ferunt, & viciſſim virtutis & maleficij merita pre
mia reddunt, & perſoluunt, ac ſeueriſſime fructũ
quem meruerunt retribuunt, & cum hi religioſi
viri, & pij Scholares cæleſtis gloriæ fructus tot
bonis operibus aucupari continenter quotidie
contendant, vt opinor, & certo ſcio, æqui boniq;
facient, vt hic pauper ab eorum pietate, & iuſti-
tia adiutus in eos non maledicta conijciet, ſed
retribuat aſſiduas preces pro eis Deo offerendas,
poſtquam non poteſt ſatis pro merito ab illo eis
referri gratia, hæcque iam ſatis ſint quod perti-
net ad primum punctum.
Quod vero ſpectat ad ſecundum arbitror ſe-
cundum ea quæ proponuntur, pœnam *hanc cõ-*
uentionalem ſtipulatam ad fauorem *ſacrarij ſeu*
ſacriſtiæ omnino deberi. nam pœna conuentio-
28 nalis etiamſi excedat intereſſe licitè tota petitur,
gloſ. eſt celebris, in cap. dilecti, in verbo, per pœ-
nam de arbitris, & clare ſentit Innocentius, cuius
excelſa auctoritas pro lege in foro obſeruari ſo-
let, in cap. tuam in fine, de pœnis ſequitur Fely.
in cap.1.num.13. verſic. tertius caſus de conſtit.
& maxime procedit, quando vt hic ſtatim, & ip-
ſo facto fuit promiſſa, vt declarat Dec.eod.cap.
1.num.20.verſic. prædicta concluſio, & eſt ratio,
pœna hæc dicitur pars contractus, & eo tendit,
vt placita conuenta ve inter partes ſeruentur.
Nec aduerſatur, vt ea peti nequeat à rectore
huius eccleſiæ, cum eccleſiaſticis perſonis id in-
terdictum videatur, quatenus excedit id quod
29 intereſt, vt tradit Angel.conſil.43. in fine, quem
refert Menochius de arbitr. iudic. caſu 260.nu-
me.41.
Quia reſpondetur primo, quod id procedit,
quoties auaritię cauſa extorqueretur, vel in frau
dem vſurarum, vt declarat, gloſ. eo. cap. dilecti,
ſecus

ſecus ſi intentio fuerit recta, ſcilicet, vt pareretur
placitis, & non ad vſuras conſequendas, vt pul-
chrè explicat Innocentius vidēdus eod. c. tuam,
de pœnis, in verbo, pœna, & Imola ibidem, &
Benedictus Capra reg. 70. num. 77. & num. 29.
& 34. vbi de veriori opinioni atteſtatur & nihil
quæritur Rectori, ſed piæ cauſæ.

Secundo reſpondetur opinionem Angeli, &
ſequacium procedere de æquitate, ſecus de rigo-
re, qui in foro contētioſo, in quo nos verſamur,
31 debet præferri, l. proſpexit, qui & à quibus. & di-
ſtinguit Fel. eo. c. 1. nu. 13. de conſtitu. & ita ſe ip
ſum declarat Angelus ibid.

Tertio poteſt dici pœnam hanc adiectā fuiſ-
ſe ratione contumaciæ in non parendo conuen-
32 tis, non ſimpliciter ratione intereſſe, quo caſu re-
cte peti poteſt, vt tradit gloſſ. eod. cap. dilecti, in
verbo, per pœnam de arbitris etiamſi intereſſe
excederet.

Quarto hæc opinio confirmatur ex ſtylo cu-
riç, qui ita ſeruat, & de quo atteſtatur additio ad
33 gloſſ. eo. c. dilecti. & in conflictu opinionum, ea
eſt ſeruanda, quæ vſu optimo rerum interprete
recipitur, l. minime, ff. de legib. Dec. eo. c. 1. num.
22. de conſtitut.

Quinto cum hæc ipſa ſententia ſit approba-
ta à gloſſa, & Innocentio tanquam communis,
34 eſt recipienda alia exploſa, vt affirmat Bald. in l.
cum hæreditas, prope finem, C. depoſit.

Sexto in facto mihi præſupponitur, ſi eius qđ
intereſt habenda eſſet ratio, illud idem longè trā
ſcendere pœnam conuentam, vnde cum vnum
petatur, & non vtrunque, tanto magis poteſt pœ
na conuenta exigi, etiam a viris religioſis, & in fo
35 ro conſcientiæ, vt enarrat Nauarrus in ſuo Ma-
nuali confeſſorum, c. 23. nu. 67. & 68. & tunc cū
veniat ex contractu, non dicitur verè pœna, ſed
36 natura contractus, quæ eſt fauore digna, vt ait
Bald. in l. placet, C. de ſacroſanctis eccleſijs, Ro-
doanus de bonis eccleſiæ non alien. quæſt. 79. c.
12. num. 12.

Septimo cum hæc pœna non quæratur ipſis
religioſis, quo caſu contraria loquuntur, ſed ter-
tio, ſcilicet ſacrario, & fabricæ, & ſic piæ cauſæ
iuſte poteſt quæri, peti, & exigi, ad exemplum te
37 ſtatoris, qui in caſu contrauentionis hæredi relin
quit eccleſiæ quæ rectè capit nomine pœne reli-
ctum, l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine, cum re-
ctè arguamus ab vltimis voluntatibus, ad con-
tractus, vt fusè ſcribit Euerardus in ſuis locis ar-
gumentorum, in loco à contractibus ad vltimas
voluntates, & in contractu poſſunt etiam pœnæ
38 poni ad fauorem tertij, vel fiſci, quando interue-
nit vt hic ſtipulatio, vel ad piæ cauſæ fauorem,
cui etiam ſine ſtipulatione quæritur, Tiraquel-
lus de priuileg. piæ cauſæ, priuileg. 103. ita ſcri-
bit Boſſius titu. de pœnis, num. 30. & cum ex his
de bono iure cauſæ piæ, ideſt, Dei, qui in ea ineſt
conſtet, confirmanda eſt omnino ſententia D.
Vicarij Iuſtitiæ, cum præſertim etiamſi aliquod
39 ſubeſſet dubium, eſſet facile inclinandum in eam
partem, quæ Deo fauet, l. ſunt perſonæ, ff. de re-
lig. & ſumpt. funerum.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IOANNE DOMINICO Horumbello.

ARGVMENTA.

Fideicommiſſum duobus fratribus ſcri-
ptum vbi alter ipſorum ſine filijs maſcu-
lis legitimis, & illegitimis decederet, an
filijs exiſtentibus euaneſcat, & vbi duret,
an illegitimus vnius lineæ præferri de-
beat filiæ legitimæ natæ alterius lineæ;
multaque de huiuſmodi interpretatione
doctè & acutè differuntur.

Bona emphyteutica ſi in dotem den-
tur, an in pœnam caducitatis incidant, &
an & quando propter delictum ſi in fiſcū
peruenire poſſint.

SVMMAE RERVM.

1 Subſtitutio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit, nec reuiuiſcit etiam ſi quis decederet venere prægnante.

2 Filiorum appellatione, ſi agatur de fauorabili prouiſione, omnes deſcendentes continentur.

3 Filiorum appellatione veniunt omnes deſcendentes, quoties diſpoſitio in futurum collata ſit, & adiecta ſit ratio, vt bona conſeruentur, & remaneant in filijs & hæredibus ſuis.

4 Filij in conditione poſiti, an & quando vocati intelligantur.

5 Generalis prouiſio ſi præcedat, & ſequatur ſpecialis non propterea reſtitutum genus cenſetur.

6 Nominatus expreſsè excludit alios nominatos collectiuè.

7 Ordo ſcripturæ teſtatoris, amorem & eius charitatem & animi propenſionem oſtendit.

8 Filius an in dubio præſumatur naturalis, vel ſpurius.

9 Fideicommiſſum ex quibus coniecturis inducatur.

10 Fideicommiſſum filio ſine filijs decedenti iniunctū nepoti adiectum cenſetur ſi præſto ſint aliqua coniectura.

11 Dictio quandocunque, denotat tractum temporis ſucceſſiuum.

12 Clauſula, vt extendatur diſpoſitio ad ſapientis dictamen, quam vim habeat.

13 Clauſula vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum

miſſum, & omni meliori modo cuius ſit efficacia, & momenti.

14 *Clauſula omni meliori modo comprehendit omnes modos, & caſus, quibus melius diſpoſitio effectũ conſequi poſſit.*

15 *Tranſitus de vna linea ad alteram lineam quando detur.*

16 *Tranſitus non fit de vna ad alteram lineam, quãdo inſtitutio habet fundamentum in duobus filijs hæredibus inſtitutis.*

17 *Prouiſio teſtatoris, an & quando prouiſioni legis preſtet.*

18 *Voluntas teſtatoris etiam coniecturis collecta ſpectari debet, omniaq́; poteſt.*

19 *Subſtitutio fideicommiſſaria, & compendioſa ſi ſit facta in tota hæreditate per dictionem Vterq́; niſi collectiuè adimpleatur conditio in perſona vtriuſque, ſubſtitutioni locus eſſe nequit.*

20 *Maſculus ſi adſit, vbi teſtator eum fœminæ preferri voluerit, ſemper dicitur adeſſe perſona magis dilecta.*

21 *Agnationis conſeruandæ, coniectura optima ſumitur ex repetita maſculorũ denominatione, & ex ſtrictiſſima alienationis prohibitione.*

22 *Deſcendentes teſtatoris ſi fuerint ſubſtituti, tunc inducitur facilius fideicommiſſi coniectura.*

23 *Extenſio de caſu ad caſum, & de perſona ad perſonam, quando detur.*

24 *In dotem bona emphyteutica data, an in pœnam caducitatis incidant.*

25 *Clauſula ad habendum, & faciendum quicquid ipſi voluerint, facit, vt bona emphyteutica ſic alienata in pœnam caducitatis veniant.*

26 *Emphyteutica bona vbi ſint in dotem inæſtimatam data, debet maritus antequam poſſeſſionem adipiſcatur inueſtituræ renouationem petere.*

27 *Emphyteutica bona in dotem ſi dentur, dari debent tanquam emphyteutica, & non ſimpliciter, & debet laudemium ſolui propter nouam inueſtituram.*

28 *Inueſtitura renouatio multos parit effectus.*

29 *Emphyteutica bona ſi alienentur, cum pacto luendi, an in pœnam caducitatis incidant.*

30 *Dominus directus an poſſit ius ſuum alienare in potentiorem, aut maiori priuilegio donatum, in emphyteutæ præiudicium.*

31 *Vaſallos inuitos nequit Dominus directus alienare.*

32 *In potentiorem ſi alienatio fiat, quæ & quanta afferat incommoda, eleganter explicatur.*

33 *Emphyteuta nequit emphyteutica bona in potentiorem alienare.*

34 *Dominus directi habet maius ius quam emphyteuta.*

35 *Emphyteuta ſi pacta non ſeruet, cadit, non ſic dominus directi, ſed tantum tenetur ad id quod intereſt.*

36 *Dominium directum vbi ad eccleſiam tranſeat, eccleſia priuilegio emphyteuta obligatur, & propterea cadit ſi biennio ceſſet.*

37 *Priuilegiatus ſuccedens priuato, an ſuo priuilegio vtatur.*

38 *Eccleſia ſuccedens emphyteuta priuati habet triennium ad ſoluendum.*

39 *Emphyteuſis priuata ſi ad eccleſiam tranſeat, & in ſolutione ceſſet, reſtituitur.*

40 *Eccleſia bona ſi ad laicum tranſeant, tenetur omnia ſubire onera.*

41 *Eccleſia emphyteuſis an ad fiſcum tranſire queat.*

42 *Emphyteuſis eccleſia etiam ſi ad extraneos tranſire poſſit, non tamen ad fiſcum peruenire poteſt.*

43 *Caducitatem ſi quis non ſit proteſtatus defuncto, poteſt eius hæredi denuntiare ſi eius notitiam non habuerit.*

44 *Caducitas non declarata contra defunctum qui alienauit, poteſt declarari contra ſucceſſorem, vbi conuentum ſit, vt non fieret alienatio inconſulto domino.*

45 *Adulterij accuſandi ius an ad hæredem tranſmittatur.*

46 *Emphyteuta alienans licet cadat niſi à parte alienata, tamen id non procedit, vbi mentiendo alienet bona tanquam allodialia, & libera, cum tamen ſint emphyteutica.*

CONSILIVM CCXXVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CVm Nicolaus Horumbellus ſenior hęredes inſtituerit Bernardum, & Octauianum, filios ſuos, & vtrumque eorum pro medietate, & eorũ, & cuiliuibet eorũ filios maſculos, & de legitimo matrimonio procreatos, & in eorum defectum vocauerit naturales, & vbi alter ipſorum filiorum decederet ſine filijs *maſculis* legitimis, vel illegitimis, tunc & eo caſu *inſtitueret* alterũ ex dictis filijs, q́ ſuperſtes eſſet, & vbi talis decedens relinqueret filias ſiue legitimas, ſiue illegitimas, voluerit, quod dotarentur: & vbi dicti filij, & vterq; eorum quandocunque decederent ſine filijs maſculis legitimis, vel illegitimis, tum eorum filias ſi adeunt, inſtituerit, præferendo legitimas illegitimis, & vbi ambo decederent ſine filijs, & filiabus ſubſtituerit nepotes ſuos Pirouanos, & Applanos ex Angela, & Cęcilia filiabus ſuis. In caſu delicti delinquentẽ hora præambula priuauerit, ſeu vocauerit aliũ, ſeu alios non delinquentes ſuperius nominatos, eam adijciens rationem, quia vult, quod bona ſua conſeruentur, & remaneant in dictis filijs, & hæredibus ſuis vt ſupra, debitè referendo inſtitutis, & ſubſtitutis in infinitum, & abſque detractione alicuius legitimæ, & Trebellianicæ.

Dicendum omnino videtur, vt licet Bernardus deceſſerit relicto altero Nicolao eius filio legitimè nato, & is mox vltimo ſupplicio ob delictum affictus, ſine filijs deceſſerit, relicta ſorore,

legitimè nata, tñ fideicõmiſſũ minime euanuiſſe.
Quidquid ex cõtrario fiſcus ſentiat, quod quo
facilius intelligatur duplex meo iudicio, eſt habẽ
da inſpectio. Quarum vna eſt, an fideicommiſ-
ſum in nihilum occiderit, cum Bernardus deceſ-
ſerit relicto filio maſculo legitimo, quaſi omnes
ſubſtitutionum gradus ad eum tantum caſum
ſint reſtricti. Altera eſt, an vbi adhuc duret, an
Ioan. Dominicus Horumbellus filius illegitime
natus, ſed legitimatus Octauiani excludat Eli-
ſabetham ſororem Nicolai iunioris, & paucis
vtrumque punctum abſoluendo.
Quod ad primum attinet, quamuis ſubſtitu-
tio facta in caſu quo quis ſine liberis decedat, exa
reſcat etiam ſi ſubſtitutus decedat, vno tantum
1 ſuperſtite filio, qui poſtea ſine filijs moriatur, &
ſubſtitutio ſemel extincta amplius non reuiui-
ſcat, nec reuireſcat ex communi Doctorum ſen-
tentia, l. filius familias, §. cum quis, de legat. pri-
mo, & de qua per glo. & Doctor. in l. ex facto, §.
penult. ad Trebell. Decius conſil. 85. Socinus iu-
nior, conſil. 111. numero 21. vol. primo, & conſil.
29. numero 20. vol. quarto, Crauet. conſilio 48.
numero primo, Mantica de coniectur. vltimarũ
volunt. libro vndecimo, titu. 6. numero 6. vbi, nu
mero 9. id extendit etiamſi quis decederet ven-
tre prægnante, vnde poſtea poſthumus naſce-
retur, nam ſine liberis adhuc deceſſiſſe non di-
citur, qui deceſſit poſthumo relicto.
Attamen cum teſtator nominatim vocauerit
nedum ipſos filios ſuos primi gradus, ſcilicet Ber
nardum Octauianum, ſed etiam eorum, & cu-
iuſlibet eorum filios maſculos: primo, ſcilicet,
legitimè natos: Secundo illegitimè natos: Ter-
tio eorum filios: Quarto nepotes teſtatoris ex
filiabus ſuis, & agatur de prouiſione facta filijs,
concludendum eſt, vt filij non ſimpliciter in con
ditione poſiti dici debeant, ſed eo ordine ſucceſ-
ſiuo, & gradatim à teſtatore præſcripto vocati
cenſendi ſint, perinde ac ſi vocati fuiſſent de-
ſcendentes: nam quoties agitur de prouiſione
2 fauorabili filiorũ, vt hic, ex receptiori omnium
ſententia appellatione filiorum; cum & hoc fi-
liorum nomen collectiuum ſit, continentur om-
nes deſcendentes, l. Lucius, la ſecunda, ff. de hæ-
redib. inſtituend. l. filij, & l. iuſta, ff. de verborum
ſignificatio. & communis eſt omnium theorica,
cum interpretum noſtrorum Principe Barto. in
l. liberorum, ff. eodem. vbi inter cæteros videatur
omnino doctiſſim. Alciat. noſter numero quar-
to, qui caſus diſtinguit, ff. de verborum ſignifica.
& Alexand. & Iaſ. in l. Gallus, §. inſtituens, ff. de
liberis & poſthumis, Socinus ſenior conſil. 90.
paulo ante numerum tertium, Alexand. conſil.
nono, numero primo, libro primo, Curtius iun.
qui de communi atteſtatur, conſilio 128. nu-
mero duodecimo, & Socinus iunior, videndus
conſil. 116. num. 13. lib. 1.
Præterea, & ſecundò id potius eſt dicendum
in caſu noſtro, cum teſtator eius diſpoſitionem
in futurum euentum contulerit, vt declarat So-
cin. iun. eod. conſil. 116. num. 13. lib. primo, &
3 magis communẽ fatetur idem Mantica relato
tracta. lib. 8. titu. 8. num. 1. verſic. tertio adduci-
tur; & certè omnis exſorbetur (meo iudicio) du-
bitatio ex illa ratione, quæ totam diſpoſitionem
regit, & gubernat, ſcilicet, quia vult vt bona
ſua conſeruentur, & remaneant in dictis filijs, &
hæredibus ſuis, vt ſupra debite referendo inſti-
tutis, & ſubſtitutis in infinitum, vt tradit Ruin.
conſilio 150. numero 17. verſiculo, tertio com-
probatur, volum. ſecundo, & latè, fuſeque proſe-
quitur Gabr. videndus libro commun. titu. de fi-
deicomm. concluſ. octaua, num. 12. & infra plu-
ribus ſequentibus, ponderando maxime verba il
la, conſeruentur, & remaneant in dictis filijs, &
hæredibus, quæ habent tractum temporis ſucceſ
ſiuum, & plurium graduum diſtinctionem. Ter-
tio, vbi etiam hac expreſſa deficeret filiorum vo
catio, non deeſſet tamen ſaltem illa tacita, vt ſci-
licet filij poſiti in conditione, vocati cenſeantur,
quoties, vt hic, poſiti ſint in conditione, & ſæpius
quidem filij maſculi, & de legitimo matrimonio
nati, & verſemur in deſcendentibus teſtatoris,
qui digreſſus eſt ad plures ſubſtitutionum gra-
4 dus, & qui ſuas ipſius filias excluſit, filiaſque fi-
liorum ſuorum dotari voluit, quæ omnia pate-
faciunt eum habuiſſe animum conſeruandæ a-
gnationis, cum præſertim ſtrictiſſimam adiece-
rit prohibitionem alienationis, & vetuerit de-
tractionem legitimæ, Trebellianicæ, & Falci-
diæ, vt latiſſime recenſet Ruſticus tractatu, an
& quando liberi, libro ſecundo, cap. ſecundo, &
infra pluribus ſequentibus, & libro tertio, per to
tum, & cap. quarto, vbi commemorat varias con
iecturas, quæ optimè ad rem noſtram faciunt.
Nec reſiſtit, vt Io. Dominicus, naturalis filius
Octauiani cẽſeatur ſpeciatim, & nominatim vo-
catus, caſu quo filij teſtatoris alios filios nõ relin
quant, qui caſus non euenit, quia per hanc ſingu
larẽ, & ſpecialem vocationẽ non tollitur in alijs
caſibus illa generica, qua continetur ẽt ipſe Do-
minicus, tũ quia inducta ad augendũ non debẽt
minuere, tum ẽt quia per prouidentiam ſpecici,
non excluditur amplior prouidentia generis, vn
de ſi prouiſio generalis præcedit, & ſequitur ſpe-
cialis, nõ propterea cenſetur reſtrictũ genus, ſed
5 caſus ille ſpecialis per ſingularẽ denominationẽ
magis declaratus intelligitur, l. quæſitũ, §. fi. ff. de
fund. inſtruc. Bal. conſ. 329. nu. 6. p. 1. Iaſ. in l. do-
li clauſula, nu. 3. & 4. de verb. oblig. tum ẽt quia
nominatus expreſſe excludit alios nominatos
6 collectiue, vt recẽſet Pariſ. conſ. 21. nu. 16. lib. 3.
& conſ. 39. n. 8. lib. 2. & quãuis dubitari fortè po
tuiſſet, an exiſtentib. filijs legitime natis, vel etiã
illegitimis maſculis ex altero ex fratrib. inſtitu-
tis, excluſus dici poſſet Dñicus, tanq̃ ille qui poſt
eos nominatus fuiſſet; tñ ꝙ pertinet ad excluſio-
nẽ fœminatũ, de quib. nos agimus, vt in ſequẽti
articulo fuſius indicabimus, & ad excluſionem

aliorum ſubſtitutorum à fœminis prodeuntium
res videtur clara propter maximum amorem,
quo teſtator extitit in ipſum Dominicum, quem
nominatim vocauit ad fœminas excludendas, &
quem, vt facilius, & plenius ſuccederet, voluit
etiam legitimari; ordo enim ſcripturæ hunc ip-
ſum teſtatoris amorem, & eius charitatem, & a-
nimi gratam beneuolentiam oſtendit, & patefa-
cit, ſatisque caſus ſubſtitutionis ipſius Domini-
7 ci dicitur eueniſſe per mortem ipſius Nicolai, &
per non exiſtentiam aliquorum filiorum maſcu-
lorum, ſiue legitimè ſiue illegitimè natorum, l.
cum pater, §. à te pero, de leg. 2. Mantica de con-
iect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 11. & 12. & ea-
dem teſtatoris affectio erga ipſum Io. Domini-
cum comprobatur, cum ad tollendum dubium,
an verè dici poſſit naturalis, cum multa ad id re-
8 quirantur, vt affirmat Bald. conſ. 261. lib. 1. vo-
luerit eum nominatim vocare, & ideo ex veriori
opinione in dubio non præſumitur naturalis, vt
tradit Maſcard. trac. probat. in verbo. Naturalē,
quem eſſe, an præſumendum ſit, concl. 1090. nu.
4. & cum ſubſtitutio non ſit reſtricta ad ſimpli-
cem caſum, quo Octauianus, & Bernardus ſine
filijs deceſſiſſent, ſed etiam quandocunque eorū
filij defeciſſent, conſequitur, vt in perſona Ioan.
Dominici, dici rectè poſſit comprobata conditio
fideicommiſſi, poſtquam nullus filius maſculus
ſupereſt, ſiue legitimus, ſiue illegitimus, cū maxi-
mè multæ apertæ extent coniecturæ demon-
ſtrantes animum teſtatoris fuiſſe conſtituendi
9 perpetuum fideicommiſſum, & quantum fieri
poſſet conſeruandi bona in agnatione ſua; tum
quia maſculos vocauit; tum quia vſque in infi-
nitum voluit bona ad vocatos pluribus ſubſtitu-
tionum gradibus conſtitutis deferri; tum quia
ſtrictiſſimam adiunxit prohibitionem alienatio
nis abſque detractione alicuius quartæ, tum
etiam ex clauſula illa, quandocunque, vt tradit
Marzarius videndus epitom. fideicommiſſo. par
te ſecunda, quæſtio. 19. firmans ſi teſtator expreſ
ſe non feciſſet mentionem de filiorum filijs, tamē
fideicommiſſum iniunctum filio decedenti ſine
filijs, ita porrigi, vt cenſeatur iniunctum ipſi ne-
poti ſub eadem conditione ſine filijs decedenti,
10 maximè, ſi vt hic præſto ſint coniecturæ aperien
tes teſtatoris mētem huiuſmodi fuiſſe, & faciūt,
quæ idem tradit queſt. 22. circa ponderationem
verborum illorum quandocunque, &c. quæ de-
11 notant tractum temporis, vt explicat, Simon à
Prætis eod. tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 3.
ſolut. 10. ſub num. 3. fol. 268. præſertim ſi iunctæ
ſint dictioni illi, in infinitum, & hoc idem con-
firmatur ex clauſulis illis, de facienda extenſio-
ne ad dictamen ſapientis, quæ id agit, vt poſſit
12 voluntas teſtatoris vberius, & plenius, ac verbis
magis congruis explicari, & vt is idem valeat,
quod tacitè, & implicitè in expreſſo continetur
adijcere atque id omne adiungere, quod non mu
tata ſubſtantia actus, magis facit ad confirma-
tionem, vt ſcribit Mantica de coniectur. vltima.
volunt. lib. tertio, titu. primo, num. 18. & 19. &
ex clauſula illa, omnes inſtitutiones, & ſubſtitu-
tiones feci vulgariter, pupillariter, per fideicom-
miſſum, & omni meliori modo, quæ eſt magnæ
13 efficaciæ, & momenti, & facit, vt ſubſtitutiones
tacitæ pro expreſſis habeantur, item vt ſubſtitu-
tus eligere poſſit, ex qua velit ſubſtitutione, vel
directa, vel fideicommiſſaria venire: Item vt ſui
ras ablata per vulgarem, intelligatur per fidei-
commiſſariam reſtituta; item demum, vt pupil-
laris trahatur etiam ad fideicommiſſariam: Item
demum, vt onus fideicommiſſi iniunctum poſt
mortem filij hæredis inſtituti additum cenſea-
tur medium ipſi filio, ſed etiam ſuccedentibus
ipſi filio, vt interpretatur Simon à Prætis de
interpretatio. vltimarum volunt. lib. tertio, ſolu.
quinta, num. 26. & infra pluribus ſequentibus,
fol. 236. & idem confirmat, & fulcit *ſalutaris*
clauſula omni meliori modo, quæ facit inter cę-
tera, vt diſpoſitio comprehendat omnes modos,
& caſus, quibus efficacius, & validius, ac me-
lius poteſt ſortiri effectum: nullum modum, &
14 viam, formam, vel caſum excludendo, qui fue-
rint in poteſtate diſponentis, & vt effectus per
eam inducti non cenſeantur taciti, ſed expreſ-
ſi, vt proſequitur idem Prætus vbi ſupra libro
ſecundo, ſol. quarta, maxime num. 34. fol. 128.

Subſiſtente autem fideicommiſſo, prout re
uera ſubeſt, nunc quæſtionis eſt, vt alterum ag-
grediamur punctum, an ſcilicet ipſe Ioan. Do-
minicus debeat præferri Eliſabethæ ſorori ip-
ſius Nicolai, & Prima fronte id minime dicen-
dum videtur, quia licet maſculos fœminis te-
ſtator præferri voluerit, id tamen intelligendum
videtur ratione maſculorum cuiuſcunque lineę,
ſed non, vt fiat tranſitus ab vna ad alteram li-
neam: Nam idem teſtator cenſetur *voluiſſe pro*
prietatē lineæ cuiuſcunque filiorum ſuorum de-
bitè referendo, l. cum acutiſſimi, C. de fideicom.
15 l. cum auus, ff. de conditio. & demonſtrat. Ruin.
conſil. 23. nume. 4. lib. 3. vnde quatenus aliqui
ſint maſculi alicuius lineæ, filiæ eiuſdem lineæ
cenſentur excluſæ, non ſic illis deficientibus,
quia tunc excludendæ non videntur, cum maxi
me inſtitutio ipſa fundamentum habeat in duo-
bus filijs hæredibus inſtitutis, & non in vno ſo-
lo, vt eſt tex. in vſibus feudorum, in cap. primo,
16 de duobus fratribus, & in terminis fideicommiſ-
ſi tradunt Alexan. conſil. 119. num. 3. lib. 5. So-
cin. ſen. conſil. 167. nu. 24. lib. 2. Corn. conſ. 233.
col. 5. lib. 4. Cæphal. conſil. 17. ſub nume. 28. &
conſil. 30. num. 34. & 50. lib. primo, Didac. va-
riar. reſol. lib. 3. cap. 5. ſub num. 5. verſic. Rurſus
ſeptimo, Prætus relato tractat. de interpretatar.
vltim. volunt. lib. 3. ſolut. 10. num. 19. & 20. ver-
ſic. hæc autem, fol. 285.

Quia reſpondetur prouiſionem hāc legis pro
cedere in dubio, vbi aliæ non extent contrariæ
17 coniecturæ, quia tunc prouiſio teſtatoris pręſtat

prouі-

prouiſioni legis, l. fi. C. de pac. conuen. Anch. cõſ. 217. incip. dubium fuit. maximè quando eſt circa idem, vt ſcribit Dec. conſ. 386. nu. 6. & perſpicuum, & certiſſimum eſt, quando, vt hic prouiſio legis nõ imponit neceſſitatem, ſed eſt inducta in ſubſidium, & tendit ad interpretãdam teſtatoris diſpoſitionem genericam, & ambiguam, vel dubiã, vt docent Bal. ea. l. fi. ad fi. C. de pac. conuen. l. 1. nu. 14. C. com. de lega. Bar. in l. & habet, §. cũ quis, ff. de precar. Idem Bal. videndus in l. ex parte, ff. de acquir. hær. & ideò dici ſolet, q voluntas teſtatoris etiam ex coniecturis collecta, omnia
18 oppoſita, & obiecta propugnacula deijciat, vt inquit Caſtr. conſ. 123. in fi. vol. 1. Siquidem voluntas teſtatoris totum facit, omniaq; poteſt. l. 3. C. de lib. præter. Soc. iun. conſ. 3. nu. 17. vol. 4. & conſ. 128. num. 81. vol. 1. vbi ait, impium eſſe à voluntate defuncti recedere; ſicut enim Rex in Regno, ita voluntas teſtatoris in teſtamento dominatur, & imperat. l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſt. & ita loquuntur, & ſunt intelligẽdi authores ex contrario allegati.

Cum itaque clarè teſtator cuiuſlibet inſtitutorum filios maſculos legitimè natos vocauerit, & deinde naturales, demum fœminas, & expreſsè voluerit, quòd vbi alter ipſorum filiorum ſuorum decederet ſine filijs maſculis legitimis, & illegitimis, quòd alter ſuperſtes ſuccedat, & quòd vbi talis decedens ſine filijs maſculis haberet filias ſiue legitimas, ſiue illegitimas, quòd dotarentur, propriaſque filias excluſerit, neceſſariò conſequitur, q voluerit omnino maſculorum fauore, & gratia, quaſi ponticulo, linearum tranſitum coniungere, tantò magis; cum vtraque linea ab eodem teſtatore, quaſi vnico fonte prodierit, & ex conſequenti omnes ſui filij liberi, & deſcendẽtes dicantur; vnde prius maſculi ſemper vocati cenſentur, & hoc idem clarius fit ex ſubſequenti filiarum ſubſtitutione, quatenus teſtator dixit, & Vbi dicti filij mei, & vterque eorum quandocunque decederent ſine filiis maſculis legitimis, tunc inſtituo eorum filias legitimas, ſi aderunt, ſi verò non aderunt, filias illegitimas: & idcircò cum ſubſtitutio compendioſa, & fideicommiſſa-
19 ria ſit facta in tota hæreditate per dictionem, Vterque, quæ eſt collectiua duorum, maximè præcedente nomine collectiuo filiorum, niſi collectiuè adimpleatur conditio in perſona vtriuſque, locus eſſe non poteſt ſubſtitutioni de filiabus factæ, vt communem dicit Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 2. & num. 129. & nume. 130. ff. ad Trebellianum. & notatur in l. penult. C. de impub. & aliis ſubſtitut. & hoc non habet difficultatem, quando expreſsè facta fuit reciproca ſubſtitutio inter eos, qui inſtituti fuerunt, vt declarat Mantica de coniec. vlt. volun. lib. 11. titu. 5. nu. 24. & infra, & nu. 29. in fi. & quãdo adſunt maſculi, præſumitur, quòd ſemper adſit perſona magis dilecta, quæ fœminas excludat, cum
20 clarè conſtet, teſtatorem voluiſſe maſculos fœminis præferre, vt declarat Ripa eod. §. cum ita, num. 129. vſque ad finem.

Idemque ſenſus ſatis confirmatur ex toties repetita maſculorum denominatione, & ex ſtrictiſſima alienationis prohibitione, quæ arguunt mentem teſtatoris fuiſſe conſeruandi bona in agnatione quantum fieri poſſet, & ſaltem quandiu aliqui maſculi fuiſſent, quo caſu datur etiam facilior tranſitus de vna linea ad aliam propter
21 hanc teſtatoris claram mentem, cui ſeruire omnino debemus, vt ſcribit Curtius iun. conſil. 111. nume. 11. & conſ. 121. nu. 16. Crauet. conſ. 113. num. 2. & 9. Ruin. conſ. 164. num. 7. in fin. vol. 3. Cephal. conſ. 137. num. 13. & hoc preſertim procedit, quando ſubſtituti ſunt teſtatoris deſcendentes, quia tunc ſicut teſtator excluſit filias propter maſculos, ita pariter cenſetur neptes excluſiſſe, quidquid dici poſſet, vbi ſubſtituti eſſent extra-
22 nei, vt ex magis communi Doctorum diſtinctione tradit Ruin. videndus conſ. 110. nu. 12. vol. 2. & propter hanc rationem nulli dubium eſt dari progreſſionem de caſu ad caſum, vt latè proſequitur Deci. videndus conſ. 227. per totum, & conſ. 574. a num. 4. vſque ad finem. Gozad. conſil. 64.
23 ad finem: Immo etiam extenſio de perſona ad perſonam etiam conceditur, quando aliquo modo poſſint comprehendi, vt hoc caſu omnino cõprehenduntur, tam ex generalitate verborum, quàm ex vi ipſius rationis, & ex mente teſtatoris, vt ſentit Mantica relato trac. lib. 3. tit. 19. ſub num. 9.

Quod verò ſpectat ad tertium punctum, diſtinguendum puto, an hæc bona fuerint à fratre data ſorori in dotem æſtimatam, prout data fuere, hoc in caſu res non habet difficultatem, quòd ex quo obtinet vicem venditionis, & vir dicitur do-
24 minus, incidunt in pœnam caducitatis, vt ex aliis ſcribit Corbul. trac. ex quib. cauſis emphy. priue. iure ſuo, ſub tit. de cauſa priuat. ob alienationẽ. limit. 20. qui num. 5. idcò magis admittit, ſi adſit clauſula, quæ paſſim in inſtrumentis apponitur, ſcilicet ad habendum, & faciendum quidquid ip-
25 ſi voluerint, & addo Iaſ. in l. 3. nu. 107. C. de iure. emphyt. allegantem Bald. qui loquitur in fratre ſororem dotante in l. voluntas, nu. 7. C. de fideic. & videatur Clar. §. feudum, q. 26. vbi autem data eſſent bona inæſtimata, & ſic iure permittẽte; debet tamen maritus, antequam poſſeſſionem adipiſcatur inueſtituræ renouationẽ petere, aliàs
26 à iure ſuo cadit, vt declarat idem Corbul. vbi ſupra ead. limit. 20. nu. 3. & eo. tit. limit. 13. nu. 5. & requiritur etiam, quòd detur in dotem, tanquam res emphyteutica, vt communem dicit Clarus
27 qui licet loquatur in donatione, habet etiam locum in dotatione, cum ei comparetur, §. emphyteuſis, q. 15. verſ. arbitror. & tenetur ſoluere laudemium propter nouam inueſtiturã, vt affirmat idem Clar. eo. §. q. 23. verſ. ſed quæro. quicquid dicat Iaſ. ea. l. 3. nu. 49. vbi nu. 32. enumerat multos notabiles effectus, quos facit renouatio inue-

28 ſtituræ, & faciunt, quę tradit idem Corbu. ſub
titu.de cauſa priuat, ob non petitam inueſtitu-
ram.

Nec officit dum dicitur factam fuiſſe ex cau-
ſa dotis alienationem cum pacto luendi, quia
non propterea effugitur pœna culpæ, qua res
in domini poteſtatem cadit ſi cum effectu iam
tradita ſit, vt ſentit Iaſon eadem l.tertia, nume.
136.vbi dicit communem, C.de iure emphyteu-
tico,quia Dominus redimens dicitur nouo quo-
29 dam iure poſſidere, Corbu. excitato titulo,am-
pliatio.27. & ampliatio.29. Clarus, §.emphy-
teuſis,qō.13. verſiculo, ſed quid ſi emphyteuta.

Non aduerſatur etiam, vt hæc ab initio non
fuerit emphyteuſis eccleſiæ, ſed priuati, vnde
eo iure eccleſia ſuccedens vti debet,tum quia ne
mo plus iuris in alium transferre poteſt, quam
ipſe habeat,l.nemo poteſt, de regu.iur.in 6.tum
quia ſicut emphyteuta non poteſt alienare in
eccleſiam vti potentiorem, ita etiam videtur,
vt non poſſit etiam dominus directus obligare
emphyteutam Domino potentiori, vel aliud
30 quippiam agere, vnde durior fiat eius con-
ditio, aut grauior ſeruitus eidem imponatur,cũ
correlatiua videantur, & vt æqualitas ſeruetur,
l.inuitus, ff.de fideicommiſ. liberta. & inquiunt
videndi Bald.in l.prima,num.19.C.de ſeruis fu
gitiuis, cap.Imperialem, §.Præterea Ducatus,
num.9. de prohibita feud.alienatione per Fede-
ricum, Caſtrẽſ.conſ.311.ante num.3.lib.primo,
Crauetta conſi.349.num.4. & conſil.377. num.
32.& optime confert ea concluſio, vt dominus
directus,nequeat inuitos vaſallos alienare,vt cõ
31 munem dicit Boſſius noſter tit.de princ.nu.228.
& melius num.290. Socin.iun. in l.filiusfam.§.
diui,num.77. de leg.1.Gabriel lib.communium
tit.de iure quæſito non tollendo,concluſ.8.num.
1.& 4. Et ne mentiar,quis enumerare poſſet gra
uia incommoda,& difficultates,quibus homines
32 ex his alienationibus in potentiores factis affi-
ciuntur, cum tantus ſit eorum cumulus,vt reprę
ſentet infeſtum,& ſcopuloſum mare, miſeriarũ,
& erumnarum,quæ modo hos,modo illos quoti
die premunt, & in profundum aquæ mergunt
cum ad magnorum,& grandiuſculorum piſcium
exemplum,qui paruos piſces & minutos piſcicu
los loco cibi, & prædæ dentibus ipſis capeſſunt,
& roſtrorum aduncitate,& tenacitate arripiunt,
& comedunt: humiliores homines quaſi in duriſ
ſimam eorum ſeruitutem traditos,non ſolum af-
fligunt, ſed etiam ne quando recreati exurgere
& erigere ſe poſſint, funditus perdunt, quotidie
eorum bona deturbant,comminuunt & diſſipãt,
in eorum poſſeſſiones,& fortunas, atque interdũ
proh dolor in eorum vxorem, & liberos impu-
dentiſſimos oculos ſpe, & mente defigentes,nec
ſuæ nec alienæ pudicitiæ parcunt,ſed eam expu
gnant,& eripiunt,& omnes eorum pecunias pro
fundæ iſtorum libidines deuorant, & propterea
cum præſtet aliquando potius emori, quam ne-
fariè adeo ſeruire; nam ſeruitus eſt poſtremum
omnium malorum; ſacratiſſimæ leges animad-
uertentes perniciem hanc cum magna Reipubli
cæ calamitate eſſe coniunctam, naturalique ho-
minum libero arbitrio valde aduerſari, decreue-
runt,vt ad religionem præſidis prouinciæ perti-
neret,ne potentiores viri humiliores iniurijs af-
ficerent, nevè defenſores eorum calumnioſis cri
minibus inſectarentur innocentes,l.illicitas,§.ne
potentior,ff.de officio præſidis. Hæcque vis ſiue
à publica, quod eſt ſane grauius, ſiue à priuata
perſona illata ſit ſeuere admodum vtraque lege
Iulia coercetur,vt legitur toto tit.ff.ad legem Iu
liam de vi publica,& de vi priuata,cũ lex,& opti
mi principes,atque magiſtratus hunc crudeliſſi-
mum dominatum & tyrannidem, tanquam ali-
quam immanem,& pernicioſam beſtiam,peſtẽ-
que aſpernentur atque abhorreãt, vt ſcribit *Boſ
ſius* tit.de vi publica,num.1.& infra, & *idcirco*,
etiam Imperator vetuerit,ſub grauibus pęnis,ne
liceat potentioribus patrociniũ litigantibus præ
ſtare, vel actiones in ſe transferre, cum proinde
iuſtitiæ leges ſæpe horum potentia, & fauore
frangãtur, in magnum Reipublicæ detrimentũ,
atq;in maximũ legum dedecus & vituperationẽ.

Quia reſpondetur inter dominum directũ,&
emphyteutam,diſparem rationem verſari,quic-
quid ſit in domino feudi; nam licet emphyteuta
non poſſit alienare in potentiorem, c.potuit, de
locato,& tradit gl. in verbo, vetari, in l.3.C.de
iure emphyt. vbi videatur, Iaſ.nu.97.& 94.vbi
33 agit an emphyteuſis priuata poſſit ad eccleſiam,
velut potentiorem tranſire, & Corbul. adducto
tract.de cauſa priuationis ob aliena. amplia.12.
nu.1.& infra pluribus ſequen.non ſic tamen vi-
detur ſtatutum in ipſo domino directi,qui ratio-
ne directi dominij habet quandam ſuperiorem
præſtantiam in ipſum emphyteutam,& *late pro*
ſequitur Iaſ.videndus in l.3.nu.17. & *infra* plu-
ribus ſequentibus, C.de iure emphytu. Ripa re-
34 ſponſ.179.quod eſt 11.de reſcriptis, nu.1.& in-
fra,& propterea licet emphyteuta priuetur em-
phyteuſi ſi non ſeruet pacta,vt ait Iaſ.in l.1. nu.
11. C.de iure emphyteut.non ſic in domino di-
recti,qui ſi conuenta negligat,tenetur tantum ad
35 id quod intereſt, vt firmat Aluar. Velaſc.tracta.
de iure emphyt. quæſt.39. nu.8. Hinc eſt etiam
quod vbi dominium directum ad eccleſiam tran
ſeat,tũc priuilegio eccleſię vtemur,& ſic per biẽ-
nij ceſſationem caducitas inferetur,perinde ac ſi
36 fuiſſet eccleſiæ,quia priuilegio donatus ſuccedẽs
priuato, vtetur ſuo priuilegio maxime in mate-
ria præſcriptionis inchoatæ, dum res eſt penes
eccleſiam, vt communi ore diſtinguunt ſcribẽtes
ſecuti Bartoli theoricam,in auth.quas actiones,
prope fin. C.de ſacroſ.eccl. Iaſ.in l.2.nu.51. C.
de iure emphyt. Corbul.de cauſa priuationis ob
37 non ſolutũ cano.in fi.trac.q.2.quicquid dici poſ
ſet ſi eccleſia ſuccederet in emphyteuſi priuata,
76 quia tunc attenderetur trienniũ,ne inducta in fa
uorem

uorẽ eccleſię in eius odiũ retorqueãtur, vt diſtin
guit Iaſ. vbi ſupra, nu. 50. tuncq; eccleſia vtetur
38 iure cõmuni, hæc ſunt ita recipienda, niſi transfe
rens rem in eccleſiã, aliter diſpoſuiſſet, quia tunc
lex conuentionis ſeruanda foret, & propterea
cum homines ſimus, niti debemus, vt prouidea-
mus in poſterum, ſin minus, mutata conditione
perſonæ mutatur etiam conditio rei; & ideo, quã
do emphyteuſis priuata tranſit ad eccleſiam, li-
cet cadat ceſſando in ſolutione, quia hoc fert na-
tura emphyteuſis, tñ reſtituitur eccleſia, vt ſcri-
39 bit idem Corbu. de cauſa priua. ob non ſolut. ca-
non. ampliat. 27. per totam, maxime, nu. 15. ſi-
cut ex contrario quando bona eccleſiæ tranſeunt
ad laicum, tenetur laicus ad omnia onera, vt ſen
tit Dec. in l. in omnibus cauſis, num. 2. ff. de reg.
iur. Iaſ. in auth. actiones, nu. 41. & 42. C. de ſacr.
40 eccleſijs, & Ripa reſponſo 31. de electio. 3. nu-
mero 16.

Qua ſubſiſtente concluſione, conſequitur, vt
hæc bona ad fiſcum non potuerint tranſire cum
ageretur de emphyteuſi facta eccleſiæ, vt cenſet
Clar. §. emphyteuſis. q. 29. eſſent etiam inſpiciẽ-
da verba inueſtiturę, quia ſi adeſſet pactum, vt
non tranſiret, illud ſeruãdum foret etiamſi eſſe-
mus in emphyteuſi priuata, quia in emphyteuſi
eccleſiæ etiamſi tranſire poſſet ad extraneos, ta-
men non tranſiret ad fiſcum, cum ſemper dica-
tur fieri deterior conditio eccleſiæ, vt magis com
42 mun. dicit Clar. ead. quæſt. 29. verſiculo, breui-
ter, Corbul. eod. tract. de cauſa priuatio. ob mor-
tem ciuilem, num. 62. quicquid contrà tenere
videatur Boſſ. titu. de bonorum publicat. nu. 60.
& conferunt, quæ ſcribit idem Clar. §. feudum,
quæſt. 84.

Verum eſto etiam citra veri præiudicium, vt
hæc bona in fiſcum tranſire poſſent, id tamen
non noceret in præſenti caſu, cum iam ante com
miſſum delictum ab ipſo Nicolao, ob prædi-
ctam alienationem factam irrequiſito Domi-
no directi, bona ipſa emphyteutica iure cuiuſ-
dam legitimæ conſolidationis ſint ipſo iure ac-
quiſita domino directi, & ſic nihil eſt, quod ad
fiſcum tranſire poſſit, & quamuis requiratur
proteſtatio, & voluntas domini ad hoc vt pœna
caducitatis ſubeatur, & ea declaratio non vi-
deatur potuiſſe fieri poſt mortem ciuilem, &
naturalem ipſius Nicolai: Nam ſicut non po-
teſt hæres domini directi caducitatem prote-
43 ſtari ab eius authore non declaratam, ita etiam
dominus directus nequit declarare caducitatem
contra hæredem, & ſucceſſorem emphyteutæ,
qualis eſt in præſenti ſpecie fiſcus; attamen hęc
communis ſententia limitatur, vt procedat, ſi
dominus habuit notitiam cauſæ propter quam
emphyteuta cecidit, & tantum temporis inter-
uallum interceſſerit, intra quod potuiſſet id de-
clarare: vnde cum ignorantia præſumatur niſi
ſcientia probetur, rectè potuit fieri proteſtatio
etiam poſt mortem ipſius Nicolai, cum domi-
nus directus non habuerit notitiam prænarratæ
alienationis irrequiſito domino factę, vt in pu-
nito decidit Oſaſcus videndus Pedemonta. de-
ciſ. 29. num. 7. Ripa in l. generaliter, quæſti. 70.
num. 237. C. de reuocan. donatio. Item non pro-
cedit, quando in instrumento emphyteutico cõ-
uentum foret, vt pœna ob alienationem incur-
reretur, quia tunc poſſet caducitatis pœna ob-
nunciari, & proteſtari, cum fortior ſit conuen-
44 tionis lex, quam legis ratio, & ea obligatio tunc
teneat, & afficiat etiam ſucceſſorem, vt declarat
Gabriel lib. commun. titu. de criminalibus, con-
cluſ. 35. num. 14. qui licet, num. 10. velit mari-
tum etiamſi ignorauerit adulterium ab vxore
commiſſum, non tranſmittere ad hæredem hu-
iuſmodi ius declarandi, tamen ex contrario, nam
communis doctorum ſententia, vt teſtantur Di-
dacus epitom. de ſponſali. par. ſecunda, cap. 7. §.
6. num. 9. & id procedit in eius hærede, & in ca-
ſu ſuo ſpeciali, ſecus in caſu noſtro, qui habet
claras, & ſingulares, & in indiuiduo deciſiones,
45 quod confirmat etiam Tiraquel. in l. ſi vnquam.
in verbo, ſuſceperit liberos, num. 215. C. de re-
uocanda donatio. & commun. dicit Burſat. con-
ſil. 91. num. 5. & 18. & conſil. 23. num. 12. volu.
primo, poſt Bald. in cap. Imperialem, §. inſuper.
de prohibita feud. alienatio. Clarus, §. feudum,
quæſt. 65. & cum Burſat. conſil. 37. num. 19. lib.
primo, atteſtetur ita ſe habere communem om-
nium ſententiam, nuſquam in iudicando eſt ab
ea recedendum, & quamuis alienatio pro parte
46 facta non faciat, vt emphyteuta omnino, & in
totum cadat, tamen iſtud non procedit, vbi alie-
natio facta fuiſſet de bonis emphyteuticis, pro-
ut de bonis allodialibus, quia tunc propter men
dacium, & peruerſam inuerſionem poſſeſſionis,
& contemptum domini, emphyteuta penitus
cadit, & totius iuris ſui iacturam facit, nam vt
corpus enſis, ſic verba mentem ſauciunt, & pro-
ba illius ſunt facta, cui mens eſt proba, vt de-
clarat Corbul. de cauſa priuationis ob aliena-
tionem, ampliatione 45. nu. 7. Quare fit, vt oc-
caſu, & interitu iuris ipſius Nicolai, emphyteu-
tæ, extinctum etiam cenſeatur ius ipſius fiſci,
qui ab eo cauſam ducit, l. lex vectigali, ff. de pi-
gno. Craueta conſil. 299. num. 4.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I. C.

PRO LIVIA CASATA.

ARGVMENTA.

Fideicommiſſum, an & quãdo ampliet adiuncta ratio.

Prohibitio alienationis, an & quando inducat fideicõmiſſum etiam in caſu mortis, multaq; de interpretationibus, & coniecturis, ac præſumptionibus fideicommiſſorum doctè & ſubtiliter explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *In conditione poſiti ex coniecturis vocati cẽſentur, & maximè efficax coniectura ea eſt, quando filij de legitimo matrimonio nati, ſunt poſiti in cõditione ex com. doct. ſent.*

2 *Filij in cõditione poſiti vocati cenſentur, ex clauſula, quod bona remaneãt in filijs, & deſcẽdentib.*

3 *Deſcendentium appellatione, tam maſculi, quam fœminæ vſq; in infinitum continentur.*

4 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati ex clauſula illa, quod perpetuo, & totaliter bona remaneant, & cõſeruẽtur in donatarijs, & eorũ filijs.*

5 *Vocati intelliguntur poſiti in conditione, ſi in alia parte vocati fuerint.*

6 *Diſpoſitionis pars vna, alteram declarat.*

7 *Coniecturæ ad fideicommiſſum inducendum duæ ſufficiunt, & vna etiam, ſi ſit neceſſaria.*

8 *In contractibus mens ſpectatur, etiam ex coniecturis deſumpta.*

9 *Poſitos in conditione ex coniecturis vocatos arbitramur etiam in donatione inter viuos.*

10 *Milites Hieroſolimitani quanta laude digni ſint.*

11 *Superſtes aut ſuperuiuens vbi ſubſtituatur, an eorum filij veniant ſaltem ex coniecturis.*

12 *Superſtes idem ſignificat, ac ſi dictum eſſet ſi viuus fuerit.*

13 *Ratio verbis diſpoſitiuis prolata, ſcilicet vult & intendit, præcedens fideicommiſſum dilatat, & ampliat ex com. doct. ſent. quod etiam procedit in legibus, & alijs diſpoſitionibus.*

14 *Subſtitutio ad eum caſum reſtricta, ſi aliquis ſuperſtes non fuerit eo ſuperſtite, an euaneſcat.*

15 *Fideicommiſſum inducitur ex neceſſaria conſequẽtia, & maximè ex verbo remaneant, ex magis, com. doct. ſent. maximè ſi adſit aliqua alia coniectura.*

16 *Fideicõmiſſum inducitur, etiam vbi illud alias deeſſet ex eo quod verba eſſent ſine effectu, & inania ſi id non fieret.*

17 *Fideicommiſſum aſſertur, quando teſtator ad plures gradus digreditur.*

18 *Verbum deſcendens genericum eſt, & collectiuum, comprehenditq; tam maſculos, quam fœminas vſque in infinitum.*

19 *Fideicõmiſſum allatum cenſetur, quãdo diſponens voluit bona ſua remanere apud ſuos deſcẽdẽtes.*

20 *Fideicõmiſſũ in quo ſuperſtes vocetur, an extenſionem ad poſteros porrigat eo etiam ſuperſtite.*

21 *Dictio, Et, & dictio, Hoc, cõtinuant orationem, & caſum præcedentis ſubſtitutionis, quaſi ad oculũ demonſtrata reſtringũt.*

22 *Relatio ad proxima non fit, quando ſequeretur abſurdum, vel correctio.*

23 *Ratio illis verbis diſpoſitiuis inducta, & hoc, quia volo, &c. dictum præcedens, ampliat & quid ſi dictum eſſet ad Hoc.*

24 *Mens teſtatoris potiſſimum in ratione conſiſtit, maximè ſi fuerit finalis.*

25 *Dictio, Et eius natura eſt, vt præcedentem diſpoſitionem ampliet, & non diminuat.*

26 *Dictio, Hoc, demonſtratiua eſt, nedum ad oculum corporis ſed etiam intellectus.*

27 *Clauſula illa quod bona nõ poſſint trãsferri, extra eius ſtirpẽ, velut acceſſoriè prolata, debet reſtringi ad limites præcedentis diſpoſitionis.*

28 *Ratio per modum illationis prolata, dictũ non ampliat, ſecus ſi per modum principalis diſpoſitionis, vt puta, quia dictum eſſet, quia vult, & intẽdit, quod bona ſua conſeruentur in deſcendẽtib.*

29 *Geminatio magis enixã diſponẽtis mentẽ demõſtr.*

30 *Verba ẽt vniuerſalia ad habilitatẽ reſtringũtur.*

31 *Diſponentis verba debent intelligi, prout neceſſitudo ſanguinis dictat.*

32 *Dictio ſaluo, vt infra, impedit ampliationem præcedentis dicti.*

33 *Ratio per modum diſpoſitionis prolata, dictum ampliat, ex magis, com. doct. ſent.*

34 *Subſtitutiones nõ ſunt ſõniandæ aut multiplicãdæ.*

35 *Agnationis conſeruandæ ratio, licet ampliet dictũ, attamen idem etiam præſtat ratio conſeruandi bona in deſcendẽtibus reſpectu deſcendentium.*

36 *Prohibitio alienationis ſi ſit verbis amplis, & vniuerſalib. concepta hæredis extranei inſtitutionẽ impedit.*

37 *Alienationis verbum eſt latiſſimum comprehendens etiam alienationem in vltima voluntate.*

38 *Prohibitio alienationis, quoties perſe ſit valida, vt puta quia adſit perſona cuius fauore, & gratia ſit ſcripta, tunc adiecta rõ, quia teſtator velit bona conſeruari in ipſis vocatis, abſolutũ fideicõmiſſum inducit, etiã in caſu mortis, ex receptiori omnium ſententia vſu etiam comprobata.*

39 *Prohibitio alienationis intelligitur facta ex perſonarũ vocatione, & tanquã acceſſoria interpretationem accipit à præcedenti inſtitutione, & ſubſtitutione, præſertim in contractu donationis.*

40 *Prohibitio alienationis, & rõ illa, quia vult teſtator quod bona conſeruentur in agnatione, multum intereſt an ſit appoſita acceſſoriè, vel principaliter in capite ſeparato.*

41 *Prohibitio de non alienando, & fideicõmiſſum ex ea manans, eſt quid diuerſum à præcedenti fideicõmiſſaria ſubſtitutione, ex magis com. doc. ſent. maxime ſi ſit facta per caput ſeparatum.*

42 *Prohibitio alienationis adiecta diſpoſitioni perſe validæ abſolutũ fideicõmiſſũ inducit, ẽt in caſu mortis, ex magis com. doc. ſent. Med. obſeruata.*

43 *Senatuſconſultum pro Iuſtitia factum pro lege ſeruari debet.*

44 *Fideicommiſſum in rem ſcriptum ad oẽs tranſit.*

45 *Geminata verba ſic diſponendi, magis enixã voluntatem oſtendunt.*

46 *Verba*

46 Verba geminata inualidum conualidant, & ex eis fideicommiſſum facile inducitur.

47 Coniectura ex diſpoſitu elicita, faciunt, vt ſubſtitutiones non dicantur ſomniata, ſed ab vberrimo voluntatis fonte deſumpta.

48 Extenſio de caſu ad caſum facilius inducitur.

CONSILIVM CCXXIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

MOre Sceuolæ, ſecũdum ea quę
proponuntur, arbitror procul
omni dubio Liuiam Caſatam
filiam quon. Hieronymi iure
fideicommiſſi ſcripti, in donatione
facta à Paulo Camillo
fratribus ſuis, ſcilicet Petro Franciſco, Iuriſconſulto,
ex collegio Mediolan. & eidem Hieronymo,
iuſtè agere ad bona donata, quia euenerit
nedum vnus, ſed alter caſus ſub quo ipſa Liuia
vocata fuit, nempe mortis, & alienationis.

Nam cum donator donationi eę claram conditionem
adiecerit cum clauſula, & non aliter,
&c. quod ſi alter ex ipſis donatarijs fratribus
ſuis deceſſerit ſine filijs, vel deſcendentibus de legitimo
matrimonio natis, & procreatis, quod
alter ſuperſtes ſuccedat, & eo non ſupetſtite eius
filij legitimi, & de legitimo matrimonio nati, &
procreati, & hoc quia vult, & intendit, quod dicta
bona vt ſupra donata remaneant in dictos
donatarios, & eorum filios, & deſcendentes, vt
ſupra, & defuncto Petro Franciſco ſine filijs, ſuperſtite
Hieronymo, qui fratri ſucceſſit, is poſtea
deceſſerit relicta ipſa Liuia eius vnica filia legitimè
nata, & inſtituta, hærede vniuerſali, loco
pio Sanctæ Coronæ, videtur inquam vtriuſque
fratris filios legitimè natos vocaſſe, quia licet res
ſit admodum controuerſa, & plena diſſenſionis
inter doctiſſimos viros; an filij in conditione poſiti
cenſeantur vocati, attamen quotieſcunque
1 aliqua adſit coniectura, tunc receptior eſt ea opi
nio, vt vocati cenſeantur, & inter alias ea eſt val
de efficax, & potens, quando in conditione poſiti
ſint filij de legitimo matrimonio nati, quia cũ
illegitimè nati eo ſermone ſint excluſi, velimus
nolimus, cõcedemus legitimè natos eſſe vocatos,
vt de communi atteſtatur Soc. iun. conſil. 110.
num. 26. & conſil. 145. num. 39. lib. 3. alios refert
Ruſticus tract. an & quando liberi, lib. 3. cap. 3.
num. 1. fol. 53.

Secunda eſt coniectura, quia teſtator vſus eſt
verbo, remaneant, quod fideicommiſſum inducit,
cum perpetuitatem quandam ſuccedaneam
2 demonſtret, vt in terminis reſponderũt Dec. con
ſil. 425. num. 7. Cæphalus conſil. 474. num. 34.
lib. 4. quos refert & ſequitur idem Ruſticus eo.
tracta. quem vnum refero cum is alios proferat,
lib. 5. c. 6. num. 17. & 18.

Tertia coniectura eſt, quia eſt facta mentio
deſcendentium, quorum appellatione continentur
tam maſculi quam fœminæ, vſque in infinitum,
idem Ruſticus, vbi ſupra, num. 9.

3 Quarto Vehemens accedit meo iudicio coniectura
ſtrictiſſima, ſcilicet prohibitio alienationis
cum clauſula illa perpetuo, & totaliter remaneant,
& conſeruentur in ipſos donatarios, &
eorum filios, & deſcẽdentes legitimos, & natura
4 les, de qua ſuſius agemus in ſequenti capite voca
tionis, in caſu alienationis, qui implicitum habet
etiam illum mortis, vt explicat idem Ruſticus,
lib. 3. c. 5. fol. 55. & lib. 4. c. 3. nu. 11. Mantica de
cohiect. vlt. volunt. lib. 11. titu. 3. ſup. num. 7. Simon
à Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. ſol.
3. num. 11. ſol. 302. præſes Menoch. præſumpt.
76. num. 80. lib. 4. Petrus à Petra, tract. de fideicom.
quæſt. 9. num. 190. & num. 203. & dixi ego
conſil. 17. num. 16. vol. 1. & conſil. 149. num. 4.
vol. 2. & præter hanc tacitam vocationem adeſt
etiam expreſſa cum velit, vt filij legitimè nati nõ
5 ſuperſtiti ſuccedant, vt ſcribit Gozad. conſil. 64.
nume. 11. Gabriel lib. commun. titu. de fideicõ.
concl. 4. nu. 36. Idem præſes Menoch. ead. præſumpt.
76. num. 56. vna enim pars alteram declarat,
l. qui filiabus, ff. de leg. 1.

6 Et ſi duæ tantum coniecturæ, aut tres ſecundum
iuris regulas ſufficiant in materia coniectu
rali, imo interdum vna ſi ſit neceſſaria, vt tradit
Petra loco relato, facit Cæpol. de ſimulat. contractuum,
ſexto caſu prin. nu. 101. verſic. commu
7 niter. Gram. deci. 76. Caſtr. conſ. 144. p. 1. quod
eo magis arbitrabitur integerrimus Iudex, cuius
arbitrio multũ hac in re tribuitur in præſenti ca
ſu, ad quẽ tot, & tantæ cõcurrunt, pręſes Menoc.
de arbitr. iudic. caſu 148. & idem Ruſticus, lib. 5.
cap. 8. pronuntiabit equidem oĩno ſecutus veriſi
milem donantis mentem, dici vocatos, cum pręſertim
etiam in donatione ſit potiſſimum con
8 trahentium mens ſpectanda, & ex coniecturis liceat
eam ſumere, atq; trahere, vt tradit Dec. con
ſil. 697. n. 6. & ante cũ Bal. in donatione, loquẽs
conſ. 417. num. 2. par. 5. & poſt eum Neuizanus,
videndus conſ. 38. nu. 3. & Petrus à Petra de fideicom.
q. 9. nu. 17. & infra, & in terminis donationis
inter viuos, probaui ego conſ. 2. nu. 27. &
28. lib. 1. & id eſt maximè dicendũ ex aliquorũ
9 ſnĩa in contractibus, in quibus filij poſiti in conditione,
intelligũtur vocati propter vim argumẽ
ti a contrario ſenſu, quod in eis magis viget, &
quin ex coniecturis id oĩno eliciatur, nemo vix
dubitare vr̃, vt tradit Soc. iun. cõſ. 108. n. 8. lib. 2.
Ruſticus vbi ſup. lib. 1. cap. 3. nu. 6. & infra, & cũ
hæc donatio facta ſit ab eo, qui ad religionẽ Hie
roſolymitanam primo, & proximo die demigra
turus erat, proprius accedit ad vicem cuiuſdã vltimæ
voluntatis propter mortem ciuilem, vnde
vberior, & amplior facienda eſt interpretatio, &
is capiendus ſenſus, qui ſupremæ diſponẽtis vo
10 luntati fauet, hi namq; fortes, & animoſi adoleſcentes,
genere inſignes, & virtute nobiles, qui

ſacrum,& per Illuſtrem hanc militiam profiten-
tur ad aliarum religionum exemplum quædam
tota ſaciunt, & promiſſo tenentur caſtitatis ſci-
licet,obedientiæ, & paupertatis, & perpetuæ de
fenſionis Chriſtianę fidei,vſque ad ſanguinis ef-
fuſionem, militiæque ſacramento ſe obligant,
habentq́ue magnum magiſtrum,tanquam ſum-
mum Imperatorem,cui parent; & idcirco ne re-
ligioni bona acquirãtur de eis ante emiſſam pro
feſſionem,quaſi ante mortem,& dum eis integrũ
eſt arbitrium diſponunt: nam facta profeſſione
omnia intelliguntur religioni dicata, & eorum
volũtati omnis poteſtas à magno magiſtro data
cenſetur, & quo liberius ſuſcepto muneri ſatisfa
ciant nihil proprij habent,ſed illud agunt,& ſem
per vigilant, vt vitam cum glorioſa morte com-
mutent, continenter fortiſſimè, tanquam ruti-
lus horribiliſque mortis ſulgor belligerãdo cum
hoſtibus Chriſtiani nominis, & præſertim cum
antiquiſſimo illo tetro horribili, & infeſto Chri
ſtianæ fidei inimico Turcarum Rege, & cũ quo-
tidie ad nauim aſcendere, & triremes conſcen-
dere cogantur, & maximis turbinibus, & flucti-
bus maris ſcientiſſimi gubernatores curſum te-
nere compellantur, & hoſtes modo terreantur,
proſternentq́ue fundant, & occidant modo ini-
micorum impetum propulſent,& propellãt,mo-
do cominus in acie ſæpe cum hoſte magnopere
pugnent, & in ſumma, de vita, diuinæ gloriæ
cauſa omnib. horis dimicare eoſdem oporteat,
omni rationi conſentaneum eſt,cum ſingulis mo
mentis propter incertos caſus mors ipſa immi-
neat, & quaſi ſaxum Tantalo ſemper impẽdeat,
vt antequam hæc grauia pericula ſubeant,id eſt
ante religionis ingreſſum, velut moribundi de
ſuis rebus teſtentur, & diſponantur,atque his ſo
luti curis liberi præclariſſimum hoc facinus ob-
eant, vt mortem moriendo deſtruant, & vitam
glorioſè reſurgendo Chriſti martyres facti repa
rẽt,ſiquidem cum mors neceſſitatem habeat fa-
ti, ſi ante eſt appetenda, appetatur cum ea glo-
riæ fama, quæ buccinæ cantu ſic perbellè canat,
ò fortunata mors, quæ naturæ debita pro Chri
ſti fide potiſſimum eſt reddita.

Secundo licet quando ſuperſtes, aut ſuper-
uiuens ſubſtituitur,eorum filij nõ veniant, quaſi
ſubſtitutio ſit reſtricta, & limitata ad certam per
ſonam, quæ eo demonſtratiuo verbo,Superſtes,
11 pro nominatim expreſſa habetur, attamen quo-
tieſcunque adſint aliquæ coniecturæ, quæ id ſua
deant, vtique filij ipſi veniunt, vt pulchrè con-
ſuluit Cuman.conſil.13.vbi videatur Dec.con-
ſil.396.ſub num.primo, Pariſ.conſi.30.num.56.
lib.2.Crauet.conſil.306.ante num.4.& dixi ego
eod.conſil.149. num.30. volum.2. addo Simo-
nem à Prætis de interpretat.vlt.volunt.lib.3.ſo-
lutio.1.lib.321. num.15.qui ait tunc coniectu-
ram adeſſe, quando filij poſiti fuerunt in condi-
tione, ſed id tanto magis eſt dicendum, cum do-
nator nominatim nepotes, quos in conditione
poſuerat, vt cauerit.

Tertio, conſidero ego illa verba, Non ſuper-
ſtit, ex adiecta ratione,& ex ſubſequenti aliena-
tionis prohibitione eum habere ſenſum,vt quan
docunque ſuperſtes deficeret, filij admitterẽtur,
nam illud verbum ſuperſtes, ſignificat, ſi viuus
12 fuerit, Inſtitu. de excuſat.tutor.in princ.quaſi te
ſtator hanc mentem habuerit, vt decedente fra
trę ſine filijs alter ſuperſtes admittatur etiam eo
non ſuperſtite,id eſt eo quandocunque viuo non
exiſtente,filij admitterentur, Marzarius epitom.
fideicom. par.2.q.23.

Quarto hic ſenſus confirmatur ex ſtatim ad-
iuncta ratione, & hoc, quia vult, & intendit, vt
bona donata remaneant in dictos donatarios, &
13 eorũ deſcendentes;nam certũ eſt, quod ratio ver
bis diſpoſitiuis prolata,ſcilicet, Vult,& intendit,
dictum præcedens ampliat,ex doctrina Bar.com
mun.conſenſu recepta, in l.pater filium, §.fun-
dum,nume.2. de legat.3.per tex.in l.cum pater,
§.dulciſſimis,ff.de lega.2.l.Hæc actio,de calum-
niatoribus, Clarus, §.teſtamentum, quæſt.76.
verſiculo, Idque maximè, Alciat.videndus con-
ſil.35.num.8.lib.9. qui ait id procedere, nedum
in vltimis voluntatibus,ſed in legibus,& alijs di-
ſpoſitionibus, & non eſſe ab hac opinione in iu-
dicando recedendum, vt magis communem di-
cit idem Petra,quæſt.5.num.42. & 43.& tradi-
tur communi ore à ſcribentibus,in l.qui Romæ,
§.cohæredes, de verbor.obligat.& dixi ego con-
ſil.42.num.4.& infra, ſecundum quod fuit pro-
nuntiatum à bonæ memoriæ D. Cæſare Aduo-
cato R.fiſcali, & tunc Iureconſulto collegij ma-
teriali id præſertim eſt dicendum in caſu noſtro,
cum per illa verba, & hoc quia demonſtretur fi-
nalis cauſa,quæ mouit teſtatorem ad ita diſpo-
nendum,vt fuſè proſequitur, Mantica *tracta*.de
coniec.vlt.vol.tit.14.nu.7.& infra,quæ *vna ante*
oculos eſt habenda,poſthabito verborũ aucupio.

Nec poteſt dici reſtricta ad limites præceden
tis dicti, ſcilicet caſu quo pater non eſſet ſuper-
ſtes,ſed cum ſuperſtes fuerit, euanuerit fideicom
14 miſſum, & vocatio filiorum ex peruulgato illo
Oldradi conſil.21.

Quia verba ipſius rationis aperte repu-
gnant, tum quia vſus eſt donator verbo, rema-
neant in dictos donatarios, & eorum filios, quæ
ex neceſſaria conſequentia inferunt, vt de vno
ad alium perueniant: quia aliter non poſſent di-
ci remanere, & fideicommiſſum inducitur ab hu
iuſmodi neceſſaria conſequentia, propter regu-
15 lam,qui vult conſequens &c.[vt in his terminis:
ita arguunt Dec.conſil.287. num.5. & ex Cæ-
phalo,magis commun.dicit Cardin.Mantica de
coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.1.num.32. & proce-
dit ſine difficultate, quando aliqua adeſt conie-
ctura,vt hic,& in terminis verbi, Remaneat,tra-
dit iam allatus Ruſticus, lib.5.cap.6.nume.17.
vbi vide,& ante eum Alciat.conſil.36.num.10.
lib.9. tum quia ſi hæc ratio reſtringi deberet ad
caſum

caſum, quando tempore euenientis conditionis
frater ſuperſtes non fuiſſet, non opus fuiſſet in ea
mentionem facere, & quidem ſucceſſiuam de fra
tribus & eorum filijs; ſed ſatis fuiſſet facere men
tionem de ipſis deſcendentibus, qui tempore eue
nientis conditionis non ſuperſtite patre adfuiſ-
ſent, & ſic neceſſario apparet eam rationem ſcri-
ptam fuiſſe ad ampliandum: tum denique, quia
cum iam per ſe perfecta eſſet præcedens diſpoſi-
tio, ſi ratio ſubſequens eadem eſſe deberet cum
præcedenti dicto, nihilque adderet, equidem ni-
hil ageret, eſſetque ſine effectu, quod minime eſt
16 ferendum: imo vt verba aliquid ſignificẽt, & di-
ſponant fideicommiſſum, inducitur, etiam vbi il-
lud alias deeſſet, Gratus conſil. 126. num. 24. vo
lum. 2. Ruin. conſil. 35. num. 4. vol. 2. Roland. à
Valle conſil. 61. num. 14. volu. 3. tum denique
quia expreſſit nedum fratres, ſed filios, & deſcen
dentes, quæ verba tractum temporis ſucceſſiuũ,
& multorum graduum diſtinctionem, & perpe-
tuitatem quandam indicant, quæ oĩno deeſſet
17 ſi tantus apparatus reſtrictus ad vnum tantum
caſum repentè concidere deberet, vt ita contra-
riam concluſionem ab Oldrado deſumptam eo.
conſil. 21. declarant Præſes Menoch. de præſum
ptio. lib. 4. præſumptio. 70. num. 16. & infra, vbi
vide Simon. de Prætis, de interpret. vlt. volunt.
lib. 3. ſol. 3. nu. 9. & 10. fol. 317. verbum. n. deſcẽ
dens, genericum eſt, & collectiuum, comprehen-
ditque tam maſculos, quam fœminas, & in infi-
18 nitum, Alex. conſil. 160. num. 3. lib. 2. & inde cõ-
ſtat mentem donantis fuiſſe conſeruandi ius ſuc
ceſſionis in ipſos vocatos, abſque eo, quod eſſent
hæredes ſucceſſorum, & ex alijs explicat idem
Simon à Prætis videndus, qui loquitur, quando
diſponens voluit bona ſua remanere apud ſuos
19 deſcendentes, de interpre. vlt. volunt. lib. 3. ſolut.
11. num. 24. fol. 289. Mant. de coniec. vlt. volun.
lib. 8. tit. 11. nu. 1. & infra.

His itaque bene iactis fundamentis apparet
in hoc primo capite fideicommiſſi in caſum mor
tis, vocatam eſſe ipſam Liuiam, & patri ſubſtitu
tam etiamſi is ſuperſtes fuerit alteri fratri, & po-
ſtea deceſſerit. Nec aduerſantur, quæ contra non
minus doctè, quam ſubtiliter mouẽtur, nam qua
20 tenus dicitur fideicommiſſi caſum expiraſſe, cum
pater ſuperſtes fuerit, ex præſide Menoch. conſ.
972. à num. 1. vſque ad num. 5.

Reſpondetur, caſum illum à noſtro eſſe longè
diſſimilem, tum quia ibidem adſunt illa verba
magis coanguſtantia, Tũc, Et eo caſu, quæ impe
diunt ne dilatetur oratio, vt declarat Mantica de
coniect. lib. 3. tit. 19. num. 11. verſi. 3. & ſe ipſum
explicat idemmet Menoch. relato loco, nume. 5.
tum quia adiecta ibidem ratio non includebat,
vt in caſu noſtro, includere neceſſario probaui-
mus, filios ſubſtituti, qui in caſu noſtro vocati le-
guntur, ſed tantum eſt relata ad caſum ſi teſta-
tor filios mares non ſuſcepiſſet, quæ eſt condi-
tio diuerſa à noſtra, & ſufficit tunc filium naſci,
licet poſtea decedat, & non duret, vt diſtinguit
Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. nu-
me. 4. tum denique, quia prohibitio alienatio-
nis fuit reſpectu pallatij, & non vniuerſalis, &
per dictionem, vt ſupra relata, conſecutiuè ad il-
lum tantum caſum, vbi teſtator filios non ſuſce-
piſſet, quæ in hac ſpecie noſtra deficiunt, vltra
quod in ſequenti articulo demonſtrabimus ma-
gis communem extare ſententiam cõtra ipſum
D. Menoch. quatenus firmare videtur, vt per ra
tionem prohibitionis per modum diſpoſitionis
prolatam, dictum non amplietur, & fideicom-
miſſum minimè inferatur. Non obſtat etiam, vt
copula illa, Et ac dictio illa, Hoc, continuet, &
rationem ſequentem reſtringatur ad caſum præ
cedentis ſubſtitutionis, & conditionis ad oculũ,
21 per dictionem illam Hoc demõſtratæ, vt in ſimi
libus terminis firmare videtur Rimin. iun. con-
ſil. 464. nu. 5. & nu. 31. & infra, & nu. 69. lib. 4.

Quia reſpondeo illa verba, Et hoc, fuiſſe pro-
lata ad indicandam rationem, quare filios non
ſuperſtitis admitti voluerit, quia fortè alias per
illa verba vocantia ſuperſtitem, potuiſſet dubita
ri, an eſſent excluſi, & per conſequens cum clau-
22 ſula debeat ad proxima referri intelligetur reſpe
ctu vocationis deſcendentium, prout dictat ſe-
quens ratio, & non præcedens dictum, quia etiã
relatio non fit quoties, vt hic, abſurdum, vel cor-
rectio ſequeretur, vt plene declarat Iaſ. in l. 1. C.
de liberis præteritis, & pronomen, Hoc, refertur
ad magis proxima, Aretin. in l. duobus, §. Idem
Pomponius, ff. de iureiuran.

Secundo, Reſpondeo in caſu Riminal. illa
verba, Et hoc non fuiſſe prolata prout in caſu no
ſtro, per modum rationis diſponentis, quo caſu
ex receptiori ſententia, vt iam probauimus di-
ctum præcedens etiam limitatum ampliatur ex
23 doctrina Barto. crebriori ſcribentium aſſenſu re-
cepta, in ead. l. pater, §. ſi fundum. de legat. tertio,
& ſi vera eſſet aduerſa argumentatio, extingue-
retur hæc communis concluſio; quia ratio etiam
per modum principalis diſpoſitionis prolata, ad
limites dicti deberet ſemper coarctari, & hanc
differentiam in terminis verbi, Ad hoc, quod eſt
diuerſum à noſtro, & verbi, Et hoc quia, volo,
quod conuenit cum noſtro caſu, ſentit doctiſſ.
Alciat. conſ. 35. ſub nu. 22. lib. 9.

Tertio cũ ex præcedẽtibus potuiſſet dubitari,
an filij poſiti in conditione cenſerentur vocati,
& an illa verba, eo non ſuperſtite, debeant intel-
ligi, vt nos dicimus, quandocunque frater deſijſ-
ſet eſſe ſuperſtes, & an filij ſuperſtitis cenſeren-
tur vocati, prout vocatos fore ex certiſſimis re-
rum argumentis dignoſcitur, vt tradit Cuman.
relato conſilio 13. hæc ratio, & hoc quia, &cæt.
hanc omnem dubitationem de medio ſuſtulit,
patefaciendo illos, & eorum deſcendentes veni-
re debere, poſtquam voluit bona remanere & a-
pud fratres vocatos, & poſtea apud eorum de-
ſcendentes; & nulli dubium eſt quin mens teſta-
toris

toris potiſſimum conſiſtat in eius ratione, maximè quando ab eo aſſignatur; quia tunc, vt noſtri
24 aiunt, dicitur finalis, & principale eius motiuum, quod maxime eſt ſpectandum, cæteris poſthabitis, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſtra. & tradit Euerardus in loco à ratione, numc. 1. & infra pluribus ſequen. & Cardin. Mantica relato ſæpius trac. de coniec. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 7. & ſupra, & infra.

Quartò, dictio, Et, eius eſt naturæ, vt augeat, & ampliet præcedentem diſpoſitionem, & non
25 diminuat, vel reſtringat, l. ea tamen adiectio, ff. de leg. 3. l. Sciæ, §. Caio, ff. de fundo inſtruc. & latè Alberi. in ſuo dictionario, in verbo, Et, Euerardus in loco à natura copulæ, num. 1. & infra, & ſi idem ſonaret ratio cum dicto contra mentem diſponentis, & contra propriam ipſius dictionis, &, natura nihil ageret, & eſſet otioſa, & ideò ne hoc abſurdum ſequatur, augebit, & ampliabit, & non reſtringet, aut coarctabit, & vtriuſque copulati diſpoſitio, ſuo quoque tempore ſingula ſingulis referendo locum habebit, vt tradit Euerard. vbi ſupra, num. 12. & 13.

Quintò, Pronomen, Hoc, demonſtrat nedum ad oculum corporis, ſed etiam ad oculum intelle-
26 ctus; Imò quando oculus corporis non poteſt cõuenire, tunc neceſſariò infertur ad oculum intellectus, qui potior eſt, cùm intelligentia ea ſit per quã animus perſpicit, quæ ſunt: ſi enim deberet pronomen, hoc, referri tantum ad id, quod ſuperius oculis corporeis legi poteſt, ſequenti diſpoſitioni aduerſaretur; vnde ſatius eſt, vt dicamus, vel ad oculum intellectus referri, vel ad id, quod inferius etiam legitur, cùm vna diſpoſitio ita alteri inſit, vt vnum, & idem dicatur orationis corpus, iuxta traditionem celebris gloſ. in l. Meuius, §. duobus, in verbo, hanc eandem, de leg. 2. egregia eſt Bart. doctrina, ad quam ſemper recurri ſolet, cùm in eius diſtinctione veritas inſit, in l. 1. nu. 18. ff. de peculio, vbi vide, & in l. 1. in princ. ff. de noui oper. nunciat.

Non refragatur etiam, vt clauſula illa, adeò quòd bona non poſſint transferri extra eius ſtirpem velut acceſſoriè prolata, debeat reſtringi ad
27 limites præcedentis diſpoſitionis, Gabr. conſilio 11. num. 22. lib. 1. & in clauſula, & ſic ſequẽdo de gradu in gradum, conſuluit Alex. in vulgato ſuo conſ. 139. num. 3. lib. 6. Rui. conſ. 153. nu. 5. vol. 2. imò verba illa, in perpetuum, & in infinitum, iuxta ſubiectam materiam reſtringuntur, Alcia. conſ. 72. num. 12. lib. 9. & ſatis agit hæc ipſa ratio, cùm ad maiorem rei declarationem appoſita ſit, idem Præſes Menoch. conſ. 327. num. 49. Antonius Catharus inter cõſilia vlt. volun. conſ. 81. num. 34. vol. 2. Socin. ſen. conſ. 40. num. 2. vol. 3. Alba conſ. 13. num. 5.

Quia reſpondetur Gabrielium loqui, quando
28 clauſula hæc, adijcitur per modum illationis, prout eſt etiam caſus. l. pater. §. fundum, vbi vide. de leg. 3. ſecus ſi per modum rationis, & principalis diſpoſitionis, qualis eſt hæc noſtra, dum dicitur, quia vult, & intendit, quia geminatio magis eni-
29 xam diſponentis mentem demonſtrat. l. baliſta. ad Trebell. Dec. conſ. 138. Gabr. de fideicomm. concluſ. 9. num. 94. iuxta tex. vbi vide. l. peto. §. fratre. de leg. 2. & diſtinctionem cõmunem Bart. in ea. l. pater. §. fundum. in his etiam terminis loquuntur Alex. & Rui. quatenus agunt de clauſula, & ſic ſemper ſequendo de gradu in gradum, Alcia. loquitur quando ſubiecta materia, & voluntas teſtatoris in alia parte expreſſe repugnat, vt puta ſi agatur de perſona quæ ab inteſtato nõ poſſet ſuccedere, & quæ à teſtatore erat prohibita ſuccedere, quia verba quantumuis vniuerſalia ad habilitatem reſtringuntur, iuxta celebrem
30 glo. in l. 1. in verbo, vnuſquiſque. C. de ſacroſan. eccleſ. in caſu autem noſtro agitur de perſona, quæ ex mente donantis eſt vocata, & cùm in præcedentibus verbis nulla verſaretur dubitatio circa caſum ex contrario cõſideratum, ratio ſi idem importaret, quòd præcedens dictum, inaniter probata fuiſſet, quod nõ eſt dicendum, quatenus igitur vitium inanitatis excuſatur ex eo, quòd expreſſa magis patefaciant mentem diſponentis, & remoueant dubitationem quæ afferri poſſet, præſupponunt dubitationem probabilem ſubeſſe, quæ non eſt circa caſum iam diſpoſitum, probabilius eſt igitur, vt dicamus, cũ dubitatio inijci poſſet, vt iam dixi, an filij poſiti in conditione cẽſerentur vocati, & an filij, & deſcendentes eſſent vocati, eo caſu vbi eorum pater tempore euenientis conditionis non fuiſſet ſuperſtes, ad remouendas has dubitationes ipſum donantem voluiſſe eam rationem clarè hoc diſponentem adiungere, maximè quia licet non ageretur de deſcendentibus ipſius donantis, agebatur tamen de nepotibus ex fratribus, in quibus ineſt affectionis, & charitatis coniectura; & in quibus *facilius* propter arctam ſanguinis coniunctionem vocatio inducitur, quia verba diſponentis debent in-
31 telligi prout neceſſitudo ſanguinis ſuadet, & dictat. l. fin. C. de verb. ſignificat. Ruſtic. eo trac. an & quando liberi, lib. 1. c. 2. num. 125. & 126. & 127. Soci. eo. conſ. 40. nu. 2. vol. 3. in ratione decidendi cõtrarium tenet, & concludit clauſulam generalem, generaliter intelligi debere, & dictũ præcedens ampliare. Alba eo. conſ. 13. nume. 5. loquitur, quando appoſita eſſet clauſula reſtringens rationis generalitatem, nempe ſaluo, vt in-
32 fra, cuius natura eſt limitare præcedentia, & reſeruare aliquid inferius, & id tantò magis procedit, quando fuit bis, vel ter repetita, quo caſu magis deliberata voluntas demonſtratur, vt ipſemet dicit nu. 4. ſecundo, aut dicendum eſt ipſos Doctores ex contrario adductos loqui in diuerſis terminis, prout re ipſa loquuntur, aut loqui contra magis veram, & receptam ſententiam, quæ eſt, vt ratio per modum diſpoſitionis prola-
33 ta, prout eſt hæc noſtra, dictum ipſum ampliet; de magis communi atteſtatur Petra eo trac. de

fidei-

fideicom.quæſt.5. num.42.& 43. & fuſius diſſe-
remus in ſequenti articulo prohibitæ alienatio-
nis.

Nec reſiſtit, vt Doctores hanc opinionem af-
firmantes,& tenentes loquantur in diuerſis caſi-
bus,nempe, quando agitur de conſeruanda agna
tione, & quando adſunt illa verba in infinitum,
& quod non ſint ſomniandæ aut multiplicandæ
34 ſubſtitutiones,idem Rimin.conſil.645.num.68.
& Card. Mantica de coniec. vltim. volunt.lib.6.
titu.15.num.6.

Quia licet non adſit ratio conſeruandæ agna
tionis,adeſt tamen ratio conſeruandi bona in ip-
ſis deſcendentibus fratrum ſuorum, quæ quo
ad id de quo nunc agimus æquipollet, verbum
enim illud,deſcendẽtes,vti collectiuum nomen,
& tendẽs in infinitum, id operatur, preterquam
35 quod in ſequenti capitulo adeſt verbum perpe-
tuo,& totaliter, vt ſcribit Prætus allegato lib.3.
ſol.175. Gabr. loco commun.tit. de fideicomm.
concl.9.num.22.

Quæ cum ita ſint, concludendum eſt, vt ipſa
Liuia Caſata vocata ſit ex primo iſto capite fi-
deicommiſſi in caſu mortis, ſed & multo magis
dicendum eſt vocatam cenſeri ex ſubſequenti
iſto capite ſtrictiſſimæ prohibitionis alienatio-
nis poſitæ per modum alterius principalis diſpo
ſitionis, & capituli, quatenus dicit donator,cum
ea etiam lege, & conditione adiecta, & non ali-
ter,quod præfati Petrus Franciſcus,& Hierony-
mus fratres Donantis non poſſint, nec valcãt di
cta bona eis donare, vt ſupra, aut earum partem
vendere,alienare,nec de eis aliquem cõtractum,
aut diſtractum facere, ſed perpetuo remaneant,
& conſeruentur in ipſis donatarijs, & eorũ filijs,
& deſcendentibus legitimis, & naturalibus,vt ſu
pra,& vbi aliquis huic prohibitioni contrauene-
rit, omnis contractus ſit ipſo iure nullus, & pro
infecto habeatur, & portio contrafacientis ipſo
iure applicata ſit alij,ſeu alijs non contrafacien-
tibus.

Vnde cum Hieronymus pater Liuiæ, & fra-
ter donantis inſtituerit vniuerſalem hæredem,
locum ſanctæ Coronæ priuata ipſa filia maiori
parte bonorum, minimè eſt dubitandum, quin
factus ſit locus,ſubſtitutioni in caſu alienationis,
tum quia non eſt inſtitutus alias ab inteſtato
ſucceſſurus, in quo Doctores aliquando dubita-
runt, tum quia adſunt clauſulæ valdè amplæ, &
latè in vniuerſum parentes, quo caſu ex receptiſ
ſima omnium ſententia cenſetur prohibita etiã
36 ipſa hæredis inſtitutio,l.peto,§.fratre,ff.de lega.
2. vt de magis communi teſtimoniũ dicunt Ga-
briel.eo.tit.de fideicomm.conclu.10. nume.2.&
num.3.& 6.& infra,Petra videndus trac.de fidei
com.quæſt.7. num.3. & 4. & num.9. Peregrin.
tract. de fideicomm. art.14.num.4. & 5.& dixi
ego eod. conſil.42. num.6. & infra pluribus ſe-
quent. vol.1.

Et id ſine difficultate in caſu noſtro recipien-
dum eſt,cum donatarij fuerint prohibiti, nedum
vendere,ſed etiam alienare, quod eſt verbum la
tiſſimum, comprehendens etiam alienationem
37 in vltima voluntate,l.fin. C.de rebus alienis non
alien.& l.ſi quis prioris,§.ſi certum, C.de ſecun-
dis nuptijs, late Petra,eod.tract.quæſt.8.nume.
11.& 12. Vbi vide, præterea licet ambigant ſcri
bentes,an per prohibitam alienationem cum ra
tione,quia velit teſtator bona in deſcendentibus
remanere, cenſeatur inductum abſolutum fidei-
commiſſum etiam in caſu mortis, attamen vno
ore,& conſenſu Doctores diſtinguunt, & ita ſæ-
pius ego conſului, & obtinui in contradictorio
iudicio,tam coram inferioribus iudicibus,quam
coram Senatu Excellentiſſimo,vt quoties prohi
bitio alienationis per ſe ſit valida, vt eſt hæc no-
38 ſtra,quia adſit perſona,cuius contemplatione,&
gratia ſit ſcripta, tunc,vt ratio aliquid operetur,
cum non ſit poſita ad veſtiendam prohibitionẽ
alienationis, quæ alias tanquam nuda frigeret,
& hoc tegumento indigeret, ſed diſponendi gra-
tia,& ad mentem ſuam declarandam,tunc fidei-
commiſſum ſemper affert etiam in caſu mortis,
vt magis communem profitetur Mantica,lib.6.
titu.14.num.24. Gabriel titu.de fideicommiſſis,
concluſ.9. num.29. Simon à Prætis omnino vi-
dendus lib.3.ſolutione 10.num.3. & infra folio
283.& ſolutione 11.num.3.fol.287. & receptiſ-
ſimam teſtatur Petra ſæpius adducto trac.quæſ.
5.num.42.& 44.vbi ait hodie iſtam opinionem
eſſe apud omnes iudicantes canonizatam, Alba
videndus conſil.483. num.16. & 484. num.58,
Deciſio Rotæ Roma. vbi vide omnino propter
eius tribunalis maximam,& ſupremam auctori-
tatem,deciſ.568.nu.5. & deciſ.51.& deciſ.694.
parte prima, ſecundum nouam impreſſionem
Venetam, Borgni.deciſ.16.17.& 18.lib.3.& di-
xi ego eo.conſil.42.num.2.& 3.& infra,lib.1.vn
de fit, vt iam planum ſit, & quaſi ante oculos
poſitum ipſam Liuiam vocatam cẽſeri propter
inſtitutionem extranei,atque etiam in caſu mor-
tis, propter fideicommiſſum ex ea clauſula abſo-
lute inductum, ſecundum magis communem,&
crebriorem omnium ſententiam vſu etiam forẽ
ſi quotidie approbatam.

Nec refragatur, quod contra ſubtiliter moue
tur, vt ſcilicet hæc prohibitio alienationis de-
beat intelligi facta ex perſonarum vocatione,
vnde cum præſupponatur caſum ſubſtitutionis,
euanuiſſe propter exiſtentiam Hieronymi, nihil
39 agat, vt ſcribit idem præſes Menoch. eod.conſil,
972.nu.13. & 15.& lib.præſumptio. lib.4. præ-
ſumptio.68. num.20. conſil.78. num.20. & 21.
Surd.deciſ.291. nu.13.& deciſ.319. quibus ad-
do ego Peregrinum de fideicommiſ. art.14.nu.
22.ne dicatur quod voluerit ſtatim ſe corrigere,
& quia in dubio fieri debet interpretatio,ne præ
cedentia reſtringantur, & quia iſta prohibitio
tanquam acceſſoria,interpretationem debet reci
pere à præcedenti inſtitutione, & ſubſtitutione,
præſer-

præſertim cum verſemur in contractu donationis, quo caſu ſit ſtrictior interpretatio, Plot.cōſ. 86.nu.31.Gabr.conſ.140.nu.33.vol.1.

Quia multifariam, multiſque modis hęc ſanè diluitur argumentatio,

Et primò quod nos verſamur in capite vocationis propter alienationem factā, qui caſus eſt clarus,& minime pendet à ſubſtitutione in caſu mortis, vt ſatis indicant illa verba, in fine eiuſdē capituli poſita, ſcilicet bona applicentur alij, vel alijs non contrauenientibus, & ſi eſſet reſtricta ad vnum vel alterum ex fratribus, nō dixiſſet in pluraliter alijs, quod neceſſario includit etiā filios, & deſcendentes ſuperius vocatos in caſu contrauentionis,& vt iam probauimus, fideicōmiſſum inducitur ex neceſſaria conſequentia.

Secundo dico iſtam prohibitionem non fuiſſe appoſitam acceſſoriè, & conſecutiuè, ad confirmandum caſum ſubſtitutionis præcedentis, ſed
40 per ſe principaliter, quod ſatis indicat capitis ſeparatio; cum repetitione illorum verborum ea lege,& conditione adiecta, quia ſi pro vno capite donator id habuiſſet, cum illa verba eſſent iā ſcripta in capite præcedenti, non opus fuiſſet eadem repetere, cum ſub eadē oratione veniſſent, & ſequentem diſpoſitionem ſub eadem cenſura retinuiſſent, vt declarat Bar. in l. Aurelius, in §. idem quæſiuit, ff. de liberatione legata. Deci. conſil. 317.num.7.& 8. Præſes Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 95.num.19.& diſtinguit in his terminis Borgnin. deciſ. 18.num.44. verſic. cum hanc obiectionem, lib.3. & huius concluſionis veritas confirmatur, cum teſtator prohibitionem non adiecerit per modum ſimplicis rationis, ſeu illationis, ſed principaliter per modum diſpoſitionis, cum ratione, vt perpetuo in deſcendentibus remaneant, vnde fit, vt hic caſus, tanquam à præcedenti, qui loquitur in caſu mortis ſeparatus, non poſſit ab eo limitationem accipere, cùm habeat ſeparatam diſpoſitionem,& per ſe validam, quo caſu vnanimes, & concordes Doctores volunt à præcedenti diſpoſitione non reſtringi ſequentem orationem, vt tradit Prætus relato fol. 284.nu. 8. & infra pluribus ſequentibus;& ita in propriis terminis, vt ſcilicet prohibitio de non alienando,
41 & fideicommiſſum ex ea manans ſit quid diuerſum à præcedēti fideicommiſſaria ſubſtitutione, magis communem profitendo, tradit videndus omnino idem Petra quæſt. 6. nume. 16. & infra pluribus ſequentibus, maximè num. 19. vbi conſiderat, an prohibitio ſit facta, vt in caſu noſtro per caput ſeparatur, Alcia. conſ. 36.num.7.lib.9. quæ contra allata ſunt, vel magis receptę opinioni aduerſantur, vel procedunt vbi acceſſoriè,& in conſequentiam, & ad veſtiendam præcedentem diſpoſitionem prohibitio adiecta ſit, prout factū fuiſſe videtur in caſu conſultationis Præſidis Menochij eod. conſ. 972. vbi num. 14. recenſet in ea prohibitione appoſitam fuiſſe dictionem referentem, vt ſupra, quæ cum ſit ſcripta ipſi inſtitutioni,& ſubſtitutioni, facit, vt acceſſoria videatur prohibitio;& non principaliter emiſſa, vt in caſu noſtro,& per ſe poſita in capite ſeparato;& quāuis in noſtra ſpecie adſit dictio, vt ſupra, ea tamē non eſt relata ad diſpoſitionem, & ad perſonas ſuperius nominatas, ſed ad repetendam qualitatem legitimitatis, vt ſcilicet eſſent filij de legitimo matrimonio nati, quales eſſe debere ſuperius expoſuerat,& in caſu Cepollæ, ſuper quo ſe fundat Dominus Menochius, cùm prohibitio eſſet nuda, & minimè veſtita, & ideo per ſe minimè valida ipſa ratio prohibitionis tanquam acceſſoria ad eam veſtiendam, & ſuſtinendam nimirum ſi recipit interpretationem à ſuperiori caſu, vel locum habet, niſi in caſu alienationis, ſecus ſi ſit valida, prout certè eſt hæc noſtra propter per-
42 ſonas, quarum fauore ſcripta fuit ipſa prohibitionis lex,& quidquid dicat D. Menochius, magis communis hæc eſt,& vera reſolutio, quæ Mediolani ſub noſtro Collegio ſeruatur, & ſecundū quam ſæpe iudicauit Excellentiſſimus Senatus noſter, vt etiam atteſtatur Alciat. conſ. 146. nu.
43 2.lib.5.& cuius iudicium pro lege ſeruari debet, cum ſit factum pro iuſtitia. l. ſi imperialis, C. de legibus.

Tertiò, cùm in præcedenti capite vocati eſſent ipſi deſcendentes,& dubium eſſet, an vocati eſſent ſuperſtite eorum patre, vel eo poſtea quādocumque defuncto, hæc ipſa prohibitio cum expreſſa diſpoſitione, vt bona remaneāt in ſuis fratribus,& eorum deſcendentibus, hanc omnem eripit dubitationem,& nobis patefacit eius voluntatem fuiſſe inducendi fideicommiſſum perpetuum, fauore deſcendentium, erga quos conſtat magnam donatorem animi propenſionem habuiſſe; Si enim voluiſſet fideicommiſſum expirare propter exiſtentiam alterius fratris ſuperſtitis, ad eumque ſolum caſum fuiſſet *reſtrictum*, ad quid vtrique eorum ſtrictam adeò prohibitionem adiungere, cùm certum fuiſset ſuperſtitem potuiſse fideicommiſſo expirato per eius ſuperexiſtentiam pro libito voluntatis diſponere, ad quid tot geminatis verbis in vnoque caſu demonſtrare, quod volebat,& intendebat, quòd bona donata remanerent,& conſeruarentur perpetuò,& totaliter, vt ſuis vtar verbis, in dictos donatarios,& eorum filios, & deſcendentes,& cum velit vt bona remaneant,& à bonis inchoauerit,
44 et non à perſonis, conſequitur, vt reale cenſeatur fideicommiſſum, et ex conſequenti facilius ſuſtineatur, et ſit ad omnes tranſitorium, vt in ſimilibus terminis affert quamplura exempla Petra videndus de fideicommiſſis, quæſt. 5. nume. 7. et 8. et pluribus ſequentibus. et quæſt. 2. num. 5. et Simon à Prætis videndus vtique lib. 3. ſol. 10. nu. 25. fol. 285. geminatio enim hæc verborum toties repetita nō enunciatiuis, ſed diſpoſitiuis verbis, vult, et intendit remaneant, et conſeruentur perpetuò, et totaliter, ea lege et conditione, et nō aliter, magis enixam ſic diſponendi voluntatem

oſten-

45 oſtendunt, à qua non eſt recedendum, vt ſcribit idem Prætus, lib.2.fol.4.num.11.& num.22.folut.158. & Petra videndus inquiens hæc verba
46 geminata, quæ non valent valida faciunt, & ſeruant, atque ex his fideicommiſſum induci, quæſ. 1.num.50.quæſt.50.num.33. quæſt.9. nu.248. & quæſt.15.num.200. ad quid velle qui in caſu contrauentionis nedum alter frater, ſed alij non contrafacientes ſuccederent, quod neceſſario includit eorum præcedētem vocationem ad quid in caſu confiſcarionis dicere, vbi donatarij, vel eorum deſcendentes committerent delictum, bona debere deuenire in alios fratrum deſcendentes non delinquentes, & alijs omnibus deficientibus, in ſorores donatoris, & earum filios; hinc enim quamuis ſit caſus ſeparatus, colligitur tamen mentem teſtatoris fuiſſe inducendi perpetuum fideicommiſſum in ipſis deſcendentibus, & nolle illud reſtringere ad caſum quo non fuiſſet alter frater ſuperſtes, quia facile potuiſſent ad fiſcum tranſire, & tantus verborum apparatus, & replicata voluntas vno tempore, & caſu defeciſſet, quod equidem eſt minimè dicendum, cum certo tenendum ſit, ſi de hoc caſu donator interrogatus fuiſſet vtique idem reſpondiſſet, & extra neo hæredi propriam fratris filiam, & eius neptem præferri voluiſſet, iuxta Diui Auguſtini Sacroſanctum Conſilium inquientis, qui vult ſuos priuare, vt eccleſiam inſtituat alium quærat conſultorem, quam Auguſtinum, & vna pars teſtamenti alteram mirificè iuuat, & cum hæc omnia connligantur ex diſpoſitis in donatione, non
47 poteſt dici, quam ſint ſomniatæ ſubſtitutiones, ſed neceſſario potius ex vberrimo voluntatis teſtatoris fonte deſumptæ medio veriſimilium, & legitimarum coniecturarum, & interpretationū ab ipſis verbis, & non ex capite noſtro manantium, prout loquuntur Doctores ex aduerſo allegari, ita probat Mantica de coniectur. vltima. volunt.lib.3.titu.19.num.4.& 13.& infra pluribus ſequentibus, vbi agit de extenſione de caſu
48 ad caſum, quæ facilius inducitur, & lib.3.titu.5. num.2.& lib.6.titu.13.& titu.16.num.1. & lib. 10.titu.7.nume.9.& lib.3. titulo 5.num.1. & 2. qui vbique videatur, quia inde cumulatè probantur quas proximè retulimus iuris concluſiones.

Nec, quia verſemur in donatione, reſpuenda eſt iuſta, & legitima interpretatio, quæ ex diſpoſitis colligitur, vt ſuperius abunde probauimus in quarta coniectura, verſic. & ſi duo.

Sed quicquid ſit, videtur meo iudicio extra omnem difficultatem præſens caſus, cum clarū ſit ipſis fratribus prohibitam eſſe alienationem, & in caſu contrauentionis vocatos eſſe filios, & deſcendentes alienantium, & cum ſecuta ſit contrauentio, propter hanc ipſam extranei hæredis inſtitutionem, dicitur apertus eſſe locus ſubſtitutioni ipſius Liuiæ, quam ex prædictis conſtat etiam in caſu mortis fuiſſe vocatam, & ex his arbitror abundè ſatisfactum eſſe toti huic quæſtioni reliqua ſuppleat, &c.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FEVDATARIIS Alexandro Viſtarino, & Liuia Vicecomite Coniugib.

ARGVMENTA.

Compenſatio an apponi poſſit, ad impediendam ſententiæ executionem, & reſcripto remouente omnes exceptiones tam deductas, quàm deducendas, an hæc ipſa compenſationis ſublata cenſeatur.

Tutor an cogi poſſit, ad reſtituendum ea, quæ deſcripſit in repertorio, non expectata ſententia ſuper rationis redditione.

SVMMAE RERVM.

1 *Appellatio vbi locum habere poſſit, non admittitur ſupplicatio, quia vbi competit remedium ordinarium ceſſat extraordinarium.*
2 *Appellatio conſiderato ſtatu præſenti pronuntiatū extinguit, conſiderato futuro ſuſpendit.*
3 *Appellatione pendente quicquid ſit tanquam attentatum irritum eſſe debet.*
4 *Verba vniuerſalia ad habilitatem ſunt reſtringenda.*
5 *Exceptiones omnes ſi reſcriptum remoueat, non tamen legitimas tollere videtur.*
6 *Compenſationis exceptio nunquam remota cenſetur, niſi nominatim dicatur.*
7 *Compenſatio datur aduerſus rem iudicatam.*
8 *Officium iudicis nunquam ſublatum intelligitur.*
9 *Exceptiones de quibus cognitum non fuit, nunquam ſublata intelliguntur.*
10 *Res iudicata omnem dubitationem tollit.*
11 *Liquidum dicitur, quod apparet per inſtrumentū publicum, & iuratum, & par eſt eius virtus, ſicut rei per ſententiam iudicatæ.*
12 *Compenſatio datur nedum ad id quod liquidum eſt, ſed etiam ad id quod breui temporis ſpatio liquidum fieri poteſt.*
13 *Compenſatio licet non detur de liquido, ad liquidum, tamen id non procedit quotieſcunque debitum confeſſione partis probari vellet.*
14 *Relatum cēſetur approbatum à referente cum ſuis qualitatibus.*
15 *Confeſſioni cum qualitate emiſſa an ſtari debeat, qualitate non probata.*

16 Con-

16 *Conſumptio cum ſit quid facti non præſumitur niſi probetur.*

17 *Confeßio cum qualitate emiſſa ſcinditur, vbi vigeat aliqua præſumptio contra qualitatem,*

18 *Partis appellatiane, media pars intelligitur.*

19 *Tutor cogi poteſt ad reddendum deſcripta in repertorio etiam ante redditam adminiſtrationis rationem.*

20 *Hæres tenetur diſſoluere æs alienum teſtatoris eſto etiam quod eius bona nõ ſint hypotheca affecta.*

21 *Hæres tenetur exonerare conſcientiam defuncti.*

22 *Actio tutelæ, & reddendæ rationis datur contra hæredem tutoris.*

23 *Hæredis bona cenſentur obligata, ſi defunctus illa nominatim obligauerit, & ĩ hæreditatem adiuerit ex magis cam. dec. ſent.*

24 *Exceptio & retentio facilius conceditur, quam actio.*

25 *Reſcriptum ſatis operari intelligitur ſi tollat dubitationem quæ inijci potuiſſet.*

26 *Reſcripta vbi de partis præiudicio agatur danda non ſunt niſi audita parte.*

27 *Compenſatio dicitur debiti, & crediti inuicem inter ſe cantributia, & idea nã datur ratione eius, quad ei nan debetur qui cannenitur, ſed alij, nec contra eum qui aliam repræſentat perſanam.*

28 *Fideicammiſſarius facta ab hærede reſtitutione, dicitur interim dominus, & ipſe loco hæredis eſt.*

29 *In fideicommiſſarium tranſeunt omnia iura tam actiua, quam paſſiua.*

30 *Fructus in reſtitutione fideicommiſſi non veniũt, aut repræſentata perſona debentur.*

31 *Creditum, & debitum, ſi in eadem perſona concurrant rectè compenſatio opponitur.*

32 *Ceßionaria rectè apponitur compenſatio debiti quad habet cedens.*

33 *Debiti & crediti cauſarum diuerſitas, compenſationem non impedit, ſed perſonarum varietas.*

34 *Compenſatia de ſpecie, ad quantitatem, dari non videtur.*

35 *Compenſatio de ſpecie ad quantitatem datur, vbi loco ſpeciei ſuccedit æſtimatia.*

36 *Aeſtimatio an & quando inducat emptionem, & venditionem.*

37 *In mora quis conſtituitur ſola interpellatione extra iudicium facta, quando quis tenetur iure actionis.*

38 *Interpellatio iudicialis, & tanto magis geminata conſtituit quem in mara.*

39 *Specie in repertorio deſcripta, vbi non reperiatur ſuccedit abligatia ad æſtimationem.*

40 *Aeſtimatio ſpeciei vbi facta ſit, & debitor ſpeciẽ non reſtituat, cenſetur ſe ad æſtimationem obligare.*

41 *Intereſſe debetur vbi quis teneatur aliquid præſtare iure actionis poſt interpellationem etiam extraiudicialem factam.*

42 *Tutoris & eius hæredis mara augetur, ſi petito rationis libros exhibere recuſauerit.*

43 *Compenſationis opponendæ gratia debitum & creditum dicitur liquidum ſi adſit publicum inſtrumentum.*

44 *Tutor rectè conueniri poteſt, ad id quod in repertoria faſſus eſt habere, nondum etiam reddita ratione.*

45 *Compenſatio eius quod intra breue tempus iudicis arbitrio poßit liquidum fieri, vel teſtibus, vel inſtrumentis rectè datur.*

CONSILIVM CCXXX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

DVm Petrus Franciſcus, Vicecomes coram D. Vicar. Iuſtitiæ in executione ſententię latæ ab olim Senatore Camillo Trotto electo à partibus arbitro peteret aduerſus Alexandrum Viſtarinum, & Lauiniam Vicecomitem coniuges executionem pro ſumma librarum vndecim mille ſexcentum, oppoſita fuit ab eiſdem coniugibus duplex compenſatio, vna ex perſona Caroli Vicecomitis, qui eiſdem ius cuiuſdam legati ceſſerat; altera pro credito æſtimationis iocalium magni valoris, quæ in repertorio hæreditatis, & bonorum Comitis Annibalis Vicecomitis, faſſa fuerat penes ſe habuiſſe Filiodora Vicecomes, mater ipſius Petri Franciſci, & tutrix, & curatrix quondam Ludouici patris, ipſius Lauiniæ, cuius bona adminiſtrauerat, & cuius Filiodoræ ipſe Petrus Franciſcus eſt hæres ex Cæſarea conſtitutione, titu. de acquiren. hæredita. cum agatur de dote in pecunia conſiſtente, & quæ intra annum non reperitur repudiata.

Quarum prima, ratione crediti ipſius Caroli Vicecomitis, admiſſa fuit duabus conformibus ſententijs, altera autem ab ipſo D. Vicario videtur tacite reiecta, dum ſtatuit terminum viginti dierum ad ſoluendum, & cum mirifice ſe inde læſos putent ijdem iugales rei conuenti appellarunt ab ipſa ordinatione; Verum pars aduerſa appellatione pendente via ſupplicationis recurrit ad Senatum Excellentiſs. petendo decerni, vt appellatione non obſtante executioni mittatur ea ordinatio, ſub prætextu, quod oppoſita compenſatio non ſit liquida, & agatur de executione ſententiæ arbitramentalis, & quod ex reſcripto Senatus Excellẽtiſs. decretum ſit, vt eandem ſententiam exequeretur iudex, non obſtantibus quibuſcunque exceptionibus tam deductis, quam deducendis ad impediendam executionem eiuſdem ſententiæ.

Verum enimuero his minime refragantibus, aduerſarius repulſam accipere debet.

Nam tam ex iure communi, quam ex ordinibus quibus vtitur Excellentiſs. Senatus, quoties poteſt habere locum appellatio, nunquam admittitur

1 mittitur ſupplicatio, quia vbi competit remediũ
ordinarium, ceſſat extraordinarium, l.in cauſa, ff.
de minoribus, Abbas, in cap. ex literis, num. 3. &
9. de reſtitu. in integrum, Maranta in ſuo Specu
lo, parte ſexta, in verbo, & quandoque appella-
tur ſecundo actu, principali, num. 13. fol. 485.

Et cum appellatio conſiderato ſtatu præſen-
ti pronunciatum, & omnem præſumptionem,
quæ ex eo ducitur extinguat, & ſpectaro futuro
2 euentu illud ſuſpendat, l. 1. in fine, ff. ad Senatuſ-
conſultum Turpillianum, c. venientes de iure iu-
rando, c. primo, de re iudicata, merito ea penden
te executioni demandari nequit, & quicquid cõ
3 tra fit, tanquam attentatum irritum eſt, vt fuſe
probat Lancellottus, tractat. attentatorum ap-
pellat. pendente, in præfatione, à num. 108. vſq;
ad num. 119.

Nec refragatur aſſertum reſcriptum remouẽs
omnes exceptiones. Primo, quia de eo cognoſce
tur in iudicio appellationis. Secundo huiuſmodi
verba etiam vniuerſalia ad habilitatem ſunt re-
4 ſtringẽda, glo. in verbo, vnuſquiſque, in l. prima.
C. de ſacroſanctis eccleſijs, Crauet. conſil. 3. nu-
me. 3. 11. & 12. & ideo intelliguntur excluſæ tan
5 tum exceptiones futiles, & friuolæ, ſecus ſi fue-
rint legitimæ, velut hæc eſt, Bart. in l. 1. §. & par-
ui, ff. quod vi aut clam, Marſ. conſil. 16. Additur
tertio huiuſmodi verborum amplitudine non cẽ
ſeri remotam compenſationem, quæ proprie nõ
6 dicitur exceprio, Oſaſcus deciſ. 92. num. 12. &
cum dediſſe intelligatur is, qui compenſat. l. de-
diſſe, ff. de verbor. ſignificat. tantum abeſt, vt hæc
compenſatio impediat executionem ſententiæ,
vt potius eam adiuuet, atque ideo non veniat in
regula excluſionis earum exceptionum, quæ tèn
dunt ad impediendam ſententiæ executionẽ, &
7 idcirco compenſatio datur aduerſus rem iudica-
tam, & in eius executione recte opponitur, l. 2.
C. de compenſ. Alexand. commun. dicit, in l. ſi
mulier, num. 5. ff. ſolut. matrim. Quarto nunquã
8 propterea ſublatum intelligitur iudicis officium,
Barto. ead. l. prima, §. & parui, ff. quod vi aut clã.
Felin. in cap. ex parte, el 2. num. 17. ff. de officio
delegati. Quinto ſublatæ intelliguntur exceptio
nes de quibus fuerit cognitum, vel quæ pendeãt
9 à deductis, non autem quæ in eo iudicio non fue
rint, glo. in verbo, quæſtionibus, in l. ſi de certa,
C. de tranſactio. Sexto cum iam binis conformi
bus, & concordibus ſententijs per D. Capitaneũ
& eius Vicarium iudicatum fuerit, compenſa-
10 tionem non proprie intelligi reiectam, tollitur
omnis dubitationis iniectus ſcrupulus propter
vim rei iudicatæ, Crauet. conſ. 79.

Non officit etiam dum negatur compenſatio
ea ratione, quia creditum reorum conuentorum
dicatur non liquidum, & de liquido ad id quod
nondum liquet, non detur compenſatio.

Quia imo conſtat illud liquidum eſſe, nã cer-
tum, liquidum, & manifeſtum illud dicitur, quod
11 apparet per inſtrumẽtum publicum, & iuratum,
& par eſt eius virtus, ſicut rei per ſententiam iu-
dicatæ, vt docet Bart. qui caſus ſententiæ, & in-
ſtrumenti æquiparat, in l. prima, ſub num. 8. ff.
de ope. no. nuntia. Dec. viden. conſil. 423. nu. 11.
& cõſ. 536. nu. 3. & cõſ. 682. nu. 1. Rurſus ſi liqui
di ad id quod non liquet, ſed tamen poſſit breui
12 temporis ſpatio iudicis arbitrio liquidum fieri,
datur compenſatio, vt notatur, in l. fin. C. de com
penſat. & ſenſit Bart. cuius autoritatem vix vn-
quam deſugio, in l. aufertur, §. qui compenſat. de
iure fiſci, Iaſ. in §. in bonæ fidei, Inſtitu. de actio-
nib. Afflictus deciſ. 121. & deciſ. 173. quanto ma
gis id concedetur in eo, quod ex inſtrumento li-
quidum eſt: additur præterea regula, quæ ha-
bet, vt compenſatio de liquido ad non liquidum
13 non fiat, non habere locum in debito confeſſio-
ne partis probando; & tanto magis ſi probatum
ſit publico inſtrumento, quale eſt hoc rei conuen
ti, vt declarat Socin. tract. fallentiarum, regula
61. num. 1. Menoch. de arbitrarijs iudicum caſu
14. Maſcard. tract. probat. in verbo, compẽſatio.
concluſ. 334.

Non obſtant etiam, quæ proponuntur exce-
ceptiones ad obſeruandum turbido quaſi motu,
& tempeſtate obiectum creditum, & Primo qua
tenus dicitur, quod tutrix æſtimationem factam
ex ordine Capitanei Iuſtitiæ non cenſeatur ap-
probaſſe, imo declarauiſſe, vt non comprehende
rẽtur in repertorio, quæ apud ipſum Capitaneũ
remanſerant, quia cum ſe referat ad prius illud
14 repertorium in quo continetur ipſa æſtimatio,
cenſetur illud approbauiſſe cum qualitate æſti-
mationis, quæ poſtea facta fuit à peritis ex do-
ctrina Bart. in l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. vbi &
Alexand. l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudicata, Tira-
quel. de legibus connub. in verbo, expreſſe. gl. 7.
num. 182. & 194. & quamuis confeſſa ſit illa om
nia quæ deſcripta erant in primo illo repertorio
habuiſſe, demptis conſumptis, attamen ſtandum
erit confeſſioni in modum regulæ emiſſę, niſi cõ-
15 ſumptionem probet, l. vltima, C. arbitrium tute-
læ, Barto. in l. tutor, qui repertorium, num. 13. &
14. ff. de adminiſtrat. tutor. conſumptio eſt enim
16 quid facti, quæ non præſumitur niſi probetur, vt
eſt glo. in l. creditor, §. ſi inter, in verbo, negetur,
ff. mandati, Bald. in l. ex perſona, num. 3. & 6. C.
de probat. Borgn. tract. de tutore, à num. 58. vſq;
ad numerum. 61. præterea tenue hoc argumen-
tandi filum facile rumpitur, & interciditur eo
fulgenti, radiantique ac radenti gladio, quod cũ
tutrix plenam notitiam habuerit prioris illius
inuentarij, ſi omnia clare, & diſtincte, vt teneba-
tur ex officij neceſſitate, nõ deſcripſit, ſibi impu
tet, ſuæque culpæ aſcribat; & cum contra eã hæc
17 vigeat præſumptio, ideo eius confeſſio, etiamſi
cum qualitate emiſſa eſſet, poſſet ſcindi, vt ſcili-
cet ſtetur confeſſioni quatenus dicit illa in hære
ditate inueniſſe; quatenus vero cõſumptum exci
pit, non ſtetur niſi probet, quod & quantum de-
ficiat, vt ſcribit Crauet. videndus conſil. 226. ſub
num. 8.

num.8.& conſil.931.num.10. & conſil.668.nu-
me.4.verſic.imò,& facit Clarus §.fin.quæſt.33.
verſic.forte poſſet. Rurſus cum tutrix ſimpliciter
pro parte fateatur iocalia habuiſſe, intelligitur
ſaltem dimidia pars ad eius manus perueniſſe,l.
18 nomen,§.portionis,ff.de verbor.ſignific. Bartol.
in l.2. C.quando & quibus quarta pars, lib.10.
Soc.conſil.215.num.4.parte 2.Felin.in cap.pa-
ſtoralis,num.8.de officio delegati,quę pars cum
tanti ſit valoris, vt longè multum tranſcendat
creditum ipſius Petri Franciſci actoris,eo magis
admittenda eſt compenſatio,quæ tantam habet
æquitatem,cum dolo faciat qui petit, quod reſti
tuere oportet eundem,& circuitus inutiles,& li-
tium anfractus, & infimæ radices,fimbriævè in
auaritiæ viſco inhæreſcentes,ad viuum ſint reſe
candę,nec propagandæ. ne earum malum lõgius
in ciuium perniciem ſerpat.

Non reſiſtit etiam dum dicitur in ipſo reper-
torio deſcripta eſſe & bona mobilia hæreditaria,
Com. Vittaliani, quæ fuerunt poſtea adiudica-
ta ipſi actori, & de quibus non tenetur redde-
re rationem, quia cum eorum omnium ſit habi-
ta ratio in ea ſententia & illa, vel eius æſtimatio
nem rei conuenti reſtituerint prætenſo fideicom
miſſario,conſequitur, vt tutrix illa omnia tenea-
tur reſtituere,& ea defuncta ad id rectè cogi poſ
ſit eius hæres, qui duplicem perſonam ſuſtinet,
ſcilicet fideicommiſſarij & tutricis.

Non aduerſatur etiam quod obijcitur iocalia,
quæ fuerunt apud Capitaneum repoſita,tutrici
non fuiſſe dimiſſa aut relaxata, quia ſatis abun-
de id probatur ex inſtrumento ſuæ confeſſionis,
in quo fatetur ea omnia,quæ in primo illo reper
torio deſcripta ſunt,in hæreditate reperiſſe,& cõ
ſequenter ad manus ſuas perueniſſe.

Nec mouere debet, vt minor nequeat ante
redditam rationem aliquid certi petere, quia id
non procedit reſpectu eorum, quæ faſſus eſt tu-
tor in repertorio penes ſe habuiſſe; item quando
tutore, vel eius hærede à minore aliquid peten-
te,vt hic,per modum compenſationis,quæ actio
ne fauorabilior eſt,id obijceretur,quod in reper
torio ſe debere faſſus eſt, quia cum id liquidũ ſit
19 compenſatio optime procedit, nec actor damnũ
proinde irreparabile accipit, quia vbi docuerit
poſtea aliquid legitimè conſumpſiſſe repetet.l.
ſtatuliber rationem,de ſtatuliberis, Bart.viden-
dus in l.inter tutores,num.4.ff.de adminiſ.& pe-
riculo tut.& in l.1.§.& parui, ff.quod vi aut clã,
Soc.ſen.conſ.24.n.36.li.1.& com.dicit Benintẽ
dus concl.90. Surd.deciſ.184. vbi teſtatur ita Se
natum Mantuę iudicaſſe,& id maxime procedit
cum à tutoris hærede libri ritè & rectè confecti
non exhibeãtur,licet ſępius petiti ſint, l.1.§.of-
ficio,ff.de tutelis,& ratio.diſtrahendis, Iaſ.conſi.
100.ſub n.5.li.4.& late tradit Borgn.eo.trac.de
tutore,n.58.& infra, Plot.in l.ſi quando.n.237.

Nec nocet vt bona Petri Franciſci tanquam
hæredis matris non veniant in obligatione eius
matris tutricis,quia hoc nihil eſt cum nunc hy-
pothecaria non agatur,ſed actor repellatur com
penſatione eius debiti, quod is debet tanquã hæ
res matris,cuius perſonam cum ſuſtineat, & vi-
20 ces gerat eius æs alienum diſſoluere tenetur,l.1.
& 2.C.de hæredita. action. & non poteſt contra
defuncti factũ venire,l.cũ à matre, C.de rei ven.
l.ex qua perſona.ff.de reg.iur. & tenetur exone-
21 rare, & expurgare eius conſcientiam,c.literis,de
raptorib.c.cum à nobis,de ſent.excom. Abb.in c.
nihil,de præſcript. & ideo contra eũ datur actio
tutelæ,& reddendæ rationi obligatur, l.1.§.pla-
22 nè,verſ.hanc rationem etiam, ff.de tutelis,& ra-
tio.diſtrahen.& toto tit. C.de hæredib.tutorum,
cum ex contractu, vel quaſi pendeat, §.non autẽ
omnes, Inſtit.de perpet. & tempor.actio.glo.in
verbo, ſcelere, verſ.ſi autem ex contractu, C.ex
delictis defunctorum. Rota Genuenſ.deciſ.203.
nu.2.præterea cum in repertorio tutrix in gene-
rali illa obligatione nominatim obligauerit etiã
hæredis bona, & hæres adeundo eam approba-
23 uerit obligationem, eius bona rectè hypothecæ
obnoxia cenſentur, vt diſtinguit Ale. in l.ſi hęre
dis ſeruus,nu.2.col.2.verſ.in ea.glo.ibi,l.ſi domi
nium, ff.de leg.1.cuius opinio eſt magis recepta
à Neguſantio mox referendo,nu.58. Adhæc vbi
cunque hæres ageret, vt hic,contra ſuum debito
rem ad auocãda aliqua bona ſua ipſius propria,
poſſet exceptione debiti ipſius defuncti repelli,
quia facilius datur retentio, & exceptio, quam
actio,vt declarat Bar.in l.rem alienam,num.14.
24 ff.de pign.actio. quem ſequitur Neguſantius ex
contrario allegatus,trac.pign.2.membro,2.par-
tis princip.num.57.verſ. & hoc.

Poſtremo nihil obeſt, vt reſcriptum Senatus
Excellẽ.tollens omnes exceptiones deductas, &
deducendas,inane quodammodo afficeretur,niſi
prouideretur, vt non obſtante interpoſita appel
latione à ſententia d. Vicarij,ea exequatur, quia
vt iam præmonuimus,pendente appellatione ni
hil noui fieri debet, toto tit.nihil noui pendente
interpoſita appellatione; Itẽ hęc nõ eſt exceptio
tendens ad impediendam executionẽ, vt reſcri-
ptum loquitur,cuius mens non fuit, vt ſuperius
cumulate probauimus cõpenſationem tollere,
quæ adeo fauorabilis eſt, vt ẽt qui iudicati con-
uenitur eam opponere poſſit,ea.l.2.C.de cõpen.
ſariſq; reſcriptum operatur, cũ tollat omnẽ dubi
rationem, quæ potuiſſet inijci ratione exceptio-
25 num deducẽdarum,quæ tñ à deductis penderent
Crauet.conſ.70.nu.29.& mehercle ad tollendas
oẽs diſputationes,quæ oriuntur ſuper obreptio-
ne & ſurreptione reſcriptorũ,meo iudicio danda
illa non eſſent quoties agitur de graui partiũ prę
iudicio,niſi parte audita;nã cum ſæpe,qui ſuppli
ces libellos principi offerunt,ſtent à mendacio,cõ
26 tra verum,& perbellè ita,& vafrè,ne dicam ma-
litiosè,rem explicant,atq; eam in animo princi-
pis,& in oculis conſpectuq; omnium exponant,
colorataq; oratione, ac adũbratis fictiſq; modo
æqui-

æquitatis, modo pietatis, ac iuſtitiæ argumẽtis, ſic eam perpolitè exornẽt, ſic eã magnificè exaggerent, vt nihil primo aſpectu æquius in ſcenam immitti poſſe videatur, vt petitio ipſa ſecũdũ eã, quæ proponũtur digna ſit, vt omnino exaudiatã, princeps hac egregia enarratione ad credendum ductus & deuictus, facilè toto capite ſupplicanti annuit. Verum enimuerò cũ multa poſtea expoſita fuiſſa doceãtur, quę vera nõ ſunt, & plurima omiſſa ſint, quæ veriſſima erãt, vbi pars datũ hoc eſſe contra eã reſcriptũ intelligit, ſtatim fremens, & furens apud iudicem conqueritur Principẽ circũuentum fuiſſe, & reſcriptum inane effici tanq̃ obreptum falſi narratione, & ſurreptum veri taciturnitate, quæ eſt falſitatis ſpecies; nã qui verũ tacet, falſum committit. l. Paulus, & l. qui teſtũ, C. ad leg. Corn. de falſ. aitq; eam reſcripto ineſſe conditionem, ſi preces comitem habeant veritatem; & cum optimus Princeps (qui omnibus ſubuenire laborat) ſæpe dubitet ne decipiatur reſcripto, addit cõditiones ad eius decretum ſuſtinẽdũ, vel rationes, cur ita iuſſerit, adiungit, vt oſtendat iure, & non gratia, aut iniuria ad ita reſcribendũ adductum fuiſſe, & licet in ſentẽtia inſulſum exiſtimetur rationem à iudice exprimi, niſi vbi à iure id pręcipiatur, ne ratione confutata, ſententia ipſa improbetur, & refutetur, atq; tanq̃ ſublato fundamento ruat, vt inquit Bal. appellãs fatuos eos iudices, qui in ſententiis cauſas inſerunt, in l. qui teſtamento, col. fi. verſ. vltimo noto, ff. de excuſ. tut. addens tunc ſententiam ex alia cauſa nõ ſuſtineri niſi appelletur; quia tunc appellationis iudex ſupplere poterit; Attamen ſæpe Princeps vel Senatus, qui eius vices ſuſtinet, reſcripto, rationes quibus motus ſit, addit, putãs iuſtitię magis conſultum iri ſi cauſis quibus impulſus fuit non vigentibus reſcriptũ robur, & vires amittat, hocq; ipſum occaſionem hãc præbet multarum diſputationũ, & plurimarum litium, quę ſine magna opera, & impenſa expleri nequeunt; demũq; corã inferioribus iudicib. re in longũ protracta, & diu acerrimè diſputata, tandem ad eiuſdẽ principis ſacrum tribunal, quod à principio ſine tãta partiũ iactura, & moleſtia fieri poterat, precibus, & mutuis rñſis defertur, & humillimè exoratur, vt is vtraq; parte audita, & veritate cognita, pro iuſtitia iam tandem defatigatis, & defeſſis longo labore, & itinere diſputationis, litigatorib. prouideat. Quare cũ ab his reſcriptis, nõ audita parte datis velut à quodã fonte, & ſeminario, litiũ riuuli ducantur multarũ permoleſtarũ cõcertationũ, ac maximarũ impenſarũ, huic pernicioſo morbo ſalutaris meo iudicio, adhiberetur medicina, ſi Senatuſconſ. fieret, vt exceptis his, quæ celeritatem aliquã ſingularẽ deſiderant; vel de forma cõcedi cõſueuerũt, nihil concedatur, vbi de alterius pręiudicio agi poſſe videatur, niſi eo cuius intereſt, audito; ſic fiet vt redundans illa copia tot reſcriptorũ ſæpe inuicẽ aduerſantiũ, tot ſurreptionum & obreptionũ, tot grauiũ impẽſarũ, & moleſtarũ diſceptationũ, quæ quotidie in palatijs, & iudicũ ſubſellijs volitat, reprimatur cum maximo reipublicæ cõmodo, & reſcribentis decore, & reſcriptorum firmitate, & cõſtantia, quæ eſt iuſtitiæ pars potiſſima; & cũ libello dato ſupplicans in precib. veritatẽ non adijcit, nedum nõ debet ſubſcriptione vti, imo vt cæteris ſit exemplo, pęnam l. Cornelię ſufferre. l. ſi quis, ff. ad leg. Corn. de falſ. eaq; omnino eſt repetenda, cũ valdè indignũ facinus ſit coram Principe maximè ad alterius præiudicium mẽtiri, & eum ipſum quem vereri, & venerari debemus, mendacio fallere, cui cum dolus inſit, dignum eſt, vt tantum ſcelus pęna coerceatur & cohibeatur, atq; ab omni lapſu tanta temeritas formidine pœnæ contineatur.

Cũ itaq; pars aduerſa ſi ius fouebit, illud obtinere facilè poſſit à iudice appellationis, & agatur non de impediẽda ſnię arbitri executione, ſed de ea magis adiuuanda, medio, & ope cõpenſationis æquè liquidę, & q̃ tanta nititur æquitate, rogant rei conuenti Excell. Senatũ, vt nihil aliud decernere velit, niſi quod partes vtantur iurib. ſuis, vel deligere aliquẽ ex eiſdẽ prudentibus, & cõſultiſſimis Senatorib. qui negotium intelligat, & prouideat, prout ei conueniẽs videbitur, cũ ipſis coniugib. valde durũ, & iniquũ videatur, vt ſoluere debeant, quod mox conſtat eoſdẽ iuſtitiæ præſidio munitos fore repertiuros, & quia appellatiõe poſtea ab eodẽ ampliſſimo ordine cõceſſa, nõnullæ afferuntur dubitationes, ad declinandam, & effugiendam iam adductam deciſ. Benintendi concl. 90. & Surdi deciſ. 184. præter iam adducta, quò magis veritatis lux fugatis omnibus nubibus clariſſima vndiq; eluceat, ſpeciatim rñdẽdum duxi.

Ad primam itaq; dicitur cõpenſationem, cũ
27 ſit debiti, & crediti inuicem inter ſe contributio,
l. 1. ff. de compenſ. non dari eius quod nõ ei debetur, qui conuenitur, ſed alij. l. eo. tit. & ideo perſonæ, quæ alterius vicem ſuſtinet, & quæ alium repreſentet, rectè non obijcitur proprium ipſius debitum, cum actus mandanti tribuatur, & diuerſæ ſint perſonæ, & eadem perſona in debito, & credito non repreſentetur, vt dicitur de ſocio nomine ſocietatis; de tutore nomine pupilli, de quouis adminiſtratore, vel procuratore nomine domini agentibus, vt præter excitatos fusè etiam proſequitur Tindarus trac. de compenſa. art. 7. à nu. 6. vſq; ad num. 10. Verum cum ipſe Petrus Franciſcus licet agat tãquam fideicommiſſarius, non ideò tamẽ dicatur agere nomine perſonę repreſentatę, ſed ſuę ipſius proprię; tũ quia fideicõmiſſarius facta ei ab hęrede reſtitutione, dr̃ interim
28 rim dñs, quia & ipſe loco hęredis eſt. l. poſtulãre,
& l. qui quadringẽta, ff. ad Treb. l. ante reſtiturã, ff. de ſolut. & omnia iura tã actionis, q̃ exceptio-
29 nis, & tã actiua q̃ paſſiua in eum tranſeunt. l. j. in
prin. & l. facta, & l. reſtituta, ff. eo. Corn. conſ. 79. ſub nume. 1. vol. 1. tum etiam quia quod nunc ipſe petit, poſtulat tanquam ſuum [illegible] proprium, cum hæc ſumma ſibi ſit adiudicata ratione

fructuum qui ſunt proprij fideicommiſſarij, nec
30 in reſtitutione fideicommiſſi veniunt, aut reprę-
ſentatæ perſonæ debentur, vt eſt text.clarus, in
l.in fideicommiſſariam, vbi fuſè poſt alios Ripē-
ſis, ff.ad Trebell.& Prætus tract.de interpret.vlr.
volunt.lib.3. fol.2. fol.347.nu.1. & ſic cum hoc
ſuum ſit ipſius creditum, nec ad eum vti aliam
ſeparatam perſonam repræſentatam ſpectet, re-
31 ctè opponitur ſui ipſius debiti compenſatio, vt in
quit I.C.in l.in rem ſuam, ff.de procurat. & l.ſi
conſtat, C.de compenſat. & l.etiam quæ loqui-
tur in fideicommiſ. C. eod.& probāt alia iura &
exempla relata à Tindaro vbi ſupra, artic.7.ſub
num.4. vbi ex com. opinione firmat ceſſionario
32 licet repræſentet cedentem, tamen cum ipſe ſit
dominus effectus, rectè opponi compenſationē,
quia tunc non dicitur omnino alius, vt declarat,
gl.in l.eius, C.de compenſ.nec diuerſitas aut va-
rietas cauſarum debiti, & crediti, ſed perſonarū
quæ in hoc caſu non eſt, impedit compenſatio-
nem, l.2.ff.de compenſ.l.fin.C.eod.§.in bonæ fi-
dei vbi Iaſ.num.77. Inſtit.de actio.& late tradit
Tindarus relato tractatu de compenſ.art.5.n.9.

Ad ſecundum Reſpondetur quamuis de ſpe-
cie ad quantitatem non videatur dari compenſa
tio, quia vnum pro alio inuito creditore ſolui nō
34 poteſt, vt præter excitatos autores cōfirmat Tin
dar.relato trac.de compenſ.art.3.nu.3.attamen
35 id non procedit vbi loco ſpeciei debetur, vel ſuc-
cedat æſtimatio, text.eſt egregius in l.ſi propter
fructus, C.de compenſ.& declarat Iaſ.in §.in bo
næ fidei, nu.66.Inſt.de actio.idem Tind.excitato
tractatu, art.3.num.5.

Nec huic reſponſioni reſiſtit quod æſtimatio
36 non ſit facta ad inducendam emptionem & ven
ditionem, ſed ad demonſtrandū valorem, l.ſi æ-
ſtimatis reb.ff.ſol.matr. Maſca.de proba.conclu.
664.nu.15.& infra, & dixi ego conſ.41.nu.2.7.
& 14.quia replicatur æſtimationem in dubio fa
cere ſemper emptionē, & venditionem, & cum
hic non doceatur alia ratione factam fuiſſe, regu
læ adhærebimus, quam cōi aſſenſu receptam af-
firmat Maſ.ea.concl.664.nu.1.præterea dr̄ cum
ſæpius Petrus frāciſcus fuerit in iudicio interpel
latus ad reſtituendum, dr̄ in mora conſtitutus; &
ſi qn̄ quis tenetur iure actionis & non ſolo iudi-
cis officio, vt tenetur tutrix, in mora is conſtitui-
37 tur ſola interpellatione ēt extra iudicium facta,
vt magis com.dicit Iaſ.in l.ſi ex legati cauſa, nu.
15.ff.de verb.oblig.quanto magis id dicemus in
38 iudiciali interpellatione, & quidē geminata, vt
tradit Bauerius trac.de mora, nu.1.Præſes Me-
noch.de arbi.iud.caſu 220.nu.25. & 26.& pro-
pterea cū ſpecies in repertorio deſcriptæ, vt ſub
iuramenti religione promiſſum fuit ſolēni inter-
poſita ſtipulatione reſtitutæ non fuerint, & pars
aduerſa cōtumax & moroſa in eis reſtituēdis fue
39 rit, merito ſuccedit obligatio ad æſtimationē, vt
probat in his terminis clariſſimus tex. in ead.l.ſi
propter fructus, C.de cōpenſ. & notatur ead.l.ſi
ex legati cauſa, ff.de verb.oblig.nā vbicunq; fa-
cta ſit æſtimatio, & debitor poſſit vtcunq; reſti-
tuere, ſi rē nō reſtituit cēſet æſtimationē eligere, 40
& ad eā ſe obligare, l.plerūq; §.ſi.ff.de iur.dot.l.ſi
fundus, ff.de fun.dot. Caſtr.in l.ſi æſtimatis, in ſi.
ff.ſol.mat.& dixi ego, eo.conſ.41. per totū. Alba
conſ.136. nu.12. & id tanto magis eſt ſine diffi-
cultate recipiendū, cum ipſi coniuges quib.reſti-
tutio eſt facienda, contententur æſtimationē ha-
bere, & cū agatur de eo quod debetur iure actio-
nis, & ex obligatione, non aūt ex ſimplici iudicis
officio ſola mora per interpellationē ēt extraiu-
dicialē allata, abſq; alia iudicis declaratione, vel
præcepto facit, vt debeatur æſtimatio, & intereſ 41
ſe; vt cū Bar. cōi ſent.diſtinguūt interpretes, in l.
vbi exigitur, §.is aūt, ff.de edēd.l.cū poſtulaſſem,
ff.de dam.infec. Bauerius, eo. trac.de mora, nu.
19.& 20.Tiraq.de retrac. conuent.§.4. gl.6.nu.
39.& eiuſdē hæredis tutricis mora augetur, cum
libros licet ſępius petitos nunquā exhibere volue 42
rit, l.1.§.officit, ff.de tut.& rat.diſtrahē. Iaſ.conſ.
100.ſub nu.5.lib.4.late Borg.trac.de tut.nu.58.
& poſtquā obiecta cōpenſatio oritur ex publico
inſtrumento, & iurato, & ꝙ executionē paratam
habet, & ꝙ ſnīæ comparatur, maxime ad effectū 43
de quo agimus, vt ſcilicet debitū aut creditū li-
quidū dicatur, vnde cōpenſatio legitimè oppona
tur, atq; rectè fieri poſſit, vt docet Bar. in l.1.ſub
nu.8.ff.de ope.nou.nun. Dec. cōſ.423. nu.11.&
conſ.536.nu.3. Alba cōſ.739.nu.7.non eſt expe-
ctanda alia iudicis iuſſio aut declaratio, aliàs irri
ta, & inanis efficeretur cōis illa concluſio, quā fir
mant Benin.& Surd.& quā merito admittit gra
uiſſimus iudex, quę eſt, vt tutor poſſit cōueniri ad 44
id ꝙ in repertorio faſſus eſt habere, nondū ēt red-
dita rōne; quia ſi opus eſſet ſnīam qua ad id con
dēnetur expectare, ſequeretur, vt antea cōueniri
nequiret. Rurſus ea.l.ſi. C.de cōpenſ.cōpenſatio
nē admittit ipſo iure ex oīb.actionib. modo cā ſit
liquida, nō tm̄ ſnīa, ſed aliter quomodocunq; qđ
ſatis probatur ex illis legis verbis, penè conuicta,
quia qn̄ adeſt res iudicata dr̄ pars non pene, ſed
plene cōuicta, ita vt dicere cogat̄ debeo, fateor,
vincor; imò eadē lex cōcedit cōpenſationē eius, ꝙ
intra breue tēporis ſpatiū iudicis arbitrio poſſit 45
liquidū fieri, vel teſtib. vel inſtrumētis, vel aliter,
vt fuſè ēt proſequitur pręſes Menoc. de arbi.iu-
dic.caſu 14. ergo tāto magis ea dabit̄, quæ ex pu
blico manat inſtrumento, qđ ſnīæ cōparatur, qđ
paratā habet executionē, & qđ rē manifeſtiſſimā
facit, & ex his arbitror cumulatè ſatisfactū fuiſſe
oīb. iniectis dubitationib. q̄ quouis mō impedire
iudiciū poſsēt, aut animū iudicis diuerſe trahere.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO PROSPERO ORRIGONO.

ARGVMENTA.

In conſtitutione cenſus ſi pecunia non

nume-

numeretur an ſufficiat ſi re ipſa paulo poſt perſoluatur.

Principis declaratio an ad ipſius legis tempus referatur, & an tertium afficiat.

Cenſus an conſtitui poſſit ſuper fundo valde excedente eius redditum.

SVMMAE RERVM.

1 *Interpretari eius eſt, cuius eſt condere.*
2 *In monetam tondentes, vel adulterantes.*
3 *Declarationi principis ſtatur ſuper verbis legum dubijs etiam in tertij præiudicium.*
4 *Declaratio non dicitur noua diſpoſitio, ſed potius explicatio eius quod tacite inerat.*
5 *Declaratio trahitur ad tẽpus factæ diſpoſitionis.*
6 *Cõfirmatio actus nulli nõ valet niſi prout ex nũc.*
7 *Cenſus ſuſtinetur etiamſi pecunia præſens non ſoluatur, ſed paulo poſt.*
8 *Qualitatem ſicut, & conditionem impleri quoad effectum ſatis eſſe videtur.*
9 *Confirmatio retrotrahi videtur ad tempus confirmati actus.*
10 *Confirmatio alicuius actus afficit tertium non reclamantem.*
11 *Confirmatio alicuius actus non afficit fideiuſſorẽ de quo non ſit facta mentio.*
12 *Confeſſio generalis omnes comprehendit, qui ſub ea contineri poſſint.*
13 *Realis diſpoſitio omnes comprehendit ad quos res ipſa peruenit.*
14 *Principalis is cenſetur cuius contemplatione actus geritur.*
15 *Probatio contra vnum ex correis facta alterum obſtringit.*
16 *Perſona cuius cauſa actus geritur eſt inſpicienda.*
17 *Aequitas in omnibus quidem, maxime in iure eſt ſpectanda.*
18 *Qualitas vno plura reſpiciens determinabilia debet illa æqualiter determinare.*
19 *Relatio debet fieri ad id quod principaliter in diſpoſitione continetur.*
20 *Ad vſurarium contractum arguendum plurimum poteſt modicitas pretij.*
21 *Cenſuario valde graue & oneroſum eſt plura bona oneri cenſus ſubijcere, quam par ſit.*
22 *Cenſus debet conſtitui ſuper re immobili, quæ tantũ redditus afferat, quantũ capit annuus cẽſus.*
23 *Opinio quæ animæ eſt tutior, maxime in materia peccati eſt tenenda.*

CONSILIVM CCXXXI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CVm eius ſit interpretari cuius eſt cõdere, l.fin.§.ſi enim, C.de legibus.l. in prætorijs, ff.de prætorijs ſtipulat. clemen.1. de probat. merito ad tollendum omnem dubitationis ſcrupulũ, qui inijci poterat aduerſus cenſum acquiſitũ ab olim Venerando Scalenſi Canonico Camillo Orrigono; ea colorata ratione, quod non fuiſſet numerata pecunia tempore confecti inſtrumenti, prout deſiderare videtur diploma, ſeu bulla pontificia ſanctiſſimæ memoriæ Pij Quinti, confugerunt hæredes ipſius Camilli ad Summum Pontificem qui declarauit hoc minime obeſſe conſtito legitime de vera numeratione ipſarum pecuniarum, quæ ſunt potiſſima pars ipſius contractus, ſicut etiam cuiuſque rei neruus, & decet, vt numerentur ex bona fide in bona moneta integra, & minime contaminata, etenim, vt eleganter tradit I.C. in l.prima, ff.de contrahen. emption. Origo emendi, & vendendi à permutatione cæpit; nam cum id quod tibi ſupererat mihi deeſſet inuicem permutabamus, ſed quia non ſemper nec facile concurrebat, vt cum tu haberes quod
2 ego deſiderarem, inuicem haberem quod tu acciperre velles, ita exigente hominum neceſſitate electa fuit materia aurea, argentea, & ærea, cuius publica, & perpetua æſtimatio difficultatibus permutationum æqualitate quantitatis ſubueniret, eaque materia forma publica percuſſa vſum dominiumque non tam ex ſubſtantia præbet, quam ex quantitate, impreſſaque fuit Principis imago, ad iuriſdictionis, & probitatis, & diſtinctionis monetæ fidem; & cum vt ait Ariſtot. lib. quinto ethicorum, hoc fuit legis inuentum, quaſi inopiæ, & indigentiæ præſidio futurum, ob eam cauſam nummi nomen duxit, quod non à natura, ſed à νόμῳ, id eſt lege, o in u commutato nummus ſit ortus, in nobiſque id ſit, vt mutetur reddaturque inutilis, nam antea vnuſquiſque ſecundum neceſſitatem temporum ac rerum, vtilibus inutilia permutabat, nummus igitur tanquam norma, & regula, res apte cum dimenſus eſt, inter ſe tunc adæquat, eaſque ad paritatem traducit, & propterea Accurſius eadem, l. prima, ff.de contrahen. emptio. in verbo, præbet, notat ex duobus vtilitatem præbere ſui vſus ac dominij, tum ex ſubſtantia, quia tantum valet argenti nummus ſignatus quantum tantundem in maſſa, tum ex quantitate, quia per nummum fit æqualitas in quantitate, & ſic ex hac apta rerum inter ſe menſura, & compoſitione ac pondere, gignitur iuſtitia, quæ cuique, quod ſuum eſt iuſtis librarum ponderibus tribuit; vnde cum iuſtus is dicatur, qui ius conſeruat, iniuſtus autem, qui migrat; equidem periniquus eſt latrunculus, is, qui Dei, & Principis Maieſtate contempta, ad tonſoris exemplum vſque ad viuam cutem barbam radentis, publicam monetam tondet, & regiam inſcriptionem, & effigiem corradit, & illiteratus, vt literatus euadat, literas vorat, & quod grauius eſt, fallaciter boni argenti naturam imitando, nummos falſis Metallis, & aſſimilatis impreſſionibus adulterat, adulte-

tinoſque pro bonis nummis erogatad exemplum corruptoris alienæ coniugis, qui veritatem mendacio contaminans, alienam familiam adulterina prole inquinat. & ſuam ſtirpem alienæ arbori inſerit, atque; mariti ære, & ſudore; ſuam ipſius adulterinam ſobolem alit, quare cum hæc falſa, & corrupta, atq; diminuta pecunia de manu in manus delapſa, & traiecta, repẽte in omnem ciuitatem ſparſa cõſpiciatur, & numeretur, paſſimq́ue detur, & recipiatur, non ſine graui Reipublicæ detrimento & commerciorũ iactura, merito ad tantam deteſtabilis huius ſceleris temeritatem coercendam, leg. Cornelia hi nefarij homines qui nummos partim raſerint, partim tinxerint; vel finxerint, vel in aurum, argentumvè vitij quid addiderint, quivè adulterinos conflauerint nummos, falſi crimine teneri voluit, & ad beſtias dari, ſupremoque ſupplicio affici iuſſit, l. quicunque, & l. ſeq. ff. ad leg. Corneliam, de falſis, noſtra autem Cæſarea conſtitutio, tit. de pœ. §. eo. in foto cõburi decreuit, vt in eo in quo deliquerunt pœnas ſuſtinerent; & vt admiſſa in igne maleficij turpitudo & fœditas, ardore flammæ conflagrata, & incendio exuſta expurgaretur, & ſicut ad hanc peſtiferam, & impuram luem propellendam, laudare ſatis non poſſum ſalutares leges, & proclamationes, quibus cuiuſq; monetæ, ex peritorum iudicio, & ex temporum qualitate bonitas, & valor indicitur, & ſub grauiſſimis pœnis interdicitur ne pecunia iniuſti ponderis, aut alterius vitij aſſeruetur aut erogetur, ſed inciſa fundatur, & in meliorem formam redigatur, ita etiam ſatis nequeo vituperare eiuſdẽ vitioſæ pecuniæ vſũ & abuſum, & legis cõtemptũ atque corruptelam malæ conſuetudinis, qua eadem calamitas remotata longius ſerpit atque progreditur, & qua homines propter hanc immenſam pecuniæ, ac iniuſti lucri cupiditatem, multis, & magnis incommodis conflictantur; lex igitur publicam ob vtilitatem facta, vt decet, firma, & ſtabilis ſit; nã inde fiet, vt ſeruata iuſtitiæ lege, vbique bona appareat, & adnumeretur moneta, & morbus hic familiaris deprauatæ pecuniæ vſus, longè procul à finibus noſtrę prouinciæ depellatur, & arceatur; nec pereat legis virtus ſenſim labefactata ſubditorum malitia, Principisvè, & Magiſtratus incuria, aut miniſtrorum perfidia; cum valde indecorum, & pernicioſum ſit, vt legis conſtantia hoc pacto ludibrio habeatur, & vix orta, ſtatim, & paulo poſt occidat, & ſimul concidat publica vtilitas ob quam promulgata fuit, & in quam oculi, & ora Principum debent eſſe conuerſa reliquis poſthabitis; ſed vt iam ad texendam telam, quam orditus ſum redeam, cum Summus Pontifex in præſenti hac noſtra ſpecie intellexerit poſtea ad obulum vſque, & in bona pecunia integrum pretiũ ſolutum fuiſſe, merito emptionem, & inſtrumentum ſuperinde confectum confirmauit, & approbauit in ampla forma; & eius declaratione cum

3 ſit ſuper re dubia, ſtandum eſt omnino in præiu-
dicium etiam cuiuſcunque tertij; nam maxime
ſemper facere debemus hoc tantum iudicium,
vt explicant loquẽtes de Summo Pontifice, An-
gel. videndus conſil. 274. Dec. conſil. 51. ſub nu-
me. 3. circa finem, verſic. & quando aliqua dubi-
tatio, & conſil. 114. num. 5. verſic. ad abundantẽ
tamen cautelam, & conſil. 229. num. 4. & conſil.
187. ſub num. 4. verſic. nec obſtat quod Docto-
res, Iaſ. conſil. 128. num. 6. lib. 4. nam hæc non di
citur noua diſpoſitio, ſed potius declaratio eius
4 quod tacite inerat, qui enim declarat, noui nihil
facit, ſed iam factum aperit, & rem inuolutam
& latentem diffiniendo explicat, l. hæredes pa-
lam, §. ſed ſi notam, ff. de teſtament. l. aſſe toto,
ff. de hæred. inſtituen. Dec. in l. edita, num. 47.
C. de edendo, & idcirco declaratio trahitur retro
5 ad tempus factæ diſpoſitionis, vt ſingulariter do
cet Caſtrenſ. videndus in ea. l. hæredes palam, §.
ſi quid, col. 1. verſic. item nota ex hoc quod de-
claratio, ff. de teſtament. Roman. conſil. 45. in
princip. quorum ſententiam approbat, & laudat
Gabriel lib. commun. de regulis iuris, concluſ. 3.
num. 9. vnde ſicut prima diſpoſitio afficit, & ligat
ipſum fideiuſſorem, ita etiam ipſius declaratio,
Marſilius in rubrica de fideiuſſoribus, numero
348.

Nec aduerſatur, vt confirmatio actus nulli non roboret, & (vt aiunt) validet, niſi prout ex nunc Decius in rubr. de confirmat. vtili vel inutili, num. 4. & in cap. vltimo, num. 56. de conſtitutionibus, & ideo fideiuſſor ex hoc nouo contractu non ſit obligatus, Bartol. in l. Labeo, §. per fideiuſſorem. de receptis arbitris.

Quia reſpondetur contractum cenſus à principio non fuiſſe omnino nullum, aut inutilem, nam Summus ille Pontifex Pius Quintus deſiderauit veritatem numerationis pecunię ad fraudes remouendas, vnde cum in caſu noſtro adſit veritas iſtius numerationis, ſatisfactum cumulatè cenſetur eius piæ ac ſanctæ voluntati, & primæ eius rationi, quæ fuit tollendi fraudes; quæ facile adhiberi poterant ſi hæc veritas numerationis defeciſſet, & quamuis in actu celebrationis inſtrumenti numeratio requireretur, & non prius, attamen non negat, nec excludit omnino bulla caſum noſtrum, ſcilicet numerationem pecuniæ poſt, coram ijſdem teſtibus, & notario factã; maximè cum in ipſo cenſus inſtrumento actum ſit de numeranda pecunia in ciuitate Mediolani, & cum promiſſa cumulate perficiantur, nihil aut parum refert an iam paulo poſt tempus perficiantur, & cum ipſi contrahentes intenderint contrahere ad præſcriptam formam ipſius bullæ, & non aliter, nec alio modo, &c. videntur contractum ſuſpendiſſe vſq; ad tempus numerationis, & eo tempore illum repetijſſe, tuncq; perfectionem, & abſolutionem illũ recepiſſe, ſemper preſente ipſo Lupino fideiuſſore, ſeu potius principali, & cum verſemur in

mare-

Google

materia peccati, an ſcilicet contractus ſit licitus,
necne; meritò veritas ipſa ante oculos haberi de
bet, prout eam ſolam ſpectari cenſuit Summus
Pontifex in eius confirmatione, ſeu declaratio-
7 ne, dum dixit, quatenus conſtito de reali nume-
ratione; & in terminis explicat Nauarrus in ſuo
commentariolo de vſuris, numero 88. verſicu.
lo, eſt tamen quæſtio quotidiana. & ſatis eſt,
quod deſiderata à bulla qualitas impleatur,
quod ad ipſum effectum pertinet, & ad ipſam
principalem cauſam, excludentem fraudes, ſci-
licet numerationis veritatem, l. mulier, ad Tre-
8 bellianum, Baldus in l. ſi mater, num. 9. C. de in-
ſtitut. & ſubſtitut. Ruin. conſil. 55. num. 7. vol. 1.
Alexand. conſil. 100. nume. 4. Crauet. videndus
conſil. 59. num. 5. lib. 3. C. de inſtit. & ſubſtitu. fa
cit Tiraquell. trac. ceſſante cauſa, limita. 1. nu. 6.
& propterea cum contractus non poſſit à princi-
pio omnino dici nullus, aut inutilis, ſed tantum
dubius, non re ipſa, ſed aduerſantis nimia ſubti-
litate, ne dicam calumnia, ad abundantem caute
lam, & ad litium radices funditus euellendas ob
tenta fuit ea declaratio, & confirmatio à Sum-
mo Pontifice, quæ retrotrahitur ad tempus con-
9 firmati actus, quod ſpectandum eſt ex notabili
diſtinctione Bartoli in l. obſeruare, num. 4. ff. de
officio proconſulis. Crauet. omnino videndi cōſ.
958. num. 51. & conſi. 976. num. 38. & conſ. 674.
num. 16. quæ contra afferuntur, procedunt vbi
ageretur de confirmatione actus, qui omnino eſ-
ſet inutilis. Præterea cum ipſemet aduerſarius ta
cuerit, & non reclamauerit aduerſus hanc Pon-
tificiam declarationem; imo ea vſus ſit contra
hæredes Beccariæ correos, & eam propalam,
& expreſsè multifariam, multiſque modis ap-
probauerit, nedum factis, ſed facto, quatenus ob-
tinuit declarationem releuationis, & executio-
nem contra memoratos Beccarias, vt ex ipſis a-
ctis apparet, quæ legantur; equidem nunc non
eſt audiendus ad impugnandam Pontificiam de
clarationem, quam toties ipſemet approbauit;
10 & quæ facta intelligitur etiam in præiudicium
tertij non reclamantis; vt in puncto egregiè in-
fert Decius videndus in cap. ſuper eo, num. 8. de
officio delegati, §. ſemel autem, in Inſtitu. quibus
ex cauſis manumittere, &c.

Nec officit, quod ipſa confirmatio non poſſit
11 afficere fideiuſſorem, de quo non eſt facta men-
tio in ipſo Pontificio reſcripto, Bal. in l. 1. nu. 3.
C. de diuerſ. reſcript.

Quia reſpondetur id non procedere in decla-
ratione actus dubij, & eius confirmatione, qualis
eſt hæc noſtra, quæ retrotrahitur etiam in tertij
præiudicium ad tempus actus confirmati, vt ſu-
perius ex communi Doctorum ſententia confir-
mauimus; & clarè ſenſit Summus Pontifex in
eius declaratione.

Secundo, quando confirmatio fuit ab ipſo ter
tio, & fideiuſſore comprobata. Tertio quando cō
ceſſio eſſet limitata ad perſonam principalis, ſe-
cus ſi fuerit in re ſcripta, ſeu realis, prout fuit hec
12 noſtra; quia tunc omnes afficiuntur, qui ſub eius
generali ſermone comprehendi poſſent, vt tra-
dit Iaſon in eadem l. 1. num. 6. C. de diuerſis re-
ſcriptis. Baldus in l. finali, num. 1. C. ad Macedo
nianum. facit optimè Decius conſil. 262. num. 4.
13 firmans realem diſpoſitionem omnes complecti,
& cum quæſtio eſſet ſuper re, non autem ſuper
perſonis, non opus fuit mentionem de fideiuſ-
ſore facere, & ſi facta fuiſſet, non propterea Sum
mus Pontifex ſe abſtinuiſſet, aut continuiſſet,
vel ſe difficiliorem præſtitiſſet in eo dando reſcri
pto. cap. ſuper literis, cap. poſtulaſti, de reſcript.
cap. dudum, de elec.

Quarto, cum ipſe fideiuſſor in ſolidum ſe obli
gauerit, & quod maximum videtur eius perfidię
argumentum, pecuniæ partem maiorem ipſemet
habuerit, fueritque eius principali contemplatio
14 ne, & impulſu (vt aperta eius confeſſione publi-
co iuramento teſtata probatur) ipſe cenſus crea-
tus, & conſtitutus, pro principali correo eſt ha-
bendus, vt inquiunt Bal. in l. ſi prædium, num. 5.
C. de iure dotium. Tiraquel. de legib. connubio.
gl. 4. num. 14. Narta conſ. 52. & conſ. 261. Fran-
cus deciſ. 400. num. 2. par. 2. atq; prouiſio contra
15 vnum ex correis obtenta, alterum obſtringit, &
obſtrictum tenet. Barto. & Ronchegallus in l. ex
duobus, ff. de duobus reis. Crauet. conſ. 91. nu. 6.
qui ait maximè ſpectandam eſſe perſonam, cuius
16 contemplatione, & cauſa actus geritur, & ad quē
potiſſimum negotium ſpectet. Facit Alex. in l. ſę
pe, num. 16. & 17. & 82. ff. de re iudicata, firmans
ſententiam contra principalem latam afficere
etiam fideiuſſorem, maximè citatum, prout cita
tus fuit ipſe Lupinus, quando facta fuit confir-
matio à Vicario Epiſcopali Papienſi in execu-
tione Pontificij diplomatis.

Quare cum huic Lupino omnis veritas, & bo
na fides, quæ in rebus creditis ſtabilis eſſe debet
aduerſaretur; & hinc pugnet iurata fides, illinc
fraudatio, lectiſſimus Senator Rouidius velut
æquitatis, & iuſtitiæ cultor, grauiſſimi Senatoris
Galeatij Vicecomitis ſincerum, & rectum iudi-
cium confirmabit: & hunc vt mihi proponitur
nimium litigioſum hominem repellet, nec pa-
tietur, vt is bonus Lupinus cum alterius iactu-
ra locupletior factus, quaſi rapax lupus, quod re-
ſipiſcentem facturum non puto, ad ſe conuer-
tat, & rapiat cenſum Orrigonis, omni iure de-
bitum, & ſub iuramenti religione promiſſum,
cum in omnibus quidem, maximè in iure, æqui-
17 tas ſpectanda ſit. l. in omnibus, ff. de regu. iur.

Quod verò ad id pertinet, an ad hoc vt cenſus
iuſto pretio conſtitutus cenſeatur, prout exigit
Bulla Sanctiſſimi Domini noſtri Pij Quinti, de-
beat reſpondere valori ipſius rei; quæ ſit apta ad
tantos ferendos fructus, qui reſpondeant ſolutio
ni annuæ ipſius cēſus; & vt pro antiquo meo mo
re libere dicam quod ſentio, puto maximè ne dū
lege, ſed ratione, & authoritate;

Lege,nam expreſſe bulla vult,vt conſtituatur
ſuper re immobili frugifera certis finib. deſigna-
ta,iuſtoq; pretio; vnde dicendum eſt, vt iuſtitia
pretij debeat cōſiderari habito reſpectu ad vtrū
18 que, ſcilicet ad rem immobilem, & ad ipſos fru-
ctus, ex quibus ſolui debet cenſus, tum quia illa
qualitas iuſti pretij tanquam plura explicanda,
& determinanda cōprehendēs, debet illa æqua-
liter terminare, & diffinire, l.iam hoc iure, ff.de
vulg.& pupill. tum quia voluit Summus Ponti-
fex certis finibus deſignari, quod eo tendit, vt cē
ſui res in genere non ſupponatur, ſed tanta quā
ta eſt apta ad conſtitutum cenſum ferendum; tū
quia voluit, vt re pereunte pro rata vtique cen-
ſus periret, quod non ita contingeret ſi exceſſus
adeo notabilis daretur in re ipſa; tum quia qua-
litas illa iuſti pretij adiecta eſt ad declarandam,
ſeu (vt aiunt) qualificādam principalem partem
ipſius cēſus; quæ cum ſit res ipſa immobilis, poſt
quam ab ea negatiue incipit diſpoſitio bullæ, ne
19 ceſſario iuſtitia pretij eſt referenda ad ipſam rē
immobilem, vti principaliter in diſpoſitione de-
ductam, & prædicatam ex regula l.talis ſcriptu-
ra, §.fin.ff.de legat.1.cap. inquiſitionis, in fin.de
appell.l.1.vbi Iaſ.C.de lib.præter.

Ratione idem confirmatur; nam ſi quid eſt
quod conueniat Chriſti fidelibus eſt iuſtitia con
tractuum, quæ potiſſimum in eo cōſiſtit, vt iniu-
ſtitia abſit, ſcilicet exceſſus in ipſo pretio, & pro-
pterea ex communi Doctorum ſententia ad ar-
guendum contractum vſurarium modicitas pre
20 tij inter alia potiſſimum ſpectatur, c.ad noſtram,
extra de empt.& vend.& tradit D. Thomas 2.2.
quæſt.77.art.1.& de communi teſtimonium di-
cit Curt.iun.in l.ſi quis in conſcribendo, num.8.
C.de pactis, & cum ſit emptor cenſus ſatis ſecu-
rus, vbi conſtituatur tanta pars, quæ apta ſit de-
ductis deducendis, & conſideratis conſiderandis
ad cenſum ſuſtinēdum, nō debet ex infimo pecto
re anhelare, vt ſecurior pluſquam par ſit, fiat ſu-
per re nimium excedente, quod valde eſſet graue
& ponderoſum ipſi venditori, cum per hoc eius
bona fiant viliora propter hypothecam iam ſu-
21 per tanta parte excedente conſtitutam, vt conſi-
derat videndus Ludouicus Lopez tract. de con-
tract. & nego.lib.1. cap.57. de tenore extrauag.
Pij V.circa cenſum, num.2.verſi.hinc etiam col
ligunt, fol.283.

Authoritate hoc idem comprobatur; nempe
Conrad.& Garz.quos refert hoc idem compro-
bando idem Lopez vbi ſupra, cap.58.verſ.regu
22 la ad diſcernendum, nu.300.vbi omnino videa-
tur, & nouiſſime hoc idem affirmat atteſtans de
communi Io.Baptiſta Madius, trac.de cenſuum
requiſitis, q.23.fol.27.& q.3.nu.1.& ſeq.fol.3.
inquiens, vel valorē rei eſſe inſpiciendum dedu-
cta tertia, vel quarta parte iuſti pretij rōne pacti
gratiæ, vt conſuluit videndus Soc.ſen. conſ.15.
nu.57.vol.1.& onerum incumbentium, vel tan-
tam partem eſſe ſupponendam, quæ apta ſit ad
ſolutionem cenſus, improbato ſemper prænarra
to magno exceſſu etiam in re immobili.

Nec curandum eſt de eo quod ſcribit Nauar.
conſ.9.de cenſib.lib.30.nu.1. quia prēterquam
quod cōi aduerſatur ſententiæ, & his, quæ ipſe
dixit in ſuo commentario de vſuris, num.121.&
nu.130.poteſt intelligi, vt res immobilis ſit hu-
iuſmodi, vt tantum redditū quotannis ferre poſ-
ſit, quod concordat cum noſtra opinione, vel ma
23 iorem quantitatem producere valeat, quæ tamē
non multum excedat conſideratis conſiderādis,
& deductis deducendis, & ſpectatis aduerſis caſi-
bus, qui euenire ſolent, vt vno ore ſentiunt iam
relati Doctores, atq; omni ēquitati, & rationi cō
gruit, & propterea huic opinioni, cum ſit tutior
animæ, & magis ēqua, & tot rationibus, & aucto
ritatibus fulcita, ſaluo tamen ſemper ſaniori iu-
dicio magis inhæreo, & tanquam in quodam
ſilice adhæreo.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO POMPONIO Ottolino.

ARGVMENTA.

Conſcientiæ alicuius vbi aliquid remit-
tatur, an eo non declarante recurri poſſit
ad arbitrium boni viri.

Chirographum debiti ſi reperiatur pe-
nes debitorem, an & quando debitum
ſolutum intelligatur.

Scriptura inſtrumenti imperfecta, an &
quando à notario perfici, & corrigi poſ-
ſit, & quæ contra eum actio ſit.

Hæredi vbi ſit emendi neceſſitas impō-
ſita, an intereſſe debeatur ſine interpella-
tione venditoris, & an commiſſa cum de
functo mora tranſeat in hæredem abſque
interpellatione.

Tutori à teſtatore legata adminiſtratio
nis liberatio, quid agat, & operetur, & fa-
cta non redditis rationibus, an impediat
quo minus denuo ea fiat, an ab vna per-
ſona ad aliam porrigatur.

Legatum, an & quando factum cenſea-
tur animo compenſandi etiam cum de-
bito hæredis.

Moleſtiam ſi teſtator prohibuerit ali-
cui fieri à filijs alicuius an eorum pater im
punè eam afferre poſſit.

SVM-

SVMMAE RERVM.

1 Conſcientia alicuius vbi aliquid commiſſum ſit eius induſtria electa videtur.
2 Ad arbitrium boni viri, quando recurratur, tertio non arbitrante.
3 Donare tutor prohibetur.
4 Veſtem alienam, qui induit, cito eum exuit.
5 Chirographum ſi reperiatur penes debitorem, an & quando ſolutio inducta cenſeatur.
6 Scriptura non dicitur imperfecta, ſi ex præcedentibus, & ſubſequentibus colligi poteſt id quod deficit.
7 Notarius poteſt extendere clauſulas cæteratas, & errorem corrigere, & conſultius facit, ſi id agit auctoritate iudicis.
8 Scriptura imperfecta in parte ſubſtantiali non videtur præiudicare, & quomodo intelligi debeat.
9 Contra notarium, qui minus legitimè inſtrumentũ confecerit datur actio ad id quod intereſt, quod porrigitur etiam ad ſuum hæredem.
10 In mora debitorem conſtituit dies ſcripta, ſicut & interpellatio.
11 Intereſſe eſt præſtandum vbi mora intercedat.
12 Mora cum defuncto commiſſa an tranſeat in hæredem, vel contra hæredem.
13 Mora quando committatur in promiſſione facta de aliquid reſtituendo ad omnem alicuius requiſitionem, vel tali die ad eiuſdem requiſitionem.
14 Mora committitur abſque interpellatione minoris fauore.
15 Vſusfructus vxori relictus in ampla forma ad alimenta non reſtringitur.
16 Liberatio quantumuis generalis, & ampla, non excludit dolum, & reliquorum reſtitutionem.
17 Liberatio adminiſtrationis à teſtatore, tutori relicta dolum non excludit.
18 Liberatio redditæ rationis non ſuffragatur, quin iterum reddi debeat, ſi conſtiterit plene redditã non fuiſſe.
19 Liberatio principali facta, an proſit conſiliario, & accuſatori.
20 Fideiuſſori an proſit pactum factum principali.
21 Liberatio eſt ſtricti iuris, & ideo ſtrictè intelligenda.
22 Liberatio vni perſonæ facta ad aliam trahi non poteſt.
23 Legatum, an & quando cenſeatur relictum animo compenſandi debitum hæredis.
24 Dolus in committendo nunquam excluſus intelligitur.
25 Clauſula illa prohibens, ne quis moleſtari, aut inquietari poſſit, tollit omnem moleſtiam etiam legitimam.
26 Compenſationis natura eſt, vt ſit inuicem creditorum, & debitorum contributio.
27 Compenſatio non datur de alieno debito.
28 Compenſatio cum cohæreat rei, & non perſonæ poteſt opponi ad excludendum commodum ea contemplatione tributum.
29 Legatarius legati commodum ſentire non poteſt, niſi & agnoſcat eius onus, & an moleſtia prohibita filio cenſeatur prohibita ipſi patri, ne ab eo inferatur.
30 Legatum filio factum an cenſeatur factum patris contemplatione.
31 Dotandi filias onus ad patrem pertinet.
32 Commodum qui ſentit, debet & ſentire incommodum.
33 Finalis cauſa ea dicitur, quæ à teſtatore eſt expreſſa.
34 Cauſa legati ceſſante, an & quando legatum ceſſet.
35 Teſtator nunquam præſumitur elegiſſe viam, per quam iudicium ſuum facile euerti poſſet.
36 Extenſio nedum de caſu ad caſum, ſed de perſona ad perſonam aliquando conceditur.
37 Menti vt ſeruiamus verba deſerimus.
38 Coniectura, quæ fit ex eo, quod teſtator interrogatus vtique idem reſpondiſſet, veriſimilis videtur.
39 Fine prohibito cenſentur omnia prohibita per quæ ad illum perueniri poſſit.
40 Vna via negatum, altera non debet concedi.
41 Pater & filius vna & eadem perſona reputantur, & factum vnius dicitur factum alterius.
42 A voluntate teſtatoris nuſquam eſt recedendum.
43 Notarij error, & falſa grammatica diſpoſitionem non vitiat.

CONSILIVM CCXXXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

QVoniam multa ſunt quæſtionum capita, nihil circuitione vtar, ſed aperte rem ipſam loquar, & ad ſingula ea, quæ proponuntur, paucis, & pro veritate, vt bonum conſultorem decet, reſpondeo.

Ad primum igitur dico licet Pomponius Ortolinus non declarauerit alimentorum preti um, tamen id ſtatuendum eſt boni viri arbitrio, nam
1 etſi, quando aliquid committitur conſcientiæ alicuius, videatur eius induſtria electa, ita vt ab eo recedi nequeat, Iaſ. in §. ſed iſtæ, nume. 122. & 128. Inſtitu. de action. Dec. videndus conſilio 72. nume. ſecundo, attamen ſi ſubſtantia actus non fuerit in eum remiſſa, ſed quid accidentale, & maxime in vltima volũtate, & agatur de obligatione iam formata exequenda, tunc eo nõ declarante recurritur ad arbitrium boni viri, tanto
2 magis, quia eo id negligente cenſetur eius commodo renuntiaſſe, & æquum non eſt, vt cum aliena iactura locupletetur, vt ex com. Doctorũ,

ſententia, declarat Iaſ. videndus in l. ſi quis arbi-
tratu, nu. 8. ff. de verb. obl. Sali. in l. in vendentis,
ſub nu. 7. & l. fi. nu. 4. C. de contrah. empt. l. hæc
venditio, ff. eo. Io. Bapt. Peruſinus trac. de arbitr.
cap. 3. lib. 13. nu. 4. Præſes Menoch. de arbit. iud.
q. 22. num. 10. & q. 68. num. 47.

Ad ſecundum reſpondeo, licet chirographum
debiti ſit repertum penes Antonium debitorem,
non ideo tamen præſumi factam ſolutionem, &
extinctum debitum, cum teſtator voluerit ipſum
debitum compenſari ſuper pretio vēditionis bo-
norum ipſius debitoris, quæ cū non ſit ſecuta, in-
fertur debitum non fuiſſe ſolutum, ſed potius de
beret dici factum pactum de non petēdo, quo in
caſu tūc debitor tenetur probare chirographum
ſibi traditū fuiſſe à creditore ea intentione, quod
in præſenti ſpecie contingere non potuit, cū debi
tor iā defunctus eſſet, & vxor tutrix filij, nec hoc
pactum fecerit, nec facere potuerit, cum donatio
3 nem, & pecuniæ diſſipationem præſeferret, quæ
tutori non eſt permiſſa: non debet enim tutor pu
pilli pecuniā dilapidare, eiusve ærarium exhau-
rire, & patrimonium minuere, ſed rectè, & vtili-
ter omnia tuens in tuto quantum in ſe eſt collo-
care, & ad eius officium pertinet pupilli rem fa-
miliarem, & patrimonium potius conſeruare, &
augere, quàm profundere, & donando perdere,
vt ſcribit Salyc. in l. pactū curatoris, C. de pac. Si
moncel. de decreto, lib. 1. tit. 2. nu. 1. & 9. vt decla
rat Maſcar. in verbo, debiti ſolutio, concluſ. 477.
nu. 3. & infra, nec cuiquam alij conceditur hæc
ipſa profuſa diſſipatio, cum interſit reipublicæ, vt
vnuſquiſq; re ſua bene vtatur; & inſolentius, vt
ſæpe fit, non abutatur; videmus enim multos ad-
eſſe, qui maiores ſumptus faciunt, quàm eorum
patrimonij vires ferant, qui in profundendis pe-
cunijs tam in victu, quàm in veſtitu nimio, cæte-
riſq; voluptatibus explendis modum non ha-
bentes, iniquiſſimo fœnore quotidie verſuras fa-
ciunt, & quotidie grande æs alienum contrahūt,
nec ſumptu parcūt vlla in re quod ad luxū opus
ſit, & ſæpe cum ſua deficiunt, aliena rapiunt, vel
ſub nomine mutui accipiunt; verumenimuero
animaduertere deberent eū, qui alienam induit
4 veſtem, citò eandem exuere, & profuſis ſumptib.
viuentem multa indigna, indecentia, & inhone-
ſta admittere indigniſſima egeſtate adactum, in
cuius mirificam latebram ſua culpa miſerè ſe cō-
iecit; ex tuo viuas, ab alienis mentem, oculos, ma
nus abſtineas, modum diuitiarum, & tuarum vi-
rium facultatem in vnaquaq; re diligenter me-
tiaris, nec aliquid vltra vires attentes, nam qui
bene metitur, perrarò fallitur: qui verò plus one
ris ſibi imponit, quàm ferre poſſit, in medio cur-
ſu ſuccumbit ſæpe, vnde melius eſt aliquid præte
rire, quàm temerè attentatum ignominioſè deſe
rere: decem erogare nequis, quinq; tibi ipſi ſatiſ-
facias, nec eò contendas, quò peruenire nō poſſis,
voluntatiſq; deſiderium ita componas, vt ab eo
ſenſuum gradu mentem reuoces, quem viriū im-
becillitas aſcendere non valet, duobuſq; illis ſco
pulis, quorum vni eſt nomen, parum, alteri, ni-
mium, derelictis, mediam aureæ mediocritatis
viam in vnaquaq; re teneas, ſic tuto ad optatum
portum nauim perduces, & laudabiliter huius in
feſtæ nauigationis humanæ curſum conficies, &
id vnuſquiſq; curare debet, ſed maximè tutor, &
curator eius rei ſatagere conuenit, cum promiſe-
rit, & iureiurando affirmauerit vtilia pro pupil-
lo facere, & inutilia omnino prætermittere.

Præterea cum chirographum fuiſſe penes te-
ſtatorem conſtet teſtamento, in quo ipſe teſtator
id teſtatus eſt, & ab eo ad vxorem, filij tutricem,
& curatricem ſcriptum, peruenerit, & Ottolinus
debitor extiterit hæres tutricis, iam inde certi ſu
mus illud ad eum perueniſſe, non gratia inducen
dæ abrogationis, & ſeu vt ita dicam, cancellatio
nis, ſed iure quodā hæreditario, & ideo ſicut cla-
uus clauum trudit, & vir fortis, & animoſus debi
lem, & timidum homunculum facilè vincit, ita
hęc coniectura, & veriſimilitudo aliam tollit ma
nātem ex eo, quod chirographum penes eum re-
pertum ſit, vt dicitur de debitore, qui ſit familia-
5 ris creditoris, nam ſi penes eum reperiatur chiro-
graphum, non ideo tamen dicemus extinctum
cum alio iure, id eſt, familiaritatis peruenire ad
eum potuerit, vt communem dicit Albericus in
l. ſi chirographum, nu. 2. de probat. quem ſecutus
ſum ego conſ. 102. nu. 19. & Maſcar. alios refert
ea. concluſ. 477. num. 13. & quamuis Præſes Me
noch. præſumpt. 141. nu. 14. lib. 3. id limitet, vbi
domeſtica perſona ſit probatæ vitæ, quia tunc
ſurreptionis, aut furti coniectura, vbi delicti ſigni
ficatio non capitur, quia dicitur contrariam opi-
nionem eſſe magis receptam, vt teſtatur Alberi.
loco proximè excitato, & hoc in caſu, meo iudi-
cio, ceſſat omnis dubitatio cum dicamus nō fuiſ-
ſe ſurreptum, quod cum in criminis ſuſpicionem
veniat, non videtur aſcribi poſſe viro probatæ vi
tæ, ſed contendimus perueniſſe iure hæreditario,
& non vt debitum extingueretur; quod ſi debitor
intendiſſet, eſt etiam præſumendum, quod illud
laceraſſet, aut digito, & lituris deleuiſſet.

Ad tertium, licet quando ſcriptura eſt imper-
6 fecta, præſumatur fuiſſe dictum, & explicatum
illud, quod defuit ſi ex præcedentibus, & ſubſe-
quentibus id colligi poteſt, vt docet Caſtr. conſi.
60. nu. 3. par. 1. & tabellio poſſit extendere clau-
7 ſulas, diminutas, & (vt aiunt) cæteratas, & appo
nere omnia, quæ ſunt de natura contractus, & de
ſtylo, & etiam corrigere errorem, & conſulto fa-
ciat, ſi id authoritate iudicis perficiat, vt notat
Bart. in l. Imperator, ff. de ſtatu hominum, Soci.
ſen. conſil. 94. num. 4. & 5. lib. 1.

Attamen cum notarius amplius non viuat, &
iam editum ſit inſtrumentum, & in parte princi
pali, ſeu ſubſtātiali ſit imperfecta ſcriptura, quia
8 dicitur, quod præfatus Burſa teneatur liberare,
&c. prout &c. ab omni, & toto eo, & tamen nihil
exprimatur, à quo liberari debeat, & deficiat etiā

clauſu-

clauſula, &c. videtur dicendum, vt vel ad ſupe-
riora referri, & ab eis reſtringi debeat, vel tan-
quam imperfecta, nec præiudicet, nec obliget,
idem Barto. in l. Gallus, §. idem credendum, ff.
de liber. & poſthumis, Caſtrenſ. conſ. 307. nu. 2.
lib. 1. idem Alba conſil. 344. nu. 2. & conſil. 240.
num. 44. Cæphalus conſil. 88. num. 13. & 40. &
51. & propter huiuſmodi negligentiæ culpam
9 parti læſæ conceditur actio ad id quod intereſt, tã
contra notarium, quam contra eius hæredem,
Abb. in c. cum P. de fide inſtrumen. Bart. in l. fin.
C. de magiſtra. conueniendis.

Ad quartum diſtinguendum puto, an in chi-
10 rographo ſit ſcripta dies quæ conſtitueret in mo
ra ipſum debitorem; l. magnam, C. de cõtrahen.
vel committ. ſtipulat. & an ſecuta ſit interpella-
tio, qua Pomponius interrogatus ſit ad vẽdenda
bona, de quibus in teſtamento, l. optimam, C.
eo. quia emendi neceſſitas impoſita erat hæredi
quatenus fuit oneratus ad emendum, ſed non de
bitori, vt vẽderet, imò dixit teſtator, & hoc caſu,
quo ipſe Pomponius contentetur vendere pro
dicto pretio, ſuper quo voluit debitum prædicti
Pomponij cõpenſari: nam vbi iſta deficerent, in-
tereſſe non puto deberi, cum illud præſtandum ſit
11 vbi mora intercedat, ſecus ſi ea abſit, l. mora, ff.
de vſur. Crau. conſ. 87. nu. 5. Plot. in l. ſi quando,
num. 427. & num. 462. C. vnde vi, & ſaltem re-
quiritur extra iudicium interpellatio, vt ſcribit
Præſes Menochius de arbit. iud. c. 220. num. 25.
Maſcard. tract. probat. in verbo, moram non præ
ſumi, conclu. 1071. num. 8. & licet mora cum de-
functo commiſſa tranſeat in hæredem, & contra
12 hæredem, attamen ſecus eſt in cõmittenda, quia
exigitur interpellatio hæredis, & eius ſcientia,
Iaſ. in l. vinum, num. 10. ff. ſi certum peta. & ideo
magis eſſet dicendum ſi in eo chirographo, eſſet
poſita, quæ ſæpe apponi ſolet clauſula vt ille re-
ſtitueret pecunias datas ad omnẽ creditoris po-
ſtulationem, & ſeu requiſitionẽ, quia tũc ad mo-
13 ram afferendam interpellatio omnino exigere-
tur, niſi appoſita fuiſſet certa dies, vt puta ad fe-
ſtum paſchatis, & deinde poſthac, vel in antea
ad omnem requiſitionem, quia tunc dies paſcha
tis interpellat abſque noua, & repetita interpel-
latione, Iaſ. ead. l. vinum, num. 9. ff. ſi certum pe-
tatur, verſ. enimuero, vt pro antiquo more meo
verum fatear, non leuis mihi inijcitur ſcrupulus
ex eo quod Burſa creditor eſſet minor, quo ca-
14 ſu fauore minoris ætatis mora committitur abſ-
que interpellatione, l. cum quidam, §. ſi pupillo,
ff. de vſuris. idem Præſes Menoch. relato caſu
220. num. 17. & cum debitor eſſet idem erogata-
rius, & teſtamenti notitiam habuerit, debebat ip
ſe, vel curare, vt minor legitimè emeret, vel pe-
cunias debitas reſtitueret, ne ipſe in tanta verſa-
retur iactura.

Ad quintum iam dixi liberationem illam vti
imperfectam vix iuuare poſſe, ſed omni caſu re-
ſtringi debere ratione ipſius tutricis, quæ princi-
paliter contraxit, & arbitrarer etiam in ea com-
prehendi ipſius tutricis procuratorem, diſtinguẽ
do tamen an is procurator exegerit fructus, vel
ſortẽ principalem; nam reſpectu fructuum quic-
quam minor non poterat prætendere, cum tu-
trix eſſet vſufructuaria in ampla forma, ita vt
15 ipſe vſusfructus ad alimẽta non reſtringatur, nec
aliquam limitationem patiatur, Dec. conſi. 454.
num. 1. Borgn. trac. de vſufruc. num. 61. reſpectu
vero ſortis principalis aliter dicendum videre-
16 tur, cum liberatio quantumuis generalis, & am-
pla non excludat dolum, & reliquorum reſtitu-
tionem, vt com. dicit Dec. videndus conſil. 178.
num. 3. Pariſius conſil. 88. num. 40. vol. 1. eſt tex.
optimus in l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, & ſi
huiuſmodi liberatio in teſtamento legata fuerit
17 tutori, id agit, vt exquiſita nimis, ſeu ſcrupuloſa
tantum inquiſitio, & negligentiæ culpa remiſſa
cenſeatur, idem Pariſius conſil. 84. num. 21. lib.
1. imò liberatio facta, non conſtito quod reddita
18 ſit ratio, tanquam extorta non impedit quo mi-
nus agi queat ad iterum bene ſubducendam ra-
tionem, vt probant in puncto Soc. ſen. conſ. 159.
lib. 2. & conſil. 190. nu. 5. eod. lib. Rolan. viden-
dus conſil. 49. num. 61. lib. 1. & quamuis libera-
tio facta principali, remiſſione ſibi facta porrigi
19 etiam videatur ad Conſiliarium, & quemlibet
alium accuſatorem, vt docet Bald. in eius Mar-
garita ad Innocentium, in verbo, liberatio prin-
cipalis; atque etiam pactum factum principali
proſit fideiuſſori, niſi eſſet reſtrictum ad perſonã
ſolius principalis, Bald. in l. niſi, num. 1. ff. de pa-
ctis, attamen cum liberatio ſit ſtricti iuris, & ſtri-
20 cte intelligenda, Pariſ. videndus quia multa ad
rem affert, conſil. 100. num. 64. lib. 1. extraneus
non põt ſe ex ea iuuare, vt idem commemorat
21 num. 61. maxime cum fuerit reſtricta ad perſo-
nam ipſius tutricis, vnde liberatio facta vni per-
ſonæ trahi non poteſt ad aliam, l. ſi vnus, §. ante
22 omnia, ff. de pac. & l. qui cum tutoribus, in princ.
ff. de tranſact. Alba conſil. 3. num. 13. vbi tamen
iſte procurator doceret ſe exactas pecunias tu-
trici dediſſe, aliud dicendum putarem, quia actio
contra tutricem eſſet dirigenda.

Ad ſextum ſentio legatum librarum 8000. re
lictum à Paula Ottolina de laude teſtatrice Pau
lo deſiderio Burſæ, ratione vſusfructus, & ratio-
ne proprietatis filiabus ipſius Pauli pro earum
dote, & eis decedentibus innuptis eiuſdem Pau-
li filijs factum fuiſſe animo compenſandi cum
debito, quod habebat eius frater Pomponius
Ottolinus hæres ſcriptus cum ipſo Burſa, poſt-
quam mandauit filias, & filios præfati Burſæ nõ
poſſe moleſtare ipſum Pomponium, nec eius hæ
redem occaſione alicuius omiſſionis, prætenſio-
nis, vel cuius iuris, vel defectus adminiſtrationis
tutelæ, & hoc ſub pœna nullitatis ſupraſcripti le
gati facti ad fauorẽ ipſius Pauli, & filiorum ſuo-
rum apte referendo; aliter præſens legatum non
feciſſet, hactenus verba legati nam licet in dubio
non

23 non cenſeatur legatum relictum animo compen
ſandi debitum hæredis, cum in hoc conſideretur
tanquam perſona à defuncto ſeparata, attamen
vbi de contraria mente, vt hic, conſtet, tunc omni
no compenſatio eſt admittẽda, vt in puncto ſcri-
bit videndus omnino Rui.conſ.70.nu.4.& 5.lib.
2.Præſes Menoc.trac.præſumpt.li.4. præſump.
209.nu.60.& ante num.63.verſ.declaratur, Cra
ue.conſ.149.nu.3. Mantica videndus de coniec.
vlt.volun.lib.10.tit.2.num.16. & 17. facit Bor-
gnin.de vſufruc.num.57. Arbitrarer tamen non
24 proinde dolum in committendo excludi, vti de-
linquendi occaſionem præbentem, Borgni.trac.
de tutore, nume.207. & melius trac. de vſufruc.
num.57. vbi agit de reſtrictione illius clauſulæ,
ne quis moleſtari, aut inquietari poſſit, & quam-
uis teſtator ſi voluiſſet, potuiſſet tollere omnem
25 moleſtiam, & etiam legitimam, vt tradit Alba
conſ.167.num.3. Ioannes de Selua trac. de bene
ficio, par.3.quæſt.13. nu.4.11.& 13. tamen hic
potius conſtare videtur de contraria voluntate,
quatenus teſtatrix dixit occaſione omiſſionis,
prætenſionis, vel cuius iuris, vel defectus admini
ſtrationis tutelæ, quæ videntur potius reſpicere
culpam, & dolum in omittendo, quàm in com-
mittendo.

Ad ſeptimum, & vltimum, vt iam reſponden
di finem præſcribam, arbitror, ne dum filios Pe-
tri Burſæ, ſed etiam ipſum Petrum nõ poſſe mo
leſtiam aliquam exhibere ipſi Pomponio Ottoli
no, fratri ipſius teſtatricis, & hæredi ſcripto, ſi vo
lunt gaudere beneficio ipſius legati, & cum illud
acceptarint, puto ex multis rationibus non poſſe
amplius ſuper præteritis creditis ratione admini
ſtrationis tutelæ ipſum Ottolinum vexari, & ma
le haberi; tum quia cõſtat illud legatum factum
26 fuiſſe animo compenſandi, & compenſationis na
tura eſt, vt ſit inuicem creditorum, & debitorum
contributio, & computatio, l.ſi cõſtat, C.de com
penſa.& ſicut ſolutione debiti tollitur obligatio,
ita & compenſatione.l.dediſſe, ff.de verb.ſignifi.
l.amplius, ff.rem rat.haberi. Bart.in l.aufertur, §.
qui compenſat.ff.de iure fiſ. tum quia licet com-
27 penſatio non detur de alieno debito, l.eius, C.de
compenſat.tamen cum rei cohæreat, & non per-
ſonæ, merito opponi poteſt ad excludendum cõ
modum ea contemplatione tributum, vt commu
28 nem fatetur Saly. ea.l.eius, ante nu.3.tum quia
cum pater habeat commodum vſusfructus, & pa
ter & filius dicantur vna & eadem perſona, ſicut
filij prohibentur moleſtiam exhibere, ita & ipſe
pater, maximè quia aliter faciendo aduerſaretur
teſtatricis voluntati, cui ſi non obtemperet, om-
ni commodo priuari debet, tanquam indignus,
29 & vbi commodum acceptauerit, nõ poteſt onus,
etiam ſi eſſet longè maius, recuſare.l.non dubiũ,
C.de teſta.l.planè, la 2.§.ſi cui Stichus, de leg.1.
Card. Mantica de coniec.vlt.volun.lib.3.titu.3.
numi.5.Simon à Prætis de interpret.vlti.volunt.
lib.5.dub.2.fol.486.maximè num.17. & ſupra,
& infrà, tum quia legatum factum filiabus, & fi-
30 liis exiſtentibus in patria poteſtate, cenſetur fa-
ctum patris contẽplatione, vt explicat idem Car
din. Mantica de coniec. vlt.volun. lib.8. titu.16.
nu.5.& infra, & maximè cum pro dote filiarum
Petri ſit relictum, cuius onus cum ad ipſum pa-
31 trem pertineat, l.ſi. C.de dotis promiſ. merito ſi-
cut commodum ipſius legati eum reſpicit, ita e-
tiam onus legato adiectum eum ipſum afficere
32 debet ex vulgata illa iuris regula, vt qui commo
dum ſentit, debeat etiam onus ſuſtinere, c. qui
ſentit, de reg.iur.in 6. Crauet.conſ.245. num.4.
qui videatur, quia multa in hanc ipſam rem ſcri-
bit digna, vt videantur, tum quia cauſa principa
33 lis, & finalis ea dicitur, quæ eſt à teſtatore expreſ
ſa, Bald.in l.eam quam, nu.1. C.de fideicommiſ.
Card. Mantica de coniec.vlt.volun.lib.6.tit.14.
num.7. Verum cum teſtator palam fecerit, hoc
ita legaſſe ſub pœna nullitatis ipſius legati facti
ad fauorem ipſius Pauli Deſiderij, & filiorũ ſuo-
rum, aptè referendo, aliter præſens legatum non
feciſſet, conſequitur, vt cauſa finalis legati fuerit
liberatio ipſius heredis ratione adminiſtrationis
34 tutelæ, vnde ea ceſſante, debet & ceſſare legatum.
l.epiſtolam, in princ. ff.ad Trebell. Idem Manti.
loco mox citato, nu.14. tum quia clarè teſtatrix
dixit ſe ipſum legatum feciſſe ad fauorem ipſius
Petri Pauli patris, & filiorum, vnde fit vt conſen
taneum ſit, ſi Burſa fauorem, & cõmodum agno-
uit, ſentiat etiam incommodum ei legato adſcri-
ptum, & adiunctum; tum quia aliter intelligen-
do facilè eluderetur, & ludibrio haberetur mens
ipſius teſtatricis, quæ fuit, vt proinde hæres om-
ni cura, & moleſtia liberaretur, & verè dicere poſ
ſet, ſoluto hoc legato nihil adhuc eſt, quod ve-
rear, & ſi concederetur, vt pater ipſe poſſet id age
re, conſequeretur, vt facilè eius iudicium ſubuer-
teretur contra apertam iuris regulam, quæ vult,
35 vt teſtator nunquam præſumatur viam elegiſſe,
per quam iudicium ſuum facilè euerti poſſet, vt
declarat idem Mantica lib.2.tit.15.tum quia fit
progreſſio, & extenſio, ne dum de caſu ad caſum,
36 ſed etiam de perſona ad perſonam, quãdo viget
eadem ratio, & illa perſona ex mente diſponen-
tis comprehendi aliquo modo poſſit, vt explicat
idem Mantica lib.3.tit.19. num.8. & melius lib.
37 6.tit.14.num.11.& vt menti ſeruiamus verba de
ſerimus, vt idem fatetur lib.11.tit.6.num.1.ver.
ſed diligenter, & ſi de hoc caſu teſtatrix fuiſſet in
terrogata, vtique idem reſpondiſſet, & veriſimi-
38 lis mens teſtatoris eſt ſpectanda, gloſ.vulgata in
l.tale pactum, §.fin.de pac. idem Mantica lib.3.
tit.19.nume.3.& 4. & prohibito fine, cenſentur
39 vetita per omnia, quæ ad illũ perueniri poteſt, &
cum quid vna via negatur, non debet quis quaſi
furtim altero aditu, aut tramite, vel occulta ſemi
ta ad id admitti.c.cum quid vna via, de reg.iur.
40 in 6.vbi Dinus illud affert exemplum, quod ſi pa
ter prohibetur adminiſtrare tanquam pater, cen
ſetur etiam prohibitus adminiſtrare tanquam cu

rator

Digitized by Google

rator, ne alia via, quod vetuit teſtator faciat, & ſi teſtator noluit moleſtiam fieri à filijs in gradu remotiori exiſtentibus, & qui ad id maximè ex perſona patris admittebãtur; ergo tãto magis pater tanquam proximior, debet & ipſe cẽſeri prohibitus, cum pro vna perſona habeantur Pater
41 & filius, & factum vnius dicatur factum alterius, Tiraq. de iure primogeniti, quæſt. 40. num. 28. & in l. ſi vnquam in præfatione, num. 15. C. de reuocan. donat. & cum tot tantiſq; rationibus iam certi ſimus de voluntate teſtatricis, nuſquam ab
42 ea recedemus, l. in condi tionibus, ff. de condit. & demonſtrat. nec nocere poteſt error, aut inſcitia
43 Notarij qui perſonã patris omiſit, aut falſa grãmatica, quam ibidem imperitus adhibuit fracto Priſciani capite, quatenus dixit volo, & mando, quod filias, & filios præfati Pauli moleſtare non poſſe, cum hæc minimè diſpoſitionem vitient, vt explicant Bart. & alij interpretes, in l. Plautius, ff. de auro, & argento legato, l. Imperator, ff. de ſtatu hominum, l. in legatis, C. de legibus, nec aliter mihi perſuadere poſſum, nec alia ratio potuit me vnquam ab hac opinione expellere, ſpectata teſtatricis mente, quam vndiq; perſpicuam tanquam in ſpeculo expreſſam cernimus, & intuemur, & cuius nerui in fidibus à motu digitorum toties pulſi, & magno motu admotis etiam pedibus pulſati in hoc ipſum ſonant, & reſonant, atque ita cumulatè tot propoſitarum quæſtionum cumulo breuiter, & pro veritate ſatisfactum puto, ſaluo ſemper ſaniori iudicio.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO GVIDONE RVSCONO.

ARGVMENTVM.

Domus paterna ſi vendatur pretio partim in pecunia numerata; partim in altera domo in ſolutum data recepto, & agnatus eam redimere velit, ex ſtatuto Mediolani, c. 417. in primo, an æſtimandum ſit precium domus paternæ, vel domus datæ in ſolutum, multaque eleganter differuntur de ſignis cognoſcendę permutationis, vel venditionis, & in materia huiuſmodi retractus.

SVMMAE RERVM.

1 *Permutatio à venditione multis diſtat nominibus.*
2 *Contractus talis eſt iudicandus, qualem eius figura, & contrahentium denominatio demonſtrat.*
3 *Voluntatis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam qualitas inſpecta verborum.*
4 *Contractus debet primum interpretari ex verbis in eo explicatis.*
5 *Contractus origo eſt inſpicienda.*
6 *Verba in ſtatutis ſunt propriè accipienda.*
7 *Statuti verba ſtrictè ſunt intelligenda etiamſi ſecundario dici poſſet fauorabile.*
8 *Venditionis appellatione in ſtatutis non venit permutatio.*
9 *Statutum concedens facultatem agnatis retrahendi rem venditam, odioſum videtur reſpectu emptorum.*
10 *Permutationis naturam non mutat pecunia acceſſio.*
11 *Purpura alieno veſtimento intexta veſtimento cedit.*
12 *Acceſſorium magis dignum, accedens minus digno, ratione acceſſionis deſinit eſſe maius dignũ.*
13 *Contractus ab effectu debet denominari.*
14 *Effectus magis eſt inſpiciẽdus, quam verba in quibus ſæpe eſſe ſolet fallacia.*
15 *Si permutetur aliqua res adiecta parte pretij, quod ipſi rei præponderet, habetur potius venditio, quam permutatio.*
16 *Contrahentes ſi teſtentur facere contractum permutationis, cum tamen re ipſa ſit potius contractus venditionis, eorum confeſſioni non ſtatur in præiudicium tertij.*
17 *Contractus nomen non eſt attendendum, ſed ſubſtantia ipſius.*
18 *Donatio pro ſimplici remiſſione habetur ſi ſubiecta materia ita poſtulet.*
19 *Potens, & magis potens, vbi aliquid iudicari poſſit, debet æſtimari ſecundum id quod eſt potentius, & ideo hermaphodritus eius ſexus eſſe putatur, qui in eo præualet.*
20 *Pro pecunia omnia facta, vel falſa ſunt.*
21 *Statuto luitionem, & retractum rei venditæ agnatis concedenti qui aduerſatur peccare videtur mortaliter, & tenetur ad damnum reſarciendum.*
22 *Damnum alteri inferens, illud reſarcire tenetur.*
23 *Damni qui occaſionem dat, damnum dediſſe videtur.*
24 *Dolus eſt malitia prorumpens in damnũ alterius.*
25 *Interpretatio eſt facienda ne fraudi locus ſit, & eius occaſio eſt eripienda.*
26 *Statuta ſunt ita intelligẽda, ne ſuperuacanea ſint.*
27 *Interpretatio fauorabilior dicitur, quæ fraudum occaſionem eripit.*
28 *Eligendum eſt quod habet minimum iniquitatis quoties ſine captione aliquid haberi nequit.*
29 *Dictum plus interdum, quam ſcriptum, & dictũ præualet ſcripto, quando ille idem qui dixit ſcripſit.*
30 *Simulatio, & fraus coniecturis probantur iudicis arbitrio.*
31 *Coniecturis, quæ in obſcuritate latent, pateſiunt.*
32 *Fraus maior præſumitur cũ quis ita facit ne fraudem feciſſe videatur.*

32 Con-

33 Contractus eſt talis iudicandus qualem eius figura demonſtrat niſi res ipſa, & eius effectus ſuadeat.

34 Plus valere debet quod vere actum eſt, quã quod ſimulatè eſt conceptum, aut enunciatum.

35 Vltronea merces vileſcunt, & rogata augeſcunt.

CONSILIVM CCXXXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

LEX noſtra municipalis, c.417.
in primo. diſponit, vt ſi quis ali
quam rem immobilem pater-
nam vendiderit, vel in ſolutũ
dederit, agnatus maſculus eam
luere poſſit intra annum, & diẽ
pro æquali pretio, ſi vero alio modo alienauerit
inter viuos, poſſit pariter idem agnatus luere pro
eo pretio, quod æſtimabitur valere per æſtima-
tionem, vel æſtimatores communes Mediolani,
vel amicum, vel amicos communes.

Cum autem Lucia Daueria, vti mater tutrix,
& curatrix Ioannis Baptiſtæ Caſtillionei eius fi-
lij, permutauerit cum Felice Ruſcono quandam
eius domunculam, cum altera domo inſigni, &
paterna ipſius Ruſconi, pacto, vt pro coadæqua
tione ipſius cambij teneretur Daueria dare li-
bras quinque mille.

Nunc queſtionis eſt an Guido frater ipſius Fe-
licis pariter minor, cui Daueria denuntiauit, vt
termino triginta dierum declaret, an eam luere
velit, valeat eã luere vel pretio ipſarum librarum
quinq; mille, & pretio quo domus Dauerię in
ſolutũ datæ æſtimabitur, vel pretio æſtimando?

Et primo quidem motu dicẽdũ videretur pre
tio æſtimando eam luendam eſſe.

Nam ſtatutũ ipſum duos facit caſus, vnus eſt
qñ domus venditur, alter quando alio modo alie
natur, vnde cum permutario à venditione mul-
1 tis nominibus longè multum diſtet, & ratione cõ
tractus, & contrahentium, & rei, vt pulchrè pro-
ſequitur I. C. in l.1.ff. de rerum permutatione,
vbi poſt alios videatur Iaſ. num.1. eſt omnino
dicendum, vt hic caſus noſter potius comprehen
datur, in 2. parte ſtatuti.

Secundo contractus talis eſt iudicandus, qua-
lem eius figura, & verborum ſtructura, & contra
2 hentium denominatio demonſtrat, vt tradit Cra
uetta, conſil.20. num.1.& 2.& à verbis in dubio
non eſt recedendum, præſertim in contractibus,
cum ſint ſtricti iuris, l. non aliter, ff. de leg.3. egre
giè Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. quę-
3 ſtio.9. ſiquidem nullum eſt maius voluntatis no-
ſtræ teſtimonium, quam qualitas inſpecta ver-
borum, & quæ in corde recondita, & penitus ab-
dita latent vix intelliguntur, niſi vox ipſa ſonet,
& verbis bene ſonantibus illa patefaciat, atque
proferat, vt inquit Soc. iunior conſilio 66. nu-
mero 14. par. ſecunda, & Soc. ſen. conſ.7. nu.2.&
ideo contractus debet primũ interpretari ex ver
4 bis in eo explicatis, l. ſemper in ſtipulationibus
vbi Dec. num.8. & infra, ff. de reg. iuris, eiuſque
origo eſt maximè inſpicienda, idem Dec. conſil.
5 167. col. fin. cum itaq; contrahentes hunc ipſum
contractum permutationis cambij contractum
appellarint, omniſq; verborum ſonus in hoc idẽ
reſonet nuſquam à tam clara verborum explica
tione diſcedemus.

Tertio cum in ſtatutis verba ſint propriè acci
pienda, maxime ſi adſit ſtatutum, vt intelligan-
tur prout iacent ad litteram, quale nos habemus,
6 c.174. vol.2. vt docet Bart. in l. omnes populi, nu
me.60. ff. de iuſtitia, & iure, & item quando ver-
ſamur in ſtatuto ius commune corrigente, vel o-
7 dioſo, etiamſi ſecundario loco dici poſſet ſecum
in ſcenam fauorem afferre, Oſaſc. deciſ.165. nu.
3. Cæpha. conſil.161. num.7. vol.2. idcirco rece-
ptum videtur, vt venditionis appellatione non
8 veniat ĩ huiuſmodi ſtatutis permutatio, cũ prę-
ſertim facta ſit mẽtio de pretio, id eſt, vt æquali
pretio agnatus luere poſſit, vt decidit Bal. in l.1.
num.5. C. de rerum permutatio. & notat inter-
pres ad ſtatutum, c.444. num.3. & eod. cap.417.
num.106. vol.2. & quod huiuſmodi ſtatutum re
ſpectu ſaltem emptorum ſit odio imbutum, atq;
9 ideo ſtrictè interpretandum, cum liberam diſpo-
nendi facultatem impedire videatur, notatur in
l. dudum, & in l. nec emere, C. de contrahen. em-
ptio. Tiraq. de retract. legali, §.35. gl. vnica, alios
congerit idem interpres, in rubr. de re paterna
luenda, c.417. num.3. in primo.

Nec, quia ad compẽſationem valoris domus
ipſius Caſtillionei addita ſit pecunia, ideo minus
dici poteſt permutatio, cum appareat principali
ter contrahentes permutare voluiſſe, & id maxi-
10 me intendiſſe; vnde fit, vt pecuniæ acceſſio non
immutet naturam permutationis, vt ſenſit Ab-
bas in c. ad quæſtiones, col.1. verſi. & ex his, ex-
tra de rerum permutatione, & optime meo iudi-
cio hunc ſenſum adiuuat ea concluſio, vt ſcilicet,
11 purpura alieno veſtimento intexta, licet ſit pre-
tioſior, tamen acceſſionis vice veſtimento cedat,
§. ſi tamen alienam, Inſtitu. de rerum diuiſione.
facit, c. acceſſorium, de regu. iuris, l. hęres meus,
§. fin. de lega.3. nam acceſſorium magis dignum
accedens minus digno, ratione acceſſionis deſinit
12 eſſe maius dignum, clem. per literas, de præben-
dis, ſed quod dignitatis, & ſplendoris habet, vi-
litati principalis ita venuſtè, & decore addit, vt
quod per ſe vile videbatur, pretioſum fiat, quo-
ties abiecta veſtis cui facies non eſt pretioſa, ar-
te, & eleganti ornamento expolita ad aſpectum
pulcherrima oſtenditur? quoties puellæ deformi
tas, corporiſque vitium eleganti veſtium ornatu
ad formoſitatem quandam perducitur; ſed ma-
gis meo iudicio morum elegantia, & animi can-
dore, & ſi in ea nihil appareat, quod non ſit inge-
nuum, moderatum, pudens, atq; pudicum, quod
vitium tanquã principale, maxime ſpectandũ eſt.

Quarto

Quarto omni rationi conſentaneum videtur,
vt cum expreſſa nõ ſit certa ſumma valoris ipſius
domus Ruſconi, ea vbi lui velit, ſit ab æſtimatori
bus, vel amicis communibus æſtimanda, prout
ſtatutũ ipſum in ſecunda parte dictat: nam æqua
li pretio retrahi poteſt in vẽditione, quia expreſ-
ſum eſt certum pretium, quod hoc in caſu proce
dere nequit cum ea explicatio deficiat, & ſatis
agit ſtatutum, cum alienationes alio modo quã
per viam venditionis factas contineat, quæ alias
non comprehenderentur, vt ibidem adnotauit
interpres, num. 110.

His tamen minime aduerſantibus contrariã
ſententiam puto probabiliorem, & longe iuſtio-
rem.

Primo, quia explorati iuris eſt, vt contractus
ipſi dijudicentur potius ab effectu, quam à verbis
vel à contrahentium denominatione, maximè
13 quando effectus ipſe verbis repugnat, l. inſulam,
ff. de præſcriptis verbis, & l. 1. vbi videatur Bald.
C. de rerum permutatione, Bar. in l. vbi ita dona
tur, ff. de donatio. cauſa mortis, quæ iura loquun
tur in proprijs terminis caſus noſtri, & id eſt
maximè concedendum, quando agitur de præ-
iudicio tertij, nam cum tunc admodum ſit ſuſpe
cta denominatio, ſeu appellatio, aut aſſertio con
trahentium, inſpiciendus eſt potius effectus, in
14 quo ineſt veritas, non autem verba, in quibus ſæ
pe ſolet eſſe fallacia, l. ſi forte, de Caſtrenſi pecu-
lio, & in terminis caſus noſtri declarat videndus
omnino Tiraquel. de retractu legali, §. 30. glo. 1.
num. 11. & §. 32. glo. vnica, num. 34. & 35.

Secundo crebrius eſt, vt quoties vna res cum
altera permutatur adiecta parte pretij pro alte-
rius rei ſupplemento, ſi pretium rei ipſi præſtet,
15 atque præponderet, ſemper habeatur tanquam
venditio, cum ſpectari debeat, quod eſt principa
lius, nempe pretium, c. ad quæſtiones, de rerum
permutatione, l. Ariſto. vbi Bart. & alij, ff. de do-
nation. l. fundi partem, ff. de contrahen. emptio.
& pro antiquo more egregiè diſtinguit Bart. in
l. 1. ff. de rerum permuta. & ibidem, num. 11. Iaſ.
inquit cum Bar. omnes tranſire, & fusè proſequi
tur Tiraq. quem omnino vide telaro trac. de re-
tractu legali, §. 30. glo. 1. num. 10. & 11. & Dida
cus vtiq; videndus variarum reſolut. c. 4. num. 9.
16 & hæc concluſio adeo vera eſt: vt etiam locum
habeat, ſi contrahentes ipſi teſtati fuiſſent ſe fa-
cere contractum permutationis; quandoquidem
cum de tertij præiudicio agatur, eſt nimium ſu-
ſpecta eorum fides, eiuſq; ſtabilitas à pondere
commodi depreſſa tota claudicat, atq; vacillat,
vt affirmat Crau. conſil. 175. num. 2. & Bald. in
ead. l. 1. col. 2. verſic. quid ſi notarius, monet non
eſſe attendendum nomen contractus, quo vtun-
17 tur contrahentes, vel notarij, qui ipſius inſtrumẽ
tum conficiunt, ſed ſubſtantiam ipſius, & opti-
mè decernit, text. in l. ſi vno, ff. locati. vbi donatio
pro ſimplici remiſſione habetur, quia ſubiecta
18 materia, ibidem ita patitur; accedat peruulgata
illa concluſio hermaphroditi, vt ſcilicet magis
putetur eſſe eius ſexus, qui in eo præualet, l. quæ
ritur, ff. de ſtatu hominum, vbi videatur Angel.
qui infert ad noſtræ quæſtionis punctum, & Bar
19 tol. inde ſumit quando aliquid poteſt iudicari ſe-
cundum minus potens, & magis potens, ſpectari
debere magis potens, quod hac in ſpecie eſt ſecũ
dum ea quæ proponuntur, ipſa pecunia, quæ a-
liàs tantæ eſt potentiæ, vt omnia poſſit, & ſine ea
nihil fieri poſſe omnes vno ore, atque conſenſu
clament, & affirment: inquientes omnia pro pe-
20 cunia facta ſunt, addit vulgus, imo falſa ſunt, qđ
vtinam à vero alienum eſſet; cum ſæpe videamus
iuſtitiæ virginitatem pecuniæ lenocinio viola-
ri, & dignitatum gradus, qui virtuti debentur, tur
piſſimo mercatu, & quod pernicioſius eſt indi-
gnis venundari, cum tanto Reipubl. detrimento.

Tertio cum hæc lex huiuſmodi luitionem, &
retractum, ac facultatem concedens admodum
faueat, & proſit agnationi, & idcirco nemo ambi
21 gat quin valeat, merito, qui ei aduerſatur, vel ali
quid fraudis admittit, vnde ei locus non ſit, pec-
cat mortaliter, & vt opinor ego, is idem tenetur
etiam ad damnum reſarciendum erga proximũ,
quem ſua machinatione, & dolo hac legitima fa
cultate, beneficio, & commodo priuauit, vt in pũ
cto ſcribit idem Tiraq. de retractu legali, in præ-
fatione, num. 74. & 75. damnum namque infe-
22 rens alteri dolo, vel lata culpa, tenetur ad illud re
ſtituendum, & reficiendum, vt docet Innocent.
in c. ſicut dignum, de homicidio, Abb. ts in c. cau-
ſam, colum. 4. de teſt. Alexand. in l. quod nerua,
col. pen. ff. depoſiti, qui enim occaſionem damni
23 dat, damnum dediſſe videtur, l. fin. de iniurijs, So
cin. ſen. conſil. 156. par. 2. cum maximè dolus ſit
malitia prorumpens in damnum alterius, vt in-
24 quit Bald. in l. quæ fortuitis. col. 3. C. de pignor.
actio. cum itaq; hæc lex ſit adeo iuſta, & æqua,
merito erit ſemper ea interpretatio capienda,
25 quæ à fraudis ſuſpicione longè multum abſit, nõ
autem ea per quam aditus pateſiat, viaq; aperia
tur ad fraudes, cum tamen omni rationi conſen-
taneum ſit, vt ea quantum fieri poteſt potius re-
cludatur, quam aliqua ex parte reſeretur, vt in
puncto ſcribit Tiraq. ex citato ſæpius tractat. de
retractu leg. §. 30. gl. 1. num. 12. & facit, quia ſta-
tuta ſunt ſemper ita interpretanda ne ſuperuaca
26 nea ſint, Ruinus conſil. 160. num. 4. volu. 4. & in
fraudem legis is agere videtur, qui ſaluis verbis
legis, ſententiam eius circumuenit, l. contra legẽ,
ff. de legibus, Iaſ. in l. non dubium, num. 45. C. de
legibus, vbi declarat quod modis fiat fraus legi.
27 fauorabiliſq; ea dicitur interpretatio, quæ frau
dum occaſionem eripit, vt affirmat Crau. trac.
de antiquit. temporis, 5. par. verſic. diuino ſubſi-
dio, num. 6. ſi igitur contrarium ſenſum concedẽ
remus facilè etiam admitteremus fraudem, &
captionem; quandoquidem ſemper permiſceri
poſſet vna cum pretio res aliqua immobilis etiã
minima, & inæſtimata, enuntiatoq; permutatio
nis

nis nomine loco venditionis, quæ verè agebatur
per indirectum, vel obliquè cõditio eius, qui lue-
re vellet, longè deterior fieret, & tamen delin-
quendi occaſio eſt auferenda, & non offerenda,
gloſ. in verbo, vtilem, in l. 1. ff. de eo, quod certo
loco.

Quarto, mens, & ratio ſtatuti ea fuit, vt is, qui
luere velit, æquali pretio id facere poſſit, ita vt ſe
quẽti ſtatuto cap. 419. in primo, ſi vendatur, vel
in ſolutum detur res ſluibilis cum re non luibili,
æſtimatio ſit facienda non quanti res illa valet
ad communẽ valorem, ſed pro portione, vel ad
ratam pretij vtriuſq;, vt ibidem notatur nu. 16.
quia mens legis ea eſt, vt luere volẽs, rem habeat
eodẽ pretio quo illam emptor conſequutus eſt,
atque ſi contrarium ſenſum amplecteremur, hæc
iuſta Legiſlatoris mens mirificè admodum lęde
retur; nam cogeretur luere volens longè maius
pretium ſoluere, prout mihi proponitur hac in
noſtra ſpecie euenire, nam domus Felicis Ruſco
ni dicitur eſſe valoris librarum 12000. quæ ſi eſ-
ſet æſtimanda, hoc pretium Guido Ruſconus re-
trahere volens, refundere deberet, cum tamẽ Da
ueria nõ promiſerit in numerato niſi libras quin
que mille, & eius domum adiecerit, quę cum ſit
valoris librarum ter mille, vel circa, illud ſanè
extra modum abſonũ, & abſurdum ſequeretur,
vt domum quam ipſa emit, veritate inſpecta, li-
bris octo millibus venderet retrahenti libris duo
decim mille, & ſic quomodo ſeruaretur æquiſſi-
ma ſtatuti mens, vt æquali pretio res illa lui poſ
ſet? & quamuis vna æſtimatio ſit facienda, ſcili-
cet illius domus quæ dicitur permutata, licet re
vera potius pro ſupplemento pretij data ſit in ſo
lutum, tamen ea eſt capienda æſtimatio, quę ma
gis deſeruit menti ſtatuti, & minus nocet luere
volenti, cui ea ſalutari lege conſultum eſſe volue
re ipſi Legiſlatores, ad quorum mẽtem cum cer-
tiſſima ſit, tanquam ad ſaxum adhæreſcere de-
bemus, vt notat Interpres ad ſtatutum, in præfa-
tione, num. 130. & infra pluribus ſequentibus, &
quoties nihil ſine captione inueſtigari poteſt, eli
28 gendum eſt, quod habet minimum iniquitatis,
& quod fraudis ſuſpicione, & tertij pręiudicio ca
ret, l. quotiẽs nihil, ff. de reg. iur.

Quinto, cum venditor Ruſconus egeret pecu
nia, atque idcirco ſtatim inito contractu ſchedu-
las propoſuerit pro vendenda domo Daueriæ, &
tẽpore contractus actum eſſet, vt ea domus pre-
tio librarum circiter trium millium, vt in facto
mihi proponitur, haberetur, conſequitur hinc,
qđ permutationis nomen fuerit adiectum, non
quod ita veritas ſe haberet, ſed vt retractus diffi-
cilior eſſet, vel ſaltem maiori pretio fieret, quam
eſſet illud, quod ſolutum fuiſſet à Daueria, & ta-
men nulli dubium eſt, quod interdum eſt plus di
29 ctum, quàm ſcriptum, & dictum antecellit, & prę
ualet ſcripto, quando ille idem qui dixit, ſcripſit,
Bart. in l. quoties, §. 1. ff. de hæred. inſtit. Specula.
de locatio. §. 3. verſi. ad euidentiam, ad finem; &
ſimulatio ſicut & fraus, cum in animi tenebris, &
30 in occulto incluſa, & abdita lateant, probantur
coniecturis iudicis arbitrio, & ex præcedẽti trac.
& ex his, quæ tempore cõtractus, vel paulò poſt
dicta, aut facta fuere, vt ſcriptum reliquere Ti-
raquel. de retrac. legali. §. 1. gloſ. 14. num. 22. &
24. Bald. in l. 3. verſ. qualiter. C. plus vale. quod
agitur. Bart. & Iaſ. l. pacta nouiſſima, num. 14. C.
de pac. Crau. conſ. 73. nu. 7. & conſ. 156. nu. 14.
Deci. conſ. 644. nu. 4. Cępol. trac. ſimulati con
trac. in 2. præſump. & nonnullas coniecturas, qui
31 bus quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic a-
periuntur, vt ea oculis cernere videamur, & qua-
rum aliquæ ad rem iſtam faciunt. refert Tiraq.
excitato trac. §. 1. glo. 7. num. 75. qui §. 36. glo. 2.
nu. 2. ait, Fraudem ob id maiorem præſumi cum
32 quis ita facit ne fraudem feciſſe videatur; Tunc
enim cũ recti falſa ſpecie fraudis caput veletur,
& fraudem fraudi ſagax fraudulentus fraudator
addat, ſumma eius malitia, & fraus magis, atque
magis in ſimulationis, & fictionis regno educata
apparet, & multos, & multa in hanc rem vidẽda
refert Maſcard. trac. probat. in concluſ. incip. ſi-
mulatio, ad quem te remitto, ne actum agam.
cum itaque mens ſtatuti ea ſit, vt lui poſſit æqua
li pretio, & facta æſtimatione domus Ruſconi,
prout pars aduerſa ſupponit, nimia inæqualitas
in tertij præiudicium exoriatur, & ſurgat; equi-
dem amplexabimur quod æquius, & iuſtius eſt,
& magis congruit effectui ipſius contractus, æſti-
mationem nempè domus Daueriæ permutatæ,
ſeu magis in ſolutum datæ, nec habet Daueria
in quo doleat, aut mœrens conqueratur, cum im
munis, & incolumis ab omni damni iniuria ſer-
uetur, & aliter dicendo, cum aliena iactura quod
ſanè iniquum videtur, valdè locupletaretur.

Quæ cum ita ſe habeant, facilè refelluntur ar
gumentationes, quas ſuperius ex contrario in pri
ma quaſi acie præpoſuimus.

Nam licet multis nominibus permutatio, &
venditio differant, tamen hoc in caſu dicimus,
conſiderato maximè effectu potius eſſe venditio
nem, quàm permutationem.

Ad ſecundum reſpondetur, contractum eſſe
huiuſmodi iudicandum, prout eius figura demõ
33 ſtrat, niſi aliter res ipſa, & eius effectus ſuadeat,
atque bonis rationibus animum mouendo per-
ſuadeat, vt ſe ipſum declarat Crauet. relato cõſi.
20. nume. 5. nec contrahentium denominationi
ſtandum eſt, quando agitur, vt hic, de tertij præ-
iudicio, vt cumularè probauimus in ſecundo fun
damento pro hac parte.

Ad tertium dicitur, licet regulari iure inſpe-
cto, in ſtatutis de venditione loquentibus non cõ
tineatur permutatio, tamen id intelligi debet de
permutatione vera, non autem de ea, quæ magis
accedit ad naturã venditionis, ut in caſu noſtro,
uel quando in fraudem ſimulata fuit permuta-
tio, cum tamen effectus ipſe fuerit ueræ uẽditio-
nis, & id principaliter actum ſit, quod ſatis de-

mon-

monſtrat,& expreſſa ſumma pecuniæ, quæ longè multum excedit,& tranſcendit domus Daueriæ valorem, vnde fit, vt eius naturam ſequi debeat tanquam principaliorem,effectu conſiderato, purpuraque ideo veſtimento accedit, quia id principalius eſt effectu conſiderato, cum potius tanquam quoddam ornamentum accedat purpura; non ſic euenit in caſu noſtro, in quo cum pecunia ſit maior domus Daueriæ valore,omni æquitati, & iuri conuenit, vt hæc eo iure cenſeatur, & non contra; maximè cum inter partes à principio actum fuerit, vt eſſet venditio, licet aliter concepta fuerint verba in præiudicium tertij,cui ius luendi eſt, vnde plus valere debet
34 quòd verè actum eſt,quam illud quod ſimulatè conceptum,aut enuntiatum fuit.

Ad quartum replicatur reflectendo vim argumenti; nam ſi æqualitas pretij attendenda eſt, æſtimatio facienda erit domus non Ruſconi, ſed Daueriæ, cum per eam magis atque magis æqualitati quàm ante oculos lex noſtra habuit, conſulamus, & tollatur etiam omnis fraudis ſuſpicio;nec omiſſa expreſſio, aut explicatio pretij domus Daueriæ debet id impedire, cum tempore contractus expreſſa ſit, & ideo omiſſa ſit, vt magis inuoluto, & peruoluto negotio Ruſconi detrahere volentis deterior conditio fieret, vnde debet pretij expreſſio,vti principalior domus,æſtimationem ad ſe trahere, & facere vt contractus ipſe iure venditionis cenſeatur, atque in primo ſtatuti caſu contineatur, nec alteri ſententiæ accedere queo, cum nimium ſit ſuſpecta, & iniquitatis plena propter lucrum quod faceret Daueria cũ tanto Ruſconi (cui luendi ius eſt) detrimento,quandoquidem vt iam dixi, domum acquiſitam libris octomillibus,dimitteret ipſi Guidoni Ruſcono libris duodecim millibus, quod minimè ferunt ſacratiſſimæ leges iuſtitiæ, quæ nos iubent honeſtè viuere, neminem lædere, ius ſuum vnicuique tribuere, & naturalis, ac Chriſtiana lex velit,ne alteri quis faciat, quod ſibi fieri nolit, & Felix Ruſconus neceſſitate adactus, domum Daueriæ emendam obtulerit,atque eadem ipſa ſæpius rogata,eam tandem emerit,vnde fit, vt iuſtum pretium non ſoluerit, quando-
35 quidem qui pecunias non habet, & propter inopiam in magna eſt egeſtate, vt pecunias curet, vendere aliquid intendit, & propterea anxio,& ſollicito animo hunc adit, illum conuenit,exponitque ſe habere huiuſmodi rem venalẽ, & ſponte ſua ſe offert propter amicitiam quæ cum eo iam diu intercedit, eam ei venditurũ honeſta cõditione, & viliori pretio, quam alteri cuipiam extraneo; at ille animaduertens ei vendendi neceſſitatem impoſitam eſſe cum vltro vendere offerat, & licet ipſe ad eam emendam ſit valde propenſus,cum illa egere videatur, fingit tamen longè multum ab huiuſmodi ſenſu abeſſe, & apertè reſpondet eius animum ab emptione valde alienum eſſe, ſed addit propinquus ſies, ſi ad id me ipſum incitabis, & laceſſes pretij tenuitate,quo fit, vt venditor neceſſitate coactus etiam atque etiam illum roget,vt emere velit, pretio, quod illi tei dicet eius vrbanitas,cui ſe totum remittit, & quo magis venditor orat, & obſecrat, vt quæſo emat, & ne ſe ſupplicem aſpernetur, eo emptor ,venditoris neceſſitate præcognita , atque enixè rogatus, longè minus pecuniarum erogare contendit,apud ſe inquiens, oblatæ merces ſordent,& minoris æſtimantur, & iam extat apud omnes vulgatum adagium, vt ſcilicet vltroneæ merces vileſcant, & erogatæ creſcant; nam res tantum valet, quantum vendi poteſt, nec vt commune rei pretium attendatur, perpetuum eſt:ſiquidem quemadmodum fit vilior res, & pretium remittitur,ſi vltro offeratur, & vendatur,ſumma diligentia perquiſito adhibita etiam lucerna emptore,ita etiam pretium accenditur, & immoderatè augetur, ſi emptor re indigens venditorem etiam interpoſita amicorum opera, ſæpe requirit, vt ei rem vendere velit; & dum hoc ipſum cum ita rogat,vt maiori ſtudio rogare non poſſit, eo magis uehementes preces emendi neceſſitatem indicant, & mirificè rei pretium adaugent,unde fit,ut interdum preces ipſæ pars pretij dicantur,quod omne uel amplificatur,uel deprimitur ab ipſa neceſſitate emendi, uel uendendi; uis igitur iuſto uendere pretio?neminem rogato, ſed ſi fieri poteſt rem uendendam in id tempus differas, quo tu rogeris, & efflagiteris, nec te ipſum in has anguſtias, & miſerias conijcias: & ſi improuiſa urgeat neceſſitas, quam uitare nequeas,tempori inſeruias, ſed potius ſi mora ferat caſus,ipſe uendendi nimium occultes deſiderium , atque diſſimules tanta neceſſitate premi,ut patiaris te ipſum in miſeria neceſſitatis cruce appenſum, pedibus à carnifice tuæ gulæ impoſitis, interclu ſaque uoce, & ſpiritu ſuffocari.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO CAVSIDICO IOAN. Baptiſta Teſſera,& Clementia Landriana eius coniuge.

ARGVMENTVM.

Quondam tutor, an poſſit hæres inſtitui à minore; & an ſcriptus hæres habeat beneficium conſtitutionis, vel decreti de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem.

SVM-

SVMMAE RERVM.

1 Vitium (vt aiunt) inuiſibile ita impedit remedium, legis ſi. C. de edicto diui Adriani tollendo, ſicut vitium viſibile, quando illico id quod inuiſibile eſt, poteſt fieri viſibile.

2 Conſtitutio Mediolani de continuanda poſſeßione defuncti in hæredem, non habet locum niſi in hærede, habili, iuſto, & capaci.

3 Statuti beneficium qui petit, debet probare ſe habere illius qualitates.

4 Statutū ſi aliquid concedat alicui tanquam hæredi, debet probare ſe eſſe hæredem.

5 Qualitatem legis ſe habere docere debet, qui illius auxilium petit, eiuſque rei elegans affertur ratio.

6 Inſtrumentum facit rem manifeſtam.

7 Tutor quondam, & nunc curator hæres inſtitui non poteſt, ab ipſo minore.

8 Tutor capere non poteſt ex teſtamento quondam pupillæ ſuæ pupilla tamen ex teſtamento tutoris rectè capit.

9 Minor licet non reſtituatur aduerſus teſtamentum, quia illud reuocare poteſt, tamen ſi dolo fuerit inductus, eius diſpoſitio irrita fit actione doli.

10 Dolus maximè probatur coniecturis arbitrio iudicis.

11 Coniecturam doli vehementem facit qualitas perſonæ.

12 Curator, vel eius filius, prohibentur in vxorem ducere pupillam ſub eius cura exiſtentem.

13 Voluntatis arbitrium non eſt, vbi libera voluntas deeſt.

14 Cura, & tutela onus, cum ſit publicum etiam inuitis imponitur.

15 Curator poteſt inducere tertium, qui velit inſtituere minorem, vt eum ipſum inſtituat.

16 A tutore, vel curatore contra minorem accepta ceſſio eſt nulla.

17 Tutor ſuſpectus, tutor non eſt.

18 Tutor cum detur perſonæ, eo magis præſumitur ab eo metum minori inferri.

19 Minor ſi inſtituat quondam tutorem priuata ſorore vtrinq; coniuncta, præſumitur eo magis ad id dolo tutoris inductus.

20 Metus ſaltem reuerentialis præſumitur in minore, qui inſtituerit hæredem tutorem priuata ſorore.

21 Dolus præſumitur cum quid inſolitum fit.

22 Dotis legatum plenius fieri debet quando fiunt humanæ nuptiæ, quam ſi qua ingrediatur religionem.

23 Metus reuerentialis, an & quando ſola perſona reuerentia afferatur.

24 Diſponendi debet eſſe vnicuiq; arbitrium.

25 Ratio generalis ampliat dictum.

26 Tutor & curator ratione officij dicitur pupillo potentior,

27 Tutoribus cum minore contractus, cur lex interdixerit, pereleganti & egregia demonſtratur ratione.

28 Tutores ſæpius à tollendo, quam à tuendo nomen accipiunt.

29 Argumentum ex coniunctione duarum legum valet.

30 Exceptio liquida & clara admittitur contra hæredem petentem continuari in poſſeßione defuncti.

31 Qualitatis alicuius probatio fieri poteſt ex duobus inſtrumentis ſimul iunctis.

32 Contradictor legitimus in vtroq; poſſeſſorio tam plenorio quam mixto auditur.

33 Spoliatus dici non poteſt qui poßidere nequit, nec adiuuatur auxilio adipiſcendæ, vel retinendæ poſſeßionis.

34 Prædo ſpoliatus licet debeat reſtitui, tamen id non procedit, quoties conſtet, manifeſtè eum eſſe prædonem.

35 Hæres ſcriptus vbi ſit incapax, venientes ab inteſtato ſuccedere poſſunt.

36 Continuari in hæreditate debet ſubſtitutus, vel qui venit ab inteſtato, vbi hæres ſcriptus ſit incapax.

37 Hæredis incapacitatis exceptio, nunquam remota intelligitur, & in quocunque iudicio poſſeſſorio deduci poteſt.

38 Incontinenti factum quid dicatur, arbitrio iudicis relinquitur.

39 Poſſeßorium præceptum apparente legitimo contradictore poteſt ſuſpendi, mox cauſa plenius cognita reuocari.

40 Poſſeſſorij plenarij & mixti cognitio ſimul haberi poteſt, vbi legitimus oppugnator ſe offerat.

41 Exceptio quæ venit ex natura inſtituta actionis, & ex eadem lege nunquam intelligitur remota, etiamſi ſtatutum omnes exceptiones remoueret.

42 Officium iudicis nunquam ſublatum intelligitur.

43 Exceptio hodiè cōſtat, hodiè agatur excludit, quaſcunq; exceptiones eiſq; præfertur.

44 Opinio communis vigorem legis habet, & contra eam iudicans litem ſuam facit.

45 In lege expreßū dicitur quod ex eo colligitur quod in ea expreßum eſt.

45 Exceptio liquida dicitur, quæ in iure conſiſtit, & quæ facilè apertis libris ſciri poteſt.

47 Poſitioni iuris quis reſpondere non tenetur.

48 Præſumptio iuris, & de iure quæ ſit, & non admittit probationem in contrarium.

49 Probatio ſicut fieri non poteſt, contra id quod ſtatutum eſt à lege, ita etiam contra id quod eſt deciſum reſponſis prudentum, quia vtroq; caſu præſumptio iuris, & de iure, qua impulſus eſt legiſlator ad ita ſtatuendum, id non admittit.

50 Liberationis legatum, an à minore fieri poßit curatori ſuo.

51 Tutor finita tutela, an poßit agere, vt liberetur, & vbi velit rationem reddere, quid obſeruandum ſit.

52 Dolus non intelligitur excluſus à legato liberationis reddendæ rationis.

53 *Periculum vbi eſt maius, ibi eſt cautius prouidendum.*
54 *Legata licet poßint nutu relinqui, non ſic inſtitutio.*
55 *Inſtitutio caput teſtamenti dicitur.*
56 *Inſtitutio hæredis in codicillis fieri nequit, legata tamen rectè relinquuntur.*
57 *Codicilli nutu fieri poſſunt.*
58 *Inter inſtitutionem hæredis, & legatum, multæ ſunt differentiæ, & interdum quis ex vna capere poteſt diſpoſitione, & non ex altera.*
59 *Spurius licet non poßit hæres inſtitui, poteſt tamẽ ei fieri legatum pro alimentis.*
60 *Legati quis poteſt eſſe capax, & non inſtitutionis vniuerſalis.*
61 *Cautius eſt agendum, vbi maior inſit periculi ſuſpicio.*
62 *Inſtantia data corruit argumentum.*
63 *Tutela teſtamentaria incipit à die adita hæreditatis.*
64 *Scientiam teſtamenti tutorem habuiſſe conuincitur ex adminiſtratione ſubſecuta.*
65 *Tutor ſcriptus ſi ceſſet, nec ſolemnia faciat, ſuo periculo facit.*
66 *Pro tutore habetur is ad quem periculum tutelæ pertinet.*
67 *Tutor teſtamentarius poteſt ſe ingerere in adminiſtratione rerum pupillarium non petita licentia à iudice.*
68 *Tutor ſi non præſtet ea ad quæ de iure tenetur, cõtra eum in litem rectè iuratur.*
69 *Tutela & cura cum ſit munus publicum non poteſt recuſari, niſi legitima ſubſiſtente cauſa.*
70 *Tutor non liberatur, niſi petat curatorem pupillis.*
71 *Scientia cum in animo conſiſtat coniecturis probatur.*
72 *Adminiſtratio facta intelligitur ex titulo præcedenti.*
73 *Actum faciens qui poteſt eſſe vno modo permiſſus, alio vero prohibitus, præſumitur factus in caſu permiſſo.*
74 *Teſtamenta ex obſeruantia tabellionum, ſolent publicari illis quorum intereſt, mortuo teſtatore.*
75 *Scientia teſtamenti præſumitur in tutore, qui penes ſe habuit pupillos.*
76 *Scientia probatur ex publica voce, & fama.*
77 *Ignorantia licet præſumatur, tamen id fallit vbi adſit ſcientiæ coniectura, vel vbi alias ignorantia affectata ſit.*
78 *Scriptura priuata fidem non facit, etiam ſi eßet cõfecta à tabellione.*
79 *Allegatio iurium ſola non ſufficit, niſi accedat re ipſa productio.*
80 *Teſtamenti notitia etiamſi illud expletum non ſit, non excluditur quin aliunde haberi potuerit.*
81 *Conſequentia eſt falſa, & nunquam probat quoties oppoſitum eius quod dicitur poteſt ſtare cũ veritate cauſæ.*
82 *Conſenſus ſatis probatur ex patientia, cum ſcientia coniuncta.*
83 *Tacere non præſumitur, qui videt actum fieri in eius præiudicium, maximè quando impedire poterat.*
84 *Tutelam remiſiſſe alicui intelligitur, ſi quatuor menſibus eum pro tutore ſe gerere paſſus eſt.*
85 *Tutoris teſtamentaria conſtitutio quem tutorem facit, maxime ſi adiunctam habeat adminiſtrationem.*
86 *Pro tutore, quis reputatur, etiamſi tutelam legitimè non ſuſcipiat quoad eius præiudicium.*
87 *Teſtamentum à minore dolo factum, irritum eſt.*
88 *Curator teſtamento licet dari nequeat, tamen datus confirmari debet.*
89 *Tutor inuentarium facere debet, & alia præſtare ad quæ de iure tenetur.*
90 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, non alijs debet aſcribere.*
91 *Tutor niſi proponat debito tempore excuſationes, obligatus manet, & ipſe ſolus tenetur alijs tutoribus defunctis.*
92 *Tutores plures vbi ſint, licet vnus ſolus adminiſtret, tenentur tamen omnes erga pupillum.*
93 *Factio teſtamenti paßiua à pari procedit cum actiua.*

CONSILIVM CCXXXIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

INtentio Cauſidici Collegiati, Ioan. Baptiſtæ Teſſeræ, & Clementiæ Landrianæ eius coniugis ſatis fundata, & optimè conſtituta videtur, tãquam inſtructa acies, ab acie mentis, & iuris, proficiſcens aduerſus Ioan. Petrum Marinum tam in remedio l. fina. C. de edicto diui Adriani tollendo, quam nouarum conſtitu. titu. de contin. poſſeſs. defuncti.

Primo ex receptiſſima illa iuris concluſione, q ſcilicet, (vt noſtri aiunt) vitium inuiſibile ita
1 impediat remedium prædictæ legis fina. prout ſi eſſet viſibile, quando illico, & abſque altiori indagine, id quod eſt inuiſibile poteſt fieri viſibile, vt tradit, glo. communi conſenſu recepta, in l. 2. in verbo, quamuis, C. de edicto diui Adriani tollendo, & de communi fidem facit Curt. iun. videndus in l. fin. num. 3. C. eod. tit.

Secundo ex altera communi aſſertione, q ſcilicet, conſtitutio noſtra Mediolani ſimpliciter de hærede loquens (quod intelligitur ſiue ſit hæres ex teſtamento) ſiue ab inteſtato non habeat locum niſi in hærede habili, iuſto, & capaci
2 vt probat Tiraq. trac. le mort à ſai ſit le vif. in ſecunda parte, declaratione prima, num. 1. Gabr. videndus lib. commun. tit. de acq. poſſeſ. concluſ. 9. num. 8. & Plotus vtique videndus in repet. l. ſi quando, num. 849. C. vnde vi, Præſes Menoch.

conſil. 180. num. 33. lib. 2. & trac. de adipiſ. poſ-
ſeſſ. remed. 4. num. 756. & ratio eſt manifeſta,
quia cum conſtitutio noſtra velit poſſeſſionem
bonorum continuari in hæredem, ſeu hæredes,
qui tanquã hæres illius auxiliũ implorat, tene-
tur legitimè docere quod in eo inſit ipſius legis
qualitas, nempe, quod ſit hæres iuſtus, & capax,
atque legitimus, quandoquidem, qui beneficio
alicuius ſtatuti nititur, ſi vult quod ex eo petit,
obtinere, debet probare, ſe habere ſtatuti deſi-
deratam qualitatem, vti præcipuum ſuæ inten-
3 tionis fundamentum, vt tradit Soc. ſen. conſ. 57.
num. 13. vol. 3. & dixi ego conſi. 174. num. 1. lib.
2. & in terminis legis requirentis, quod quis ſit
hæres, ſcribit Dec. conſil. 321. & latè Maſcard.
4 tract. probat. in verbo, qualem quis ſe, vel alium
facit, concl. 1253. num. 27. & 28. ſicut enim qui
ad nuptias inuitatur veſtes nuptiales atque pre
tioſas ad nuptiarum ſplendorem augendum in-
duere ſolet, ita qui alicuius municipalis legis au-
xilium capiti fortuniſque ſuis petit, & ad illius
menſam exquiſitiſſimis epulis, & ſingularibus ci
bis extructam cupit admitti, debet docere ſeip-
ſum eſſe illis honorificis veſtibus ornatum, vnde
ea menſa dignus dijudicetur, ne quando poſtquã
obſonaueris ambulando famem, lætus diſcum-
5 bere cœperis, & varios cibos ad comedendum
ſuauiſſimos, & ad coquendum facillimos, auide
guſtare inchoaueris, & dum ad harmoniam ca-
nitur, fitque inter conuiuas hilaris cum ſubriden
ti riſu ſalutatio, & inuitatio, vt germanorum mo
re bibatur, quod tamen valde improbo, niſi ad
hibeatur magna cautio, & modeſtia, ne incautè
cadens in inſaniã æſtu vini feruens incidas; tibi
ipſi arroganter dicatur. hem nimis audax, impu-
dens, & temerarie adoleſcens, actutum hinc di-
ſcede; properans feſtina, quid ſtas? quid mora
ris? tibi dico ſurge, & ambula, te ipſum pulſo, lõ
gas iam tolle moras. Quomodo huc intraſti quo
modo & qua fronte ſtatuti beneficium audes im
plorare, cum non habeas veſtem nuptialem, cũ
legitimè non probes ſtatuti qualitates in te ſitas
eſſe?

Cum itaq; conſtet publicis documentis, quæ
6 faciunt rem manifeſtam, vt ſcribit Dec. conſil.
682. num. 1. Roland. conſ. 63. num. 3. & 4. lib. 4.
Menoch. conſi. 29. num. 1. vol. 1. Marutum fuiſ-
ſe teſtamentarium tutorem, & curatorem ipſius,
quondam Petri Franciſci, Landriani, de cuius
hæreditate agitur, conſequitur clara iuris diſpo-
ſitio crebriori Doctorum conſenſu approbata,
vt ſcilicet curator non poſſit, à minore ſub eius
7 cura exiſtente hæres inſtitui, cum lex tunc præ-
ſumat liberum, vt decet, non eſſe arbitrium, ſed
magis dolum, & inſidiarum ſuſpicionem ineſſe
exiſtimet in ipſo curatore, mxaimè cum minor
circumuentus, vt eum inſtitueret, priuauerit ſo-
rorem benemeritam, & vtrinque coniunctam, vt
tradit videndus omnino Caſtrenſ. conſil. 231. nu
me. 2. verſic. cæterum, volu. 2. Rebuffus in com-
men. ad conſtitutiones Regias Galliç trac. de do
nat. & alijs diſpoſitionibus, gl. 2. nu. 1. 2. & 3. glo.
4. & 6. & gl. 9. Duenas reg. 31. incipiente, admi-
niſtratores, ampliat. 6. Franciſcus Caldas, in l. ſi
curatorem, in verbo, hunc contractum, num. 27.
C. de in integrum reſtitu. Borgn. trac. de tutore,
& curatore, num. 279. Paulus Montanus de iure
tutoris, c. 30. nu. 79. & 80. & præter cæteros hoc
idem probo ego ex inſigni, tex. in l. vlt. ff. de lega.
1, vbi apertè dicitur, quod tutor non poteſt cape
8 re ex teſtamento, quondam pupillæ ſuæ, quia di
citur ab eo decepta, non ſic ex contrario, quia pu
pilla poteſt capere ex teſtamento tutoris, cũ de-
ceptionis ratio in ea ceſſet, vt optimè declarat
gl. in l. 2. in verb. fiſco, verſ. vel dic aliud eſſe, C.
de inceſtis, & inutilib. nuptijs. & quatenus dicitur
tutorem ex teſtamento pupillæ capere non poſ-
ſe, non præſupponitur, quod eſſet pupilla tempo
re conditi teſtamenti, quia cum pupilla dicatur
quæ ſit impubes, & ſic, quæ nondum compleuit
12. annum, & cum qua non eſt factio teſtamen-
ti actiua, etiam inſtituendo extraneum, ſed quod
eſſet pubes, tempore facti teſtamenti, & ideo gl.
in ead. l. fin. in verbo, ſi tutor, hanc ſentiens diffi-
cultatem, vt eam remoueret, inquit, ſcilicet quon
dam, nam dum eſt pupilla, non poteſt habere vi-
rum nec facere teſtamentum.

Et confirmatur communi illa ſententia, quod
licet minor non reſtituatur aduerſus teſtamen-
tum, quia poteſt illud reuocare, tamẽ ſi dolo fue-
9 rit inductus, vt præſumitur, quando hæredem cu
ratorem ſcribit, prçcipuè poſthabita ſorore vtrin
que coniuncta, quam vt inſtitueret poſtulabat
ſanguinis ratio, tunc irrita fit diſpoſitio per actio
nem doli, quæ datur venientibus ab inteſtato, vt
communem dicit Ripa, in l. prima, §. fuit quæſi-
tum, num. 32. ff. ad Trebellianum, & ſi qua viget
coniectura ad dolum præſumendum, & qui con-
iecturis iudicis arbitri, cum ab animo pendeat
10 maximè probatur; l. dolum, C. de dolo, Ruinus
conſ. 4. num. 10. volu. 1. Corn. viden. conſ. 140.
nu. 10. & 11. lib. 2. eſt meo iudicio qualitas perſo
næ, vt ſcribit Cæpola de ſimulat. contract. præ-
11 ſumpt. 22. nu. 72. & ante eũ Speculator de ceſſio
ne actionis, §. primo, nu. 10. vbi vide, & in termi-
nis arguendi doli præſes Menoch. vidend. lib. 5.
præſumpt. 3. nu. 100. Maſcar. in verbo. qualitas
non prçſumitur, concl. 1254. nu. 93. & infra, plu-
ribus ſequent. & in facto mihi ſupponatur ma-
nifeſtum eſſe, & ex criminali proceſſu conſtare,
Maruti malam qualitatem, eo magis eſt reci-
pienda hæc noſtra ſententia, nec diſſentit Man-
tica ex contrario allatus, eod. lib. ſecundo, titu. 7.
num. 3. & 7.

Hinc fit etiam, vt curator, vel eius filius pro-
hibeantur in vxorem ducere pupillam, ſub eius
cura exiſtentem, propter hanc eandem frau-
12 dis, & inſidiarum, ac impedimenti liberæ vo-
luntatis rationem, vt eſt textus, in lege,
libertam, cum duabus antecedentibus, &
ſubſe-

ſubſequentibus legibus, ff.de ritu nuptiarum, &
l.ſi patris,& l.ſi tutor, C.de interdic. matrimon.
13 arbitrium enim voluntatis non eſt, vbi libera vo-
luntas non eſt, vt notat Salic. in l.cum non, nu.
1. C.quomodo,& quando iud. & quæ deceptio-
nis ſuſpicio, & liberę voluntatis oppreſſio cum
vtroq; in caſu vigeat;meritò idem ius ſtatuēdum
eſt. Nec aduerſatur, vt nullus reperiretur,qui vel
let eſſe tutor, vel curator;quia id nihil refert,cum
lex ipſa hoc onus etiam nolenti imponat, tan-
14 quam publicū munus, & ſe iam quaſi voto quo-
dam,& promiſſo teneri debeat putare, Inſtit.de
excuſat.tut.in princ.verſ.exempto, & ibi gloſ.in
verbo,publicum. Nec refragatur Surdus allato
conſ.373.nu.2.vol.3.nam non dicit,quod adul-
15 tus poſſit curatorē hæredem inſtituere, ſed quod
curator poteſt inducere tertium, qui velit inſti-
tuere minorem ad ſe ipſum inſtituendum,modo
id faciat blanditijs,& non malis artibus,quod ſa
nè à caſu noſtro eſt longè diuerſum, vt explicat
Borgninus tractatu de tutore, & curatore, nume
ro 280.

Ex eodem fonte manat vt ceſſio accepta à tu
tore,vel curatore contra minorem ſit nulla,& ir-
rita propter hanc eandem doli,& inſidiarum ſu-
16 ſpicionem, aduerſus quam lex nullam admittit
contrariam probationem,cum ſit præſumptio iu
ris & de iure, vt tradit Iodocus Damhouderius
Burgenſis trac.pupillorum patrocinium,cap.10.
nu.45.in 2.parte octaui tomi tractatuum, ſecun
dum nouam impreſſionē,fol.369.& optimè con
fert gloſ. videnda in Auth. de nuptijs, §.de aug-
17 mentis,in verbo, vitricum,facit lex,ſi in emptio
ne,§.fin.ff.de contrah.empt.& hoc fit propter ve
hemētem ſuſpicionem deceptionis quam lex ha
bet,& quæ facit vt tutor non ſit tutor, §.ſi inter,
18 Inſtit.de autho.tuto.& cum tutor detur perſonę,
infertur eo magis iuſtus metus.

Et meherclè quæ maior doli probatio inueni
ri poteſt ea, quæ hoc caſu emergit, & manat,ex
publicis documentis, vt ſcilicet teſtamentum ip-
ſum ſit factū, domi ipſiuſmet Maruti curatoris,
& exortum ab adoleſcentulo moribundo, vix de
cimum quartum annum excedente, & ſub tecto,
& cuſtodia ipſius curatoris degente,quaſi in vin-
culis conſtricto; priuata autem ſorore vtrinque
coniuncta,& quam frater viuens, habuit cariſſi-
19 mam, & quæ à parente ſibi fuit ſubſtituta, vt in
puncto reſpondit Caſtrenſ.eo.conſ.231.num.2.
vol.2.& confirmat Soci.iun.conſ.113. num.11.
li.3.& complura huius generis cumulant Simon
à Prætis videndus trac.de interpret.vlt.volunta.
lib.5.dub.1.à nu.80.vſque ad fin.fol.482.Meno
chius de præſump.lib.4.præſum.12.nu.10.Hie-
ro.Gabr.conſ.16.num.43. lib.1. Sfortius Oddo
trac.de reſt.in integr. quæſt.58. art.8. nume.43.
Lex enim in quōdam tutore præſumit, quod ſal
tem ob perſonæ reuerentiam metum intulerit,
20 & minorem ſub ſua poteſtate degentem compu-
lerit, atque perpulerit ſibi omnia vt relinqueret
priuata ſorore vtrinque coniuncta; & quamuis
dubitetur,an ſola perſonæ reuerentia,abſque mi
nis,vel verberibus iuſtum incutiat metum, atta-
men cum alia accedant adminicula ſuperius e-
narrata, & maximè quia vt amborum pupillo-
rum ſuæ fidei concreditorum patrimonium au-
cuparetur, contra communem omnium teſtato-
21 rum conſuetudinem,quod velut inſolitum, ma-
gis dolum arguit, Crauet.conſ.321.num.3.mino
rem induxerit, vt uberius legatum fecerit, pro-
ut fecit ſorori in caſu ingreſſus religionis, quàm
matrimonij,cū tamen propter maiores impēſas,
quas hæ humanę exigūt nuptię, ſoleat plenius
22 prouideri in hoc ipſo, quàm in alio ſuperiori reli
gionis caſu, vt tradit Card. Mantica de coniec.
vlt.volun.lib.11. tit. 18.nu.29. verſ.ſed contra-
rium ideo fortius concedendum eſt,glo.& Bart.
in l.1.§.quæ onerandæ,ff.quarum rerum ac.non
23 detur,l.interpoſitas, C.de trāſa. Aret.cōſ.24.nu
me.6.& 9. Menoch.de arbit.iud. caſu 136. Cra-
uetta conſ.136. Burſat.conſ.72. num.30.& 40.
lib.1. qui conſiderat, an tutor præſens fuerit, &
idcirco cum diſponendi de rebus ſuis arbitrium,
quod liberum eſſe debet, hoc metu, hac ipſa reue
24 rentia, his inſidiis impediatur, merito nocere de-
bet.l.1. C.de ſacroſan.eccleſ.l.2. & ibi glo.in ver
bo,remoueri,verſ.ſed quid ſi quis, C. ſi quis ali-
quem teſtari, & quæ ratio cum ſit generalis am-
25 pliat dictum.l.regula,§.fin. ff. de iuris & fac.ign.
tutor enim ratione officij dicitur pupillo poten-
tior.ita vt ei vix contradicere valeat, nec omni-
no ipſo præſente hiſcere audeat; & ideo vt iam
26 præmonuimus, ei contra pupillum cedi non po-
teſt, vt ſentit Speculator tit. de ceſſio.actio. §. 1.
ante num. 2. Sacroſancta enim lex cum perſpice
ret pupillos parēte orbatos, propter ętatē nequi
re ſe defendere,& ſuis rebus ſupereſſe,eorum ca-
piti tutores, & rebus ſuis curatores adiungere
voluit, qui vim, & poteſtatem haberent eos
tuendi,ex qua re ipſi tutores, quaſi tuitores, at-
27 que defenſores nomen acceperunt; verum quia
ſæpiſſimè euenit, vt quod nomine profitentur, re
ipſa minimè præſtent, imò fidem datam, diui-
na etiam iuramenti religione obſtrictam fallen-
tes, dici poſſint potius tollitores, & captatores,
quàm tutores, aut curatores, vel offenſores ma-
28 gis quàm defenſores, vt inquiunt Albericus in
l.prima,§.tutores,ff.de tutel. Plotus in l.ſi quan-
do, numero 197. & numero 206. C. vnde vi.
Atque minorum caput, & ſalutem, & ſuſce-
ptum pietatis officium non ſolum relinquant,
& deſerant; ſed etiam prodant, idque eis fa-
cillimum ſit, cum in ſua quaſi manu poſita ſint
omnia, & difficillimum ſit has inſidioſorum a-
micorum occultas inſidias, & domeſtica mala
vitare, eadem prouida, & pia lex, vt quan-
tum fieri poſſet incolumitati, & vitæ, ac for-
tunis minorum conſuleret, & nullus inſidian-
di locus eſſet; omnem inſidiarum occaſionem
præripuit, eo ſalutari conſilio, vt cum eis, eo-

rumque filijs interdicta eſſent matrimonia,& cę
teri contractus, nec à minoribus in teſtamento
ijdem hæredes ſcribi poſſent; hoc vnum his tot
incommodis quæſiuit remedium; nam offenſio-
nes hæ facilè effugiuntur,ſi ſuſcipiendi maleficij
facultate, ac lædendi poteſtate, peruerſi iſti ho-
mines priuentur, quod facile ex hoc interdicto
aſſequimur,nam procul amoto commodo,fraus
facile remouetur; etenim is tutor patum fidelis,
& tutus, quas inſidias parabit ad circumuenien
dum, vt ſeipſum hæredem faciat, vt eius fi-
liam in vxorem ducat, ſi viderit ſacroſancto le-
gis imperio hæc teſtamenta quaſi dolo captata,
irrita fieri, haſque nuptias quaſi fraude extor-
tas vetitas eſſe,& nullum exinde commodum ad
eum redire poſſe,ſicut enim cupiditas, & ſpes lu-
cri ad maleficia homines incitat, & impellit,ita
etiam eoſdē,eius deſperatio repellit,& auertit.

Et propterea ſicut valet argumentum ex con
29 iunctione duarum legum, vt tradit Euerardus
in ſuis centum locis arguendi, ſub titulo de con-
iunctione,ſeu combinatione duarum legum, ita
etiam (& vt noſtri aiunt) incapacitas ipſius Ma-
ruti ſit aperta; tum publicis inſtrumentis, qui-
bus apparet ſcriptum fuiſſe tutorem, & curato-
rem ipſi Landriano, tum diſpoſitione iuris ve-
tantis ipſum hæredem inſtitui poſſe, & propter-
ea hoc vitium ſit adeo per ſe patens, & tam in fa
cto,quàm in iure viſibile,vt habeatur perinde ac
30 ſi à principio eſſet viſibile; nec in vtroque reme-
dio huiuſmodi exceptio tanquam manifeſta, no
toria,& liquida, & quæ ex vi legis ineſt, ad eius
beneficium, & actionem conſequendam, reijci-
tur,vt tradit Bald.in ſimili in l.fin. num. 1. C.de
falſa cauſa adiecta. Decius conſil.449.nu.8. Ro-
landus à Valle conſil.20.nume.11. volu.1. affir-
mantes probationem alicuius qualitatis à ſtatu-
31 to requiſitam, poſſe optimè fieri ex duobus in-
ſtrumentis ſimul iunctis.

Cum igitur Marutius inſtitui nequeat, conſe
quitur vt continuari non potuerit, nec ex l.fina.
C.de edic. Diui Adria.toll. nec ex Cæſareis con
ſtitutionibus, ſed iure merito fuerint à conſultiſſi
mo Domino Fabricio Boſſio tunc conſultore iu
iuſtitiæ,continuati ipſi coniuges vti legitimi con
tradictores,& oppugnatores,& ius certius habē-
32 tes tam in poſſeſſorio plenario, quàm in mixto,
vt decidit idem Præſes Menoch. videndus de adi
piſcen.poſſeſ.remed.4.num.622.

Nec ſpoliatus dici poteſt Marutus, cum poſſi
dere non potuerit, & tanto minus adiuuari po-
teſt auxilio adipiſcendæ,vel retinendæ, vt egre-
33 giè in ſimilibus terminis diſtinguit Crauc. viden
dus conſ.322.num.4. verſ.quinto, & verſ.ſexto,
& omnes ita ſentire teſtatur idem Præſes Me-
noch.de recuper.poſſeſ.in prælud.nu.2.& confir
matur recepta illa ſententia, vt licet in remedio
recuperādæ(extra quod tamen nos omuino ver-
ſamur)prædonem etiam eſſe reſtituendum, vul-
go omnes conclamitent;id tamen non procedat
vbi ex actis,vt hic, manifeſtè appareat eum qui
34 petit reſtitui,eſſe prędonem, vt explicant Meno.
communem dicens relato trac.recup.poſ.rem.1.
num.113.& Gabr.eo.tit.concluſ.1.num.94. Bo
ni enim iudicis æquitas non patitur, vt huic im-
probo,& vitioſo poſſeſſori,qui animæ conſcien-
tiam non curat,ſed ſubueniatur in perniciem le-
gitimi,& iuſti hæredis, & poſſeſſoris,qui autho-
re iudice poſſeſſionem adeptus eſt, vt declarat i-
dem Gabriel ea.concluſ.1.num.108.& in quem
virtute noſtrarum conſtitutionum continuata cē
ſetur poſſeſſio,cum ſcriptus hæres teſtamenti fa-
ctionem non habeat.

Quibus firmiſſimis benè iactis fundamentis,
facilè (meo iudicio)refelluntur,& diluuntur con
traria; nam ad

Primum dicitur ipſam Landrianam nedum
tanquam ſubſtitutam,ſed tanquam vocatam ab
inteſtato continuationem petijſſe,& obtinuiſſe,
attēta præſertim euidēti,& notoria incapacitate
Maruti; & cum non fuerit citata,merito cōtinua
35 rio ipſius Maruti fuit abrogata, vt ſcribit Tiraq.
trac.le mort ſaiſit le viſ. in 2.par.decla.7.nu.2.

Secundo,ſubſtitutus etiam permittitur impe-
trare beneficium ipſius conſtitutionis, vel quādo
ſcriptus hæres ſit inhabilis,& incapax, vt hic, vt
declarat Plot.in l.ſi quando,nu.848.circa fi. vel
36 quando ſubſtitutio ſit notoria, & iure inſtitutio-
nis facta,vt declarat Gab.relata concl.9.de acq.
vel amit.poſſ.nu.10. verſ.contrarium, qui refert
plures legum peritos teſtātes ita iudicatū fuiſſe.

Ad ſecundum reſpondetur,licet vtrunq; bene
neficium cumulari poſſit, ſcilicet l.fin. & nouat.
37 conſtit.quod ex earum verbis claris operatur, e-
tiam quo effectum recuperandæ ipſius poſſeſſio-
nis;attamen intelligitur reiecta exceptio (vt no-
ſtri vocant) incapacitatis, & inhabilitatis ipſius
hæredis,vt ſuperius probatum fuit,ex communi
Doctorum ſententia,& cōprobat Simon à Præ-
tis de interpret.vlt.volun.lib.2.fol.1.nu.1. & in-
fra fol.124. quæ contra afferuntur, procedunt
quando conſtaret de habilitate ipſius hæredis;
ſed ſuper proprietate, & dominio quæſtio moue
retur,qui eſt caſus lōgè à noſtro diuerſus, ſatiſq;
incontinenti dicitur conſtare de incapacitate, &
inhabilitate ipſius Maruti ex publicis documen
tis,& ex iuris diſpoſitione, quæ faciunt rem ma
38 nifeſtiſſimam,nec id tempus ad triduum reſtrin-
gitur, vt aliqui ſenſere; ſed id totum relinquitur
arbitrio iudicis, vt de crebriori opinione teſtatur
Præſes Menoch. videndus de arbit. iud. caſu 12.
nu.4.quamuis etiā minori temporis ſpatio, quā
ſit triduum in caſu noſtro,tum per aperturam li-
brorum,tum publicis documētis, res ipſa patefie
ri poſſit,& iam conſpicua,in aperto poſita eſt.

Præterea cum aduerſus Maruti continuatio-
nem, non citata parte,obtentam,ſeu magis ſur-
reptam,prædicti coniuges,velut legitimi cōtradi
ctores ſe oppoſuerīt,& de inhabilitate ipſius Ma
ruti docuerint;potuit,&debuit iudex ipſe tale p̃-
ceptum

ceptum Maruti ex ſummaria cognitione ſuſpē-
dere,moxque cauſa maturius, & plenius cogni-
ta illud idem reuocare, vt in puncto docent Pau
39 lus Caſtrenſ.in l.ſecunda, C.de edict. diui Adria
ni tollendo, & Cotta noſter in verbo, decreto
Mediolanenſi,prope finem, & præſes Menoch.
de adipiſcend. poſſeſſ.eo. remed.4. num.622.&
tunc plenarij poſſeſſorij,& mixti cognitio habe-
ri debet,& res pro iuſtitia diffiniri, prout actum
40 fuit in caſu noſtro, vt in terminis noſtri decre-
ti docent Baldus videndus conſil.141. num.3.
lib.primo, Alexand.in conſil.82.num.6.lib.2.&
conſil.40. volum. tertio, idem præſes Menoch.
de adipiſcen.poſſeſſ. remed.4.nu.861. poſt Bar-
batiam in repetitione rubricæ de cauſa poſſeſſio
nis,& proprietatis.

Ad Tertium reſpondetur,iam probatum eſſe
ex communibus Doctorum ſententijs, hoc in ca
ſu cognoſci poſſe de habilitate, & inhabilitate
hæredis, continuationem prætendentis,cum ſit
qualitas, & quæ ex claris conſtitutionis verbis
exigitur, & quæ per modum neceſſarij præſup-
poſiti ineſt,ad hoc,vt quis continuationem obti
nere queat, & exceptio,quæ venit ex natura in-
tentatæ actionis,& ex eodemmet ſtatuto, ſeu de
41 creto nunquam intelligitur remota,etiam ſi ſta-
tutum alias omnes prorſus exceptiones remoue-
ret, vt docet interpretum princeps Barto.in l.
prima,§.& parui,ff.quod vi aut clam. Marſilius.
conſil.16.num.9. Crauetta conſil.127. num.14.
ſicut nec etiam vnquam ſublatum intelligitur
42 officium iudicis, Felyn.in cap.ex parte,el 2.nu-
mero 17.ff. de officio delegati; hęcque exce-
ptio hodie, vt conſtat, adeo fauorabilis eſt, &
iuſta,vt excludat quaſcunque alias exceptiones
eiſque merito præferatur, vt inutiles circuitio-
nes ad protrahendas lites iniectæ contrahantur
43 & in anguſtum deducantur, vt eſt text.optimus
quem vide, in l.ſi is à quo, ff. vt in poſſeſſionem
legatorum,& confirmat Pariſ.conſi.16.nu.128.
vol.2.& facit additio Albę cōſ.351.in litera A.

Ad quartum iam ſuperius abundè probatum
eſt, communem eſſe Doctorum ſententiam, vt
quondam tutor, & nunc curator ipſe, non poſſit
inſtitui hæres à minore, & ſatis eſt, quod id repe
riatur deciſum à communibus prudentum re-
ſponſis, quibus autoritas interpretandi data eſt,
& quæ vigorem legis habent, & à quibus iudex
in iudicando recedere non debet, & contra eam
iudicans facit litem ſuam, maximè quia, cum
omnia non potuerint certis legibus comprehen-
di, merito proceditur de ſimilibus ad ſimilia,ſa-
44 tiſque id expreſſum dicitur, quod ex eo quod
expreſſum eſt colligitur, l.non poſſunt.cum dua-
bus antecedentibus, & ſubſequent. ff.de legib.l.
legis virtus, ff. eod. Barto.in l.fin.ſub num.5.C.
de pœna iudicis, qui male iudicauerit. Bald.in c.
ne innitaris, num.6. de conſtitutionibus Galia-
ula,in l. Centurio, num.291. ff.de vulga. & pu-
pill. Berous conſil.91.num.17.lib.2. Gratus con
ſil.77.num.4.lib.2.fusè Antonius Maria Corra
45 tius,trac.de cōi opini.lib.1. tit.1.nu.1.& nu.20.

Et liquida dicitur exceptio, quæ in iure con-
ſiſtit, & quæ facilè ſciri poteſt apertis libris,§.
46 quibus in prima conſtitu. codicis,l.ornamento-
rum, ff.de auro & argenro legato, Iaſ.videndus
conſil.26.num.5.lib.1. Menoch.conſil.181.nu.
46.& 47.lib.2. & ideo poſitioni iuris, cum illud
47 ſit certum,quis reſpondere non tenetur,ex tradi-
tione gloſſæ,in l.2.§.quod obſeruari,& ibi Bart.
& Doctores, C.de iuramenro calumniæ.& quē-
admodum præſumptio iuris, & de iure,non ad-
48 mittit probationem in contrarium, cum ſit ani-
mi legiſlatoris applicatio ad veriſimile ſanctio-
ne confirmata,& lex non ſimpliciter præſumat,
ſed præſumendo ita ſtatuat, merito dicitur pro-
batio adeo neceſſaria, vt ad eius vigorem ener-
uandum, aut extenuandum nihil omnino pru-
dens iudex admittat,alioquin facile legis virtus,
quæ ſtabilis eſſe debet, ad incertum pro cuiuſ-
que arbitrio reuocaretur, vt egregiè declarāt,
quos referunt grauiſſimos legum ſcriptores,præ
ſes Menoch.tract.præſumpt.lib.primo,præſum
ptio.3.num.1.& 8.& 12.& infra, Maſcardus de
probatio.quæſt.10.num.48.& ſequent.ita & pa
ri ratione idem eſt dicendum in ipſa iuriſperi-
49 torum traditione, ſeu communi opinione, tum
propter virtutis paritatem, tum quia ſatis ex-
preſſum,in lege dicitur, quod per interpretatio-
nem venit, l.de quibus,l.nam vt ait, & l.ſcire le-
ges,& l.ideo,ff.de legibus,& multa in idem affert
Euerardus in ſuis centum locis arguendi,in loco
à pari,num.1.& pluribus ſeqq,

Nec reſiſtit,l. Aurelio, §. Caius, ff.de liber.le-
gat.quia loquitur in ſimplici relicto liberationis
facto curatori,quod fieri permittitur ex diſpoſi-
50 tione iuris,cum æquum ſit, eum qui fideliter a-
liena adminiſtrauerit,liberari ratione reddita,&
quamuis tutor finita tutela agere non poſſit, vt
pupillus eum liberet,tamen poteſt agere pro pe
51 cunia,quę ei abeſt,& etiam valet liberatio cū iu
ramenro,l.quid ergo,§.contrariam,ff.de contra.
vtili.actio.& ibi vide gl.in verb.liberationem:&
curator timēs conueniri pro ratione tutelæ, po-
teſt implorare officium iudicis,vt ponantur arbi
tri reuiſores, vt tradit Petrus de Suzza. in l.vix
certis,ff.de iudic.& etiam poteſt rationes offerre,
& petere à iudice, vt ſtatuat tempus pupillo; vl-
tra quod non audiat eum agentem, vt tradit,gl.
optima in ver.volūtatis,in l.pupillus, C.de vſur.
pupillarib.& propterea teſtator,qui minor erat,
in d. §. Caius, voluit quod non deberet quæſtio
fieri curatori,quia ipſe tractauerat, & omni caſu
non excluditur dolus per huiuſmodi legatum, ſi
quis admiſſus fuiſſet à curatore, vt ibidē animad
52 uertit I.C.& tradit Dec. in conſil.178.num.3.
quia eo legaro tantum videtur ſublata ſcrupu-
loſa inquiſitio,& non excluſus dolus, & per con
ſequens, cum agatur de leui admodū pręiudicio
minoris,nō mirum ſi legatū defenditur; ſecus eſt

autem dicendum vbi agitur de inſtitutione ip-
ſius hæredis, quę cum ſit caput ipſius teſtamen-
ti, dicitur eſſe magis præiudicialis, & periculo-
53 ſa; & per conſequens cautius eſt prouidendum,
cap.quieſcamus, quadrageſima ſecunda diſtin-
ctione. vnde fit, vt iure merito paſſim in iure
noſtro multa concedantur in legatis, quæ negan
tur in ipſa inſtitutione hæredis; nam legata nu-
tu relinqui poſſunt, l.nutu, de legatis tertio, l.&
54 in epiſtola, ff.de fideicommiſſis, Socin.iunior in
conſilio 62.num.15.libro 4. inſtitutio autem hę
redis ſola voluntate non inducitur, ſed requiri-
tur diſpoſitio expreſſa, & ſolennis, cum inſtitutio
55 nis ſit fundamentum, & caput totius teſtamen-
ti, l.quidam cum filium, ff.de hæredibus inſtituē-
dis, l. hæredes palam, ff.de teſtamentis, l.iube-
mus, C.eodem titulo, l.prima.ff.ſi tabulæ teſta-
menti extabunt.

Item in codicillis hæredis inſtitutio fieri non
56 poteſt.l.hæreditatem, C.de codicillis, l.non codi
cillum, C.de teſtamentis. l.Scęuola, ff.ad Trebel
lianum, §.penultimo, Inſtitut.de codicillis.lega-
ta tamen, & fideicōmiſſa rectè relinqui poſſunt,
l.vltima, C.de codicillis.§.vltimo, Inſtitut.de fi-
deicommiſſar. hæredita. & propterea receptum
videtur, vt codicilli nutu fieri poſſint ab eo, qui
57 tamen teſtari non prohibeatur, vt tradit Cardi-
nalis Mantica de coniec.vltimarum voluntatū,
libro 6.tit.4.nume.1.

Item abſurdum non eſt, vt quis capere ne-
queat ex vniuerſali hæredis inſtitutione; & ta-
men minime prohibeatur ex legato capere, qua-
58 les ſunt fratres minores, qui non ſunt capaces
ſucceſſionum, ſed ſingularium legatorum, vt eſt
text.in clemen.exiui, §.proinde, de verborum ſi-
gnificatio.vbi Cardinalis Zabarella, num.11.&
12.& tradit Bart.trac.minoricarum, lib.1.& 2.
Romanus conſilio 268.incip. in caſu propoſito.
Feder.de Sen.conſ.26.incip.caſus talis.

Item ſpurius licet non poſſit hæres inſtitui, vt
docet Baldus in l.2.num. 9. C.de ſentent. & in-
59 terlocutionib. omnium iudicum; tamen ex com-
muni Doctorum ſententia pro alimentis ei lega
tum fieri poteſt, vt affirmat idem Cardin. Man-
tica de coniec.vlt.volunt.lib.8.tit.5. num.13. &
dixi ego conſil.152.num.10.lib.2.Simon à præ-
tis videncius de interpret. vltimar. volunt. lib.3.
ſol.2.num.7.fol.188.

Cum igitur multæ & complures ſint differen
60 tiæ inter inſtitutionem, & legatum; & quis poſ-
ſit eſſe capax legati, & non inſtitutionis vniuer-
ſalis, vt eſt celebris etiam tex.videndus in l.2.C.
de neceſſ.ſeruis hæred. inſtituen. non bene, meo
iudicio, infertur ex d.l.Aurelio, §.Caius, C.de li-
berat.legat.loquente in particulari legato ad in-
ſtitutionem hęredis, de qua nos agimus, cum lon
gè diſpar inſit ratio, ex iam dictis; & in inſtitutio
ne ipſa longè maius verſetur periculum; vnde
61 maiori conſilio, & cautione opus fuit, cap. vbi
periculum, de electione, & electi poteſtate, in 6.

& ex diuerſis non infertur, & aliàs data inſtantia
corruit argumentum, gloſ.in verbo, ſic & ego.
62 cap.ſicut vrgeri, quæſtione prima, Socin. iunior
in d.l.prima, num.187.ff.ſoluto matrimonio, ma
ximè cum conſtet in eadem l.Aurelio, §.Caius,
non curatorem, ſed extraneum fuiſſe inſtitutum,
vt eius legis clara verba indicant, vt ſentiūt Cre
menſ.ſingulari ſuo 118.incipiente, hæres mino-
ris. Sfortius Oddo trac.de in integrum reſtitut.
quæſt.58.nume.44.

Ad quintum & vltimum dicitur, teſtamenta-
63 riam tutelam incipere à die aditæ hæreditatis,
Angelus in §.actionum, nume.76.Inſtitut.de a-
ctionibus, & apertiſſimè Marutum conuinci,
quod habuerit ſcientiam teſtamenti ipſius Phi-
lippi Landriani, in quo ſcriptus fuerat tutor, &
curator ipſi Petro Franciſco ipſius Philippi filio,
tum ex publicis ſcripturis, & denunciationibus,
64 tum ex ſubſequuta adminiſtratione, vt probat
gloſſa, Baldus, & Salycetus in l.ſi tutor, in verbo,
oſtenderis, C.de periculo tutorum, gloſ.in §.qui
autem, Inſtitut.de excuſatio.tutorum. & ſi ceſſet
ſcriptus tutor, ſuo periculo ceſſat.l.prima, ff.de
adminiſtrat.& periculo tutorum; & quo ad eius
præiudicium ſemper habetur, perinde ac ſi eſſet
65 tutor, vt probat gloſ. & Albericus à Roſate in l.
tutores, & in l.4.in verbo, conceſſa, ff.de authori-
tate tutorum.& optimè facit l.ſi quis tutor, ff.de
66 ritu nuptiarum, vbi dicitur pro tutore haberi
eum, ad quem periculum tutelæ pertinet, maxi-
me quia teſtamentarius tutor poteſt ſe ingerere,
& intromittere in omni actione, & adminiſtra-
tione rerum pupillarium ob probatam à teſtato-
re eius fidem, etiam non petita iudicis licentia,
vt de communi opinione vſu recepta teſtatur
Alba videndus conſilio 21.num.8.& 9.& ſi non
67 præſtet ea, ad quæ tenetur, de iure contra eum
rectè in litem iurari poteſt, l.finali, §.finali, C.ar-
68 bitrium tutelæ. Angelus §.actionum, nu.76.In-
ſtitu.de actionibus, Borgn.trac.de tutore, nu.25.
& num.189.Plotus in l.ſi quando, num.235.&
num.370.& num.194.C.vnde vi.& cum tutela,
& cura ſit onus publicum, non poteſt recuſari, ni
69 ſi legitima propoſita, & probata excuſatione, to-
to titulo ff.de excuſatio.tuto.& tutor non libera-
tur, niſi petat curatorem pupillo, Angel. §.item
70 qui reipublicæ, Inſtitut.de excuſatio.tutorum, &
cum ſcientia in animo conſiſtat, receptum eſt, vt
71 coniecturis probetur, vt affirmat ex alijs Maſcar
dus in verbo, ſcientia, concluſione 1299.num.1.
Sed in caſu noſtro nedum coniecturæ, ſed certę
adſunt probationes, deſumptæ ex certiſſimis re-
rum argumentis, & ex prænarratis denunciatio-
nibus, & adminiſtratione bonorum ipſorum mi-
norum, quæ intelligitur facta ex titulo præceden
ti, ne alias in delictum incideret, vt fusè proſe-
quitur idem Præſes Menochius lib.3.præſumpt.
72 49.nu.1.& infra pluribus ſequentibus, maximè
nu.5.vbi loquitur etiam in tutore, præſump.46.
num.9.& præſum.10.nu.23.& præſumpt.134.
num.

num.30.& præſumpt. 143.nu.8.eo.lib.3. & præ ſump.74.nu.3.lib.2. & quando quis facit actum
73 qui poteſt vno caſu eſſe permiſſus, alio verò caſu prohibitus, præſumitur factus in caſu permiſſo, Bart.in l.de pupillo,§.ſed vt reprobari, numc.7. de operis noui nunciatio.vbi Alexand.& Iaſon, facit l.meritò, pro ſocio. & eſt doctrina Bartoli in l.gerit,num. 20.ff.de acquiren.hæredita. Item ex affinitate, & familiaritate quam habebat, cū ipſo teſtatore, & cum ipſo tabellione,qui teſtamentum confecerat. Item quia cum ageretur de teſtamento non in ſcriptis,ſed,vt aiunt,nuncupatiuo,communis ſtylus eſt, & tabellionum vſus, vt poſt mortem teſtatoris illud publicent, atque indicent ea omnia quæ in teſtamento continen-
74 tur,maximè illis quotum intereſt, vt probat idē Maſcardus relata concluſione 1299. nume. 21. vbi vide. Item ex locorum vicinitate ; & ex eo quod penes ſe habuit minorum ſcripturas, &
75 apud ſe minores educauit,& ſub eius gubernatione retinuit,poſt mortem aliorum tutorum,vt latè proſequitur idem Maſcardus loco excitato. Item ex teſtibus in cauſa criminali receptis, & ex publica voce,& fama eius loci, quæ rem ma-
76 nifeſtam & notoriam facit,vt probat Maſcardus eo loco.

Et quamuis ex regulis iuris, ignorantia præſumatur, fallit tamen quando aliquid probaretur,per quod ſcientia præſumeretur, prout ſunt ea,quæ ſuperius attulimus;vel quando ignorantia eſſet affectata, quod rectè putamus,quando
77 per ſimulationem quis ignorat quod ſcire potuit, ſed noluit, quia ſimulat & diſſimulat, ſomnians ea ſæpe,quæ vigilans voluit, prout facit is bonus Marutus, qui vellet recta, & cæſa minorum bona ſibi capere, vt ſusè proſequitur multa in hanc rem afferens idem Maſcardus in verbo, ignorantia,concluſ.879.a nume.7.vſque ad numerum 38.vbi vide.

Nec ſuper aſſerta fide poteſt fieri fundamentum aliquod,tum quia eſt ſcriptura priuata, quę
78 non probat etiamſi eſſet confecta à tabellione, vt ſcribit Socinus ſenior videndus conſil.33. numero 5. lib. 5. tum quia non fuit producta , nec ſufficit ſola allegatio, niſi accedat re ipſa produ-
79 ctio,vt inquit Aiinius in ſua praxi iudicia. §.22. cap.5.num.6.& cap.6.num. 1. & cap.8.nume. 1. tum quia non valet argumentum,non fuit exple
80 tum teſtamentum;ergo illius notitiam quis non habuit, quia potuit aliunde eam habere ab ipſo tabellione, vt inquit Maſcardus excitata concluſione 1299.num.21.& licet teſtamenta promulgari non ſoleant viuo teſtatore, eo tamen mortuo, non ſolum Mediolani palam fiunt, ſed deſcribuntur, vel(vt aiunt) regiſtrantur apud officium Panigarolarum, quo facilius notitia omnium habeatur, & vbicunque oppoſitum eius, quod quis dicit, poteſt ſtare cum veritate cauſæ, in qua ſe fundat, conſequentia eſt falſa, & nun-
81 quam probat,vt ait acutiſſimus Baldus in l.conuenticulam,num.5.C.de epiſcopis,& clericis. & cum mihi in facto ſupponatur Marutum feciſſe plures actus tanquā tutorem,& curatorem Landrianorum, omnis exorbetur dubitatio, cum e-
82 tiam ex patientia cum ſcientia coniuncta ſatis probetur conſenſus. Iaſon in l.quæ dotis, nume. 85. ff.ſoluto matrimonio.l.quo enim. ff.rem ratam haberi,cum enim tanquam curator in iudicium vidit ſe vocari , cur conqueſtus non eſt? cur non clamauit , & contradixit, cum poſſet? difficile eſt enim credere eum cuius res agitur , ſi conſentire noluiſſet pati potuiſſe, vt tacendo in
83 eius præiudicium res aliqua fieret, aut reticentiæ pœnam ferre, l. Caius, vbi gloſ.ff.de pignoratitia actione.l.ſi hypotheca. C.de remiſſio. pigno. & ideo qui patitur aliquem pro tutore ſe
84 gerere, ſpatio quatuor menſium tutelam illi dimiſiſſe, & remiſiſſe videtur. Socinus iunior conſilio 87.num. 16.volum. 3.Salycetus in authent. matri & auiæ, vltima quæſtio. C.quando mulier tutelæ officio fungi poſ. & ſola conſtitutio tutoris teſtamentaria cum tutorem facit, maximè ſi adiunctam habeat adminiſtrationem,vt de communi opinione vſu recepta teſtatur Alba eod.
85 conſilio 21. nume.8. & 9. & quicquid ſit quoad pupilli damnum, quod pertinet ad tutoris præiudicium ſemper pro tutore habetur, etiam ſi le-
86 gitimè tutelam non ſuſcepiſſet,vt ſe ipſum declarat idem Borgninus eodem trac. nume. 25. ſic intelligendi ſunt qui ex contrario afferuntur ; & cum minor deceſſerit domi Maruti, & ibidem teſtamentum fecerit , eo magis doli manifeſta ſuſpicio augetur, confirmata tot certiſſimis rerum indicijs,quod ſcilicet, vt in facto mihi proponitur, Marutus vir ſit huiuſmodi, vt omnibus artibus per fas, & nefas (vt aiunt) diuitias curet, quod minor iſte priuauerit ſororem vtrinq; coniunctam, & cariſſimam, quod omni arte idem Marutus parum tutus ſategerit, vt religionem illa ingrederetur, quo magis vtriuſque bona vno tempore,vt iam dixi,inuaderet,quæ omnia apta ſunt etiam per ſe ſola; & tanto magis ſimul coaceruata ad mouendum animum cuiuſque boni viri,id eſt,iudicis ad communes has recipiendas concluſiones, quod ſcilicet quondam tutor non
87 poſſit à minore hęres inſtitui,quod teſtamentum à minore dolo factum irritum ſit, vt teſtatur Ripa in l. prima.§.fuit quæſitum, numero 32. ff.ad Trebellianum , bonus enim vir non eſt, qui omnia quæcunque agit, ad ſuum commodum refert.

Nec officit lex , ſi quis tutoris, C. de interdicto matrimonio inter tut. & pupill. quia loquitur non in eo qui erat ſcriptus tutor, vt hic, ſed in ſimplici adminiſtratore, qui nec nōmen, nec effectum habebat tutoris, aut curatoris ; ſecus in caſu noſtro, in quo ſcriptus eſt tutor, & curator Marutus, vnde quo ad ſui ipſius præiudicium habetur perinde ac ſi ſolenniter ei decreta fuiſſet tutela.

Et quamuis teſtamẽto curator dari nequeat,
quaſi detur magis bonis, quàm perſonæ; tamen
88 de iure communi datus confirmari debet,§.dan-
tur, Inſtitu.de curator. & declarat, glo.eadem,l.
penult. C.de teſtamen. tutel. & ſi Marutus non
curauit confirmationem cum decreto iudicis
nec repertorium fecerit,ac alia pręſtiterit ad quę
89 de iure tenetur, vt docet Barto. in l.legitimos,ff.
de legitim.tut. Roland. tractatu de flore teſtam.
rubrica 30. num. 18. non ideo minus deſinit eſſe
ſub prohibitione legis, quia ad ſui incommodũ,
vt iam dixi,pro tutore, & curatore habetur, &
ſatis eſt, quod quondam tutor fuerit, & tollitur
omnis dubitatio, cum ex noſtris conſtitutioni-
bus, titu.de tutelis, & curis in principio, permit-
tatur facultas dandi, & nominandi curatorem
pupillis, vel adultis in teſtamento, & hoc onus
confirmationis,& regiſtrationis, tanquam impo
ſitum ipſi Maruto ſcripto tutori & curatori,ſi ab
eo non fuit expletum, vt habetur in conſtit.§. tu
tores & curatores, de tute. ſuo damno, & peri-
90 culo cedere debet, ex nota regula imputari,& c.
cum non ſtat.& cap.damnum de reg.iur.in 6.

Additur præterea ſatis eſſe ſi ſcriptus tutor
legatur; quia cum prohibitio, & eius rationes
ſint generales, videntur etiam cõplecti eum, qui
non adminiſtrauerit, cum adminiſtrare debue-
rit, vel potuerit, maxime cum alij contutores de
functi eſſent, & ad eum ſolum onus adminiſtra-
tionis tutelæ, & curæ redierit, ad quod legis mi-
91 niſterio ſe aſtrictum ſentire debebat, niſi intra
quinquaginta dies, probabiles excuſationes at-
tuliſſet,& comprobaſſet, l.prima, & l.quinqua-
ginta,ff.de excuſat.tutor. l.quinquaginta, C.eo-
dem titu.§.qui autem excuſare, Inſtitu. de excu-
cuſat.tutor.

Et quamuis alij adminiſtraſſent, & non ipſe, adhuc tamen ille remanet tutor, & obligatus erga pupillos, licet ipſe poſſit à cõtutore fideiuſſionem, vt aiunt, indemnitatis recipere propter ſuſceptam ab eo adminiſtrationem, l.tres tutores, l.ſi plures,ff.de adminiſtratio.tutorum, Borgni. de tutore, num.24. Communem dicit Curtius iun.in l.prima, C.de tranſactio.num.12. & 13. quem ſequutus ſum ego conſil. 24. num.10.lib. primo, & eum debear attendi tempus ipſius teſtamenti,an tunc ipſe Marutius eſſet capax idoneus atque legitimus, nec ne?& an cum eo eſſet factio teſtamenti, vt dicitur paſſiua, vt pulchrè proſequitur videndus omnino, Simon à Prætis, de interpretatio.vltim.volunt.iam relato, lib.2. fol.prima,num.primo, & infra pluribus ſequentibus,fol.124.eoque tempore cæteris contutoribus defunctus ſolus ſupereſſet tutor,& curator,& apud eum eſſet adminiſtratio rerum pupillariũ, & ipſemet pupillus ſub eius cura, & cuſtodia retineretur, ſub eodem tecto,apud eum vitam ducens, equidem negari non poteſt, quin optimè conueniat recitata communis Doctorum ſententia vetans,& irritam faciens eius inſtitutionem, vti minus liberè factam, ſaltem ob reuerentialem metum,nec dolo carentem,& propterea oratorum eloquentiſſimus Cicero tertio libro de officijs,ſub capite incipien. quæ dijudicanda ſunt, dicere ſolebat,mihi quidem etiam veræ hæreditates, non honeſtæ videntur, ſi ſint malitioſis blanditijs,officiorum,non veritate,ſed ſimulatione acquiſitæ.

Quæ cum in facto, & in iure ſint adeo clara, & perſpicua,quam quæuis clariſſima, integerrimus, & Doctiſſimus Iudex, vti Iuſtitiæ cultor optimus, debet ſequendo optima veſtigia prioris iudicis, inclinare in eam partem, quæ habet minus vitij, & quæ fauet Iuſtitiæ, & bono iuri, iuſtiſque poſſeſſoribus, prout ſunt ipſi coniuges, cum præſertim, quod etſi ſæpe dictum eſt, dicendum eſt tamen ſæpius, tanquam maxime neceſſarium valde ſit iniquum,& ab omni ratione, & æquitate alienum, vt ſoror vtrinque coniuncta,& à patre ſubſtituta, debeat hac iniqua inſtitutione extorta ab eo, qui contrarium totis viribus conari debebat, & ſui muneris erat, priuari paternis bonis, & fraterna hæreditate eidem iure ſanguinis, & omni æquitatis ratione debita, cum tamen omnia, ex bona fide, vt inter bonos, benè agier oporteat, & ſine fraudatione, & licet etiam ſi Deum homineſque omnes celare poſſimus,nihil tamen nobis pręſertim viris Chriſtianis auarè,nihil iniuſtè,nihil libidinosè, nihil incontinenter faciendum ſit, ſed etiam contra vtilitatem conſeruari debeat fides.&c.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO RODOMONTE Birago.

ARGVMENTA.

Contractus ſecundus ſe referens ad priorem,quando nouationem inducat.

Caducitas an remitti poſſit per prælatum ſine conſenſu capituli.

SVMMAE RERVM.

1 *Poſteriora derogant prioribus.*
2 *Inueſtitura prima ſtari non debet, quotieſcunque datur alia forma.*
3 *Nouatio inducitur per poſteriorem contractum in quo diuerſa pacta conuenta ſint.*
4 *Nouatio inducta cenſetur, ſi actus ſe non compatiantur.*
5 *Emphyteuſis eccleſiaſtica ad extraneos non trãſit.*
6 *Repetitio non inducitur, quoties diuerſa poteſt eſſe ratio.*

7 Clau-

7 Clauſula illa de nouo facimus, & inueſtimus an nouationem afferat.

8 Verba intelliguntur eo reſpectu quo prolata ſunt.

9 Verba generalia reſtringuntur ad perſonas in principali diſpoſitione comprehenſas.

10 Perſona cuius contemplatione actus geritur inſpicitur.

11 Repetitio nõ datur quoties differenter, vel plus operaretur in caſu ad quem refertur, quam in caſu in quo exprimitur.

12 Renouatio dicitur noua promiſſio, reſpectu eius partis in qua reformata fuit.

13 Tranſactio aliquo nõ dato, ſeu retento, aut promiſſo non procedit.

14 Per ſecundam inueſtituram nunquam cenſetur derogatum iuri prouenienti ex prima niſi expreſſe appareat.

15 Inueſtitura antiqua, ne per nouam immutata cenſeatur interpretatio eſt facienda.

16 Inueſtitura renouatio intelligitur ſecundum naturam & qualitatem præcedentium inueſtiturarum & per eas declaratur.

17 Actus ſequens etiam ex interuallo factus à præcedenti declaratur.

18 Inueſtituræ primæ ſemper adhærendum eſt.

19 Recognitio nouam non inducit obligationem, ſed iam inductam probat.

20 Nouari non dicitur obligatio per ſequentem actũ, etiamſi noua perſona intercedat, niſi expreſſe agatur.

21 Inueſtitura noua, vel renunciatio antiquæ cognoſcitur ex eius lectione.

22 Dictio, vt ſupra refert præcedentia, & omnia quidem, maximè ſi adiecta ſit dictio vniuerſalis omnis.

23 Nouatio nunquam dicitur facta in ſecundo inſtrumento, quando fit relatio ad primum, & eius iura reſeruantur.

24 Dictio in omnibus repetit omnia quæ præcedunt exceptis ijs quibus manifeſtè aduerſatur.

25 Pretij ſumma declarat quid in contractu comprehendatur.

26 Eccleſiaſtica res poteſt in emphyteuſim dari ita vt ad extraneos tranſeat, ſi adhibita fuerint debitæ ſolemnitates.

27 Emphyteuſis eccleſiaſtica in fiſcum tranſire poteſt, ſi ad extraneos tranſire poſſit.

28 Emphyteuſis eccleſiaſtica ſi ad fiſcum tranſeat poteſt ab eccleſia intra biennium auocari.

29 Emphyteuſis eccleſiaſtica ad eccleſiam non redit quamdiu aliquis eſt, qui in inueſtitura comprehendatur.

30 Renouatio nõ dicitur titulus nouus, ſed potius prioris continuatio.

31 Opinio vltima ex multis relatis approbari cenſetur.

32 A contractu priori quis non intelligitur recedere niſi clarè appareat.

33 Cautela abundans non nocet.

34 Eccleſia ſi vult poteſt fiſcum recognoſcere in quẽ peruenit emphyteuſis eccleſiaſtica, ſi ita eccleſiæ expedire videatur.

35 Pacta & conuentiones fieri poſſunt ſuper re certa.

36 Res eccleſiæ ſolita in emphyteuſim dari poteſt concedi adhibitis ſolemnitatibus, modo fiat ſecundum antiquam, & conſuetam formam.

37 Emphyteuſi finita poſſunt hæredes petere, vt locatio renouetur ad præſcriptum conſuetæ formæ.

38 Caducitas remitti non poteſt à prælato abſque conſenſu capituli, & niſi præcedant debiti tractatus.

39 Vota debent eſſe libera, nec ea ratione moueri, ſi hoc ages non eris amicus Cæſaris.

40 Principem non timet, qui bene facit, & ciuitas illa eſt recte ordinata in qua quiſque proprios noſcit affectus.

CONSILIVM CCXXXV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

IN propoſito caſu prima fronte dicendum videtur, hanc recognitionem emphyteuticam non poſſe porrigi vltra deſcendentes, Sagramori Biraghi, eſto etiam quod facta dicatur in omnibus tamen iuxta formam inſtrumentorum emphyteuticorum antiquorum in quibus etiam extranei vocati dicuntur.

Nam poſteriora derogant prioribus, l. pacta
nouiſſima, C. de pactis, etiam de quibus non eſt
1 facta mentio, l. ſi quis cum procuratorio, §. fi. ff.
de procurat. & in ſimilibus terminis duarum locationum ſeu inueſtiturarum ſcribit Alciatus, conſil. 16. num. 7. & conſil. 13. num. 5. lib. 5.

Secundo dicitur quamuis regulare ſit, vt ſtari
debeat primæ conuentioni ſeu inueſtituræ, tamẽ
2 hoc non procedit quoties communi conſenſu ſit
receſſum, quia tunc adſcribendum, & imputandum eſt, domino, qui aliam formam induxit, vt in puncto reſpondit idem Alciatus conſi. 13. nume. 13. & 14. lib. 3.

Tertio licet in dubio nouatio non inducatur, tamen ſemper per contractum poſteriorem
inducitur, in quo pacta diuerſa ſint conuenta, &
ideo pacta interpoſita in actu nouato, repetita
3 non creduntur in tranſactione per quam nouatio
affertur, vt ſcribit Crauetta videndus conſil.
351. num. 1. & nouatio ſatis inducta cenſetur,
4 cum actus non conueniant, & ſe compatiantur
inuicem, vt docet Bald. in l. fin. num. 3. C. de nouat. Dec. conſil. 400. ante num. 10. Cum igitur
prima inueſtitura ſit recepta etiã pro extraneis.
Secunda autem pro deſcendentibus, dicuntur inuicem diuerſæ, & hic ſenſus eo magis videtur recipiendus cum per eam reuertamur ad primęuã,
5 & originariam naturam emphyteuſis eccleſiaſti
cæ, quæ ea eſt, vt tranſire nequeat ad extraneos,

ſed

Digitized by Google

ſed tantum ad deſcendentes etiam ſi eſſet recepta pro ſe, & hæredibus, vt magis comm.dicit
6 Clarus in §.emphyteuſis, quæſt.28. & repetitio
non introducitur quoties diuerſa eſſe poteſt ratio inter vtrumq;. Alciat. conſ.8. num.34.lib.9.

Quarto cum additum ſit, de nouo inueſtit, apparet, quod fieri debuerit noua quædam prouiſio à priori diuerſa, nam illa verba, de nouo, poſſunt intelligi, vel reſpectu principij, quia nũquã
7 fuit, vel reſpectu finis, quia fuit & poſtea deſijt eſ
ſe, vt hic, quia ſupponebatur locum eſſe ei pœnę per quam res caderet, ſeu caducitati, & nunc renouatur ſequendo quandam mediam viam per quã nec eſt locus caducitati, nec ſeruatur omnino antiqua inueſtitura, vt declarat Cardin. Zabarella, in clem. vlt.num.5. de pœnis. Dynus in procemio, de reg.iuris, num.9. & optime confert Bald.conſil.318.num.4. lib.primo, qui vult, vbi non adſit conuenientia, & quaſi idem concentus atque conſenſus, dici poſſe nouam prouiſionem, & ſi hoc extremum concedetur, vt dandum videtur, concludenda erit argumentatio.

Nec dicatur per illa verba ſubſequentia, in omnibus tamen, cenſeri repetita, quæ in prima continentur inueſtitura, quia reſpondetur id debere intelligi ratione pactorũ, vt ſcilicet conceſ-
8 ſio facta intelligatur Sacramoro, & deſcendentibus iuxta formam antiquorum inſtrumẽtorum, ſed non propterea includantur aliæ perſonæ; ſiquidem verba intelliguntur eo reſpectu quo prolata ſunt, ſiue agatur de perſonis, ſiue de rebus, vt
9 ait Crauet.conſil.16.num.3.& conſil.33.nu.26.
& quantumuis ſint generalia, reſtringuntur ad perſonas in principali diſpoſitione comprehenſas, l.ſi de certa, vbi notant omnes, C.de tranſac. plene Iaſ.in conſil.171.col.2. verſ.2.facit, quia lis, vol.2.& Alba conſil.481. vbi videatur, quan
10 doquidem ſemper debeat inſpici perſona, cuius gratia & contemplatione actus geritur, vt tradit Alba conſil.262.num.12.& conſil.404. num.5. nec vnquã perſona extrinſecus ſubintelligenda, ſit.l.ſi ita ſtipulatus, q̃ eſt 126.ĩ ordine, §. Chryſogonus, ff.de verbor.obliga. & concordantes adducit Alba, & eius additio, conſil.721. num.6.
11 præterea non datur repetito, quoties differenti modo, vel plus operaretur in caſu ad quem refertur, quam in caſu in quo exprimitur, vt cenſuit, Aret.videndus conſil.121.ante num.1.verſi. ſed his tamen non obſtantibus, & Socin.iun. conſil. 128.num.151.volu.primo, ſed potius allata cenſetur renouatio quædã, quæ dicitur noua proui-
12 ſio, reſpectu eius partis in qua reformata fuit, vnde cum antiquior illa inueſtitura complecteretur deſcendentes, & extraneos, hæc autem poſterior deſcendentes, quod eſt quid diuerſum, & lõgè minus, dicẽdum erit illa verba referri ad perſonas incluſas in ſecunda inueſtitura, & ſic ad deſcendentes non autem ad aliàs perſonas, cum agamus de actu renouato, & reformato, vt ſcribũt Bald.& Alexan.in l.Iuriſgentium, §.adeo, ff.de pactis, glo.in l.prima, in verbo, reformationem, C.ſi de momẽta.poſſeſſione, Bald.videndus in l. pacta nouiſſima, & l.pacta conuenta, C.de pactis. Caſtrenſis, vtiq; videndus in l. hæredes palam, §.ſi qui, verſic.nota ex prima parte, ff.de teſtam. Brunus tract.de augu.tertia parte, princip. num.32.& 38.& 45. & Natta conſil.484. nu.4. & 5.& ſi aliter diceremus ſequeretur illa abſona & abſurda res, vt inanis quodammodo ipſa tranſactio efficeretur ſi id omne quod in prima contineretur, in hac ſecunda conceſſum fuiſſet, cum tamen tranſactio nullo dato, vel retento, ſeu pro-
13 miſſo minime procedat, l.tranſactio, C.de tranſac.& fiat ſuper re dubia, l.1.ff.de tranſac. & iudicij ea eſt vis & aſperitas, vt totum aut nihil obtineamus; arbitrij vero ea eſt lenitas, vt neque totum neq; nihil, ſed aliquid conſequamur.

His tamen minimè refragantibus, arbitror cõtrarium longè verius.

Primo, quia per ſecundam inueſtituram, nunquam, cenſetur derogatum iuri prouenienti ex
14 prima niſi appareat hoc expreſſè actum fore, vt inquit Alciatus conſil.28. num.3. lib.primo, & ſemper eſt capienda interpretatio ne antiqua in
15 ueſtitura per nouam immutetur, vt proſequitur Brunus conſilio feudali, 11.num.1. & conſil.12. num.39. Pariſius conſil.1.num.98. volu.1. Cur.
16 iun.de feud.ſecunda parte, quæſt.7.imò inueſtituræ renouatio intelligitur ſecundum naturam, & qualitatem præcedentium inueſtiturarum, & per eas declaratur, Gozad.conſil.84.num.5. Ruinus conſil.187. num.1. volu.1. actus namq; ſe-
17 quens etiam perfectus, & ex interuallo factus à præcedenti declaratur, vt ample ſcribit Mantic. de coniec.vlt.volunt. titu.13.lib.5.& ſemper eſt
18 primæ inueſtituræ adhærendum, vt probat Crauetta conſ.960.num.4.

Secundo hæc non inueſtitura noua, ſed recognitio appellatur, quæ eius eſt naturæ, vt nihil nouæ obligationis inducat, ſed eam, quæ iam in
19 ducta eſt probet, vt affirmat Alciat. conſil.6. nu. 12.lib.6.& conſ.111.nu.35.lib.5.

Tertio nouatio hodie non inducitur, niſi expreſſe actum ſit, l.fin. C.de nouat.late & fusè Gabriel ritu.de nouat.concluſ.prima, num.1.& no-
20 uari non dicitur obligatio per actum ſequentem alterius præcedentis obligationis, etiamſi noua perſona intercedat, niſi expreſſe agatur, vt magis communem fatetur Alexã.conſil.72.num.1. vol.2.late fuſeq, præſes Menoch. de præſumpt. lib.3.præſumpt.134.Alba conſ.684. nu.5.

Quarto inueſtitura an ſit noua, vel renouatio
21 antiquæ cognoſcitur ex perlectis eius verbis, vt monet Alcia.conſil.12.num.16. & conſil.32.nume.3. lib.3. Verum enimuero cum aperte dictũ ſit quod recognoſcitur Sacramorus pro ſe ſuiſq; deſcendentibus, in omnibus tamen iuxta formã antiquarum inueſtiturarum quibus &c.cõſequitur neceſſario, vt ad extraneos iuxta formam antiquorum inſtrumentorũ trãſire debeat, & nulla

prorſus

Digitized by Google

proſus nouatio facta cenſeatur,& in hoc termi-
no referente cenſeatur repetita forma prioris in
ueſtituræ ad quam hæc vltima ſe refert, ponde-
rando, & expendendo maximè dictionem illam
vniuerſalem, in omnibus, quæ tanquam vniuer-
ſalis omnia complectitur,& nihil excludit, & o-
peratur, vt comparatorum, & inuicem exęquato
rum vna ſit & eadem natura,& maximè cum ad
ſint verba geminata,& idem repetētia,quatenus
dicitur, de nouo inueſtiuit, pro ſe, & vt ſupra,&
prout ſupra,pactis modis, & formis contentis in
inſtrumentis antiquis,quibus digna habeatur re
22 latio &c. ex quibus conſtat de mente quod no-
luerunt recedere à natura priorum inueſtitura-
rum,vt tradit poſt alios Ripa in l.1.num.1.ff.de
lega.primo, & de dictione,omni,plura adducūt,
& in vnum coaceruant ſcribentes poſt Bartolū,
in l.prima, ff. de reg.iuris, Romanus conſil.44.
num. ... & in terminis proprijs, quando ſit fa-
cta relatio per ſimilia verba,conſuluit, videndus
omnino,Alexand.conſil.55. ſub num.2.lib.4.&
multa in idem refert Simon à Prætis de inter-
pretat.vlt.volunt.lib.2.fol.prima,fol.168.num.
51.num.58.num.130.num.205.& num.230.&
nouatio nunquam dicitur facta,quando in ſecū-
do inſtrumento ſit relatio ad primā,& ea iura cō
23 ſeruantur, vt communem perhibet Gozadinus
videndus conſil.58.num.1. cum itaq; mens tam
clara eluceat nuſquam ab ea diſcedemus, poſt-
quam ea etiam ſe conformat ad ius commune,
quo cauetur, vt ſemper à prima inueſtitura non
intelligatur receſſum niſi quatenus expreſsè a-
ctum ſit.

Quinto hoc idem magis comprobatur ex di-
24 ctione illa, in omnibus tamen,quę repetit omnia
quæ præcedunt, exceptis his, quibus manifeſtè
aduerſatur, vt tradit Socin.iun. conſil.83.nu...
lib.primo, quem ſequitur Simon vbi ſupra, fol.
170.num.140.& ſic relatio intelligitur facta in
omnibus, ſcilicet tā reſpectu perſonarū in ea cō-
prehenſatum, quam rerum, aliter non diceretur
recognitio fieri ſecundum formam inſtrumento
rum antiquorum.

Sexto ſicut ſumma pretij declarat,quid in cō
tractu comprehendatur, vt firmant Decius con-
25 ſil.500.num.5.Didacus practicarum quęſtionū,
cap.3.num.3. verſic.hæc vero, Bertrand.conſilio
29.num.2.lib.1.Alba conſil.289.num.1.ita etiā
ex prætenſionum qualitate poteſt colligi an vo-
luerint cōprehendere perſonas quaſcunq; iuxta
formā antiquarū inueſtiturarū,ad quas ſe retule
runt,vel tantū deſcendētes;& cū omne ius Pom-
pei Biraghi Venerandi Abbatis Sancti Vincen-
tij, in prato foris Mediolani ſuper ea baſi eſſet
fundatum,quia emphyteuſis non tranſiret ad fi-
ſcum, vti alienatio facta in potentiorem, & ma-
gnatum,vt ſentit Clarus, §.emphyteuſis, quæſt.
22.& id eſſet admodum infirmum, & fragile:nā
cum emphyteuſis tranſire poſſet ad extraneos,
quia aderat clauſula, Quib. dederit,& alię id im
26 portātes,& eſſet adhibita ſolemnitas,quę requi-
ritur in alienatione rerum eccleſiaſticarum,de ea
erat iudicandum prout de re allodiali, vt refert,
Clarus eod.§.emphyteuſis, quæſt.28. verſic.ſed
quęro quid ſi ab eccleſia, Valaſcus de iure em-
phyteutico, q.48.num.1.potuit etiam in fiſcum
27 tranſire: nam iſta alienatio nō fit immediate per
emphyteutam,ſed ex iuris diſpoſitione,vt decla
rat Corbul. de cauſa priuationis ob mortem ci-
uilem,num.38.& vbi etiam tranſire nequiret ad
28 fiſcum, ſaltem quando eccleſia intra biennium
vellet eam auocare,vt ſcribit Clar. eo.§.emphy
teuſis, quæſt.29. verſic.tu dic, & verſic.breuiter,
tamē cū Sacramorus ſit ex comprehenſis in ipſa
29 inueſtitura iure quodam accreſcendi,excludit ec
cleſiam,vt ſentit Clarus eod.§.emphyteuſis,quę
ſtio.39.verſic.ſcias tamen, Corbulus de cauſa pri
uat.ob mortem ciuilem,num.64.Atque ideo cū
ius ipſius Abbatis eſſet admodum debile, certo
credendum eſt,quod voluerit recognitionem fa-
cere in omnibus ad formam antiquorum inſtru-
mentorum,& ſic,vt poſſet ad extraneos tranſire,
atque ideo illa verba in omnibus,tam iuxta for-
mam antiquorum inſtrumentorum intelligen-
tur,vt comprehendant nedum deſcendentes, ſed
aliàs quaſcunque perſonas in eis comprehenſas
30 tanto magis, quia renouatio non dicitur titulus
nouus, ſed potius prioris continuatio, vt probat
idem Valaſcus de iure emphyteu. quæſtio.11.
numero 15.

Quæ cum ita ſe habeant nihil obeſſe debent,
quæ ſuperius contra retulimus.

Nam ad primum dicitur poſteriora prioribus
derogare,niſi coniiciatur aliam fuiſſe diſponen-
tis mentem: nam etſi quis cenſeatur approbare
31 opinionem vltimam,& in ea ſedendo reſidere,id
tamen intelligitur in dubio, glo.in l. qui filium,
§. Sabinus, ff.ad Trebell. Bart. in l. bona fides,ff.
depoſiti,& declarant ſcribentes, ea.l.pacta nouiſ
ſima, præſertim, Iaſ.ſub num.3.C.de pactis.

Ad ſecundum reſpondetur id procedere vbi
appareat contrahentes recedere voluiſſe à prio-
ri contractu; ſecus ſi de contrario, vt hic,magis
32 appareat, vt quia ſe ad priorem contractum re-
tulerint, l.non ad ea.ff.de condit. & demonſtrat.
Alexan.conſil.40.num.11.lib.4. Crauet.conſil.
45.num.4.& conſil.157.num.3.& 16.

Ad tertium dicitur non agi de actu(vt aiunt)
incompatibili,ſed valde compatibili, tum inſpe-
ctis antiquis inueſtituris emphyteuticis,tum per
ſpecta contrahentium mente, qui voluerunt ad
eorum præſcriptum, & formam recognitionem
facere; & cum argumentum ſit ratio rei dubiæ
faciens fidem, mentis infirmitas eſt in re clara,
& perſpicua argumenta quærere,& quaſi ſplen
didiſſimum ſolem, qui hoc inani ſuffragio non
eget, ardentibus facibus iuuare.

Ad Quartum Reſpondetur id factum fuiſſe
ad abundantem cautelam, ita quod vtile per inu
33 tile non vitiaretur, & abundans cautela non no-
cet,l.

Digitized by Google

ret, l. teſtamentum, C. de teſtam. imo cum expli-
cauerint ſe id facere, vt ſupra, & prout ſupra, &
iuxta formam antiquorum inſtrumentorum, ma
gis aperta colligitur mens contrahentium, vt nul
lo modo recedere vellent ab eis antiquis contra
ctibus, ſecundum quos is intelligendus eſt, cum
adſit certa, & clara relatio, ampla, & vniuerſalis,
ſcilicet, In omnibus, quæ extenditur ad omnes
perſonas in priori cõtentas; & ſatis operatur trã-
ſactio, tum quia à lite receditur, tum reſpectu a-
liorum capitum in inſtrumento contentorum,
tum quia ſicut poteſt eccleſia à fiſco reuocare in
tra biennium, vbi ita expediens eccleſiæ videa-
tur, In authen. de alienat. & emphyteu. §. ſi vero
34 contigerit, Clarus eod. §. emphyteuſis, quæſt. 29.
verſi. breuiter ſi. Ita etiam poteſt acquieſcere eli
gendo magis in emphyteuſi perſeuerare, tum de
nique, quia partes non ſteterunt in meris termi-
nis ſimplicis tranſactionis, ſed palam fecerunt ſe
facere velle pacta, & conuentiones, quæ etiam
35 fieri poſſunt ſuper re certa, vt pulchrè declarat
Caccialupus, trac. de tranſac. quæſt. 9. num. 10.
nec dici poteſt, quod perſona extrinſecus ſub-
intelligatur cum tantum contineantur illæ om-
nes perſonæ, quæ in antiquis inſtrumentis conti
nebantur, quandoquidem res ſolita in emphy-
36 teuſim dari concedi poſſit, etiam non adhibitis
ſolemnitatibus, modo fiat ſecundum antiquam,
& conſuetam formam, vt tradit Clarus, eod. §.
emphyteuſis, quæſt. 6. verſic. ſcias tamen. & fini-
ta emphyteuſi poſſunt petere hæredes emphy-
teutæ, vt locatio renouetur, ad præſcriptum for-
37 mæ conſuetæ, vt probat idem Clarus vbi ſupra,
quæſt. 43. & propterea eo magis concludendum
videtur, quod contrahentes voluerint ſe referre ad
antiquas inueſtituras, & ſecundum earum for-
mam contrahere, nec ab eis diſcedere, ſed hæc
iam miſſa faciamus.

An vero caducitatis pœna potuerit remitti à
præſule ſeu prælato, non præcedente tractatu, &
38 abſq; conſenſu capituli? reſpondetur id minimè
licuiſſe, cum ſit alienationis ſpecies, quæ incon-
ſulte, nec inconſiderate fieri debet, glo. in cap. po
tuit, in verbo, expelli, de locat. commu n. dicunt,
Iaſ. in l. ſecunda, nu. 130. C. de iure emphyteu.
Clarus, §. emphyteuſis, quæſt. 10. verſic. ſed nun
quid, Corbulus de cauſa priuat. ob non ſolutum,
cano. declarat. 21. num. 5. & 3. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 252. nume. 12. in verbo. æquum eſt
enim vt quoties agatur de Collegio res ipſa non
ſemel tractetur, ſed ſæpius pertractetur, quod
enim deſperatum eſt collegium in quo nemo ſa-
na mente ſit, & ideo vnuſquiſq; dicat libere quid
39 ſentiat, & an id expediat, vel noceat, & an conce
dendum ſit, vel aperte negandum, aut amplius
deliberandum: nam ſi quid eſt, quod liberum eſſe
debeat, libera eſſe debent vota, & ſententiæ, quæ
in publicis comitijs, & in virorum conuentu di-
cuntur; nihilq; omnibus poſthabitis magis ſpe-
ctari debet quam Dei cultus, & honor, & publi-
ca vtilitas, nec qui rogatur ſententiam pronun-
tiare debet aut ſpe aut metu, ſed ſola veritate,
quam vnam amet, licet ſæpe odium pariat; quo-
ties enim aliter quam ſentit, quis dicit, vt alteri
obſequatur, & aſſentetur, & vt ſuis priuatis com
modis ſeruiat? Quoties quis egreditur à recto tra
mite, his minis hoc terrore commotus, ſi id ages
non eris amicus Cæſaris? vnde fit vt ſæpe ſuæ a-
nimæ grauis, & acer ſit inimicus, vt illi amicus
ſit, terrenoq; principi vt placeat, cæleſti Regũ
Regi maximo valde diſplicet, & interdum ſui
ordinis dignitatem, & tutelam negligit, vt illius
gratiam aucupetur, & quærat: quod omne ma-
lum, meo iudicio, fluit atq; manat; qui omnis ti-
mor exoritur ex conſcientia peccatorum, quæ
cum ſtimulat ad mentiendum, in ferenda ſenten
tia, ne ſibi iratum habeat tantum virum, qui an-
te actæ victæ rationem ab eo quærat cum graui
rei familiaris detrimento, atque ſui honoris ia-
ctura; vnde merito libertate dicendi ammiſſa co-
gitur quaſi in ſeruitute eſſe, quæ eſt obedientia
fracti animi, & abiecti, & arbitrio carentis ſuo,
cuius iugum vt à ſuo corpore repellat, ita viuat,
ne iuſte reprehẽdi poſſit, & vt dicere valeat, quis
arguet me de peccato? liberatuſque ab omni ſer
uitute liber ſententiam dicet: ſiquidem ſicut po-
teſtatem libere loquendi adimit vitæ improbi-
tas, & conſcientiæ morſus; ita illius integritas li-
bertatem ſuæ, in vnaquaque re proferendæ ſen-
tentiæ præbet, quod valde ad publicum bonum
pertinet. Ex ſententia igitur Pauli ad Romanos
13. benefac, & non timebis principem; & vt ait
Eſaias 33. Beatus eris, & liber ſi excuties manus
ab omni munere, &c. & vt Inquit Plato, Ciuitas
40 illa rectiſſimè ordinata traditur, in qua quiſque
proprios neſcit affectus.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO VENERANDIS Religioſis Sancti Franciſci Mediolani.

ARGVMENTVM.

Interdictum ſub conditione factum ir-
ritũ eſt, non cõprobata conditione: & an
& quando vnum pro altero ſolui poſſit:
& an ſatisfeciſſe intelligatur qui bona of-
fert in ſolutum.

SVMMAE RERVM.

1 *Conditionis natura eſt, vt nihil ponat in eſſe.*
2 *Conditio per quas dictiones inferatur.*

3 *Dictio*

3 *Dictio niſi excipit.*

4 *Geminatia maxime ex interuallo promptam voluntatem oſtendit.*

5 *Attentata pendente conditiane debent reuoçari.*

6 *Pretium ſaluere, vel alia modo ſatisfacere paria ſunt.*

7 *Satisfactio pro ſalutione baberi videtur, creditore volente.*

8 *Candemnatus, vt pecuniam ſolnat debet eam ſaluere, ſecus ſi à iudice dictum foret, vt ſatisfaceret.*

9 *Satisfactum intelligitur quocunque mado deſiderium creditoris impletum fuerit, etiam ſine numeratiane vel oblatione pecuniæ.*

10 *Solutum debitum rectè dicitur quaties plena liberatio, & obligationis diſſolutio canſequatur.*

11 *Satisfactio condigna, quæ dicatur.*

12 *Obligata res creditari, eſt ei relaxanda in vim pignoris, & hypatheca.*

13 *In libella camprehenſa debent intelligi ſecundum naturam iudicij, & propaſita actionis, etiam verbis aſſendendo.*

14 *Alternatiue quaties quis damnatur, vel ad ſatisfaciendum, vel ad ſaluendum, vel ad relaxandum bana in vim pignoris, & hypatheca, vel ad ea dãdum in ſalutum, debitoris eſt electio, nec tunc vnum pro altera ſolui videtur.*

15 *Pecunia etiamſi in numerata ſoluenda ſit multis tamen in caſibus poteſt fieri medio relaxationis bonarum.*

16 *Bona in ſalutum accipere, quando quis cogatur loco pecuniæ.*

17 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, vbi non adſit pecunia in hæreditate poteſt dare bana in ſolutum.*

18 *Pecunia in numerato ſoluenda non eſt, vbi quis ob eius paupertatem id præſtare nequeat.*

19 *Humanarum rerum contemptus, & quam ſint terreſtria hæc vana & inania.*

20 *Eccleſia nan tenetur ſaluere de melioribus bonis cum ſit ſatis, ſi ſoluat rem mediocrem.*

21 *Cautio iuratoria ſufficit vbi fideiuſſor præſtari nequeat.*

22 *Fideiuſſia eſt præſtanda vbi petatur, ſecus ſi ea ſit adhibenda ad canſequendam actionem.*

23 *Oblatio verbis ſufficit quotieſcunq; creditor accipere recuſat.*

24 *Sacra res in ſalutum dari non paſſunt.*

25 *Solui aliud pra alio quanda poſſit.*

26 *Debitar poteſt inuita creditare ſoluere rem, & ſpeciem pro pecunia obligatam.*

27 *A pœna quis excuſatur, quaties facit quad ſibi putauit licere, & quad à peritis canſultum fuit.*

28 *Clerici poſſunt vti beneficio ſtatutorum quando eis fauent.*

CONSILIVM CCXXXVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EA eſt conditionis natura, vt
niſi eueniat nihil ponat, l.&
ſi quis ſub conditione, ff. ſi
1 quis omiſſa cauſa teſt. l.legata
ſub conditione, ff.de cond.
& demonſt. l.cedere diem, ff.
de verbor.ſignific.& propterea cum conditio in-
2 feratur per dictionem, ſi, vel aliam ſimilem, vt do
cet Bart.l.1.num.2. ff.de condic. & demonſtr.&
3 qualis eſt etiam dictio niſi, quæ excipit, Iaſ.in l.
actione, C.de tranſactionib. Alciat.conſil. 56.nu
me.10.lib.1.ſequitur, vt pœna interdicti comminata
in litteris executorialibus ſi non, vel niſi
venerandi Religioſi Sancti Franciſci Mediolani
intra ſtatutum tempus condignam ſolutionẽ
& ſatisfactionem impenderint ipſis Solarijs actoribus,
ceſſare omnmo debeat, vbi ipſi Religioſi
doceant ſe præfixo tempore conditioni memoratæ
paruiſſe.

Conditioni autem ipſi paritum fuiſſe, ſatis
probatur, nedum ex vna, ſed etiam ex pluribus,
& quidem geminatis oblationibus, & proteſtationibus
factis, & relaxationib.cum effectu bonorum
prætenſo debito obnoxiorum, non ſolum
in vim pignoris, & hypothecæ, ſed etiam pleno
iure, & in ſolutum, & quæ actum geminatio maximè
ex interuallo, ſatis apertè oſtendit eorum
bonum animum, & paratam, & promptam ſatiſ
4 faciendi, & obediendi ſuperiorum mandatis voluntatem,
cum leges præſcribant, vt non ſolum
obtemperemus, & obediamus Magiſtratibus,
ſed etiam, vt eos colamus atque diligamus, l. Baliſta
ad Trebell.& ſcribit Dec.conſi.66.num.3.
& 138.num.3. Iaſ.in l.quod iuſſit, num.10. ff.de
re iudic. Felyn.in c.ſi cautio, nu.12.& 13.& 43.
de fide inſtrum. Maſcard.in l.1. §.quæſtioni, ff.
de quæſtionibus, fusè Crauet.videndus conſilio
201.num.42.& 105.num.4. & ne mentiar pendente
hac diſputatione nimis propere, & præcipitanter
fuerunt affixæ ſchedulæ interdictum denunciantes,
vulgo ceduloni dictæ, atque ideo velut
attentata debent ante omnia reuocari, etiam
5 ſi diceretur id factum fuiſſe in executionem monitorij,
vt probat in ſimili Lancellottus trac. attent.
2.parte, cap.4. de attent. lite pendente, ampliat.
12.& in præfatione, num.1. & infra, Et cũ
in conditione litterarum executorialium ſit poſita
non ſolum ſolutio, ſed ſatisfactio, conſequitur,
vt prædicta bonorum relaxatio, ſatisfactio
6 ſit, & per eam rectè iudicato paritum dicatur, cũ
paria ſint pretium ſoluere, vel alio modo ſatisfacere,
§.venditæ vero res, Inſtitu.de rer.diuiſ. vbi
Angel.notat, & ſequitur Iodacus Burgenſis tractat
parium, & ſimilium iuris, in verbo, ſoluere ſine
pecunia, & quamuis ſatisfactio pro ſolutione
videatur

7 videatur haberi creditore volente, vt ait glo. in l.
ſatisfactio, ff. de ſolut. & declarat Doctiſſimus
Alciatus noſter in l. ſolutionis, ff. de verbor. ſigni
ficat. attamen hic non deeſt voluntas partis, quę
in libello petijt ſibi ſatisfieri per huiuſmodi rela
tionem bonorum, nec etiam ipſius iudicis, poſt-
quam illud vnum mandauit, vt ſatisfactio impē
deretur, & ſic, ut ſatisfieret etiam medio relaxa-
tionis bonorum, & quamuis condemnatus, vt pe
8 cuniam ſoluat, debeat pecuniam ſoluere, tamen
ſecus eſt dicendum quando, vt hic, adiectum fo-
ret à iudice, vt ſatisfaceret, vt eſt text. in l. 4. §. ait
prætor, ff. de re iudicata, & hoc meo iudicio ſine
aliqua dubitatione in præſenti ſpecie eſt recipiē
dum, cum ipſe creditor in eius libello palam fece
rit ſe tantum curare, vt dotale debitum diſſolue-
retur, medio relaxationis bonorum, etiā in vim
pignoris, & hypothecæ, quo caſu dicitur credi-
tori ſatisfactum etiamſi pecunia non ſoluatur,
9 quia ſatisfactum intelligitur quocunque modo
deſiderium creditoris impletum fuerit, etiam ſi-
ne numeratione, & oblatione pecuniæ, vt eſt ce-
lebris text. in l. ſi rem, §. omnis, verſ. ſatisfactum,
ff. de pignor. l. prima, ff. qui ſatisdare cogantur, &
docet Alexan. omnino, videndus conſi. 91. num.
10. lib. 2. Imò cum in caſu noſtro, non ſimplex fi-
deiuſſio aut pignorum oblatio, vel creditoris ſe-
curitas, ſed ipſa bona relaxata ſint, fit, vt rectè di
catur ſolutum debitum, poſtquam inde exoritur
10 actus perfectio plenaque liberatio, & obligatio-
nis diſſolutio, quod vnum ſpectauit, & pars ad-
uerſa, & iudex ipſe, l. ſolutionis verbum, & decla
rat, gloſ. in l. ſolutum, in verbo, ſolutionis, ff. de
ſolut. & l. item liberatus, §. qui paratus, ff. quibus
modis pignus, vel hypotheca, ſumusque tunc ex
tra terminos illius ſatisfactionis, quæ pro ſecuri-
tate interpretatur, & quæ à ſolutione paulum
differre videtur.

Secundo Hic, veriſſimus ſenſus confirmatur
ex illis verbis condigna ſolutio, & ſatisfactio, nā
11 verbum condignum demonſtrat ac patefacit in-
tellectum fuiſſe de ea ſatisfactione, quæ conue-
nienter; & congruè adeſſet ipſi debitori, & quæ
ſecundum leges eſſet, §. diſponat, in authent. de
nuptijs, verum cum ageretur hypothecaria non
erat dubium, declarandum eſſe rem creditori o-
bligatam, et reum cogi, ad tradendam poſſeſſio-
nem ipſius rei detinendam in cauſam pignoris
12 pro ſumma debita, & pro expenſis, & in libello
etiā actoris hæc actio nominatim intentata fuit,
vt explicant Neguſant. tractat. pignotum tertio
membro 8. partis principalis, num. 24. & Papiē.
de forma libelli in actione hypothecaria, in pri-
mo, & in verbo relaxandum iure pignoris, hocq́;
idem ſenſiſſe iudices non eſt quod ambigamus,
tum quia præcepta executiua, bona, quæ relaxā
da erant afficientia, iudicati nomine veniunt, tū
etiam quia ſententia ex ea cauſa lata creditur
ex qua debuit pronuntiari, & quæ in actis conti
netur, & in libello comprehenſa eſt, & reſtringi

debet ac intelligi ſecundum naturam iudicij, &
13 propoſitæ actionis, etiam verba offendendo, vt
ſcribit Crauet. conſil. 936. nu. 20. verſic. 3. vt na-
tura iudicij, & conſ. 435. num. 15. et conſ. 373.
nu. 42. et conſ. 396. nu. 4. et mehercle cum nihil
aliud creditor magis vrgeat, quā ſibi ſatisfieri, il-
ludq́ue cumulatè conſequatur medio, & opera
iſtius relaxationis, etiam iuxta eius deſiderium
in libello, & actis toties declaratum, & patefa-
ctum, & quod etiam legibus, & naturæ cauſæ, &
inſtitutę actionis condignū eſt, & congruit, quid,
eſt quod mutato conſilio ea recuſata voluerit,
cum tanto horum venerandorum religioſorum
detrimento, & totius ciuitatis incommodo pro-
ſilere ad affigendos cedulonos, quaſi nihil aliud
curans quam tantorum egregiorum Patrum op
timæ famæ, & opinioni, aliquam infamiæ notā
inurere, vbi enim aliquid huiuſmodi euulgatur,
magna illico fama ſurgit, & de damnationis cau
ſa feruenter vnuſquiſque incipit, non ſine teme-
rario aliquando iudicio variè loqui, quod val-
de curandum eſt, nam expectenda eſt bona fa-
ma bonorum, quæ bene factis coniuncta, ſola glo
ria nominari poſſe videtur.

Tertio quoties alternatiuè quis damnatur ad
ſatisfaciendum, vel ad ſoluendum, aut ad relaxā
14 dum bona in vim pignoris, & hypothecæ, vel ad
ea danda in ſolutum, vt hic, factum videtur, debi
tor vtrum malit, eligit, vt eſt text. in ead. l. 4. §. ait
prætor, ff. de re iudicata, nec tunc videtur vnum
ſolui pro altero, vt ſentit Bald. in c. inter ſub nu.
2. de ſent. & re iudic. & ſentit Hyer. Butigella, in
l. mutuum, §. creditum, ſub num. 20. ff. ſi certum
petatur.

Quarto etiamſi minus vera fatentes daremus
ſolutionem in numerato magis, quam æſtimatio
15 ne faciendam fore, adhuc ea potuit fieri medio
harum relaxationum bonorum, cum debitor nō
poſſit ſoluere pecuniam authent. hoc niſi, C. de
ſolutio.

Nec obſtat ſi diceretur regula eſt, vt aliud pro
alio, & res loco quantitatis ſolui non poſſit, nec
quis cogi queat ad accipiēdum bona in ſolutū,
vt plene notatur, in l. 2. §. primo, ff. ſi certum pe-
tatur, & quamuis ex eo authen. id aliquando cō
16 cedatur, exigi tamen videantur pro forma mul-
tę conditiones, primo, ſcilicet, vt debitor probet,
ſe non poſſe ſoluere quantitatem, Secūdo, quod
fecerit diligentiam de inuenienda pecunia, ter-
tio, quod offerat rem meliorem cum inſtrumen-
tis, quarto, quod offerat fideiuſſorem euictionis,
vt conſuluit Romanus conſil. 163. & Iaſ. conſilio
9. num. 13. volu. primo, & tradit, Thomas parpa
lia, in repet. dictæ l. ſecundæ, §. mutui datio, nu.
14. ff. ſi certum petatur, quia multifariam multiſ
q́ue modis hoc argumenti genus refellitur, &
diluitur.

Primo, quia nos non verſamur, vt iam ſatis
ſuperius docuimus in caſu in quo ſolutio eſſet fa
cienda in numerato, imo conſtat & partem pe-
tijſſe,

Digitized by Google

tijſſe,& iudicem ſenſiſſe,vt ſatisfactio fieret,etiã
in bonis prout etiam natura cauſæ expoſtula-
bat, vnde verſamur extra terminos memoratæ
regulæ.

Secundo dicitur eam regulam non habere lo-
cum,quando iam deceſſerit debitor, & hæredita
tem adiuerint hæredes,cum beneficio legis,& in
17 uentarij, & non adſit pecunia in hæreditate, vt
declarat Iaſ.in eo.§.mutui datio, 12.fallentia,&
Roland.a Valle,tract.de inuentar.3.parte, verſ.
alia, & noua, & id tanto magis eſt dicendum in
caſu noſtro,in quo Venerandi hi Religioſi erant
hæredes fideicommiſſarij,& tenebantur tantum
ad eius dotis ſolutionem actione hypothecaria,
vel alia in rem ſcripta.

Tertio hiſce conditionibus hi religioſi ſatisfe
ciſſe dicuntur primo, quia de eorum ſoluendi in
18 numerato impotentia propalam conſtat ob eo-
rum ſtatus paupertatem adeo notam ex eorum
etiam regula,vt non egeat vti etiam iudici notiſ
ſima aliqua probatione, Clem.exiui, de verb.ſi-
gnific. Perſpiciens enim Diuus Pater Franciſcus
horum patrum anteſignanus, & Dux inclitus,
quam vana eſſent hæc terrena, quamque infe-
ſtum, & periculoſum eſſet mare magnum huma
næ huius vitæ, & quamque firma, & ſtabilis eſ-
ſet cæleſtis illa ciuitas,cuius aditus,humilib.cor
de patet,ſuperbis vero intercluditur, vt vanitas
veritati cederet,verbo,& exemplo docuit,vt eius
ſectatores,paupertatem dominam haberent,ter-
reſtria deſpicientes,cæleſtia ſuſpicerent,& inqui
rerent,longèque abeſſent à populari iactatione,
quoties enim homo ad pauonis exemplum cir-
cũſpiciens varia eius animi, corporiſq;, ac eius
quam vulgo fortunam dicunt bona,quaſi ſplen-
dorẽ, & ſpeciẽ huius vitæ intuetur, & contẽpla-
tur,ſuperbit inquiens, tanta ſum ſcientia prædi-
19 tus, vt paucos pares,neminem habeam ſuperio-
rem,tanta nobilitate pręſtans ſum, vt genere fa-
cilè meæ ciuitatis primus habear, tamq́ue ſoli-
da,& robuſta corporis fortitudine, & elegãti pul
chritudine à natura ſum donatus, vt me ipſum
omnes ament, nec vnquam valetudine incom-
moda fuerim, tantiſq́ue demum diuitijs affluo,
vt facilè tãtorum bonorum affluentia,quaſi ſua-
ui cibo,& potione cuiuſque voluptatis,& cupidi
tatis ſitim quoties libuerit explere, & ſatiare va-
leam,tantiſq; honorum dignitatibus abundo,vt
me ipſum omnes ſuſpiciant, & venerentur, vxor
eſt mihi obſequens, & ſuaues adſunt filij, vnde
fit, vt merito vnuſquiſque me Felicem, & Beatũ
appellet, quoties inquam futilis hic homo de ſe
ipſo hęc vanitatis plena glorioſius prædicat, e-
quidem peruellem non ornatam caudam pauo-
nis,aut ſtatuæ Regis Nabuchodonoſor aureum
caput inſpiceret, ſed pedes aſpiciens ſe ipſum a-
gnoſceret,et ſimul contemplaretur,ſe eſſe homi-
nem ab humo,ſcilicet dictum, et eius cor,cinerẽ
eſſe, atque idcirco breui temporis ſpacio in cine-
rem à quo prodijt reuerſurum,et hęc omnia,quę
tanti facit, vno quaſi caſu repente amiſſurum,
quia vt ait ſapiens,extinctus cinis,erit corpus no
ſtrum, et tranſibit vita noſtra tanquam veſtigiũ
nubis,& ſpiritus diffundetur tãquam mollis aer,
& nomen noſtrum obliuionem accipiet,per tem
pus, & ſimul affirmabit, vidi cuncta, quæ fiunt
ſub Sole,& ecce vniuerſa vanitas,& afflictio ſpi
ritus,nam in multa ſapientia, multa eſt etiam
indignatio,& magnus labor ineſt,& moritur do
ctus,ſimiliter,& indoctus,& generis nobilitas ſę
pe animam perdit,& multorum malorum occa-
ſionem præbet,& hoc ipſum vanitas eſt,& præ-
ſumptio ſpiritus,vbi multæ ſunt opes,multi etiã
adſunt,qui comedunt eas;& quid prodeſt poſſeſ
ſori, niſi quod cernit diuitias oculis ſuis, & pro-
inde multis tricis,& moleſtijs, atque litibus im-
plicatur, ſæpeque etiam à peruerſis filijs diſper-
duntur,& diſſipantur,atque homo extraneus il-
las vorat.quid de corporis valetudine, & elegan
tia nimis inſolenter gloriaris ? fallax eſt enim
gratia,& vana eſt pulchritudo, cum alijs poſtha
bitis caſibus,quibus ſubeſt,ſenectus ipſa,quę per
ſe eſt morbus, illam tandem opprimat, & hanc
extinguat: quid de voluptatibus iactanter præ-
dicas, quibus omnibus faſtidium finitimum eſt,
Quid de vxore, & filijs, & de dignitatum gradi-
bus, qui ſæpe tibi augent laborem, & dolorem,
vnde fit, vt rectè dicere queas cum ſapiẽte eccle
ſiaſte: Vanitas vanitatum,&omnia vanitas om-
nia tempus habent,& ſuis ſpatijs tranſeunt vni-
uerſa ſub cœlo.cupis felix,& beatus eſſe. Deum
timeas,& mandata eius obſerua, non contriſta-
bit iuſtum quidquid ei acciderit:benefacias,& lę
teris timor domini, ſapientiæ religioſitas, quæ
cor cuſtodit, iucunditatem, & gaudium tribuit
in recta conſcientia mihi crede ſumma ineſt læ-
titia plenitudoque,& corona ac radix ſapientię
eſt: timere Deum. & timor domini,eſt ſicut Pa-
radiſus benedictionis:omnia, quæ de terra ſunt,
in terram reuertuntur; tu cum cæleſtem habeas
animam conſideres te ab humo à ſummo Deo,
excitatum, Celſum,& erectum eſſe conſtitutum,
vt Dei cognitionem Cœlum intuens capere poſ
ſes. Vt igitur facilius id aſſequaris, terrena hæc
et vana deſpicias, et recogites certum eſſe quod
morieris, incertum aũt quomodo, aut vbi, aut
quando, quoniam vbiq́ue mors te expectat, tu
quoque ſi ſapiens fueris eam vbiq́ue expectabis,
nam tempus præterit, et mors quotidie aduen-
tans appropinquat, et relinques omnia alijs, et
morieris, imò an neſcis ? natalis tuus dies, inci-
pit eſſe dies mortis,quoniam naſcẽtes morimur,
finiſq́ue ab origine pendet,quotidieq; morimur
et tacitis ſeneſcimus annis, et tacito clam venit
illa pede; et cum quotidiè mutemur, cur interdũ
inſanimus,et credimus nos eſſe æternos. Hæc ex
corde cogitanti cætera viteſcent,ſolumq; Deum
in quo ſumma omnia inſunt bona quæres eique
placere ſtudebis omnib. diebus vitæ tuæ, et quo
maior eris,eo magis humilitate abundes in om-
nibus,

Digitized by Google

nibus,& coram Deo inuenies gratiam,quoniam
magna potentia Dei ſolius qui ab humilibus ho
noratur,cum maximè vtilitatem reſpiciat, & ſu
perbiam odio habeat,& valde deteſtetur, de ſe-
deque potentes, & ſuperbientes deponat, & hu-
miles extollat, & exaltet, ſempiterniſque præ-
miis,ac celeſti illa ciuitate eoſdem donet, & pro
pterea ipſi religioſi hæc ſupera magnifacientes
infera paruifaciunt, & à pecuniis velut ab aſpi-
de ſurda ſe abſtinent. Secundo, quia de eorum
diligentia ſi ea deſideraretur in perquirenda pe-
cunia, & emptore bonorum, liquet ex propoſitis
ſchedulis de bonis vendendis. Tertio, quicquid
20 ſit in aliis in eccleſia illud receptum eſt, vt non te
neatur ſoluere de melioribus bonis, ſed ſatis eſt
ſi ſoluat rem mediocrem,vt decidit Bartolus eo.
§.mutui datio, prope finem. & ibi Alexander in
additionibus in litera a,& ſequuntur communi-
ter ibidem omnes ſcribentes. Quartò, Iuratoria
21 cautio ſufficit reſpectu deſiderati fideiuſſoris cum
eum reperire nequiuerint, vt in terminis decla-
rat Salicetus videndus omnino ead. authen.hoc
niſi,nume.2.verſic.ſed gloſ. C.de ſolutio.& facit
ſtatutum noſtrum cap.64.volum.primo,vbi mu
lier,quæ tenetur dare fideiuſſorem, ad id cogitur
quando habilis eſt ad ſatiſdandum, quia nemo
ad id quod fieri nequit,tenetur; præterea id ſem
per intelligendum eſt ſi fideiuſſio petita ſit ab ini
tio,nec dicatur,quod hoc non procedat,vbi aga-
tur de conſequenda actione,quia nos non verſa-
22 mur in hoc caſu, ſed tantum de pœna effugien-
da,vt tradit Caſtrenſis conſil.276.num.2.vol.1.
& dixi ego conſil.50.num.4. Imo cum pars ad-
uerſa accipere recuſauerit,& detrectauerit,ſequi
tur,vt ſi ſolum etiam verbis oblatum fuiſſet,id ſa
23 tis eſſe debuerit ad hoſce religioſos excuſandos,
vt communem dicit Ruinus conſil.113.volu.1.
& conſilio 49.volum.2. nec dicat pars aduerſa,
quod mobilia velut calices, & alia aurea, & ar-
gentea va ſa ſacroſancta erant offerenda, & tra-
denda,quia abſit, quod tantum facinus profera-
24 tur,aut admittatur;nam cum ea non ſint in com
mercio, cap.quod ſemel Deo dicatum eſt, de re-
gulis iuris,in 6. conſequitur vt rectè aliud pro a-
25 lio ſolui poſſit, vt luculenter explicat Romanus
ea.l.2.§.mutui datio,num.12. verſ.& limita eſſe
verum, præterea cum hæc ſumma debita eſſet lo
co ſpeciei, ſcilicet, ratione bonorum ab ipſis ve-
nerandis Religioſis ex fideicommiſſo poſſeſſorū,
ſit vt tunc debitor,etiam inuito creditore, poſſit
26 ſoluere eam rem,& ſpeciem,pro ea ſumma obli-
gatam,vt cum Bart.tranſeunt omnes Doctores,
eo.§.mutui datio,in fine, ff.ſi certum pet.ex l.mi
les,§.1.de re iudicata. Iaſ.ſcilicet in 4.fallentia,
& ibidem repetentes omnes, ac cæteri interpre-
tes vno conſenſu confirmant, ſicque igitur luce
meridiana clarius elucet, vbi eſſemus in caſu fa-
ciendæ ſolutionis in pecunia,quod tamen a deo
à veritate diſtat, quàm quoduis falſiſſimum;ad-
huc tamen dicendum eſſet,licuiſſe ipſis Religio-
ſis, ſecundum ea,quæ proponuntur, perſpecta eo-
rum patenti impotentia, & paupertate,ac men-
dicitate,& facti,& perſonarum qualitate,eas fa-
cere relaxationes bonorum, quæ pro plena ſolu
tione,& ſatisfactione ſunt accipiendæ,& baben-
dæ,maximè ad pœnæ procellam euitandam, cū
verſemur in his, quæ non ſunt ſua natura prohi-
27 bita, quo caſu qui facit, quod ſibi licere putauit,
& quod à peritis conſultus fuit, excuſari debet,
nec ſubire poteſt pœnam aliquam, vt tradit Iaſ.
conſ.46.nu.4.ver.prædicta,vol.3.& Crau.conſ.
6.nu.89.Burſat.conſ.94.nu.12.vol.1.& cum ex
noſtris conſtitutionibus titu.de bonis in ſolutum
dandis,cautum ſit,vt etiam quando debitum ſol
uendum eſt in pecunia numerata,poſſint tamen
28 dari bona in ſolutum,& clerici valeant vti bene-
ficio conſtitutionum Imperatoriarum,quādo eis
fauent, vt cenſet idem Burſat. conſ.181.num.3.
vol.2.& Corta noſter in ſuis memorialib. in ver
bo,clerici ligantur, eo magis eſt admittenda præ
narrata bonorū ſatisfactio,poſtquam nemo cogi
poteſt ad id, quod fieri nequit, & ſatis ſit ſi pars
aduerſa conſequatur,quod ſuum eſt, nec de mo-
do curare debet, modo effectū ipſum ſolutionis,
& ſeu ſatisfactionis obtineat, quem cum ex bo-
nis relaxatis cumulatè,& integrè conſequi facilè
queat,indeque colligatur clariſſimè bona volun
tas,laudabiliſque animi affectus, & effectus ho-
rum Religioſorum obtemperandi mandatis (vt
aiunt) exequutorialibus, debet omnino hoc in-
terdictum velut etiam attentatum abrogari, &
de medio tolli;nec integritas,& doctrina,quę in
integerrimo,& venerando Domino Vicario elu
cet,pati & ferre debet, vt diutius cum tanto ciui
tatis incōmodo,& eorum famæ iactura ipſi Re-
ligioſi abſque eorum culpa,& mora ſuſpenſi à di
uinis detineantur;ſed hæc iam ſatis ſint pro tem
poris anguſtia, qua premor, & vrgeor., reliqua
ſupplcat idem Dominus Vicarius.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO IOANNA GLVS-ſiana.

ARGVMENTA.

Inſtitutis filijs maſculis,& vbi ex ven-
tre prægnante orta eſſet fœmina ea dota
ta, & poſtea vbi dicti filij ſui tam nati,
quàm naſcituri hæredes, vt ſupra inſtitu
ti, & eorum filij, & deſcendentes dece-
dant ſine filijs ſubſtituto extraneo;an fi-
lia hæc defunctis maſculis heredibus ſcri
ptis ſine filiis ſubſtitutū ipſum excludat.
An.

Conſilium CCXXXVII.

An Domus fideicommiſſo ſubiecta poſſit pro eccleſiæ amplitudine, vel pro lauto ædificio alienari lege fideicommiſſi minimè aduerſante.

SVMMAE RERVM.

1 *Filiorum appellatiane filia continentur ſaltem ex interpretatione.*
2 *Dictio, dictus, refert pracedentem qualitatem.*
3 *Filiarum appellatione nan cantinentur fœmina, quanda teſtator diſcretim loquutus eſt de maſculis & fœminis.*
4 *Fœmina in inſtitutione excluſa vtique excluſa, cenſetur in ſubſtitutione ex cammuni Doctorum ſententia.*
5 *Fœmina ſemel excluſa perpetuo manet excluſa ex cammuni Doct. ſent.*
6 *Filiorum appellatione an fœmina contineantur, vbi teſtator proprias filias excluſerit eas ſimpliciter datando.*
7 *Filiarum appellatiane fœmina contineri videntur.*
8 *Filiarum appellatione cantinentur fœmina, vbi teſtator deſcendentes vocauerit, & agatur de excludenda ſubſtitusa extranea.*
9 *Legitima ſtatuta nedum diminui, ſed talli paſſe videtur.*
10 *Filijs relictum, an iure inſtitutionis relictum cenſeatur.*
11 *Dictio, vt ſupra, repetit pracedentia.*
12 *Singula ſingulis ſunt reddenda.*
13 *Hares ſingularis, vniuerſali harede repudiante, fit hares vniuerſalis iure accreſcendi.*
14 *Dictio, omnis, omnia comprehendit, perinde ac ſi ſpeciatim expreſſa fuiſſent.*
15 *Hares inſtitutus iure certa, alia vniuerſali harede inſtituta an dicatur hares, vel potius habeatur loca legatarij.*
16 *Hares particularis, ſcripto alio harede vniuerſali, loca haredis habetur quanda canſtat de mente teſtataris, quod valuerit camprehendere amnes haredes.*
17 *Clauſula, tunc & ea caſu, diſpoſitionem reſtringit.*
18 *Dilectus minus, vt magis dilecta praferatur interpretatia nan eſt facienda.*
19 *Dilecti magis cenſentur deſcendentes, quam ex tranſuerſa coniuncti.*
20 *Extenſio de perſana ad perſanam fit, quanda poteſt comprehendi ſub verbis, & mente diſponentis, propter qualitatem ei inharentem.*
21 *Veriſimilis ea interpretatio eſt, qua fit ex eo, quad ſi de eo caſu interragatus fuiſſet teſtator, vtique idem de eo reſpandiſſet.*
22 *Filius dicitur pars paterni carporis.*
23 *Teſtatorem voluiſſe praferre alienam ſucceſſionẽ ſuis liberis non eſt praſumendum.*
24 *Charitas naturalis mirificè valet ad interpretandam teſtatoris voluntatem.*
25 *Fœmina propter maſculos excluſa, tamdiu excluſa cenſentur quamdiu adſunt maſculi.*
26 *Fœmina ſemel excluſa, non cenſetur ſemper excluſa, quanda adeſt aliqua teſtatoris coniectura.*
27 *Fœmina ſua agnationi finem imponit, & alterius initium, & caput facit.*
28 *Maſculorum pralatia non ſimpliciter, ſed ſecundũ quida gnationi praſpicere videtur.*
29 *Alienari an poſſint bana ſubiecta fideicommiſſa pro ampliatione eccleſia, vel pra adificia lautè adificanda.*
30 *In eos qui minus religiaſè in ſacris templis verſantur.*

CONSILIVM CCXXXVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

DIcendum videtur Ioannam Gluſſianam licet ſit filia Ioãnis Teſtatoris, excludi à Ioã. Andrea pariter Gluſſiano, in hac fideicõmiſſaria ſubſtitutione nominatim ſubſtituto.

Primo, quia dare teſtator diſpoſuit, vt vbi dicti omnes filij ſui tam nati quam naſcituri heredes, vt ſupra, inſtituti, & eorum filij, & deſcendẽtes, ac deſcendentium deſcendentes vſque in infinitum legitimi, & vt ſupra decedãt ſine filijs, & vt ſupra, tunc & eo caſu prædictus omnibus deficientibus, vt ſupra hæreditas, & bona ſua perueniant, in Io. Andream Gluſſianum; Vnde cum duo filij hæredes inſtituti Io. Auguſtinus, ſcilicet, & Antonius Gabr. deceſſerint ſine filijs, cõſequitur, vt euenerit ſubſtitutionis ipſius Io. And. caſus, quandoquidem inſtituerit ventrem prægnantem ſi maſculus extaret, ſi vero eſſet fęmina prout fuit ipſa Ioanna tunc eam dotauit in aureis tribus milibus, & quamuis appellatione fi-
1 liorum, fœminæ ſaltem ex interpretatione contineri videãtur, l. iuſta, l. quiſque, l. liberorum, §. prætor, ff. de verbor. ſignifi. quia maſculinum cõcipit fœmininum, maxime ſi de fauore agatur, l. ſeruis legatis, & l. qui duos, circa finem, de legatis 3. commu. profitetur Cardinalis Mantica, de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 7. nu. 18. attamen id non procedit in caſu noſtro, tum quia teſtator ſe retulit ad dictos filios inſtitutos, vt ſupra, & ſic ad maſculos quos nominatim hæredes inſti-
2 tuerat, & non ad fœminam, quam tantum dotauit, Simon à Prætis tractat. de interpret. vltima. volunt. lib. 2. ſol. 1. fol. 171. num. 205. & nu. 225. & num. 228. tum quia teſtator diſcretè, & ſepa-
3 ratim locutus eſt de maſculis, & fœminis, commun. dicit Soc. Iun. conſ. 168. nu. 8. & 27. & 79. vol. 2. Gabr. libro commu. de verbo. ſignif. concluſ. 6. nu. 57. & 58. tum quia ex iure noſtro municipali, ſecundum quod debet intelligi teſtamentaria hæc diſpoſitio, filia non venit filiorum appellatione, idem Cardin. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 9.

Secundo conſidero fœminam propter maſcu
lum in inſtitutione excluſam cenſeri vtiq; in ſub
4 ſtitutione excluſam, vt com. profitetur Clar. §. te
ſtamentum, q. 76. ſeptima regula, & facit altera
5 cõis concluſio, vt ſcilicet fœmina ſemel excluſa,
perpetuo ſit excluſa, vt tradit idem Clar. §. feu-
dum, quæſt. 80. verſ. ſed quæro, doctiſ. Alciat. no
ſter videndus conſil. 10. num. 3. lib. 3. Rol. conſil.
58. nu. 65. & infra pluribus ſequent. lib. 3. Gabr.
lib. com. tit. de ſtatutis, concl. 4. nu. 1. & alios ad-
iungit interpres ad ſtatutum noſtrum, c. 278. nu-
me. 113. & c. 286. num. 3. in primo.

Tertio id confirmatur, quia licet valde ardua
ſit ea quæſtio, an teſtator excludens ab vniuerſa-
li inſtitutione ſuas ipſius filias, eas dotando, cen-
ſeatur in ſubſtitutione facta de filijs intellexiſſe
6 tñ de maſculis, attamen quando ſubſtitutus eſt
aliquis de familia, & agnatione ẽt ex tranſuerſo
coniunctus, vt eſt ipſe Io. Andreas, tunc videtur
habita ratio conſeruandę agnationis, & fœminę
deſcendentes excluduntur à ſubſtituto, & tanto
magis ipſæ dotatæ & iam excluſæ, vt latè cõpro
bat Marzarius, epit. fideicommiſſ. p. 2. q. 21.

His tamen minimè repugnantibus arbitror
contrariã ſnĩam iure probari poſſe, vt ſcilicet, fi-
lia ipſa minimè excludi debeat ab ipſo Io. And.

Primo, quia quicquid ſuadeat ſtricta ſignifi-
catio, iuſta tñ iuris ĩterpretatione filiorũ appella
7 tione ẽt feminæ continentur, l. cognoſcere, in fin.
l. filiorũ appellatione, ff. de verb. ſignif. l. pater Se
uerinã, ff. de cond. & demõſt. l. ſi quis, ita dixerit,
ff. de teſt. tutela, vbi eſt text. Clar. & perſpicuus,
& com. profitetur, Alba conſ. 19. nu. 1. & 2. & a-
lios cõplures congeſſi, ego conſ. 134. nu. 8. lib. 2.

Secundo id fit perſpicuum ex eo, quod teſta-
tor expreſſim vocauit filias, & deſcendentes fœ-
minas inſtitutorum filiorum maſculorũ nec odio
habuit feminas, ſed eas admitti voluit ad ſubſti-
tutũ excludendum maſculis tñ priori loco dato,
in hoc ſe conformans ad iuris noſtri diſpoſitio-
nem, vnde fit, vt cum teſtator agnationi de ſerui
re voluerit, ſed potius proſpicere voluerit ſuæ ip
8 ſius deſcendentiæ cuiuſcunq; ſexus illa eſſet, cum
ſe non continuerit intra nomen filiorum, ſed de-
ſcendentes omnes vocauerit, & nominatim etiã
feminas, l. fin. C. de ſuis & legit. Alex. conſ. 160.
num. 2. lib. 2. eo magis dicendum ſit, vt filiorum
appellatione filia ipſa contineatur præſertim ad
ſubſtitutum extraneum excludendum, hãc enim
interpretationem mirificè iuuat hæc clara teſta-
toris voluntas, quæ in vltimis voluntatibus do-
minatur, & dicitur fons vberrimus, à quo ve-
lut capite riuuli interpretationum accerſuntur,
& ducuntur, Dec. videndus conſi. 370. num. 3. &
conſil. 466. num. 9. Pariſius conſil. 78. nu. 27. lib.
2. Crau. conſ. 250. num. 1. Simon à Prætis, omni
no, videndus trac. de interpret. vlt. volunt. lib. 3.
fol. 11. num. 71. fol. 293. præſes Menoch. de pre-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 85. nu. 17.

Tertiò licet filia ipſa non fuerit vniuerſe, & ge
neraliter inſtituta vna cum maſculis, ſed tantum
dotata; quo caſu ſi vigeat lex quæ excludat fœ-
minas, qualis eſt noſtra Mediolan. potuit ea dos
relinqui, tit. ſimplici legati abſq; honorario, &
honorifico, tit. inſtitutionis, cũ tunc pater neceſ
ſitatem non habeat eam inſtituendi etiam in le-
gitima, ſiquidem ſtatutum ipſum poteſt nedum
9 eam diminuere, ſed etiam eam omnino, & pror-
ſus tollere, vt notatur ad ſtatutum, c. 278. nume.
117. in primo, & c. 281. nu. 11. eod. lib. & probat
videndus Corn. conſ. 45. nu. 4. & conſil. 75. ſub
num. 3. verſ. non enim obſtat, prima reſponſio,
10 vol. 1. attamen in caſu noſtro conſtat teſtatorem
voluiſſe eam inſtituere in ipſa dote nedum, quia
filijs relictum, iure inſtitutionis relictum cẽſetur,
ex ſententia Alex. conſ. 17. nu. 20. lib. 3. ſed quia
clarè teſtator dixit dictam dotem reliqui, & re-
linquo ac lego, & vt ſupra, & ſuperius, quando
incepit legare vxori, dixit, item lego, & iudico, &
iure legati, & inſtitutionis, & alias omni melieri-
modo &c. relinquo, & dictio illa, vt ſupra, ſatis
11 clarè demonſtrat eum voluiſſe ſuperiorem clau-
ſulam repetere, & illam ipſam ad hoc ipſum ca-
put trahere perinde ac ſi hic expreſſa foret, Bart.
in l. ſi quis ſeruũ, §. fi. de leg. 2. Ruin. conſ. 18. nu.
12. lib. 2. Crau. conſ. 88. nu. 3. & alibi ſæpe, ſi igi-
tur inſtituta eſt in dote, negari nõ poteſt quin &
ipſa dicatur comprehenſa ſub nomine generali
12 inſtitutorũ filiorum, ſingula ſingulis pro iuris ra-
tione reddendo, & debitè referẽdo, gl. in §. tutor
autem, in verbo, epiſtolam, Inſt. de auctorit. tut.
Crau. conſ. 327. nu. 17. nã hæres in re ſingulari
inſtitutus adeò hæres, & ipſe dicitur, maximè ſi
filia ſit, vt vniuerſali ſcripto hærede repudiante,
12 ipſa hæres vniuerſorum bonorum fiat iure accre
ſcendi, vt com. dicit Imola vidẽdus, in l. quoties,
§. hæredes, col. 2. verſ. quid autem ſi duo inſtituũ
tur, ff. de hæred. inſtit. & comprobat, vtiq; viden
dus in ſimilibus terminis idem Simon à Prætis,
lib. 3. fol. 2. num. 26. fol. 313.

Quarto in ſubſtitutione Ioã. Andreæ voluit
eum admitti ita demum, & vbi dicti omnes filij
ſui tam nati quam naſcituri, vt ſupra inſtituti,
& eorum filij & deſcendentes, & deſcendentiũ
deſcendentes decedant ſine filijs, quia tunc &
eo caſu voluit hæreditatem peruenire ad Ioan-
nem Andream, & ſic ſenſit ad hoc, vt ipſe ad-
mitteretur non vnus, ſed omnes filij, ſiue vniuer-
sè, ſeu ſingulariter inſtituti deficerent, ponderan
do dictionem illam amplam & vniuerſalem, om
14 nes, quæ omnes comprehendit, & nihil excludit,
etiamſi minimum ſit, & perinde habetur ac ſi te-
ſtator illam ſpeciatim expreſſiſſet, l. ſi ita reli-
ctum, in principio, ff. de legat. ſecundo, vbi gloſ.
videatur in verbo, hæredes, Crauetta conſilio
80. numero 15. Simon à Prætis, vbi fusè, lib. ſecũ
cundo, fol. prima, numero 51. & infra, pluribus
ſeqq. fol. 168. & propterea licet ambigãt legum
15 periti an inſtitutus in re certa alio hærede vni-
uerſali inſtituto, dicatur hæres, vel potius loco
legata-

legatarij adhibitis tamen nonnullis diſtinctioni-
bus pro caſuum varietate habeatur,& cum Bar-
tolo communis videatur ſententia, vt licet ter-
tiam faciat ſpeciem,l.quoties,numero ſecundo,
Alexand. numero 5. Iaſ.ſub numero 5. verſicu.
quinta,& vltima,C.de hæredib.inſtituēd.Imo-
la,in l.ex facto la grande, verſic. in gloſ.in ver-
bo,ex æquis colum.3.& in l.prima,§.ſi ex fundo
verſic.in ea.gloſ.in fine, col.prima,ff.de hæredi.
inſtituen. Curtius iun. conſil. 190.numero 3.at-
tamen,quando inſtitutus eſt filius, vel aliter poſ
ſit conſtare de mente, quod teſtator voluerit
etiam comprehendere hæredem ſingularem, &
ſeu particularem, vt eſt quando locutus eſt ver-
bis amplis, & vniuerſalibus aptis ad comprehen
dendos etiam hæredes ſingulares, & eo tempo-
re quo hæredes vniuerſales deficiant tunc om-
16 nino comprehenduntur, vt diſtinguit Alexand.
in l.quædam, §.nihil intereſt, numero 2.verſic.
fallit, ff.de edendo, Bald. videndus in l. liberti,
numero 30. C.de operis libertorum,optime con
fert, Clarus,§.teſtamentum, quæſtione 70.ver-
verſic.punctus eſt, circa finem, cum itaq; ſubſti-
tutus fuerit Ioan.Andreas deficientibus omni-
bus filijs hæredibus, vt ſupra, inſtitutis, conſe-
quitur, vt cum filia filiorum appellatione ve-
niat, & fuerit inſtituta ſaltem in re certa cenſea-
tur eo ſermone vocata, maxime voluntatis te-
ſtatoris coniectura accedente, & confirmata ex
17 clauſula, Tunc & eo caſu,quæ reſtringit diſpoſi-
tionem.ad eum caſum nempe vbi omnes filij, &
filiæ penitus defeciſſent, nec ſubſtitutionis ca-
ſus dicitur eueniſſe, quando aliquis ex filijs ad-
huc ſuperſit, ſiue ſit maſculus ſiue fœmina poſt
quam clarum eſt teſtatorem vocaſſe etiam fœ-
minas ad ſubſtitutum excludendum Dec. con-
ſilio 287.nu 11.Mant.de coniecturis vltimarum
volunt.lib.3.tit.14.num.10.

Quinto ſemper ea eſt capienda interpreta-
tio, quæ eſt magis conſentanea menti teſtato-
ris, & ne minus dilectus magis dilecto præfera-
18 tur,quod perabſurdum ne ſequatur extenſio ſub
ſtitutionis, vel ſit, vel negatur, prout hic fauor
ſuadet cuius ſeruandi gratia verba ipſa offende-
re,licet,l.ſi fratres,§.idem reſpondit,ff.pro ſocio,
l.cum pater, §.penult.de legat.ſecundo,& egre-
giè proſequitur Crau. videndus conſil.776. nu-
mero 10.& conſil.623. numero 9.& conſil.927.
numero 2. & 12. & conſilio 935. numero 7. &
19 lōgè maius eſt ſtudium, & amoris ardor in ſuos
deſcendentes, quam in ex trāſuerſo coniunctos,
qui loco extraneorum habentur, ſicut enim li-
quores perlucidi amnium quorum riparum ve-
ſtitus ſunt veridiſſimi facilius labuntur, & fluunt
recto, & procliui, quam contorto & deflexo al-
ueo ita etiam amoris ratio, & vis propenſior eſt
& procliuior in deſcendentes ex ſemine noſtro
procreatos, quam in agnatos ex remoto maio-
rum ſanguine progenitos, vt commemorat, idē
Crau.eo.conſi.623.nu.10.& Simon à Prætis de
interpre.vlt.volunt.lib.1.fol.5.per totum & n.a
xime num.15.16.& 17.fol.63. vbi vide.Cardi-
nalis Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib.6.
tit.11.num.13.& extenſio ſeu progreſſio de per
20 ſona ad perſonam etiam conceditur, quando il-
la perſona ad quam fit extenſio aliquo modo
poteſt comprehendi ſub verbis, & mente diſpo-
nentis propter qualitatem ei inhærentem licet
de ea perſona in indiuiduo, vel nominatim non
fuerit cogitatum, vt explicat idem Cardinalis
Mantica, de coniecturis vltimarum volunta-
tum, libro tertio, titulo 19.num. 8.verſ. ſecun-
do eſt aduertendum, & huic ſententiæ ratio ſug
gerit meo iudicio optima, quia tunc dicitur po-
tius comprehenſio, quam extenſio, & cum di-
ſpoſitio omnis interpretationē recipiat à veroſi-
21 mili,& ideo pro expreſſo habeatur, quod veriſi-
militer teſtator diſpoſuiſſet ſi de eo caſu ſpecia-
tim interrogatus fuiſſet, gloſſ. vulgata, in l.tale
pactum, §.vltimo, verſic.item nota, ff.de pactis,
fusè proſequitur idem Cardinal. Mantica lib.
3.titu.19. num.3. & 4. Quis affirmabit teſtato-
rem, qui ad excluſionem ſubſtituti extranei vo-
cauit filias fœminas filiorum ſuorum, & ad
excluſſionem pij loci, ſcilicet hoſpitalis maioris
Mediolani, vltimo loco ſubſtituti, vocauit nedū
22 maſculos,ſed etiam fœminas ſubſtituti, voluiſſe
inquam ſuę ipſius filię ſibi propinquiori, & quę
quodammodo portio ſui ſanguinis, & pars potiſ
ſima ſui corporis cenſetur Caſtrenſ.conſil.164.
num.3.parte 2. & in qua odij aliqua ratio ineſſe
non poterat, cum tempore eius deceſſus in vētre
vxoris gereretur,& quam ſi maſculus fuiſſet vni-
uerſorum bonorū hæredem vna cū alijs ſcripſe-
rat,præferre voluiſſe ſubſtitutum extraneū, hoc
enim multum alienū eſt ab omni veriſimilitudi
23 ne quæ maxime in vltimis volūtatib. interpretā
dis ſpectanda eſt, hoc meherclc longè multum
alienum,& remotum eſt à naturali affectione, &
charitate parentū erga liberos,quos credendum
eſt noluiſſe alienam ſucceſſionem proprijs libe-
ris anteponere,l.cum acutiſſimi, C.de fideicom-
24 miſſis,&ſiue filius,ſiue filia ſuperſit extraneus nō
admittitur niſi clare hoc teſtator declarauerit,&
propalam teſtatus ſit,nā charitas hæc naturalis,
quæ mirificè valet,& plurimum poteſt ad inter-
pretationem voluntatis teſtatoris, non ſinit nec
patitur, vt aliter dicamus, Crau.conſ.62.num.8.
& dixi ego conſ.1.num.53. vol.1. & longa ſerie
enarrat, videndus Card. Mant.lib.6.tit.11.à nu.
1.vſq;ad nu.11. & propterea huic ſententiæ ſe-
cundū ea quæ proponuntur magis accedo,à qua
ne diſcedamus cum benignior ſit, & menti teſta-
toris propior atq; magis conſentanea oībus ner
uis quiſque iudex contendere debet, poſthabita
etiam ac neglecta omni verborum vitioſa aucu
patione, ac tabellionis incuria, cum maxime in
terminis ſimilibus hanc partem conſulendo ſe-
cutus ſit, Pariſ.conſi.53.per totū,lib.2.vbi vide.

Nec aduerſantur, quæ ſuperius in medium,

ex contraria acie protulimus.

Nam primum profligatur, quia cum in ſuperiori parte teſtamenti de filia habita ſit mentio, & in dote fuerit inſtituta dictio illa dictus, tanquam inferiora ad ſuperiora referens magis, hũc ſenſum cõprobat, maxime cum adiecta ſit dictio vniuerſalis, omnis, apta ad cõprehendendos nedum vniuerſales, ſed ẽt ſingulares hæredes, vt ſuperius aliundè probauimus, & licet diſcretè teſtator locutus ſit de maſculis, & feminis, & ad ſtatutum noſtrũ fœminarum excluſiuũ, ſe conformauerit, attamen id intelligitur donec maſculi ſupereſſent, quia eos præferri fœminis voluit, illis aũt de medio ſublatis nominatim feminas vocauit, & ſic ſenſit, vt feminæ, tandiu excluſæ eſſent
25 quandiu maſculi ſupereſſent, illis aũt deficientibus voluit eis ſucceſſionis ius reſtitui, præſertim ad excludendos ſubſtitutos extraneos, vt magis cõem fatetur, Soc.ſen. conſ.63.nu.3.lib.1.& eſt ratio, quia ſublato maſculo necatur fauor propter quem fœmina eſt excluſa, Oſaſcus Pedem. deciſ.23.num.51.verſ.non obſtat octauum.

Ad Secundum Rñdetur fœminã in inſtitutione excluſam, vtiq; excluſã in ſubſtitutione, & ſemel excluſã ꝑpetuo excluſã cẽſeri, niſi appareat teſtatoris mentẽ fuiſſe, vt nõ perpetuo, ſed ad tẽpus id eſt quãdiu adeſſent maſculi excluſæ forẽt, quia tunc illis deficientib. admittuntur etiam ex
26 coniectura mentis teſtatoris, quæ meo iudicio ſatis perſpicua videtur in pręſenti caſu, vt ſuperius docuimus ad fauorem ipſius fœminæ, vt declarat Pariſius conſil.72.nu.102.lib.4.& Gabr.tit. de ſtatutis ea.concl.4.nu.9.& infra.

Ad Tertium dicitur omnem conſeruandæ agnationis rationẽ in præſenti ſpecie facile refutari, cum teſtator fœminas ipſas nominatim vocauerit, quæ cum finem ſuæ agnationis, & familiæ
27 imponãt, & alterius initium, & caput faciant, vt inquit I.C.in l.pronunciatio, prope finem, ff.de verbo.ſignifi.tantum abeſt, vt in eis conſiderari poſſit agnationis fauor, vt potius ab eis eidem interitus afferatur, atque proinde quatenus teſtator eas vocat intelligamus nec mentis iudicium direxiſſe, nec oculos conuertiſſe ad agnationem conſeruandam, ſed magis ad continuandam ſucceſſionem ſuorum deſcendentium cuiuſcunque ſexus fuerit; nec ideo minus id dicẽdum eſt, quia
28 maſculos fœminis prætulerit, cum hæc, vt ita dicam prælatio, non ſimpliciter, ſed ſecũdum quid agnationi proſpicere videatur, vt affirmat Crauetta videndus eo.conſil.250. ſub 2. verſic.euidens, atque ita ſentio rectè defendi poſſe ſpectata potiſſimum teſtatoris veriſimili mente, Ioannam ipſam vti eius filiam præferendam eſſe Io. Andreæ ſubſtituto extraneo.

Quod vero ad aliam quęſtionem pertinet an domuncula illa poſſit alienari pro eccleſiæ, & cænobij fratrum minorum ampliatione fideicommiſſo non aduerſante; & id arbitror, maxime cũ
29 inuitus quis hoc caſu vendere cogatur; nam ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, & in hac prohibitione non continetur alienatio hæc adeo iuſta, & ex neceſſitate legis propter publicam vtilitatem manans, cum præſertim nemo facere poſſit quin leges locum habeant in ſuo teſtamento, l.ſi quis ſepulchrum, & l.ſunt perſonæ, de religioſis & ſumptibus funerum, Didacus variarum reſolutionum, lib.3.cap.14. numero 7. Alba conſil.226.numero 23.& infra. facit, l.ſi quis inquilinos, §.ſi quis, de legat.primo, l.quidam ita, §.ſi quis filium, ff.ad Trebell. Fabianus à Mõte, trac.de emptio.& venditio. quæſtione 14.numero 41.& notatur, in authen.res quæ, C.communia de legatis, Iaſ.l.fina. C.de ſacroſanctis eccleſijs, tenetur tamen pretium implicare, vt ſcribit Ripa, in l.filiusfamilias, §.diui, numero 49.ff. de legat.primo.& in terminis noſtræ conſtitutionis de ædificijs priuatis, quæ cogitur vicinus vẽdere lautè ædificare volenti, adiecto quarto pluri iuſti pretij, vt non obſtante fideicommiſſo adhuc teneatur vendere propter hunc publicum fauorẽ, facta tñ pretij implicatione, quia in prohibitione alienationis, nõ cõtinetur hæc legalis alienatio; ita ſcio cẽſuiſſe Senatum Med. intereſt enim Reipublicæ, vt lautè ędificetur, vt dixi ego conſil.199.num.35. ergo id tanto magis eſt concedendum pro æde ſacra, quæ eſt maiori digna fauore, qui fauor eccleſiæ iniuſtitiam non parit ſed eſt vbique præcipuus, & ideo ſicut cauſa ſtudiorũ poteſt expelli faber Malearius, ita & multò magis gratia religionis, ne diuina impediantur, cum hoc caſu verſetur vtilitas ſecundum primum modum, vt inquit Iaſ.in l.prima, numero 45.ff.ſolut.matrimo. Hæc enim ſacra loca ſunt omni veneratione digna, & grauiter reprehẽdendi ſunt, qui in eis minus religioſe ſe gerunt, quandoquidem ſi hi qui in Regiam conueniunt tanta reuerentia, & veneratione in potẽtiſſimi principis conſpectu ſtant aperto capite, vt omnes ora, & oculos in eum vnum conuertant, omnes ad eius nutum ſe totos accommodent, & ſingãt, omnes eius ſcita, & iuſſa expectent, & comprobent, nemo hiſcere audeat, nemo impudens videatur, nemo inhoneſtus, vel reprehenſione dignus appareat, tantuſque honor principis aulæ, & curiæ tribuitur, vt nefas homines habeant aliquid ingenuum prætermittere, vel facinus aliquod committere, aut aliquod dedecus admittere, vel tumultuoſum hominem videri, aut ira exardeſcentem, vocare, vel venire ad arma, vel ſumere arma, aut demum aliquid facere, quod homines turpe, fœdum, aut indignum putent, & qui ſecus fecerit, grauiter punit: verũ enimuero cum longè maior ſit iniuria, & offenſio, quo illuſtrior eſt perſona offenſa, equidẽ cũ diuina maieſtas humanã longè multũ antecellat, profecto ſeueriſſima pęna ſunt hi plectẽdi, qui conueniũt in ſacrã Regum Regis aulam, nempe in Dei Optimi Maximi fanũ, & ibidem parũ religioſè, imo impudenter ſe gerunt in tãti numinis præſentia,

cui omnia parent, tempusq́ue illud quod Deo dandum eſt, ſacrisvè meditationibus, diuinis cōtemplationibus, & precibus, quodvè impertiri deberet ad errata agnoſcenda, ad peccatorumq́; veniā petendā, miſerè tribuunt Satanæ Chriſti aduerſario cōmentitijs reb. & fabulis, & collocutionib. & detractionibus ac profanis mercaturis, atq; perditè illud idem conſumunt in deambulationibus, in amatorijs iaculis gratioſe emittēdis, & auidè excipiendis, & non iu ſedanda Dei Ira, ſed potius in ea excitanda, cum peccata peccatis addant, & Dei domus, quā decet ſanctitudo, quę orationis domus vocatur, & vbi Deus humili corde & excelſa mente adoratur, & colitur, neſariè, & libidinosè adeo contemnitur, proteritur, & cōculcatur. Item vt Regia hæc aula ſub tanti Regis venerándo, & timendo aſpectu poſita nequitiæ officina, & latronū ſpelunca fiat, & ad tātam furoris dementiā perueniatur, vt ſacra, quæ attingi fas non eſt, & quæ incorrupta, & integra ſunt oīno cuſtodienda, neſario ſcelere polluātur, & violentur. Quod facinus tāto odio Deus opt. max. ſemper habuit, vt idē ipſe manſuetus, & clemens, tunc ſeuerus factus iudex, & iuſtus vindex, hoſce ſceleſtos de tēplo eiecerit, & flagellis perſecutus ſit; Varijsq́; pęnis affecerit acriter tantam petulātiam accuſans, nec inultam aut impunitā relinquens, cum læſæ diuinæ quodammodo maieſtatis crimen ſit, quod nullo modo diſſimulari poteſt, & propterea iure merito multa ſunt commendatione dignæ leges, quibus Dei cultus, & honor, præcipue in ſacroſan. eccl. religiosè præſcribitur, & graui animaduerſionis metu continetur, quandoquidem minimè liceat loca ſacra, & religioſa profana habere.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IOAN. PETRO & Alexandro fratribus Burris.

ARGVMENTA.

Aquæ ducendæ ius, an & quanto tempore aduerſus fiſcum præſcribatur. Senatuſque conſultum Mediolani ea de re agens explicatur.

Aqua vicini vnde auertatur, an & quando quis alueum in ſuo facere poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 Aquaductus cuius origo memoriam exceſſerit iure conſtituti loco habetur.

2 Aquam hauriendi, vel eam vertendi de publico aquaductu ius non debet turbari, ſi tanto tempore quis ſit vſus quod in contrarium memoria non exiſtat.

3 Præſcriptio temporis immemorabilis vim habet tituli, conceſſionis, & priuilegij, etiam in regalibus, ex magis com. Doctor. ſent.

4 Præſcriptionem ſtatutum prohibens non cenſetur immemorabilem centum ſcilicet annorum excludere.

5 Flumina publica præſcribuntur ſpatio centum annorum.

6 Seruitus præſcriptione acquiſita tantum operatur quantum acquiſita per conuentionem, aut priuilegium.

7 Aquæ nauigiorum Mediolani ſpatio centum annorum præſcribuntur, & non ſunt publicæ, ſed principis.

8 Præſcriptio centum annorum nunquam excluſa cēſetur cum habeat vim tituli, & conceſſionis.

9 Præſcriptio centum annorum fauorabilis dicitur, ne dominia rerum in incerto iaceant.

10 Aquæ fiſcales, an præſcribi poſſint immemorabili ſaltem præſcriptione.

11 Publica vtilitas cuique priuatæ anteferenda eſt.

12 Priuilegij allegatio ſatis probari videtur ex immemorabili poſſeſſione.

13 Præſcribi non poſſunt ea, quæ in hominum commercio non ſunt, non ſic res principis, quæ conſueuit ex eius conſenſu in dominium priuatorum transferri.

14 Præſcribi licet non poſſit res publica, velut aqua, & via, tamen ſi de vſu publico ad priuatum trahatur ſpatio centum annorum præſcribi poſſe videtur.

15 Præſcriptio centum annorum procedit contra fiſcū etiam in iuriſdictionalibus.

16 Decretum anni 1550. diei 30. Octobris, quo cautū videtur, vt immemorabilis præſcriptio fiſco non obſit declaratur.

17 Obſeruantia, ſubſecuta declarat mentem legis.

18 Præſcriptio immemorabilis eo magis procedit ſi actus poſitiuus interuenerit, & opus manufactum.

19 Præſcriptio eo magis procedit ſi quis propalam aquo vtatur interueniente opere manufacto.

20 Decretum prohibens præſcriptionem aquarum an comprehendat eccleſiam, & loca pia.

21 Eccleſiarum appellatione an veniat hoſpitalis locus

22 Aquæ ducendæ ius in conceſſione rei venit, tanquam ius ei deſeruiens.

23 ertinentiarum appellatione quid veniat.

24 Aquæ ducendæ ius conceſſum intelligitur ex longiſſimi temporis poſſeſſione.

25 Principis beneficium, ſicut & pia cauſa pleniſſimè debet interpretari.

26 Conceſſo vno cenſentur conceſſa omnia, ſine quibus illud explicari nequit.

27 Mutanda non ſunt ea, quæ certam interpretationem habuerunt.

28 Aquarum abundantia multum poſſeſſionibus conducit.

Digitized by Google

29 Fontem vicini auertere quis poteſt in ſuo proprio fundo fadiens.

30 Puteum quis poteſt aperire in domo ſua, etiam ſi putei vicini vena praciderentur,

31 Vicino etiamſi quis noceat poteſt agrum ſuum meliorem facere etiamſi mixta cōſideratione id faciat, ſcilicet, vt ſibi proſit, & vicino noceat.

32 Ius commune ſeruandum eſt, niſi abſit lex municipalis aliud diſpanens.

33 Aqua in meo oriens licet poßit alio traduci, poßimque in meo facere, quod mihi libet, etiam cum vicini detrimento tamen id nan procedit, quatieſcunque ius ſaruitutis alteri iam conſtitutum fa-ret,

34 Seruitutis ius ſatis colligitur ex antiquiſsima paſſeßione, & quando factum hominis interuenit vicini fundum ingrediendo.

35 Conſtitutia Mediolani, titu. de aquis, & fluminibus declaratur,

36 Aquam licet poßim ducere per agrum vicini, id eamen debet intelligi, moda fiat ſine eius aquaductus detrimento.

37 Aquaductus non poteſt concedi in praeiudicium alterius aquaductus iam alteri conceßi.

38 Foſſa ſi fiat, vnde aqua vicini ſubterranea diuertatur, vel vnde aqua alibi ariens traducatur, multum intereſt.

39 Opus in ſuo quis nō poteſt facere, vt rem ſuam meliorem faciat, ſi principaliter anima nocendi vicino id faciat,

40 Nocendi animus in dubio non praſumitur,

41 Animus nacendi coniecturis facile dignaſcitur,

42 Nocendi animus ex ea prabari dicitur quando aque commode, vel cum paruo incommoda poteſt idem alibi fieri,

43 Actum faciens cenſetur ſe obligare ad ſeruanda amnia requiſita à legibus de eo actu laquentibus,

CONSILIVM CCXXXVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

NEc fiſci, nec delatoris actio aduerſus Ioan. Petrum & Alexādrum fratres Burros bene inſtituta eſt, cum tanti temporis ſpatio, cuius non eſt ex contrario memoria adiecto tempore auctorum ſuorum, aquam duxerint ad ſuum fundum irrigandum, eo conſueto modo quo nunc ducunt, nam ductus aquæ cuius origo memoriā exceſſerit iure conſtituti loco habetur, vt eſt tex.
1 ad literam, in l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidi. & æſti. & ius hauriendi aquā, vel eā vertendi de publico aquæductu, non debet turbari, ſi tanto tempore quis eſt vſus, quod in contrariū memoria non exiſtat, l. vſum, C. de aquę-
2 ductu, lib. 11. & ibi omnino vltra gloſ. videantur
Bartol. & Ioan. de Platea tantaque eſt vis huius
præſcriptionis, vt habeat vim tituli conceſſio-
3 nis & priuilegij, & procedat ex receptiori ſentētia
etiam in regalibus, vt ex alijs longa ſerie declarat Gabrielius, lib. commun. titu. de præſcriptio.
concluſ. prima, num. primo, 2. 3. 4. & infra, & ſtatutum prohibens præſcriptionem, non cenſetur
hanc immemorabilem excludere, quæ commu-
4 ni conſenſu interpretatur eſſe centum annorum,
cum vix vllus ad eam ætatem, noſtris præſertim
temporibus perueniat, vt tradit Balbus tractat.
præſcript. quinta parte, quintæ partis, principalis, quæſtio. nona, & ſi flumina ipſa publica hoc
tempore præſcribuntur, vt ſcriptum reliquit Cæ-
5 polla, trac. de ſeruit. ruſtico. prædiorum, de ſeruitute aquæductus, capit. quarto, num. 24. & ſi hęc
ſeruitus acquiſita per hanc vetuſtatem, & ſeu
præſcriptionem tantum operatur, quantum
acquiſita per conuentionem aut priuilegium, vt
idem firmat vbi ſupra, num. 79. verſic. & nota, &
6 confirmat Boſſius titu. de aquis, & flum. num. 9.
cur igitur eo magis nō cōcedemus præſcribi poſ-
ſe aquas noſtrorum nauigiorū, quę non ſunt publicæ, ſed Principis, vt affirmat idem Boſſius re-
7 lato loco, numero 6. & numero 10. & 25. Immo
etiam quæ præſcribi nequeunt ſine titu. hac immemorabili poſſeſſione præſcribuntur, quia præ-
ſcriptio hæc centum annorum nunquam cenſetur excluſa, cum habeat, vt iam præmonui, vim
8 tituli, & conceſſionis, & priuilegij, vnde eam allegans non nititur ſola præſcriptione, ſed potius
priuilegio, inquiens priuilegium huius rei, vel
conceſſionem habeo, & ſi reſpondeatur illud
exhibeas, recte replicat, ſatis probatum intelligitur ex hoc curſu tanti temporis, aliàs nihil vnquam ſub ſole certum daretur, & vt ait Bald. vniuerſus mundus reuangaretur omniaque facile in
dubium, & ad incertum reuocarentur cum propter varios rerum caſus, & maxime Diuini, vel
humani belli facile amittantur rerum origines,
& facilime pereant omnia antiquitatis monu-
9 menta, & earum documenta, vt commu. dicit
Ripa videndus in l. quominus, num. 41. & num.
100. & infra duobus ſequentibus, ff. de fluminibus, Alba qui loquitur in terminis aquarum, conſil. 299. num. 8.

Et hoc tanto magis eſt nobis tribuendum, cū conſtet de bona fide, & titulo ipſius Burri, qui hæc bona à Venerando Hoſpitali Magno acquiſiuit cum hoc aquarum iure,

Nec aduerſatur quod tantum venditus fuerit alueus, ſeu haſta rugiæ, & non aqua, quia ne (vt aiunt) nobis in hac cauſa aqua hæreat, reſpondetur venditionem comprehendere omne ius aquarum defluentium, & decurrentium in haſtam fontanilium, & id apertius declaratū fuit, in conuentione, & ordinatione facta à præfectis ipſius Venerandi Hoſpitalis anno 1532. die 30. Aprilis in qua nominatim conuentum fuit

vt Bur-

vt Burrus aqua prædicta vti frui,& gaudere poſ-
ſet tanquam in venditione comprehenſa .
10 Non refragatur etiam , vt aquæ fiſcales ne-
queant præſcribi, Lucas à Penna in l.diligenter,
in fine, C.de aquæductu,lib. 11.

Quia aut intelligendus eſt de præſcriptione
longiſſimi temporis aut communi ſententiæ re-
fragatur, immo claræ deciſioni , text.l. vſum a-
quæ, C.eo.tit.vbi gl.opponit de ea. l.diligenter ,
& ſoluit inquiens,eam non procedere in præſcri
ptione immemoriabili,de qua agit.l.vſum aquę,
quod & approbant communi aſſenſu Bar. Io.de
Platea omnino videndi,& alij ſcribentes,tam in
ea.l.diligenter,quàm in ea.l.vſum. & ſentit gl.in
verbo,non poteſt, & conſentiunt omnes in §.res
fiſci, Inſtit.de vſucap. Ripa ea.l.quominus,num.
99.de flumi.& Balbus mox allegandus.

Præterea loquitur Lucas quãdo per diuerſio
nem aquarũ non remanet debita portio pro vſu
publico;& hoc propter publicam vtilitatem,cui
eſt fauendum,ſecus ſi remanet, vt hic , & probat
ea.l.diligenter, Platea,vbi vide: Ius enim publi-
cæ vtilitatis gratia introductum mutari non po
teſt, tanquam ex naturæ , & gentium præceptis
collectum.l.ius publicum,ff.de pactis,l.neque pi
gnus,§.priuatorum conuentio,ff.de regulis iuris.
11 Sed vbique præcipuum retinere debet ; nam ſi-
cut genus tanquã prædominans,& complectens
ſub ſe ipſas ſpecies, eſt nobilius, & dignius qua-
cunque ſpecie , ſic quæcũque publica vtilitas eſt
præferenda priuatæ , cum hæc vti ſpecies in illa
contineatur, & idcirco reipublicæ charitas , aut
patriæ amor tanquam magis vniuerſus antepo-
ni debet etiam paterno commodo; immo decet
chariorem eſſe patriam nobis , quàm noſmetip-
ſos , atque commodum aliquod ſcilicet priua-
tum maioris,id eſt publici adipiſcendi cauſa prę
teriri debet,& propterea ſacratiſſimæ leges,quæ
vniuerſorum ciuium commodis, non autem vni
parti tantum conſulere ſtudent,& reipublicæ cõ
modis vtilitati,ſalutiq; ſeruire valdè cupiunt ,
publicæ huic vtilitati multa dedere priuilegia ,
quæ legem non priuant,aut iura labefactant, vel
minuunt,ſed potius eius vim,& effectum cumu-
latè augent,& amplificant,& vitali flamine mul
cent , cum nihil habeant antiquius, quàm vtili-
tati publicæ proſpicere, vnde merito lex dicitur
commune præceptum communi vtilitate ſtatu-
tum,vt inquit Iuriſconſultus in l.prima,ff.de le-
gibus , & vbi hæc virtus in quam omnem eius
normam lex ipſa dirigit,deficeret,deeſſet vtique
ipſa iuſtitia,quæ eſt ars boni & æqui;& iuſti,at-
que iniuſti ſcientia ; qui enim publicam vtilita-
tem defendit,enumerabit commoda pacis , cha-
ritatis , æquitatis , & iuſtitiæ , qui eam offendit,
enarrabit & cognoſcet incommoda belli , inui-
diæ,iniquitatis,& iniuſtitiæ;ſimulque videbit e-
brium vnum publica vtilitate neglecta ſuis ip-
ſius priuatis commodis totum deditum, cæteros
verò eius fratres publico hoc auxilio deſtitutos
miſerè eſuriẽtes,& egenos ſpectabit;exemplum-
que adiuuandæ publicæ huius vtilitatis petat à
formicis,in quibus non modo ſenſus ineſt,ſed e-
tiam mens, ratio, & memoria, quæ æſtiuo præ-
ſertim tempore, dies , & noctes ſemper concor-
des in communem vtilitatem vigilant , & ma-
gnos excipiunt labores, vt communi aceruo ſem
per aliquid addant , & prouidentiſſimè ſibi ipſis
parant ea, quæ hyemis tempore ſuppeditent ad
communem victum , & vtilitatem , atque ſimul
vna ſine querela, & offenſione ſub communi fo-
ueę tegumẽto vitã hilarem traducũt,& propter-
ea cum publica vtilitas tot nominibus priua-
tæ præſtet, nimirum ſi ita illius ergò decretum
ſit .

Rurſus procedit quando quis non ſe fundat
in priuilegio, prout faciunt Burri,quod probant
12 ex immemoriabili poſſeſſione, vt explicat idem
Ripa eadem l. quo minus, numero 102. de flu-
minibus .

Item intelligi debet in re,quæ ſui natura prę-
ſcribi nequeat , & quæ non ſit in commercio, &
quæ non poſſit tranſire ex contractu in domi-
nium priuati, ſecus in caſu noſtro,in quo agitur
de re Principis, quæ conſueuit ex eius conſenſu
13 in dominium priuatorum transferri , vt diſtin-
guit Balbus de præſcriptionibus , 6. parte prin-
cip.in prima eius parte,nume.4. & 5.in 6. caſu ,
& ſecunda parte quintæ partis principalis , vbi
in prima quæſtione nume.3. & infra num.5. fir-
mat ex communi Doctorum ſententia, etiam in
caſibus ſpecialibus,& exceptis in l.fina. C.de ſa-
croſanc.eccleſiis , contra fiſcum præſcribi ſpacio
centum annorum. Ad hæc licet reſpublica, pro-
ut aqua publica,vel via quæ ſolita eſt eſſe in pu-
14 blico vſu,nullo tempore præſcribatur , tamen ſi
de vſu publico trahatur ad priuatum, vt hoc ca-
ſu factum eſt ; tunc præſcribitur tanto tempore ,
cuius non eſt memoria in contrarium , vt egre-
giè in terminis diſtinguit Ioannes de Platea vi-
dendus eadem lege, diligenter , C. de aquæduc.
libro vndecimo.

Hæcque præſcriptio immemoriabilis tantam
in ſe habet æquitatẽ,& iuſtitiam,ne dominia re-
rum ſint ſemper in incerto, vt merito noſtræ Cę
ſareæ conſtitutiones , titu.de iure,& priuilegio
fiſci,§.nulla , voluerint vt nulla præſcriptio con-
15 tra fiſcum allegari poſſit, niſi hæc immemoriabi
lis,quæ etiam admittatur in iuriſdictionalibus.

Nec reſiſtit decretũ anni 1550.diei 30. Octo-
bris,quo videtur declaratum eſſe,præſcriptionẽ
immemoriabilem fiſco non obſtare.

Quia reſpondetur illud loqui in caſu ſpecia-
li , ſcilicet fluminis Mutiæ, quod ſatis colligi-
tur ex illis verbis in eo decreto poſitis, ſcilicet ,
in caſu , de quo agitur, & ſic quæ ſpecialia ſunt ,
16 in exemplum trahi non debent , maximè cum
huiuſmodi decretum iuri communi repugnet, &
ab omni ratione , & æquitate videatur longè re-
motum ; vt inquit Boſſius grauiter inuehens in

Ducem Philippum Mariam vicecomitem illius
iniquitatis authorem,tit.de aquis,& flumi.nu.8.
Secundò,ex communi obſeruantia Illuſtriſſi-
mus Magiſtratus poſtea ſubſequuta,qua ſæpius
contrarium in materia aquarum Nauigij,prout
eſt hæc noſtra, declarauit, & quæ declarationes
17 exhibentur; conſtat hunc fuiſſe eius decreti ger-
manum ſenſum l.ſi de interpretatione,ff.de legi.
Crauet.conſ.101.nu.3.& 4.
Tertio,cũ hic aquæductus factus ſit opere ma
nu facto ſcientibus, & patientibus ſuperioribus,
præſcriptio immemorabilis procedit nõ obſtan
te memorato decreto, quod vti odioſum debet
ita ſtrictè intelligi,vt locum non habeat,vbi hu-
iuſmodi actus poſitiuus demonſtrans ius ſeruitu
18 tis interuenerit;quia tunc ſaltẽ in vim probatio-
nis tituli admittẽda videtur huiuſmodi immemo
riabilis præſcriptio, vt rectè diſtinguit Ripa ea.l.
quominus,nu.88.ff.de flumi.& in c.cum eccleſia
Sutrina,nu.68.de cauſa propr.& poſſeſ.Maſcar.
trac.proba.in verbo,præſcriptio incorporalium,
concluſ.1220.nu.3.fol.162.lib.2.ratio (meo iu-
dicio,eſt ſtabilis,& firma, quia quando huiuſmo
di factũ hominis interuenit, videtur à principio
inducta ſeruitus,vel ex contractu, vel ex priuile-
gio,vt tradit Cępo.eo.trac.de ſeruit.ruſtic.pręd.
de aquæduc.num.55. Deci.conſil.244.nume.9.
Crauet.conſ.124.nu.8.
Quartò,cum ordines Regij dati Thomat an-
no 1581.velint,vt conſtitutiones ſeruẽtur, ordo
ille anni 1550. tanquam non eas declarans, ſed
eis manifeſtè aduerſans ſeruari nõ debet,vel ſal-
tem reſtringi; vt ſuperius diximus, quantum fie-
ri poteſt.
Quintò, huiuſmodi Senatuſconſultum debet
recipere interpretationem, quam paſſiuam vo-
cant a iure cõmuni,ſcilicet in caſu,quo quis fur-
tiuis aquarum meatibus abutitur, ſecus ſi propa
19 lam vtatur interueniente opere manufacto ma-
nifeſto,toties à ſuperioribus viſo,& recognito,ac
tanto temporis ſpatio admiſſo, vt apertè ſentit
Imperator ea.l.vſum aquę,C.de aquædu.li.11.
Sextò,decretum illud, ſicut ex iure communi,vt
20 ſcribit Tiraq.de pia cauſa, priuil.130.& ex diplo
mate Pij IIII. Pontificis maximi dato ad Illuſt.
Magiſtratum extraordinariũ anno 1564. quod
exhibetur, non comprehendit eccleſiaſticas per-
ſonas,nec eccleſiaſtica loca;ita etiam non debet,
maximè in re adeo odioſa,& iuri cõmuni, & ip-
ſiſmet conſtitutionibus repugnante cõplecti per
ſonam Dei,id eſt,loca pia; prout eſt hoc celebre
& venerãdum Xenodochium; præſertim cũ hęc
aqua neceſſaria ſit ad deſtinatũ opus, & ad pau-
perum vſum, maximè ad eorum lintea abluẽda,
& diluenda,& cum ſit authoritate ſuperiorũ fun
datum,& eccleſiam habeat, dubium nõ eſt,quin
21 appellatione Eccleſiarum rectè cõtineatur, imò
Hoſpitalis loci cauſa videtur fauorabilior,quàm
eccleſiarum,vt tradit Gabr. lib.com.titu. de pia
cauſa,concluſ.2.num.1. & 3.& infra, Tiraq.eo.
trac.de pia cauſa, priuil.140.
Septimò,ſi etiam titulus deſideraretur,ille nõ
deeſſet;nã quando Franciſcus Sfortia Dux Me-
diolani primus conceſſit Palatium illud pro ædi
ficando illo hoſpitali,illud cõceſſit in ampla for-
ma,cum ingreſſibus,egreſſibus,vijs, vſibus,vtili-
tatibus,& cõmoditatibus,& prærogatiuis,& per
22 tinẽtijs quibuſcunq; quomodolibet adiacentib.
prædictis bonis; & ſic venit ius aquæ ducendæ,
tanquam ius rei conceſſæ deſeruiens, & accedẽs,
vt explicat Speculator tit.de emptio.& vendit.à
nu.20. vſq; ad nu.26. & Fabian.à monte trac.
de empt.& vendit.6.parte princip.à nu.9. vſque
ad nu.15.Iaſ.in l.quominus, num.120.& Ripa
nu.130.de flumi.Papienſ.de forma libel. in act.
23 reali,in verbo,cum pertinentiis. Alba & ibi eius
additio,in verbo,cum pertinentiis, cõcordantes
adducit conſ.538.& quin hoc ius aquæ ducẽdæ,
hicque aquæductus in ea conceſſione continere
tur dubitari nequit,cum ita ſemper poſſeſſum ſit
& longiſſimo vſu, & cõſuetudine interpretatum,
24 vt arguit Alba eo.conſ.538.num.7.& 9.& ver-
ſemur in beneficio prĩcipis,& in pia cauſa,quod,
& quam congruit pleniſſimè interpretari. l.bene
25 ficium,de conſtit.princ. Tiraq.eo.trac. de priuil.
piæ cau.priuil.149.& maximè cum agatur de rę
ad explicationẽ memorati operis neceſſaria; vn-
de vno conceſſo,cenſentur conceſſa omnia, ſine
quibus illud cõmodè explicari nequit, cum præ-
ſertim conſtet de mente ipſius Ducis,vt id omni
26 meliori modo fieret, & ad id omnem opportunã
facultatem dederit.l.ad rem mobilem,& l.ad le-
gatum,ff.de procur. Euerard.in loco à conceſſio-
ne conſequentis; & propterea cum minimè mu-
tanda ſint ea, quæ ſemper certam interpretatio-
27 nẽ habuerunt,l.minimè,ff.de legi. & quę vt erãt,
toties fuere cõfirmata à benignitate Ducum no-
ſtrorum;& quæ toties fuerunt ſuperiorum iuſſu,
& edicto,ac proclamationibus viſa, recognita,&
ſemper permiſſa, vti iuſta, & legitima,atq; ſerie
quaſi ſeculorum antiquiſſima fuere cõprobata,
equidem huic delatori, ſeu potius perturbatori;
& nouitatũ ſtudioſo danda erit oĩno repulſa, cũ
æquũ ſit,& prætor vĩ fieri vetet,quominus aqua
à qua & nos,& prata viuũt,ducatur vti hactenus
quis eſt vſus,& duxit,nõ vi,nõ clam,nõ precario,
ſed bona fide,& ex iuſtis titulis,quemadmodum
duxerunt Burri, alijs etiam adiectis, & admiſtis
aquis ad irriganda eorũ bona, quæ ſine eis, cito
amiſſa viriditate qua nũc florent, & vberes edũt
fructus,areſcent,& ſimul vniuerſa poſſeſſio exare
ſcet; nã pabulo deficiente, beſtiæ vtiq; ad agros
colẽdos neceſſariæ macreſcunt,imo oſſa & pellis
28 euadũt miſera macritudine,& tabeſcunt,earũq;
tabe,atq; morte vineis,agris,atq; cãpis interitus
affeiatur,cũ deficiat pinguis cultura,qua illi mi-
rificè lętantur, & recreantur, & valdè fructuoſi
fiunt; & propterea callidi rerũ æſtimatores pra-
ta,& areas quaſdam magni æſtimãt; quod eo ge
neri poſſeſſionum minimè quaſi nocere poſſit.
Quod

Quod vero ad aliam pertinet quæſtionem, ſe-
cundum ea, quæ proponuntur arbitror Germe-
natum non poſſe facere cauum de quo agitur in
præiudicium, & detrimentum adeo graue anti-
quiſſimi aquæductus ipſorum Burrorum.

Nam licet poſſit quis in ſuo fundo fodiens vi
29 cini fontem auertere, l. 1. §. ijdem aiunt, verſi. de-
nique Marcellus, ff. de aqua pluuia arcenda; &
domi ſuæ poſſit quis puteum aperire, etiam ſi eo
aperto venæ putei vicini præciſæ ſint, l. fluminũ,
30 §. fin. ff. de damno infecto, nam operis mei vitio,
tibi damnum dare non cenſeor in ea re in qua iu
re meo vtor, & vnuſquiſque poteſt meliorem a-
31 grũ ſuum facere, etiamſi vicino noceat imo egre
giè Bald. in c. cum eccleſia, num. 5. de elec. & ele-
cti poteſtate, addit etiamſi miſta conſideratione
aliquis aquam diuerterit, vt ſibi prodeſſet, & al-
teri noceret, alias non facturus niſi animum no-
cendi haberet, poſſe adhuc id facere, cum res ipſa
ſit iudicanda ex effectu non ab affectu, & nõ frau
detur conſilio, qui re ipſa non fraudatur, & qua-
tenus lex noſtra municipalis, c. 243. in 2. vetat,
vt ſuis verbis vtar, poſſe fieri teſtam fontanilis
penes aliam teſtam fontanilis per brachia tercẽ
tum ad brachium terræ præſupponit diſpoſitio-
nem iuris communis ex contrario propugnare,
vt ibidem adnotauit interpres, num. 1. & cum
bona de quibus agitur ſint ſita extra iuriſdictio-
nem prætoris Mediolani, ſtatutum Mediolanen
ſe non obeſt, ſed attendenda eſt eius loci vbi ad-
32 ſunt bona, lex ſi qua eſt hac de re diſponens, ſin
minus ius commune, vt tradit ex alijs Gabriel,
lib. commun. titu. de ſtatutis, conclu. 9. num. 4. &
8. Ioſephus Ludouicus, deciſ. peruſina, 76. nu-
mero 8.

Attamen cum alueus Burrorum iam ſupra,
hominum memoriam ſit conſtitutus in vicinis
agris, & iure ſeruitutis aquas eorum agrorum
in ſuum aquæductum ducant, non potuit à do-
minis eorum agrorum nunc concedi Cermena-
to, vt facere poſſet hoc nouum cauum per quod
traducantur aut aquæ iam Burris conceſſæ, aut
eius fontes ex quibus aquæ hauriuntur areſcãt,
nam contraria concluſio non procedit, vbi ius
ſeruitutis alteri iam conſtitutum foret, nam tũc
33 is cenſetur damnum inferre cum mihi auferat,
quod meum eſt, & propterea nequit foſſa, vel
alio opere manufacto auocare aquam mihi iam
iure cuiuſdam ſeruitutis, vel quaſi debitã, l. Tre-
batius, ff. de damno infecto, & eſt optima gloſſa,
in ead. l. prima, §. Neratius, in verbo, tollere, ff.
de aqua pluuia arcenda, & in l. fluminum, §. fina.
in verbo, non teneri, & in l. Proculus, in verbo,
iure ſuo, ff. de damno infec. hocque vno ore, &
conſenſu ſentiunt omnes ſcribentes, nam tunc
diceretur mittere manum in meſſem alienam, &
nedum lucrum auferre, ſed damnum in re mea
afferre, quod neutiquam licet, vt ex multis con-
geſtis legum auctoritatibus probat Maſcard. tra
cta. proba. in verbo, aquam, concl. 123. num. 17.
fol. 78. Theſaurus, deciſ. 245. num. 4. & dixi. ego
conſil. 181. num. 27. & ius ſeruitutis ſatis colligi-
tur ex antiquiſſima poſſeſſione, & quando factũ
34 hominis interuenerit vicinum fundum ingrediẽ-
do, vt fusè explicat Cæpolla videndus tractatu
de aquæductu, num. 56. & infra, pluribus ſequen
tibus.

Secundo ſicut ſi domini agrorum, qui ex ne-
ceſſitate legis id eſt noſtrarum conſtitutionum,
35 titu. de aquis, & fluminibus, verſic. omnibus, con-
ceſſerunt fundum Cermenato, vnde cauum ex-
cauaret, habuiſſent ipſi aquæductum, potuiſſent
id denegare in præiudicium ſui aluei, quia con-
ſtitutio debet intelligi dummodo non fiat dam-
num vicino in ſuo aquæductu, vt aperte ſentit
Cæpolla, eo. tit. de aquęductu, num. 69. & ita ab
36 Excellentiſſimo noſtro Senatu fuiſſe iudicatum
atteſtatur interpres ad ſtatutum noſtrum, c. 247,
num. 40. volu. 2. ita & pari ratione id eſt dicen-
dum ratione aquæductus, iam alteri, id eſt Bur-
ris conceſſi ab ipſiſmet agrorum dominis, nec va
let ſecunda conceſſio in præiudicium, primæ cõ
37 ceſſionis, vt in terminis conſuluit Calcaneus, cõ-
ſil. 56. ante num. 9.

Tertio videtur differentia an quis in ſuo foſ-
ſam faciat, vnde aqua vicini ſubterranea diuer-
tatur, vel foſſa fiat ad traducendam aquam ali-
38 bi orientem, & per eam mea aqua diuertatur,
quia priore caſu fit iure permittente cum in ſuo
fiat, ſecundo caſu minimè cum in alienum im-
mittatur, & aqua mea ſimul abducatur, & aqua-
rum diuiſio fienda eſſet, vt aperte diſtinguit ſic
intelligendo contraria iura, Cępolla, eo. trac. ſub
tit. de aquæducti, nu. 66. & 67.

Quarto ex omnium neminè diſſentiente ſen-
tentia, concluſio contraria procedit, vbi id non
fiat animo principaliter alteri nocẽdi, quia id fa-
cere nequit, nam ſic debet meliorem ſuum agrũ
facere, ne vicini deteriorem faciat, ea. l. prima, §.
39 de eo opere, verſic. ſed & foſſas, ff. de aqua pluuia
arcenda; & clare ſentit Iuriſconſultus; eo. §. ijdẽ
aiunt, verſic. denique Marcellus, eius, l. prima, in-
quiens id locum habere ſi non animo nocendi
vicino id fecit, vbi gloſ. in verbo, habere innume
ros propemodum concordantes adducit, & quã-
40 uis ãius nocendi in dubio non præſumatur; l. me
rito, pro ſocio, & ibidẽ, adnotauit, gl. Bar. & alij,
& in l. fluminum, §. fina. de damno infecto, atta-
men id cum in animo conſiſtat coniecturis faci-
41 lè dignoſcitur, vt ſcribit Alexan. conſil. 174. nu.
5. lib. 2. Alba conſil. 187. nu. 9. & magna, eſt eius
rei probatio, & euidens etiam nocendi argumen-
42 tum, quando æquè commodè, vel cum paruo in-
commodo poteſt idem alibi fieri, vt egregiè pro-
ſequitur, vidẽdus omnino, Ripa in l. quominus,
num. 29. & ſupra, & infra, ff. de fluminibus, Ma-
ſcardus in verbo, ad æmulat. concluſ. 621. per to-
tam, præſes Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 156.
& eo magis id procedit quoties aliquid fit quod
ſibi non prodeſt, & alij obeſt, nam inanem labo-

tem

rem ipſe capit, & alteri moleſtiam, & damnum affert, & ſi quid peccat, illi peccat.

Cum itaque Cermenatus poſſit eundem alueum facere in alio loco aut ſine, vel cū lōge minori detrimento aquęductus ipſorū Burrorū, debet id oīno facere ne conuincatur id agere potiſſimum animo iniuriandi, vel nocendi, quod longe multum abeſſe ab animo Chriſtianorum debet, & ideo magis dicendum eſt nam cum id faciat Cermenatus ex prænarratis conſtitutionibus, & illę omnino velint, vt id fiat ad minus damnum vicinorum, debet eligere hanc viam vti vicino minus damnoſam, præſertim cum
43 actum faciens cenſeatur ſe obligare ad ſeruanda omnia requiſita à legibus de eo actu loquentib. Crauet. conſil. 180. num. 9. quod ſi, vt decet perfecerit, non eum peniteat famæ ipſum ſolum feciſſe, quod multi alij forte facere fugitant.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FRANCISCO, & Fratribus ſeronis.

ARGVMENTA.

Ea fideicommiſſi conditio, ſi quis ſine filijs de legitimo matrimonio natis deceſſerit, adiecta primis inſtitutis, quando in ſubſtitutis repetita cenſeatur, qualitaſque ipſa legitimitatis an probari debeat, & quomodo probata dicatur.

Bona in bonis, & dominio fideicommittentis fuiſſe, fideicommiſſarius quibus medijs probet.

Reſtitutio in integrum, an competat priuilegiato contra priuilegiatum.

SVMMAE RERVM.

1 *Qualitas probationis inductiuo debet omnino probari ab eo qui in eo ſe fundat.*
2 *Mater non admittitur ad vlciſcēdam filij mortem niſi probet ſe matrem.*
3 *Teſtes idonei vbi requirantur, debet ea qualitas probari.*
4 *Excipiens dicitur actor in exceptione.*
5 *Agnatum, qui ſe dicit, talem ſe probare debet.*
6 *Probatio ſimplex non ſufficit quoties cum qualitate exigitur.*
7 *Conditionis in vim vbi aliquid probandum ſit debet neceſſario probari, etiamſi ageretur de negatiua improbabili.*
8 *Probatio dubio non releuat.*
9 *Opinio prima impreſſa ſiue bona ſiue mala ſit, magnum momentum, habet.*
10 *Filius ſpurius potius quam naturalis in dubio præſumitur.*
11 *Agnatum qui ſe dicit, talem ſe probare debet.*
12 *Matrimonium, eſt quid facti, & facta non præſumuntur.*
13 *Filium legitimum, qui ſe dicit, talem ſe probare debet.*
14 *Filius de legitimo matrimonio natus ſi in fideicōmiſſo vocetur talis probari debet.*
15 *Fideicommiſſum debet capi de manu hæredis etiā ſi reſtitutio ipſo iure ſit facienda.*
16 *Poſſeſſio vitioſa dicitur eius, qui ſua auctoritate hæreditatem capit.*
17 *Conſtitutio Mediolani de continuanda poſſeſſione defuncti habet locum in directo non in obliquo hærede.*
18 *Antiquum dicitur tempus centum annorum,*
19 *Perſona in vno quoque iudicio eſt legitimanda.*
20 *Filiatio eſt probanda ab eo, qui hæreditatem capere vult ei, tanquam filio relictam.*
21 *Filios deſcendentium ſi fideicommittens vocet tales ſe probare debent.*
22 *Legitimitas quomodo probetur.*
23 *Filiatio reſpectu patris eſt difficilis admodum probationis, elegansque ibidem affertur ratio.*
24 *Filiatio non epiſtolis, ſed natalibus, non nudis aſſerationibus, ſed matrimonio probatur.*
25 *Filiatio quibus modis probetur,*
26 *Sententia inter patrem & filium lata ſuper filiatione on præiudicet tertio.*
27 *Conſanguinitas non probatur inſtrumentis niſi reſpectu proferentium.*
28 *Ad fideicommiſſum agens debet probare bona in bonis fuiſſe.*
29 *Fama in antiquis probat.*
30 *Dominium quomodo probetur.*
31 *Dictio meum, dominium ſignificat.*
32 *Bona in genere ſi legentur debet probari de quibus teſtator ſenſerit.*
33 *Enuntiatiua verba non probant in ijs, quæ ſunt iuris.*
34 *Filiorum naturalium, & legitimorum appellatione veniunt legitimati, & excludunt ſubſtitutum.*
35 *Bona in bonis fuiſſe ad hoc, vt teſtes probent debēt probare duos confines.*
36 *Teſtes de auditu ad hoc, vt probent quid requiratur.*
37 *Fama quomodo probetur.*
38 *Pupillus nec vilis perſona probat.*
39 *Qualem quis ſe aſſerit, talem ſe probare debet.*
40 *Filiatione probata, an probata intelligatur legitimitas.*
41 *Conſanguinitas an probetur verbis enuntiatiuis.*
42 *Antiquum tempus quodnam dicatur.*
43 *Bona ſua quæ ſunt in tali loco ſi quis legauerit probari debet de quibus teſtator ſenſerit.*
44 *Teſtes de auditu, vt probent, quæ qualitates requirantur.*

45 Tem-

45 Tempus infantiæ debet in teſtibus deduci.
46 Teſtis deponens de ijs, quæ vidit tempore infantia an probet.
47 Teſtes in uериſimilia deponentes non probant.
48 Bona alicui ſpeciatim legata, non veniunt in generali vſufructu.
49 Qualitas teſtium fide dignorũ debet probari vbi ea requiratur.
50 Bona fuiſſe in bonis alicuius quibus probationibus probetur.
51 Fideicommiſsi conditio etiamſi momento durauerit euaneſcit.
52 Subſtitutio ad certum caſum reſtricta, verbis taxatiuis ad alium non porrigitur.
53 Hæredum confeſsio multum valet ad probandum fideicommiſſum.
54 Fideicommiſſum an per diuiſiones cenſeatur remiſſum.
55 Compenſandi animo legatum, quando factum cenſeatur.
56 In fideicommiſsi reſtitutione, non venit ius hæredis, imo pro eo poteſt bona retinere.
57 Bona teſtatoris, & non legatarij veniunt quando quis legauit bona ſua.
58 Prælegatum non venit in reſtitutione fideicommiſsi, quãdo eſſet relictũ tãquã legatario debitũ.
59 Fideicommiſso oneratus poteſt deducere, quod ſibi à defuncto debetur, quia hæredis iura non veniunt in eam reſtitutionem etiamſi inuentariũ non confeciſſet.
60 Priuilegiatus nõ reſtituitur aduerſus priuilegiatũ.
61 Minor non reſtituitur aduerſus minorem.
62 Poſsidentis, vel rei conuenti cõditio eſt melior vbi vterq; tractet de damno euitando.
63 Minor tenetur, vbi pecunia ſit in eius vtilitatem conuerſa.
64 Reus is dicitur pro quo ſtat fauor rei iudicatæ.
65 Priuilegiatus priuilegiato præfertur, ſi ſemoto priuilegio ius commune ſibi adſit.
66 Appellatio à præcepto executiuo an detur.
67 Priuilegium dicitur potentius quando minus derogatur iuri communi.
68 Reſtitutio in integrum, vt detur læſio eſt probanda, iudicis arbitrio.
69 Reſtitui vbi quis velit ob omiſſas defenſiones adhuc exigitur probatio læſionis.
70 Reſtitui quando quis velit aduerſus rem iudicatam etiamſi minor ſit, debet læſio probari.

CONSILIVM CCXXXIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

IN cauſa Serenorum contra Caſtaldos, qui putant ipſorum Serenorum creditum excludere ope auiti fideicommiſſi tria potiſſimum puncta in diſputationem quæſtionemque vocantur.

Primum an probata ſit ea qualitas, quod ſint legitimè nati prout fideicommiſſum exigit.

Secundum an ea probata ſit ex inſtrumentis, & teſtibus productis.

Tertium an probatum ſit bona hæc fuiſſe in bonis, & dominio fideicommittentis.

De vno quoque paucis, & pro veritate diſſeramus.

Ad primum itaque reſpondeo, qualitatem legitimitatis ab eo, qui in ea ſuæ intentionis fundamentum facit eſſe omnino probandam.

Primo; quia quoties aliqua qualitas proba-
tionem inducat illa debet probari, cum quilibet
ſiue actor, ſiue reus ſit debeat probare ſuæ inten-
1 tionis fundamentum, & ei qui dicit incumbat
probatio, non autem qui negat, l. non ignorat.
C. qui accuſare non poſſunt, vbi mater non ad-
2 mittitur ad vlciſcendam filij mortem, niſi probet
ſe matrem, l. ei incumbit, ff. de probat. optimè cõ
fert, Bart. in l. prima, §. ſi quis neget, quem Ange
lus, ibidem, valde commendat, ff. quemad. teſta.
aperiantur. dum vult licet teſtes alias præſumã
tur idonei, attamen cum lex ad reprobandum te
ſtamentum requirat idoneos, illa qualitas debet
3 omnino probari, vt commun. dicit Gratus con-
ſil. 2. num. 35. lib. 1. Maſcard. tract. probat. in ver
bo, idoneitas, concluſ. 878. num. 8. quod proce-
dit etiam in excipiente cum in ea dicitur actor,
l. in exceptionibus, ff. de exceptionibus, Maſcar.
4 eod. tract. in verbo, qualem, concluſ. 1253. vnde
qui dicit ſe agnatum debet probare ſe talẽ, quia
5 qui dicit ſe talem, vel alium facit talem, id debet
probare, vt ait Dec. conſil. 13. & quod incertum
eſt, certum actor faciat, verum ne, poſt in alios
ſuæ negligentiæ culpam conferat.

Secundo ſimplex probatio non ſufficit quo-
6 ties cum qualitate exigitur, l. 4. §. docere, ff. vi bõ
norum raptorum, vbi dicitur actorem, vt obti-
neat in illo edicto debere probare non tñ dãnũ
eſſe datum, ſed in turba datum fuiſſe, pariq; ra-
tione fit, vt nõ ſufficiat quem ſe probare filium,
ſed quod ſit legitimus, vt teſtator hic deſiderauit.

Tertio vbi aliquid requiritur in modum, &
vim conditionis debet id probari neceſſario etiã
7 ſi ageretur de negatiua improbabili, l. Lucius, ff.
de cond. & demonſtr. vbi agitur de ea conditio-
ne ſi quis ſe filium probauerit, l. in illa, ff. de ver-
bor. obligat. quia debuit potius tacere, quam ten
tare quod aſſequi non poterat probationis vi-
tio, eique poteſt dici amicè tibi non deficit ius,
ſed probatio Abb. c. bonæ, el primo, num. 14. de
elect. & electi poteſtate, dubia probatio dicẽtem
non releuat, nec recreat, ſed dolentem dimittit
probationis inopia, & defectu, c. in præſentia de
8 probat. l. neque natales, C. de probat. l. non hoc,
C. vnde legit. & propterea filiatio licet nomine
matris probabilis ſit tamen ratione patris dici-
tur coniecturalis, & inficialis, vt probat Cotta
noſter in ſuis memor. in verbo, filius legitimus,
reſque ipſa indicat, nam cum id omne poſitum

ſit in

ſit in matris, vel amicæ fide, quæ ſæpe infidelis
eſt, quæ ſæpiſſimè folio & pluma leuior, dedita
amatorijs leuitatibus infidi amoris imperio pa-
ret; & in omnibus rebus eidem morigera eſt, qui
initio blandè, obſequens, mox proditor, deinde
perfuga factus, nullum remittit tempus; & mini-
me ſe ipſum reſpiciens, amicum, affinem per ſi-
mulationem amicitię (indignum facinus) ſine ali
quo pudore, rubore, ac verecundia, nefarie pro-
dit, & fallit, & amatoris ſemine alienam ſtirpem
contaminat, quis poteſt de prole aliquid verè &
certè affirmare; niſi vnus Deus Opt. Max. cui
omnia patent, vel mater ipſa quæ negotium no-
uit, cuius vtique ori ſæpè fallaci credere mari-
tus cogitur, & propterea vt ex animo dicam, &
non ioco quod ſentio, ſi quid eſt quod in mulie-
ribus præcipue ſpectari debeat, illud vnum ma-
ximum & ſummum ſit, vt ſcilicet pudoris, & pu-
dicitiæ dote locupletatæ, & ornatæ ſint, hocque
ſit ſpeculum in quo ſuæ vitæ expreſſa imago, &
facies cernatur, hanc curent opinionem, ad hunc
vnum finem ſuarum actionum ſingula quæque
primordia dirigant, cũ per ea ad eum facile per-
ducantur, pergant ita bene facere, vt initio face-
re cęperunt, & ſperent D. Opt. ſic bene iacta prin
cipia adiuturum, nam licet tanquam ſagittarij
ſignum intuentes primum ante oculos in vna-
quaq; re nobis finem ipſum ad quem cætera re-
feruntur proponamus; attamen cum ad optatam
metã peruenire nequeamus ſine principio, meri-
to ex ipſo principio omnia oriuntur, & finis ipſe
9 cõſtat; nam cuius principium aliquid ſit eius ne-
ceſſe eſt extremum, omnia quippe principijs ineſ
ſe ſolent, & propterea tãtum tribuitur bono ipſi
principio, vt dicatur dimidium facti habere is
qui bene cæpit, vt bene iactis fundamentis ani-
moſus ædificator facile extruat quamcunque de
ſignatam molem, opere magnifico, inciſiſque in
marmoreis lapidibus litteris quaſi teſtibus ſem-
piternis diuinæ virtutis; & quamuis omnium re-
rum principia parua videãtur, ſuis progreſſibus
augentur, & cum per eas ad finem perducamur,
ipſe finis principij laudem continet, & dum is cõ
mendatur, pleniore tunc ore principium neceſſa
rio laudamus, tanquam finis fontem, & originẽ;
diligenter eſt igitur & ſtudioſè euigilandum, &
curandum, vt bona ducantur principia, & vt in
initio cuiuſque actionis bona de ſe opinio conci
piatur, & tanquã elegãs effigies, & præclara ima-
go futuri melioris medij, & optimi finis, mihi cre
de, hæc prima bonæ opinionis, & exiſtimationis
in mentibus omnium imprimatur, fama multũ
proficit, & valet ad aucupandã cuiuſq; gratiã, &
ad comparãdam ſibi incredibilem autoritatem,
ſicut & mala magnã habet vim, vt quis in odiũ,
& contemptionem omnium adducatur, hæcque
à principio mala animo imbibita de aliquo opi-
nio vix deponi poteſt, etiamſi poſtea ſanè ſtre-
nuè is ſe gerat, nam mali principij memoria, &
perſeuerantiæ, vel artificij ſuſpicio imminuit fi-
dem, & autoritatem quemadmodum ex contra-
rio boni principij recordatio auget indies ma-
gis cõceptam de eo exiſtimationem, & ſi aliquã-
do in lubrico figens veſtigia labatur, aut ruat id
non ſuo, ſed potius eius, quam fortunam vo-
cant, vitio tribuunt, & ſicut illi accuſationes, ita
huic excuſationes afferunt, tantum poteſt hæc
ipſa prima virtutis opinio optima, & blanda cõ-
ciliatrix amicitiæ, ſic, vt ait Valerius Maximus,
lib. 9. cap. 12. de mortibus non vulgaribus, huma
næ vitæ conditionem præcipue primus, & vlti-
mus dies continet, quia plurimum intereſt qui-
bus auſpicijs inchoetur, & quo fine claudatur,
ideoque eum demum fœlicem fuiſſe iudicamus,
cui & accipere lucẽ proſpere, & reddere placitè
contigit, prout veris Chriſtianis contingit, qui
illuſtrem, & candidam veſtem, quam initio vitæ
id eſt, in ſacro baptiſmi fonte receperunt, puram
& integram, & inuiolatam ſeruarunt ad extre-
mum vitæ diem, vel ſaltem vbi ex ſanguine, aut
luto peccati aliqua ſit concepta macula, vel ali-
qua turpitudine fœdata, bene lauetur in ſacro-
ſancto pœnitentiæ balneo, vt primæ baptiſmi
munditiæ, & innocentiæ alba illa veſtis exqui-
ſitè purgata, in extremo vitæ die reſtituatur, vt
elegantiæ principij lautitia finis reſpondeat, ſic-
que fiet, vt mulieris probitate vitæ probata, fa-
cilius probetur legitima proles, magnũ hoc quo-
que eſt ſignum dominam eſſe extra noxiam.

Quarto in dubio potius præſumitur filius ſpu
rius, quam naturalis, licet maius malum ſit, quia
multa copulata deſiderantur ad faciendum quẽ
10 filium naturalem, commun. dicit Maſcard. eod.
tract. in verbo, naturalis, concluſ. 1090. num. 3.
Cardinalis Paleo, tractat. de nothis, & ſpurijs,
capit. 10.

Quinto in terminis noſtris crebrius itum eſt
in eam ſententiam, vt debeat hæc qualitas pro-
bari, nec præſumatur, vt magis commu. profite-
tur, Natta in conſil. 473. num. 32. idem Maſcar.
11 conclu. 799. in verbo, filiatio, quicquid dicat Me
noch. trac. præſumpt. lib. 6. præſumptio. 54. & de
arbitr. iud. caſu 89. quia matrimonium eſt, quid
12 facti, & facta non præſumuntur, l. in bello, §. fa-
cta, ff. de capti. & poſtlimi. reuerſis, Item filiorũ
nomen eſt multiplex, atque ideo incertum, & ob
ſcurum, quo fit, vt dubia probatio non iuuet; po-
ſita enim ſpecie ponitur genus, ſed non ex contra
rio, & idcirco Abb. in c. peruenit, qui filij ſint le-
gitimi, dicit, quod ſi filius agit, debet probare ſe
legitimum, ſi cõuenitur adhuc debet id præſtare
ſi negatur matrimonium, ſi vero admittatur, ſed
13 allegetur impedimentum, debet probari ab alle-
gante.

Sexto in terminis caſus noſtri de eo qui agit
ad fideicommiſſum in quo vocetur filius de legi
timo matrimonio natus, vt debeat hanc qualita
14 tem probare ſanxere Summus Pontifex, & Im-
perator, in c. lator, qui filij ſint legitimi, l. ſi pater,
C. de hæred. inſtit. & adnotarunt Bal. conſi. 180.
lib. 3.

lib.3.Bart.conſ.42.& 120. Alexan.conſ.25.ſub
num.8.lib.4.vbi vide Decium conſ.471.num.2.
& 4.& communem dicit Socin. ſen. conſilio 39.
num.1.& 2.lib.1.Simon à Prætis de interpreta.
vlt.volunt.lib.5.dubit.vlt. à num.247. vſque ad
num.261.ſol.550.

Nec obſtat ea limitatio,& declaratio, vt ſcili-
cet id non procedat quoties quis eſt in quaſi poſ
ſeſſione legitimitatis, primo, quia hęc quaſi poſ-
ſeſſio non probatur, ſecundo non habet locum
quando quis agit, vt hic, quia eius poſſeſſio puta
tur vitioſa; nam fideicommiſſum debet capi de
15 manu hæredis, etiamſi reſtitutio ipſo iure ſit fa-
cienda, l.facta, & l. Paulus reſpondit, ad Trebell.
§.reſtituta, Inſti.de hæred.act.l.1. ff.quor.legat.
ſuaq́ue ipſius authoritate hoc agens amittit hæ
16 reditatem, & vitioſa dicitur poſſeſſio, l.nõ eſt du-
bium, C.de legat.doctiſſimus Alciatus noſter cõ
ſilio 51.lib.5.rationes non deſunt optimæ, quia
quis non debet ſibi ius dicere. Et quia adeſſe poſ-
ſunt deductiones, & meliorationes, & alia iuſta
impedimenta; & ideo non debet fideicommiſſa-
rius acutis calcaribus, & cupiditatis ſtimulis inci
tatus, nimis properè, ſed lentè feſtinare, quod ex
tenditur etiamſi eſſet data licentia à teſtatore; &
etiamſi pia cauſa fuerit ſubſtituta, noſtraq́ue Cę
ſarea Mediolani conſtitutio ſub tit.de continuã.
17 poſſeſ.defuncti, loquitur in directo, nõ in obliquo
hærede, vt pulchrè affirmat in ſimili decreto Iaſ.
conſ.146.lib.4.vbi teſtatur ita iudicari ſolere ab
Excellentiſſimo Mediolani Senatu, Simon de
Prætis relato trac. lib.5. interpretio.2. fol.505.
à tergo, num.125.

Nec aduerſatur, quod verſari videamur in an
tiquis, & exhibeantur inſtrumenta, quia anti-
18 quum dicitur tempus centum annorum, vt in-
quit Iaſ.commun.dicens in l.pen. C.de iure deli-
beran.idem Maſcardus in verbo, antiquum, con
cluſ.103. omni caſu debent coniecturæ eſſe à iu
re approbatæ.

Non officit etiam vt agatur de poſſeſſorio iu-
dicio, in quo leuiores ſufficiũt probationes, quia
in quocunque iudicio legitimanda eſt primum
perſona, vt communem affirmat Gratus cõſ.39.
19 & Maſcardus eod.trac.in verbo, legitimatio per-
ſonæ, quando agitur deciſorio iudicio de filiatio
ne, quia tunc legitimitas eſt probanda.

Septimò id eo magis concedendum eſt, præ-
ſertim ſi agatur de hæreditate alicui relicta tan-
20 quam filio, quia tunc dicitur agi principaliter, vt
probat Iaſ.conſ.106.in fine, vol.1.& magis com
munem aſſerit Alciatus noſter reg.3. præſumpt.
38.num.7. Maſcard, magis communem profite-
tur conclu.785.in verbo, filiatio. Et quamuis ali
qui contradicant, non procedit quando agitur
21 de bonis illius, qui aliquem enuntiauit filium, ſe
cus ſi de hæreditate alicuius fideicommittentis,
l.fideicommiſſum, de condit.& demonſtratio. &
idem doctiſſimus Alciatus noſter conſ.5.nu.57.
lib.4.quod eſt conſilio 201. ſecundum impreſſio
nem Lugduni.

Idem Maſcardus concluſo 199.hocq́ue iure
Mediolani vtimur, & iamdiu ciuitatis moribus
eſt receptum; & confirmatur, quia lex noſtra mu
nicipalis, cap.414.in primo, diſponens, vt qui in
noſtrũ illuſtre I.C. Collegium cooptari cupiat,
debeat eſſe filius legitimè natus, cum eo proba-
tionis onere ita afficiat, vt ſine eo, in tam magni-
ficum, honorificum, & celebrem optimatum cæ-
tum, atque excelſum ordinem adſcribi, & colle-
ga referri nequeat; accedat etiam, vt hoc idem
eo magis dandum ſit, cum ſacroſanctum Conci-
lium Tridentinum in conficiendis matrimoniis
multa exigat ſolennia, quæ non pendent à ſolo
contrahentium conſenſu, & ſine quibus irritum
facit matrimonium ipſum.

Ad ſecundum autem dico nec inſtrumenta,
nec teſtes hanc legitimationem probare; debet
enim probari matrimonium verum, vel præſum
22 ptum, quod vxor, & maritus ſimul habitauerint;
& quod eſſent tales, vt filios huiuſmodi habere
poſſent, & quod ſimul vnà ita ſe tractauerint. l.fi
lium eum diffinimus, ff.de his, qui ſunt ſui, vel a-
lieni iuris, Abb.in cap.peruenit, qui filij ſint legi.
Maſcar. trac.probation. concluſ.800. cum filia-
tio ſit admodũ difficilis, & ferè impoſſibilis pro-
23 bationis ſaltem reſpectu patris, niſi eſſet vxor in
carcerem coniecta, & in bonas cuſtodias incluſa,
ſed etiam cuſtodes falli ſæpe poſſunt, aut ipſi-
met vafrè fallere valent, & ſolent; nam qui poti-
ri putat formoſa puella tot cuſtodum oculis qua
ſi Argo diligenter obſeruata, & cuſtodita, cum
deſiderio magis atque magis flagret, cupidus a-
mator, videns amatę puellę, quam in oculis fert,
aſpectum ſibi ereptum, ardentius nititur in veti-
tum, & omni arte, auro, atque argento, cui vix
pauca reſiſtunt, tentat cuſtodes corrumpere, &
carcerem oppugnare, ſicq́ue cum ipſę inſidiæ ab
ijſdemmet cuſtodibus parentur, adhuc in incer-
to res poſita videtur; vnde licet propter difficul-
tatem veræ probationis admittatur coniectura-
lis; attamen ea debet eſſe iuris, fortiorq́ue exigi-
tur cum agatur de auferenda alicuius hæredita-
te, vt probant Preſes Menoch.de arbi.iudicum.
caſu 89.& Maſcard.concluſ.788.& 789.& 795.
& 797.qui multos huius probationis referũt mo
dos, & inter cæteros, quod ſcilicet natus ſit domi
mariti, ſimul cum vxore degentis, quod minimè
probatum eſt in præſenti ſpecie, quod tanquam
filius habitus, & communi conſenſu tractatus ſit,
ſed actus ipſius tractatus duobus teſtibus proba-
ri debent, nec id procedit in petitorio, niſi adſint
alia iuris adminicula, quia non epiſtolis, ſed na-
24 talibus, non nudis aſſeuerationibus, ſed matrimo
nio probatur filiatio, l.non epiſtolis, l.non nudis,
C.de probation. præſertim ad præiudicium ter-
tij, quod ita paſſim nominatus ſit, cap.tranſmiſ-
ſæ, cap.per tuas, qui filij ſint legit. Maſcard.con-
cluſ.790. ſed cum habeat ortum à natalibus, ſn
eiſque fundamentum faciat, ſimplex nominatio
non

non concludit per ſe ſola, atq; ideo inſtrumenta
non probant, vt affirmat Felyn.eo. cap. per tuas,
maxime quando incidenter, & propter aliud ea
nominatiotis verba prolata ſunt;& licet in anti-
quis leuiores probationes admittantur, requiri-
25 tur tamen centum annorum ſpatium, vt refert
Maſcard.in verbo,enunciatio,conclu.622.item
quando agitur de actu qui tunc potuit fieri, ſe-
cus ſi in alio iudicio principaliter diſputari con-
tingat de ipſo enuntiato, Gabr.de confeſſ.concl.
6.num.3.authentica, ſi quis in aliquo, C.de edē-
do,cap.illud,de præſumpr. Item inter proferen-
tes non quo ad alios,l.optimā, C.de contrah.vel
cōmit.ſtipul. quod adſit fama, & communis o-
pinio: ſed nihil eſt niſi alia concurrant, præſer-
tim in præiudicium tertij ſimilitudo conducit,
ſed interdum fallax, quia adultera gerens in mē-
te mariti aſpectum quem prodit, facilè in adul-
teri ſemine faciem viri imprimit, item inſtitutio.
ſed id procedit, quod attinet ad præiudicium in-
ſtituentis, item ſententia lata inter patrem, &
26 filium ſi ſit lata principaliter, ſecus ſi incidenter,
Ruin.conſi.52.num.4. vol.5. vbi concludit non
probari ex tractatu, nec ex educatione, articuli
enim duo faciendi videntur talem eſſe filium ſu-
per proprietate, & ſuper poſſeſſione, teſteſq; de
bent eſſe conteſtes, & quilibet actus vnde ſumi-
tur coniectura, debet duorū teſtimonio probari.

Conſanguinitas non probatur inſtrumentis
27 niſi quod ad proferentes pertinet, ſecus quod ſpe
ctat ad extraneos, vt conſuluit videndus Ferre-
tus,conſil.50.num.5. Maſcard.eo. tract.probat.
concluſ.411.in verbo, cōſanguinitate. debentq;
teſtes deponere de gradibus conſanguinitatis, &
affinitatis, eos dinumerando, cap.licet, extra de
teſtibus, c.ſenes, de teſtib.& hæc iam ſatis ſint de
hoc ſecundo puncto.

Ad Tertium reſpondetur agentem ad bona
fideicommiſſaria debere probare illa fuiſſe in bo
nis, & dominio fideicommittentis, quia id præ-
cipuum eſt eius fundamentum, Crauet.conſilio
28 61.num.6. Cardina. Mantica de coniect. vltim.
volunt.lib.7.titu.6. Maſcard.eo.trac.probati.in
verbo, fideicommiſſo agens, concluſ.777.& licet
aliqui contradicant, hoc procedit, quando quæ-
ſtio, eſt cum hęrede, ſecus cum tertio, vt hic, quia
debet plenè probari, & licet probatio famæ ad-
mittatur maxime in re antiqua ſupra 100.an-
nos, vel ſaltem, 80. Alexand. conſil.139.num.9.
lib.6. Pariſius conſil.52. num.50.volu.3.qui di-
29 cit communem; tamen in præſenti caſu negatur
famam eſſe probatam.

Dominium probatur ex titulo, traditione, pre
tij ſolutione, & quod qui vendidit erat dominus
probando, quod præſcripſit, Barto.in l.cum res,
30 qui commu.dicit, C.de probat. Maſcard.tracta.
proba.in verb.dñium, & qñ agitur petitorio nec
probatur ex poſſeſſione pro ſuo, & maximè, quā
do teſtator adiecit pronomen Meum, quod do-
31 minium teſtatoris ſignificat, l.ſuos, in princip.de
legat.3. & quando in genere legauit bona ſua ta
lis loci, vt is fecit dñ legauit bona de Buſto Ga-
ruſio. Alexand.conſil.150.lib.7. Simon de Præ-
32 tis de interpretatio. vltimar. volunr. folio 552.
numero 296.

Nec verba enunciatiua probant in his, quæ
ſunt iuris, Crauet.conſi.29. Barto.in l.ſi forte, de
33 caſtr.peculio, & in his, quæ à partibus non pen-
dent, idem Crauet.conſil.175.num.2. & quam-
uis appellatione filiorum naturalium, & legiti-
morum veniant legitimati, & excludant ſubſti-
tutum, l.ex facto, ff.de vulgari & pupill. Mantica
de coniec.vltim.volunt.lib.11.tit.10.num.9.ta-
34 men ſecus eſt, quando dixit de legitimo matri-
monio, vel legitimè natis.

Ad hoc, vt teſtes probent bona in bonis de-
bent probare duos confines, Barto.in l.demon-
ſtratio, ff.de cond.& demonſt.l.forma, ff.de cen-
ſibus, Crauet.conſil.57. num.5. Simon de Præ-
tis, eod.trac.lib.5.fol.554.vel ſaltem indubitatā
35 aliquam demonſtrationem, debent eſſe perſonæ
graues, quibus fides ſit adhibenda, quod ante li-
tem conteſtatam audiuerint, & ab antiquioribus
audiuerint & à pluribus, & quod antiquiores eſ-
36 ſent omni exceptione maiores, c.licet ex quadā
de teſtibus.

Quod gradus diſtinguant, & adiungant ſe ita
credere, vt ſentit Cæphal.conſil.250.nume.18.
lib.2.debentque non interrogati adducere teſti-
monij rationes, vt inquit, ſepius adducto tracta-
tu, Maſcardus in verbo, teſtis, rationem dicti.

Fama probatur ſi audiuit teſtis publicè dici,
37 & à pluribus, & à perſonis fide dignis, vt affirmāt
Barto.in l.de minore, §.plurium, de quæſt. Clar.
quęſt.6.verſic.pupillus non probat, nec vilis, l.3.
38 §.lege Iulia, de teſtibus, nec ſi inveriſimilia depo
nat, l.ob carmen, §.primo, de teſtibus, l.eos, ff.de
falſis, c.cum tu, de teſt.c.quia veriſimile, de præ-
ſumption.

His itaque generalibus præmiſſis concluſio-
nibus, quaſi veteranis militibus, in primo agmi-
ne conſtitutis iā facile bene muniti, & armati de
ſcēdimus ad cōmittendā pugnam, id eſt ad infe
renda ea, quæ ad præſentem caſum decidendum
magis pertinere putentur; Et cum Petrus Ca-
ſtoldus fideicommittens vocet filios de legitimo
matrimonio natos ad hoc, vt fideicommiſſarius
obtineat maxime contra tertium, debet nomina-
tim hanc legitimitatis qualitatem probare, ſiqui
39 dem, vt iam præmonuimus quis tenetur ſe pro-
bare talem qualem ſe aſſerit, & profitetur, vt do-
cet Barto.conſil.120.num.1.& alios refert Ma-
ſcard. ſæpius excitato, trac.probat.concluſ.799.
& 800.in verbo filiatione probata, an vtiq; pro-
40 bata intelligatur legitimitas, & conclu.1253.in
verbo, qualitas non præſumitur, nu.18.

Nec omnino recipiendum videtur, vt conſan
guinitas probetur verbis enunciatiuis inſtrumen
torum, quia procedere videtur id niſi inter eaſdē
perſonas, ſecus quod ſpectat ad tertij pręiudiciū,
vel

vel vbi qualitas conſanguinitatis in vim, & mo-
41 dum conditionis, vt hic exigatur; nam de legiti-
mo matrimonio nati tantũ vocantur; vnde qua-
litas illa eſt plenè, & perfectè probanda, nec enũ-
tiatiua verba propter aliud emiſſa, apta ſunt ad
huiuſmodi inducendam probationem, etſi pro-
ducantur teſtes, debẽt deponere de matrimonio
vero, vel præſumpto, nec iuuat quod verſemur
in antiquis, quia hoc caſu antiquitas debet eſſe
centum, vel ſaltem octuaginta annorum, vt com
42 munem dicit Maſcardus concluſ. 622. num. 16.
quæ deeſt in præſenti ſpecie. Quamuis multi ſint
dati teſtes ad probandam bonorum (vt aiunt)
identitatem; attamen parum, aut nihil ſuffraga
ri videntur, tum quia teſtator ſpeciatim non le-
gauit iſta, aut illa bona, ſed in genere bona, quæ
erant ſua in loco, & territorio Buſti Garufij, ſeu
Ingenuini, vnde cũ teſtator legauerit bona quæ
ſua ſunt in tali loco, non exprimendo bona, nec
confines, debent teſtes deponere quid eo nomi-
ne ille ſenſerit, & quod illa poſſideret tanquam
43 verè ſua, vt concludit iam relatus Simon à Præ-
tis eod. trac. de interpre. vltimarum volun. lib. 5.
fol. 552. num. 296. & ſupra, & infra. Et licet ali-
qui teſtes deponant de auditu, tamen cum hoc te
ſtimonium ab impreſſa communium regularum
orbita recedat, requirit, vt iam ſuperius diximus,
multas obſeruationes, & qualitates, ſcilicet quod
id factum fuerit tali anno, & quod ab eo tempo-
re citra ſemper, & continuo ante præſentem mo
tam litem à probis, à fide dignis viris ſenioribus
prædefunctis per plures, & plures homines viuẽ
tes fuit auditum dici de eodem tali facto publi-
cè, & palam ab omnibus etiam, vel à maiori par
44 te hominum in loco illo, & multa alia deſideran
tur, quæ recenſent Summus Pontifex eod. cap.
licet ex quadam, de teſt. & ibidem Abb. & Feli.
& Cephalus videndus eod. conſil. 250. num. 18.
lib. 2. quem refert, & ſequitur idem Maſcardus
relata concluſ. 778. num. 5. & 6. & Simon à Præ
tis excitata ſolut. 550. num. 246. & cum omnes
hi teſtes deficiant, in his qualitatibus eorum teſti
monium integrum non videtur, cum præſertim
vnuſquiſque eorum patiatur varias legitimas ex
ceptiones, & præſertim ſecundus ille, qui ocula-
tus deponere conatur; nam præterquam quod
& ipſe eſt eiuſdem familiæ, deponit de his, quæ
dicit vidiſſe tempore inſtantiæ ſuæ; quod tamen
45 ſemper ſolet à teſtimonio ſubduci, cum ea ætas
imbecillis, & tenera, conſilij expers, quidquid vi-
det, ignorat, vt iam præmonui, vt firmat Ang. in
l. 1. C. de falſa moneta. nec pupillus maior factus
probat ea, quæ aſſerit vidiſſe tempore pupillaris
ætatis, niſi agatur de re, quæ venire poteſt in no
titiam, & cognitionem eius ætatis; & idcirco ex
receptiori ſententia exigitur, vt deponat de his,
46 quæ viderit dum eſſet proximus pubertati, vt ex
aliis probat idem Maſcard. relato ſæpius trac. de
probat. conclu. 1252. in verbo, pupillum non eſ-
ſe idoneum teſtem, num. 11. Verum cum hic age
retur de probando dominio, poſſeſſione, & confi
nibus, quæ ſolent eſſe difficilis admodum proba-
tionis, & quæ non cadunt in cognitionem infan-
tium, & teſtis iſte ſit adeo obliuioſus, & infirmæ
memoriæ, vt præſentia, & quæ ante oculos ver-
ſantur, ignoret, & tamẽ velit comminiſci, & pro-
fiteatur memoria tenaciter tenere, quæ remotiſ-
ſima ſunt, & quę iam ſeptuaginta annis, & eo am
plius geſta dicuntur, equidem hæc eius nimia te-
meritas, & teſtimonij inueriſimilitudo deberet
eſſe in cauſa, vt religio optimi iudicis, cui hac in
re multum tribuitur, eum omnino repelleret om
ni fide detracta, præſertim inſpecta eius vili, & a-
biecta qualitate, ſiquidem ait oſtiatim victum
quęritare, horumq́ue mendicorum nuſquam eſt
tuta fides, tãquam venalis. Eſt etiam ſibi in mul
tis contrarius, maximè cum dixerit eum Petrum
poſſediſſe, vſque ad eius mortem dicta bona, &
tamen non deponit de eius morte, niſi de auditu;
mendax quoq; conuincitur, quatenus, inquit, pe
ſtem magnam fuiſſe poſt mortem ipſius Io. Petri
per plures annos, & tamen dicit mortuum fuiſſe
anno 1525. & ſic paulòpoſt ipſam peſtem, nec re
cipienda eſt eius excuſatio, ſeu potius correctio,
cum priore loco interrogatus fuiſſet de peſte ma
gna, & ſic de ea, quæ fuit ante annũ 1525. & non
de ea, quæ fuit anno 1577. cui nõ conuenit illud
nomen peſtis magnæ, ex communi vſu loquẽdi,
& hæc varietas magis ſpectanda eſt, cum verſe-
tur circa ſubſtantiam negotij, ſcilicet circa probã
dæ poſſeſſionis tempus; eſt etiam multum à veri
ſimili remotum, quod dicit bona ipſa retinuiſſe
ſemper eundem ſtatum ſpatio ferè ſeptuaginta
annorum, cum tamen facilè mutetur eius facies,
& qualitas, & quatenus de auditu deponit, nõ no
minat à quo audiuerit, & reſpectu partis domus,
ait eam tentam fuiſſe à quodã Bernardino Ten-
cono, qui vt dicebatur, erat colonus ipſius Io. Pe
tri, & ſic nõ deponit de propria ſciéntia, & in ſum
ma cum hoc vniuerſum eius teſtimoniũ ſit adeo 47
mendoſum, & minimè veriſimile, & temerarias
contineat adeo reſponſiones, equidem non tan-
tũm improbabile eſt, ſed vehementer de falſo ſu
ſpectum, & ideo omnino refutandum, & reijcien
dum, vt fusè proſequitur idem Maſcardus in ver
bo, veriſimilitudo, concluſ. 1409. Quartus vtiq;
teſtis licet videatur deponere de poſſeſſione Cla
ræ, quæ aſſeritur vxor fideicommittentis, parum
tamen actorem iuuat, cum non deponat de domi
nio, & poſſeſſione ipſius Petri, quod vnum quæri
mus, & attendimus, & quatenus de auditu depo-
nit, patitur eaſdem exceptiones, quibus alij vrgẽ
tur, & debilitati franguntur; reſpectu perſonæ eſt
admodum vilis, cum dicat ſe famulum eſſe cuiuſ
dam coloni, eſt ſingularis vt cæteri, nec ei credi-
tur; prout nec cæteris, quod teſtes, à quibus aiunt
audiuiſſe ſint fide digni, ſed illa qualitas aliunde
eſt probanda, & cum hæc bona fuiſſent pleno iu
re legata ipſi Angelo fratri fideicommittentis, ſi
Clara eis vti fruebat, cõſtat non eſſe eadem, quia
in

Digitized by Google

ex prælegato non venire in reſtitutione fideicõ
miſſi, quando vt hic, relictum eſſet tanquam le-
58 gatario debitum, & qui propriè videtur caſus
noſter, & hoc idem confirmatur, quia ex com-
muni Doctorum ſententia oneratus fideicom-
miſſi pondere ſine dubio poteſt deducere in fi-
deicommiſſi reſtitutione, quod ſibi à defuncto
debetur ſiquidem bona, & iura hæredis non ve-
59 niunt in eam reſtitutionem, etiamſi hæres in-
uentarium non confeciſſet, vt communem dicit
idem Mantica, eod. tract. lib. 7. titu. 8. nume. 95.
cum itaque ex fideicommittentis confeſſione
cui aduerſari nequit actor eius hæres, liqueat le-
gatario debitas eſſe libras 200. & annuam pen-
ſionem ſeu fictum libellarium librarum 70. an-
nuarum, quod ex communi æſtimatione con-
ſtituit ſummam librarum fere 1800. equidem
hæc portio eſſet deducenda à memorato fidei-
commiſſo ad commodum Antonij Mariæ hæ-
redis Angeli, & ex conſequenti Seronorum, qui
ab eodem Antonio Maria, cauſam ducunt, qui-
bus eo magis fauendum eſt à præclariſſimo, &
æquiſſimo Iudice, cum agant de damno euitan-
do, & ipſe fideicommiſſarius Caſtoldus tractet
potius de lucro; cum ſub inani hoc fideicommiſ-
ſi commento detrectet diſſoluere æs alienum à
patre conflatum ob ipſius, & filij vitam ſuſtinen
dam, ideſt ob eius alimenta, ſine quibus vita tra
duci nequit, & ideo omni rationi conuenit, vt
æs alienum ſua cauſa contractum ipſe ſuo ære
liberet, communisque, & vera videtur conclu-
ſio, vt petita reſtitutio in integrum dari non vi-
deatur, nam minor contra minorem non reſtitui
tur, quia priuilegio donatus, priuilegio non vti-
tur aduerſus perſonam eodẽ priuilegio ornatã,
60 vt eſt text. Clarus, in l. verum, §. item quæritur,
ff. de minoribus, vbi aperte dicitur ſi minor deſi-
61 deret reſtitui aduerſus minorem, non eſſe audiẽ-
dum, eõem hanc eſſe oĩum ſententiam dicit Sfor
tius Oddo trac. de in integrum reſtitututio. quæ-
ſtio. 18. artic. 4. & 5. num. 35. cui addo Franciſ-
cum de Caldas Hiſpanum, in repetit. l. ſi cura-
torem, C. de in integrum reſtitutione minorum,
in verbo, læſis, num. 169.

Non aduerſatur, vt ſcilicet, quando vterque
tractat de damno euitando, potior haberi debeat
62 conditio poſſidentis, vel rei conuenti, & ſic Ca-
ſtoldi, vt notat Bartolus, in l. ſi minor 25. annis
filio familias, ff. eod. titu. quia Reſpondetur ar-
gumentum velut aduerſum telum in aduerſa-
rium reflecti; nam ſi poſſeſſoris cauſa ſpectari de-
bet, ergo contra eum tanquam locupletiorem
factum danda eſt reſtitutio, cum videatur potius
Caſtoldus de lucro agere, & Seronus de damno
cum præſertim etiam Seroni pecunia videatur
63 conuerſa in vſum licitum, & neceſſarium ipſius
minoris, & ad eius vtilitatem, vt diſtinguit gloſ.
in ead. l. ſi minor, in verbo, litis conteſtatæ, in fi-
ne, & ſentiunt omnes ſcribentes relati, à Sfortio,
& Caldas locis proximè relatis.

Secundo reſpondetur ſi in pari cauſa condi-
tio rei conuenti ſit potior habenda, in hoc in
integrum reſtitutionis iudicio, reos dici Seronos
pro quibus ſtat fauor rei iudicatæ, non autem
Caſtoldum, & Doctores conſiderare actorem,
64 & reum, iuxta text. in l. fauorabiliores, ff. de re-
gulis iuris, vt pulchrè explicat Albericus Roſa-
tus, eodem §. item quæritur, num. 7. verſic. ſi au-
tem venter, & l. fin. ex quibus cauſis maiores.

Tertio dicitur, priuilegio præditum, ei qui pa
ri priuilegio cumulatus ſit præferri, ſi ſemoto pri
uilegio ius commune ſibi fauendo adſit, & fo-
65 uendo aſſiſtat, vt decidunt domini de Rota de-
ciſ. 557. nu. 2. parte prima, ſecundum vltimam
impreſſionem; cum igitur Seronis ius commune
auxilietur, quia à præcepto executiuo cõtra Ca-
ſtoldum obtento non datur appellatio, vt notat
66 interpres ad ſtatutum, cap. 156. num. 33. in pri-
mo, ergo videtur eorum conditio potior ha-
benda, & ex conſequenti deneganda petita reſti
tutio poſtquam eorum priuilegium potentius
67 videtur cum minus derogetur iuri communi, vt
declarat Dec. in cap. in præſentia, ſub nu. 51. de
probat. faciunt, quæ ſcribunt Iaſ. in §. rurſus, nu-
me. 56. Inſtitu. de actionib. Crauet. conſil. 966.
num. 32.

Quarto illud attentari ẽt poteſt, qđ ad hoc, vt
detur reſtitutio in integrum, ſit probanda huiuſ-
modi læſio, quæ iudicis arbitrio digna ſit, vt ille
68 in integrum reſtituatur, vt fuſè ex alijs ſcribit
idem Sfortius Oddo, quæſt. 4. art. 12. num. 105.
& num. 106. & artic. ſequenti, & in ſpecie, quan-
69 do vellet reſtitui ob omiſſas defenſiones, vt ad-
huc hæc læſionis probatio exigatur. magis com-
muni aſſenſu, & conſenſu ſentiunt ſcribentes re-
lati ab eodem Sfortio, quęſt. 66. art. 12. num. 89.
& licet aliqui velint ſufficere dari quendam fu-
mum de bono iure minoris, & illius ius primori-
bus quaſi labris attingi, & guſtari, quando ſcili-
70 cet, quis petit reſtitui aduerſus rem iudicatam,
vt ſcribit idem Sfortius, quæſt. 72. art. primo, nu
me. 39. attamen debet id eſſe huiuſmodi; vt no-
tabilis læſio ſurgat, quæ eſſe non poteſt in hoc ca
ſu cum Caſtoldo ſatis abundè ſuccurſum ſit me-
dio appellationis: vnde fit, vt hæc executio tan-
quam leuis præiudicij, & momentanea tam grã
dem non afferat læſionẽ, vt petita reſtitutio con-
cedenda ſit, præſertim cõtra æque priuilegio mu
nitũ. Hæc raptim ſcripſi, nimia temporis angu-
ſtia preſſus, & importunitate oppreſſus, varijsq;
diſtrictus negotijs, non vt volui, ſed vt potui, alle
gatis tantum non nullis recentioribus cum hi an
tiquos referant, ideo cætera ſuppleat integerri-
mus, & Doctiſſimus Iudex, cuius optimo iudicio,
hæc qualiacunq; ſint libenter ſubijcio, ego enim
dixi protuitione cauſæ, quę mihi in mentem ue
nerunt, ipſe dijudicet, &c.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I. C.

PRO I.C. EX COLLEGIO Mediolani Io Franciſco Capra Comite Palatino.

ARGVMENTA.

Conceſſio,an & quando ad primos hæredes reſtricta, vel ad alios ſucceſſores gradatim porrecta, & ad tempus, vel perpetuo facta intelligatur.

Alienatio emphyteuſis priuatę,an poſſit fieri in locum pium, vt perſonam potentiorem: & an ſolutio facta tertio cui dominus directus debebat, proſit ad vitandam caducitatis pœnam.

Emphyteuta vnus ex pluribus ſi alienet partem ſuam, non vocato domino, an alijs ſocijs præiudicet, & an alienatione partis bonorum emphyteuticorum, fiat omnium iactura.

Facultas aliqua vbi ſit conceſſa fratribus, vel maiori eorum parti, vel maiori natu,quis eorum debeat præferri.

Emphyteuta,an & quando præſcriptione ſe tueri poſſit aduerſus dominum directum.

Penſio emphyteutica priuati,ſi ſit deſignata ad faciendam rem ſacram, vel ſi quæſtio ſit cum loco pio,quis nam iudex adiri poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Dictio, dictus, & dictio, ipſe, referre videntur perſonas nominatas.*
2 *Pars vna alteram declarat.*
3 *Dictio in perpetuum id agit, vt diſpoſitio ordine ſucceſſiuo in plures tranſeat.*
4 *Dictio in perpetuum variè accipitur ex ſubiecta materia.*
5 *Pactum redimẽdi perpetuo conceſſum, ſpatio triginta annorum præſcribitur.*
6 *Vſusfructus Ciuitati, vel perſonis, quæ non moriuntur perpetuo conceſſus, centum annorum ſpatio concluditur.*
7 *Piæ cauſæ fauore, non id quod minimum, ſed quod maximum eſt capitur.*
8 *Emphyteuſis priuata ad extraneos hæredes trãſit.*
9 *Hæredis appellatione tam ſui, quam extranei in infinitum complectuntur.*
10 *Emphyteutæ permittitur hæredis inſtitutio, ſicut & donatio irrequiſito domino.*
11 *Alienandi permiſſio intelligitur modo non fiat in perſonam prohibitam, qualis eſt perſona, quæ habeat maius priuilegium velut locus pius.*
12 *Alienatio an fiat ab emphyteuta in vltima voluntate, vel inter viuos multum intereſt.*
13 *Alienatio ſi permittatur emphyteutæ, an ſoluendũ ſit laudemium, & an fieri poſſit in perſonam prohibitam, vel vbi fiat an teneatur vendere, & recipere æſtimationem.*
14 *Dominus directus non cogitur recognoſcere perſonam prohibitam.*
15 *Solutio penſionis facta ab emphyteuta illi, cui non eſt facienda cum non excuſat.*
16 *Debitor debet adhibere diligentiam, vt pecuniam debitam vero ſoluat creditori.*
17 *Emphyteuta ob ignorantiam à caducitatis pœna excuſatur.*
18 *Ignorantia excuſatio non admittitur cum quis ſcire facile potuerit, vel debuerit.*
19 *Emphyteuta tenetur requirere dominum; & ei pẽſionem ſoluere, & vbi recuſet accipere eam deponere, maximè ſi ſint eiuſdem fori.*
20 *A pœna excuſat qualibet cauſa probabilis, vel colorata.*
21 *Emphyteuta ſoluens tertio, ſciente, & patiente domino, vel quando abſit aliqua iuſta cauſa vnde credat ipſum tertium eſſe dominum excuſatur.*
22 *Miſſarum reductio, an & quando facienda ſit, ſi conſtituta eleemoſyna non ſufficiat.*
23 *Res ſua cuiquam ſeruire nequit.*
24 *Contractus quando correſpectiui dicantur.*
25 *Emphyteuta vnus ex pluribus ſi alienet portionem ſuam, vel ex pluribus fundis vnum, non cadit niſi à parte alienata.*
26 *Emphyteuta vnus ex pluribus, ſi in ſolutione penſionis ceſſet, an cæteri cadant.*
27 *Alienatio inter emphyteutas impunè permittitur.*
28 *Emphyteuta quis non habetur niſi fuerit à domino recognitus.*
29 *Alienatio facta in conſortem emphyteuſis, qui nõ ſit à domino recognitus, an iure defendatur.*
30 *Conſenſus domini ex decem annorum ſpatio interueniſſe præſumitur.*
31 *Præſumptio ſolemnitatis ceſſat, vbi aliter ex facie inſtrumenti appareat.*
32 *Licentia cum ſit quid facti, non præſumitur niſi probetur.*
33 *Quota iure non poteſt retrahi fundus domui adhærens, ſecus hortus.*
34 *Familiaritas bonorum, vel malorum, quantum momenti habeat in vtramq́ partem.*
35 *Ex ordine denominationis, & ſcriptura deſumitur ordo charitatis, & beneuolentiæ.*
36 *Prouiſio ſpecialis tollit generalem.*
37 *Primogeniti multis fauoribus donantur, & cur.*
38 *Nepos patruo an præferatur in maioratu bonorum patrimonialium.*
39 *Senibus multa tribuuntur priuilegia.*
40 *Iuniores ſenibus cum reuerentia aſſurgere debent.*

41 *Emphy-*

41 Emphyteuta, an & quando ius emphyteuſis præſcribat.

42 Præſcriptio etiam ſi lex id diceret, non procedit abſq; bona fide.

43 In præſcriptionis materia multum intereſt, inter ſucceſſorem ſingularem, vel vniuerſalem, cui mala fides defuncti obeſt.

44 Præſcribitur facultati, quæ in ius deduci poſſit.

45 Annuæ præſtationi, vt præſcribatur multum intereſt an ea debeatur ex contractu, vel ex vltima voluntate.

46 Præſcriptio an eis obſit, qui ius habent, & poſtea naſcuntur.

47 Præſcriptio ceßare videtur, quando aliquid præſtari debet in fauorem piæ cauſæ.

48 Cauſa dicitur mixti fori, vbi penſio profana in vſus pios ſit deſtinata.

49 Miſſæ celebratio ſi intermittatur poteſt epiſcopus eius eleemoſynam in alium vſum conuertere.

50 Pia cauſa dicitur omnis actus principaliter vergens in ſalutem animæ.

51 Pro pio legato poteſt adiri vterq; iudex tam Pontificius, quam Imperatorius.

52 Pia cauſa debet decidi ſecundum ius Pontificium etiam in terris Imperij.

53 Pij legati ſolutionem negligentes poſſunt à quolibet de populo denuntiari.

54 Emphyteuta eccleſiæ ratione fructuum conueniri poteſt coram iudice laico, licet bona ſint eccleſiaſtica.

55 Hæredes plures vbi ſint diuerſi fori, quilibet debet pro ſua portione conueniri coram ſuo iudice.

56 Hæredes ſi plures ſint, quilibet pro portione hæreditaria debet conueniri, niſi quis rem poßideat & actio in rem intendatur.

57 Pius locus quis dicatur.

58 Hæres vbi ſit alterius fori, quam defunctus coram ſuo iudice debet conueniri.

59 Conſuetudo eſt optima legum, & rerum magiſtra.

CONSILIVM CCXL.

Diuino ex corde implorato auxilio.

AD ſingulas quaſque propoſitas quæſtiones, paucis, & pro veritate reſpondendo; Quod pertinet ad primam, arbitror ipſam facultatem vt res ſacra, ſeu ſacrificium quotidie fiat in ſtatuto ſacello, eſſe datam nedum primis ſcriptis contrahentibus, ſed alijs deinceps, qui ab eis prodierint.

Nam licet dictio illa dicti & ipſi fratres, videa
1 tur ipſorum fratrum perſonam referre, & ad eos
tantum tributam facultatem coarctare, l. 1. §. cũ qui, ff. de poſtulando, Barto. in l. talis, ſcriptura, §. vltimo, verſic. quæro ergo, de lega. primo, Socinus ſenior, conſilio 62. numero primo, & 112. numero 13. volum. 4. Ripa, in l. filiusfamilias, §. diui, numero 125. ff. eodem, Mantica de coniec. vltimar. volunt. libro 11. titu. 20. numero 28. attamen verba, quæ ſequuntur, & à quibus prior illa pars interpretationem accipit, cum vna pars
2 alteram declaret, l. vtrum, vbi Barto. ff. de petit.
hæredita. ſatis demonſtrant hoc ius ad ſequentes ſpectare, ſcilicet dictiones illæ ſucceſſiuè de gradu in gradum, vſque in perpetuum atq; etiã mentio, quæ fit de filijs contrahentium, & de filiorum filijs, quæ ſingula verba, per ſe etiam conſiderata apta ſunt ad poſteriores in gradu complectẽdos, & tanto magis ſi ſimul coniungantur & cumulentur dictiones hæ, tractum temporis in futurum, & infinitatem quandam, & continuationem ſignificantes, & pręſertim illa, vſq; in perpetuũ; id enim agant, vt diſpoſitio ad omnes ſemper, & indeſinenter ſine temporis præſcriptione tranſeat, pluresvè ex ſucceſſionis ordine in infini
3 tas temporum varietates vocet, l. ſeruitutes, ff. de
ſeruit. l. ſordidorum, C. de excuſa. munerum, lib. 10. Gozad. conſ. 102. num. 5. Rol. à Valle, conſ. 23. nu. 19. & 20. & conſ. 86. nu. 13. vol. 4. Gabr. lib. com. tit. de fideicommiſſis, concl. 9. nu. 12. vſque ad num. 22. Menoch. conſ. 95. nu. 5. lib. 1. & quamuis hæc eadem dictio aliquando variè ac-
4 cipiatur, & ad certũ tempus reſtringatur ex ſub-
iecta materia, vel ne ſemper dominia rerum in incerto, & ancipiti ſtatu iaceant, vt dicitur de pacto perpetuo ad redimendum, cuius actio pręſcribitur triginta annorum ſpatio, ex comm. de qua
5 per Soc. iun. conſ. 145. nu. 40. & 41. volu. 1. & ne
proprietas ſit inutilis, vt dicitur de vſufructu Ciuitati, vel perſonis (quę propter ſuccedaneum ordinem nunquam moriuntur) relicto, qui ſpatio
6 centum annorum concluditur, vt diſtinguunt,
gloſ. & Bart. in l. annua, §. Titia, in fin. de annuis legatis, l. omnes, & l. ſicut, C. de præſcript. 30. annorum, Cardinalis, in clem. 11. quæſt. 15. de reſcript. & Natta, conſil. 672. num. 31. lib. 4. & alibi ſæpe, aliterq; etiam ex caſuum varietate accipiatur. Attamen in caſu noſtro propriè in ſuo ſenſu eſt capienda, cum ſubiecta materia minimè repugnet, imo id maximè ſuadeat, ſcilicet filiorum charitas, & natura emphyteuſis, q̃ eſt perpetua, & fauor demũ piæ cauſæ, q̃ nos impellit ad vberiorẽ, & largiorem fauendam interpretationem; & maximè vrget, vt id quod maximũ eſt capia
7 tur, non autem id quod minimũ, vt ſcribunt Ti-
raq. trac. piæ cauſæ priuileg. 55. & 148. Mantica, relato tract. lib. 6. tit. 3. num. 22.

Quod ſpectat ad aliud quæſtionis caput ſentio inſtitutione facta à Iuriſconſulto, de Collegio noſtro Franciſco Capra ſeniore in quem bona emphyteutica peruenerant etiamſi hæredes inſtituti ſint extranei, & venerandum hoſpitale pietatis pauperum Mediolani, quod ſub nomine potentiorũ contineri videtur non ideo tñ poſſe dici aliquid fuiſſe cõmiſſum vnde bona in amiſſionis pęnã incurrãt aut veniãt, nã cũ hęc ſit

emphyteuſis à priuato conceſſa, non ſolum ſim-
pliciter, quo caſu tranſit etiam ad extraneos hæ-
redes, ſed facta generali mentione hæredum, &
8 ſucceſſorum ex receptiori ſententia, per viam vl-
timę voluntatis, etiam extraneis relinqui poteſt,
tanto magis cum hæredis mentio tã ſuos, quàm
9 extraneos in infinitum complectatur. l. hæredis
appellatione, ff. de verb. ſign. amplè Tiraq. de re-
trac. conuent. §. 1. gloſ. 6. nu. 21. nec prætextu fini
tæ generationis, aut alienationis à domino dire-
cto auocari poteſt, vt com. dicit Clar. §. emphy-
teuſis, quæſt. 42. verſ. ſed quid ſi cõceſſa, & q. 28.
in prin. & ver. tertius caſus, & Aluarus Valaſcus
trac. iuris emphyteu. q. 44. nu. 9. & ratio eſt ſatis
aperta; nam cum hæredis inſtitutio ſit donatio,
10 & ea permittatur ipſi emphyteutæ, merito impu
nè fieri poteſt, vt com. affirmat Corbulus viden-
dus trac. de cauſis, ex quibus emphyteuta iure
ſuo priuetur, ſub tit. de cauſa priuat. ob alienat.
limit. 14. nu. 1. & 2. & quamuis in qualibet alie-
nandi permiſſione ea tacita iuris inſit conditio,
modo non fiat in perſonam prohibitam, qualis
eſt potentior, & qui is omnis eſt, & intelligitur,
11 qui maius aliquod habet priuilegium, vnde dif-
ficilius conueniri queat, aut vnde quouis modo
domini conditio fiat deterior. l. vlt. C. de iure em
phyteu. & declarat idem Corbulus relato loco,
ampliat. 12. num. 2. attamen hæc diſtinctio pro-
cedit in alienatione, quæ fit ex contractu, non in
12 ea, quæ fit ex vltima voluntate, quæ quo ad id,
de quo agitur, alienationis nomine non contine-
tur, vt egregiè declarat idem Corbul. iam addu-
cta limit. 14. ſub nu. 4. verſ. ergo propter aliena-
tionem; & an ſoluẽdum ſit laudemium, & an ho-
13 ſpitale tanquam ex perſonis prohibitis, tum quia
habet maiora priuilegia, tum quia nũquam mo
ritur, teneatur intra annum vendere rem emphy
teuticam, & ęſtimationem recipere, videndus eſt
Clarus eod. §. emphyteuſis, quæſt. 23. & qui ad-
ducuntur in terminis ab eo Corbu. ea. limit. 14.
ſub nu. 4. & teneri ad vtrunque ſentio, cum pro-
pter nouæ perſonæ introductionem, & recogni-
tionem, & nouam proinde locationem, & ſeu in-
ueſtituram ſit ſoluendum laudemium, & nemo
14 cogatur perſonam prohibitam recognoſcere, vt
explicat idem Clar. eo. §. emphyteuſis, q. 15. ver.
arbitror tamen, qui loquitur in relicto etiã facto
in vltima voluntate, & ſatis probat text. in l. vlt.
verſ. ne auaritia, C. de iure emphyt.

Illud tamen ſilentio prætereundum nõ puto,
vt ſcilicet propter non ſolutum canonem poſſit
dici res in pęnam incidiſſe; nã ex prima locatio-
ne conſtat ſoluendam eſſe pẽſionem ipſis Capris
locatoribus; & quamuis poſtea fuerit ea pẽſio de
ſtinata, & conſtituta ad faciendam rem ſacram,
attamen ſolutio non eſt facienda ab emphyteu-
ta ſacerdoti, ſed illi, vel illis, quibus data eſt facul
tas celebrari faciendi eam miſſam, qui eſt maior
natu, vt inferius demonſtrabimus, vnde cum ſo-
lutio facta illi, cui iure nõ eſt facienda, non excu
ſet, aut ſoluentem liberet, imo pro non facta ha- 15
beatur, tãquam res inter alios acta, maximè cum
ſponte facta ſit ſolutio. l. 1. §. ante omnia, ff. de
pac. Cęphal. videndus conſ. 24. nu. 4. lib. 1. & fa-
ciunt quę ſcribit Menochius de diligentia quam
16 debitor adhibere debet, vt pecuniam debitam ve
ro ſoluat creditori, de arbitrar. iudic. caſ. 137.
maximè nu. 6. 14. & 29. perinde habebitur ſolu-
tio facta ipſi ſacerdoti pro celebratione miſſæ, ac
ſi facta non foret, cum ei ſoluendum non eſſet,
ſed Capris locatoribus, nec ſub prætextu ignorã
tiæ videntur emphyteutæ excuſandi, ſaltem au-
xilio reſtitutionis in integrum, vt tradit Clarus
eo. §. emphyteuſis, q. 8. verſ. proſequendo mate-
17 riam. Corbul. de cau. priuat. ob non ſolut. cano. li
mit. 20. Sfortius Oddo trac. de in integrum reſti.
q. 89. art. 9. nu. 68. Valaſcus relato trac. emphyt.
q. 38. num. 15. quia cum teſtator in teſtamento
mentionem ſingularem, & ſpecialem fecerit in-
ſtrumentorum emphyteuticorum, muneris, atq;
oneris erat inſtitutorum hæredum diligenter il-
la videre, & ex eorum præſcripto ſolutiones face
re, hancque diligentiam minimè defendit allata
ignorantiæ excuſatio, cum paria ſint ſcire, vel fa
18 cile ſcire poſſe, aut debere; vnde merito ex hac re
atque ex illa in idem incidit periculum, vt tradit
idem Sfortius excitato trac. quæſ. 8. art. 9. nu. 48.
fusè Maſcardus trac. probation. in verbo, igno-
rantia, & in verbo, ſcientia, & optimè etiam ſciẽ
tia probetur inſtrumẽto aliud referente teſtibus,
Alex. conſ. 39. num. 6. lib. 2. Socin. conſ. 63. nu. 8.
lib. 3. & Crauet. videndus conſ. 193. nu. 7. & vbi
etiam Capræ eos non interpellaſſent, adhuc in
pęnam omiſſionis rei incurriſſent, cũ ad emphy-
teutas pertineret dominum requirere præſtituto
ſolutionis tempore, & ei penſionem ſoluere, vel
recuſante eam recipere, illam offerre, & vbi dubi
19 tatum fuiſſet, quibus facienda eſſet ſolutio, adhuc
opus erat eam offerre, vt probat idem Corbul.
relato trac. de cauſa priuat. ob non ſolut. canon.
ampliat. 3. & ampliat. 14. nu. 2. & maximè quan
do ſunt eiuſdem fori, vt is idem aperit limit. 15.
& melius limitatione 23. vbi videatur, & idcirco
fortè melius eſſet agere ad amiſſionis pœnam, ob
non ſolutum canonem; ſed vnum eſt, quod me
pungit, ſcilicet, vt effectui ſatisfactum videatur,
quia miſſa celebrata ſit. Item cum pecunia ipſa
ſine medio ſacerdoti ſit ſemper ſoluta ipſis d. di-
rectis, ſcientibus, & patiẽtibus digni vidẽtur em-
phyteutæ aliqua excuſatione, tãto magis, vt hæc
20 effugiatur pœna, quę eſt odij plena, & à qua quis
excuſatur ob probabilem aliquam cauſam, vel
ob aliquem eius colorem, vt docet Burſatus con
ſil. 26. num. 39. vol. 1. & propterea ſi emphyteu-
ta tertio ſoluat, qui non ſit dominus, ſciẽte, & pa-
tiente domino expelli nequit, vel quando adeſt
aliqua iuſtà cauſa credẽdi eundem eſſe dominũ,
vt declarat idem Corbulus relato ſæpius trac. de
cau. priuat. ob non ſolut. can. limit. 8. & limit. 24.
aduertendum eſſet etiam, an Andræas Frãciſcus

emphy-

emphyteuta eſſet natu maior ita vt facultas ce-
brari faciendi miſſam ad eum ſpectaret, quia
tunc rectè ſibi ipſi potuiſſet ſoluere pecuniam,at
que eam breui manu ſacerdoti tradere, ſed id ha
beret locum durante eius vita, cæterum eo de-
functo, cum ipſe onerauerit hæredes ad celebra-
ri faciendum miſſam quotidianam, prout aliàs
ordinatum fuit ab anteceſſoribus, & maioribus
ſuis, vt legitur in publico inſtrumēto, de quo ro-
gatus fuit Donatus de la Turre anno 1475. non
videntur hæredes excuſandi ſi non adhibuerint
diligentiam in exquirendo modo, & forma, qui-
bus actus ipſe explicari poſſit, vt iam ſuperius
præmonuimus. Eſt etiam conſideratione di-
gnum, an cum temporum qualitate factum ſit,
vt eleemoſyna quinquaginta duarum librarum
miſſa celebrari nequeat, an debeat fieri miſſa-
22 rum reductio, vel ab ipſo emphyteuta id onus
ſuſtineri, ſicut etiam ſentit commodum benefi-
cij temporis, quo quidem valdè res emphyteuti-
ca creuit, & aucta eſt, de quo ego fusè, & amplè
ſcripſi conſilio 36. nume. 32. vbi videatur, & ſi
nunc quotidie res ſacra conficitur, idemq; onus
ab emphyteutis ſuſtinetur, eſt quod animaduer-
tatur, cum emphyteuta nō teneatur ad onus miſ
ſæ; nec illud ſuſceperit, ſed tantum teneatur pen
ſionem ſoluere, quæ licet ei vſui aſſignata, & de-
putata ſit, tamen ſi non ſufficit dubitari iuſtè po-
teſt, an diminutio miſſarum fieri debeat, vel po-
tius augeri eleemoſina, & per quos, & res eſſet de
cidenda ſecundum ea, quæ ego ipſe ſcripſi eod.
conſi. 36. eſt etiam cogitandum, an portio quam
23 habebat ipſe emphyteuta in fundo emphyteuti-
co obnoxia ſit, & obligata ei penſioni cum res
ſua cuiquam ſeruire nequeat, vt ſcribit Corbu-
lus ex Alexan. & alijs de cauſa priuat. ob non ſo
lutum canonem, ampliatione 29. nume. 6. & va-
lor, & qualitas fundi, qui eſt perticarum centum
quinquaginta vineæ repugnet conſtitutioni pen
ſionis, quæ videtur leuis, ſed inſpiciendum foret,
an eiuſmodi eſſet illis temporibus, quibus initus
fuit ipſe contractus, & quibus prædiorum pre-
tia iacebant, & erant admodum vilia, dubitatio-
nem tamen afferre, & facere videtur aſſignatio
poſtea facta nedum ab ipſis dominis directis, ſed
etiam ab ipſis emphyteutis, quæ arguit contra-
ctuum, vt noſtri aiunt, correſpectiuitatem,
24 cum vnum videatur propter aliud factum, & cō-
currat idem dies, ijdem teſtes, eædem perſonæ,
ad Crauettam conſil. 153. num. 8. & Albam con
ſil. 45. vol. 1.

Tertia vtique quæſtio, quæ plures habet par-
tes profligatur, nam ex alienatione facta à Vice-
comite non vocato domino res in pœnam amiſ-
ſionis venit, vt eſt text. in l. vlt. C. de iure emph.
25 eſt bene verum, quia cauendum eſt, ne maior pe
na, quàm culpa ſit, quod non porrigitur, niſi ad
portionem ſuam alienatam non ad alias, cum
præſertim plures ſint emphyteutæ, vnde deli-
ctum, aut culpa vnius alteri nocere non debet,
& decet pœnam ſuos tenere authores, nec æquū
eſt, vt quis alieno vitio pereat, aut alieni delicti
culpa eum ipſum innocentem in diſcrimen vo-
cet, aut præmat, vt commu. dicit Corbul. eo. trac.
de cauſa priuat. ob alienat. nu. 6. & quamuis du-
bitatio ſit, quando emphyteuta vnius fundi par-
tem alienat; attamen quando ſunt plures emphy
teutæ, vt hic, certum eſt vnius factum alij non
debere obeſſe, quicquid ſit in ſolutione canonis,
26 ratio differentiæ ea eſt, quia conditio illa, quæ in
ipſo contractu ineſt, ſcilicet ſi ſolueris penſionem
ſeu canonem indiuidua eſt, vt explicat, & decla-
rat idem Corbulus de cauſa priuat. ob non ſolu.
can. amplia. 8. quod non eſt in alienatione, quæ
dicitur diuidua, ſed cum alienatio ſit facta eidem
hoſpitali, quod eſt tanquam cohæres emphy-
teuſis, & emphyteutæ impunè inter ſe alienare
queant, eſto etiam quod poſſet dici perſona pro-
hibita cum ſit emphyteuſis, conſors videtur, vt
alienatio defendi poſſit, maximè quia cum em-
phyteuſis ſit recepta pro hæredibus, & ſucceſſo-
27 ribus; dicendum eſt, vt ſit ex comprehēſis in ipſa
locatione inter quos permiſſa eſt diuiſio, & alie-
natio, cum inde non poſſit dici deterior facta do
mini conditio, vt ſcribit Clarus §. emphyteuſis,
quæſt. 14. Corbul. de cauſa priuat. ob alien. am-
pliat. 12. nu. 7. limit. 6. & 7. & id maximè dicen-
dum videtur cum non ſint ſingulares ſucceſſores,
ſed vniuerſales, vt explicat idem Corb. vbi ſupra
ampliatio. 17. verum enimuero cum hoſpitale
non poſſit dici, aut inter emphyteutas connume
rari, niſi ſequuta domini approbatione, & indu-
ctione in poſſeſſionem, ſiquidē duplex exigitur
denunciatio, altera ante alienationem, vt ſcilicet
dominus moneatur, an velit ipſe acquirere; &
hæc ceſſat in donatione, & in vltima voluntate;
cum non detur oblatio; altera autem requiritur
poſt factam donationem, vt dominus donata-
rium, vel ſcriptum hæredem recognoſcat, & em-
28 phyteuta ſe obliget, & hæc omnino requiritur,
nec antea dicitur emphyteuta, vt ſcriptum reli-
quit idem Corbulus de cauſa priuat. ob alienat.
limit. 13. num. 3. & 12. num. 7. & idcirco ſi inte-
rim fiat alienatio non valet, cum adhuc non di-
29 catur is, in quem alienatur conſors emphyteu-
ſis, vt pulchrè declarat idem Corbulus ea. limit.
6. num. 8. verſ. ſecundo, & ea. limit. 12. ſub nu. 7.
& ſeq. imo donec ſequatur domini approbatio
dicitur extraneus, & cum ſit ex perſonis prohi-
bitis id difficilius eſt concedendum, vt ſentit Cla
rus eod. §. emphyteuſis, quæſtio. 22. & Corbulus
ead. ampliat. 12. num. 2. quo fit, vt defendi, & ſu-
ſtineri poſſit, locum eſſe ei penæ, vnde quis ſui iu
ris iacturam faciat, etiam ob eam alienationem,
& quamuis ex decem annorum ſpatio præſuma-
30 tur interueniſſe domini conſenſus, vt dicit idem
Corbulus de cauſa priuat. ob non ſolutum cano.
limit. 31. tamen ceſſat hæc præſumptio cum in-
ſtrumentum alienationis huiuſmodi licentiā nō
31 habeat, vt tradit Gab. lib. com. tit. de præſumpt.

concluſ. 1. num. 57. & licentia ſit quid facti, quæ
non præſumitur niſi probetur, nec dominus cu-
32 rauerit proteſtari, cum ſciret ius ſuum duraturũ,
vt affirmat idem Corbul. de cauſa priuatio. ob
alienat. limit. 17. ante num. 5. & in fin. tractatus,
quæſt. 4. num. 2. & ſeq.

An vero poſſit dici lineam finitam, & bona
deuoluta ad alios conſortes iure accreſcẽdi, qua-
ſi agatur de onere eccleſiaſtico id videtur mini-
mè, cum emphyteuſis ſit priuata, & vocati ſint
hæredes, & ſucceſſores, vt ſatis abunde ſuperius
comprobauimus, eſt bene verum, quod facultas
illa celebrari faciendi miſſam gradatim debet
ad natu maiorem peruenire, donec aliquis ſu-
perſit, non iure accreſcendi ſed fideicommiſſi aut
contractus lege.

Bona hæc iure quotæ lui non poſſe certum
eſt, cum lex noſtra municipalis de habente quo
tam, ca. 434. vol. primo, locum ſibi vendicet niſi
in domibus, aut ædificijs, & rebus eis adhærenti-
33 bus, vti eſt hortus, qui propterea appellati one
domus venit, nõ autem in prædijs in quibus ma-
gis poſſet procedere diſpoſitio de prædijs loquẽs,
cap. 433. in primo, vbi tamen concurrerent, &
conuenirent qualitates ab eodem ſtatuto deſi-
deratæ, quæ leges idcirco optima ratione ſanci-
tæ, & promulgatæ fuerunt cum noſtra valde in-
terſit in vicinitatibus, & confinijs pacis, & otij
ſocios habere non belli (vt ſæpe euenit) & ar-
morum, atque homines nimium litigioſos, &
ad quotidianam rixam concitos, vita hæc enim
noſtra duplicem habet viam, vnam latam, quæ
voluptatis, alteram anguſtam, quæ virtutis ap-
pellatur, illa perducit homines ad portam mor-
tis, & ad inferos, hæc ad Ianuam ſapotis, & ad
34 ſuperos deducit, & ſicut Peregrini nam hæc vita
noſtra ad inſtar peregrinationis, & militiæ eſt, ſi
peruerſos comites, & prauos ſocios habuerint fa
cilè deuij de recto tramite deflectentes in diſtor
tum, & prauum iter ab Auguſta in vitioſam, & à
pura in lutulentam trahentur viam, & in ſano ſo
ciorum ductu præcipites agentur præcipiti ce-
leritate, ad eum vitæ terminum cui ęterna mors
præeſt, ita conſuetudo, & familiaritas bonorum,
vel malorum hominum permagni eſt momenti
in vtramque partem, quis enim ignorat quan-
tum virium habeat ad corrumpendos mores ſce
leratorum, & improborum conſuetudo, quan-
tum valeat ad deprauatos corrigendos mores
proborum familiaritas, quoties virtutis, & con-
tinentiæ indoles, quæ egregia, & præclara in ado
leſcente, vel virgine apparet peruertitur, & infi-
citur ſociorum praua ſuaſione, & imitatione, &
ex contrario mala naturalis inclinatio aſſidua
bonorum virorum familiaritate rectaque per-
ſuaſione, & optimo eorum vitæ exemplo, quod
eſt prædicationis perpetuum genus, ad certam
rationis normam dirigitur, & ad bonam frugem
exigitur, & inducitur, & ſicut in cera facile ſigilli
imago imprimitur, ita etiam flexibilis, vel tene-
ra ætas adoleſcentis, vel virginis de recta religione, de virtutis via ad vitiorum lautiſſimos campos deflectitur, ſenſimque eo deducitur, vt verecundiam ſine qua nihil rectum eſſe poteſt, nihil honeſtum exuat, & impudicam impudicentiam, induat, & vitijs iam inueteratis conſuetudine quotidiè magis ad virtutem obdureſcat, & ita obſurdeſcat, vt ea quæ paterna neceſſitudine monentur audire nequeat, nec improbitatis impreſſam imaginẽ extinguere atq; delere velit, ob diurnam, & diuturnam hanc peccandi conſuetudinem, quamobrem moralis ille philoſophus ſeneca monet non magis vtilitati eſſe agrum cum redditibus amplis quam vicinum æqualem cum moribus bonis, & nullam rem magis animos inducere honeſtos, & in prauum inclinabiles reuocare ad rectum, quam bonorum virorum conuerſationem paulatim enim deſcendit in pectora & vim præceptorum obtinet, frequenter aſpici, frequenter audiri, quod & probauit, Iuriſconſultus noſter, in l. ædiles, §. pædius, verſi. hoc autem, ff. de ædilitio edicto, dum ait emptorem teneri ſi apud eum ſeruus factus ſit deterior, quod refertur non ſolum ad corpus, ſed etiam ad animi vitia, vt puta ſi imitatione conſeruorum talis factus eſt, aleator forte, vel vinarius aut erro euaſit, & Accurſius ibi addit, vnde Cato ambula cũ bonis, mores enim à coniuncto formantur, & ideo dici ſolet, cum bono bonus eris, cum malo peruerteris, & morbida facta pecus totum corrumpit ouile, & qui tetigerit picem inquinabitur ab ea, vt fusè proſequitur, Tiraquel. de legibus connubialib. 16. lege, gloſſ. prima parte, 16. num. 14. 15. & infra, nam ſicut contagione peſtifera malum ab vno profectum manat longius, ita etiam contagione boni odoris ſuauitas odoratus non ſolum tactu, ſed ſapore capitur, huius veritatis teſtes locupletiſſimos ſæpe nos metipſi audiuimus, nempè ad ſupplicium raptos, qui ante patibulum mærentes, & gementes proſtrati alta voce congregatam multitudinem ſpectatorum alloquuntur inquientes, ſpectate quæſo in quam malam crucem nos perduxerit ſceleſtorum hominum familiaritas, vos cauete diligenter ne in huiuſmodi foueas, & laqueos incidatis meo exemplo veſtræ vitæ curſum, & inſtitutum diſcatis, virgo item quæ pudicitiam amiſit vix aliquando reſipiens vehementer caſum ſuum dolet, & ſuam cæcitatem, & calamitatem deplorat clamans heu malarum fœminarum introitus me perdiderunt, quæ mihi loquentes hos blandè perſuaſerunt ſermones, & facinora, & blanda illa conciliatrix vetula lena me callida ſeduxit, illa impudica muliercula, vt peccarem cum ea me imbecillis conſilij adoleſcentulam pellexit cupiens, vt ſibi ſimilis eſſem, vt eſt antiquus harum perditarum mulierum mos, nam nil Iudeus Iudeo, nil Catelina Cetegho ſolatiumque eſt miſeris ſocios habere pęnarũ, & conſequenter peccati propter quod pœna infligitur, & propterea

in pec-

in peccatis deſiderantur adiutores, & non repre-
henſores, quæ cum ita ſint facilè vnuſquiſque in
telligere poteſt; quam mirificè conducat vicinos
bonos habere, & conſequenter, quam iuſtæ ſint
leges illæ noſtræ municipales de quota, de præ-
dijs agentes.

An autem hæc facultas celebrari faciendi ip-
ſam miſsã ſpectet ad maiorẽ natu, vel ad eos fra
tres, qui ſimul habitant arbitror id pertinere ad
maiorem natu, nam licet in prima parte, dica-
tur, vt ea facultas, ſit omnibus fratribus, vel ma-
iori eorum parti, vel maiori natu vbi nulli eo-
rum ſimul ſtarent, & ſic maior natu videatur po
ſtremo loco vocatus, ſcilicet vbi ipſi fratres non
habitent ſimul vel maior pars, & propterea in
concurſo maioris natu, & maioris partis, maior
pars vincere debeat maiorem natu, quod vide-
tur etiam veriſimilius, cum maioris partis com-
modum ſit anteferendum commodo vnius, &
plures poſſint melius, quam vnus obſeruare an
quotidie res ſacra conficiatur ex præſcripto mo
do attamen cum dictiones illæ ipſorum, & eorũ
fratrum demonſtrent quaſi ad oculum ipſos fra
tres, non poteſt id porrigi ad alios, rurſus ex ſe-
quenti diſpoſitione, id ſit clarum, dum diſponi-
tur ſi ipſi fratres, vel illæ, vel illi cui erit hæc fa-
cultas, ceſſauerit in eo explendo munere tunc ea
facultas deuoluatur ad maiorem natu, & ſic ſuc-
ceſſiue, & id confirmatur dum diſponitur, vt ſi
maior natu cum filijs decedat, ſequens maior na
tu id iuris habeat, cum tamen ſi maior pars eſſet
inſpicienda ea facultas eſſet deferenda ad filios,
vbi maiorem numerum conficerent. præterea,
quod dictum eſt, ratione maioris partis referri
poteſt ad locum ſeu parochiã celebrationis miſ-
ſæ; ſecus quo ad ius, & facultatem eligendi ſacer
dotem, & id curandi, & ſatis conuenient illa ver-
ba, vt poſſint commodius orare pro animabus
ipſorum fratrum, & anteceſſorum ſuorum, idem
que ſenſus confirmatur ex ordine denominatio-
35 nis, à quo ordo Charitatis, & dilectionis ac bene
uolentiæ deſumitur, l. cum ita, §. in fideicommiſ-
ſo, de legat. ſecundo, Mantica, videndus de con-
iect. vltim. volunt. lib. 6. titu. 13. num. 11. & 12.
36 & tum quicquid ſit, cum caſus ſingularis, & ſpe-
cialis tollat generalem prouiſionem, ſiquidem ge
neri per ſpeciem derogatur, l. maritus, de procu-
rator. l. vltima, C. de pactis, Barto. in l. prima, §.
vnde, quæritur, num. 7. de publi. & vectigal. eſt,
omnino hic ſenſus recipiendus cum pater fratrũ
nunc ſimul viuentium dicatur cum liberis deceſ-
ſiſſe, & clare diſponatur, vt ſi ille cui hæc obla-
ta ſit facultas, cum liberis moriatur, nihilominus
eo caſu ea facultas ad ſequentem maiorem natu
deferatur, vnde ſit, cum hic proprie ſit caſus no-
ſter, debeat maior natu his fratribus præferri, cũ
maior natu in multis ſoleat præcipuus haberi ex
37 trito illo iam vetuſtate prouerbio, ſemper vene-
randa ſenectus, & ex ſacris veteris teſtamenti ta
bulis, atq; ex humanis legibus primogeniti quaſi
Dei aliquo dono atque munere commendati no
bis eſſe videãtur, l. ſemper, in principio, ff. de iure
immunitatis, Alexand. in l. certum, ff. ſi certum
petatur, late Tiraquel. de iure primogeniorum,
in princ. ex hiſque verbis conſtat ipſos emphy-
teuſis, & celebrationis miſſæ inſtitutores, illis ver
bis tollere voluiſſe eam ambiguam controuer-
ſiam, an ſcilicet in maioratu bonorum patrimo-
nialium ſit locus repreſentationi, & an præferri
38 debeat nepos patruo, de qua plenè agit referens
hinc inde communes, & magis communes ſen-
tentias Valaſcus, eod. tract. iuris emphyt. quæſt.
39 50. num. 28. & maiorum natu ac ſenum multa re
cenſent priuilegia Oſaſcus Pedem. deciſ. 123. nu
me. 7. & Tiraquel. proximo loco excitatus, & in
ter cætera illud habent, vt ſeniores iunioribus
omni honore anteferantur, & minores maiori-
bus natu in curiam venientibus, & vbiq́ue adhi-
bita aduerſus eos debita reuerentia aſſurgere de
beãt, eoſdem honorificè ſalutantes, & veneran-
tes, vt tradit Roland. à Valle, conſ. 93. num. 13.
volum. 4. omneſq́ue ideo ſenectutem, vt adipi-
ſcantur optant, & quanto diurius abeſt, magis cu
piunt, tanto, & magis deſiderant, inquientes, vi-
dere videor iam diem illum, vt ſenex ſit propter
40 auctoritatem, quam ſecum ea affert, ætas cæte-
rum, ò repentina inconſtantia, mutabilitaſq́ue
mentis, eandem accuſant adeptam, propter vale
tudinis incommoda.

An autem præſcriptio allegari, poſſit duo ſunt
conſiderandi caſus; vnus ratione penſionis em-
phyteuticæ, alter ratione facultatis celebrari fa-
ciendi miſſam, & quamuis dici poſſet reſpectu
primi caſus præſcriptione 30. vel 40. annorum
inductam eſſe libertatem à penſione ſoluenda,
41 tam pro tempore præterito, quam pro futuro,
cum eo tempore omnis actio tollatur, & vnica
ſit obligatio, licet præſtationes ſint diuiſæ in plu
res annos, vt probat Corbul. eod. tract. de cauſa
priuat. ob non ſolut. canon. limitat. 31. attamen
cum præſcriptio etiam ſi lex id diceret non pro-
cedat abſque bona fide, vt notatur, in cap. fin. &
cap. vigilanti, de præſcript. cap. malæ fidei poſ-
ſeſſor, de reg. iuris, Burſat. qui plures, & plura ad
ducit de commun. teſtimonium dicens, conſilio
66. num. 8. volum. primo, & non verſemur in ex
traneo ſingulari ſucceſſore, qui velit à ſe præſcri-
ptionem inchoare, ſed in hærede qui tenetur ex-
42 onerare, & alleuare conſcientiam defuncti, cum
nullus ſit, qui ad vicem eius, qui e vita migrauit
proprius accedat, quam hæres, nulla equidem
præſcriptio afferri poteſt, vt comm. affirmat ex
alijs, Gabr. lib. com. titu. de præſcript. conclu. 5.
num. 2. Verum cum teſtator iuſſerit in caſu no-
ſtro penſionem hanc præſtari prout alias ordina
tum fuit per ſuos anteceſſores, eo magis mala fi-
43 des augetur, nec video, quæ præſcriptio affer-
ri poſſit cum etiam adhuc à die confecti illius
teſtamenti quotidie labentes non defluxerint tri
ginta anni.

Ratione verò facultatis celebrari faciẽdi miſ-
ſam rvtique aliqua præſcriptio obeſſe nequit; nã
etſi hæc facultas, quæ in ius deduci poteſt, & ex
44 conſequenti eiuſmodi, quæ poſſit præſcribi, vt
probat idem Gabriel lib. communium, concluſ.
10. nume. 8. & infra, atque etiam cum agatur de
annua præſtatione, quæ venit & debetur ex con
tractu, & non ex vltima voluntate, in qua fortè
poſſet procedere illud, quod dicitur, vt ſcilicet
45 quot ſint præſtationes annuæ, tot etiam requi-
rantur præſcriptiones, vt inquit Baldus in l. cum
notiſſimi, §. in his, in fin. C. de præſcript. triginta
annorum. Alexan. & Caſtrenſ. in l. de pupillo, §.
ſi in pluribus, ff. de operis noui nunciat. ac alios
refert idem Corbulus ead. limit. 31. ſub nume. 1.
attamen cum contra id vehementer repugnet,
atque reſiſtat eadem ratio malæ fidei, atque con-
trahentes ſenſerint, vt ea facultas tanquam circu
lus gradatim deferretur ad maiorem natu, ſem-
per ei illud ius erit, & in eos qui naſcentur, in
quos cum agere non valeant, hoc præſcriptionis
leue, atque hebes telum conijci nequit, ſoleoque
ego dicere, vt hoc ipſum præſcriptionis præſi-
dium, quo quaſi forti ſcuto ſe multi tegunt, ſimi
le ſit cribro, quod vndique perfluit, propter malę
fidei callidiſſimo artificio fabricata foramina,
46 quæ quaſi quædam viæ, & feneſtræ patent, nec
reſiſtere poſſunt, vt probaui ego conſ. 3. num. 18.
& infra, & conſ. 33. num. 18. vol. 1. & factum an-
teceſſorum fortè negligentium non poteſt obeſ-
ſe diligentiæ ſequentium vocatorum ex facto, &
prouidentia primorum contrahentium; rurſus
hæredes emphyteutæ cum teneantur ex teſtato-
ris lege penſionem ſoluere, prout ordinatum fuit
per anteceſſores, non poſſunt ſe hoc ipſius præ-
ſcriptionis refugio tueri, quæ etiam ceſſat quan-
47 do aliquid præſtatur in fauorem piæ cauſæ, vt
affirmat Gabriel lib. commun. eod. titu. de præ-
ſcript. concluſ. 10. num. 12. quæ cum animæ fa-
ueat, merito eſt vbique præcipua, multiſque pri
uilegiis eſt donata, cum pietas ad omnia valeat;
nam ſicut credendum non eſt quemquam homi-
nem in animo inſtituere, aut parare quod ſit ſibi
charius, quàm ipſe eſt ſibi, ita eſt pro comperto
habendum, vt vnuſquiſq; pręſertim fidelis Chri
ſti miles velit animę ſalutem cunctis rebus ante-
ferre, atq; piam cauſam, in qua ea ineſt ſummo
ſtudio amplecti, cum nihil ſit, quod proprius ac-
cedat ad eius commodum, & magis ad eum per-
tineat, quàm anima ipſa immortalitatis precioſa
veſte illuſtrata, & exornata.

Poſtremum etiam quęſtionis caput, vt ceruı-
cibus abſcindatur, duplex eſt habenda inſpectio,
48 altera cauſæ, alia perſonæ; ſi cauſam intueamur,
dici poteſt eſſe mixti fori; nã licet penſio emphy
teutica, ſit quid profanum, vſus tamen nempe ce
lebratio miſſæ, & orationes, quæ prece, & obſe-
cratione humili ad Deum haberi debent pro ani
ma anteceſſorum dicitur pius, vt notat Bal. in l.
ab eo, de fideicom. & ideo ſi miſſa certo tempore
49 non dicatur, poteſt per Epiſcopum in aliũ vſum
conuerti, nec conſtituta eleemoſina debet eſſe hę
redis, vt notat Bart. in l. 1. ff. de condit. inſtitu. &
in l. legatum, ff. de vſufruc. leg. & l. legata, ff. de ad
miniſt. rer. ad ciuit. pertin. & fusè ſcribit Simon à
Prætis, de interpret. vlt. volun. lib. 4. dub. 3. à nu.
18. vſque ad nume. 30. fol. 471. nam pia dicitur
cauſa omnis actus vergens principaliter in ſalu-
50 tem animæ, vel ad cultum diuinum directus, vt
ait idem Bal. in l. vnica, col. 4. C. commu. de leg.
& in c. 1. §. donare, qui feud. alien. poſ. Bart. in l.
1. in 2. & 3. q. princ. C. de ſacroſanc. eccl. Bald. in
l. omnes, & in l. ſi quis ad declinandum, C. de epi
ſcop. & cler. & idcirco ad exemplum pij legati pe
ti poteſt tam coram iudice Cęſareo, quàm Pon-
51 tificio, & negotium tractari debet, & decidi reſpe
ctu eius, quod pium eſt, ſcilicet vſus ſecundũ ius
52 Põtificium, etiam in terris Imperij, vt docet Ab-
bas videndus in c. relatum, in princ. & c. vlt. de te
53 ſtam. & poſſunt hæc quæ pia ſunt denunciari à
quolibet de populo ſi negligantur, & officio Epi
ſcopi peti, vt tradit idem Bald. in l. eam quam,
col. 3. C. de fideicom. & l. nulli, C. de epiſc. & cle-
ric. & ad confirmandam hanc diſtinctionem pij
vſus, & perſonæ, vel rei profanæ conferunt, quos
refert Gabriel. lib. commun. tit. de pia cauſa. nu.
10. & ſic reſpectu cauſæ, & vſus poteſt dici; vt a-
diri poſſit vterq; iudex, cum ſit mixti fori, & for-
tè dici poſſet tutius eſſe, tum ex diſpoſitione ſta-
tuti noſtri cap. 47. vol. 1. quo ſtatuitur, vt Domi
54 nus Poteſtas in legatis ad pias cauſas ſit iudex,
tum attentis præconijs ne iuriſdictio Regia ex-
turbetur, vt adeatur iudex laicus, tanto magis cũ
penſio emphyteutica poſſit etiam conſiderari ve
lut quid ſeparatum ab illo vſu pio, de quo nõ eſt
controuerſia, vt diſtinguit Borgninus, in emphy-
teuta eccleſiæ, qui ratione fructuum cõueniri po
teſt coram iudice laico, licet bona ſint eccleſiaſti
ca, deciſ. 45. num. 69. vbi videatur.

Reſpectu verò perſonarum coram laico vtiq;
55 iudicium videtur faciendum ratione hæredum,
qui ſunt laici, quia quilibet pro ſua portione de-
bet conueniri coram ſuo iudice, vt tradit Abbas
conſ. 33. ſub num. 7. & 8. vol. 2. Roman. ſing. ſuo
113. Deci. conſ. 150. nume. 4. & conſ. 241. nu. 3.
Crauet. conſ. 232. lib. 2. quilibet enim debet pro
56 hæreditariis portionibus cõueniri, ſi agitur actio
ne in perſonam, ſecus ſi in rem, quia poſſidens cõ
ueniri poteſt, ad Corbulum de cauſa priuationis
ob non ſolut. cano. ampliat. 8. Clarum §. emphy
teuſis, q. 14. Cæterum reſpectu pij loci pietatis,
57 eſſet videndum, an habeat eas qualitates, de qui
bus plenè agit Gabriel ead. concluſio. 1. & 2. de
cauſa pia, & vnde ſub appellatione religioſi, &
pij loci debeant venire, & licet teſtator eſſet lai-
cus, tamen hæres ſi eſt clericus, vel aliter locus re
58 ligioſus debet coram iudice Pontificio conueni-
ri, vt probat Borgninus deciſ. 8. num. 10. & 11.
par. 1. verum cum conſuetudo ſit optima legum
& rerum interpres, eſſet inſpiciẽdum quid retro

actum

59 actum ſit; l.ſi de interpretatione, ff.de legibus,& cum illi, qui regunt ſint laici, nec adſit eccleſia aut hoſpitalitas dici poſſet ei loco præfectos coram noſtris iudicibus conueniri poſſe, videatur igitur, quid in ea re ſeruetur, nec à communi orbita recedatur,& ex his quantum in me fuit pro poſitis quæſtionibus,& breuiter, & pro veritate ſatisfactum puto, & quia mos eſt antiquus, & laudabilis locorum piorum, vt omiſſo iudiciorum anfractu negotia cognoſcantur potius ab arbitris, arbitrarer, vt hoc etiam negotium cum multos habeat articulos,& vt parcatur inanibus impenſis,& ne ſuperuacanei ſumptus fiant amicè potius tranſigatur.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO CAESARE PVSTERLA.

ARGVMENTA.

Pœna cæſarearum conſtitutionum Mediolani. tit. de pęnis adſcripta prouocanti, vel prouocaro ad duellum, an & quando locum habear.

Edictum quo puniuntur clerici arma deferentes, etiam ſi pœna ipſo iure, & facto imponeretur, declarationem tamen iudicis exigit.

Irregularis, an & quando celebrare poſſit, non obrenra abſolutione in foro exteriori, & facta declaratione, vbi celebret quam pœnam ſubeat.

SVMMAE RERVM.

1 Duellum dicitur pugna corporalis deliberata hincinde duorum, vel ad purgationem, vel ad gloriam, vel ad odij exaggerationem.

2 Delictum cognoſcitur ex qualitate pœna.

3 Ira licet in delictis ſit punienda, non tamen pœna ordinaria.

4 Ira dicitur mentis furor, & ad omnia cacitas, & pluſquam inſania, & valde iratus furibundus dicitur.

5 Ab homicidio ſicut furioſus excuſatur, ita etiam ex iuſta cauſa iratus.

6 Conſtitutio Medioloni, ſub titu.de pœnis, §.in hoc puniens prouocantes, & prouocatos ad duellum, deliberatum animum requirit.

7 Homicidium committens ad ſui neceſſariam defenſionem nullam pœnam meretur.

8 Homicidij pœna, vt quis afficiatur requiritur animi deliberatio.

9 Dictio olius implicat modum ſimilem in ſubſtantia, licet diuerſum in ſuppoſito.

10 Animi deliberatio exigit interuallum.

11 Ira, vel animo deliberato vt aliquid factum fuiſſe dicatur, quod temporis interuallum exigatur.

12 Ira aliquid factum intelligitur quoties ira cauſa durat.

13 Homicidium animo deliberato factum non dicitur ſi quis inimicum quem obuiam habeat interficiat.

14 Diffinitio cui non conuenit, non congruit etiam definitum.

15 A quo remouetur diffinitio, ab eodem auſertur diffinitum.

16 Pœna ne caſum ſuum tranſiliat interpretatio eſt facienda.

17 Delictum, vt excludatur, vel leuius afferatur, interpretatio eſt facienda.

18 Pœna alicuius conſtitutionis, vt imponatur, debēt omnes eius qualitates comprobari alias pœna non committitur.

19 Duellum eſt à iure improbatum.

20 Duellum non poteſt fieri etiam auctoritate, & de licentia principis.

21 Duellum permittens conſuetudo non attenditur, quia dicitur corruptela.

22 Ad Duellum prouocanti, & prouocato Sacroſancta Eucharistia eſt deneganda.

23 Duelli vſum penitus ex Chriſtiano orbe extermi nauit Sacroſanctum Concilium Tridentinum.

24 Iniuriorum optimum remedium eſt obliuio.

25 Excommunicationis pœna, quando ipſo iure impoſita cenſeatur.

26 Excommunicationis pœna ab aliquo decreto impoſito, ad hoc, vt locum habeat, requiritur iudicis declaratio, à qua permittitur appellatio.

27 Excommunicatus clericus, vel alias ſuſpenſus ſi audeat ſacere, vel miſſā celebrare ſit irregularis.

28 Irregularitatis pœna diuerſos parit effectus in foro interiori, & exteriori.

29 Clerici arma deferre poſſunt in itinere, ſi ſuſpectū maximè ſit.

30 Clerici ne deferant arma, decretum prohibens, interpretationem recipit à iure communi, modo via non ſint ſuſpecta.

31 Irregularis in dubio quis non eſt dijudicandus in foro exteriori.

32 Excommunicatus, vel aliter à Canone ſuſpenſus, antequam ſequatur declaratio ſuper facto poteſt licitè in foro exteriori omnes actus exercere.

33 Notorij quot ſint ſpecies, & quam vim habeant.

34 Occidens aliquem occultiſſimè licet à Canone ſit ipſo iure, & facto ſuſpenſus, tamen poſt debitam contritionem, & confeſſionem poteſt ante diſpenſationem miſſam celebrare.

35 Irregularitatis in materia in dubio eſt benignior pars amplectenda in exteriori foro quidquid ſit in interiori.

36 Irregularis declaratus ſi celebret miſſam, nedum ab officio, ſed etiam à ſacerdotio, ſeu beneficio eſt deponendus.

37 Bene-

37 *Beneficij priuatio propter irregularitatem non inducitur ipſo iure, ſed requiritur ſententia, ſecus ſi ageretur de collatione noui ſacerdotij ſeu beneficij.*

CONSILIVM CCXLI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

Conſtitutionem Cęſaream Mediolani, tit. de pęnis, §. in hoc, qua prouocans, & prouocatus ad duellum pœna capitis naturalis, & confiſcationis bonorũ puniuntur, arbitror non comprehẽdere præſentem caſum, cum ad id animi deliberatio abſuerit, & potius ira, & eius calore accenſi digladiatores propter antecedentis, & eiuſdem diei rixam, vt digladiandi liberior eſſet campus ſe extra oppidum Tradati contulerint, & tamen duelli diffinitio ex receptiori ſententia hanc ipſam deliberationem exigit nam
1 dicitur pugna corporalis deliberata hinc inde duorum, vel ad purgationem, vel ad gloriam, vel ad odij exaggerationem, vt docet Ioannes à Lignano, tractatu de duello, cap. primo, num. 1. & Iacobus Caſtillo, eo. tract. cap. primo, num. 4. & in puncto noſtræ conſtitutionis ita declarat Plotus, videndus in l. ſi quando, num. 705. C. vnde vi, qui eam addit rationem, quia cum imponatur pœna capitis naturalis, & confiſcationis bonorum, quæ dicitur inter graues grauiſſima ſine
2 dolo non debet ſubiri ex qualitate enim & acerbitate pœnę cognoſcitur delictum, Soc. ſen. conſil. 157. num. 5. & 11. volum. 2. prout hoc caſu eueniret, ſi iræ furore periti, & feruẽtis ſanguinis impetu elati, & obcæcati hac pœna afficerentur, cum tamen licet in delictis ira ſit punienda, non tamen pœna ordinaria cum dolus abſit, & iratus
3 furioſo comparetur; nam ex ira quippe fit homo extra corpus ſuum, & talia facit committere, de quibus poſt multum ſolet homo dolere, & ab eo nomẽ ſumit, quod à ſe ire videatur, qui iraſcitur, & iratus propriè dicitur exire de poteſtate, id eſt de conſilio, de rõne, & de mente, ita vt nihil rectè
4 nihil cõſideratè facere poſſit, vnde Ennius iram inſaniæ principiũ eſſe dixit, vt elegãter explicat, vidend. Luc. à Pen. in l. nemo in ver. iratis, C. de exactorib. tribut. lib. 11. & difficilius eſt iram cõtinere, quam miracula facere, vt ex diuo Gregorio tradit Boſ. noſter titu. de homicidio, nu. 60. ad exemplum efferueſcentis aquæ, quæ nimio ignis calore incitata repente ebulliens, ſe extollit & enei vaſis terminos quaſi furẽs ita trãſcendit, vt huc, atque illuc ſe diffundat, & profundat, vixque cohiberi queat, imo ignis iniuriam à quo incenſa fuit quaſi vlciſcens eundem ipſum extinguere conatur, & propterea merito fit, vt ira dicatur mentis furor, & ad omnia cęcitas, & pluſ quam inſania, furit namque, qui iraſcitur, & furibundus dicitur valde iratus, cum ei animus ardeat, & eius cor ira cumuletur, vt explicat idem, Lucas à Penna, in l. omnes iudices, in verbo, furoris, C. de decurionibus, lib. 11. & notatur. in l. quicquid calore, ff. de reg. iur. & l. ſecunda, C. de rebus creditis, & Iaſ. plene, in l. ſi filiam, nu. 4. C. de inoffi. teſtam. Gram. voto 19. num. 13. & 14. Clarus, §. fin. queſt. 60. verſ. eſt etiam ira, & Marſilius ſingulari, 626. & præſes Menoch. de arbitrar. iudicum. caſu 319. num. 32. & infra, & caſu 375. num. 33. & Maſcardus, tract. probat. in verbo, confeſſio extraiudicialis, concluſ. 346. nu. 20. & 21. inquiens hominem magno iræ calore pro motum non eſſe omnino ſuæ mentis compotem & iratum à furioſo non diſtare niſi in tempore, & propterea ſicut furioſus ab homicidio excuſatur, Clementina, ſi furioſus, de homicidio, ita
5 etiam iratus loquendo in terminis iuris communis ſi fuerit iratus ex iuſta, cauſa, vt loquit̃ Clar. ead. quæſt. 60. ergo neceſſario eſt intelligenda cõ
6 ſtitutio noſtra Mediolani de his, qui conſulto, & ex propoſito ac deliberate Monomachiam committunt, alias ſequeretur, vt etiam quis ab altero aggreſſus ſi ad neceſſariam defenſionem interficeret aggreſſorem puniri deberet pœna duelli, ſi inuicem ad pugnam, & ad ſingulare inter eos ipſos certamen deueniſſent, quod tantum abeſt, vt potius hoc caſu nullam is pœnam mereatur,
7 vt habetur ea Clementina prima, de homicidio, & notatur, in l. vt vim, ff. de iuſt. & iure, Clarus, §. homicidium, verſi. excuſatur autem, & ſentiũt in terminis, Ioan. Lignanus, & Caſtillus relatis, tract. atqui vt quis hac pęna afficiatur, requiri-
8 tur animi deliberatio, vt etiam ſentiunt Paris de Puteo, tract. de re militari, verſic. 3. videndũ, num. 5. ſub rubrica de modo prouocat. ad pugnam, & c. quid ſit duellum, nu. 2. nam licet duellum oriatur ex litibus, & contentione, ſicut rixa, tamen deliberationem quandam deſiderat, quæ non cadit in iracundię furore, & Antonius Maſſa, trac. contra vſum duelli, volu. 12. tractatu. ſecundum vltimam impreſſionem, fol. 315. & a tergo nu. 32. & eademmet noſtra conſtitutio cõcedit quatenus dicit litteris nuntijsvè aut alio
9 modo ad duellum inuitauerit, quæ verba deliberationem quandam prę ſeferunt, & dictio illa, alius, implicat modum ſimilem in ſubſtantia licet diuerſum in ſuppoſito, c. cum non ab homine, de iudicijs in verbo, ſeu alio crimine, glo. in verbo, alia pœna, in l. ſi fugitiui, C. de ſeruitis fugitiuis, & ibidem alij ſcribentes, gloſ. in verbo, ſed quas perſonas, in c. ſedes de reſcript. vbi Felin. ante num. 7. verſic. dictio alius, Bald. in l. conuenticulam ſub num. 3. verſic. item eſt argumentum à natura alternatiuorum, C. de epiſc. & cler. Alba
10 & eius additio plene, conſil. 580. num. 38. Cæterum animi deliberatio exigit interuallum, vt ait idem Boſſius, eod. titu. de homicidio, num. 61. & tantum quidem, vt iuſte dici poſſit iratum ad ſe rediſſe, & iram depoſuiſſe aut repreſſiſſe, & quãtuis

uiſ aliqui voluerint id eſſe debere ſpatiũ viginti
11 quatuor horarum iuxta illud Ephe.4. Sol non
occidat ſuper iracundiam veſtram, vel commiſ-
ſum ſit arbitrio iudicis, l.1.in fine, ff.de iure delib.
attamen frequentius eſt, vt interuallum, 30.die-
rum deſideretur ex ſententia etiam noſtri ſena-
tus, qui ita iudicauit, vt poſt Deci.& Cagnol.l.
quicquid calore prope finem, de regul.iuris, ſcri-
bit Boſſius videndus eo.tit.de homicidio, num.
62.& ante eos egregiè proſequitur, vidẽdus om-
nino Lucas à Penna, in l.omnes omnino, in ver
bo, perſeuerẽt, C.de decurionibus, lib.11.& meo
12 iudicio ſine ſcrupulo, id procedit ſi cauſa iræ per
durauerit omnibus illis triginta diebus, quia om
ni momento eadem augetur propter exiſtentis
cauſæ quaſi continui ignis flammam, vt patefa-
cit exemplum à Boſſio allatum, eo.titu.de homi
cidio, ſub num.61. Maſcard.tract. probat.in ver
bo, minæ, concluſ.1061.num.10. & luculenter,
præſes Menoch.de arbitrarijs iudicũ, caſu 361.
num.21.cum itaque actum fuerit de facienda il
la pugna non deliberatè, ſed caſu dum in forum
conueniſſent, & alter alterum ad digladiandum
prouocaſſet, & laceſſiſſet, & cum id impediti ab
aſtantibus perficere nequirent, idcirco in proxi-
mum campum deſcenderint, dicitur equidem id
non ex propoſito, ſed caſu, & ex feruore iracun-
diæ eueniſſe, tum quia ſi quis caſu inimicum ob-
13 uiam habeat, & propter eius aſpectum ira com-
motus illum interficiat, non dicitur homicidium
commiſiſſe animo deliberato, vt commu.renun-
tiat Clarus, eo.§.homicidium, verſ.ex propoſito,
tum quia niſi impediti fuiſſent inuicem digladia
ri, ſe ad campum non contuliſſent, ſed in foro ſe
continuiſſent quo alter alteri obuiam caſu pro-
ceſſerat, & ſic apparet iniectum impedimentum
caſu, ibidem ortum, & iracundiam ex inimico in
uicem aſpectu, & ex ebullientis ſanguinis igne
renouatam potiſſimum in cauſa fuiſſe, vt ad cã-
pum iretur, & ex conſequenti omnem delibera-
tionem eius rei faciendæ excludi, tum denique,
quia calor rixæ antecedentis diei adhuc perdu-
rabat nec tam breui tempore, ſcilicet horarum,
18.poterat dici extinctus aut regreſſus, cum die-
rum interuallum requirat, vt ſuperius ex com-
muni Doctorum ſententia probauimus, & com-
probat egregius locus Sacræ ſcripturæ ſuper Ge
neſi, cap.27.nume.44.verſicu.nunc ergo, fili mi.
Quatenus Rebecca dixit Iacob.filio ſuo, vt fuge
ret ad Laban fratrem ſuum inquiens, habitabis
cum eo dies paucos donec requieſcat furor fra-
tris tui, & ceſſet indignatio eius, obliuiſcaturque
eorum, quæ feciſti in eum, & propterea ſiue pri-
mam rixam inſpiciamus factam hora vigeſima
tertia, antecedentis diei, ſiue eius renouationem
ſequutam hora decima ſeptima, ſequentis diei,
dicemus omnino iracũdiæ furore incenſum hãc
prouocationem feciſſe, & ex conſequenti defici-
te duelli communem diffinitionem, atque ſimul
14 noſtræ legis poenam; nam cui non conuenit defi-
nitio non congruit etiam definitum, Felin.in ca.
querelam, num.8.de iureiurand.& à quocunque
15 remouetur diffinitio, ab eodem etiam diffinitum
aufertur, l.mortis, cauſa, ff.de donat.cauſa mor-
tis, l.Quintus, §.cum autum, ff.de auro & argent.
legato, & vbi verba deficiunt deficit etiam diſpo
ſitio, l.4.§.toties, ff.de damno infecto, & vbi ca-
ſus eſſet etiam dubius prout tam clatus videtur,
ne ea poena ſit commiſſa interpretatio vtiq; fa-
cienda eſſet, ne pena tranſiliat proprium caſum,
16 nec tunc porrigi debet etiam ex vi rationis, licet
conſtitutio alias extendi poſſet, vt docent Abbas
in cap.fin. num.8. de iure patron. & Maſcardus
videndus in verbo, de non offendendo cautio,
concluſ.1136.num.13. & infra, nam capiendus
eſt is ſenſus, vt vel delictum excludatur, vel le-
uius afferatur, l.interpretatione, ff.de poenis, Boſ
ſius, titu.de poenis, num.13.& præſes Menoch.
trac.præſumpt.lib.6.præſumpt.49.num.2.& in
fra, & lib.5.præſumpt.2.num.primo, & Maſca.
concluſ.496.in verbo, delictum, num.1. & quõ-
ties agitur de imponenda poena alicuius ſingula
18 ris conſtitutionis, oportet in illo caſu comproba-
ri ad vnam vſque omnes qualitates in ipſa con-
ſtitutione expreſſas, & tanto magis ſubſtantiam
diffinitionis, alias poena non committitur, vt ab
omnibus receptum fore fatetur Clar.§.fi. quæſt.
85.verſ.vbi agitur.

Atque ita ex his arbitror hunc caſum eſſe ex-
tra cenſuram prænarratæ noſtræ conſtitutionis,
cum de duello non agatur. Quod & merito qui-
dem à iure diuino atque humano improbatum
eſt, quicquid concederet lex, ſeu magis lex lon-
19 gobardorum, c.1.& 2. de purgat.vulgari, & toto
titu.de clerico pugnante in duello, c. Monoma-
chiam, 11.q.5.c.1. de torneamentis, & Lucas à
Penna, & Ioan.Platea, in l.1. C.de gladiato.lib.
11.& Pariſius, videndus conſil.31.num.1.lib.1.
qui innumeros adducit, Boſſius titu.de iniurijs,
num.9. Nauarrus in ſuo Manuali, confeſſ.c.11.
num.39.& cap.15.num.9. Albericus late in ſuo
dictionario, in verbo, duellum, doctiſſimus Alcia
tus noſter in tract.de duello, & in pluribus conſi-
lijs, Dec.conſil.487.num.1. & 686. num.1. Soc.
Iun.conſil.123.num.1.parte ſecunda, & propte-
20 rea non poteſt etiam fieri autoritate, & de licen-
tia Principis, Diuus Thomas ſecunda ſecundæ,
quæſt.25.& com.dicit Iaſ.in l.ex hoc iure, num.
31.ff.de iuſt.& iure, Siluanus, conſil.51.num.1.
& propterea laceſſitus poteſt etiam ſuſceptum
duellum recuſare, Iaſ.conſi.144.vol.1. Cotta no
ſter in ſuis memorabilibus, in verbo, per duellio-
nis, Soc.eo.conſil.123.num.6. lib.2. & irrita eſt
omnis contraria conſuetudo tanquam potius
21 corruptela vti præbens peccãdi licentiam, quod
procedit etiamſi ad infideles cauſa huiuſmodi
pugnæ committendæ transferetur, vt tradit De-
cianus, trac.crimin. lib.2. de canonici iuris diffe-
22 ren.cap.19.num.4.& lib.5.de infidelitate, c.10.
num.14.& tam prouocato, quam prouocanti eſt
denegan-

Digitized by Google

deneganda Sacroſancta Euchariſtia, vt tradit
gloſ.eo.cap. Monomachiam,& ſentiunt alij iam
fusè relati,& hodie ex ſacroſancto Concilio Tri
dentino, ſeſſio.25. cap.19. de reformatione res
eſt expedita,cum deteſtabilem adeo duelli vſum
23 penitus ex Chriſtiano orbe exterminauerit ſub
grauiſſimis pęnis etiam conſultoribus,& ſpecta-
toribus indictis, & Sanctiſſimus Pontifex Cle-
mens Octauus, ſuis litteris promulgatis, die 2.
Septẽbris,anni 1592.hoc idem omnino,& peni
tus vetuit,quod ſane optima factum eſt ratione,
cum vindicta illatam iniuriam non tollat, nam
factum infectum reddi nequit,nec illata inde ci-
catrix,inflicta in alterum à te plaga,deleatur,ſed
potius augeatur, & ea ſit, vt præmonui Deo di-
mittenda atque magis obliuione extinguenda,
quam nouo maleficio renouanda,ſiquidem licet
ex Ariſtotelis Sententia,5. Ethicorum,facere,&
accipere iniuriam ſit vtrumque,in malis,attamẽ
grauius eſt facere iniuriam; violare enim alterũ
cum ſcelere coniunctum eſt,& vitio dandum,at
iniuriã accipere,nec in vitio eſt,nec coniunctum
iniuſtitiæ;vulgus autem aliter ſentit, dum putat
grauius eſſe pati,quam inferre iniuriam,inquiẽs
alterum percutere eſt malum,ſed longè peius eſt
percuti,atqui facile (meo iudicio)hæc diſcordia
ſedari poteſt, ſi diſtinguamus corpus, quod eſt
rationis expers,ab animo,qui eſt particeps,nam
ſi corpus inſpiciamus,vix nemo ibit inficias quin
tutius ſit alteri plagam infligere,quam accipere;
idque potiſſimum eſſe cauendum omnes clamãt
& enixe curandum, vt Crux,quæ piè,& religio-
sè defertur in mortuis ſepeliendis non ad tuam,
ſed potius ad alterius domũ comportetur, quid
mea? ſi ille languens, & defeſſus iaceat? modo
ego valeam? Verum enimuero res aliter ſe ha-
bet,ſi ad animum, vt decet referatur, nam tunc
ſpectamus tantum animæ detrimentum, quod
ęquidem graue ſit dum illatæ iniuriæ ſcelere con
taminatur,& propterea longè præſtat accipere,
quam facere iniuriam,abſtineamus igitur ab in-
iuria faciẽda poſtquam in ea ſemper peccatum
ineſt,& vbi eam acceperimus æquo animo fera-
mus, & innocentiæ præſidio eam propulſemus
nec vt ſæpe fit iniuriam iniurijs, aut peccatum
peccatis vlciſcamur, aut nos ipſos excuſemus in
eo ipſo in quo illatam iniuriam accuſauimus in
idemvè vitium incidamus, quod illi obijcimus,
iubet.n. Chriſtus dux noſter, & cuius milites ſu-
mus,vt diligamus inimicos noſtros,& beneficia-
mus his,qui oderũt nos,eiq; præpotẽti Regi vin
dictam demus, & ipſe retribuet,meminerimuſq;
vltionem eſſe voluptatem minuti ſemper,& infir
mi animi, & eum qui dolorem inferre, & vlciſci
iniuriam ſatagit, amara ſollicitudine ſemper ani
mi pendere,& valde pati, dum anxius eſt,ne diu
exoptata vltio non contingat,magnanimi, & li-
beralis atque Cæſariani animi eſt iniurias remit
tere ;nihilque eſt maius ea eleemoſyna quã ex
corde dimittimus quod in nos quiſque peccauit
cum manifeſtiſſimæ bonitatis perfectæque vir-
tutis ſit inimicum quoque diligere,& ei bonum
facere,cum tamen ille tibi malum velit,& ſi po-
teſt faciat,& ſane iniuriarũ remedium optimum
eſt obliuio, grauiſſimaſque iniurias maximè con
cordiæ cauſa volũtaria obliuione conterere eſt
valde honorificum, & vtile, & cum iniuria ſit,
quæ aut pulſatione corpus aut cõuitio aures,aut
aliqua turpitudine vitam cuiuſpiam violat, &
per conſequens, cum iniqua res ſit non iure fa-
cta magis afficit eum,qui infert, quam qui acci-
pit præcipue ſi in eo eluceat vitæ integritas,& in
nocentiæ, quæ vehementer iniquitatem illatæ
iniuriæ auget, acerrimeque admiſſum in te ma-
leficium vindicant recta tua conſcientia, ſeueriſ-
ſimæ leges,& Deus Optimus Maximus,& quo-
tidianum beneficium à te pro accepto beneficio
in maleficium collatum,quæ generoſa res ita eũ
confundit, vt ipſemet à ſe ipſo de ſe grauem ſu-
mat vindictam,atq; tanquam candentes carbo-
nes ſibi adurat capillos iniquitatis,& eo rem per
ducit,vt victo malo in bonum is idem interdum
ſui erroris, & lapſus cognita veritate petat ve-
niam,& ſicut placidum mare ex aſpero, & cælũ
ex nubilo hilari aſpectu ſentitur,ita ipſi ex inimi
cis amicitia,& neceſſitudine ſimul iungantur of-
fenſarum acerbitate depoſita, bellumque ipſum
pace mutatum plurimum gaudij affert, & velut
amantium ira amoris reintegratio eſt. Sed mihi
iam ſatis ſuperque dixiſſe videtur de prima quæ
ſtione.

Ad ſecundam Reſpondeo cum edictum pro-
mulgatum anno 1596.mẽſe Iulij Iuſſu Illuſtriſ-
ſimi Cardinalis Federici Borromei Archiepiſco
pi Mediolani,vigilantiſſimi prohibeat ne clerici
deferãt ſclopos rota munitos,&vbi contraueniã-
tur,velit,vt incurrant inter aliàs in pęnam excõ-
municationis, videtur pęna à iure impoſita ita
vt non ſit opus alia ſententia ad infligendam ip-
ſam excõmunicationem,ſiquidem vbi lex aſcri-
25 bit pęnam excommunicationis per verba futuri
temporis, vel per verba dubia, quæ poſſent eſſe
futuri optatiui,vel pręſentis indicatiui,vt eſt ver-
bum incurrant in excommunicationem, ſemper
à iure impoſita pęna cenſetur,vt eſt gl.quæ loqui
tur in terminis verbi incurrat, in clem.1.in.ver-
bo,incurrant,de vſuris,& docet Alexand. in ad-
dit.ad Bartolum,in l. Imperator, in litera K.in-
cip.verbo,mox,ff.de iure fiſci, & in terminis no-
ſtris verbi incurrant, tradit Felin.videndus in c.
Rodulphus,nu.24. & ante numerum 27.& me-
lius ante numerum 34.de reſcriptis, Alba in pun
cto de quo nos agimus,conſil.465. num.2. Na-
uar.in ſuo Man.confeſſorum, ca.27.ante nume-
rum 250. verſiculo dico, aliud enim dicendum
videbatur ſi vſus fuiſſet verbo, excommunicen-
tur,quia tũc requiritur iudicis pronuntiatio pro-
ut in clerico deferente arma loquitur tex. in c.2.
de vita & honeſt.cler.

Cæterum licet non exigatur declaratio iudi-
cis ſu-

ciſ ſuper iure, ea tamen depoſcitur ſuper facto,
an ſcilicet commiſſum ſit, etiamſi illud diceretur
manifeſtum, & notorium, quia adhuc ſuper ea
26 qualitate declaratio exigitur citata parte, & ſer-
uatis ſeruandis, & licet a ſententia excommuni-
cationis appellatio denegetur: attamen ab huiuſ
modi declaratione ſuper facto conceditur, & to-
tum negotium ſuſpendit, c. cum ſecundum, de hę
reticis, in 6. & in puncto declarat Felin. eod. cap.
Rodulphus, num. 35. verſic. ſed declaratoria, &
infra pluribus ſequent. & communem dicit Ga-
briel. lib. comm. titu. de criminalibus, concluſ. 11.
num. 6. & concluſio. 12. per totam ipſam con-
cluſionem.

Ad tertiam dico licet excommunicatus, vel
27 aliter ſuſpenſus, ſi audeat facere, vel miſſam cele
brare propter contemptum, & propter eius te-
meritatem fiat irregularis, c. 2. & c. fin. de clerico
excommun. miniſtrante, c. 1. §. caueant, vbi videa
tur Philippus Francus, num. primo, & Gemini.
qui loquuntur in celebratione, de ſentēt. excom-
municat. lib. 6. Innoc. in cap. fin. de exceſſib. præ-
lat. & idem Gemin. in cap. primo, §. ſciturus, nu-
me. primo, de ſent. & re iudic. & commun. dicit
Nauarrus in ſuo Manuali confeſſorum, c. 27. nu
244. & Beatus Antonius Archiepiſcopus Florē
tinus, trac. de irregularitate, c. 1.

Attamen quicquid ſit in foro interiori, in fo-
ro exteriori, arbitror hunc non teneri ea irre-
gularitatis pœna propter huiuſmodi celebratio-
28 nem, cum nondum ſit ſecuta declaratio ſuper fa
cto, tum quia huiuſmodi factum non poteſt dici
notorium, nec ita neceſſario probatū, quin reus
poſſit contrarium docere, tum etiam quia poteſt
eſſe excuſatione dignum, vel quia ex iuſta cauſa
29 detulit ſclopos illos, vt puta ad latronum terro-
rem, præſertim ſi viæ ſuſpectæ ſint, vel ad neceſ
ſariam defenſionem, vel ad propulſandam iniu-
riam, inſidiarumve periculum, quod in viatores
intenditur, cum non ſemper eueniat, vt viator à
latrone, ſed nonnunquam etiam latro à viatore
bene armato occidatur, atque ab iſtius bene mu-
nita manu repentinus illius iti cum impetus re-
primatur, & petulantia frangatur, aut ſaltem fu
ror retardetur, vt docet gl. in c. 2. de vita & hone
ſta. cleric. & ſecundum quam debet ipſum decre
tum intelligi, cum interpretationem capiat à iure
30 communi, gloſ. & Felin. in c. ex tenore in verbo,
mandato, de ſent. excommu. & in c. cauſamque,
ſub num. 4. verſic. interpretatio, de reſcript. tum
denique, quia potuit abſolui in foro conſcientię,
& licite ſacrificium facere, maxime cum hodie
ex Sacroſancto etiam decreto Concilij Triden-
tini ſeſſione 24. cap. 6. Epiſcopi poſſint diſpenſa-
re circa occultas irregularitates, & id tanto ma-
gis cum idem Illuſtriſſimus Cardinalis earum
pœnarum abſolutionem, & arbitrium ſibi in eo
edicto reſeruauerit, & illud poſtea, eius Vicarijs,
& pœnitentiarijs delegauerit, à quibus, caſu quo
31 eam ſubijſſet, eſt credendum hunc veniam petijſ
ſe, & abſolutionem obtinuiſſe, cum in foro exte-
riori quis non ſit in dubio irregularis dijudican-
dus, l. merito, ff. pro ſocio, & ſcribit idem Nauar-
rus in ſuo Manuali, cap. 27. num. 193. & propte-
rea hodie per extrauagantem Martini Papæ
Quinti, quam refert idem Nauarr. eod. cap. 27.
num. 35. ſtatutum eſt, vt excommunicatus, vel
32 aliter ſuſpenſus etiam à canone, antequam ſequa
tur declaratio ſuper facto, poſſit licite in foro ex-
teriori omnes actus exercere, maxime quia pro-
pter litis pendentiam non poteſt dici, quod res
ſit adeo manifeſta, & notoria, vt nulla tergiuer-
ſatione poſſit celari, aut excuſatione aliqua tegi;
& ita ſeruari, & iudicari apud Sacrum Rotæ Ro
manæ auditorium teſtantur Felin. in cap. ad pro
bandum, num. 5. de re iudicata, & idem Nauar-
rus, videndus in ſuo Manuali, cap. 23. num. 104.
& conſi. 65. num. 4. lib. 5. ſub titu. de ſent. excom
mun. & conſil. 15. num. 7. de pœnit. & remiſ. eo.
lib. parte ſecunda, & conferunt ſcripta ab Abba
te, Baldo, & alijs, in c. fin. de temp. ordina. & in c.
fin. de cohabitat. clericorum, & mulierū, vbi pro-
33 ſequuntur ſpecies notorij, & quam vim habeat
in re de qua nos agimus; & confirmatur eo, quod
in multo fortiori caſu ſcribit idem Nauar. in ſuo
34 Manuali, c. 27. num. 239. quatenus concludit eū
qui occultiſſime aliquem occidit, licet à canone
ſit ipſo iure, & facto ſuſpenſus, c. inquiſitionis, pri
mo reſponſo de accuſat. & glo. in verbo, homici-
dij. in c. fin. de temp. ordinat. & tradit Beatus An
tonius, eo. trac. de irregularitate, cap. 6. num. 11.
poſt debitam contritionem, & confeſſionem poſ
ſe ante diſpenſationem ſacrum facere, & miſſam
celebrare, ſi dubitari poſſet eum miſſæ intermiſ-
ſione infamiæ turpiſſimam notam ſubiturum fo
re, nam famæ conſeruatio præſtat legi humanæ
de abſtinendo ſe à faciendo, quod extendit ad
omnes alios occultos excommunicatos; cum ita-
que, & multi neſcirent an propter delatum ſclo-
pum excommunicationis pœna daretur, & an is
eſſet ita conuictus, vt excuſationem nō haberet,
ne eius famæ ea nota inureretur, potuit præce-
dente debita confeſſione prout eſt credendum
35 eam præceſſiſſe, miſſam celebrare, & iſta pars in
foro exteriori benignior videtur, & ideo in du-
bio amplectenda, etiam in materia irregularita-
tis, c. ſignificaſti, il primo, de homicidio, & ſentit
Nauarrus, cap. 27. num. 193. quicquid ſit in foro
interiori, in quo in dubio, an irregularitas ſubſit,
nec ne, debet quis tutiorem viam eligendo ſe à
celebratione abſtinere, vt declarat Felin. in cap.
ad audientiam, num. 1. de homicidio.

Ad tertiam, vbi & poſtquam declaratus fuiſ-
ſet, aliquid huiuſmodi admiſiſſe vnde incurriſſet
in canonis, ſeu edicti excommunicationem, cele-
brare adhuc auſus fuiſſet, & ex conſequenti irre-
36 gularitatem ſubijſſet, puto, nedum ab officio, ſed
etiam à ſacerdotio ſeu beneficio deponendum,
cum vnum detur propter aliud, vt eſt textus, in
cap. latores, & ibi bona, gloſ. in verbo, ab officio,
& in

& in c.2. & vbiq; videatur Abbas de clerico ex-
commun.miniſtrante, ſed caue, quia hæc priua-
tio non inducitur ipſo iure, ſed requiritur ſenten
37 tia, ſecus ſi ageretur de collatione noui ſacerdo-
tij ſeu beneficij, quia ipſo iure eſt illius quæren-
di incapax, ſi agamus de irregularitate, quæ cul-
pam habeat ipſius promouendi, vt diſtinguit
Nauarrus eod.c.27.num.251. & 252. & hæc iã
ſufficiant ſaluo ſemper ſaniori iudicio, & maxi-
mè Sacroſanctæ Matris eccleſiæ cuius grauiſſi-
mo, & integerrimo iudicio veritatis pleno me
totum dedo, & hæc qualiacunque ſint humilli-
me ſubijcio.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO I.C. EX COLLEGIO Mediolani Ferdinando Brugora.

ARGVMENTA.

Filius ſi ad præſentiam patris confeſſus fuerit pecunias dotales recepiſſe, an probare poſſit re ipſa patri, non ſibi numeratas; eiuſque confeſſionem errore imbutam fuiſſe.

Veſtes nuptiales, & iocalia an præſumãtur à filio, vel à ſocero empta, & in iudicio familiæ erciſcundæ, quænam ratio earum ſit habenda.

SVMMAE RERVM.

1 *Actio reſtitutionis dotis eſt in patrem dirigenda, qui ſe ad eam reſtituendam obligauit.*
2 *Pater & filius ſi dotem receperint tota præſumitur ad patrem perueniſſe maximè ſi pater adminiſtret.*
3 *In filiosfamilias, qui cupiunt eſſe patresfamilias, & domini.*
4 *Dos nurus in iudicio familiæ erciſcundæ, velut æs alienum eſt deducenda.*
5 *Confeſſionis probatio omnem aliam probationem ſuperare videtur.*
6 *Pater & filius vna & eadem perſona dicuntur, & ideo quod vnus poſſidet alter poſſidere cẽſetur.*
7 *Solutum mihi cenſetur, quod alteri mea voluntate ſolutum eſt.*
8 *Noſtra facimus quibus noſtram auctoritatem impartimur.*
9 *Solutio facta marito, cẽſetur facta vxori, ſi de eius voluntate fiat.*
10 *Ambiguum dicitur quod multiplicem habet ſenſum.*
11 *Ambiguitas, vt declaretur, & pateſiat, omni ſtudio curare debet Iudex.*
12 *Declarans nihil noui facit.*
13 *Declaratio, quæ fit ſuper re dubia, noua non dicitur diſpoſitio.*
14 *Error propriæ confeſſionis etiam geminatæ probari poteſt.*
15 *Error in facto proprio quando agitur de damno euitando probari poteſt.*
16 *Reuerentialis metus præſumitur in filio cum patre contrahente.*
17 *Confeſſio inter alios facta, & non acceptata facilius reuocari poteſt etiamſi iurata ſit.*
18 *Confeſſio incidenter prolata non probat, vbi de ea in alio iudicio diſputari contingat.*
19 *Confeſſionis propriæ probatio admittitur, & quæ ab euidentia rei emergit, quando etiam probationis facultas eſſet excluſa.*
20 *Confeſſus pro condemnato & iudicato habetur.*
21 *Confeſſio iurata, non præſente etiã parte operatur.*
22 *Dotalis pecunia ad patrem perueniſſe cenſetur.*
23 *Pecunia dotalis, ſi pater adminiſtret ad eum perueniſſe cenſetur, licet filius confeſſus fuerit eam habuiſſe.*
24 *Pater & filius dicuntur vna & eadem perſona.*
25 *Filius recepiſſe dicitur, quod patris miniſterio recepit.*
26 *Confeſſio eſt ſimul faſſio, & vterq; debet loqui, & tertio non oritur actio niſi ille acceptauerit.*
27 *Erranti non fatetur.*
28 *Error in facto proprio probari poteſt, ſi aliqua adſint coniectura.*
29 *Iuramentum non ſupplet conſenſum.*
30 *Exceptioni non numeratæ pecuniæ, qui renuntiauit, poteſt probare pecuniam non fuiſſe numeratam.*
31 *Confeſſio quando non eſt veriſimilis minimè probat.*
32 *Accepiſſe ipſe videtur, qui per alium accedit.*
33 *De toto ad totum quod iuris eſt, idem de parte ad partem.*
34 *Error probatur probando rem aliter ſe habere.*
35 *Confeſſio etiã iurata poteſt probari errore imbuta.*
36 *Iuramentum veritatem confirmat, ſed non reddit quod falſum eſt verum.*
37 *Inter aſſertorium & promiſſorium iuramentum differentia eſt.*
38 *Ex veriſimilitudine ſola iudicia ſæpe diffiniũtur.*
39 *Veriſimilitudo eſt omniũ interpretationum caput.*
40 *Dos vbi eſt, ibi debent eſſe onera.*
41 *Veſtes & iocalia præſumuntur empta à Socero qui dotem recepit etiam ſi penes nurum reperiãtur.*
42 *Impẽſa præſumitur facta ab eo, qui pecuniã recepit.*
43 *Filius quod habet, ſi dubitetur an acquiſiuerit ex bonis paternis, vel aliunde non poſſidenti, incũbit onus probandi.*
44 *Filius vbi ſit induſtrius, præſumitur, quod habet eius induſtria acquiſitum.*
45 *Acquiſitum præſumitur quid ex pecunia propria non autem aliena.*

46 Veſtes

Digitized by Google

45 Veſtes quotidianæ etiam facta ex patris iuſſu, & pecunia,& nurui tradita, & in hæreditate reperta, nõ ſunt communicanda; ſecus ſi fuerint pretioſa, & feſtiua.

47 Veſtes & iocalia, ſunt conferenda talia, qualia reperiuntur tempore diuiſionis.

48 Pater proteſtari debet tempore quo conficit veſtes nurui, illas facere animo eius pretium repetẽdi.

49 Patris declaratio circa veſtes factas nurui debet eſſe iuramento communita.

50 Dotis fructus qui percepit debet matrimonij onera & impenſas agnoſcere.

CONSILIVM CCXLII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

Qvatenus arbitri condemnauerunt Petrum Franciſcũ Brugotam ad reſtitutionem mediæ partis aureorum 3800. dotis Diamantæ Putheæ verſus Iuriſconſultum ex Illuſtr. Collegio Mediolani, Ferdinandum eius fratrẽ, videtur eorum ſententia, vti iuri, & æquitati valde conſentanea confirmanda ab integerrimo Senatore Mario Conrado appellationis iudice delegato.

Nam cum Senator Galeatius Brugora communis pater ſe obligauerit, & in ſolidum, ad dotis receptæ reſtitutionem, & eius voluntate ma-
1 trimonium contractum ſit, actio in eum eſt danda, l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, ff. ſol. mat. & com. dicit Corn. conſil. 256. ſub nu. 6. verſic. tamen in caſu noſtro, vol. 1.

Quæ concluſio adeo vera eſt, vt etiamſi pater & filius ſimul confeſſi fuiſſent dotẽ recepiſſe adhuc ad patrem pecunia cenſeatur perueniſſe, iſ-
2 que in ſolidum teneatur, licet alias actus pro virili cuilibet tribuatur per regulam, l. reos, ff. cum in tabulis, ff. de duob. reis. Vbi tamen pater onus domus, & eius gubernationem ſuſtineret, & diligens, & diſcretus eſſet pater familias, & omnium adminiſtrator, & ſub eius imperio filij viuerent & ab eo tanquam domus capite omnia penderent, & ad quem velut negotiorum omnium fontem, omnia data, & accepta omniavè commoda, & incommoda referuntur. qualis erat Senator Brugora, ſiquidem arguendo a communiter accidentibus, quod argumenti genus in iure noſtro magnam vim obtinet, in quacunque re interpretanda, non eſt veriſimile, vt pater, qui in bonis etiam aduentitijs filij vſumfructum habet, & qui pro filio, & nuru maximas impenſas facit, eoſque & totam familiam ſuo ſumptu alit, & qui diligens eſſe ſolet pater familias, voluerit tũc adeo negligens eſſe, vt cum ſui vſusfructus iactura, & rei amittendæ periculo committere voluerit adoleſcenti filio tantã pecuniæ ſummam, ad incertum caſum, hoc equidem eſt valde alienum à veriſimilitudine, & ideo minime credendum: nam vt ait Cicero primo ad Herennium, 16. Veritas ſine veriſimilitudine fidem facere non poteſt, & cum eam iudex omnibus poſthabitis ſequi debeat in iudicando, nuſquam ab ea diſcedet, maximè in faciendo familiæ erciſcundæ iudicio inter fratres, in quorum diuiſionibus plurimum æquitas, & hæc veriſimilis ratio eſt ſpectanda, vt in terminis conſuluit videndus omnino Curt. ſen. conſil. 53. quem refert, & ſequitur præſes Menoch. de præſumptionib. lib. 3. præſumpt. 14. num. 11. & qui contrarij auctores referũtur ſunt intelligẽdi, vel vbi pater non adminiſtraret, & vbi aliæ qualitates ſuperius enarratæ deeſſent, vel vbi quæſtio eſſet inter nurum, & ſoceri filios, non autem inter ipſos filios, & ſicut optimum eſt eius filij conſilium, qui rei familiaris adminiſtrationem, & curam prouido patri dimittit, ita mehercle valde pernicioſum capit is filiusfamilias conſilium, qui tantum ſibi temerè & arroganter ſumit, vt ante tempus domus gubernacula ipſe ſolus patre excluſo, ac neglecto prehendere velit, quod eſt in peruerſo aliquo more poſitũ; Satagũt. n. multi ex filijs familias, patresfamilias, & ex ſubditis dñi euadere, eoque
3 res pducũt, vt ſæpe filij ipſi ante diẽ patrios inquirant in annos, putantes magnam ineſſe voluptatem in imperando, in explendiſque pro ſuo arbitrio cupiditatibus in rebus ipſis adminiſtrandis, in excipiẽda turba matutinæ ſalutationis, dum ad eũ confluunt, tanquã ad oĩum rerum fontem, quo facilè cupiditatis ſitis expleri, & ſatiari poſ- dum eundem omnes, velut cuiuſque negotij caput conſectantur, dum eundem quaſi dominum dignitate cæteros antecedentẽ, & ex cuius vnius prouidentia, & iuſſu ferè omnium vita pendeat, cultu quodam, & honore reuerenter colunt, nimiſque inſolenter gloriantur in eo ſtatu conſtitutos eſſe, vt imperent, arbitrantes munus ſeruile eſſe alij obtemperare, ſed mirificè meo iudicio falluntur, nam in hac ipſa imperãdi gloria ineſt, & latet tanquam anguis in herba duriſſima ſeruitus, & neſcio quid quod ſenſus iudicat dulce, cum tamen valde amarum ſit. quid ſibi vult illa grauis cura, quæ patrem familias, & dominum quotidie ſolicitat, intimiſq; ſenſibus angit vehementer, vt familiæ, commiſſovè gregi tanquam paſtor optimus conſulat, vt agros colendos curet, vt ad victum, & ad veſtitum neceſſaria paret, vt vim iniuriasvè propulſet, vt multitudinẽ litium, & varietatem cauſarum, quæ in dies exoriuntur ſuſtineat, & tueatur, ſi quid aduerſi euenerit ſtatim ad eum defertur, inquiuntvè delatores, hũc deuora bolum, tua eſt hæc cura, & prouincia, hic eſt gloriæ patris familias delicatus cibus, tuæ ſunt partes, vt tanquam medicus, Imperator, & gubernator optimus circumſpicias omnes procellas, quæ impendent, & in tempore ingraueſcentem morbum, paratas inſidias, & turbulen-

bulentas tempeſtates ratione prouideas, & cum
res admodũ difficilis ſit, fluctuat animus, & huc,
& illuc paulo momento impellitur, noctesque &
dies exeditur, & niſi celeriter medicinam, & cu-
ram adhibeas, quaſi id in tua manu poſitum ſit,
cum tamen longè multum abſit, ſtatim obtrecta
torũ ruſtica vox, & agreſtis, velut fremitus mur-
murantis maris in te fremit & ſonat, te ipſum de
negligentia, & imprudentia, & imbecillitate gra-
uiter accuſat, infœlixque eo traheris, vt nullum
prorſus requietis interuallum habeas, atque iure
merito quieti filiorumfamilias, imo & ipſorum
famulorum, qui ſine cura ſub tua cura degunt, in
uideas, ſæpiſſimeque doleas, cur patrisfamilias,
vel domini perſonam geras, quæ alienis commo
dis aſſiduè ſeruiens miſeriarum plena eſt; vnde
tandem merito agnoſcis valdè nocere leuem iſtã
& ambitioſam imperandi voluptatẽ, tanto mihi
crede empta pretio; paucis eſt contenta natura,
præter victum, & veſtitum, quid habet paterfa-
milias quod ſuum ſit? hoc eodem fruitur filiusfa-
milias, ſed diſſimili ratione, & conditione, nam is
ſine cura hoc gaudet bono, alter ſine gaudio ea-
dem re potitur, aſſiduis curis iactatus, & quod ma
ximum ſemper arbitratus ſum, ipſemet in pericu
lum animæ, atque in vitæ diſcrimen pro aliis ſe
infert, cum hæc non ſolum cura, ſed perdifficilis
procuratio eundem multis officijs implicatum,
& conſtrictum teneat; & propterea cum Decius
Imperator Decium filium ſuũ Imperatorio dia-
3 demate proponeret inſigniri, renuit filius, dicens,
vereor ne ſi fiam Imperator, dediſcam eſſe filius,
malo nõ eſſe Imperator, ſed humilis filius, quàm
Imperator, & indeuotus filius; Imperet pater
meus, meum Imperium, ſit parere humiliter im-
peranti; nam parentum affectum exuit, qui mo
le ſuperpoſita filium extinguit, & idcirco longè
meo iudicio fœlicior eſt conditio obedientis,
quàm imperantis; nam ille vnam habet curam,
vt ſuam voluntatem ad eam imperantis libenter
& ſua ſponte accommodet, iſte autem in ſuper-
ba illa imperandi libertate complures experitur
grauiſſimas ſeruiendi curas, quæ eum ſolicitum,
& infœlicem faciunt.

Cum itaque pater in caſu noſtro expreſſim,
& inſolidum ſit obligatus, vt in inſtrumento do-
tali legitur, pecuniamque ad eum perueniſſe pa-
lam faciant, & tot iuris coniecturæ, & probatio
veritatis per duos teſtes conteſtes facta, & manãs
à confeſſione propria ipſius Senatoris Brugoræ,
quatenus ſæpius dixit, & teſtatus eſt de pecunia
dotali has feciſſe impenſas, illa emiſſe prædia, cer
tum eſt, vt in diuiſione paternorum bonorũ dos
4 ipſa velut æs alienum ſit inprimis, & ante om-
nia deducenda. l. ſi filiæ, §. 1. ff. familiæ erciſcun-
dæ, l. 2. C. eodem titulo, vbi Azo num. 20. & l. 1.
de dote prælegata. idem Præſes Menochius con
ſilio 12. num. 25. vol. 1.

Nec huic veriſſimæ concluſioni aduerſatur,
vt ſcilicet ex quo Iuriſconſultus Ferdinandus cõ
feſſus eſt in inſtrumento dotali ſibi numeratam
fuiſſe pecuniam per manus Ioan. Baptiſtæ Cru-
cei non debeat audiri volens probare patri fuiſ-
ſe numeratam, tanquam proponens contraria,
in quorum vno mendacium ineſſe neceſſarium
eſt, imo hæc eius iurata confeſſio præſtare omni
no debeat contrariæ probationi teſtium, & tan-
5 quam fortior omnes eius virtutis neruos elidat,
& proſternat, ad notata in l. 1. C. de fur. l. ſcriptu
ræ. C. de fide inſtrumẽtorum, & Dynum in cap.
nullus, nu. 3. de reg. iuris in 6. Decium in l. nemo
ex his, num. 7. ff. de reg. iuris. Fely. in c. imputari,
nu. 5. de fide inſtrumentorum, quia multifariam,
multisque modis hæc diluitur argumentatio.

Et primo, quia cum pater & filius iuris inter-
pretatione vna, & eadẽ perſona cenſeantur, vna
caro, vna vtriuſque vox, & alter ſit alterius pars,
6 recte dicere poſſumus pecuniam patri numera-
tam cenſeri numeratam filio. l. fi. C. de impub. &
alijs ſubſtit. §. ei vero qui, inſtit. de inutilibus ſti-
pulat. & cum patris, & filij promiſcua, & com-
munis ſit poſſeſſio, & quaſi vnum corpus, merito
quod vnus poſſidet, alter ſaltem iuſta iuris inter-
pretatione poſſidere intelligitur. l. vltima. C. de
vſufructu, & inquit Baldus in l. 2. in fine. C. de
legitimis hęredib. & fuſe pro antiquo more pro-
ſequitur Tiraqu. videndus de iure primogenio-
rum, quæſt. 40. nu. 28. & fuſius in l. ſi vnquam, in
pręfatione, nu. 15. & infra pluribus ſequentibus.
C. de reuocandis donat. & optime confert quod
ſcribit Corneus eo. conſil. 256. ante num. 7. ver-
ſi. concludo, vſque ad verſiculum, non obſtant in
contrarium, volum. primo, quatenus ait ſicut
pars mulieris cenſetur eius pater, vel alius qui
dotem pro ea conſtituit, ita & pars viri cenſetur
eius pater qui ad dotis reſtitutionẽ eſt aſtrictus,
prout eſt obſtrictus D. Senator Brugora.

Secundo, quod alteri mea voluntate ſoluitur
7 mihi ſolutum cenſetur. l. etiam. ff. de iure do-
tium. l. nihil. C. de ſolut. vbi aperte dicitur, nihil
intereſt an creditori pecunia ſoluatur, vel alteri
ex eius voluntate numeretur, quod probat in ter
minis noſtris gloſ. in verbo, ex voluntate mariti,
in l. ſi cum dotem, eo. §. tranſgrediamur. ff. ſol. ma
trim. cuius traditionem vno aſſenſu ibidem ſe-
quuntur omnes ſcribentes, nam actus aſcribitur
mandanti, vt ait Crauet. conſil. 122. num. 3. &
noſtra facimus, quibus vel noſtram voluntatem
8 accommodamus, vel auctoritatem noſtram im-
pertimur. l. 1. §. neque omnia. C. de veteri iure
enucleando, & qui per alium facit per ſe ipſum
facere videtur. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma-
ta. l. ita autem. §. geſſiſſe. ff. de adminiſtratione
tutorum, & ideo ſolutio facta creditori credito-
ris, de eius voluntate cenſetur facta creditori im-
9 mediato, & ſolutio facta marito dicitur facta
vxori, ſi illa eius conſilium & conſenſum accom-
modauerit. l. cum maritum. C. de ſolut. & tradit
Alba conſi. 469. num. 2. 3. & 4. cum ergo hæc pe-
cunia patri numerata fuerit ex filij voluntate,

rectè

rectè idem filius dicere potuit ſibi numeratam
fuiſſe, quandoquidem iuris interpretatione ita
cenſendum ſit.

Tertio cum illa verba numerationis poſſent
intelligi,& ſecundum ipſam veritatem, & ſecun
dum hanc iuris interpretationem, propter hunc
duplicem ſenſum dubia ambiguavè dici pote-
10 rant; nam ambiguum eſt cum duæ differentes
ſententiæ accipi poſſunt, & ſi quando aliud in
ſententia eſſe videatur, aliud in verbis,genus eſt
quoddam ambigui, quod ex præterito, verbo,
fieri ſolet, in quo, quod eſt ambiguorũ propriũ,
res duas ſignificari videmus, vt inquit Cicero de
Oratore,& ex noſtris affirmat Bald.in l.hac con
ſultiſſima,num.5. C.qui teſtam. facere poſſunt,
poſt gloſ. in l.quoties, in verbo, ambigua, ff.de
verbor. obligat. l. certum, ff. de confeſſis, c.ad
hæc,& cap.nonnulli,de reſcript. Bart.in l.in am-
biguo,ff.de reb.dubijs, Crauet.conſil.9. numero
33.merito ad vitanda ambigua, & ad omnem
dubitationem tollendam potuit fieri, & debuit
recipi ea teſtium probatio & eorum explanatio
adhiberi qua veritas rei geſtæ comprobaretur,
& doceretur pecuniam re ipſa patri numeratam
fuiſſe, & ſic quatenus filius confeſſus eſt ſibi nu-
meratam fuiſſe pecuniam,dicendum eſt,intelle-
xiſſe de numeratione non vera, ſed interpretata
ſeu ficta, nec propterea probatio confeſſioni di-
citur repugnare, ſed magis eam declarare, & cũ
inuicem ſe compatiantur, & ſimul conueniant
admitti omnino debet, & vt id fiat debet iudex
11 omni ſtudio inquirere quo magis quod multi-
plex eſt obſcurum aut ambiguum diſtinguatur,
vt ait Iuriſconſul. ead.l.certum, ff. de confeſſis,
gloſ.in l.vbicunque,ff.de interrogat.actio.& do-
cet Bartol. videndus in ſuis quæſtio. quæſt. 14.
num.7. 8.& 9.& cum hæc probatio potius dica-
tur declaratio præcedentis numerationis, quàm
filius ſibi factam fuiſſe faſſus eſt, & quæ ambi-
gua erat,cum poſſet intelligi, & ſecundum veri-
tatem,& ſecundum fictionem,aut iuris interpre
tationem, ea ratione,quia facta patri ex ſua vo-
luntate ſibi facta cenſeatur, conſequitur, vt non
dicatur correctio,aut contradictio,vel repugnã-
12 tia;ſi quidem, qui declarat, nihil noui facit, aut
corrigit,ſed iam factum aperit, & id quod mul-
tiplicem ſenſum habere poteſt diſtinguit, & pa-
tefacit, l.hæredes palam, §. ſed etſi notam, ff.de
teſtam.l.aſſe toto, ff.de hæredib.inſtit. Dec.in l.
13 ædita, num.47. C.de edendo, Felin.in cap.2.nu-
me.16. verſicu.item illam fallentiam, de libelli
oblatione:& quando eſt interpretatio, & expli-
catio ſermonis dubij tunc propriè dicitur decla-
ratio,& non contradictio, vt affirmat Alba con-
ſil.602.num.9.& infra, Alciat.præſumptio.35.
num.10.reg.3.Bartho. Bertazolus, conſil.crimi
nal.54.nu.2.& 3.& mehercle debemus omnino
effugere,quæ obſcuram reddũt orationem,& eo
vti ſermone,qui notus eſt omnibus, & ita faci-
lis ſit,vt facilimè intelligatur, elegans tamen ſit
propter propriorum verborum delectum, qua
in re meo iudicio primas dare debemus puriſſi-
mis primis libris commentariorum Cæſaris, &
magna meo iudicio vituperatione digni ſunt,illi
qui ita obſcuris verbis, & abſtruſis elocutioni-
bus,vtuntur, vt vix vllus reperiatur, qui intelli-
gat, quid dicere vellent, & tempus, quod eſſet
ponendum in ſententiæ veritate exquirenda;cõ-
teratur in verborum ſenſu, & intelligentia quo
fit, vt merito dicatur, ſatius eſſe mutum, quam
quod nemo intelligat, dicere: vt hoc igitur vitiũ
effugiatur,& ſermone eo vtamur,qui apertus,&
perlucidus ſit atque illuſtris habeatque elegan-
tiam,compoſitionem, atque dignitatem.

14 Quarto eſto etiam citra veri præiudicium,
quod ageretur de probatione directo contraria
ipſi confeſſioni,attamen adhuc confeſſio ipſa tã-
quam errore imbuta probando rem aliter ſe ha-
bere, nocere non deberet, imo etiamſi geminata
fuiſſet, & acceptata reuocari poteſt, nam omni
rationi conuenit, vt in quacunque diſpoſitione
error tollatur, & corrigatur, vt fusè proſequitur
Pariſius conſil.131.num.32.& infra,lib.primo,
& magis commun. dicunt Gabriel lib. commu.
titu.de confeſſis, conclu.5. Maſcard.videndus in
verbo, confeſſio erronea concluſ.378.& quam-
uis id non habeat locum in facto proprio, quia
15 tunc error nõ probatur probando rẽ aliter ſe ha-
bere,ſed alia requirantur de quibus agit, Maſcar
dus concluſ.642.in verbo, errôr an probetur,at-
tamen error in facto proprio etiam probatur,ſi
oſtendatur rem aliter ſe habere quam enunciata
ſit,vt probat Crauet. videndus conſil.693.num.
8.& conſil.954.num.1.& conſil.pro genero,nu.
472.& id maximè procedit ſi vnus agat de dam
no vitando, vt in caſu noſtro verſatur ipſe I.C.
Ferdiãdus,& alter tractet,de lucro, prout agit
Petrus Franciſcus eius frater, vt optimè diſtin-
guit Ruinus conſil.10.num.16.vol.3. Crau.con
ſil.666.num.16.& conſil.422.num.12.& conſi.
956.num.10.& conſil.969.num.4. & Alba cõſ.
265.num.32.& alibi ſæpe, tanto magis cum in
caſu noſtro non deſit præſumptio Metus ob re-
uerentiam filij erga parentem, qui eo magis in
16 caſu noſtro eſt præſumendus,cum pater eſſet ſe-
nator, & valde ſeuerus, & cui aduerſari non au-
debat filius; & agatur de actu qui ingens dam-
num filio facit, vt de magis com. fidem faciunt,
Soc.ſen.conſ.263.nu.3.lib.2. Alba conſ.77.nu.
21.& conſ.100.num.4.& conſ.423. nu.13.

Quinto huiuſmodi confeſſio tanquam à pa-
tre non acceptata,& facta ad ipſius vxoris fauo-
rem, & ad alium finem non poteſt nunc tanquã
res inter alios acta prodeſſe hæredi ipſius patris,
ſaltem quin confitens poſſit eã reuocare, & eius
errorem docere, vt diſtinguit ex alijs Maſcard.
in verbo confeſſio extra iudicium, concluſ.346.
num.11.& 16.

Nec refragatur quatenus dicitur iuratã fuiſſe,
quia reſpondetur, cõfeſſionem errore infectam,

etiam ſi ſit iurata reuocari poſſe, vt probat Maſ-
ſcard. relata concl. 378. præterea additur duplex
adeſſe iuramentum; vnum aſſertorium, alterum
promiſſorium, & in caſu noſtro, cum ſolum pro-
miſſorium adſit, non impeditur probatio verita-
tis abſq; periculo periurij; nec promiſſorium ob-
eſſe poteſt, cum ſuper puncto ipſius numeratio-
nis nihil patri promiſſum ſit, nec ſe iuuare poſſit
ex illa confeſſione emiſſa incidenter ad fauorem
mulieris, toto tit. res inter alios acta, & fusè tra-
dit Tiraq. ſuper eodemmet tit. Seraph. trac. iura
menti, in præfatione, & hoc maximè eſt dicendū
28 cum in iudicio principaliter inter alias perſonas
de veritate ipſius enūciatę cōfeſſionis diſputetur
vt com. dicit Gabr. tit. de confeſ. conclu. 6. nu. 3.

Sexto cum ex confeſſione ipſiuſmet Senato-
ris Brugorę emiſſa in publico inſtrumento cō-
ſtet dotales pecunias fuiſſe ab eo receptas &
ex parte conuerſas fuiſſe in emptionem prę-
dij, & etiam ex alia parte pars aduerſa probaue-
rit conuerſas fuiſſe in emptiones veſtium, &
iocalium, huicq; probationi aſſiſtat omnis veri-
ſimilitudo, & cōueniat omnis coniectura, & quā
Beſutius vnus ex arbitris optimè nouit, tanquā
omnium arcanorū domus ipſius Senatoris Bru-
goræ particeps, & perſamiliaris, conſequitur, vt
etiamſi ageretur de præſumptione iuris, & de iu-
re, aduerſus quā licita non eſt probatio, attamē
29 hæc quæ manat, & proficiſcitur ex confeſſione
ipſius partis, & quæ ab ipſa rei euidentia emer-
git, oīno cōcedi debeat, vt ſcribunt Iaſ. in l. cū te,
nu. 4. C. de tranſ. Bart. ſingulariter in auth. ſed iā
neceſſe, prope. fin. C. de donat. ante nup. Bal. cōſ.
190. nu. 3. lib. 2. Aret. in §. 1. col. antepen. verſic.
quid è contra, Inſtit. de except. Marſ. ſingul. 222.
Cuman. conſ. 177. nu. 5. Tiraq. latè de retract. le
gali, §. 4. gl. 1. nu. 13. Maſc. trac. probat. qō. 7. nu.
3. & quæſt. 8. nu. 1. & infra. Et quamuis magna
ſit vis confeſſionis, quia pro condemnato, & iu-
20 dicato confeſſus habetur, l. 1. ff. de confeſſ. & ſupe
ret oē genus probationū, & vbi ēt lex remoueat
oēm probationē, nō tollit probationē à confeſ-
ſione, manantē maximè cū fuerit iurata, quia vo
catur Deus in teſtem, & facit vt confeſſio opere
31 tur nō pręſente etiam parte, Auth. ſacramēta pu
ber. C. ſi aduerſus vendit. l. debitores, de iureiur.
Atq; ideo confeſſio I. C. Ferdinandi Brugoræ
debeat omni præſtare contrarię probationi. At-
tamen in pręſenti ſpecie, vt iam diximus, vel eſt
concedendū, q̀ pecunia patri ſoluta ſibi ſoluta in
telligatur, vel qđ errore imbuta ſit eius confeſſio.

Primo, quia ipſæ I. C. Brugora ideo cōfeſſus
eſt, quia pecunia ad patrē peruenit. ea. l. ſi cū do-
tē, §. tranſgrediamur, ff. ſol. mat. & mihi ſolutū dř
22 quod eſt ſolutum alteri ex mea voluntate, l. 3.
§. fi. ff. de donat, inter vir. & vxor. glo. eo. §. tranſ-
grediamur, in ver. ex voluntate, l. nihil. C. de ſol.

Secundo, quia magis cōiter receptum eſt, ſi fi-
lius in patria poteſtate conſtitutus pecuniā dota
lem recipiat cum patre, cenſeatur, ea ad patrem
peruenisse, ſi ipſe adminiſtret, & apud eum ſit pe
23 culium, vt eſt text. eo. §. tranſgrediamur, vbi di-
ſtinguitur aut filius adminiſtrat, aut pater, aut v-
terq; pro virili, quando ſimul recipiunt Curtius
ſen. conſ. 53. & quicquid ſit reſpectu nurus in iu-
dicio familiæ erciſcundæ inter fratres debet il-
lud deduci, vt ibi egregiè proſequitur Curt. qui
dicit in iudicando non eſſe recedendum ab hac
ſententia Crauet. conſ. 91. in terminis Rol. cōſi.
64. vol. 1. vbi probat quod ſi maritus & vxor cō
fitentur habuiſſe à Titio centu m mutuo, quod
maritus in totum tenetur, quia pecunia ad eum
cenſetur perueniſſet, etiā ſi dixiſſet vxor quod pe
cunia fuit tota ſibi numerata, & cenſetur hoc fe
ciſſe ex mariti voluntate cui non poteſt reſiſtere,
& idem fit iudicium de toto quod de parte, l. quę
de rota, ff. de rei vendicat.

Tertiò pater & filius, vt iam premonuimus
vna & eadem perſona dicūtur, l. fi. C. de impub.
24 & alijs ſubſtit. Corn. conſ. 256. ante nu. 7. lib. 1.

Quartò cum illa verba poſſent duplicem ſen-
ſum recipere, vel quod habuerit ipſe filius ex per
25 ſona propria. vel patris miniſterio, l. ſi quis intē-
tione ambigua, ff. de iudic. debet intelligi id quod
eſt ſibi vtilius, vel poteſt declarare, l. certū, ff. de
cōfeſſis. Alc. de præſump. reg. 3. præſump. 35. nu-
me. 10. l. in ambiguo de rebus dubijs.

Quartò iſta concluſio velut incidenter prola-
ta, non poteſt patrē iuuare, & ideo ſi quis fatea-
tur ſe Titio debere centum, vel à Titio mutuo cē
tū recepiſſe adhuc nō oritur obligatio aut actio
26 tertio, ētſi ille eſſet pręſens, q̀a cōfeſſio eſt ſimul
faſſio, & vterq; dēt loqui, Saly. in l. 1. n. 24. C. de
cōfeſſis Marſ. in Rub. C. de probat. nu. 88. etiam
ſi eſſet iurata confeſſio, Maſc. in verbo confeſſio
incidēter, concl. 383. Dec. in c. at ſi clerici, nu. 19.
de iudicijs, toto tit. res inter alios acta, & quan-
do contingit aliter in iudicio diſputari, Fely. in
c. ſi cautio, de fide inſtrum. iuramentumque in-
ter alios præſtitum alijs non nocet.

Quintò nulli dubium eſt confeſſionē etiam iu
ratam, & geminatam poſſe reuocari probato er-
27 rore, quia errans non fatetur, l. non fatetur, ff. de
confeſſis. & l. cum falſa, l. error, l. ſi poſt. C. de iu
ris & fact. ignor. l. inde Neratius, §. ſi quis, ff. ad l.
Aquil. Maſc. concl. 378. error autē probatur pro
bando rem aliter ſe habere, quando confitens a-
git de damno euitando, & qn̄ vterq; de damno
ageret, tunc poſſum probare ſi præſto ſint aliquę
28 coniecturæ erroris, Bart. in l. non fatetur, nu. 10.
de confeſ. & in l. ſi poſt, C. de iuris & fac. ignor.
29 in l. 1. nu. 7. C. de errore calculi. Dec. cōſ. 401. Iu-
ramentum. n. non ſupplet conſenſum, & confir-
matur, quia, qui exceptioni non numeratæ pecu
niæ renunciant, adhuc poſſunt probare pecuniā
non fuiſſe numeratā ex partis confeſſione, l. gene
raliter, l. in contractib. C. de non. num. pec. Bart.
in eo. auth. ſed iā neceſſe, C. de donat. ante nup.
Sextò, confeſſio quando veriſimilis non eſt, mini
mè probat, c. quia veriſimile, de præſump. c. non

eſt

Digitized by Google

eſt veriſimile, ff. quod met. cau. Bart. in l. Lucius, ff. de his, qui not. infam. Marſ. in rub. de q. nu. 35.

Veriſimilitudo aũt, ꝗ patri pecunia numerata ſit, & nõ filio, ex multis, vt iã dixi, ſit pſpicua; &

Primo, quia pater adminiſtrabat, quę adminiſtratio iuncta cum probationibus à teſtibus, & patris confeſſione manantibus, patefacit, vel errorem confeſsionis factæ à filio, vel quod ideo dixerit pecunias recepiſſe, quatenus ad manus patris peruenerint, quia qui per alium accipit, ip
32 ſe accipere videtur, l. 3. §. fin. ff. de donatio.

Secundò, nedum per teſtes, ſed etiam ex publico inſtrumento iurato conſtat de huiuſmodi patris confeſſione, & licet nulla ſit maior probatio confeſſione, tamen illud procedit vbi aliter non probetur confeſsionis error, vt hic.

Tertiò, cum hæc conſtans ſit veritas, quod pecunia recepta fuerit à patre, cui omnis congruit veriſimilitudo, vel errore imbuta eſt habenda cõfeſsio filij, vel accipienda impropriè, vt ſcilicet, habuiſſe dicatur miniſterio patris, & nouũ nõ eſt, vt verba ĩpropriè accipiãtur ad abſurdũ euitãdũ.

Quartò, poſtquam de veritate conſtat, quod pecunia ad patrem peruenit, argumentatio optimè procedere videtur, vt filij confeſsio cum ipſa veritate concordet, & confeſsionis verba fictè intelligantur, poſtquam verè cõprobari nequeant, & debent trahi in eum ſenſum qui magis conuenit rei ſubiectæ.

Quintò, inter ſe conueniunt eo reſpectu, quia iuris interpretatione ſolutum patri, dicitur ſolutum filio, prout quando ſimul pater, & filius confiteantur habuiſſe dotem, quia adhuc iuris præſumptione, ac ĩterpretatione pręſumitur tota ad patrem adminiſtrantem perueniſſe, nõ obſtante filij confeſsione, vt not. ſæpius adducta ea l. ſi cũ dotem, §. trãſgrediamur, ff. ſol. mat. & ſcribit Craue. vidẽdus conſ. 91. nu. 3. & quod dicitur de par-
33 te, idem dicendum eſt de toto, cum id iuris, quod eſt de toto quo ad totum, idem ſit de parte quo ad partem, l. quæ de tota, vbi glo. & Bar. ff. de rei vend. Abb. in c. ſi diligenti, nu. 1. de præſcri. cum ſexcentis aliis, quæ notiſsima ſunt.

Sexto, tolerabilis eſt error, & in facto proprio, ſi veritas aperta doceatur, vt hic, & agatur de dãno euitando, l. error, C. de iur. & ſac. ignor. & li-
34 cet teſtes non dicant confeſsionem errore imbutam, ſatis eſt, quod aliter doceant rem eueniſſe, vnde poſtea ſit neceſſaria conſequentia, ꝗ confeſsio ſit errore plena, vel eam accipiat interpretationem, quam ſuperius attulimus.

Septimò, licet contractus non ſit factus cum patre, ſatis eſt ſi factus ſit ad præſentiam patris, & ad eius commodum, cum filius confeſſus fuerit pecuniam habuiſſe, quam tamen pater re ipſa recepit, nec poſſum adduci, vt credam, cõtra omnem veriſimilitudinem, & cõtra cõmunem omnium conſuetudinem, patrem alioqui prudentiſſimum, voluiſſe pati, vt tanta pecuniarum ſumma filio committeretur.

Octauo, licet confeſsio videatur probare facta abſente parte, quando eſt iurata; attamen nõ
35 tollitur quin errore capta probari queat, vt probat idem Maſcar. concl. 378. vbi format hãc quęſtionem, & ita nu. 3. concludit ex Dec. cõſ. 408. quia iuramentum nõ poteſt facere verum, quod eſt falſum, vt declarat Seraph. de priui. iuramen. priuil. 95. nu. 8. & ſicut confeſsio eſt errore affecta, ita & ipſum iuramentum, & omnis alia clauſula, etiamſi eſſet clauſula ex certa ſcientia, quia
36 qua facilitate vnum dixit, eadem etiam aliud enuntiauit, vt ſingulariter declarat idem Seraphinus priui. 64. nu. 8. & id maximè eſt dicendum in
37 caſu noſtro cũ non adſit aſſertoriũ iuramentum.

Nonò probat alio nõ docto, nec probato, ſed veritate aliter patefacta, vt hic, ei omnino ſtamus poſthabita confeſsione.

Decimò, quicquid dici poſſet, quod pertinet ad vxorem, ad cuius fauorem facta fuit confeſſio reſpectu patris, cum quo conceditur principaliter contractum non fuiſſe, dicitur verbis enunciatiuis prolata, & incidenter, quo caſu non probat, maximè in alio iudicio, quando poſtea principaliter de enunciato diſputari contingat, vt affirmat idem Maſcardus concluſ. 383. in verbo, confeſsio incidenter, & tanto minus probat ſi veritas ex contrario doceatur, prout hoc in caſu, & teſtibus in facto proprio deponentibus, & patris cõfeſsione abundè probatũ eſt, & cui probationi oĩs rõ, & veriſimilitudo, & cõis vſus cõſnnat.

Vndecimò, exhibetur inſtrumentum, quo pater confeſſus eſt pecuniis dotalibus fundum emiſſe, ꝗ vnum, errorem confeſsionis factæ a filio, ita clarè oſtendit, vt equidẽ omnis dubitatio tollatᷣ.

Duodecimò, ex pecunijs dotalib. emptas fuiſſe veſtes, conatus eſt probare Petrus Franciſcus, vnde, eſt ne veriſimile, vt pater omnium adminiſtrator pati voluerit filium dotales pecunias tantæ ſummæ recipere, ipſum verò parentem ingentes ſumptus nuptialium veſtium, & iocalium facere, hæcq; vehemens ratio ſola per ſe deberet mouere animum integerrimi Senatoris ad credẽdum vnam ipſam quam quęrimus veritatem, ꝗ ſcilicet pecunia dotalis ad patrem peruenerit, & ſicut iudex non poteſt adhibere fidem teſtibus plenè deponentibus, quando veriſimilia non deponunt, vt docet Barto. in l. Lucius, ff. de his, qui
38 not. infa. ita etiam debet ſpernere confeſsionem minimè veriſimilem, & in manifeſto errore verſantem, & ſequi veritatem, maximè teſtibus, & patris confeſsione probatam, cum interdum ex ſola veriſimilitudine iudicia definiri debere leges iubeant, l. non eſt veriſimile, ff. quod metus cau. & multa congerit in idem videnda Maſcar. in verbo, veriſimilitudo, concl. 1409. & in terminis confeſſionis non veriſimilis, vt ei fides adhibenda nõ ſit multa vidẽda congerit Marſ. in l. 1. nu. 35. ff. de quæſt. Boſſius tit. de confeſſis, nu. 46.

Cum vtiq; vndiq; elucеat hanc pecuniam ad patris manus perueniſſe in eiuſq; vtilitatem ver

ſam fuiſſe,huicq́; veritati, & teſtes,& omnis con
ſonantior veriſimilitudo conſonet, & reſpōdeat,
ex contrario autem omnia à ſe ipſis diſſidētia di
ſcordent, & repugnent,nuſquam diſcedemus ab
ipſa veritate toties cognita,& ꝑſpecta,cū in iudi
cādo eam vnā tenere debeamus,quā facile aſſe-
quimur ſi quod veriſimile eſt intueamur, cū ve-
39 riſimilitudo ſit omnium interpretationū caput,
& omnes diſpoſitiones ab ea regantur,vt probat
Maſc.in verb. veriſimilitudo, concl.1409.nu.1.
& infra,nec ferēdum videtur, vt cum tanta I.C.
Ferdinādi fratris iactura locupletior fiat Petrus
Franciſcus,quatenus contendit veſtium, & ioca-
lium impēſas repetere, pecunias vero dotales ex
quibus illa confecta fuiſſe veriſimile eſt,apud ſe
retinere,cum tamen omnis quæſtio diuiſionis,&
familiæ erciſcundæ ex bono & æquo tractanda
ſit,& arbitrio iudicis plurimum expediatur, l.nō
amplius,§.fin.de legat.primo.

Quatenus autem dicitur ſi dos fuit à patre re-
cepta,eo magis præſumendū eſt veſtes,& iocalia
fuiſſe de eius pecunia empta,quia ibi debeāt eſſe
onera vbi eſt dos,l.ſi filia,§.ſi filius,ff. fam.erciſc.
Rom.Caſtr.& Alex.in d.§.tranſgrediamur,quę
præſumptio etiā videtur procedere ſi veſtes re-
41 periantur penes nurum, l.fi. C.de alimētis pupil.
præſt. & ſcribunt Bar. & Bal.in l.cum ſeruus,de
verbo.obliga. Soc.conſ.82. num.38.lib.4.Bald.
in l.filia, col.5.verſic.ſed circa veſtes, C.fam.er-
ciſcun. Rolan.conſil.10.nu.12.lib.1.

Reſpondetur primo hoc plurimum iuuare cō
cluſionē ſuperius firmatam, ꝙ ſcilicet, cū ueſtes
&iocalia fuerint tāti valoris,&adeo ꝓtioſa,prę
ſumātur facta ab eo qui pecuniam receperat, ideſt
ab ipſo patre, & ſic quatenus pars aduerſa vult
ſuſtinere facta fuiſſe ex pecunia patris, vtiq; con
cedere debet pecuniā dotalem ad eum peruenisſe
42 cū non ſit veriſimile, eū voluiſſe tantam impen-
ſam facere,niſi pecuniam,quæ ei oneri deſeruire
debebat recepiſſet,vt in terminis conſiderat Cur
tius Sen.excitato conſil.53.prope finem.

Secundo cum filius eſſet I.C. multaq́; munia
obiuerit, & ſuſtinuerit,ex quib. veriſimiliter po-
tuit lucrari tot pecunias,quę ſufficerent ad partē
ſaltem veſtiū,& iocalium emendā, & maximè ra
tione eorū, quæ facta fuerunt vxori cōmorante
Ferdinando filio extra patris domū,facile pręſu-
memus ex peculio quaſi Caſtren.filij illa cōfecta
fuiſſe, & quatenus pars aduerſa contendat à pa-
tre profecta fuiſſe,id docere debebit, cū filius &
ex poſſeſſione, & ex lucris ſuæ induſtriæ ſatis fir-
mā habeat eius intentionem,qñquidem receptiſ
ſimum ſit, vt vbi dubitetur an illud ꝙ filius ha-
beat,acquiſiuerit ex paternis bonis, vel aliunde
43 non poſſidenti incūbat onus probandi, vt tradit
gl.in l.cū oportet in verb.ex eius ſubſtātia, C.de
boniſq; lib. Bal.in auth.ex teſtō, C.de coll. Alex.
in cōſ.140.num.3.vol.5.ꝙ contra profertur pro
cedit,vbi filius non eſſet induſtrius,vt diſtinguūt
Ang.in conſil.112.col.2. verſ. concludendū nec
diſſentit Bertaz.conſ.ciuili,119.nu.2.& infra,&
confirmatur ex ea concluſione,quod acquiſitum
ab vno ex fratribus in cōione viuente,ſi bona ha
buerit præcipua,vel fuerit induſtrius,& diligens
cenſeatur acquiſitū ex peculiarib.bonis,& ex fru
ctu eius induſtriæ,niſi aliud doceatur,vt ſcribunt
Roma.conſ.274.Dec.conſ.255.nu.3.& Gratus
conſ.135.nu.51.Sylua.conſ.86.nu.12.vol.2.&
45 eſt ratio,quia præſumuntur acquiſita propria pe
cunia, non aūt aliena, vt tradit Crau.conſ.191.
nu.8.& conſ.244.nu.6. & optimè conferūt,quæ
ſcribit præſes Menoch.trac.præſump.lib.3.præ-
ſump.50.per totam, vbi maximè conſiderat filij
induſtriam,& an cum patre ſemper habitauerit,
aut eius bona adminiſtrauerit.

Tertio in quæſtione de qua agitur vr̄ magis
receptum,vt veſtes quotidianę ēt factę ex patris
iuſſu ac pecunia & nurui traditę,& reptę in hære
46 ditate,nō ſint cōicandæ, ſecus vero ſi fuerint pre
tioſæ,& feſtiuæ,quia iſtæ donatę non præſumū-
tur niſi magna dignitas, & diuitiarū affluentia fa
ceret præſumi contrariū, vt hoc caſu dici poſſet,
ſpectata perſonarum qualitate,vt diſtinguit Pe-
trus Vbaldus,trac.de duob.fratribus, p.6.nu.21.
& Caſt.oīno viden.conſ.358. nu.2. & cōſ.366.
nu.4.p.2.Papienſ.de forma libel.pro hęreditate
vel re ſingulari diuidenda,in verb.cōiter, nu.21.
& 22.Alba conſ.241.nu.18.& 23. & oī caſu ve-
47 ſtes,& iocalia, quæ ſunt conferenda veniunt con
ferenda talia qualia ſunt,& reperiunt̄ tēpore ip-
ſius diuiſionis,& non t̄pe quo confecta fuere, vt
cōi ore diſtinguūt iā relati Doctores,& alij quos
refert interpres ad ſtatutū,c.293.n.4.& ante nu.
48 5.& c.305.n.27.& infra, vol.1.& id maximè eſt
dicendū cum pater non fuerit proteſtatus ad for
mā prænarrati ſtatuti,c.293. nec aduerſatur ex-
traiudicialis illa, & in genere facta à patre queri
monia,de qua conati ſunt deponere teſtes partis
aduerſæ,quia vltra ꝙ non probant, nec deponūt
ad præſcriptā formā cōſtitutionū, exigebatur ſin
gularis aſſertio,& declaratio paternę volūtatis q̃
49 eſſet iuro cōmunita,vt ꝓbat Iaſ.cōſ.23. n.5.vol.
1.quē cum alijs refert idē interpres ad memora-
tū ſtatutū,c.293.nu.2.& tanto minus æſtimatio
horū,maximè quotidianarū veſtium debet veni
re in hoc iudicio famil.erciſc.cū non ſit valde ma
50 gna,& pater fructus dotis perceperit,& ex conſe-
quenti conſentaneū eſſet, vt ēt matrimonij one-
ra agnoſceret,inter quæ hęc cōputatur impenſa,
vt meminit Alba ex citato conſ.241.num.23.

Quare confirmanda vr̄ arbitrorum ſniā, qua
tenus condēnarunt Petrū Franc.ad reſtitutione
aureorū trium milliū octo centū,in cām dotis ex
ſolutorū,& quatenus dixerūt I.C.Ferdin.debere
veſtiū,& iocaliū pretiū exſoluere,eſſe reforman
dā,vt non veniāt,quæ ab ipſo I.C.factæ ſunt,&
q̃ erāt quotidianę, & rōne earū q̃ quotidianę nō
eſſent,ęſtimatio fieret iuxta t̄ps ipſius diuiſionis.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO

Conſilium CCXLIII.

PRO CAROLO VICECOMITE feudatario.

ARGVMENTA.

Fatalia an protogari poſſint conſenſu pattium, & an à procuratote ad cauſam, vel cum libera, aut effecto domino litis, & an à Principe inuita etiam vna ex partibus, conſtitutioneſque Medtolani de iudicijs declarantur.

Intereſſe pro legato ſub conditione relicto an debeatur à die comprobatę, vel purificatæ conditionis, vel à die interpellationis aut litis conteſtatæ.

Sententiæ conformes latæ contra hęredem grauatum an poſſint mitti executioni contra fideicommiſſarium: & an æs alienum ab hærede ſolutum, factæve meliorationes poſſint compenſari cum fructibus perceptis: & an pro dotibus ſolutis bona cenſeantur tacitè in ſolutum data, habita ratione temporis ſolutionis, vel euenientis conditionis.

SVMMAE RERVM.

1 *Fatalia partium conſenſu prorogari poſſunt reiecta diſtinctione inter ſuſpenſionem, vel prorogationem.*

2 *Fatalia à procuratore an prorogari poſſint, vel magis exigatur expreſſus domini conſenſus.*

3 *Inſtantiam compromiſſum ſuſpendit, ſi factum ſit à domino, vel à procuratore effecto domino litis.*

4 *Pactum, vt à ſententia non appelletur, valot ſi fiat à procuratore habente ſpeciale mandatum, vel cum libera.*

5 *Procuratoris vſus eſt perquam neceſſarius.*

6 *Procurator effectus dominus litis eſt citandus, & non dominus, nec is poſt litem conteſtatam reuocari poteſt.*

7 *Inſtantia à domino in procuratorem effectum dominum litis tranſit, & idem procurator poteſt alium ſubſtituere.*

8 *Interrogari poteſt procurator litis, & is poſitionibus tenetur reſpōdere, ſi domini præſentia facile haberi non poſſit.*

9 *Procurator cum libera, ſpeciali procuratori comparatur, & ideo fatalia poteſt prorogare.*

10 *Procurator generalis cum libera, ita poteſt iuriſdictionem prorogare, ſicut qui habet ſpeciale mandatum.*

11 *Prorogare poteſt terminum procurator cum libera, ſicut procurator ſpecialis.*

12 *Procuratori quibus verbis libera data cenſeatur.*

13 *Procurator ad cauſas, ſicut ex iure municipali Mediolani, poteſt oppellare, ita dicendum videtur, vt poſſit etiam fatalia prorogare.*

14 *Procurator niſi legitimum doceat mandatum de ſuo tenetur.*

15 *Dominus cenſetur approbare à procuratore geſta, ſi ſciuerit & non contradixerit.*

16 *Fatalia princeps, & item Senatus, qui eius vices ſuſtinet poteſt prorogare parte non citata, imo etiam ea inuita.*

17 *Princeps poteſt etiam reſtituere quem ad appellandum à ſententia, quæ in iudicatum tranſiuit,*

18 *Ad appellationem proſequendam nedum datur ſecundus, ſed & tertius, & quartus annus, & eo amplius ob iuſtum aliquod impedimentum, & quæ differentia ſit inter primum, & alios deinceps annos.*

19 *Lex nemo, C. de temporibus, appell. declaratur.*

20 *Conſtitutio Mediolani, titu. de iudicijs, §. & quia ſæpiſſime, declaratur.*

21 *Procurator effectus dominus litis, durat etiam poſt mortem conſtituentis.*

22 *Fatalia facilius prorogantur, quam prima inſtantia, & quæ ſit diſcriminis differentia.*

23 *Verbum, poteſt, neceſſitatem non importat, ſed facultatem tribuit.*

24 *Princeps poteſt quadrata rotundis æquare.*

25 *Ad proſequendam appellationem datur tertius annus abſq; ope reſtitutionis.*

26 *Procuratoris opera explicari poſſunt omnes actus ciuiles.*

27 *Procuratoris factum dominus qui videt, vel ſcit, & non contradicit, approbare cenſetur.*

28 *Procuratorem alicuius qui ſe facit, cum non ſit, pœna falſi teneri videtur.*

29 *Fatalia nedum ſuſpendi, ſed etiam prorogari poſſunt ex receptiori doctor. ſenten.*

30 *Fatalia, vt non ſeruentur, nec cauſa inſtantiam habeat, ſtatuere poteſt princeps.*

31 *Fatalia facilius prorogantur quam inſtantia, cum ſint maioris præiudicij.*

32 *Inſtantia on prorogari poſſit partium conſenſu, & principis auctoritate.*

33 *Iudicata res pro veritate accipitur.*

34 *Conformes ſentētiæ habent præſumptionem iuris & de iure, quod ſint ritè, & rectè latæ.*

35 *Legatum ſub conditione, purificata conditione purum cenſetur.*

36 *Legotum annuum vnicum non dicitur, ſed plura eſſe intelliguntur.*

37 *Legatum vſusfructus annuum debetur ab hæredibus etiamſi petitum non ſit.*

38 *Legatum ſub conditione debetur à die purificatæ conditionis, & rectà tranſit in legatarium.*

39 *Legata debentur ab adita hæreditate etiam ante moram ipſius hæredis.*

40 E legota re fructus perceptos hæres reſtituere debet etiam ante moram.

41 Intereſſe, an & quondo debeotur ex legato ſub cōditione relicto.

42 Legatarius etiamſi per 40, onnos non petierit legatum illud, tamen debetur propter hæredis malam fidem, licet intereſſe minime debeatur.

43 Legatum ſi ſiot non rei particularis, ſed quotæ partis, fructus non veniunt niſi à die mora.

44 Legatum ſi eſt purum, debetur ò die adita hæreditotis, ſi vero conditionem habet à die purificota conditionis.

45 Sententia contra grouatum lata poteſt executioni mitti contro fideicommiſſarium, vt tandem oliquando litibus finis imponatur, & quid de ſententia in bonis feudalibus lata an deſcendens afficiotur.

46 Magiſtrotus virum oſtendit.

47 Fideicammiſſi caſus vbi euenerit, fideicommiſſarius citori debet.

48 Hæredes duo vbi ſint, vterq; citondus eſt, niſi vnus tantum poſſideret.

49 Reſtitutio in integrum ſententia vires ſuſpendit, etiamſi eſſet ſententia principis.

50 Sententio contro hæredem lato onte reſtitutam hæreditatem fideicommiſſarium afficit.

51 Appellotio interdum conceditur quoad effectum deuolutiuum, ſed non ſuſpenſiuum, &c. maximè ſi is, qui obtinuit ſententiom, fideiuſſionem offerot.

52 Confeſſio autoris nocet hærodi, & cuicunq; alij qui ab eo cauſam ducit.

53 Confeſſione nulla eſt melior probatio, & ideo ea probari videtur fideicommiſſum dubium.

54 Appellatio vbi ſit friuolo, vel reijcitur, vel ſaltem præſtita fideiuſſione ſententio mitti poteſt executioni, eo non obſtonte.

55 Iudicum excellentia facit, vt difficilius appellatio concedatur.

56 Intimationis loco an hobeatur productio ſententia facto in iudicio parti præſenti, & opponenti.

57 Certus qui eſt, vlterius non eſt certior faciendus, maximè quondo ſcientia prouenit ob eo ad cuius fauorem lata eſt ſententia.

58 Procurotoris ſcientio, negligentia, & contumocio, an domino obſit.

59 Confeſſio procuratoris per modum contentioſæ iuriſdictionis in iudicio facto, in reſpondendo libello domino nocet.

60 Procurotoris negligentia in non oppellondo domino officere videtur.

61 Aes alienum ab hærede ſolutum, & facta meliorationeq; in bonis fideicommiſſo affectis on compenſari debeont cum fructibus perceptis, & quomodo eius retinendo ſit ratio.

62 Pro dotibus à grauato ſolutis pendente cōditione, an iuris præſumptione intelligontur doto bono iuſolutum ex tempore, vel ſolutionis, vel euenientis conditionis.

CONSILIVM CCXLIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

MAgis receptum videtur, vt ex-
preſſo partium conſenſu fata-
lia prorogari poſſint, eſt prin-
cipaliter (ita publica etiā ſua
dente vtilitate) id in partium
fauorem introductum ſit, ne
tamdiu litium cruciatu angantur, cui fauori re-
nunciare licet, vt eſt text. clarus in clem. quam-
1 diu de appellat. qui cum loquatur per verbum,
differtur, refutanda videtur verbalis & futilis
diſtinctio eorum qui conſtituunt differentiam
inter ſuſpenſionem, & prorogationem; quod &
comprobat apertus iuris ciuilis contextus, in l.fi.
C.de tempor. appellat. & quicquid dicatur in
prima inſtantia, an ſcilicet partium conſenſu ea
prorogari poſſit, cum hæc fatalium appellatio-
nis maioris ſit præiudicij, quia non tantum acta,
ſed tota cauſa perit; crebrius eſt, vt prorogari
queat, vt hanc partem fusè tuetur Maranta in
ſuo ſpeculo, parte 6. in verbo, & quandoque ap-
pellatur. ſecundo actu, à num. 236. vſque ad nu-
me. 240. fol. ſecundum meam impreſſionē, 512.
& ita fuiſſe ſæpius iudicatum à Senatu Tauri-
nenſi teſtantur Oſaſcus, deciſ. 28, nu. 16. & The-
ſaurus allata ex aduerſo deciſ. 244. & alij quos
refert interpres ad ſtatutum noſtrum, cap. 131.
num. 432.

Nec caſui noſtro refragatur ea limitatio, quā
affert idem Theſaurus, eadem deciſ. 244. nu. 7.
vt. ſ. huiuſmodi prorogatio nō poſſit fieri à pro-
curatore, ſed requiratur expreſſus conſenſus do-
2 mini, ex Bertachino, & Ripa, quos idem habet
authores.

Quia multis modis huius limitationis inie-
ctus ſcopulus ſuperatur; & primo, quia dictum
Doctoris debet intelligi ex auctoribus quos alle
gat ex Barto. doctrina, in l. non ſolum, §. libera-
tionis verbo, num. 7. ff. de liberat. legata. verum
enimuero Bertachinus, tract. de epiſcop. quæſt.
13. ait compromiſſum ſuſpendere inſtantiam ſi
factum ſit à domino, vel à procuratore effecto
3 domino litis, vel ab habente ſpeciale mandatum
etiam ante litis conteſtationem, Ripa, in l. nemo
poteſt, num. 88. de leg. primo, inquit pactum va-
lere, vt à ſententia non appelletur, ſi fiat à procu-
4 ratore habente ſpeciale mandatum, quo fit, vt
Theſaurus malè loqueretur ſi ſimpliciter intel-
ligeretur, vt talis prorogatio non poſſet fieri a
procuratore, quia imo Doctores ab eo adducti
contrarium ſentiunt, & aperto ore profitentur,
ſed illud exigunt, vt fiat ab habente ad id idoneū
& ſufficiens mandatum: nam generale eſt, vt quæ
per nos poſſumus, idem per alios explicare va-
leamus, ſiquidem cum per nos omnia agere ne-
5 queamus, merito procuratoris vſus perquam ne-
ceſſarius

ceſſarius cui vicarias vices committeremus in-
uentus eſt,l.1.§.vſus, ff.de procuratorib.cum igi
tur procuratores,qui hanc prorogationem fece-
runt ſint effecti domini litis, quia cum eis lis fuit
conteſtata rectè potuerunt id peragere ex ſen-
tentia ipſiusmet Bertachini ſuper quo ſuæ decla
rationis vires conſtituit Theſaurus: & confirma
tur, quia quando procurator eſt effectus domi-
nus litis, rectè poteſt hæc explicare, & opus eſt
6 eum citare, nec dominus eo inuito aut litigato-
re reluctante poteſt eum poſt litem cōteſtatam
reuocare, Barto.in l.poſt litem, ff.de procurat.l.
1.C.de ſent. & interlocut. §.procuratoribus, C.
de procurat.& per litis conteſtationem adeo pro
7 curator efficitur dominus litis, vt inſtantia à do-
mino in eum tranſeat, & ideo is procurator po-
terit alium ſubſtituere, qui tunc cenſetur eſſe
cauſa propria ipſius conſtituti, vt communem
dicit Iaſ.in l. nihil. numero primo, C. de pro-
curat.& plene notatur in cap.2. de procurat.in
6. Felin. in c. ex parte decani, nume.27. verſic.
nota,& glo.de reſcript.& commun.etiam appel-
lat Ronchegallus,in l.2.num.87.de duobus reis,
& vbi domini præſentia haberi facile non poſſit
is idem procurator tanquam dominus litis,& de
cauſa inſtructus poteſt interrogari, & poſitioni-
8 bus tenetur reſpondere licet alias ad id exigatur
mandatum,nedum ſpecificum, & ſingulare, ſed
in indiuiduo, vt tradit idem Theſaurus,deciſ.171
circa finem.

Secundo cum iſti procuratores habeant am-
pliſſima mandata nedum ad cauſas adiecta clau
ſula,cum libera, ſed ad alia etiam grauiſſima ne
gotia, videtur quod id peragere potuerint per-
9 inde ac ſi habuiſſent ſpeciale mādatum,cum hoc
illi comparetur, vt ſingulariter decidit Bald.in-
quiens menti tenendū eſſe,in l.illud,§.ſi quis,nu
me.4. ff.de minoribus, quod velut memoria di-
gnum refert & ad cœlum vſq; extollit Cotta no
ſter videndus in ſuis memorialibus,in verbo,pro
curator generalis cum libera, Ancaranus,quæſt.
3.num.19.lib.2. & confirmatur, quia procura-
10 tor generalis,cum libera,ita poteſt iuriſdictionē
prorogare, ſicut is qui ſpeciale habet mādatum
licet in huiuſmodi actu requiratur mandatum
ſpeciale,l.procurator cui,ff.de procurat.& docet
Pontifex Innoc.in cap.de cauſis,ante numerum
2.de officio delegati, quem ſequitur Abbas in c.
cum olim,num.10.eo.titu.Balb.deciſ.66.Acce-
dat, vt procurator cum libera poſſit terminum
11 prorogare ſicut ſpecialis procurator, vt ſcribit
Barto. quem alij ſequuntur, in l.qui Romæ, §.
Callimachus. num.1. de verbo.obliga, Crauet.
conſil.750.num.4.& quibus verbis, hæc libera
poteſtas data cenſeatur,ponit Iaſ.in l.ſi procura-
12 tor,num.11.C.de procurat.vnde fit,vt Ripa ma
lè loquatur quatenus negat procuratorem cum
libera poſſe paciſci,vt non appelletur.

Tertio cum ſtatutum noſtrum, cap.151.vo-
lum.primo, velit, vt procurator ad cauſas poſſit
appellare, & cauſam appellationis proſequi, &
cætera facere,quæ in cauſa expedierint, & tamē
de iure communi hæc nequeat facere abſq; ſpe-
13 ciali mandato, vt ibi adnotauit interpres, conſe-
quitur, vt potuerint etiam ſimplices procurato-
res ad cauſas,hanc facere prorogationem vti pē
dentem ab appellatione.

Quarto procuratores iſti,vbi aut ſcire aut ne-
ſcire hæc velint,hoc ipſi inuiti agnoſcāt, ꝙ ſi legi
timū ad id mādatū nō oſtēderint tenētur de ſuo
14 tanquam falſi procuratores,doctrina eſt famige
rata Bartoli,in l.1.prope finem, ca.creditorem,
de euict. pign. Caſtrēſis,in l.procurator,qui pro
euictione, ff.de procurat. Boerius, videndus de-
ciſ.281.num.6.Alciat.noſter conſil.18.prope fi-
nem,lib.8.ita enim ex veritate,& bona fide pro-
curator ſincerè ſuſceptum munus explere debet,
vt dicere queat, ſi quid mentitum inuenias occi-
dito,quouisvè malo me dignum deputa.

Quinto cum principales ſciuerint hæc agi ab
ipſis procuratoribus, & minimè contradixerint,
cenſentur approbaſſe omnia ab eis geſta,etiam
15 quatenus fines mandati exceſſerint,gloſ.commu
ni Doctorum aſſenſu, & conſenſu approbata, in
c.cum olim,in verbo,protinus, de officio delega-
ti, Pinellus,in repe.l.2. parte 2.cap.1.num.8.C.
de reſcind.vendit.præſertim cum actus poſitiuus
acceſſerit principalium, qui ipſum integerrimū
iudicem ea de re ſæpius adiuerunt,& in eum cō-
ſenſerunt verbis,& facto de meritis cauſæ agen-
do,& diſputando,& iura exhibendo.

Sexto cum preces oblatæ Senatui Excellen-
tiſſimo fuerint nomine principalium cōceptæ,&
ſubſcriptæ ab ipſis procuratoribus, quod ſufficit
ex noſtris conſtitutionibus,titu.de reſcript.§.ſup
plicat.fit, vt principales afficiantur,& cum Se-
natus Excellentiſſimus eam prorogationem cō-
ceſſerit,tollitur omnis difficultas, quādoquidem
fatalia etiam vltra triennium à Principe cuius
vices merito ſuſtinet Excellētiſ.Senatus noſter,
vt affirmat idem Theſaurus in præfatione ſua-
rum deciſionum, num.22. poſſint prorogari,&
maxime ex iuſta cauſa,qualis fuit in caſu noſtro
propter impedimentum à iudice iniectum, qui
cum muneri publico officij prouiſionum vaca-
ret,nequiuit cauſam ipſam expedire,& poteſt et
16 ipſe Princeps huiuſmodi prorogationem facere
parte non citata,cum ea inuita id valeat efficere,
l.2.§.quod ſi ita contigerit, C.de temporibus ap
pellat.& firmat Paris de Puteo, de ſyndicatu, in
verbo,ſententia, verſic.reſtat vnum,num.5.6.&
7.fol. ſecundum paruam impreſſionem,279.&
eſt ratio, quia in quacunque diſpoſitione ſalua
ſemper intelligitur ſuprema Principis poteſtas,
qui poteſt etiam reſtituere quem ad appellandū
17 à ſententia, quæ in iudicatum tranſiuit, & de cu-
ius ampla auctoritate,& ſublimi poteſtate nefas
eſt diſputare,quo fit, vt nedum fatalia, ſed etiam
inſtantiam ipſam poſſit prorogare, vt ait Marā-
ta in ſuo ſpeculo,quinta parte principali,in ver-

bo, & omnia fiant durante inſtãtia, num. 18. fol.
253. vbi addo Alciatum noſtrum conſ. 36. nu. 3.
& 4. lib. 6. & propter huiuſmodi iſtum impedi-
mentum nedum datur ſecundus annus, ſed & ter
18 tius, & eo elapſo maius etiam cõceditur tempus,
& illud tantum viget diſcrimen, vt ſi impedimen
tum in ſecundo eueniat anno, integer annus de-
tur; ſi verò in tertio, aut vlteriori, ad tantum de-
tur tempus, quantum ipſum perdurauit impedi-
mentum, vt eſt celebris gloſ. in verbo, manet ſen
tentia, C. dè temp. appell. & tradit Peruſinus ca.
ex ratione, ante num. 66. de appell. Sfortius Od-
do de reſtitut. in integrum, par. 2. quæſt. 72. num.
60. vbi ex Decio inquit, nedum tertium, ſed &
quartum annum ex iuſtis cauſis tribui poſſe, &
ita à Senatu noſtro ſeruari, teſtatur interpres ad
ſtatutum noſtrum, cap. 131. num. 454. Nec huic
veriſſimæ concluſioni aduerſatur tex. in l. nemo,
C. de tempor. appellat. quatenus videtur prohi-
19 bere ne fiat huiuſmodi impetratio à Principe,
quia vltra quod poteſt dici eam legem fuiſſe cor
rectam à l. vltima, §. illud etiam, verſic. tunc ete-
nim aliud, circa finem, C. eodem titulo, reſpon-
detur illam intelligi debere, vbi lapſo trium men
ſiũ termino à die lapſus fatalium impetrato, vel
ſine iuſta cauſa fieret, ſecus ſi eis durantibus, vel
ex iuſta cauſa, vt apertè ſentit glo. ea. l. 2. §. quod
ſi ita cõtigerit, in verbo, reparationem, C. de tẽp.
appellat. Nec diſſentit Alciat. eo. conſ. 36. nu. 9.
lib. 6. Quare cum hæc prorogatio facta ſit de ex-
preſſo partium conſenſu, adhibita etiam inſigni
Senatus authoritate, debet omnino ſuſtineri, ma
ximè ne circumuẽtioni, aut deceptioni locus ſit.

Nec aduerſantur reſponſiones, quas conatur
afferre pars aduerſa.

Nam ad primam dum negatur prorogatio-
nes adeſſe, replicatur contrarium in facto eſſe lon
gè verius, maximè ſi deducantur tempora de iu-
re ſubducenda.

Ad ſecundam autem dum dicitur conſtitutio
nem noſtram tit. de iudiciis, §. & quia, ſæpiſſimè
de iudiciis diſponere, vt prorogationes inſtãtię
de conſenſu partium factæ debeant ſubſcribi à
principalibus, & non à procuratoribus, & cum
idem ſeruari velit eadem conſtitutio tit. de appel
lat. in fine, circa inſtantiam appellationis, non
ſufficiat procuratoris ſubſcriptio.

Quia replicatur cõſtitutiones excipere caſum
abſentium, & valetudinariorum, & mulierũ, vn-
20 de cum agatur in caſu noſtro de procuratore mu
lieris, nempè Illuſt. matronæ D. Lauiniæ Vice-
comitis, conſequitur vt cõſtitutio ipſa retorquea
tur, & ponat falcem ad radicẽ, quod præſentiens
pars aduerſa in eius allegatione minus integrè, re
ferendo conſtitutiones ex induſtria omiſit, caſum
mulierum, quæ in exceptione conſtitutionis cla-
rè excipiuntur.

Præterea dicitur conſtitutionem eandem con
cedere, vt ſubſcriptio fiat à principalibus; atqui
principalis dicitur procurator, qui eſt effectus do
minus litis, ita vt inuitus reuocari nequeat, & du
ret etiam poſt mortem ipſius conſtituentis, imò
ſi dominus citetur, omiſſo procuratore, & procu-
21 rator ſe opponat, nulla erit ſententia, quia iudi-
cium, & inſtantia, quibus ſententia conuenire de
bet, perſonæ procuratoris inhæret. Bar. in l. 1. C.
de ſent. Iaſ. in l. procuratoribus, ca. l. nulla, nu. 4.
C. de procur. & l. furioſo, ff. de re iud. quos refert,
& ſequitur Aſinius praxi iudicia. §. 3. c. 13. nu. 1.
conſtitutio igitur non loquitur de procuratore
effecto domino litis qui principalis dicitur, ſed
de alio ſimplici procuratore.

Rurſus cum facilius prorogẽtur fatalia quàm
22 prima inſtantia, vt notat interpres ad ſtatutũ no
ſtrum cap. 131. nu. 432. & iam ſuperius probaui
mus, nõ bene infertur ex vna ſpecie ad alteram,
nec officit conſtitutio tit. de appella. in fine, quia
loquitur per verbum, poteſt, quod neceſſitatem
23 non importat, ſed facultatem tribuit. l. Gallus, in
princ. ff. de libe. & poſthu. nec propterea perimit
ſtatutorum noſtrorum cap. 151. in primo, aut iu
ris communis diſpoſitionem, quæ ea eſt, vt pro-
rogatio fatalium à procuratore effecto domino
litis fieri queat; nec hoc ipſum longius dicere mi
hi licet, præſertim ad alia properanti.

Non refragatur itaque inculcata adhuc deci-
ſio Theſauri 244. nu. 7. tum quia conſtitutio no-
ſtra tit. de iudiciis, §. & quia ſæpiſſimè, id conce-
dit in procuratore mulieris, qui eſt caſus noſter;
tum quia non habet locum in procuratore effe-
cto domino litis, nec in eo, qui habet mandatum
cum libera, & quando accedit principis authori-
tas, qui poteſt etiam quartum annum concede-
re, & vt in prouerbio eſt, quadrata rotũdis æqua
re; vt iam ſuperius probauimus ex Maranta in
24 ſpeculo, quinta parte principali, in verbo, & om-
nia fiant durante inſtantia, num. 19. fol. 253. Al-
ciatus conſ. 36. num. 3. & 4. lib. 6. & ex receptio-
ri ſententia propter iudicis impedimentum da-
tur tertius annus abſque ope reſtitutionis, vt ſcri
25 bit Oddo trac. reſtit. in integrum, queſt. 71. art. 6.
& Theſaurus eſt intelligendus ſecundum Docto
res, quos allegat, nempe in procuratore generali,
& qui non ſit effectus dominus litis, vt apertè ſen
tit Bertachinus ab eo allegatus trac. de epiſcop.
quæſt. 13. verſ. quod eſt verum, & ſeipſum decla
rat idem Theſaurus deciſ. 17. imò ſi ſtatutum di
26 ceret, quod quælibet partium ſic, vel ſic facere
poſſit, adhuc comprobaretur in procuratore, cũ
omnes actus ciuiles poſſint explicari procurato-
ris opera, vt tradit Aſin. pract. iudic. §. 22. c. 11.

Rurſus non dicunt Doctores, quod requira-
tur ſingulariſſimum, ſeu ſpecialiſſimum manda-
tum, ſed tantum ſpeciale, quod habet ipſe procu
rator nedum ad cauſas, ſed ad omnia negotia
conſtitutus cum ampliſſima facultate, & cum li-
bera, vt tradit Cotta in verbo, procurator gene-
ralis, cum libera. & in puncto ſcribit Crauet. vi-
den. eo. conſ. 750. nu. 4. & aliud eſt donare, aliud
prorogare id, quod iã extat, & quod fieri paſſim

con-

conſtituit,& ex iuſta cauſa,& accedẽte principis
authoritate, & etiã ad vtilitatẽ ipſius conſtituen
tis ne cauſa,breuitate tẽporis,&nimia celeritate,
(in qua non eſt conſiliũ,nõ ratio, non diſcrimẽ)
non bene ventilata,& intellecta,ante tempus im
maturo conſilio decideretur, & præcipiti curſu
terminaretur,procuratorq; fecit,quod feciſſet,ip
ſemet conſtituẽs, ſatiſq; ſanus fuit,qui id rogita
uit,nec aliquid inſolitum,aut inſuetum attenta-
uit,& maximè cum ipſe principalis habuerit no
titiam ipſius prorogationis nec contradixerit,vn
de dicendum eſt id factum fuiſſe conſilio ſuo, &
27 ſua voluntate,cum id viderit ſciuerit atq; noue-
rit;vt in terminis egregiè cõſuluit, videndus om-
nino Pariſius,conſil.117. num.23. & infra plu-
ribus ſequentibus,lib.primo,& tanto magis cum
adſit clauſula de habendo ratum quicquid ab ip
ſo procuratore geſtum fuerit. Adhæc eſt conſide
randum, quod preces prorogationum non ſunt
conceptæ nomine procuratoris, quo caſu man-
dati quæſtio haberi poſſet, ſed nomine ipſorum
principalium, vnde actus eis tribuitur, & quia
dubitari poſſet an id eorum voluntate proceſſe-
rit,ſufficit,quod preces ſint ſubſcriptæ manu Do
ctoris aduocati, vel cauſidici, aut actoris cauſæ,
vti mandant conſtitutiones, titu.de reſcriptis,§.
ſupplicationes, omni caſu ſi is qui ſubſcripſit no
mine ſupplicantium,& tanquam procurator mã
datum legitimum non habet de ſuo,vt iam præ-
28 monui tenetur, & pœnam falſi ſubire debet, vt
præter iam adductum, Bartolum, in l.prima, C.
creditorem,euictionem,pignoris, probat.in ter-
minis ſubſcribentis nomine alterius inſignis,tex.
in l.qui,veluti,C.de falſis,& dixi ego,conſi.172.
num.10.lib.2.& his reſponſionibus, facile dilui-
tur ea argumentatio, vt ſcilicet procurator,non
poſſit renuntiare inſtantiæ,nec exceptioni com-
petenti ex lapſu inſtantiæ,nec peremptoriæ ex-
ceptioni,quia in caſu noſtro non agitur de lapſu
inſtantiæ, ſed de prorogatione, qui ſunt termi-
ni diuerſi. Item id non habet locum in procu-
ratore effecto domino litis, aut in eo, qui habet
mandatum cum libera, & in ſumma non proce-
dit in caſu noſtro,in quo diuerſa extat ratio, vt
iam ſuperius abundè ſatis oſtendimus.

Non officiũt etiam ordines Regij anni 1581.
quia illi loquuntur de inſtantia biennali, & non
de fatalibus,in quibus diuerſa ineſt ratio, vt de-
clarat Aſinius,§.2.cap.10. num.2. præterea re-
torquentur nam illi diſponũt,vt ſpectari debeat
lex communis,atqui ex iure communi permiſſa,
& prorogatio propter iudicis impedimentum ne
dum tertij anni, ſed etiam eo amplius, vt ſupe-
rius probauimus ergo,&c. Item procedunt ordi-
nes in prorogationibus, quæ fiunt ex voluntate
vnius, ſecus ſi fiant ex voluntate ambarũ partiũ,
quia in eis ſeruandæ ſunt leges noſtræ ciuitatis,
& conſtitutionum,quæ volunt,vt poſſint proro-
gari,& etiam ius commune, vt habetur in clem.
prima,de appell.

Non aduerſatur etiam, vt licet fatalia ſuſpen
29 di poſſint partium conſenſu non poſſint tamen
prorogari,ex Rom.in l.ſecunda, num.14.& 15.
de re iudicata,quia contrarium eſt longe verius,
& probabilius, vt teſtatur Aſinius, videndus in
ea.praxi iudic.§.ſecundo, cap.9. paulo ante nu-
merum 6. reprobata diſtinctione inter ſuſpen-
ſionem, & prorogationem,cum verbalis potius
videatur,quam realis, Oſaſcus, deciſ.28.nu.16.
Neuizanus, conſil.41.num.26.maximè ſubſiſtẽ
te iuſta cauſa propter impedimentum iudicis,&
accedente Principis autoritate,qui poteſt etiam
mandare, vt in aliqua cauſa fatalia non ſeruen-
tur,& ſtatuere, vt cauſæ inſtantiam non habeãt,
30 vt notat Caſtrenſ. in l.properandum, §.hæc au-
tem omnia circa finem, verſic. quod autem, C.
de iudicijs, Maranta in ſuo ſpeculo, in verbo,&
hæc omnia fiant durante inſtantia, num.29. Od
do tract.reſt.allegata,quæſt.71.art.6.

Nec ratio, quæ viget in inſtantia cauſæ prin-
cipalis vrget in fatalium prorogatione, quæ fie-
31 ri permittitur partium conſenſu, cum ſit maio-
ris præiudicij,vt ſunt expliciti,text.tam Pontifi-
cij,quam iuris ciuilis,in clem.prima,de appella.
& in l.fin.§.fin.C.de tempor.appell.conſtitutio-
que noſtra concedit, eo.tit.de iudicijs,§. & quia
ſæpiſſime id poſſe fieri etiam in inſtantia princi-
palis cauſæ,modo accedat mutuus conſenſus v-
triuſque partis, vel vnius tantum, cum principis
32 autoritate, cuius vices merito Excellentiſs.Se-
natus noſter ſuſtinet,& quamuis interſit Reipu-
blicæ,vt cauſæ,quamprimum ad exitum perdu-
cantur,l.properandum, C.de iudicijs multo etiã
magis, eſt è publica vtilitate cauere, & cauendo
prouidere,ne is qui non valet agere,& iudicium
proſequi non ſua indigentia,ſed iuſto iudicis im
pedimento ſui iuris iacturam faciat,imo tunc nõ
currere tempora, & temporis velocem curſum
retardari, vel ſaltem prorogationes dari, valde
congruit omni æquitati,& rationi, vt communi
conſenſu traditur maximè à Franco, in c.ex ra-
tione,de appella.& cum ius commune concedat
hanc fatalium prorogationem ex partium con-
ſenſu, vel ex iuſta cauſa fieri,etiam vltra trien-
nium argumentatio reflectitur,atq; ideo cum de
poteſtate,& voluntate liquido liqueat,reliquum
eſt,vt reiecta hac inani ad protelandum,& pro-
craſtinandum negotium iniecta exceptione ad
vlteriora integerrimus, & grauiſſimus, D.meus
Senator Sanſonus, procedat, & iam tandem il-
lud pro iuſtitia, quæ vna cæteris poſthabitis eſt
maximè ſpectanda decidat præſertim cum ſit
ſemper in eam partem propendendum, quæ fa-
cit, vt inſtantia ſubſit, & vt actus ſuſtineatur,&
ne iura partium his commẽtis quaſi vigilantium
ſomnijs, & inanibus exceptionibus pereant non
propter cauſæ meritum, ſed propter temporis,
qui inaniter obijcitur lapſum.

Et quoniam poſt factum à primo iudice iudi
cium ſecundum, hoc noſtrum conſilium, Iudex
appel-

Digitized by Google

appellationis nonnullas dubitationes mouere videtur aduerſus eundem Carolum,conſulto prætereo eam in qua agitur, an declaratione bonæ memoriæ præſidis Caſati euenerit conditio legati de quo agitur; & cum id iã ſit deciſum duabus ſententijs concordibus, & conformibus,eximia Excellentiſſimi Senatus autoritate in controuerſo iudicio confirmatis, & iam diu executioni miſſis,nihil eſt quod amplius de ea re quęratur, quandoquidem tam ex diſpoſitione iuris noſtri municipalis, titu.de appellat.c.136.volu. primo, & nouarum conſtit.titu.de appellat.§.lata ſententia,quàm iuris communis,nõ liceat amplius iam deciſa concordibus ſententijs, in dubium reuocare, vt tandem aliquando litibus finis imponatur, & ne rerum diu, & fere ſemper incerta dominia ſint,nam res iudicata pro verita
33 te accipitur,l.res iudicata, ff.de reg.iuris, clemẽ. prima,de re iudicata, & vt in prouerbio eſt, facit de albo nigrum,imo falſum in verum mutat, vt affirmat Crauet.videndus conſil.79. nume.1. & conſil.183. præſumitur enim præſumptione
34 iuris, & de iure, per ipſas conformes ritè,& rectè iudicatum, Abbas,in cap.fin.num.32.de præſcriptio. quod ampliatur etiam in duabus, quæ ex ſtatuto habeant vim trium, Bald.in l.fin. C.de ſent.& interlocut.omnium iudicum, Dec.conſil. 385.num.2. verſic. his tamen non obſtantibus, Pariſ.conſ.109.num.15.vol.4.

Reſpectu autem dubitationũ,quę adhuc mouentur ratione lapſus fatalium, diutius non immoror,quia illæ facile meo iudicio remouentur ſuperius iam allatis reſponſionibus,quæ meo iudicio adeo firmæ ſunt, & tot legibus,& rationibus fuerunt confirmatæ,vt omnem prorſus contrariam argumentationem infirment,& omnem penitus dubitandi occaſionẽ excipiant vnde me conuerto ad diluendam tertiam dubitationem merita cauſæ tangentem, quæ vtique facile tollitur,nam exploratiſſimi iuris eſt,vt legatum ſub
35 conditione comprobata conditione purum cenſeatur,& eo iure dijudicetur,vt communiter notatur,in l.fin.§.Titius,ff.de vulgar.& pupil.Soc. iun.conſil.110. num.1.Iaſ.in l.ſi tibi, §.cum ſeruus,de legat.primo,& legatum annuum vnicum
36 non dicitur legatum,ſed plura eſſe intelliguntur, idem Soc.iun.conſil.157.num.4.parte ſecunda, vnde debetur abſque alia interpellatione, nam illud non debetur tanquam quid acceſſorium propter moram,ſed per ſe principaliter, & propterea legatum vſusfructus annuum debetur ab
37 hæredibus, etiamſi petitum non ſit, Borgninus tracta.de vſufructu, num.169. imo etiamſi relictum foret ſub conditione, ſi legatarius illud peteret, adhuc deberetur à die mortis, vel purificatæ conditionis, quia eſt donatio à teſtatore reli-
38 cta ab hærede præſtanda, & quæ recta via tranſit in legatarium, maximè ſi iure inſtitutionis,& aliàs omni meliori modo ſit relictum, vt hoc caſu, vt egregiè conſuluit videndus omnino Bald. in conſi.235.lib.primo, facit §.legatum,& §.ſed olim, Inſtit.de leg.l.1.C.commun.de leg.& melius,in l.legatum,ita,ff.de legat.ſecundo,l.1.§.illi ſi volet,de legat.3.& latè comprobat videdus omnino Mantica, qui adductum ex contrario Cæphalum,reprobat, trac.de coniec.vltim.vol. lib.8.tit.10.à num.30. vſque ad num.35. firmãs
39 legata deberi ab adita hęreditate,etiam ante moram ipſius hæredis,quia eorum dominium,vt dixi,in legatarium tranſit,etiam ante acceptationẽ quo ad actionem realem, vel perſonalem, &ideo hæres ante moram,fructus è re legata perceptos reſtituere debet, nec titu.bonæfidei ab ea reſtitu-
40 tione defenditur, vt cõmunem profitetur Didacus variarum reſolut. lib. primo,cap.9.nume.5. verſic.ſiquidem legatum. Quod vero deducitur ex Peregrino tract.de fideicommiſſis,art.49.nu. 79.& infra,& ex alijs citatis procedit in diuerſis prorſus terminis, nempe vbi fructus aut vſuræ, vel intereſſe rei legatæ peterentur,quia cum veniant tanquam acceſſiones non debentur citra hæredis moram, quæ committitur per litis con-
41 teſtationem,vel per iudicialem, aut aliter legitimam interpellationem, ſecus ſi petatur tanquã quid principale,vt hoc caſu,quia tunc abſque interpellatione debetur à die purificatæ conditionis,vt in terminis terminantibus caſus noſtri pulchrè diſtinguit, videndus omnino Soc.ſen.conſ. 41.num.8.lib.4. Ruin.conſil.182. num.8. lib.2. & fusè comprobaui ego,vbi vide, conſi.203.nume.51.volum.2.quod fuit redditum in hac ipſa cauſa,& confirmo, quia licet legatarius ſteterit per 40.annos,& vltra quã legatum petierit, adhuc debetur, maximè ſtante hæredis mala fide,
42 licet intereſſe prædicti legati non debeatur,vt diſtinguit glo.in l.prima, C.de vſu.& fructibus legatorum,& in puncto tradit Alba videndus conſil.58.præterea Peregrinus debet intelligi, eod. num.80.ſecundum legem quam allegat,ſcilicet, quando ſit legatum non rei particularis, vt hoc noſtro caſu actum eſt, ſed quotæ partis bonorũ, quia cum tunc non trãſeat recta via dominium in legatarium,merito non veniunt fructus niſi ſi
43 à die moræ, vt commun. ore diſtinguunt Barto. & alij, in l.ſi quis bonorum, de legat.primo, Simon à Prætis quatenus & ipſe eo. fol.402. nu. 27.de interpr. vlt.volun.vult annuum legatum, non ſolutum deberi ab hærede, & non à fideicõmiſſario atque præſupponit ex Doctorib. quos allegat illud eſſe præſtandum etiam abque mora cum generaliter loquatur, Cum igitur hæres gauiſus ſit commodis hæreditarijs,quibus non fuiſſet gauiſus niſi verificata conditione legitimitatis,commun. Hannibalis,cuius declaratio fuerat in legati conditione poſita, ſequitur,vt omni æquitati,& rationi conſentaneum ſit, vt etiam onera hæreditaria agnoſcat, nec excuſatio interpellationis eſt accipienda,cum legatum hoc non petatur tanquam fructus rei legatæ,aut acceſſio ad intereſſe, ſed tanquam quid per ſe principa-
liter

liter,& ſingulariter legatum. Quo caſu ex rece-
ptiſſima Doctorum ſententia debetur ſi eſt purũ
44 à die aditæ hæreditatis,& ſi conditionem habet,
à die purificatæ conditionis,cum puri,& purifica
ti idem ſit iudiciũ, vt iam ſuperius probauimus,
& concedit Peregrinus eo.art.49.nu.78. & pro-
pterea huius legitimæ diſtinctionis veritatem ſe
quutus integerrimus Senator Sanſonus iudica-
uit,& iuſtiſſimè quidẽ legatũ ipſum deberi à die de
beri purificatæ conditionis,pp declarationẽ Prę
ſidis Caſati,abſque damnis,& intereſſe à die litis
conteſtatæ, cuius Iuriſconſultiſſimi viri grauiſſi-
mum iudicium, velut omni ex parte integrum,
& veriſſimum debet amplecti appellationis iu-
dex.
Quod vero ad illud ſpectat,an ſententiæ latæ ad
fauorem ipſius Caroli, & Gaſparis eius aui ab
olim Senatore Sigiſmundo Picenardo,& Præſi-
de Iacobo Riccardo,contra Ludouicum,& Laui
niam patrem & filium Vicecomites,vti hæredes
Comitis Vitaliani fideicommiſſo oneratos, an
poſſint executioni mitti contra Petrum Franci-
ſcum Vicecomitem patruum eius Lauiniæ, &
cum ſint conformes,& concordes, id puto maxi-
mè,vt iubent noſtræ ciuitatis leges.c.136.vol.1.
& Cæſareæ conſtit.de appell. §.lata.
Nec obſtat, vt nocere nequeant ipſi Petro
Franciſco fideicommiſſario tanquam res inter
alios acta;nam magis communis, & recepta eſt
omnium opinio, vt ſententia contra grauatum
lata noceat fideicommiſſario, etiam ſi is citatus
non ſit,tum quia citandi ſunt hi, quorum maxi-
mè,ſeu principaliter intereſt,tum etiam quia exi
45 ſtimauit legislator aliquando imponendum eſſe
finem execrandis,& deteſtabilibus litibus, c.finẽ
litibus,de dolo,& contumacia.l.item ſi res, §.nõ
tamen,ff.de alien.iud.mut.nec perpetuo litigan-
dum eſſe ſuper re ſemel adiudicata. l. ex contra-
ctu.ff.de re iudic.& de magis commun.optimum
teſtimonium dicunt in l.filiusfamilias,§.diui,de
legat.1.Iaſ.num.80. in ſecunda interpretatione.
Ripa num.60.& Socin.iunior num.132.& 134.
Et confirmatur,quia etiam ſententia lata cõtra
aliquem in bonis feudalibus,& maioratus nocet
deſcendenti, & alij, qui poſt ſuccumbentem ſuc-
ceſſurus eſſet, vt fusè probat Tiraquell. de iure
primogen.quæſt.35.num.17. & de magis com-
muni ſententia teſtatur Pinellus de bonis mater
nis.l.1.par.3.num.48.verſic.ſed contraria, & in
terminis noſtris firmat doctiſſimus Alciatus no-
ſter videndus conſil.44.num.64. & infra, lib.9.
vbi inquit,id procul omni dubio eſſe conceden-
dum,vbi abſit omnis colluſionis ſuſpicio,nec per
contumaciam ſuccubuerit grauatus,aut per iniu
riam iudicis, quæ omnia a præſenti ſpecie ſunt
longè multum remota, cum cauſa ipſa in concer
tatorio iudicio acriter fuerit defenſa, & excellẽs
qualitas iudicum omnẽ prorſus iniuſtitiæ ſuſpi-
cionem dimoueat;& iuſtè quod iuſtũ eſt ita de-
creuerint, vt iniuſtè quidẽ de eorum iuſtitia ad-
uerſarius conqueratur, vnde fit, vt arduum ſanè
ſit opus magiſtratum gerere, tum quia omnibus
placere nequit, tum quia in eum qui poſitus ſit
in alto dignitatis gradu, multorum ora, & oculi
46 ſunt conuerſi, qui cum ſingulos eius motus dili-
gentiſſimè obſeruẽt,nec poteſt eiuſdem complu-
rium cenſorum notationes, & animaduerſiones
effugere, ita vt rectè dicere poſſit, in flagella para
tus ſum tum quia iudicandi munus eſt difficilè,
& quamuis vterque litigator iuſtitiam laudet,
ambiat, & expoſtulet, nemo tamen vellet eam
ad ſe vel domum ſuam diuertere, aut eius vim,
& iudicium experiri, atque quod verbis profite-
tur ore deguſtare; tum quia cum vtrique parti ſa
tisfacere nequeat, ſæpiſſimè vnam ex eis inimi-
cam habet, nempe eam, contra quam iudicium
fecit, vnde fit vt Sapiens ille dixerit ſe malle in-
ter duos inimicos iudicare,quam inter duos ami
cos; nam ex illis vnum acquirit, ex iſtis alterum
amittit,& interdum euenit, vt neutri ſatisfiat, tũ
etiam quia vnuſquiſque ſuis commodis magis
ſeruire cupit,quam alienis,atqui cum magiſtra-
tus publicam ſuſtineat perſonam, aliorum com-
modis, vtilitatique ſeruire debet, aut Principis,
aut Reipublicæ;& vt docet Ariſtot.lib.5.Ethic.
ſceleratiſſimus quidem eſt habendus is qui mali
tiam,& ad ſuam & amicorum perniciem conuer
tit,optimus autem is qui virtutem non ad ſuam
ſed ad aliorum vtilitatem,& commoda refert, &
in iudicãdo (addo ego) proprios neſcit affectus,
& cupiditates,ſed cœcus,& oculatus ſimul recta,
& praua liberè diiudicat, cœcus enim eſſe debet,
in non reſpiciendis ſuis commodis, vel litigato-
rum perſonis,aut muneribus, vel amicorum pre
cibus; oculatiſſimus autem ſit in perueſtiganda
veritate, quam vnam cæteris præhabitis ſequa-
tur,& comprehendat, & comprehenſam ample-
ctatur,conſtanterque teneat;oculatiſſimus ſit itẽ
in cauendis, atque vitandis quotidianis impoſtu
ris,cauillationibus,atque inſidijs, quas ei tẽdunt
vafri & aſtuti litigatores, & ſagaces, ac callidi
cauſarum patroni, qui ſæpe gloriantur eum ni-
mis credulum;aut inconſideratum præcipitaſſe;
vnde homo eſt ſanè lynceus,qui in tãtis tenebris
nihil offendat; nuſquam incurrat, & cum hæc
iuſtitiæ virtus ideo perfecta ſit,quia ea prędirus,
illam exercere,ac excolere poteſt, non in ſe mo-
do,ſed in alios; & in ea ineſt vſus virtutis vndiq;
perfectæ,& cũ pleriq; in ſuis rebus præclarè ſe
gerere poſſint,in alienis non poſsint,alieniq; ne-
gotij,& muneris publici procuratio ſit valdè mo
leſta,& laborioſa,& cum ſatis non ſit benè velle,
niſi ſtudeas benè facere,& virtus in actione con-
ſiſtat, quæ adeo perdifficilis eſt, & ardua, cum à
factis verba longè multum diſtent, & tendat in
ardua virtus; meritò magiſtratus virum oſtẽdit;
tunc enim is maximè elucet,cum mandato,& ſu
ſcepto magiſtratu de illius prudentia, & integri-
tate periculum fit; & is re ipſa tunc comprobat
ſe in Republica præeſſe, vt res aliorum non ſuas

cutet,

Digitized by Google

curet, & vt ſolam iuſtitiam omnium virtutum
cauſam miniſtret, quæ in alienis bonis ducitur,
cum ad alterius commoda, & ad publicam vtili-
tatem, ſua etiam neglecta referri ſemper debeat
quod cum optime obſeruatint, & coluerint Hi
excellentes, & integri iudices, equidem eorum
ſincero iudicio deberet acquieſcere idem ipſe ad
uerſarius.

Nec aduerſatur dum pars aduerſa obijcit id
non procedere, quando euenerit caſus fideicom-
miſſi, quia cum ius iam ſit fideicommiſſario ac-
47 quiſitum, negotium videtut ęquè principaliter
eum tangere, atq; ideo citandus is videatur Be-
rous conſil. 102. num. 43. lib. 2. Surdus conſilio
189. num. 44. Oſaſc. deciſ. 157. num. 16. & 17.

Quia Reſpondetur priorem ſententiam latã
fuiſſe iam proceſſu inſtituto, contra Ludouicum
fratrem Petri Franciſci, & ſic tempore quo non
dum euenetat caſus præſenti fideicommiſſi in
perſona ipſius Petri Franciſci.

Secundo dicitur id locum habere, quãdo duo
eſſent hæredes quotum ius eſſet æque principa-
48 le, & coæquale, vt inquit Oſaſcus, ea. deciſ. 157.
num. 17. ſecus quando vnus poſſidet bona, & al-
ter prætendit; quia licet fideicommiſſarius putet
caſum fideicommiſſi eueniſſe, & bona ad ſe per-
tinere, adhuc tamen res eſt ſub iudice, & tale
quid deducitur, vnde probabiliter dubitatur an
ea bona ad eum pertineant, & peruenire debeãt
& propterea ſatis eſt ſi citetur, qui poſſider, & cu-
ius potiſſimum intereſt, & quamuis ab excellen-
tiſſimo Senatu, dicatut declaratum fuiſſe fidei-
commiſſum eueniſſe in perſona Petri Franciſci,
& deinde poſtea ſecundam latam fuiſſe ſenten-
tiam ad ſauorem ipſius Caroli Vicecomitis à
præſide Ricardo; Attamen, quia ea ſentẽtia erat
medio reſtitutionis in integrum à Lauinia Vice
49 comite tunc minore impetratæ ſuſpenſa, l. 1. C.
ſi aduerſus rem iudic. cap. primo, de in integ. re-
ſtitut. Oddo in integrum reſt. par. 2. quæſt. 72. ar
tic. primo, num. 2. quod procedit etiamſi eſſet
ſententia principis, vt tradit Boſſius, tit. ſi aduer-
ſus rem iudicatam, num. 1. & 2. equidem non po
teſt dici, quod ita clarum, & perſpicuum eſſet ius
ipſius Petri Franciſci, quod ſupponunt Docto-
res, ex contrario allati, & cum multæ oppoſitæ
fuiſſent deductiones, & pro quibus bona etiam
fideicommiſſo ſubiecta potuiſſent Lauiniæ in ſo
lutum dari prout multa, & complura data fuere,
non erat citandus Petrus Franciſcus, ius incertũ
habens, ſed Lauinia, quæ erat hæres continuata,
& quæ bona poſſidebat, & ſatis eſt, quod ſenten
tia præſidis Ricardi fuerit lata antè ipſorum bo
50 norum reſtitutionem re ipſa factam, ante, quam
reſtitutionem ſemper eſt citandus hæres, & ſen-
tentia ante eam lata obeſt etiam fideicommiſſa
rio, l. ante reſtitutam, ff. de ſolut. l. re ſtituta, ff. ad
Trebell. & vno ore affirmant Doctotes ſuperius
excitati, ead. l. filius familias, §. diui, de leg. 1.

Non refragatur vtique, quod fideicommiſſa-
rius appellare poſſit, quia reſpõdetur hoc ei nũc
non licere, cum ab ea non doceatur fuiſſe debito
tempore appellatum, vnde tranſiuit in Iudicatũ,
etiam quod ad eum ſpectat. Secundo cum ipſe
Petrus Franciſcus, ſciret litem hanc agitari corã
præſide Ricardo, ſibi imputet, & ſuæ negligen-
tiæ aſcribat, ſi non comparuit pro ſuo iure, nec
nunc propterea retardanda eſt executio aut inij
cienda mora, tanto magis, quia ſi etiam de legi-
tima appellatione debito tempore interpoſita
conſtaret, ea non ſuſpenderet negotium, ſed tan-
51 tum ad alium, non retardata tamen executione,
illud deuolueret, præſertim cum ipſe Carolus Vi
cecomes quatenus opus eſſet, paratus ſit præſta-
re cautionem, Felyn. in c. veniens, el 2. num. 10.
de teſtib. & cum ex iure noſtro municipali, cap.
160. in primo, caueatur, vt ſententia lata pro a-
ctore in actione reali mera, vel miſta, vel in rem,
prout eſt hæc noſtra, debeat executioni manda-
ri cõtra quemlibet impedientem executionem,
niſi docuerit ſe poſſidere tempore litis cęptæ, vel
intra breuem terminum legitime oſtendat ſe ha
bere potiora iura aliunde, quam à victo, & Pe-
trus Franciſcus, nec tempore cęptæ litis poſſide-
rer, nec confeſtim doceat, aut incontinenti iura
potiora habere aliunde, quam à victo, imo ab eo
ducat cauſam, ſequitur omnino, vt hæ ſententiæ
ſint omnino executioni mittendæ.

Rurſus cum nihil noui nunc deducat, ſed id,
quod iam eſt diligentiſſimè excuſſum, & diſcuſ-
ſum, & mature ab his ſapientibus viris iudicatũ,
audeatque negare, quod per ſe adeo manifeſtũ
eſt, vt oculis ipſis legi poſſit, nempe fidecommiſ-
ſum ipſum, quo Caroli auus vocatur, quod fuit
etiam non ſemel in eius teſtamento admiſſum à
52 Comite Vitaliano, hęrede grauato, & à quo ipſe
cauſam ducit, & cuius confeſſio id optimè pro-
bat, eique ſtare omnino hæres tenetur, l. 2. C. de
fideicomm. glo. in verbo, probationibus, in l. non
intelligitur, §. tacite, ff. de iure fiſci, Soc. ſen. conſ.
68. num. 5. lib. 4. Gozad. conſil. 3. num. 17. Pari-
ſius, conſil. 75. num. 52. lib. 3. Simon à Prætis de
interpret. vlt. volun. lib. 3. fol. 12. num. 19. & 20.
fol. 296. ſiquidem confeſſione grauati, nulla ma-
53 ior excellentiorvè, ac præſtantior poteſt eſſe pro
batio, Iaſ. & Dec. num. 7. in l. cum te, C. de tran-
ſac. idem Prætus, lib. 5. dubit. quarta, & vltima,
fol. 543. num. 116. Hæcque vbi legitimè docere
tur interpoſita appellatio tanquam friuola, &
calumniæ plena, vel eſſet reijcienda, vel ſaltem
54 nequiret executionẽ retardare, præſtita ſaltem
fideiuſſione, vt firmat Maranta in ſuo ſpeculo, in
verbo, & quandoque appellatur, parte 6. ſecun-
do actu princip. num. 182. fol. 507. maxime ſpe-
55 ctata excellenti ac inſigni qualitate ipſorum iu
dicum, idem Marãta, vbi ſupra, nu. 251. & 252.

Præterea cum hæ ſententiæ fuerint produ-
ctæ in iudicio, & Meratus Petri Franciſci procu
rator, earum plenam habuerit notitiam, & ſcien
tiam, nec intra quatriduum ad appellãdum ap-
pellaue-

pellauerit,eo minus admittenda videtur hæc ap-
pellatio,vti extra tempus per calumniam ad pro
craſtinandum,& differendum interpoſita.

Nec aduerſatur , q̃ ſcilicet ſcientia non ſuffi-
ciat,ſed intimatio requiratur, quia reſpondetur,
hanc ipſam productionem factam in iudicio, &
56 parti præſenti & opponẽti,loco intimationis ha-
beri,effectu conſiderato, vt dicit Bar.in l.empti,
C.de euict.& cum finis in caſu noſtro intimatio
nis ſit ipſa ſingularis,& ſpecifica ſciẽtia , non eſt
certior faciẽdus qui iam eſt certus,maximè quã-
57 do ſcientia prouenit ab eo ad cuius fauorem la-
ta eſt ſententia,quicquid poſſet dici,quando ſciẽ
tia prouéniſſet ab alio,vt diſtinguunt Bal.& Sa-
lic.videndus num.5. in l.1. C.de pericu.& com-
mod.rei venditæ, & facit Alba vtique videndus
conſil.162.num.6.

Nec officit quod ſcientia procuratoris nõ ſuf
ficiat , quia cum ipſe Meratus fuerit conſtitutus
procurator ſpecialis ad appellandum cum libe-
58 ra,vt conſtat ex mandati inſtrumento,eius ſcien
tia & negligentia, ac contumacia domino obeſt.
vt tradit Card.Zabarella, in clem.prima, nu.3.
de appell.& commun.dicit Lancellotus,tractat.
attent.cap.12.de attent. appell.pend.limita.50.
num.80.& infra pluribus ſequen.& hoc ſine dif
ficultate procedit,quando procurator eſt ſoluen
do,vt eſt hoc in caſu; nam ſatis eſt domino con-
ſultum actione in procuratorem , nec verè meo
iudicio poteſt dici agi de delicto aut pœna , ſed
potius de damno,vltra quod etiamſi de pœna,&
delicto ageretur , adhuc procuratoris confeſſio,
qui teſtatur domino copiam ſententię datã fuiſ-
ſe,domino præiudicaret; cũ ſit confeſſio per mo-
dum contentioſæ iuriſdictionis in iudicio facta
59 in reſpondendo libello,& ſingulari explicationi,
quam ſpecificationem vocant,vt diſtinguit Bar.
videndus,in l.1.§.ſi procurator,num.4.in fine,ff.
ſi quis iuſdicenti non obtemp. & Dec.videndus
conſil.295. in fine, vbi firmat in terminis,negli-
gentiam procuraroris in non appellando nocere
60 domino, & ſequitur Alba videndus eod.conſilio
162.num.17. ſed hæc abundanter meo iudicio
dicta ſunt, cum conſtet appellationem non dari:
vnde deficiente eius ſubſtantia, nihil eſt quod
amplius de qualitate diſputemus, l.eius, qui in
prouincia,ff.ſi certum petatur.

Poſtremo mouere non debet, quod contra
pars aduerſa in medium profert,& de quo miri-
ficè conqueritur,& in quo fundamentum præci-
puũ ſuæ querelę iacit; Quod ſcilicet Excellentiſ
61 ſimi illi viri iudicauerint prætẽſum æs alienum,
& meliorationes eſſe compenſandas cum fructi-
bus perceptis ab ipſis grauatis,à diè litis conteſta
tæ, cum tamen pro eis debuiſſet dari bonorum
vel diſtractio,vel in ſolutum datio,quia licet pro
eis detur bonorum fideicommiſſariorum reten-
tio: attamen id ita eſt intelligendum,donec gra-
uato integrè ſatisfiat, atqui compenſatio fit ipſo
iure,parte petente , ſolutioniſque vim obtinet,l.
ſi conſtat, C.de compenſat.& idcirco potuit , &
debuit ita decerni, cum prætenſæ meliorationes
etiam eſſent incertæ, & ſi ſuo ære grauatus æs a-
lienum diſſoluit , & bona fideicommiſſaria non
alienauit, eorum fructibus interim grauius eſt,
quibus potitus non fuiſſet ſi bona ab initio alie-
nata fuiſſent,quia diminutis bonis, fructus vtiq;
etiam fuiſſent extenuati : & propterea ſi hæres
grauatus, tandiu diſtulerit,& retinuerit bona hæ
reditaria, quod ex eorum fructibus tantum rece
perit , quantum eſt eius creditum, tunc tenetur
bona retenta à die litis conteſtatæ,à quo mora in
cipit,relaxari fideicommiſſario in fructibus ipſis
ſuo credito,ſiue ratione æris alieni ſoluti,ſiue ra-
tione meliorationum , ſiue aliter compenſato.l.
mulier . §. cum proponeretur , ff. ad Trebellian.
l.cum pater,§.Titio,ff.de legat.ſecundo,l.prima,
& fin.C.de pignor.actione,l.prima, C.de diſtra.
pignor. Pariſius conſil.25.numero 65.& 66.lib.
ſecundo, & in terminis terminantibus perbelle
diſtinguendo, ita probat idem Prætus videndus
eodem tractat.libro tertio,ſolutione quarta,nu-
mero 31.& ſupra , & infra, folio 357.Pro doti-
bus autem à grauato ſolutis pendente conditio-
62 ne, iuris præſumptione an tot bona in ſolutum
data cenſeãtur, habita ratione temporis ſolutio-
nis,an euenientis conditionis fideicommiſſi.
Quod euenientis conditionis tempus ſpectetur
tenuit Alciatus ſibi contrarius , in l.cum propo-
nas, C. de pactis, & in repeti.l.prima, §.ſi ſtipu-
lant. ff. de verborum obligatione , Pancirola,
late conſilio 98.idem Simon à Prætis,relato tra
ctatu,libro tertio,ſolutione quarta,folio 355.&
Petra de fideicommiſ. quæſtione decimaquin-
ta, numero tertio, quibus licet aduerſetur So-
cinus iunior, conſilio 170. libro ſecundo, atta-
tamen prior ſententia, vti melioribus rationibus
munita, & grauioribus autoribus comprobata
mihi valde arridet , & poſterior hæc diſplicet,
cum fideicommiſſario aliqua negligentia aſcribi
poſſit,cur bona tẽpore ſolutionis non diſtraxerit
pro dotibus ſoluendis,& item interim bonorum
fructu gauiſus ſit.

Quare cum agatur de ſententijs cõcordibus,
& conformibus,latis re vtrinq; acerrimè decerta
ta à ſapientiſſimis Senatoribus iuris,ſcilicet tan-
ta doctrina,& integritate cumulatis,& ab eis cõ-
ſtet longè multum abeſſe omnem iniuſtitię ſuſpi
cionem,lectiſſimus D.meus Senator Madius nul
lo modo pati debet, aut ferre,vt his inanibus cõ
mentis,& odioſis procraſtinationibus earum exe
cutio retardetur, & iniuſta mora amplius remo-
retur,quod abiecta omni cunctatione,ſine mora
celeritatem deſiderat.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO

PRO ISABELLA PORRA.

ARGVMENTA.

Legatarius, cui pars aliqua hæreditatis legata ſit, an aliorum legatorum partem agnoſcere, & ferre debeat, & propterea an vxor, cui maritus legauit vltra quartam à iure municipali Mediolani legari permiſſam; & quæ fuit poſtea ad dimidiam partem hæreditatis ex Senatus diſpenſatione redacta, ſolutionem legatorum ſuſtinere debeat.

Tutor ſi pupillares pecunias in emptionem prædiorum non conuerterit, aut ad honeſtum lucrum non dederit ad quod intereſſe teneatur erga pupillum.

SVMMAE RERVM.

1 *Leges quin in teſtamento ſuo locum habeant nemo facere poteſt.*

2 *Factum aliquid non fuiſſe, aut minus legitime in iure noſtro paria ſunt.*

3 *Impoſſibilitas naturæ, & impoſſibilitas iuris comparantur.*

4 *Fieri non poſſe dicimus, quod honeſtè, & ſalua dignitate facere non valemus.*

5 *Hæreditatis pars ſi legetur, debet legatarius pro portione hæreditaria onera agnoſcere.*

6 *Legatarius partis hæreditatis, ſubijcitur pro ea, eius oneribus, ſecus ſi fuerint legata quædam bona.*

7 *Vſufructuarius omnium bonorum ad quæ onera teneatur, & an cogatur pati, vt hæres vendat bona pro ſoluendis debitis non annuis, ſed ſimplicibus.*

8 *Hæres, an vel vſufructuarius omnium bonorum teneatur ſoluere æs alienum.*

9 *Legata ſoluere tenetur, tã hæres, quam legatarius partis hæreditatis.*

10 *Hæreditatis, & diuitiarum acceſſione, interdum moleſta adduntur curæ.*

11 *Legata non minuunt quartam partem bonorum, quæ ex Mediolanenſi ſtatuto vxori relinqui permittitur niſi eſſent facta pro exoneratione cõſcientiæ.*

12 *Ad Falcidiam deducendam an concurrat legatũ, quarta factum vxori.*

13 *Legata ſoluendi onus ad hæredem magis pertinere videtur, quam ad legatarium.*

14 *Senatusconſultum pro lege in ſimilibus cauſis obſeruari debet.*

15 *Tutor vel curator ſi pecunias pupilli otioſas retineant, vel in ſuos vſus conuertant tenentur ad id quod intereſt.*

16 *Tutor tenetur pecunias pupillares dare ad honeſtam lucri partem, alias tenetur de ſuo tantundem reddere.*

17 *Tutor in dolo eſſe dicitur ſi pecunias pupillares in ſuos vſus conuertit.*

18 *Intereſſe metiri debemus regula æſtimationis fructuum, qui veriſimiliter percepti fuiſſent ex emptis prædijs.*

19 *Tutor ſi in proprios vſus pecunias pupillares conuertat centeſimam vſuram præſtare debet.*

20 *Tutor quod lucratus eſt, ex pecunia pupillari pupillo reſtituere tenetur.*

21 *Tutor conuertens pecunias pupilli in proprios vſus tenetur in duplum, & ad vſuras vſurarum.*

22 *Tutor ſi det pecuniam ſuam ad honeſtum lucrum illam autem pupilli apud ſe retineat, an ad id, quod intereſt teneatur.*

23 *Tutor debet in rebus pupilli eam adhibere diligentiam quam quilibet paterfamilias in rebus ſuis adhibuiſſet.*

24 *Tutor tenetur rem pupilli, melius curare, quam ſuã ipſius niſi ſua eſſet pretioſior, vel par, quia tunc gratificationi locus eſt.*

25 *Tutor an de leuiſſima teneatur culpa.*

26 *Dolus præſumitur in eo qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris.*

27 *Tutor non tenetur negotiari, cum pecunia pupilli, niſi ſit iuſſus à teſtatore, ſed debet magis emere prædia.*

28 *Mercatura multis telis fortunæ eſt ſubiecta.*

29 *Tutor an debeat magis pecunias pupillares in honeſta lucra conuertere maioris redditus, quam in ſimplicia prædia.*

30 *Tutor conuertens pecunias pupillares in rem vtilem cum adeſſet vtilior tenetur ad id quod intereſt.*

31 *Intereſſe tanti eſt æſtimandum, quantum veriſimiliter quis percepiſſet.*

32 *Intereſſe contra tutorem iuramento in litem rectè probatur etiamſi in omittendo dolum cõmiſerit.*

33 *Intereſſe contra tutorem pecunias pupilli in ſuos vſus conuertentem, an ad rationem cenſuum, vel redditnum quos ille emere potuiſſet, æſtimari debeat.*

34 *Intereſſe hodie ſuccedit loco pupillaris vſuræ, ſaltem ad rationem eius mercatoris, qui dat minus.*

35 *Mora in tutore colligitur ſi omittat, ea quæ facere tenebatur ex neceſſitate officij, vel ex iuſſu teſtatoris, vel ex beneficio pupillaris ætatis, quæ debitorem in mora conſtituit abſque interpellatione.*

36 *Agnati proximiores ſi non adhibiti ſint, vt diſpenſatio Senatus mandabat, contractus redditur nullus.*

37 *Agnati proximiores qui ſe dixerint, cum non eſſent, tenentur ad id quod intereſt.*

38 *In contractibus mentiri non licet.*

CON-

CONSILIVM CCXLIIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

OMiſſa queſtione voluntatis, quę
1 nihil agit vbi non poſſit, ſiqui-
dem nemo poteſt facere quin
leges locum habeant in ſuo te-
ſtamento. l. nemo. ff. de leg. 1. &
paria sũt in iure noſtro aliquid
2 non eſſe factum, vel minus legitimè eſſe geſtum,
l. quoties. ff. qui ſatiſdare cogantur, nam impoſſi-
bilitas, vt noſtri aiunt, naturæ & impoſſibilitas
iuris comparantur. l. filius, & l. conditiones. ff. de
3 condit. inſtit. l. vlt. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin-
dantur, atque ideo rectè dicimus non poſſe fieri,
quod honeſtè & ſalua dignitate, vel aduerſante
4 lege fieri nequit; licet de facto fieri queat, ſed pro
infecto habetur, nam infecta irritaque ſunt, quæ
iniuſta ſint. Cum itaque lex noſtra municipalis,
cap. 297. vol. 1. vetet maritum poſſe vxori relin-
quere vltra quartam partem ſuorum bonorum,
& Senatus Excell. ex forma conſueta vbi teſta-
tor, filios & agnatos valde proximos non habeat
ſoleat concedere, vt hoc caſu diſpenſando impar
titus eſt habitis ſuperinde prius debitis notioni-
bus ſeu informationibus; & factis probationibus
de meritis vxoris, vt ei maritus relinquere poſſit
medietatem hæreditatis, & bonorum ſuorũ præ-
parrata, diſpoſitione ſtatuti nõ attenta, nũc meo
iudicio illud vnum quæſtionis eſt, & in conten-
tione verſatur; an vxor teneatur ſoluere legata à
teſtatore relicta, & an debeat conferre eius cauſa
parata etiamſi maritus teſtator aliter voluiſſet,
& puto omnino teneri; nam cum diſpenſatio de
hæreditate loquatur, & ea onus legati, ſicut &
æris alieni, impenſæve funeris, & paratorum gra
5 tia vxoris præſtationem contineat, vxor ſiue iu-
re legati, ſiue iure inſtitutionis, ſi ex memorata
Senatus diſpenſatione medietatem hæreditatis
habere velit, vtique omnino pro ſua portione hu
iuſmodi onera æquo animo agnoſcere, & ferre
libenter debet, cum hæreditatis diuiſio, quæ com
moda, & incõmoda ſuſtinet hoc ipſum velit; hoc
ipſum boni & mali ſecum apportet, & vt carnẽ
ſine oſſium appendice emas, atque voluptatem
ſine aliquo dolore capias, in quo ludo atque fo-
ro didiciſti, quemadmodum gratioſa hęreditatis
frons, & formoſa facies, mirifice te delectat; ita &
eiuſdem hirſuta ceruix cum ei inhæreat te ipſum
non faſtidiat, aut excruciet, vt eſt tex. optimus in
l. ſi quis ſuum. §. ſi cui certum. ff. de leg. 2. vbi vi-
de Bart. Bald. & fuſius ac longè clarius diſſerẽtes
Albericum, & Imolam inquientes legatum quo-
tæ hęreditatis factum, intelligi debere cum hono-
ribus, & oneribus, & quod debent diuidi inter hæ
redem & legatarium, quia hoc venit ex vi voca-
buli, & quia hęreditas in ſe cõtinet onera, & ideo
legatarius partis hæreditatis ſubijcitur oneribus;
6 ſecus in legatario partis bonorum, quia legatum
intelligitur deducto ære alieno, quod & probant
ac laudant gloſ. & Bar. in l. fin. ff. de vſufructu le-
gato, & quamuis idem Bart. eo. §. ſi cui certum cir
ca ſolutionem legatorum diſtinguat an hæredi
remaneat Falcidia, vt ſcilicet ad illa teneatur, ta-
men loquitur in legato bonorum, ſecus in legato
hæreditatis, & in diſpenſatione reſtricta ad par-
tem aliquam, ſeu quotam hæreditatis, prout eſt
hæc noſtra, vt magis communem in vſufructua-
rio omnium bonorũ, vt ad ea teneatur hoc mo-
do, quia illa hæres deducit, & ſoluit ex venditio-
ne bonorum hæreditariorũ, & poſtea eius quod
ſupereſt dimittit vſufructum legatario, profite-
tur Socin. Iun. videndus conſ. 109. num. 27. par-
te prima, & hanc eandem diſtinctionem hæredi-
tatis, & bonorum firmant videndus Bald. conſil.
87. lib. 5. Dec. conſ. 621. Crauet. conſ. 187. nu. 1.
Rolan. à Valle conſ. 8. num. 13. lib. 2. melius Di-
dacus variarum reſolut. l. 2. c. 2. verſ. 2. concluſio.
Borg. vtiq; videndus tract. de vſufructu, nu. 219.
& ſequitur additio ad Albam conſi. 506. nu. 13.
& licet Doctores inter ſe diſſidentes contrarijs
animi motibus diſſentiant in vſufructuario om-
8 nium bonorum, an ipſe debeat ſoluere æs alienũ
vel hæres, & magis communis ſit contra Barto-
lum vt hæres teneatur, tamen hoc in effectu, & re
ipſa ſine ſpectato nihil eſt, quia & ſi ipſe illud ſol
uat, tamen non ſoluit de ſuo; ſed de bonis hæredi
tarijs, & tãto minus vſufructuario relinquit; vbi
tamen quota hæreditatis relinquatur, vt hoc no-
ſtro caſu actum eſt, tũc cum ex vi vocabuli quæ-
cunque onera, & etiam illa legatorum includan-
9 tur, merito quilibet hæreditatis poſſeſſor pro hæ-
reditaria portione tenetur, iuxta l. 2. C. de hęred.
actione, & vno conſenſu affirmant ſcribentes ea.
l. ſi quis ſeruum. §. ſi cui certum. ff. de leg. 2. & alij
ſuperius excitati, qui de magis communi opti-
mum teſtimonium dicũt. Cum igitur diſpẽſatio
loquatur de medietate hæreditatis, omni rationi
conſentaneum eſt, vt vxor legata & cætera one-
ra, & detrimenta ſubeat, ſicut & commoda agno-
ſcit, & fructus atque emolumenta capit, cum ta-
men emolumentis, & commodis debeamus om-
nia metiri; & ſæpe qui locus quietis & tranquil-
litatis ac roſarum pleniſſimus fore videbatur, ma
ximis laboribus, & turbulentiſſimis rebus ac ſpi-
noſis ſpinis abundet nemo eſt, qui non expetat
diuitijs augeri, & fortunis locupletari, atque ali-
quam hæreditatem ſibi à propinquo vel ab ex-
traneo venire, inquiens mihi gratum eſt, ab illo
10 amari, ſed longè gratiſſimum erit, ſi illius amor
erga me creſceret cum reliqua hęreditate; O, quam
dulcis & iucunda eſt gaza quæ improuiſa, &
inopinata mihi defertur, non parta labore, aut ſu
dore, etenim opum qui deſideratur cumulus, non
accedit niſi aliquis opulentæ hæreditatis fluuius
influat in noſtrum patrimonium, algeat ille, ſu-
det iſte, hic Martis, Mercurijque & Palladis du-
ctu ductus, caſtra, merciumque & liberalium ar-
tium mercatus ſequatur, & multis aditis pericu-
lis,

lis,frequentet, vt lucrum faciat, vt affluentibus
copijs ditetur,vt demū plurima poſſideat; Dat
Galenus opes,dat ſanctio Iuſtiniana;dat res mi-
litaris,atq; inſignis mercatura,ſed vix peruenire
poterit ad ſummam diuitiarum amplitudinem,
ſi velit,vt decet,manum ab omni ſcelere abſtine
re, & cohibere, niſi aliquam magnam obeat
hæreditatem opibus,& copijs affluentem,vel ti
ſi, à maioribus amplum relictum patrimonium
in dies magis laudabili parſimonia, & honeſtis
lucris amplificet:nam ſe ipſum de lucro alit, ni-
hil de viuo detrahit, ſic enim fit,vt in dies magis
aucta res ipſa, à ſe oriatur, & ſua ſponte naſca-
tur,& magnificè creſcat, antiquoq; patrimonio
ita latum, & minime latens incrementum quo-
tidie afferat,vt breui tēpore,aucta pecunia,mul-
tiplicatis prædijs vndique patrimonium lau-
tum,& copioſum emineat, & appareat, & inde
fiat,vt honorificentius vita traducatur:ſed inter
dum res aliter euenit, nam adita hæreditate, &
auctis diuitijs, accedit, & additur moleſtiarum
cumulus, & cumulatior curarum affluentia, &
dum ſe in tam grandes diuitiarum copias ingur-
gitat, exoriuntur rapido cum gurgite flumina li-
tium,& controuerſiarum,ac concertationum,vn
de vita in altum euecta, diſcordiarum procellis.
aſſiduè agitatur, nec aliquod requietis interual-
lum habet: nam ſi hæreditatis iura ruere ſinat,
aut labefactari patiatū, flagitioſum eſt;ſi,vt decet
tueri velit, eſt ſanè laborioſum, & magnos cogi-
tur perferre dolores,vnde vita efficitur inſuauis;
& propterea philoſophus ille in cuius agros flu-
minis impetus irruerat, eos corroſerat, mox re-
pentina vis abſtulerat,& abduxerat,exclamauit
inquiens, ſi iſta non perijſſent ego perijſſem, ſi-
gnificans ſolam temperantiam pacem animis
afferre, nimiam autem cupiditatem perpetuum
inſtruere bellum: in vna enim quaque re eſt cer-
tus adhibendus modus, ad mediocritatemq́ue
reuocandus, paucis eſt enim contenta natura,
ſuisq́ue finibus continetur, & viuitur paruo be-
ne,reſq; bene, & fœliciter ſuccederet,ſi humanis
cupiditatibus,quarum curſum,nec altitudo mon
tium nec fluminum latitudo,aut maris amplitu-
do remorari aut retardare,vel capere poteſt,cer-
tos fines,& terminos conſtitueremus,extra quos
egredi non liceat. & quemadmodum prouinciæ
ſpatium confinijs circumſcribitur, ita etiam om
nes cogitationes debent certis finibus terminari,
nec diuitias infinitè concupiſcas ne infinite fera-
ris,vt flumen,in miſeriarum pelagus:vt igitur ab
hac moleſta, & infeſta infinitate diſcedatur me-
diocritatem ſtatus amplectaris, nec infinitatem
adeo deteſtor,quin concedam,vt eum infinitum
terminum in quo infinitas conquieſcit quæras,
ſcilicet Deum Optimum Maximū, in quo ſum-
ma eſt fœlicitas omni infœlicitate excluſa: hæc q̄
terrena ſunt,cum ſuo pondere ad terram propen
dunt: haberi & poſſideri nequeunt ſine onere. es
hæres, & ex conſequenti herus atque dominus,
qui bonis hæreditarijs fruatur, alijsvè imperet,
facile concedo,ſed tu ipſe ſimul etiam velis nolis
mihi illud dabis;vt ſcilicet ſeruorum malitias,&
fraudes, & quotidianas inſidias ferre debeas,qui
ſæpe iugum ſeruitutis à ſe dijciunt,& deponunt,
& illud collo tuo miſere imponunt, vnde hic
tuus dominatus, quem tanti facis, hæcque tua
dominandi gloria de qua magnificè adeo te ia-
ctas,ſeruitutem patitur, & in ſeruitute eſt: ſi igi-
tur delatæ hæreditatis commoda auidè cupis,li-
benter etiam incommoda cupias, & illius onera
ſuſcipias legatorumq́ue ſolutionem ſuſtineas.

Nec refragantur coniecturæ ex quibus elici
videtur voluntas teſtatoris, vt hæc legatorum ſo
lutio magis ad hæredem ſpectaret,maximè cum
ratione ipſorum etiam onerum voluerit, vt ha-
beret vſumfructum alterius partis:quia cum ver
ſemur in materia prohibita ſpectari non debet
voluntas, ſed poteſtas, & ex conſequenti an di-
ſpenſationis verba hoc ferant,& patiantur.

Non obſtat,vt legata non minuant quartam
partem bonorum,quæ ex ſtatuto noſtro, c.297.
in primo permittitur, vt relinqui poſſit à marito
vxori, quia non dicuntur æs alienum teſtatoris;
& quia ſi legitima non detrahitur ergo nec lega-
11 ta,quæ dicuntur debitum voluntarium, & nō de
bentur niſi adita hæreditate; imo nec legata pia
niſi eſſent facta pro exoneranda anima,metu im
pendētis mali, fortè ob factas rapinas,& veritas
probaretur, vt ſentiunt præter ex contrario ad-
ductos, Corn.conſil.4.ante numerum quintum,
& conſil.180. ante numerum ſeptimum, & 14.
Iaſ.conſil.181.lib.2. Crauet.conſil.141. Tiraq.
de priuil.piæ cauſæ,priuil.72. Cotta in ſuis me-
morab.in verbo anima, ſi tamen bona non ſuffi-
cerent, & eſſet deducenda Falcidia,vtique lega-
tum quartæ deberet concurrere, Tiraq.relato lo
co,& ex alijs explicat interpres ad memoratum
ſtatutum,cap.297.in verbo,ære alieno.

Quia reſpondetur id poſſe procedere in lega-
to quartæ, quod eſt longe diuerſum ab hoc no-
ſtro,cum illud ſit bonorum,hoc autem hæredita-
tis, cuius nomine veniunt, vt iam probauimus.
13 etiam legata;& licet onus ſoluendi legata perti-
nere videatur ad hæredem,& non ad legatarium
Ruin. conſil.57.lib.2. tamen id non procedit in
legatario quotæ partis hæreditatis, quia tunc &
ipſe effectu conſiderato dicitur hæres, & quota
pars hæreditatis ex vi ipſius vocabuli ſecum af-
fert hanc ipſam diuiſionem tam commodorum,
quam incommodorum hæreditariorum perin-
de ac ſi eſſet etiam nomine hæres pro ea quota
parte inſtitutus.

Et quod hic ſit verus huius rei ſenſus ſatis de-
monſtrat declaratio facta in terminis ſimilis ca-
ſus in perſona, I.C.ex collegio noſtro Matthæi
Terzagi, & Corneliæ Areliæ eius vxoris, cui
ipſe Terzagus reliquerat legatum librarum ſe-
ptuaginta millium, cōputata eius dote, quod cū
a Senatu Excellentiſs. confirmari petitum foret,

fuit

fuit ex ſolita forma cancellariæ redactum ad di-
midium hæreditatis,& cum poſtea dubitatũ fuiſ
ſet an legata facta ab eodem Terzago, & parata
cauſa vxoris venire deberent ad eius partis dimi
nutionem in concertatorio iudicio idem Excel-
lentiſs. Senatus lectis precibus,& reſponſis in ple
no Senatu declarauit illa omnino venire, & ipsã
Areſiam teneri illa ſoluere pro ſua dimidia par-
te hæreditatis,cum legatum illud ex Senatus di-
ſpenſatione fuerit reductum ad dimidium hære-
ditatis, adeo quod cum agatur de interpretatio-
ne diſpenſationis Excellentiſſimi Senatus,& nõ
ſit quæſtio voluntatis defuncti , qui etiamſi vo-
luiſſet contrarium, non potuiſſet defectu poteſta
tis;& idem ampliſſimus ordo, ad quem id maxi-
mè pertinet,ita pro iuſtitia,re maturè diſcuſſa de
clarauerit , nuſquàm eſt ab eius interpretatione
recedendum, cum vigorem legis habeat, & pro
14 lege ſit in cæteris caſibus obſeruanda , l.fi. C.de
legibus Dec.conſ.114.num.4.& 5.

Et propterea non aduerſantibus pro alia par
te allatis, adhuc permaneo in eadem ſnĩa,vt ſcili
cet, Iſabella Porra cui ex Senatus Excell.diſpen
ſatione reliquit dimidium hæreditatis, Io.Phi-
lippus Cataneus,eius maritus,debeat eius cauſa
parata conferre , tanquam æs alienum ,debitum
ex legis diſpoſitione, & ſoluere mediam partem
legatorum ab eius marito factorum, ſiquidem ſi
aliter fieret,non mediam partem hæreditatis,ſed
duas partes ex tribus conſequeretur, quod ad-
uerſatur, & menti, & verbis ipſius diſpenſatio-
nis,quam vnam poſthabita voluntatis teſtatoris
quæſtione ſpectare debemus, ſed hæc hactenus
de primo puncto.

Quod vero pertinet ad alterum cum ex ipſo
repertorio conſtet in hæreditate inuentam fuiſſe
ſummam librarum quindecim millium,&eo am
plius,& inde ad modicum tempus olim tutorem
Porræ ſocietatem coiuiſſe ſerici,in qua lucratus
eſt ad rationem quindecim in ſingula centum,&
eo amplius. Item cum ex relatione rationatoris
appareat ſingulis annis varias, & ſatis notabi-
les pecuniarum ſummas remanſiſſe apud ipſum
tutorem quas facile potuiſſet conuertere in ali-
quod honeſtum lucrum,vel in cenſuum,vel præ
diorum emptionem,cum notiſſimum ſit in am-
pliſſima hac noſtra Mediolanenſi ditione non
deeſſe mercatores idoneos,aut cenſus in quos im
plicare facilè potuit eas pecunias ; de duobus al-
terum neceſſario concedet, vel quod eas in ſuas
mercaturas conuerterit,vt veriſimile eſt,attenta
eius qualitate, & tranſacti temporis conſuetu-
dine in qua huiuſmodi eius mercatura non erat
adeo grandis, vel ſaltem illud dabit, quod eas
otioſas retinuerit, vnde ſatis inde probata dici-
15 tur, vel eius negligentia quatenus pecunias in
emptiones redditũum, vel ad honeſtum lucrum
tradere neglexit, vel eius dolus perſpicuus
conuincitur,quatenus in ſuos vſus eas conuertit,
de primo eſt tex. Clarus in §.penult.in authent.
vt hi, qui ſe obligatas res minorum perhibent; &
in terminis ſentiunt præſes Menoch. de arbitr.
iud.caſu 49.nu.6. Borgn. tract.de tut.num.113.
vbi ait tutorem teneri pecunias pupillares dare
16 ad cambium,& ad honeſtam partem lucri,maxi
mè in locis vbi mercatura exercetur, alias tene-
tur de ſuo tantundem reddere, & nouiſſimè Ma-
ſcard.tract.probat.in verbo negligentia, conclu.
1093.num.5.& num.8.& concl.1397.in verbo,
tutoris dolus,num.10. Decia.conſ.85. num.32.
lib.2. Hieron. Gabr.cõſ.26.nu.7. Ioſeph. Ludo.
17 deciſ. peruſ.67. nu.31. par.2. de ſecundo autem
quando in ſuos vſus conuertit pecuniam pupilla
rem eſt egregius tex.in l.1. C.de vſuris pupillar.

Nec quin hoc caſu ad id quod intereſt mino-
ris ob omiſſam iſtam implicationem, vel factam
in vſus proprios cõuerſionẽ tutor teneatur pars
aduerſa omnino diffitetur,ſed ait id intereſſe nos
metiri debere regula æſtimationis fructuum,qui
18 veriſimili facta coniectura capti fuiſſent ex em-
ptis prædijs,vt docent Bar. in l.tutor,qui reper-
torium,§.ſi poſt depoſitionem,nu.2. de adminiſ.
tut. Abb.in c.conqueſtus,nu.8.verſ.duodecimus
eſt caſus de vſuris. Hiero. Gabr.relato conſ.26.
Porra autẽ contendit illud deberi, vel ad rationẽ
redditus,qui tunc erant venales ad rationẽ ſeptẽ
in ſingula centum,vel ad rationem honeſti lucri,
quod perceptũ fuiſſet ſi numulario pecunia tra-
dita fuiſſet, vnde nunc quæſtionis eſt, vt pro veri
tate diffiniamus,quis eorũ iuſtiora induat arma,
&quamuis perbellè vtrinq; multa,& cõplura ad
ducta ſint, attamen ſecundum, ea quæ proponun
tur arbitror integerrimi,& ſapientis iudicis arbi-
trio id decidendũ eſſe pro facti, rerum, & perſo-
natũ,& circumſtantiarũ qualitate, vñ ſi in vſus
proprios, & eius vtilitatem pupillarẽ pecuniam
19 tutor conuertit,centeſima vſura dabatur ex tòto
tit. C.de vſuris pupillaribus,quæ cẽteſima vſura
erat duodecim in ſingula centum, vt centeſima,
ea ratione dicebatur,quia centum menſib. fortẽ
ipſam exequat, & iſta vſura dicitur legitima cũ
ſit, à lege inducta , l.qui ſine,ff.de neg.geſt.l.non
exiſtimo,ff.de admin.tut.vt ait Sali.vidẽ.in l.1.
C.de vſuris pupill. & declarat Nauar. vidend.in
ſuo Manuali,confeſſ.c.17.nu.208. verſ.nam ma
xima, & ſi tutor palam in ſuos vſus conuerterit
tenetur ad pupillares vſuras, id eſt ad eas quas
pupillus ſibi potuit ſtipulari, etiamſi minores in
regione frequentarentur, vnde cum potuiſſet pu
pillus dando pecunias ad cambia legitima ſtipu-
lari ad rõnem 10.illa arbitrari poſſet æquiſſimus
iudex,maxime cũ ex ipſa pecunia conſtet tñ, &
multo etiam plus lucratum fuiſſe ipſum tutorẽ,
20 &lucrũ factum ex pecunia pupilli ipſi debeatur,
vt egregiè diſtinguit vidend. omnino Salic.in l.
nouiſſimè,ſub nu.3. C.de admin.tut.imo Borgn.
viden.trac.de tutore &cura.n.116.vult hoc caſu
21 tutorem teneri ipſo iure in duplum, & etiam ad
vſuras uſurarum, quod hodie tanquam intereſſe
rectè in odium perfidiæ tutoris peti poſſe inquit

doctiſſimus Alci.noſter conſ.31.nu.8.lib.5. Oſa
ſcus Pedemon.deciſ.58. nu.19. & ſi tutor pecu-
niam ſuam exponat,& numeret ad honeſtum lu
crum,& illam pupilli otioſam, & nihil agentem
retineat, niſi doceat quod pecuniam pupillarem
22 non potuit collocare, tenetur ad id quod inter-
eſt,quia licet ſuam ipſius vtilitatem debeat ante
ferre commodis,& emolumentis pupilli,ne aliàs
ſuum munus,& officium ſibi ſit damnoſum cõtra
naturalem charitatis ordinem, tamẽ id procedit
in caſu certo, quando pecuniam ſuam ſolam po-
tuit dare ad honeſtum lucrum;in caſu autem du-
bio, ſecus eſt dicendum, quandoquidem debeat
in rebus pupilli eam exquiſitam,& ſummam fa-
cere diligentiam,quam quilibet diligens, & cor-
datus paterfamilias adhibuiſſet in rebus ſuis, vt
23 pro antiquo more peregregiè diſtinguit Bar.quẽ
communi ore ſequuntur ſcribentes in l.tutor ſe-
cundum dignitatem,§.non eſt,de adminiſtr.tut.
& in l.adminiſtratione, & l.à tutoribus,in princ.
ff.eo.& l.in rebus, ff.commoda. Rom.conſ.139.
conclu.2.& conſ.188.& ſingulari ſuo 750.incip.
attende ad text.vbi firmat regulam, vt tutor te-
neatur melius curare rem pupilli,quàm ſuam,ni
24 ſi res ſua eſſet pretioſior, vel par, quia tunc locus
eſſe videtur gratificationi, facit Borgni.eo.trac.
de tuto.nu.114.Decia.conſ.191.col.2.

Et cum teſtator iuſſerit in eius teſtamento pe
cunias à debitoribus exigendas tutori conſignan
das eſſe,qui ſtatim eas implicare deberet ad hęre
dis beneficium,eo magis tutoris negligentia, ne
dicam dolus augetur,& eum ratio ipſa,&veritas
conuincit cum teſtatoris præceptum contempſe
rit,& propriam neglexerit,& tam illiberaliter a-
ſpernatus ſit pollicitationem, qua promiſit cum
iuramento vtilia curare,& inutilia omittere,vn-
25 de ob huiuſmodi promiſſionem tenetur etiã de
leuiſſima culpa, vt notant Bart.in l.quod nerua,
ff.depoſi. Corn.conſ.242.vol.1. Alex.conſ.158.
nu.2.6.& 9.vol.1.Borgn.eo.trac.nu.23.& num.
120.Crauet.conſ.193.inquiens,dolum pręſumi
26 in eo,qui tranſgreditur voluntatem teſtatoris,&
nõ obtemperat cum huiuſmodi voluntas pro le-
ge habeatur,§.diſponat,in Auth.de nupt.

Et quamuis tutor nõ teneatur negotiari cum
pecunia pupilli, niſi ſit iuſſus à teſtatore, ſed de-
27 beat emere magis prædia, vt ſcribit Bat.in l. Ti-
tium,§.altero,ff.de admi.tut. Bal.in l.ſi patruus,
C.com.vtriuſq; iud.& dixi ego conſ.49.num.9.
qui enim mercaturam quæſtuoſiſſimam emendi
& vendendi faciunt, coguntur multas inſulas,&
prouincias,&totum ferè orbem peragrare,luſtra
28 re, & pedibus,remis, atque velis obire;& interea
qui auidè profecti ſunt multi naufragia fecerũt,
Deoq; magnas meritò gratias habent,atq;agũt,
quando euenere hæc eis proſperè,cũ crebro mul
ti incidant aduerſi,& non opinati caſus,ſeuo vẽ-
to, & aduerſa ſtella conflati, vnde in tranquillo
poſſeſſionum, tempeſtatẽ aduerſam mercaturæ
optare,dementis eſſe videtur,cum ſępe ex altera
lachrymæ ſe ſubito profundant, ex altera parte
inijciantur catenæ, vnde mercator gemẽs dolet,
heu me infęlicẽ quid me ꝑdidit mea ſors triſtis,
atrox,miſeranda,atq; miſerabilis, tñ in præſenti
caſu id minimè obeſt;qñquidẽ nos non tñ con-
tẽdamus, vt tutor negotiaretur cũ pecunia pupil
li, ſed magis illud ſuſtinere conemur, & enita-
mur,quod magnã habet rationẽ, & æquitatẽ,vt
.ſ.tutor conuertere dẽret pecunias, vel in emptio
nes reddituũ cõitatis qui ſunt ſecuri, & afferunt
fructũ ſeptẽ in ſingula centũ,& prout tunc occa-
ſio offerebatur, vel debebat ad aliquod honeſtũ
lucrum dare, poſtq̃ Mediolani ſunt plurimæ mẽ
ſæ numularię,quo caſu magis ſunt conuertendæ
pecunię in hæc honeſta lucra,quę vberiores fru-
29 ctus afferunt, q̃ in ſimplicia prædia,vt diſtinguit
Borgn.relato trac.de tut.& cura.nu.113.& 115.
Soc.ſen.conſ.2.nu.16.& infra lib.1.Crau.conſi.
189.lib.6.& id erat conueniẽtius, quia qñcunq;
eis pecuniis opus fuiſſet pro dote alterius ſororis
nubilis,poterat eas pecunias à numulario,vt quo
tidie fit,repetere;& cũ ex diplomate Pij V.Pon-
tif.Max. poſſint cenſus tuto conſtitui ad rationẽ
ſeptem in ſingula centum, & quotidie nõ deſint,
qui ea creẽt,& faciant,eo magis tutoris negligen
tia,ne dicã dolus,tenetur,& cũ pretia prędiorum
ſint adeo adaucta,vt timor ꝓbabilis ſit,ne potius
diminuãtur, eo vtilius videbatur eas pecunias in
30 cenſuũ emptionẽ conuertere, & ſi tutor id negli-
gat, pro eorum rõne debet intereſſe taxari,& ęſti
mari,vt ait Didac.lib.3.var.reſol.c.1.ver.ſexto,
& c.2.nu.1.verſ.illud ſane, Menoc.cõſ.7. nu.16.
li.1.Rot.Gen.deciſ.84.139.& 194. Verũ ſi etiã
prædia empta fuiſſent, cũ eorũ fructus,maximè
frugũ retroactis tẽporib.,tanto fuerint in pretio,
vt potuerint afferre annuũ cõmodum ſeptẽ in ſin
gula centũ,vtiq; id tanti æſtimandũ eſt,prout ve
riſimile eſt quęlibet percepturũ fore, vt ait Bal.
31 in l.ſi fundũ,nu.3.C.de rei vind.præterea eſt ha-
bẽda rõ alterius intereſſe, quæ me valdè mouet,
nẽpe ſi eo anno 1577.quo ꝑꝑ peſtẽ prædia inci-
piebãt viliori pretio vẽdi empta fuiſſent, equidẽ
beneficio tꝑis adeo adaucta fuiſſent,prout expe-
riẽtia,& vſus ipſe optimus rerũ interpres docet;
vt facilè attuliſſent id quod intereſt,ad rõnem de
cẽ in ſingula centũ,& eo amplius; nã tũc pro 70.
numis empta fuiſſet petia terræ,quę nũc valeret
centũ,imo cũ hoc caſu tutor teneatur iure actio-
32 nis,etiãſi in omittendo, vt hic, dolum cõmiſerit,
adhuc poſſet probari intereſſe per iurm̃ in litem,
vt docuit Ale.cõſ.29.nu.12.vol.5.& latè cõpro-
bat Maſc.trac.probat.in verbo,intereſſe quõ per
iurm̃ ꝓbetur,concl.935.nu.15.& ſupra & infra,
& omni caſu cum probatio huius intereſſe tam
damni emergentis,q̃ lucri ceſſantis ꝑꝑ eius diffi-
cultatem arbitrio iudicis committatur, etiam in
ſolito non negotiari,illud deberi arbitrabitur ad
33 rationẽ cenſuũ,vel reddituũ, quos ille ad pupilli
vtilitatẽ emere potuiſſet, vt cõmemorat idẽ Ma
ſcat.oĩno vid.in verb. ad intereſſe lucri ceſſantis,

Digitized by Google

quæ probanda ſint,concluſ.934. maximè, num.
24.præſes Menochius de arbitrar.iudi.caſu 119.
& confirmatur,quia loco pupillaris vſuræ hodie
34 ſuccedit intereſſe, ideſt quantum lucri nomine
pupilli, quis veriſimili facta coniectura ſtipula-
tus fuiſſet,vt inquit Salyc.ead.l.prima,C.de vſu
ris pupilla.& Abb.eo.c.conquæſtus,nu.8.de vſu
ris, & ſaltem ad rationē eius mercatoris qui dat
minus,vt ait Rom.vld.ſingul.179.accedit mora
tutoris, quæ aperta colligitur, tum ex officij ne-
ceſſitate,tum propter ipſius dolum,& conſequen
ter delictum,tum ex teſtatoris iuſſu,tum ex bene
35 ficio pupillaris ætatis, quæ abſq; interpellatione
ſuum debitorem in mora conſtituit, l.in minorū,
C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio, l.Ti-
tia,§.vſuras,de leg.3.Alba conſ.162.num.16,&
cum hoc idem intereſſe etiam ex iure pōtificio
deberi iam perſpicuum ſit,merito ex ſtatuto no-
ſtro,c.43.vol.1. poſſet eius quantitas probari ſo
lo iuramento damnum paſſi vſq; ad quantitatē
librarum 6. ß. 13. 8.4. in ſingula centum,atqui
hoc ſit abundāter dictum,quia cùm adeſſent an-
nui redditus qui poterant facile emi,æquiſſimus
iudex ſpectās maximè,& diligenter ſuſpiciens &
circūſpiciens grande lucrum, quod tutor fecit ex
pecunia pupillari, hoc ipſum quod prætenditur
intereſſe arbitrari debebit ad rationem ſeptē in
ſingula centum,prout & quotidie videmus cēſus
conſtitui, & redditus camerales etiam ad ratio-
nem octo emi, atque honeſte tantum lucrum à
mercatoribus potuiſſe veriſimiliter ex ea pecu-
nia percipi, imo etiam ex ipſis prædijs ſpectata
qualitate temporis & frugū valore. Inſtrumentū
aūt propoſitæ venditionis factæ nullum puto,
36 cum Excellentiſſimi Senatus diſpenſatio man-
dauerit adhiberi agnatos proximiores,& qui hu
iuſmodi eſſent, vt par erat, adhibiti non ſint, vt
ex alijs probat Maſcardus videndus de probat.
concluſ.1251. num.17. in verbo, proximior.
Verum cum agnati ſe proximiores cum non eſ-
ſent,dixerint,& contrahentes hoc idem affirma-
uerint,vt ad pauca redeam,& mittam inanes di-
37 ſputationes, arbitrarer contra eos rectè agi poſſe
ad id quod intereſt, cum mentiti ſint ad alterius
detrimentum, & ad ſuum ipſorum emolumen-
tum, vt probat, & fusè proſequitur Tiraquellus
de legibus connubialib. in verbo, de ſoi marij,
gloſ.octaua,num.136. & 137.& optimè facit,l.
38 & eleganter cum duobus ſequentibus,ff.de dolo,
& confirmant Barto.& alij,in l.prima,C.credi-
torem euict.pigno.Crauet.conſ.249.num.6.re-
liqua non perſequor cum intelligam in hoc pun
cto maiorem fieri dubitationem,& quia ab alijs
peregregijs I. C. abundè eis eſſe ſatisfactum exi
ſtimo.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Biminus Mediol.I.C.

Conſilium CCXLV.

PRO IACOBO BEBVLCO

ARGVMENTA.

Emphyteuta ſi domino denunciet ſe velle vendere rem emphyteuticam, & is acceptet denuntiato pretio eam emere, an eum ipſum pœnitere liceat.

Filius in crimine læſæ Maieſtatis an pro patris ſcelere puniri debeat.

Id quod intereſt, an & quando debeatur mulieri ſecundo nuptæ ab hæredibus prioris viri: & impenſa neceſſaria in re in vim pignoris, & hypotecæ captæ, à quo fieri debeat, vel à poſſidente, vel à debitore.

SVMMAE RERVM.

1 *In indicijs quaſi contrahitur.*

2 *Interrogans interrogationem abrogare nequit.*

3 *Aequalitas in iudicijs ſeruanda eſt.*

4 *Iuramenti delatio reuocari poteſt antequam ab aduerſario acceptetur.*

5 *Interrogatio vbi accepta ſit, reuocari nequit.*

6 *Vendere plus offerenti offerens intra certum tempus, ei qui fecerit meliorem conditionem non poteſt ſe ipſum pœnitere.*

7 *Venalem rem ſi quis exponat, & conueniat rem illam permutare pœnitentiæ locus non eſt.*

8 *Emphyteuta ſi denunciet domino, & is dicat volo emere poteſt liberè vendere, ita etiam quando dominus dicit quod vult emere emphyteuta cogi poteſt ad vendendum.*

9 *Voluntatis variatio, & mutatio, an & quando concedatur.*

10 *Dominum directi cui denuntiatum fuit ab emphyteuta decurſo bimeſtri, an poſſit pœnitere, & quid in fiſco.*

11 *Sententia, qua declaratum ſit, quod quis retrahere poſſit, an idem renuntiare valeat.*

12 *Renuntiare fauori ſuo quilibet poteſt.*

13 *Renuntiare liti an quis poſſit inuito aduerſario, & an expenſas reſarcire debeat.*

14 *Pœnitentia licita non eſt, in præiudicium eius cui ſit ius quæſitum.*

15 *Pœnitentia locus eſt in promiſſione de emendo, & vendendo niſi ventum ſit ad traditionem.*

16 *Venditor qui vendere obtulit, & denuntiauit cogi poteſt ad contractum perficiendum, vel ſaltem datur actio ad id quod intereſt.*

17 *Vendere promittens, ſi rem habeat non liberatur præſtando intereſſe, ſed cogitur rem tradere.*

18 *Pœnitentia non datur in contractu innominato, qui ad contractum nominatum ordinetur.*

19 *Vendere ſi quis promiſerit Titio, niſi intra certum tempus quis meliorem fecerit conditionem,*

non poteſt mutare conſilium, ſecus ſi promiſeris nemini vendere niſi Titio.

20 *Pœnitentiæ locus non eſt, etiam in contractibus in nominatis, inſpecto iure canonico, ex quo pactum nudum parit actionem ſicut ipſa ſtipulatio.*

21 *Emphyteuta denunciando rem venalem, vbi accepietur denunciatio, ſeipſum pœnitere non poteſt.*

22 *Iudicij calor, facit vt denunciatio, & eius acceptatio facilius in contractum tranſeat.*

23 *Reſtitutio in integrum datur minori aduerſus denunciationē ab eius tutore factam de vendenda re emphyteutica.*

24 *Contractus minoris ætatis fauore claudicare poteſt.*

25 *Minor aduerſus venditionem reſtituitur.*

26 *Pœna debet tenere ſuos auctores, nec filius debet portare iniquitatem patris.*

27 *Filius pro patris delicto punitur in crimine læſæ Maieſtatis.*

28 *Filius in crimine læſæ Maieſtatis an puniatur pro delicto alieno, vel potius de ſuo ipſius.*

29 *Pater an puniatur pro admiſſo crimine læſæ Maieſtatis à filio.*

30 *Filius præſumitur eſſe ſimilis patri.*

31 *Filij in crimine læſæ Maieſtatis an puniantur pro delicto patris, & quid ſi nati ſint aut concepti antequam ipſum delictum committerent.*

32 *Ius municipale paſſiuam quam vocant interpretationem à iure communi accipit.*

33 *Liberorum nomen latius patet, quam filiorum, & ideo nepotes etiam complectitur.*

34 *Verbum, habet, ex ſubiecta materia quandoq; ad futurum trahitur.*

35 *Futurum tempus ſæpe in præteritum reſoluitur.*

36 *Decretum quo filij puniantur in crimine læſæ Maieſtatis pro patris delicto viribus ſubſiſtere videtur.*

37 *Pater filiorum pœna mirificè torquetur.*

38 *Pœna augetur, vt aliorum ſit metus.*

39 *Facinoroſi homines ſi vigore iuſtitiæ compeſcantur ſacrificium Deo offertur.*

40 *Ignorantia præſumitur, & præſertim in hærede.*

41 *Statuti qualitate deficiente, deficit etiam eius diſpoſitio.*

42 *Intereſſe, vt iurari poſſit, probari debet quod iurās ſit in caſu illud obtinendi.*

43 *Scientia in genere non ſufficit, ad conſtituendum quē in mora, ſed requiritur certa, & ſingularis.*

44 *Mora dicitur delictum in debito ſoluendo, vel recipiendo commiſſum.*

45 *In mora non conſtituit hæredem debitoris interpellatio, niſi ei ſit facta fides de debito, & notitia debet eſſe ſolemnis, & legitima.*

46 *Hæres, vt teneatur ad intereſſe, debet debitum ſcire, & illud eſſe adeo clarum, vt non habeat probabilem exceptionem.*

47 *In mora vt quis conſtituatur, debent omnia eſſe certa, & liquida.*

48 *In mora quis non videtur conſtitutus, qui neſcit quantum ſoluere debeat.*

49 *Capitulum ſalubriter, de vſuris, nihil habere videtur ſpeciale ratione dotis, ſed videtur potius cōſiderare intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis.*

50 *Intereſſe dotis an debeatur mulieri viduæ ab hæredibus mariti, etiam elapſo anno abſq; interpellatione.*

51 *In dotis ſortem an imputentur fructus rerum mariti, à quondam eius vxore percepti.*

52 *Intereſſe dotis vt mulier conſequi poſſit, elapſo anno debet proteſtari, & conſtituere hæredes mariti in mora.*

53 *Intereſſe dotis, an & quando, petere poſſit ab hæredibus prioris viri, mulier & ſecundus eius vir.*

54 *Intereſſe dotis ad hoc vt debeatur ab hæredibus viri interpellatio exigitur, & quod debitum ſit liquidum.*

55 *Impenſas neceſſarias in re in vim pignoris, & hypothecæ capta quis facere debeat, vel debitor, aut creditor poſſidens.*

CONSILIVM CCXLV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

TRia ſunt puncta in quibus cōſilium exquiritur, quæ licet videantur inter ſe valde diſiuncta, tamen cum idem ſit conſultor, & ab eodē emphyteuſis fonte deriuari videant̄, ita coniuncta ſunt, vt ab re non ſit vna ſcriptura & ſtructura ad ſingula ea paucis, & vt antiquus eſt meus mos, pro veritate reſpondere.

Ad primum itaq; in quo quæritur an emphyteutam denuntiantem domino directū, quod intendit fundum emphyteuticum alteri vendere pretio cum eo conuento, & interrogantem ipſum dominum directum, an velit emerè, quia cum intendit præferre, itaq; eidem vendere offert eodem pretio; poſſit inquam poſt declaratam à domino voluntatem, quod vult emere, pœnitere, & mentis cogitatum mutare, & an à domino directo cogi poſſit ad vendendum, & arbitror maximè.

Nam in iudicijs quaſi contrahitur, l. licet, §.
1 idem ſcribit, vbi Barto. ff. de peculio, & ideo ſicut
interrogatus non poteſt reſponſionem ab eo fa-
2 ctam reuocare, ita nec interrogans interrogatio-
nem abrogare valeat, l. de ætate, §. qui interro-
gatus, ff. de interrogatio. acti. in iudicijs enim æ-
3 qualitas ſeruari debet, l. Iulianus, §. ſi quis à pu-
pillo, ff. de action. emptio. l. fin. C. de fruct. & li-
tiū expenſis. Speculator titu. de interrogationi-
bus, verſicu. nunc, numero primo, & ſecundo,
neque alio pacto componi poteſt inter eos gra-
ria.

Secundo quamuis delatio iuramenti, antequam acceptetur ab aduerſario reuocari queat, tū poſtquā acceptata fuerit quaſi re nō amplius

exiſtente integra licita eſt pęnitentia, & pro-
4 pterea ille cui defertur iuramentũ cautus eſſe de-
bet, vt delato iuramento reſpondeat ſe velle iura
re, quia tunc facta eius reſponſione non poterit
delatio remitti; ſecus ſi diceret ſe velle deliberare
an velit iurare, quia interim poteſt delatio reuo-
cari, nam adhuc res dicitur integra: vbi tñ diceret
ſe velle iurare, ſed peteret tempus ad deliberan-
dum, quomodo debeat iurare, tunc fieri non poſ-
ſet reuocatio; cum per reſponſionẽ factam de iu-
rando inducta ſit acceptatio, & deſierit res eſ-
ſe integra. l. non erit. §. fi. & ibi omnino videatur
Bart. qui pro antiquo more peritè & egregiè di-
ſtinguit nu. 2. 3. & 4. ff. de iureiurãdo, & ſequitur
Crauet. conſ. 387. nu. 3. Cum igitur dominus di-
rectus acceptauerit denũtiationem tranſmiſſam
5 ab emphyteuta de vendendis bonis pretio libra-
rum trium mille quinq; centum, & de pręferẽdo
ipſo domino directi eodem pretio, & is idem ob-
tulerit ea bona acquirere eo pretio, equidem nõ
videtur amplius licita pęnitentia cum res non ſit
integra attenta prænarrata acceptatione, & re-
ſponſione, vt tradit videndus Tiraq. qui loquitur
in interrogatione acceptata de retractu conuen-
tionali. §. 1. gloſ. 5. num. 16.

Tertio hoc idem magis in terminis comproba
tur, quia ſi fiſcus, vel priuatus proponat cedulas,
vel medio pręconis notum faciat ſe intra certum
tempus, puta menſis vendere velle plus offerenti
rem huiuſmodi, inquiens deliberet vnuſquiſque,
renuntietq; in tempore mihi velit ne, an non, vt
alij ſit, ſi huic non ſit, & intra illud tempus quis
offerat, nec alius apparuerit, qui meliorem con-
6 ditionem fecerit, non poterit ipſum qui vendere
obtulit pęnitere, imo obligatur, & cogi poterit ad
vendendum, vt ſingulariter decidunt videndi
omnino Bartolus numero tertio, & quarto, &
Ioan. de Platea, in l. ſi tempora. C. de fide inſtru-
mentorum, & iure haſtæ fiſcalis, libro vndeci-
mo cõfirmatur, quia licet in permutatione, & cę-
teris contractibus innominatis re integra locus
ſit pęnitentiæ, tamen ſi quis exponit rem venalẽ,
& conueniat illam permutare cum alia re, non
7 eſt locus pęnitẽtiæ, ne id per abſurdum ſequatur,
vt facile quis eludatur, & ludibrio habeatur, ita
perpulchrè explicat Iaſ. videndus in l. qui iniu-
riarum, num. 39. ff. ſi quis cautio.

Quarto, ſicut ſi emphyteuta domino denun-
tiet, & is dicat nolo emere, poteſt libere vende-
re, ita etiam quando dicit quod vult emere, de-
8 bet poſſe cogi emphyteuta ad vendendum, vt
ſentire videtur Iaſ. in l. 3. num. 25. & 26. & 27.
C. de iure emphyteut. Corbulus de cauſa priua-
tionis ob alienationem, limit. 4.

Non aduerſatur tex. in l. cum qui certarum,
§. fin. ff. de verborum obligat. vbi datur variatio,
quia id procedit in caſu quando quis promiſerit
cum volam, vel voluerim; item in debitore al-
ternatiuo: ſecus in promiſſore, & item vbi non
9 ſit ſtatutus terminus intra quem aliquid faciat,
quia eo termino elapſo, nõ poterit variare, item
vbi ad mandatum Iudicis interrogatus reſpon-
diſſet, vt hic, quia tunc ne iudicis præceptum ſu-
peruacaneum reddatur, non datur amplius va-
riatio, vt ſcitè ibidem declarant Albericus à Ro-
ſate, & Paulus Caſtren. verſi. in gloſ. ſecunda, ibi
adeo dicunt Doctores; Item non procedit quan-
do ſecuta eſt acceptatio, vt hic, quia tunc non po
teſt in præiudicium eius, cui proinde ius eſt quę-
ſitum mutare ſententiam, vt declarant Dynus
cap. mutare, & cap. quod ſemel, de regulis iuris,
in 6. & Bartolus in allegata lege non erit. §. fin.
ff. de iureiurando. & ideo licet elapſis duobus
menſibus ſtatutis domino ad deliberandum, &
nullo dato reſponſo, poſſit adhuc dominus ſe
pęnitere, tamen id procedit, vbi res eſſet integra,
quia datur purgatio moræ ad hoc vt præfera-
tur, ſecus ſi apertè dixerit ſe nolle emere, quia
10 amplius non datur pęnitentia niſi ad fiſci fauo-
rem, vel vbi adhuc alteri non foret vendita, vt
dicit Bartolus ea. l. ſi tempora. C. de fide inſtru-
mentorum, & iure fiſcalis haſtæ, & notatur
ad ſtatutum noſtrum Cap. 417. in primo nu-
mero.

Non officit etiam vt facta per retrahere vo-
lentem declaratione quod acquirere velit, &
obtenta ſuperinde ſententia ad eius fauorem,
11 adhuc poſſit ei ſententiæ renuntiare, & ſe ipſum
pęnitere, vt fusè explicat Tiraquellus de retra-
ctu leg. ad finem titu. numero vigeſimoquarto,
vſque ad numerũ 32. motus ea vulgata regula,
12 quod quilibet fauori ſuo poſſit renuntiare. l. ſi.
quis in conſcribendo. C. de pactis, & ſequitur in-
terpres ad ſtatutum Cap. 434. numero 147. in
primo.

Quia reſpondetur id procedere in emptore,
ſecus in venditore, cui ex lege ſingulari in caſu
illius retractus imponitur vendendi neceſſitas,
non ſic in emptore, cui hæc neceſſitas impoſita
non videtur, vt explicat idem Tiraquellus rela-
to loco numero trigeſimo. Item diuerſa viget,
& vrget ratio, nam in illo caſu actor recuſauit,
ſecus in caſu noſtro vbi à principio obtulit, &
dominus acceptauit, vnde res ipſa quaſi in con-
tractum irreuocabilem, & mutuum tranſiuerit,
merito ſe ipſummet ſui pęnitere amplius non
licet, & quamuis liti quis poſſit renuntiare, id
ideo procedit, quia tendit ad commodum acto-
13 ris, imò ſi de ipſius rei etiam ageretur commo-
do, vel is contradiceret, nequiret alter litigator
adhuc renuntiare, & ſemper tenetur expenſas
litis reſarcire, vt notatur communiter in l. poſt-
quam liti. C. de pactis, & dixi ego conſilio vige-
ſimoſeptimo, numero ſeptimo, libro primo,
quia nunquam eſt licita pęnitentia in præiudi-
14 cium eius cui ſit ius quæſitum, vt inquit Bar-
tolus ea. l. ſi tempora, numero quinto. C. de fide
inſtrumentorum, & iure haſtæ fiſcalis, libro vn-
decimo.

Non refragatur etiam, vt ſicut in promiſſione

Digitized by Google

de emendo, & vendendo locus eſt poenitentiæ,
15 niſi ventum ſit ad traditionem; ita etiam hoc vi-
deatur permiſſum hoc in caſu qui ei promiſſioni
ſimilis eſſe videtur, vt tradit Paul. Caſtrenſ. in l.
in bonæfidei, ff. de eo quod certo loco; quia illud
procedit quando quis promiſit vendere, ſed ego
non promiſi emere, vt declarat ibi Iaſ. num. 4. Se
cus quando, vt hic vterque obtulit, & ſe obliga-
uit, vnus ad vendendum, alter ad emendum, & ſe
quuta ſit acceptatio oblationis, & denunciatio-
16 nis, quia non poteſt recedi, imo venditor, qui ob-
tulit, & denunciauit, cogi poteſt ad perficiendum
contractum, vt dicit Bar. ea. l. ſi tempora, num. 4.
C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſcal. Præterea
datur actio omni caſu ad id, quod intereſt, vt ani
maduertit Iaſ. ea. l. in bonæ fidei, num. 3. & nu. 4.
ſed quando interuenit ſtipulatio, vt hic, videtur,
ꝙ vna pars altera inuita, nequeat abire, & à cōuē
tis recedere, l. prima. ff. de pactis. Bartol. in l. 2. in
fine, C. de condictio. ob cauſam. l. ex placito, & l.
cum precibus, C. de rerum permutatio, imo pro-
17 mittens vendere, ſi rem habeat, nō liberatur præ-
ſtando id quod intereſt, ſed cogitur rem tradere,
vt communem dicit Burſatus conſil. 190. nu. 36.
libro 1. & in terminis, vt promittens vendere, vel
emere obligetur, nec poſſit ſe ipſum penitere,
quia licet promiſſio ſit contractus Innominatus;
tamen cum ordinetur ad contractum nomina-
tum emptionis, vel venditionis ob certam cau-
18 ſam, vel conditionem, vt hic, quia ſcilicet lex ita
vendentem obligat, nempe l. fina. C. de iure em-
phyteutico, & cap. potuit, extra locati, conſequi-
tur vt conſilij varietas, nec mutatio amplius de-
tur, vt inquit Baldus videndus in l. quamuis, ſub
num. 3. C. de tranſactionibus, & licet ſi quis pro-
miſerit vendere, niſi Titio, ſi nemini velit vende-
re, non poſſit cogi ad vendendum Titio, tamen
ſi dixiſſet promitto vendere Titio, niſi intra cer-
tum tempus quis meliorem fecerit conditio-
nem; tunc dictio, niſi, non excipit, vt in priori ca-
ſu, ſed reſoluit, & ſic cogi poteſt, vt affirmat idem
Baldus in l. actione, num. 3. & 4. C. de tranſactio
nibus. accedat quod nos verſamur in foro Pon-
tificio, tum ratione rei, tum ratione perſonarum
20 conuentarum, tum ratione obtentæ denuncia-
tionis, in quo in contractibus etiam innomina-
tis non eſt locus poenitentiæ, quia ex eo iure ſe-
cundum magis communem ſententiam ex con-
uentione nuda oritur actio, ſicut ex ſtipulatione,
vt docent Alexander, & Iaſon in l. ſi pecuniam,
ille, numero 11, iſte numero 2. in ſexta limitatio-
ne, ff. de condiction. ob cauſam. Accedat, vt cum
21 emphyteuta rem venalem expoſuerit denun-
tiando, contractus ipſe aſſumpſerit naturam con
tractus nominati, & propterea iure merito poe-
nitentiæ portum petere nequit, cum nauis in ſco
pulis conſtantiæ immobilis manens hæreat, vt
declarat Iaſon ead. l. ſi pecuniam, num. 2. in ſe-
ptima fallentia, adeſt etiam iudicij calor, quo ro-
boratur denunciatio, & eius acceptatio, ita vt fa-
cilius tranſeat in contractum, qui minimè per-
fringi queat, vt tradit Tiraquellus de retrac. con
uentio. §. primo, gloſ. 5. num. 16. quæ enim in iu-
dicio facta ſunt, habent plus firmitatis, & robo-
ris, vt explicat idem Tiraquel. ad finem eiuſdem
tit. num. 154. atque idcirco concludo emphyteu
tam poſt tranſmiſſam directo domino denuncia
tionem de re ei vendenda, & poſt ſecutam domi
ni acceptationem, cogi poſſe ad vendendum, nec
licere amplius penitere, ſed ſuæ poenitentiæ poe-
nitentiam agat, exequendo conuenta, cum nihil
foedius videatur rei geſtæ poenitentia, & datæ fi-
dei, fallacia, & perfidia.

Verum cum emphyteutæ ſint minores, & de-
23 nunciatio facta ſit à tutrice vbi vel non eis expe-
diret hanc facere venditionem, vel in pretio dici
poſſent læſi, eſſent reſtituendi in integrum pro-
pter ætatis imbecillitatem, quæ conſilij mutatio
nem concedit, & vt contractus eorum fauore
claudicet, nec claudicatio deformis apparet, cū
ſit veſtita adoleſcētię tegumēto, cuius vię sūt ad-
eo lubricæ, vt illa inſiſtere, aut ingredi, ſine caſu
aliquo, aut prolapſione vix poſſit, vnde merito,
hæc ætatis infirmitas ſubleuanda eſt hoc saluta-
ri auxilio, ne conſilij inopia ad egeſtatis vel mē-
dicitatis fores, facultatibus nudata, gemens, &
plorans, tremula perducatur. l. ſi iudex, ff. de mi-
24 nor. facit Bar. ea. l. ſi tempora, ſub nu. 5. C. de fi-
de inſtr. & iure haſtæ fiſc. lib. 11. nam ſi aduerſus
ipſam venditionem reſtitui poſſunt, quanto ma-
gis aduerſus hanc denunciationem, de vēdendo
25 reſtituendi erunt. l. 1. C. ſi aduerſus vendit. & co
pioſè differit Sfortius Oddo trac. de reſtitu. in in-
tegrum, quæſt. 57. art. 2. nu. 8.

Quod vero pertinet ad alterum punctum, li-
cet poena non debeat extra authoris domicilium
egredi, nec filius debeat molem paternæ iniqui-
26 tatis ſuſtinere. l. ſancimus, C. de poenis, l. 1. C. ne
filius pro patre, attamen in crimine læſæ maie-
ſtatis propter eius immanitatem ſtatutum eſt, vt
filius pro patris delicto puniatur. l. quiſquis, §. fi-
liis. C. ad leg. Iul. maieſ. & ratio ibidem ab Impe
ratore affertur optima, quia in filiis metuuntur
paterni, & quaſi hereditarij criminis exempla;
quia, vt vulgò iactatur, ſępe ſolet filius ſimilis eſ
ſe patri: facileq; credit lex illorū futurā eſſe hanc
ipſam culpam, quæ eſt penes patrē; & propterea
cum contra eum ſtet ſimilis proditionis timor,
atque coniectura, quæ ducitur ab improbato e-
ius genere, dicitur puniri non de alieno delicto,
28 ſed potius de ſuo ipſius ī eo prǽſumpto, vt tradit
ex ſnīa Iacabi Butagarij, Salyc. in ea. l. quiſquis,
nu. 8. qui inquit, ſi filius huiuſmodi crimen cōmit
tat, poenā trahi ad patrem, cum in eo ceſſet ratio
29 ſucceſſionis ſanguinis improbati, quæ viget in fi-
lio, qui, vt egregiè proſequitur Alberi. ea. l. quiſ-
quis, ante nu. 9. & ſub nu. 4. ex delicto paterno dē
affectus, quia naſcitur ex ſanguine corrupto, atq;
deprauato, & ſic cum perfidia ſanguinis eum
comitetur, dicitur indignus, licet ex alieno vitio
ita

Digitized by Google

ita ſanguinis macula proceſſerit, quia ſemper lex
30 præſumit eum diligentem futurum imitatorem
paterni ſceleris, & audaciæ, vt ſcribit Alba conſ.
772. num. 6. & idcirco quamuis communes con-
trariæ hinc inde extent opiniones, de filijs conce
ptis ante huiuſmodi delictum à patre cõmiſſum,
31 vt refert Clar. §. lęſæ Maeſtatis, verſ. fuit, & ali-
quando; attamen in natis poſt commiſſum deli-
ctum omnes vno conſenſu conueniunt, quod cõ-
tineantur in diſpoſitione l. quiſquis, & quod pa-
terni ſceleris pœnam, & ipſi ferre debeant, vnde
eum decretum anni 1536. velit ipſorum rebel-
lium vxores, & liberos ſi quos habuerint relega-
ri, & puniri, vt ibi, dicendum videtur, ꝙ compre-
hẽdat etiam poſtea natos, & conceptos; tum pro-
pter eam quam retulimus rationem præſumptæ
in eis perfidię, & quia à ſanguine improbato pro
ceſſerunt; tum etiam quia decretum interpreta-
32 tionem, quam paſſiuam vocant recipit à iure cõ
muni, vt ait Plotus, in l. ſi quando, num. 57. C.
vnde vi, & notatur in l. prima, §. lex Falcidia, ff.
ad leg. Falcid. Alexand. conſil. 50. prope finem,
vol. primo. tum etiam, quia illa verba ſi quos ha-
buerint, tanquam futuri temporis, comprehen-
dunt etiam naſcituros, ponderando maxime ver
bum liberos, quod comprehendit etiam nepotes,
33 & latius eſt, atque fuſius patet quam nomen filio
rum, vt docet Bart. in l. liberorum, ff. de verbor. ſi
gnifica. imo quandoque verbum, habet, ex ſub-
34 iecta materia trahitur ad futurum. ergo tãto ma
gis futurum intelligi debet ex propria eius ſigni-
ficatione, vt docet Bart. in l. certarum, prope fi-
nem, ff. de teſtam. tutela, facit Mãtica de coniect.
vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. nume. 5. dum agit de ea
conditione ſi quis filios habuerit, imo cum futu-
35 rum ſæpe in præteritum reſoluatur, l. Plotiana,
ff. de iure Codicillorum, l. ſi iam facta, ff. de con-
ditio. & demonſtra. & tradit Bald. in l. ſi ita ſcri-
ptum, §. ſi pater, ff. de legat. 2. vbi vide. arbitrarer
etiam in eo decreto comprehendi etiam natos
ante commiſſum delictum, ex prænarrata com-
muni ſententia, & de firmitate ipſius decreti ni-
36 hil eſt quod dubitemus, vt ait Boſſ. titu. de crimi
ne læſæ maieſtatis, num. 56. tum denique, quia
cum pater mirificè torqueatur pœna filiorum,
37 imo interdum plus quam ſua ipſius, vt ait Bald.
in l. prima, col. 2. verſ. in textu, C. de his, qui ante
apertas tabulas, quo magis formidine pœnæ, &
in ſe & in filios indictæ, a tanto ſcelere abſterre-
rentur, quod amo, & laudo, & vehementer deſi-
dero, duxit lex communis, & decretum, vt pœna
ad filios tranſiret, eoſdemque vinctos, & conſtri-
ctos teneret, vt ſentit Alba conſil. 773. num. 11.
nec de nimia ſeueritate eſt accuſanda lex ipſa
quę in pœnis benigna eſſe ſolet, nec credidi Æde
pol id adeo inhumanum fore, cum tunc valde
æquum videatur, e medio excedere; nam ſicut
optimus paterfamilias, & diligentiſſimus agrico
la, qui poſt longos ſuſceptos labores in arbore
ſerenda, & colenda, & bene tuenda, vt fructus e-
dat vberrimos, ſi videt inanes, aut nullos ferre, in
quiens, vt quid terram occupas? vt quid ego o-
leum, & operam adhuc perdo? excidi aut euelli,
& in ignem mitti iubet, nec patitur vt diutius vi
uens vmbtifera, & non fructuoſa, alijs nouellis
arboribus magnæ expectationis, obſit, hominib.
vero quorũ gratia maxime ſata eſt, minime pro-
39 ſit, ita mehercule ſi in hac humana hominum ſo
cietate aliquis cõperiatur adeo rationis expers,
vt ventri obediens à virtute longe alienus, vitijs
ſit totus deditus, & cuius quaſi ſalus ob inuetera-
tam peccandi conſuetudinem, & licentiam de-
ſperata ſit, & qui quotidie velut fera, & bruta be
ſtia hunc tanquam ferox leo vi comprimit, il-
lum morſu circumrodit, & deuorat, hunc tan-
quam rapax, & crudelis lupus diripit, illius viſce
ra ferus immani dilaniat morſu, illumque acutis
dentibus cruentat, & dilacerat, hunc tanquam
fraudulenta vulpecula improbiſſime fraudat, il-
lum decipit, fallit, & capit; & in ſumma, cum ad
nocendum natus eſſe videatur, ne ſtatus huma-
næ ſocietatis huius iniuria perturbetur, & tole-
rantia conuellatur, perinde ac ſi eſſet arbor mi-
nime frugifera, eſt de medio hominum tollẽdus,
& vita indignus morte multandus, nam vt in-
quit Summus Pontifex, in cap. qualis, 23. quęſt.
5. & quem refert Lucas de Penna, in l. vnica, in
verbo, Sacrificijs, C. de theſauris, lib. 10. magnũ
ſacrificium Deo offertur, cum mali, qui in ſuam,
& aliorum perniciem debachãtur, vigore iuſtitię
compeſcantur, nihilque meo iudicio eſt quod
magis cohibeat, & ab omni lapſu contineat per-
uerſorum hominum, & perditorum, & diſſoluto
rum adoleſcentium temeritatem, & furentium
exultantem furorem, conatus ferocitatem, impe
tum, impudentiamvè reprimat, quã ſumma ani
maduerſionis ſeueritas, ſine qua rectè ciuitas ad-
miniſtrari non poteſt, cum magna ſit copia con-
taminatorum perditorumque ac flagitioſorum
hominum, qui non modo animum integrũ, ſed
nec animam quidem puram, vt decet conſerua-
re volunt, imo in vino, & alea, commeſſationes
ſolum, & ſcorta quærunt, omnique ſcelerum ge-
nere coinquinati, ſcelerati, & nefarij, quotidie in
ſe, & alios ſceleratè peccãt, & crebro imberbes a-
doleſcentulos ad miſeriam in prædamque ille-
cebris blandis voluptatis, quaſi ad nequitiæ cæ-
nam inuitant, & venefici ſub dulci libertatis, &
licentiæ melle eiſdem mortifera veneni pocula
obbibenda præbent, quæ eoſdem necant, & mi-
ſerè perdunt, nec iuuat ſi in media potione ex-
clament, ſe cum maximo dolore mori, cum res
amplius integra non ſit, & ipſi iam cum eis malè
ſentientes, & agentes digni facti ſint, vt ad ſup-
plicium ob facinus rapiantur, & his falſis illece-
bris illaqueati, cum eis laqueo vitam finiant, ſed
vt ad propoſitum redeam, vnde ornandi cauſa
aliquantulum egreſſus ſum, hi filij ob patris im-
mane crimen debent excludi ne in emphyteuſi
hac ſuccedant.

Quod vero ſpectat ad tertium punctum vi-
detur intereſſe iurari non poſſe ab vxore, & eius
ſecundo viro, contra hæredes ipſius emphyteutę
primi viri, ex iure noſtro municipali, cap.43.in
primo, niſi à die ſcientiæ, vel interpellationis hæ
redum, quæ interpellatio cum deſit, nec ſcientia
probetur; cum ex regulari iure ignorantia præſu
40 matur; & tolerabilis, & iuſta dicatur in hærede
qui in alterius locum ſucceſſit, l. qui in alterius,
ff.de regulis iuris, cap. præſumitur, eod.titu.in 6.
& l.verius, in primo, ff.de probat. videtur, quod
deficiente ſtatuti qualitate, deficiat etiam eius di
41 ſpoſitio, Tiraquel.de retractu legali, §.8.gloſ.7.
num.primo, & ſecundo, & §.28.gloſ.prima, nu-
42 me.42.erat etiam probandum, quod eſſet in ca-
ſu obtinendi intereſſe ex iure Pontificio, vt ſtatu
tum requirit, Menochius de arbitrarijs iudic.ca-
ſu 119.num.3.

Nec dicatur, quod ex teſtamento, & ex præci
bus ac reſponſis Senatui porrectis ſatis probata
videatur ſcientia ipſorum hæredum, quod prior
maritus partem dotis receperit ad notata. in l.
qui Romæ, §.cohæredes, ff.de verb.obligat.

Quia reſpondetur, ſcientiam in genere non
ſufficere maximè ad conſtituendum quem in mo
ra, quę culpa, & delicto carere non videtur, & ad
43 eum obligandum ad intereſſe, quod pœnam prę
ferre videtur, glo.in cap. concertationi, de appel.
lib.6. Borgn. videndus deciſ.12.nu.37. Alba vti-
que videndus conſil.252.num.9.eſt namq; mo-
ra delictum in debito ſoluendo, vel recipiendo
44 commiſſum, vt tradit Ripa, in l.quod te, num.1.
ff.ſi certum petatur.

Imo interpellatio non conſtituit hæredem de
bitoris in mora niſi ei ſit facta fides de debito,
vnde ſciat ſe debere, vt ſcribit Ripa, ead.l.quod
45 te, num.55.& 59.ff.ſi certum petatur, & notitia,
ad hoc, vt hæres obligetur debet eſſe legitima, &
ſolemnis, vt tradit Cagnolus omnino videndus
ead.l.qui in alterius, num.17.ff.de regu.iuris, &
vt hæres teneatur ad id quod intereſt debet de-
46 bitum ſcire, & illud adeo liquidum eſſe, & clarũ,
vt probabilem non habeat exceptionem, aut li-
tigandi iuſtam aliquam præbeat occaſionem, vt
docet Barto. in l.fideicommiſſi, num.1.de vſu-
ris, Ripa, ead.l.quod te, num.67.& in terminis,
Plotus videndus in l.ſi quando, num.82.verſic.
vndecimo, C.vnde vi, ratio eſt aperta, quia vt
47 quis in mora conſtituatur debent òmnia eſſe cer
ta, & liquida, vt fusè proſequitur Tiraq.relato,
tract.de retractu legali, gloſ.18.§.1.numero 1.&
& optimè confert, l.non poteſt videri improbus,
& ibi videatur Decius, de regulis iuris, inquiens,
non poſſe eum videri conſtitutum in mora, qui
48 neſcit quantum ſoluere debeat, Rimin.iunior,
conſil.52.num.63. Menoch.de arbit. iudci.caſu
220.nu.47.50.& 51.& confert, quod in his ter-
minis ſcribit Surdus de aliment.tit.primo, quæſ.
42.num.14.15.& 16.

Cum igitur receptio dotis vxoris emphy-
teutæ, non per publicum inſtrumentum pro-
betur, ſed per plures ſingraphas, quæ altiorem in
daginem requirebant, & quæ recognitione ego-
bant, & item per iuramentum in ſupplementum
ꝓbationis, de quo poterat dubitari an ſubiri poſ
ſte, & vellet, & probabilis ſubeſſet dubitatio, an
pars dotis eſſet recepta in cauſam intereſſe, quod
appellatione dotis venit, l.prima, C.de ſolut.&
ex aduerſo dicatur à veriſimili valdè alienum vi
videri, vt conſtitutio dotis, & eius qualitas igno-
retur à debitore, & ab eodem poſtea facto credi-
tore, licet extet exemplum dotalis chirographi,
quod non potuit comprobari, & attento inſtru-
mento receptionis reliquæ dotis à patre vxoris,
& liberationis factę ab ipſamet vxore, videatur,
non veriſimilitudinis coniectura augeri, hæredes
in mora dici nõ poterant, donec debiti sũma cer-
ta legitima eis vocatis probata fuiſſet.

Nec, c. ſalubriter de vſuris, videtur obeſſe cũ
49 loquatur in ſocero, & genero, & nihil habeat ſin
gulare ratione dotis, ſed potius id quod intereſt
ratione damni emergentis, vel lucri ceſſantis con
ſideretur, vt ait Baldus nouellus tract.dotis, par-
te 7.priuileg.3.nu.3.& 4. Didacus, lib.3. varia-
rum reſolut.cap.primo, num.3.verſic.ſecundo,
conſtat, imo in muliere Vidua contrarium vide
tur magis receptum, vt ſcilicet, intereſſe non de-
50 beatur, etiamſi lapſus eſſet annus ad exigendam
dotem præſtitutus ex l. vnica, §. exactio, C.de
rei vxori.actione, qui textus, cũ loquatur de exi-
genda dote, magis conſiderare videtur perſonam
creditoris, quam debitoris, vt hanc eſſe commu-
nem opinionem cum Innocentio atteſtatur Ab-
51 bas, eod.cap.ſalubriter, num.4.& Alba eod. con
ſil.270.num.1.qui loquitur, quando mulier ga-
uiſa eſt, fructibus rerum mariti. Borgn.de vſufru
ctu, num.206. & ratio videtur, quia cum elapſo
anno mulier potuerit petere dotem, & eam vr-
gendo, & inſtando, & tandem perficiendo conſe
qui, ſaltem iudicis miniſterio, & iudicij neceſſita-
te, ſuæ negligentiæ adſcribat ſi eam non exegit,
vel ſibi bona in ſolutum dari non curauit, vt con
ſiderant iam relati ſcribentes, & Neguſant.trac.
pigno. quinta parte quintæ partis principalis,
num.17. Campegius, tract.de dote, parte ſecun-
da, quæſt.18. & Iaſ.ex contrario allegatus, eod.
§.fuerat, num.26. Inſtitu.de actionib. inquiens,
52 quod elapſo anno mulier debet proteſtari, &
inſtare, & in mora etiam medio interpellatio
nis conſtituere hæredes, & Lupus, in cap.naui-
ganti, cap.3.§.6.in fine, de vſuris, Alba, conſilio
699. conſiderans, & ipſe negligentiam mulieris
in repetenda dote.ad effugiendas itaque has om
nes difficultates, cautæ, & diligentes ſint mulie-
res, vel qui pro eis cauſam agunt, valde vigilent,
vt ſtatim ſoluto matrimonio interpellentur hæ-
redes mariti ad numerandam, vel refundendam
debitam dotem, vel aliter ſibi ſatisfieri ſolicitè
curent.

Nec quia mulier tranſiuerit ad ſecunda vota;
hære-

hæredes prioris viri magis tenentur, niſi debitũ
fuerit liquidum & clarum, & data fuerit eis ple-
na notitia, & eſt ratio quia, aut vult ſecundus vir
petere intereſſe loco alimentorum, & videtur, qđ
non poſſit; tum quia aliundè mulier habebat vn
de ſe aleret; tum etiam quia ipſi marito id oneris
53 eſt impoſitũ, aut tãquam intereſſe, & non poteſt,
niſi dos ei ab hæredibus viri fuiſſet promiſſa, vel
aliter ipſi hæredes in mora fuiſſent legitimè con-
ſtituti, & ita eſt intelligendus Ruin. conſi. 53. vo
lum. 2. nec diſpoſitio, c. ſalubriter, quæ loquitur
in ſocero, & genero, poteſt habere locum in hæ-
rede primi viri, cum diſpar videatur ratio, tum
quia cum eis nihil actum eſt, tum ratione ſcien-
tiæ tum ratione explicationis, & liquidationis,
& moræ ita in muliere ſecundo nupta in puncto
cònſuluit videndus omnino interpretum noſtro
rum princeps Bartol. conſil. 128. incipiens, Fran
ciſcus habuit, & ſequitur Alexand. conſil. 141.
num. 5. lib. 5. Surdus omnino vidẽdus, quia hũc
ipſum articulum fusè & latè examinat, tract. de
aliment. titu. primo; quæſt. 42. num. 16. verſicu.
propterea, & infra maximè, num. 141. & quæſt.
45. nu. 53. & ſupra, & infra, & quæſt. 240. nu. 8.
verſ. hoc tamen, & Gratus excitato, conſil. 56.
ſub num. 3. & 4. loquutur in ſecundo viro reten-
tis terminis, quod hæredes mariti ab ipſa mulie-
re tempore quo erat vidua fuerint in mora con-
ſtituti interpellatione iudiciaria, & continuata
lite, & quando eadem ipſa fecerit, quicquid po-
tuit, vt eam haberet, licet ipſi hæredes calumniã-
do, & procraſtinando, diſtulerint, quæ vbi defe-
ciſſent, prout in caſu noſtro deſunt, ſentire vide-
54 tur contrarium, & cum hac opinione tranſit etiã
Plotus, ead. l. ſi quando, C. vnde vi, num. 464. &
id eo magis dicendum videtur in præſenti caſu
cum debitum liquidum non eſſet, & hæredes il-
lud ignorarent, nec mulier aut ſecundus vir ha-
bent in quo doleant, cum iura vigilantibus, & nõ
dormientibus ſubueniant, & ſuæ negligentię cul
pam æquo animo ferre debeãt, ſicut nec iniquo
ſuſtinere debent impenſas neceſſarias in reparã-
da domo emphyteutica in vim pignoris, & hypo
thecæ ex cauſa huius dotis poſtea capta, licet eo
rum creditum fiat proinde maius, & poſſint illas
55 à debitore, & eius hæredibus repetere, l. ſi ſeruos,
ff. de pignorat. actio. & in terminis ponunt viden
di Bartol. Bald. Caſtrenſ. in l. ſi fruſtra, §. ſi quis
damni, ff. de damno infecto. facit Bal. in l. in ſum
ma, C. de pignoribus, Neguſant. tractatu pigno.
3. membro, ſeptimæ partis principalis, nume. 4.
verſic. adde, nec ratio optima deeſſe videtur, nã
omni rationi conuenit, vt is qui poſſidet adiecta
omni cunctatione, & mora, has faciat impenſas,
quæ celeritatem deſiderant, & quæ ſi paululum
differantur, adeo grauis fiat iactura, vt impenſa
vnius nummi argentei, creſcat in aureum num-
mum, atque negata, cum neceſſitas vrgeat in du-
plum eat, vnde valde intereſt, vt à poſſidente ſta
tim, & illico omni abiecta mora hæc neceſſaria
fiat impenſa, nec damno afficiatur, cum eam re-
petat, & cuicunque creditori etiam anteriori in
ea præferatur, poſtquam conſeruationi rei con-
ſuluit, & interim, & ipſe ea fruatur, qua potiri
non poſſet, ſi diutius cunctatus, & tergiuerſatus
oſcitanter paſſus fuiſſet, rem ipſam aſſiduo mo-
tu labefactatam ruere ad interitum.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO LVCRETIA, ET Blanca matre & filia Landrianis.

ARGVMENTA.

Subſtitutio mutua, & reciproca, an & quando inducta cenſeatur, & prohibitioni alienationis adiecta ratio, quia teſtator velit bona in familia remanere, an id præſtet.

Fideicommiſſum ad fauorem maſculorum, an & quando allatum intelligatur ad excluſionem fœminarum alterius lineæ, quæ ſint magis proximę grauato.

Prohibitioni alienationis, vel fideicommiſſo, an & quando contrauentum dicatur ex inſtitutione facta eius, qui ab inteſtato erat ſucceſſurus.

SVMMAE RERVM.

1 *Ad fideicommiſſum agens tenetur illud manifeſtè & legitimè probare.*
2 *Subſtitutio quod de re non loquatur ſemper dici poteſt.*
3 *Fideicommiſſum, an & quando cenſeatur odioſum, vel fauorabile, & an in dubio cõtra illud ſit indicandum.*
4 *Deſcendentium appellatione fœmina continentur.*
5 *Filiorum appellatione filiæ veniunt.*
6 *Subſtitutus ſub ea conditione ſi quis ſine filijs deceſſerit excluditur ſi fœmina adſit.*
7 *Filias proprias ſi teſtator excluſerit, cenſetur excluſiſſe neptes ex filia, ſecus ex filio.*
8 *Ab excluſione propriarum filiarum infertur ad excluſionem neptum, vbi teſtator ad ſtatuta ſe conformauerit.*
9 *Filia melioris conditionis an ſit, quam neptis.*
10 *Neptem ex filia abſurdum non eſt eſſe melioris conditionis, quam ipſam filiam.*
11 *Fœminæ non excluduntur, niſi accedat ratio conſeruandæ agnationis.*
12 *Maſculina qualitas ſi expreſſa ſit in inſtitutione,*
&

& omiſſo in ſubſtitutione, oſtendit animum teſtatoris non fuiſſe ſoli agnationi conſulere.

13 *Deſcendentium nomen nec toti nec ſoli agnationi conuenit.*

14 *Deſcendentium deſcendentes vbi teſtator vocet, cenſetur voluiſſe prouidere ſingulis deſcendentibus reſpectu deſcentium ſuorum, non autem agnationi, & familia.*

15 *Alienationis prohibitioni ſi adiecta ſit ratio, quia teſtator velit quod bona ſua remaneant in domo, & familia ſua fideicommiſſum ad agnatorum fauorem inductum cenſetur, vbi per ſe prohibitio ſit valida.*

16 *Ad fideicommiſſum vbi ratio ſit acceſſoria, vel cõſecutiua debet regulari ſecũdum eius terminos.*

17 *Dictio dictus eſt perſonaliſſima, & demonſtratiua ad oculum.*

18 *Diſpoſitio vbi ſit ſeparata, ex vna ad aliam non infertur, ſed vnaquaq; diſpoſitio in ſuo caſu eſt obſeruanda.*

19 *Prohibitio alienationis tanquam odioſa, adiecta filijs ad nepotes non extenditur.*

20 *Agnationi ſoli teſtator proſpicere non intelligitur ſi vocauerit fœminas, & proximiores ab inteſtato venientes.*

21 *Singula ſingulis ſunt reddenda pro iuris ratione.*

22 *Ratio reſtringitur ad caſum præcedentem.*

23 *Clauſula, eo caſu, reſtringit diſpoſitionem ad ſuos caſus eamq; limitatam facit.*

24 *Voluntas defuncti probatur ex eius conſuetudine loquendi.*

25 *Conſuetudo loquendi teſtatoris, proprietati ſermonis præſtat.*

25 *Voluntas teſtatoris in fideicommiſſis interpretandis principem locum obtinet.*

27 *Interpretatio eſt facienda ne diſpoſitio teſtatoris inanis ſit, aut ſibi ipſi contraria.*

28 *Poſteriores voluntates in fideicommiſſis ſunt firmiores.*

29 *Specialem qui habet voluntem teſtatoris, præfertur, ei qui eam habet in genere, & ideo poſterior in gradu nominatus præfertur nominato in genere.*

30 *Alienatio ſi ſit prohibita extra familiam, ea nõ prohibetur in fœminas deſcendẽtes ſi adhuc nuptæ non ſint.*

31 *Agnationi vbi teſtator proſpicere voluerit, alienatio fieri nequit in fœminas, quia licet ſint caput familiæ, ſunt etiam finis.*

32 *Familiam quomodo teſtator accipiat, ſi declarauerit, nuſquam ab eius declaratione diſcedemus.*

33 *Agnationi teſtator proſpicere voluiſſe cenſetur ſi qualitatem maſculinam omiſerit, atq; illa verbo perpetuo, vel in infinitum prætermiſerit.*

34 *Teſtator in dubio præſumitur potius ſe velle conformare ad ius municipale, quam commune.*

35 *Alienatione prohibita, cenſetur prohibita alienatio inter viuos, & non in vltima voluntate.*

36 *Alienationis verbum licet amplum videatur ex adiunctis reſtringitur.*

37 *Fideicommiſſum reciprocum, & mutua ſubſtitutio ad hoc, vt inducta ſit plura ſimul, & ſemel exiguntur.*

38 *Linea vnius maſculi, an & quando excludant fœminas alterius lineæ.*

39 *Ab vna linea ad aliam vt fiat tranſitus, multum intereſt an ab vno inchoetur, vel à duobus.*

40 *Lineas ſingulas faciunt patris familias filij quot quot fuerint.*

41 *Deſcendentes vbi vocentur recta linea conſiderari videtur, & ſic effectiua, non autem contentiua.*

42 *Teſtator ſi aliquem eius deſcendentem dilexit, cenſetur etiam eius poſteritatem, cuiuſcunq; ſexus fuerit, dilexiſſe.*

43 *Charitatis ordo is videtur, vt deſcendentes magis diligantur quam extranei.*

44 *Euenire alteri poteſt, quod vni accidit, & idcirco alterius calamitas irridenda non eſt, ſed potius dolenda.*

45 *Linea vniuſcuiuſq; eſt inſpicienda, quoties teſtator adiecerit clauſulam ſingulariter, & debite referendo.*

46 *Deſcendentes qui vocauerit, cenſetur eos cuiuſq; lineæ prætuliſſe deſcendentibus alterius lineæ.*

47 *Proximitas grauati in fideicommiſſoria ſubſtitutione attendi magis debet, quam teſtatoris.*

48 *Lineæ alterius deſcendentes eligere quis non poteſt, vbi permittatur alienare inter deſcendentes.*

49 *Filij prædefuncti filia excluditur à patruo, vbi eius pater viuente auo deceſſerit, ſtante ſtatuto fœminas excludente ſecus, ſi poſt mortem aui pater deceſſerit.*

50 *Teſtatoris diſpoſitio debet potius ſe conformare ad ius municipale quam ad ius commune.*

51 *Maſculi vnius lineæ non excludunt fœminas alterius lineæ, niſi aliter appareat mens teſtatoris, quod voluerit agnationi fauere.*

52 *Primogeniorum appellatione vbi fœminæ veniant maſculi alterius lineæ non poſſunt eam excludere.*

53 *Fœminam vnius lineæ excludi à maſculo alterius lineæ periniquum videtur.*

54 *Lineæ vnius fœminæ non excluduntur à maſculis alterius lineæ, ſi teſtator eas vocauerit in defectum maſculorum, quia id intelligitur de maſculis, eiuſdem lineæ.*

55 *A teſtatoris declaratione nuſquam eſt recedendum.*

56 *Proximiorum appellatione fœminæ veniunt.*

57 *Legitima de quocunq; fideicommiſſo deduci dẽt.*

58 *Legitima deducenda ius tranſmittitur, in quemlibet extraneum hæredem.*

59 *Agnatio conſeruatur per maſculos.*

60 *Deſcendẽtium, & proximiorum appellatione fœminæ continentur.*

61 *Filiorum appellatione fœminæ continentur, & tanto magis deſcendẽtium, vel liberorum.*

62 *Diſpoſitionis pars vna alteram declarat.*

63 *Subſtitutio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.*

64 *Fœmi-*

64 Fœmina à fratre inſtituta facilius admittitur ẽt in fideicommiſſis, quam ſi inſtituta non fuiſſet.
65 Extranea ſoboles ne propria inſtituti hæredis proponatur interpretatio eſt facienda.
66 In alienationis prohibitione, an contineatur hæredis inſtitutio.
67 Prohibita alienatione, non cenſetur prohibita inſtitutio eius qui ab inteſtato erat ſucceſſurus.
68 Contra fideicommiſſum in dubio pronuntiandum videtur.
69 Fideicommiſſum nominatim primo hæredi iniunctum, non cenſetur repetitum in alijs ſubſequentibus.
70 Fideicommiſſaria ſubſtitutio nominatim facta ad alias perſonas non porrigitur.
71 Proprio nomine ſi teſtator vtatur, de vno tantum ſenſiſſe intelligitur.
72 Subſtitutio ad certos caſus reſtricta ſi non eueniant euaneſcit.
73 Reciproca ſubſtitutio, vt afferatur, dẽt fieri, de tota hæreditate, & vltimo & nouiſſimè morienti, & non poſitis in conditione, ſed vocatis.
74 Subſtitutio an ſit facta poſt mortem omnium, vel vltimo morienti multum refert.
75 Fideicommiſſum cum ſit onus non intelligitur iniunctum niſi expreſſè appareat.
76 Subſtitutione facta poſt mortem omnium hæreditas interim manet penes deſcendentes, donec eueniat mors omnium.
77 Teſtator interrogatus, ſi ita veriſimiliter reſpõdiſſet, valet coniectura, vbi tamen ex diſpoſitio colligatur veriſimilis reſponſio.
78 Succeſſio legitima ab inteſtato ſæpe reſeruata intelligitur, ſicut ex teſtamento.
79 Fideicommiſſum reciprocum ex ſimplici vocatione maſculorum non affertur.
80 Agnationis conſeruatio, & familia intelligitur eo modo, & quatenus teſtator diſpoſuit.
81 Agnationis fauor ceſſat vbi teſtator, tam maſculos quam fœminas vocauerit.
82 Subſtitutio ſi facta ſit vltimo morienti, non intelligitur eſſe reciproca, ſi diuerſi gradus ſint.
83 Teſtator ſi vocet deſcendẽtes, & deſcendẽtium deſcendẽtes non expreſſa qualitate maſculina, cẽſetur vocaſſe fœminas prout ab inteſtato erant, ſucceſſuræ.
84 Teſtator mẽtionem faciẽs maſculorum, & fœminarum nõ cẽſetur conſideraſſe agnationis fauorem, ſed potius voluiſſe proximiores præferre.
85 Maſculi vnius lineæ, non excludunt fœminas alterius lineæ in diſpoſitione hominis in qua ſint vocatæ fœminæ in defectum maſculorum.
86 Feudum ſi ita recipiatur, vt fœmina nõ admittãtur donec maſculi viuerẽt, ſi alter frater moriatur relicta fœmina nõ excluditur.
88 Maſculina qualitas poſita in vna parte, nõ intelligitur in alia repetita.
88 Linea effectiuè, & contentiuè conſideratur.
89 Linea cuiuſq; prædilecta cenſetur.
90 Ratio illa quia volo quod bona remaneãt in familia alienationis prohibitioni adiecta, an & quando fideicommiſſum inducat.
91 Prohibita alienatione, & obligatione, cenſetur prohibita alienatio inter viuos, & non in vltima voluntate.
92 Prohibitus ſimpliciter alienare, hæredem inſtituere non prohibetur.
93 Ab inteſtato ſucceſſurus non prohibetur inſtitui etiamſi prohibita ſit alienatio.
94 Prohibita alienatione extra familiam, non prohibetur in filios.
95 Prohibitio ſi ſit reſtricta ad perſonam primi hæredis, conſecutiua ratio, quia velit quod bona remaneant in familia, à vocatione reſtringitur.
95 Subſtitutio tanquam odioſa, nõ intelligitur in alijs repetita.
97 Clauſula perpetua, & in infinitum, multum valet ad fideicommiſſum afferendum.
98 Maſculi & fœminæ vbi vocentur, agnationis conſeruatio poſthabita cenſetur.
99 Conditione non eueniente, caſus contigiſſe non dicitur.
100 Ratio dictum non ampliat, quando per ſe non ſtat ſed conſecutiuè.

CONSILIVM CCXLVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

LVcretia & Blanca mater & filia Landrianæ reæ conuentæ, ſatis robuſtos neruos, & ſtabiles habent vires ſuæ exceptionis, aduerſus Petrum Georgiũ, & Carolum, & fratres Landrianos actores, ex notiſſima, & receptiſſima illa conclusione, vt ſcilicet agens ad fideicommiſſum, teneatur illud manifeſtè, & legitimè probare; nam cũ ſit onus, & impedimentũ libertatis, qua nihil eſt dulcius, merito fideicommiſſum non præſu-
1 mitur, imo contra illud, & pro poſſeſſore in dubio eſt ſemper pronuntiandum, l. cohæredi, §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupilla. l. ſi arrogator, ff. de adoptionibus, §. commodum, Inſtit. de interdictis. & cum fideicommiſſum non habeat locum niſi expreſſum ſit, ex teſtamenti inſpectione, facile hęc negans exceptio probatur, quia ſemper dici po-
2 teſt, ſubſtitutio de te non loquitur, ex vulgato celebri, & famigerato Oldradi conſil. 21. nu. 1. & 2.

Et quamuis aliqui voluerint fideicommiſſum eſſe fauorabile, atque in dubio pro eo iudicandum, attamen id procedere forte poſſet vbi conſtaret eſſe factum pro conſeruatione agnationis, quod ceſſat hoc caſu, cum ſæpius fœminę fuerint vocatæ, & cæteri venientes ab inteſtato, inter quos poſſunt eſſe etiam hi, qui non ſint de agnatione; Item vbi non ageretur, vt hic, de fideicommiſſo inducendo in quo poſſit eſſe ambiguitas, vel in verbis, vel in re, aut in perſonis onera-

oneratis aut grauatis, & ſic dubitatio in fideicō-
miſſi probarione verſetur, quia tunc contra fidei
commiſſum ex receptiori ſententia, eſt ferenda
3 ſententia, vt diſtinguunt, Simon à Prætis de in-
terprer. vlt. volunt. lib. 3. ſol. 3. num. 8. & 15. fol.
276. & Mantica de coniec. vlt. volunt. lib. 7. titu.
primo, num. 2. & infra pluribus ſequentib. Ma-
ſcard. trac. probat. in verbo, fideicommiſſum an
præſumatur, concluſ. 774. & concl. 775. & Alba
conſil. 31. num. 9. & 22. vbi eius interpres infini-
tos propemodum in idem congeſtos refert.

Verum enimuero tantum abeſt, vt hoc aſſer-
tum fideicommiſſum excludere voluerit fœmi-
nas, vt potius, vt iam dixi, eas vocauerit nedum
ſpeciatim, quatenus diſpoſuit hæreditatem re-
ſtitui filiabus, ſed etiam generatim, quatenus eā
adiecit rationem, quia voluerit bona peruenire
in deſcendentes ſuos, & deſcendentium deſcen-
dentes; & nemini dubium eſt, quin deſcendentiū
appellatio fœminas etiam comprehendat atque
4 contineat, l. fin. C. de ſuis, & legitimis, Alexand.
conſil. 160. lib. 2. Cæphalus, conſil. 46. num. 46.
lib. primo, Mantica de coniect. vlt. voluntatum,
lib. 8. titu. 11. num. primo, Peregrin. de fideicom
miſſ. art. 25. num. 8. imo etiam filiorum appella-
tione filiæ veniunt, ſaltem ex iuſta legis interpre
5 tatione, l. filij appellatione, & l. iuſta, & l. cogno-
ſcere, in fine, & l. liberorum, vbi Bartol. num. 5.
ff. de verbor. ſignifica. l. Lucius, la 2. ff. de hæred.
inſtit. Menoch. præſumpt. 91. lib. 4. & ideo ſub-
6 ſtitutum excludunt, ſub ea conditione vocatū,
vt in caſu noſtro, ſi ſine filijs deceſſerit, vt magis
communem teſtatur videndus Mantica de con-
iect. vlt. volunt. lib. 11. titu. 14. num. 7. verſicu. &
hanc quidem.

Nec refragari videtur, quod ſuas ipſius filias
excluſerit, quia id, Primo procedit vbi agatur de
excludenda nepte ex filia, ſecus ex filio, Gabriel
7 conſil. 100. num. 10. lib. 2. Cæphalus, conſil. 46.
num. 35. Marz. conſil. 8. num. 8. Honded. conſil.
57. num. 56. Secundo, quando adeſt coniectura
mentis teſtatoris ſe conformantis ad ſtatuta ex-
8 cludentia fœminas, Cæphal. eo. conſil. 46. num.
30. Marza. conſil. 8. nu. 15. & 16. Honded. conſil.
57. num. 57. Tertio, quia ceſſat ratio conſiderata
9 melioris factæ conditionis neptis potius, quam
filiæ Honded. conſil. 57. num. 63. & 64. Cæphal.
conſi. 46. num. 28. Quarto non eſt abſurdum me
liorem quandoq; effici conditionem neptis, quā
10 filiæ, quia id venit, ex perſona patris quem repræ
ſentat, Marz. conſi. 8. num. 11. Cephal. conſ. 46.
num. 31. præterea fœminæ non excluduntur ni-
ſi accedat ratio conſeruandæ agnationis idem
Cæphal. conſil. 527. num. 54. Gabr. conſil. 100.
11 num. 47. lib. 2. & ſi id teſtator ſenſiſſet, ſicut in in-
ſtitutione expreſſit maſculinam qualitatem ita
etiam in ſubſtitutione repetijſſet Menoch. con-
ſil. 349. num. 9. Cæphalus conſil. 527. num. 20.
12 Marzar. conſil. 8. num. 12. idem Hondedeus, cō-
ſil. 57. num. 32. ſed adiecit deſcendentium nomē
quod agnationi nec toti nec ſoli conuenit, idem
Cæphal. conſil. 46. num. 46. imo vocauit deſcen
13 dentium deſcendentes, & etiam fœminas, vnde
fit, vt voluerit prouidere ſingulis deſcēdentibus
reſpectu deſcendentium ſuorum, Menoch. conſ.
14 327. num. 34. maximè cum nihil de his dixerit,
quæ ſolent proferre volentes agnationi prouide-
re atque conſulere, Cæphal. conſil. 46. num. 48.
Bart. conſil. 300. num. 75.

Quo ſolidiſſimo iacto fundamento minimè
aduerſantur admotæ machinæ, & iniecta tela; &
primo.

Vt ex ſtrictiſſima prohibitione alienationis
extra domum, & familiam ſuam Landrianam,
ea adiecta ratione, quia teſtator velit, qđ bona
ſua integrè remaneant in domo, & familia ſua
Landrianorū cenſeatur inductum fideicommiſ-
15 ſum ad agnatorum fauorem, non ſolum in caſu
alienationis, ſed etiam mortis, cum maximè ea
ratio videatur adiecta diſpoſitioni alias per ſe
firmæ, & validæ, vt magis commun. dicit idem
Mantica relato tract. lib. 6. titu. 14. num. 24. cui
addi poſſunt Alba conſil. 483. num. 17. vbi dicit
magis communem, & conſil. 54. num. primo, Si-
mon à Prætis, de interpret. vlt. volunt. lib. 3. ſol.
10. nu. 8. fol. 284. Præſes Menoch. de præſump.
lib. 4. præſump. 68. num. 18.

Quia reſpondetur in caſu noſtro rectè poſſe
dici non præcedere hanc prohibitionem per ſe
validam, cum non adeſſet perſona cuius fauore
ea eſſet adſcripta prohibitio, ſed poſt illam adie-
cta, vnde illa ratio poſita ad veſtiendam, & vali-
dam faciendam præcedentem diſpoſitionem, in-
ualidam, & nudam, fideicommiſſum nō inducit,
niſi in caſu ſuo, ideſt alienationis, vt communi-
ore diſtinguunt iam proximè relati Doctores.

Secundo dicitur cum teſtator in caſu mortis
declarauerit, qui deberent ſuccedere, & vocaue-
16 rit fœminas, & deſcendentes, conſequitur neceſ-
ſario, vt illa ratio, (vt noſtri aiunt) tanquam ac-
ceſſoria & conſecutiua ad fideicommiſſum de-
beat intelligi, & regi ex eius terminis, vt in termi
nis decidit doctiſſimus Alciat. noſter, in l. cum pa
ter, §. fundum, de legat. tertio, Rota Romana,
deciſ. 698. num. 17. parte prima, & Borgn. viden
dus omnino, qui plura adducit, & ait ita fuiſſe
deciſum, deciſ. 5. num. 81. & infra plurib. ſeqq.
parte tertia.

Tertio eſt meo iudicio maximè obſeruādum,
quod ipſum prohibitionis onus, eſt tantum im-
poſitum ipſi Petro Georgio, & nominatim qui-
dem, quatenus dictum fuit, cum ea conditione.
quod dictus filius meus hæres inſtitutus, vt ſu-
pra, non poſſit dicta bona vendere. & ſic illa di-
ctio, dictus, eſt vt dicitur perſonaliſſima, & demō
17 ſtratiua ad oculum, perinde ac ſi ſpeciatim fuiſ-
ſet nominatus Petrus Georgius, vt tradit in pun
cto Cratus videndus in l. filius familias, §. diui,
num. 134. de legat. primo, Gozadinus conſil. 39.
num. 15. Curtius iun. conſil. 58. num. 3. quos re-
fert

fert, & ſequitur aliis adiectis, Simon à Prætis ex
citato trac.lib.2. fol.1.nu.226. & 228. fol.172.
& propterea cum illis verbis prohibitio ſit perſo
naliſſima, non poteſt ad alios nō nominatos por
rigi, vt firmat in puncto Borgninus ead. deciſ.5.
num.85. verſ.ſeptimo, par.3. ſed debet tantum
ad perſonam Petri Georgij reſtringi, qui caſus
cum non euenerit, ceſſat omnino fideicommiſſi
onus, maximè cum teſtator in vtroque caſu pro-
uiderit, expreſsè, & diſiunctim diſponendo quid
in illo, quid in iſto rerum euentu ſeruandum eſ-
18 ſet, vnde ex vna ad aliam diſpoſitionem inſerri
non poteſt, ſed ex caſuum varietate vnaqueq; di
ſpoſitio in ſuo vnoquoque caſu eſt obſeruanda,
vt tradit Socin.iun.videndus conſil.112.num.4.
vol.1. Berreta conſilio 57. num.6.7.& 8. Præſes
Menoch.conſi.376.num.49.& præſumptio.62.
num.52.lib.4.& eſt ratio, quia cum hæc prohibi
tio ſit odioſa, non debet ad nepotes porrigi, licet
19 ſint remotiores, & maximè cum ſit reſtricta ad
certam perſonam, vt docent Alciat.conſilio 203.
num.1. lib.1. Ripa in ea.l.filiusfamilias, §.diui,
num.111.de legat.1. Crauetta videndus cōſ.67.
num.8. & conſ.161.num.10. & 11. Alba conſil.
312.nume.31.

Hocque idem probatur ſtabili, & inuicta ra-
tione; nam cum in caſu mortis vocauerit fœmi-
nas, & proximiores ab inteſtato venientes, & à
20 iure communi vocatas, cōſequitur neceſſario, vt
ſoli agnationi proſpicere noluerit, ſed magis ſan
guini, & deſcendentibus, vt arguit Dec.cōſ.466.
num.9.& quatenus vellemus dicere, quod in ca
ſu alienationis ex illis verbis remaneant in do-
mum & familiam, voluerit intelligere de agna-
tis; eſſet dicendum, vt contradicente repugnãtia
diſpoſitionum, vnaquæque in ſuo caſu ſeruanda
21 ſit, tum quia ſingula ſingulis ſunt reddenda pro
iuris ratione, & ex teſtatoris voluntate, glo.§.tu-
tor autem, in verbo, epiſtolæ, Inſtit.de authorita.
tutorum. Crauet.conſil.328.num.17.& in ſimili
docet videndus Simon a Prætis toties relato tra
ctatu de interpret.vltimarum volunt.lib.2.fol.1.
22 ſub num.266.& ſic ratio coanguſtatur potius ad
caſum præcedentem, vt voluit Alba conſil.361.
num.11.& infra, & conſil.321.num.3.& 35.vbi
videatur, tum etiam quia teſtator ita fieri ſpecia
tim iuſſit, dum dixit ſingulariter, & debitè referē
23 do, dum etiam adiecit illa verba eo caſu, quæ re-
ſtringunt diſpoſitionem ad ſuos caſus, & faciunt
limitatam diſpoſitionem, quæ progreſſionem ex
cludit, Anchar.videndus conſi.356. & Crauetta
conſil.98.num.5. & alios refert latè diſſerens idē
Prętus excitato trac.lib.1.fol.12.num.4.fol.37.
& omni caſu, verba præcedentia domus, & fami-
liæ, ex ſtatim adiunctis, etiam in caſu alienatio-
nis declarantur, quatenus teſtator declarauit fa-
cta alienatione, feminas deſcendentes admitti;
24 & optimè defuncti voluntas probatur, ex eius cō
ſuetudine loquendi, & intelligendi, vt ait gloſ.in
l.à quo, §.1.ſi de teſtamēto, in verbo, verba, ff.ad
Trebellianum, Bart.in l.Labeo, in fin.de ſupelle.
25 lega.quæ ſpectanda eſſet etiam ſi proprietati ſer
monis aduerſaretur, vt fusè probat Card. Man-
rica de coniec.vltimarum volunt. lib.3.tit.9.nu.
3.cum in fideicommiſſis interpretandis voluntas
26 teſtatoris principem locum obtineat, l.in condi-
tionibus, ff.de condit.& demonſtra. & ſi aliter di-
ceremus, ſequeretur, vt caput alterius appoſitæ
conditionis, & legis in caſu mortis ſuperuacaneū
& inane redderetur, cum præcedenti in caſu alie
nationis prouiſione, iam ſatis abūdè prouidiſſet,
etiam in caſu mortis, vnde opus non erat noua
27 prouiſione, & vbi facta diceretur, cenſeretur vel
otiosè, vel inaniter facta, cum idem contineat, &
vbi quid diuerſum contineret, concedendum eſ-
ſet teſtatorem voluiſſe ſe ſtatim, & illicò corrige-
re, quorū vtrumq; vti valde vitioſum eſt, ita ma
ximè fugiendum, l.ſi quando, ff.de leg.1.ca.inter
dilectos, §.cæterum, de fide inſtrumentorū, l.non
ad ea, ff.de condit.& demonſtrat. Mantic.de con
iec.vltimarum volunt.lib.3.tit.5.num.9.& ti.6.
& tit.7. & Alba in terminis fideicommiſſi conſi.
447. nume.31. & vbi repugnantiæ offenſio non
poſſet vitari, tunc nouiſſima pars, & prouiſio in
caſu mortis eſſet attendenda, cum poſteriora de
rogent prioribus, & teſtator videatur à priori vo
28 luntate recedere, quando ſubſequitur repugnan-
tia, ſiquidem poſteriores voluntates in fideicom
miſſis ſunt firmiores, vt eſt text. clarus in l.clari,
C.de fideicommiſ. & fusè proſequitur idem Mā
tica relato ſæpius trac.de coniec. vlt.volunt. lib.
12.ti.1.num.26.vbi videatur.

Quæ cum ita ſint, alterum de duobus eſt con-
cedendum, aut quod illa prima pars ſit ad caſum
alienationis reſtricta, & coarctata, aut vbi ad ca-
ſum mortis ex vi illius rationis trahi velit; faten
dum ſit vt debeat ex adiuncta ſingulari diſpoſi-
tione declarari, quatenus mutuo poſſint ſimul cō
ciliari, & coniungi, vt ait Alb.cōſ.467. nu.21. ſin
minus à poſteriori illa prior corrigatur, & in ca-
ſu mortis ſua ſpecialis, & ſingularis diſpoſitio ſit
inſpicienda vti ea, quæ generali præſtat, & qui
ſpeciatim habet voluntatem teſtatoris pręfertur
29 ei, qui eam habet voluntatem in genere, & poſte
rior in gradu nominatus, præfertur nominato in
genere, vt probant ijdem Mantica lib.6.titu.11.
num.10. Prętus lib.3.fol.2.num.6.& 7. fol.370.
vterque videndus, cum itaque nunc de caſu mor
tis, quæſtio ſit, ſpectabimus, quid eo caſu in ea re
teſtator nominatim diſpoſuerit.

Quarto, quatenus eſſet etiam prohibita alie-
natio extra familiam, adhuc fœminæ deſcenden
tes à teſtatore comprehenduntur, & maximè ſi
30 nuptæ non ſint, quia adhuc dicuntur de familia,
l.voluntas, la 1. C.de fideicommiſ. l.familiæ, de
verb.ſignif.§.cæterum, Inſtit.de legit.agnat.ſuc-
ceſ. Cephal.conſ.53.num.89.vol.1. Præſes Me-
noch.lib.4.præſumpt.84.num.33.

Nec refragatur, vt id non videatur procedere
quoties conſtare poſſit, quod teſtator voluerit
confer-

conſeruationi agnationis proſpicere, quia tunc
fęminæ nō veniunt, quia ſicut ſunt caput, ita ēt
ſunt finis familię, hocq́ue ſatis apparere videtur
in caſu noſtro, cum teſtator eam adiunxerit ra-
tionem quod bona integrè remaneant in domū,
31 & familiam ſuam de Landriano, vt late probat
Mantica excitato ſæpius tractatu, lib.8.titu.12.
num.8.& Hieron.Gabriel.conſil.132. quæſt.4.
num.44.& 45.& communem dicit Cæphal.cō-
ſil.134.num.12.vol. primo, quibus addi poteſt,
Soc.iun.conſil.168.num.78.& 79. vol.2.Marz.
epit.fideicom.parte 2.quæſt.21.& 43.& copio-
ſiſſimus omnium idem Prętus, lib.3. fol.11.nu-
me.37.& 67. præſes Menoch.lib.4. præſumpt.
85.num.22.& infra.

Quia ręſpondetur primo, quod ille eſt caſus
alienationis à quo, vt iam ſuperius probauimus
inferri non poteſt ad caſum mortis, qui habet di
uerſam, & ſingularem diſpoſitionem, & cum ille
non euenerit, ceſſat eius illatio. Secundo dicitur;
cum teſtator nedum in caſu alienationis, ſed ma
gis in caſu mortis vocauerit filias grauati, & de-
ſcendentium deſcendentes, demum vbi Petrus
Georgius ſine filijs deceſſiſſet, proximiores ab in
teſtato venientes ex forma iuris communis, fa-
cile diluitur, & refellitur aduerſum argumētum
conſeruandæ agnationis ab illa ratione ad ca-
ſum alienationis reſtricta ſumptum, quia inde
conſtat, quod teſtator voluit largius accipere no
32 men domus, & familiæ, ſcilicet pro quibuſcunq;
ſuis deſcendentibus, quæ declaratio cum clara,
& manifeſta ſit, nuſquam ab ea diſcedemus. cum
proptie etiam ſignificationi ſit præferenda, vt af
firmat idem Mant.lib.3.tit.1.nu.1.& titu.5.nu.
5.& 6.& tit.8.

Additur tertio dum de deſcendentibus locu-
tus eſt maſculinam qualitatem, qua conſeruatur
agnationis ſplendor cum non adiecerit, nec illa
33 verba perpetuo aut infinitum addiderit, vt
conſiderat Gabriel, lib.commun.titu.de fideicō.
concluſ.11. num.12. ad iuſque commune, quo
fœminæ cum maſculis ſimul vocantur, præſer-
tim ſub nomine proximiorum, l.maximum vi-
tium, C.de liber. præter. Dec.videndus conſilio
466.num.9.ſe retulerit, & non ad ius municipa-
le, quo fœminæ excluduntur, exiſtentibus eiuſ-
dem tamen lineæ maſculis, & qui non eſt etiam
caſus noſter, & ad quod ſe conformaſſe in dubio
præſumendum foret vbi aliter expreſſe non di-
ſpoſuiſſet, cum cenſeatur quis ſe referre ad illud
ius quod vſu recipitur, & cæteris præſtat: nam
quicquid ius commune diſponat, ſtatuta velut
34 poſteriores, & potiores leges ſunt ſeruanda, vt
communi conſenſu notatur, in l.hæredes mei, §.
cum ita, ad Trebell. & communem dicit Clarus,
§.teſtamentum, quæſt.76. reg.6.verſic.ſcias ta-
men, & latiſſimè comprobat Mantica, lib.6.tit.
7.maximè num.4.& infra, eſt omnino dicēdum,
vt fœminę hæreditatem capere poſſint maximè
non exiſtentibus maſculis eiuſdem lineæ.

Quinto prohibita alienatione, cenſetur tan-
tum prohibita alienatio inter viuos, & non in vl
35 tima voluntate, quæ dicitur neceſſaria quædam
alienatio, maximè cum inſtituti ſint, qui alias ab
inteſtato ſucceſſuri fuiſſent, l.peto, §.fratre.de le-
gat. ſecundo, & magis communem dicit Gabr.
de fideicommiſſ.concluſ.10.quod maximè eſt di
cendum cum non adſint aliqua verba vniuerſa
lia, & ampliſſima, ſcilicet quoquomodo, quouis
modo, quomodolibet, vel ſimilia; imo nomina-
36 tim adnexa ſint verba vendere & obligare, quæ
reſtringere videntur verbum alienationis ada-
ctum inter viuos, vt tradunt Abbas conſil.109.
num.1.& 4. Decius conſil.94.num.4.lib.3. Plot.
in conſil.14.num.13.chart.77. Soc.iun.conſilio
112.lib.1. Cæphal.conſil.269.num.45.vol.2.&
nouiſſimè Alba videndus, qui de communi teſta
tur, conſil.762.num.1.& infra.

Ex his itaque conſtat, quod illa ratio eſt ſcri-
pta ad caſum alienationis, nec poteſt trahi ad ca
ſum mortis in quo ſpeciatim teſtator aliter pro-
uidere voluit; vnde nunc meo iudicio quæſtio-
nis eſt, vt videamus quomodo hic noſter caſus
in ea diſpoſitione contineatur, & quatenus teſta
tor voluit hęreditatem à Petro Georgio reſtitui
eius filijs maſculis, & in eorum defectum filia-
bus, ea ſubiecta ratione, quia velit bona perue-
nire in deſcendentes, & deſcendentium deſcen-
dentes, vbi adeſſent maſculi, ex linea Nicolai fi-
lij Georgi proculdubio ſoror Petri Franciſci fi-
lij ipſius Nicolai eſſet excluſa prout fuit excluſa
quandiu vixit Petrus Franciſcus; verum cum is
defecerit, & ipſa ſola ſuperſit, illa debet admitti
cum expreſſe in maſculi defectum, & locū ſit vo-
cata, & ipſa contineatur in ratione ſubſequenti
vocante deſcendentes, quorum appellatione fœ
minas venire nemo dubitat, poſt quam teſtator
eas etiam expreſſè vocauit, hoc enim expeditum
eſt; ſolum ſupereſt eum de medio tollere obicēm
circa quem cauſæ totius cardo vertitur, quique
controuerſiam gignit, quod ſcilicet, ad fauorem
maſculorum, & ad excluſionem fœminarum cen
ſeatur inductum mutuum, & reciprocum fidei-
commiſſum, tam in deſcendentibus ex vna, quā
ex altera linea, ita vt quandiu ſuperſit aliquis
maſculus, is excludere debeat fęminas tam vnius
quàm alterius lineæ.

Et quod hic trāſitus ab vna linea ad alteram
fieri nequeat probatur primo ex illa receptiſſi-
ma omnium ſententia, vt fideicommiſſum reci-
procum nunquam factum præſumatur niſi tria
copulata ſimul concurrant, primo quod fiat de
tota hæreditate, ſecundo, quod ſit facta vltimo
morienti, qui enim id profitētur, hæc neceſſa-
ria proponunt, deinde poſt hæc nouiſſimè, &
tertio loco, quod ſit facta non poſitis in condi
tione, ſed vocatis; vnde cum in caſu noſtro defi-
37 ciat ſecundum, & tertium, ceſſat vtique recipro-
cum fideicommiſſum, vt magis communem re-
nuntiant Gabriel.de ſubſtitu. concluſ.prima, &

Ma-

Marcardus quos ambos adduco,cum ijdem ipſi
alios cumulatè referant, tract.probat.concluſio.
773.num.primo.
Secundo in terminis noſtris, vt ſcilicet in di-
ſpoſitione hominis in qua fœminæ vocatæ ſint
in defectum maſculorum,maſculi vnius lineę nō
excludant fœminas alterius lineę,adeſt, cap.1.
de duob. fratrib. inueſtitis,quod ad id includunt
Alexand.videndus conſil.119. lib.5. Corn.con-
ſil.233.col.5.verſ.portio enim matris, lib.4. Cel
ſus, Hugo conſil.93. num.10. Ruin.conſil.140.
num.5.& conſil.142.& conſil.144.lib.2. Caph.
conſil.17. num.28. & conſil.30. num.34. & 50.
lib.primo,& late Simon à Prætis de interpreta.
vlt.volunt.lib.3.ſolut.10.num.21. ſol.285.ante
num.21. & cum teſtator filijs hæreditatem reſti
tui voluerit conſequitur, vt ex hac mentione in
numero plurali facta, cenſeatur voluiſſe diuerſi-
tatem linearū conſiderare,quod velut veriſſimū
axioma pars aduerſa concedere videtur, ſed in-
quit id locum non habere,quando inchoatur ab
vno.
Quia reſpondetur licet text.in cap.primo, de
duobus fratribus,ita loquatur, tamen text. in c.
primo,de natura ſucceſſionis feudi locum habet
39 etiam quādo ab vno inchoatur,& poſtea fit pro-
pter deſcendentium multiplicem numerum li-
nearum diuiſio,in quibus caſibus loquuntur Do
ctores ſuperius excitati,& viget eadē ratio,quia
ſi volumus primum initium ſpectare,omnes orti
ſumus ab vno parēte in agro Damaſceno,& quę
libet familia ab vno genitore originem petit, vt
dicitur de familia Iulia,& Fabia,quę habuerunt
originem,à Fabio,& à Iulio, & cum pater mori-
tur, quot quot capita ei ſubiecta fuerunt ſingu-
40 las familias, & lineas incipiunt habere, ſingula
enim patrum familias nomen ſubeunt, vt expli-
cat Iuriſconſultus omnino videndus in l. pronun
tiatio, §.familiæ, verſic.denique, & verſic.item
appellatur, & ibi Doctiſſimus Alciat.noſter,nu-
me.4.& num.26.& num.38.ff.de verbor.ſignifi.
Ruin. videndus conſil.23.nume.4. lib. 3.& late
tradit idem Prætus relato tractatu,lib.3.ſol.11.
à num.39.vſq; ad num.57.fol.291.
Secundo cum teſtator onerauerit Petrū Ge-
orgium reſtituere filijs ſuis maſculis,& in eorum
defectum filiabus, conſequitur vt non vnus (vt
pars aduerſa autumat) ſed plures ad fideicom-
miſſum vocati ſint, & per conſequens cuiuſlibet
linea eſt inſpicienda, hocq; mihi omnem tollit
dubitationem.
Tertio cum in ſubiecta ratione dixerit teſta-
tor quod volebat,vt bona peruenirent ad deſcen
dentes ſuos & deſcendentium deſcendentes, vi-
detur maximè conſiderauiſſe rectam lineam, nō
41 autem quæ ex tranſuerſo venit, & ſic (vt noſtri
aiunt) effectiuam lineam, non autem contenti-
uam,vt diſtinguit idem Prætus,lib.3.ſol.11.nu-
me.43.fol.291.&comprobatur optima ratione;
nam ſicut acrius,& vehementius dilexit patrem,
ita cenſetur mirificè dilexiſſe, & charam habuiſ-
42 ſe illius poſteritatem cuiuſcunque ſexus fuerit,
vt eſt diuulgatus text. in l.cum acutiſſimi, C.de
fideicommiſſ.l.cum auus, ff.de condit.& demon-
ſtrat. nam hic eſt rectus ordo charitatis natura-
lis,verumque illud verbum eſt, quod vulgo dici
43 ſolet, omnes ſibi melius malle eſſe, quam alteri,
vt probant Salic.in l.quoties, la prima, C.de fi-
deicommiſſ. Crauet.conſil.161.num.7. Berreta,
conſil.75.pręſes Menoch.præſumpt.84.num.7.
& præſumpt.88.num.11.lib.4.& conſi.153.lib.
2.& conſil.95.num.85.lib.primo,facit Marzar.
epit.fideicom. parte ſecunda, quæſt.26.nec ha-
bet vna linea in quo alteri inuideat, aut de quo
doleat,nam is maſculorum acceſſus qui te læti-
ficat, potuit in fœminas conuerſus te quoq; mę-
rentem afficere, quare tu qui in aliena moleſtia
vt ſæpe fit,gaudes, in alterius ruinis exultas, &
proximi in aduerſis rebus luctum irrides,exultā-
tem lætitiam reprimas,teque ipſum reſpicias, et
contineas,nam quod illi hodie accidit, cras tibi
euenire poteſt, vnde putes, ſi quid mali accidit,
tibi,et non illi accidiſſe; ſiquidem ſi id eius cul-
pa conflatum ſit, cogites te quoq; hominem eſ-
ſe,et humanum eſſe peccare, atque in eūdem er
44 rorem labi,ſi autem fato, præter eius culpam,fa
ctum ſit, mente agites te facilè in eundem ca-
ſum incidere poſſe, & eadem mala in tuas ædes
iter,& impetum facere poſſe, cum fati neceſſita-
ti parendum ſit; & uita noſtra, ſit multis pericu-
lis,ſub uarios caſus ſubiecta,& aſſiduæ ærumnæ,
& miſeriæ eam premant, & ſæpe acerbi,& ino
pinati afferuntur nuntij,qui eam ſolicitam,& an
xiam tenent,incendium ſcilicet domus,& fune-
ſta peſtis,periculumque liberorum, & obſidium
patriæ,et bonorum direptio, adijce iſtis naufra-
gium,motusq́ue terrarum, et quicquid aliud ti-
meri poteſt;unde fit, ut infœlix homo mortalis
penetralia cordis ingreſſus ipſemet ſecum cogi-
tet,& cogitando deploret inconſtantiam,& mu-
tabilitatem huius mundi, ſic ratiocinatur ſic in-
tet ſe loquitur, O miſera hominis conditio, qui
aliquando peſtilentiæ acerbitate,aliquando hor
rore, nedum caritatis annonæ, ſed inopiæ,& fa
mis,aliquando magno belli timore, & terrore at
que incendio, imo ſæpiſſimè vno tēpore his om-
nibus malis ſimul coaceruatis, quaſi armatis in
eum cohortibus,& ardēti flamma circumſeptus,
mortiferòque morbo oppreſſus vrgetur, nec in
eodem ſtatu permanet,& cum præſens hora vix
certam habeat fidem, tu quoq; fac timeas, &
puta triſtia fieri poſſe,quæ tibi læta videntur, &
memor ſis humani, & fragilis huius ſtatus, qui,
modo ad aſtra tollitur, modo in profundum ab-
ijcitur, incertum te quoque valde & tuam, &
meam vicem timere, & pertimeſcere neceſſe eſt,
& propterea proximi malum calamitatemvè
potius doleas,quam de ea gaudeas, Chriſtianæ-
q́ue charitatis ſtimulis impulſus, eius doloris a-
cerbitatem ſimul dolendo, & conſolando potius
ac mi-

Digitized by Google

ac mirificè iuuando leues, quàm irridendo, aut
peruersè, & maledicè detrahendo, magis atque
magis augeas, quo fit, vt cum adeo eſſet vtriuſq;
lineæ ſtatus incertus, & dubius de maſeulina pro
le ſuſcipienda, quæ fœlici diplomate vſa maſcu
los ſuſcipit, ægre non ferat, ſi altera fœminis re-
ferta, parentibus ſuis ſuccedat, cum idem ei ipſi
contingere potuerit, atque poſſit, nec malis alte-
rius gaudeat, atque ex incommodis illius ſua cõ
paret, vt commoda.

Quarto, videtur omnis iniectę difficultatis im
pedimentum ſuperari, cum teſtator vocauerit fi-
lios, & fęminas ſingulatiter, & debite referendo,
45 vnde eſt dicendum, vt cuiuſq, lineam inſpici vo-
luerit, quaſi in vniuſcuiuſq; portione ſuos voca-
uerit deſcẽdẽtes, illoſq; cuiuſq; ſexus fuerint præ
ferre voluerit, etiam maſculis alterius lineæ, vt
ait Ruin. conſil. 23. num. 4. lib. 3. Marzar. epit. fi-
deicommiſſ. parte ſecunda, quæſtio. 11. & in ter-
46 minis eius, qui deſcendentes vocauit, plures con-
gerit præſes Menoch. videndus de præſumptio.
lib. 4. præſumpt. 71. num. 23.

Quinto, id mirificè roboratur atq; corrobora
tur, ex ea magis communi ſententia, vt etiam in
47 fideicommiſſaria hac ſubſtitutione attendi de-
beat propinquitas, & proximitas reſpectu graua
ti, & non teſtatoris, vt magis communem fatetur
idem Marzarius videndus excitato libro quæſt.
35. in fine, ſi igitur grauati proximitas eſt atten-
denda, conſequitur, vt tranſitus fieri non debeat
ab vna linea ad aliam lineam, quandiu fuerint
aliqui deſcendentes ex ea linea, imo etiam quis
vnius lineæ alienando ex permiſſione alienatio-
48 nis inter deſcendentes non potuiſſet eligere alios
alterius lineæ, ſed debuiſſet alienare inter illos
ſuæ ipſius lineæ, vt egregiè reſpondit Ruin. con-
ſil. 114. num. 9. vol. 2.

Sexto in terminis ſtatuti noſtri, cap. 278. in
primo, ſub rubrica de ſucceſſionibus, quo caue-
tur, vt maſculi deſcendentes præferantur fœmi-
nis in ſucceſſionibus aſcendẽtium vtriuſq; ſexus,
illud receptum videtur, vt licet filia filij præde-
functi excludatur à patruis maſculis, ſecus tamen
ſit dicendum, vbi pater neptis ſeu ablaticæ more
49 retur poſt aſcendentis obitum, quia tunc, & ipſa
admittitur cum patruis, nec excluſa cenſetur, qđ
procedit etiamſi ab eius patre adita nõ foret hæ
reditas, quia adhuc iure tranſmiſſionis hæredita
tem conſequi valeret, cum iniquum videatur, vt
alij alterius lineæ, & qui loco extranei haben-
tur in patris ſucceſſione præferantur ipſi filiæ,
& etiam quia aditione patris, nõ dicitur amplius
hæreditas aſcendentis, ſed patris, in qua prima
eſt cauſa liberorum, & maſculorum ſi adſint, ſin
minus in eorum defectum, fœminarum, vt ſingu
lariter decidit Bald. qui ait ita conſuluiſſe, in l.
venia, nu. 5. C. de in ius vocando, quem ibidem
ſequuntur Alexan. & Iaſ. videndus ſub num. 5.
& 6. & Brunus trac. de ſtatutis, art. 12. quæſt. 33.
vbi videatur. Nicolai igitur filia, & neptis Petri
Georgij debebit ſuccedere in hæreditate pater-
na, cum nulli ſuperſint eius lineæ maſculi, & ex-
cludet filios patruorum ſuorum, ſcilicet Fran-
ciſci, & Ioannis cum teſtatoris diſpoſitio ſit ad
50 ius municipale conformanda, vt notatur, in l. hæ
redes mei, §. cum ita ad Trebell. & iam ſuperius
abundè ſatis probauimus.

Et vbi adhuc inſiſteretur, nec pes referri vel
let, ab eius imbibitæ opinionis tramite, quod nõ
agitur de hæreditate Nicolai, ſed Petri Franci-
ſci fratris ipſius Blancæ dicitur, nõ propterea ad-
mitti poſſe alios alterius lineæ, quia vt iam præ-
monuimus in fideicõmiſſaria ſubſtitutione, qua
51 maſculi, & fœminæ, in eorum defectum vocan-
tur, non veniunt maſculi vnius lineæ, ad exclu-
dendas fœminas alterius lineæ, vt in puncto præ
ter iam excitatos, in ſecundo fundamento pro
hac parte probat relato tractatu videndus Præ-
tus, lib. 3. fol. 2. num. 39. fol. 314. & fol. 312. nu.
24. & fol. 329. num. 62. & optimè conferunt Are
tinus vtique videndus conſilio 27. prope finem,
Tiraquellus, de iure primogen. quæſt. 10. num.
20. Didacus variarum reſolut. lib. 3. c. 5. num. 5.
verſic. rurſus.

Nec aduerſatur quatenus Tiraquel. excitato
loco, num. 23. & 24. videatur contrarium tenere,
quia procedit vbi appellatione primogeniorum
non veniat fœmina, ſed dato quod fœmina &
ipſa vocata ſit, & veniat in defectum maſculorũ,
tunc & ipſe, certam & indubitatam habet hanc
52 ipſam concluſionem, vt ad excludendas fœmi-
nas vnius lineæ, intercluſum ſit iter ad maſculos
alterius lineæ.

Cum itaque in caſu noſtro clarè liqueat fuiſ-
ſe fœminas vocatas maſculis deficientibus, & ſic
in eorum defectum, vel per poſterius, & etiã com
prehendi ſub generali nomine deſcendentium,
pro comperto habendum eſt etiam ex mente Ti
raquelli, vt debeat excludere maſculos alterius
lineæ, vt aperte ſenſit, & non ſemel reſpondit
Cæphalus iam ſuperius allatis conſilijs, vbi vi-
deatur; additur præterea periniquum illud ſane
videri, vt fœmina excludatur ab hæreditate de-
functi ſibi proximioris, & iure communi ſibi de-
bita, à maſculo nedum longè remotioris gradus,
53 ſed lineæ, vt probat videndus Ruin. conſil. 140.
num. 5. lib. 2. & propterea amplectenda omnino
videtur hæc noſtra diſtinctio legi, & rationi, ac
menti teſtatoris, & omni æquitati, & tantorum
patrum iudicio conſentanea, nec ea ratio prohi-
bitioni alienationis adiecta, quod bona rema-
neant in familia & domo, hanc interpretationẽ
excludit, cum non ſit generalis, vt iam præmo-
nui, ſed limitata, & debeat intelligi eo modo, &
quatenus teſtator diſpoſuit, ut ſcilicet, maſcu-
li excludant fœminas eiuſdem lineæ, & cum ma
nifeſtè eas in defectũ maſculorum eiuſdem tamẽ
lineæ uocauerit, erunt admittendæ, ad excluden-
54 dos maſculos alterius lineæ, ut optimè probant
uidendi Ruin. conſil. 154. num. 3. & infra, lib. 2.

Crauet.

Crauetta conſi.250.ſub num.2. verſic.euidens,
Præſes Menochius conſ.85.nu.119. & Borgni-
iam allata deciſ.5.num.32.lib.3.& cum ita teſta
tor ſenſerit,ab eius declaratione minimè eſt rece
55 dendum cum legis vigorem habeat. Mant.lib.3.
titulo primo,nume.10. Prætus lib.primo, ſolut.
11.num.16.fol.24.

Prçterea cum idem teſtator vocauerit deſcen
dentium deſcendentes, & proximiores, prout ab
inteſtato venirent,ex forma iuris communis,ſe-
quitur dicendum ꝙ reç conuentæ tanquam pro
56 ximiores ſint præferendæ filiis patruorum,vt eſt
textus clariſſimus in l.conſanguinitatis,& in au-
then.ceſſante, de legit.hæred. authen.defuncto,
auth.poſt fratres, C. ad Senatuſconſultum Tre-
bellianum, & vbi magis eſſet ſpectãda lex noſtra
municipalis,quatenus teſtator vocauit deſcendẽ
tium deſcendentes, erit ſaltem intelligendum,vt
vnà cũ agnatis intra quartum gradum ſorot ad-
mittatur ad præſcriptum ſtatuti cap.290. in col
lateralis ſucceſſione,vol.1.aſſignata ptius legiti-
57 ma ipſi Blancæ,quàm ex perſona patris deduce-
re poſſet, cum legitima debeat de quocunque fi-
deicommiſſo deduci.l.quoniam in prioribus, C.
de inofficioſo teſtamento, & eius deducendæ ius
58 tranſmittitur etiam in quemlibet extraneum hç
redem,vt ſcribit doctiſſimus Alciatus noſter con
ſilio 62.num.7.lib.8.

Nec aduerſatur,quod quatenus teſtator voca
uit deſcendentium deſcendentes, voluerit intelli
59 gere de maſculis, per quos agnatio conſeruatur,
vt tradit Mantica lib.8.tit.11.num.6.

Quia negatur quod hic noſter teſtator hunc
habuerit ſenſum, vt inter cætera ſatis probatur,
vt nominatim fœminas vocauerit, vnde cum cõ
traria mens clara,& euidens non appareat, nuſ-
quam diſcedemus ab ea ſermonis proptietate,
quæ eſt,vt deſcendentiũ appellatione contineau
tur tam maſculi,quàm fœminæ,& hoc ipſum fit
60 clarius, cum vltimo loco vocauerit proximiores
ab inteſtato venientes,quorum appellatione ve-
niunt tam maſculi,quàm fœminæ, Inſtit.de Se-
natuſconſulto Tertulliano,in principio,& docet
Alexan.co.conſ.160.num.2.lib.2. Pariſ.cõſ.89.
num.40.lib.2. Curt.iunior, qui de communi te-
ſtimonium dicit conſi.128.num.8. Crauet.conſ.
306.Oſaſc.Pedemon.deciſ.23.num.38.

Et ideo magis eſt dicendum cum paulò ante
loquẽdo de filiis Petri Georgij adiecerit maſcu
linam qualitatem,de qua ſi hoc quoque caſu ſen
ſiſſet,vtique eam repetijſſet, quod cum non fece-
rit,& vſus fuerit, non ſimplici nomine filiorum,
ſed Paulò latiori vocabulo,id eſt,deſcẽdentium,
ideo eo minus à proprietate ſermonis eum rece-
61 dere voluiſſe cenſendum eſt, vt tradit Bart.in l.li
berorum,de verborum ſignific.& communem di
cit Gabriel lib.communium,tit.de teſtamen.cõ-
cluſ.10.num.6.verſic.contrariam, qui multos af
fert ad rem declarationes,& mirificè opitulatur,
quod ſcribit Mant.lib.3.titu.5.nu.1. vbi ait non
eſſe recedendum à ſermonis proprietate,niſi ma-
nifeſtiſſimè probetur teſtatorem aliud ſenſiſſe,
quia ſi propter mentem à verbis recedimus,ergo
ei eo magis adhærebimus, vbi verba ipſa ſuffra-
gentur,nec apertè repugnent.

Non obſtat etiam dum dicitur vocationem fi
liarum reſtringi ad filias Petri Georgij,vnde nõ
eſt ad alias diuerſas,& remotiores trahenda.

Quia dicitur ſatis inde colligi, quod teſtator
62 odio fçminas non habuerit,quia vna pars alterã
declarat,l.quamuis, C.de fideicomm. Bald.conſ.
136.verſ.item paria,lib.3. Deci.in terminis ſimi
libus videndus conſil.370.nume.4.& ſæpius ad-
ducto conſi.466.& conſil.568.

Secundo, ſi volumus fideicommiſſum eſſe re-
ſtrictum ad filios, & filias Petri Georgij tãtum,
&hi omnes cũ filiis deceſſerint,iam euanuit,& ef
flauit extremum halitum ſubſtitutio, & ſemel ex
tincta,amplius nõ reuiuiſcit, nec à fluctibus mo-
63 tiferis reſurgit, & cũ ſit nominatim Petro Geor-
gio iniunctũ onus, ad alios vlterioris gradus tra-
hi non debet,vt communem dicit Alcia.de præ-
ſump.reg.2.præſump.35.nu.1.2.3. facit Oldra.
conſ.21. & egregiè Deci.conſ.377. nu.1. vbi vi-
deatur Marz.epit.fideicom.2.par.q.17.

Et hoc eſt maximè dicendum,cum iſta fœmi
na fuerit à fratre ſuo inſtituta; nàm tantũ ius ſuc
ceſſionis ab inteſtato teſtator reſeruaſſe videtur
64 & ei ex cauſa teſtati derogatũ cenſetur,vt firmat
Corn.conſ.20.nu.5.lib.5.Iaſ.conſ.41.nu.6.li.1.

Ad id vero quod obijcitur de mutua & reci-
proca ſubſtitutione,dicitur eam non ſubeſſe,cum
deſint qualitates in ea neceſſatio deſideratæ, vt
ſuperius probauimus in 1.funda. pro hac parte;
nec hoc vno genere argumenti vtuntur reæ con-
uentæ, & omni caſu reſpondemus eã vbi ſubeſſe
poſſet,locum habere reſpectu eorũ vnius lineæ,
vt.ſ.maſculi inuicem ſubſtituti cenſeantur ad fç-
minarum excluſionẽ,ſecus in alijs alterius lineç,
qui venire non poſſunt,quandiu aliquis ex deſcẽ
tibus etiam fçminini ſexus adſit, cum ex iuſta iu
ris interprelatione appellatione filiorum,& tãto
magis filiarum, & deſcendentium contineantur
fçminæ,& ne in illam perabſurdam ſententiam
incidamus,vt extranea ſoboles præferatur proli
65 propriç ipſius hæredis honorati,& onerati,cõtra
apertiſſimam diſpoſitionem l.cum acutiſſimi, C.
de fideicommiſ.& l.cum auus,ff.de cond.& dem.

Poſtremum autem illud iniectum telum, vt.ſ.
66 inſtitutio hæredis cõtineatur in prohibitione a-
lienationis,ex traditis à Gabrie.lib.com.tit.de fi
deic.concl.10.nu.4.7.24.& infra reuellitur,& in
aduerſariorum caput reijcitur ex his, quæ ſcripſi
mus in quinto argumẽto, & maximè quia nomi-
natim illud onus fuit iniunctum Petro Georgio,
vnde cum perſonalis ſit prohibitio,& nõ in rem,
non debet ad alios trahi, & quia inſtitutus eſt is,
qui aliàs ab inteſtato erat ſucceſſurus,& quã ſuc-
ceſſionẽ ab inteſtato ſpectari voluit teſtator, &
quia deſunt in caſu iſto verba perpetuitatem, &

Digitized by Google

67 agnationis conſeruationem reſpicientia, vt is idẽ
Gabriel declarat relata concluſ.num.3. & verſi.
tenendo,& num.12.13.14.& num.26.& 27. ita
vt illa manus, quæ Plagam intulit, eadem optimam medicinam afferat: vnde, cum res clara videatur, pro reis conuentis, contra actores pronunciandum videtur, contra quos in dubio etiam eſt faciendum iudicium; vt reſpondit Crauet. conſi-
68 lio 161. & Berreta eodem conſilio 75. num. 14. hæcque volui paulò pleniori calamo ſcriptitando diſſerere, quo facilius iniectæ, & quæ obijci poſſent dubitationum nebulæ ſcindantur.

Verum, quia poſt datas Domini Iudici haſce allegationes idem tria ex eis excitauit puncta, ſuper quibus in concertatorio iudicio duxit aduocatos audire, licet multa ex eis, quæ ſuperius retulimus in eorum diſputationem veniant, tamen quia complura alia addita ſunt, & quia agitur de quæſtionibus vtilibus, & frequenter in foro verſantibus, quo ſplendidior ſit huius cauſæ & eorum veritas, quæ præ cæteris rebus mihi amiciſſima eſt, tanquam quendam epilogum, non ab re exiſtimaui hæc ipſa puncta repetendo conglutinare, & cum prioribus ſcriptis coniungere, vt vberior ſit meſſis.

Primum igitur punctum eſt, an extet mutua ſubſtitutio fideicommiſſaria inter Frãciſcum Iuriſconſultum ex Collegio Mediolani, & Ioannẽ Petrum Franciſcum eius ex fratre prædefuncto nepotem, & non ſubeſſe ſatis probatur

Primò, quia onus fideicommiſſi, ſi rectè verba perpendantur, fuit nominatim iniunctum Petro
69 Georgio, vnde licet aliàs onus impoſitum hæredi cenſeatur repetitum in fideicommiſſario, tamen non procedit quoties nominatim ſcriptum ſit primo hæredi, quia tunc non egreditur extra eius perſonam. l. ſi plures, de lega. 3. communem dicit Aleiatus lib. præſumpt. iam excitata reg. 2. præſump. 35. num. 1. 2. 3. multum enim intereſt fideicommiſſarium eſſe vocatum nomine proprio, vel appellatiuo, quia tunc fideicommiſſaria
70 ſubſtitutio ad alias perſonas non porrigitur, vt
aſſirmat Decius conſ. 513. num. 1. nomine enim
71 proprio vtens teſtator, de vno tantum ſenſiſſe videtur, vt ſcribunt Doctores in l. 2. ff. de liberis, & poſthum. & Prætus excitato tract. lib. 3. ſolut. 1. fol. 320. num. 4.

Secundo, quia onus fuit impoſitum Petro Georgio, & ſubſtitutio proximioris facta fuit caſu quo ſine filiis ille decederet; qui caſus cum nõ euenerit, ceſſat diſpoſitio, quicquid inde poſtea eueniat, vt conſuluit Oldradus notiſſimo conſil.
72 21. Dec. conſi. 377. num. 1. maximè quando habuit effectum in filiis, Marzar. quæſt. 17. Bart. in l. liberorum, ff. de verb. ſigni.

Tertio, neque expreſſa, neque tacita adeſt ſubſtitutio reciproca, expreſſa; quia verba deficiunt. Tacita, nam communi omnium cõſenſu ad hoc vt poſt mortem omnium ſubſtitutione facta cenſeatur inducta mutua, & reciproca ſubſtitutio ex magis communi, & vera ſententia requiruntur tres conditiones; primo, quod fiat de tota hæredi
73 tate. Secundo, quod ſit facta vltimò, & nouiſſimè morienti, qui expreſsè reſtituere oneratus ſit; & tertiò, quod ſit facta non poſitis in conditione, ſed vocatis. l. Titia Seio, ff. de leg. 2. Hic deficit ſecunda & tertia qualitas; Nam non fuit facta vltimo morienti, nec nouiſſimo, vt loquitur text. in l. Titia Seio, & quamuis aliqui voluerint, ſatis eſſe ſi dictum fuerit, poſt mortem omnium, vel vl-
74 timo morienti, tamen communi Doctorum conſenſu id reprobatur, quia differẽtia eſt maxima; nam ſecundo caſu in neceſſarium antecedens ille debet ſuccedere, vt reſtituat, in primo caſu, vnicuique facta eſt ſubſtitutio, ſed remanet apud eos in ſuſpenſo, donec conditio mortis in omnibus eueniat, & comprobetur, vt communem dicit Ruinus conſil. 134. num. 20. lib. 3. Iaſ. conſil. 41. num. 4. lib. 1. Iſta opinio probatur lege, ratione, & authoritate. lege nempe ead. l. Titia Seio, §. Seia, de leg. 2. item l. vltima, §. filium, ff. de leg. 2. l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebellianum, l. codicillis, de vſufructu lega. Ratione, nam cum fideicommiſſum ſit onus, non intelligitur iniun-
75 ctum, vt hæres cenſeatur minus grauatus, quàm fieri poteſt. ea. l. cohæredi, §. cum filiæ, de vulg. & pupill. Authoritate, nam cum iſta opinione cum Angelo in l. hæredes mei, §. cum ita, ad Trebell. adſunt vigintiſeptem Doctores, Caſtrenſi verò alterius opinionis anteſignano præſto ſunt ſeptem tantum Doctores in l. penult. C. de impub. & aliis ſubſt. de magis communi atteſtatur Ale. conſ. 92. lib. 3. Socinus ſenior conſ. 94. num. 26. lib. 4. & conſ. 110. num. 35. lib. 3. & videndus Gabriel tit. de ſubſtit. concluſ. 1. nume. 18. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 62. Mant. de coniec. lib. 7. tit. 5. Oſaſc. Pedemont. deciſ. 110. nu. 7. Vaſchius de ſucceſſ. progreſſu, §. 25. de ſubſidiaria ſubſtitut. num. 42. Alba conſ. 31. & Maſcard. ead. concluſ. 773.

Quæ cum ita ſe habeãt, non obſtant quæ ex contrario propoſita ſunt, & quæ ex aduerſa acie prolata ſunt, & primo, quod voluerit magis remanere penes deſcendentes, quã extraneos, quia conſequentia non valet; nam interim in ſuſpẽſo manet penes deſcendentes, donec eueniat mors
76 omnium, vt ait Ruin. adducto conſ. 134. lib. 3.

Secundo nõ refragatur ratio ducta à veriſimili, ſi teſtator fuiſſet interrogatus, vtiq; idẽ reſpondiſſet l. tale pactum, §. vltimo, ff. de pactis, quia id
77 procedit quando ea voluntas ex diſpoſitis benè colligitur, ſed id non ſumitur in caſu noſtro; imò contrarium, quia voluit vnumquemque ſubſtituere Gabriel de reg. iur. concl. 10. atque ita ſuo quaſi gladio aduerſarij iugulantur.

Tertio non officit, quando ex preſumpta mente ille cui eſt facta ſubſtitutio excluderet, quia multi contrarium tenent. Secũdo intelligitur, vt illa perſona admittatur ab inteſtato, & ſic reſerſeruata legitima ſucceſſio, ſecus ex teſtamento,

quod

quod in caſu noſtro factum fuit, vt omnes tenent Doctores relati à Menochio ea. præſump. 62. ex
78 opinione Nicolai Matarelli in l. pen. C. de impu. & aliis. & alij idem ſentiunt, & ſpeciatim Socin. ſen. eo. conſ. 94. lib. 4. qui dicit communem, Corneus conſ. 20. nu. 5. lib. 5. vbi teſtator inſtituerat tres filios, & ſubſtituerat vnam filiam, vbi omnes fratres ſine filiis maſculis deceſſiſſent, vnus maſculum habuit, ille non excludit filiam, cum fuerit inſtituta à patre ſuo, & ſic videtur reſeruatum ius ſucceſſionis ab inteſtato, idem Iaſ. conſ. 41.

Non obſtat quod excludendo fœminas, & includendo maſculos agnationi fauere voluerit, & conſequenter inducta fuerit reciproca ſubſtitu-
79 tio, quia illud non eſt per ſe aptum ad eam afferendam, vt in puncto reſpondit Crauetta conſil. 328. num. 17. nec ſunt offendenda verba, vt agnationi ſeruiamus, nec habet tantas vires, vt producatur ad caſum omiſſum, vel ad perſonam omiſſam ab inteſtato, ſecus ex teſtamento, vt dicitur de ſtatuto excludente fœminas, quas ex teſtamento, maſculis etiam exiſtentibus ſuccedere palam eſt, cenſeturque teſtator voluiſſe conſeruare agnationem, & familiam eo modo, & quate-
80 nus diſpoſuit, nec ſit progreſſio ad aliam perſonam Menochius præſumpt. 69. lib. 4. nume. 11. Et cum vocauerit teſtator tam maſculos, quàm fœminas, Decius conſil. 466. vſus etiam verbo, deſcendens, & proximior, aptum ad vtrumque ſexum comprehendendum. l. finali, C. de ſuis, & le-
81 gitimis. Alexan. eo. conſ. 160. lib. 2. eo magis hic agnationis fauor non eſt conſideratione dignus, cum non ſimpliciter, ſed ſecundum quid conſiderata ſit.

Quarto principaliter etiamſi ſubſtitutio facta fuiſſet vltimo morienti, non intelligitur facta ſubſtitutio reciproca ſi ſint diuerſi gradus, vt reſpondit Anguſola conſilio 65. nume. 13. libro 6. & comprobat Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumptio. 62. nume. 28.

Secundum punctum illud eſt, an ad fauorem maſculorum ſit inductum abſolutũ reale, & ſuc-
82 ceſſiuum fideicommiſſum ad excluſionem fœminarum alterius lineæ, quæ ſint magis proximæ grauatis, & quod non ſit inductum oſtenditur Primò, quia ſubſtitutio reſtricta eſt ad caſum deceſſus ipſius Georgij, & cum ſemel in filiis habuerit effectum, non comprehenduntur nepotes: quia facta fuit in eorum defectum. Secundò non adeſt reciproca ſubſtitutio. Tertiò ſubſtitutio facta eſt ſingulariter. l. vel ſingulis, ff. de vulgari, & pupill. Quarto, quia dum vocauit deſcendentes, & deſcendentium deſcendentes, cum expreſſa qualitate maſculina, cenſetur vocaſſe etiam fœ-
83 minas, prout ab inteſtato ſucceſſiſſent, vt ait Curtius iunior conſil. 128. num. 8. vbi communem dicit, quia videtur ſe cõformaſſe ad diſpoſitionem iuris; & maximè cum teſtator hoc dixerit, vocando proximiores, ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Quinto, ſicut proximior defuncti admittitur ex iure communi, ita idem in fideicommiſſo dicendum videtur, cum teſtator faciendo mentionem maſculorum, & fœminarum, non
84 videtur conſiderauiſſe agnationis conſeruationem, ſed potius voluiſſe præferre proximiores,
84 Dec. conſ. 466. num. 9. Crauet. conſ. 306. Oſaſc. deciſ. 23. num. 38. Sexto in diſpoſitione hominis in qua ſint vocatæ fœminę in defectum maſculo-
85 rum, maſculi vnius lineæ non excludunt fęminas alterius lineæ, vt ſentiunt Alex. conſ. 119. lib. 5. Ceph. conſ. 30. num. 50. lib. 1. & probatur tex. in c. 1. de duob. fratrib. inueſtit. vbi duo fratres inueſtiti eo modo, quod fœminæ non admittantur, donec maſculi viuerent, & ſancitur quod ſi alter frater moriatur, relicta fœmina, feudum non per-
86 tineat ad alium fratrem, quia vnuſquiſque ſibi, ſuiſque hæredibus proſpexiſſe videtur, vt ſcribit Cephalus eodem conſ. 30. num. 34. lib. 1. His adſtipulatur Tiraquellus de iure primogeniorum, quæſt. 10. num. 20. vbi ait, quod quandiu ſupereſt aliquis ſiue maſculus, ſiue fœmina, ex linea ad quam hæreditas peruenit, non fit tranſitus ad aliam, & hoc idem approbat Didacus variarum reſolut. lib. 3. cap. 5. num. 5. vti communem, ver. rurſus ſeptimo, & alij ſuperius in prioribus ſcriptis relati, & maſculina qualitas in vna parte po-
87 ſita, non intelligitur repetita in alia, vt magis cõmunem opinionem dicit Gabriel. libro communium, titu. de teſtamen. concluſio. 3. Septimo in terminis fideicommiſſi ita reſponderunt Bartol. conſ. 75. Salicetus in l. quoties, la 1. C. de fideicommiſſis, Crauet. conſil. 161. num. 7. & robora-
88 tur ex verbo illo, deſcendentium deſcendentes, quod rectam oſtendit lineam, nõ autem ex trãſuerſo, & ſic effectiuam, & non contentiuam, argumento l. cum auus, ff. de condition. & demonſtra.
89 l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſis, quibus iuribus probatur cenſeri teſtatorem prędiligere cuiuſque lineam, vt affirmat Ruin. conſ. 153. lib. 2. & Menoch. præſumpt. 88. num. 11. lib. 4. Nec aduerſatur, quod idem ipſe tenet præſump. 84. li. 4. & conſi. 95. num. 85. lib. 1. quia loquitur in diuerſis terminis, nempe vbi adſit contraria mentis teſtatoris coniectura.

Tertium & poſtremum punctum, iam tandem aggredior, in quo quæritur, & in certamen vocatur, an ſit contrauentum prohibitioni alienationis, vel fideicommiſſo in caſu mortis inſtitutione facta ipſarum ſororum ab eorum patre.

Primo, quia licet magna oriatur legumperitis altercatio, quando per illa verba, quia volo, intelligatur inductum fideicõmiſſum abſolutũ, attamẽ crebriori aſſenſu magis recepta eſt; diſtinguens ea ſententia, an adijciatur prohibitioni per ſe validæ, & tunc fideicommiſſum importat, aut non, & tunc agit niſi in illo caſu, & dat operam, vt illum opis egentem ſua opera & ſpe ſu-
90 ſtineat, atque veſtiat, vt diſtinguit Card. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 24.

Gabriel conclu. 10.num.7. de fideicommiſſ. Rurſus prohibita alienatione, & obligatione, cenſetur prohibita alienatio inter viuos, & non in vl-
91 tima voluntate, vt firmant ſæpe relati Cæphalus conſil.260.num.45.vol.2. Socinus iunior, cōſil. 112.vol. primo, & id declaratur ex verbis nominatim adiunctis vendere, & obligare.

Secundo, diſtinguendum eſt, an quis ſit prohibitus ſimpliciter alienare, vt hic, & tunc non pro-
92 hibetur hæredem inſtituere, quia eſt neceſſaria alienatio, & non voluntaria, nam cum omnia orta occidant, quis ſemper viuere non poteſt, imo cum quotidie ad mortem properet, deberet bene res ſuas diſpenſare, & eis quantum in ſe eſt bene diſponere.

Aut prohibetur alienare extra familiam, aut extra aliquod perſonarum genus, & tunc aut is eſt omnino extraneus ab inteſtato non ſucceſſu-
93 rus, & tunc non poteſt eum inſtituere, l. peto, §. fratre, de legat. ſecundo.

Aut eſt ab inteſtato ſucceſſurus, & tunc eum inſtituere poteſt ex traditione gloſſæ, in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſitis, quam ſchola magis communis ſcribentium ſequitur, vt affirmat ex alijs Gabriel titu. de fideicommiſſ. concluſ. 10. ſiquidem prohibitione alienationis, non cenſetur prohibita ſucceſſio ab inteſtato.

Tertio, quatenus et eſſet prohibita extra familiā alienatio, adhuc in filijs facta alienatio defendi poſſet, maximè ſi nōdū nuptæ ſint, quia dñtur
94 de familia, ea. l. voluntas, la 1. C. de fideic. l. familiæ, de ver. ſign. §. cæterum, Inſti. de legi. agna. ſucceſſ. Cæphal. eo. conſ. 53. nu. 85. vol. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 84. num. 33.

Quarto prohibitio cum ſit reſtricta ad perſonam ſolius primi hæredis, ſubſequens ratio licet
95 videatur generalis, tamen reſtringitur, & declaratur ex verbis vocationis eum prohibitio hæc accedat principali diſpoſitioni, & ei cōſequēs ſit, vt conſuluere Berretta conſil. 75. num. 6.7.8. Menoch. conſ. 376. num. 49. & præſump. 62. nu. 52.
96 lib. 4. Alba conſ. 1. Alexā. conſil. 59. num. 20. lib. 2. atque ideo tanquam odioſa ad nepotes porrigi nequit, vt placuit Bar. in l. filiusfamilias, §. diui, in quæſt. 9. de legat. 1. cui alij ibidem aſſentiūtur, præſertim Ripa, num. 111. & cum id Barto. placeat, vno ore omnes laudant, præſertim doctiſſimus Alciat. noſter, conſ. 203. lib. 9. Crauet. conſ. 161. vbi pulchrè, & conſ. 67. num. 8.

Quinto id procederet, quando adiecta forent
97 illa verba perpetuo, & in infinitum cōſeruentur in agnatione, vt conſiderat Gabr. lib. commun. de fideicom. concl. 10. num. 12. ſecus, quando vocauit maſculos, & fœminas, & proximiorem ſecundum iuris communis diſpoſitionem, vnde cō-
98 prehenduntur fœminæ, & ſic non habuit reſpectum mentem atque oculos conuerſos ad agnationem, ſed ad vocatos, vt enarrat Decius conſi. 466. num. 9.

Sexto tollitur omnis meo iudicio difficultas, nō mediocremque operam commilitonibus affert, quia declarauit teſtator in caſu alienationis ad quos hæreditas peruenire debeat, & eſt facta prohibitio ſub conditione, & non eueniente con-
99 ditione, caſus ille contigiſſe non dicitur, vt ait Socin. iun. eo. conſil. 112. eſtque aliter, & plene prouiſum in caſu mortis; vnde cuiuſque caſus diſpoſitio ſeruanda eſt, nec ratio dictum ampliare
100 poteſt, cum ei tantū accedat, nec per ſe ſtet, vt decidunt Sacræ Rotæ Romanæ auditores, deciſ. 698. parte prima.

Quare cum iam tandem tot repetitis rationibus aduerſæ argumentorum copiolæ, ſint ab his communium concluſionum copijs, genere, & numero, & fidelitate firmiſſimis, ſuperatæ, debet doctiſſimus, & Integerimus Iudex his præmia victoriæ tribuere, cum manu, atque voce, omni ratione dimicauerint, vt incolumes reæ conuentæ conſeruarentur, quas aduerſarij propoſita actione, quaſi inſtructa acie, magno impetu adorti fuerant, tu es iudex, ne quid accuſandus ſis, vide.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO CLEMENTE Orrigono, & Angelica Daueria Iugalibus.

ARGVMENTA.

Bona aſſignata filio in emancipationis præmium an conferri debeant, vt partes ſint æquales inter fratres ad preſcriptum l. municipalis Mediolani, cap. 305. in primo, & an fructus in petitione hæreditatis veniant à die mortis, vel à die petitionis.

Furioſo, vel mentecapto, an detur in integrum reſtitutio, maximè aduerſus præſcriptionem etiam quadraginta annorum, & an in foro conſcientiæ præſcriptionis præſidium tollatur ex mala fide ſuperueniente.

Reuiſio aduerſus arbitri laudum, an & quando iudicatum ſuſpendat, vel tantum deuoluat, ad iudicem ad quem.

SVMMAE RERVM.

1 *Fructus paterna hæreditatis debet filius habere à die mortis patris.*

2 Con-

2 Confeßio, vel verba enunciatiue, non probant inter perſonas prohibitas.

3 Confeßio partium non probat in his, quæ ſunt iuris.

4 Verba enunciatiue non probant etiam inter contrahentes, quando principaliter de enunciato diſputare contingit.

5 Statutum unum ab altero interpretationem accipit ſiue præcedat ſiue ſubſequatur.

6 Repudiatio hæreditatis an ex præſcriptione inducta cenſeatur.

7 Repudiatio eſt ſtricti iuris, nec inducta cenſetur niſi probetur.

8 Bonæ fidei poſſeſſor fructus reſtituit quatenus eſt factus locupletior.

9 In hæreditate paterna iuri ſe immiſcendi quanto tempore præſcribatur.

10 Filius excluſus à capite vnde liberi, non cenſetur excluſus à capite vnde legitimi, vel agnati.

11 Præſcriptio hæredem non facit eum, qui non eſt, & ideo ius accreſcendi locum non habet.

12 Fidem bonam habere non præſumitur, qui contra iura mercatur.

13 Reſtitutio datur ex capite ignorantiæ aduerſus omiſſam aditionem.

14 Præſcriptio non valenti agere non currit.

15 Præſcriptio etiam quadraginta annorum non nocet ei qui impedimento iuris, vel facti agere nõ potuit.

16 Furioſus, & mente captus ignoranti æquiparantur, & idcirco in integrum reſtituuntur, nec cõtra eos bannum ſequi poteſt.

17 In ebrios, & an in integrum reſtituantur.

18 Præſcriptio an currat contra dementem, vel pupillum.

19 Furor, & dementia quomodo probentur.

20 Furor, & dementia non præſumuntur, ſed ſemel probata perdurare putantur, niſi aliter probetur.

21 Præſcriptione non obſtante in foro conſcientiæ tenetur quis reſtituere, quod ad alium nouerit pertinere.

22 Præſcriptione completa ſi mala fides ſuperueniat an quis reſtituere teneatur, quod ad alium ſpectare cognouerit.

23 Filius an teneatur quæ habuit à patre in præmium emancipationis cum alijs fratribus conferre.

24 Tempus mortis patris debet inſpici ad æqualitatẽ inter fratres inducendam.

25 Identitas bonorum quomodo probetur.

26 Nullitas etiam euidens proponi non poteſt, aduerſus ſententiam poſt tempus à ſtatuto præſtitutũ ad eam deducendam, vel ad appellandum.

27 Hæres non poteſt venire contra factum defuncti.

28 Nullitatis dictio remota cenſetur ſi teſtator iuſſerit ſtari alicuius arbitramento remota omni appellatione, & qualicunque reclamatione.

29 Subſtitutus in caſu moleſtiæ ſiue ea ſit de iure, vel de facto admittitur, vbi ita teſtator velit.

30 De conſcientia vbi iudicium ſit faciendum ſola veritas inſpicienda eſt.

31 Veritas vbi ſit ſpectanda ſententia poteſt ferri etiam ſuper non petitis, & an tunc neceſſaria ſit citatio.

32 Teſtes poſſunt examinari non citata parte vbi proceditur inſpecta naturali æquitate.

33 Inuita parte vbi aliquid fieri poßit, ergo etiam ea ignorante.

34 Iudex vbi procedere poßit ſola facti veritate inſpecta, remotis apicibus iuris, ſi omittantur, quæ ordinem iudicij reſpiciunt non vitiant.

35 Confeſſus, libelli ineptam conceptionem non opponit.

36 Iudici quando aliquid ex actis notoriè conſtat licet iudicare etiam ſuper non petitis.

37 Iudex vbi ex officio procedit, non requiritur quod ſententia ſit conformis libello, attenditurq́; rei veritas, & non formæ petitionis.

38 Iudex poteſt ſupplere, & impertiri officium ſuum ex clauſulis ſalutaribus in libello apponi ſolitis.

39 Sententia vt libello ſit conformis procedit ſuper re non tractata, ſecus ſi in iudicio ventilata ſit.

40 Cauſa terminari poteſt ſuper non petitis, quando aliquid de nouo emergit.

41 Contra nullitatem in dubia eſt pronuntiandum.

42 Nullitate pendente non impeditur interim executio.

CONSILIVM CCXLVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

DIctat, poſcit, & efflagitat, omnis ratio, nedum naturalis, & ciuilis, ſed diuina, ac vna Excellentiſſima virtus, iuſtitia vt vnicuique ius ſuum tribuatur; & propterea cum Hieronymus Dauerius ſit filius Galeatij, omni iuri cõſentaneum eſt, vt paternæ hæreditatis ſuam ha-
1 beat portionem vna cum fructibus à fratribus
eam occupantibus perceptis, cum illi debeantur à morte parentis citra, & veniãt in petitione hæreditatis, l. item veniunt, §. item non ſolum, ff. de petit. hæredit. l. Centurio, in verbo, cum fructibus, ff. de vulgari & pupillar. & ibi plene probatur, & conſuluit Alciatus noſter conſilio 71. nume. 11. Idque maximè concedendum eſt, cum hortationem iuris communis, qua parentes alliciuntur & hortantur ad æqualitatem inter liberos ſeruandam, lex noſtra municipalis ad præciſam neceſſitatem mutato in præſcriptum conſilio redegerit, vt habetur in ſtatutis noſtris, capit. 305. incipien. aſcendens, volum. primo, indeque ſatis firma efficitur inſtituta actio, actorum Orrigoni, & Dauerię.

Nec aduerſatur, vt ſcilicet bona de quib. agi-
tur maximè Ferni atque Cardani in pręmium
emancipationis fuerint aſſignata præsbitero A-
luiſio, & Ioan. Donato filijs Galeatij, & fratri-
bus Hieronymi, iure permittente, nempe ſtatuto
noſtro, cap. 485. vol. 2. atq; ideo collationem nō
patiantur.

Quia reſpōdetur de huiuſmodi aſſignatione,
præſertim reſpectu bonorū Ferni nō cōſtare, rō-
neſvero bonorū Cardani non probari, niſi partis
enunciata confeſſione, quæ maximè inter perſo-
2 nas prohibitas non probat, vt ſcribit Crauet. vi-
dendus conſil. 175. num. 2. nec in his, quæ ſunt
iuris, vt ſentit idem Crauet. conſil. 29. nu. 2. nec
3 quando contingit præcipuè, & principaliter di-
ſputari de enuntiato, etiam inter contrahentes,
vt communem dicit Gabriellus, lib. commun.
titu. de confeſſis, concluſ. 6. num. 3. nec in tertij
4 præiudicium etiamſi verſaremur in antiquis, vt
declarat ex communi ſententia idem Crauetta,
tract. de antiquit. temporis, par. 1. in verbo viſo
de fama.

Secundo reſpondetur etiamſi legitimè conſta
ret ea bona in præmium emancipationis, à pa-
tre aſſignata fuiſſe adhuc tamen ea aſſignatio ni
hil obeſſet quominus dicta æqualitas eſſet ſeruā
da inter liberos, & tantundem deberet ſaltem
conſequi ipſe Hieronymus, vt clarè, & præcisè
iubet lex noſtra municipalis, capit. 307. quæ lo-
quitur in proprijs terminis, & à qua reſtringitur
diſpoſitio alterius ſtatuti, cap. 485. in ſecundo,
5 cum vnum ſtatutum ab altero interpretationem
accipiat, & explicetur, & ſtatutum generale re-
cipiat declarationem à ſtatuto ſingulari ſiue il-
lud præcedat, ſiue ſubſequatur, vt probat Barba-
tia inter conſilia Alexand. conſil. 123. num. 2. li-
bro 4. & dixi ego conſil. 74. num. 6. & idcirco di-
uiſio non permittitur inter filios in patria pote-
ſtate conſtitutos, ſed aſſignatio, quia per eam nō
transfertur dominium, vt in eis ſtatutis notatur,
& mortuo parente fratres emancipati, & qui po
ſiti erant in ſacris vinculis patriæ poteſtatis, ſunt
ad æqualitatem reducendi ratione paternorum
bonorum, ne iniquo iudicio ſanguis vnius ab a-
lio exhorbeatur, & vni eripiatē quod alteri elar
giamur, hincque vnuſquiſque pernoſcat quid ſit
ſpei reliquum.

Non refragatur vtique, vt ex præſcriptione
ipſa inducta cenſeatur repudiatio, & ex conſe-
quenti tota hæreditas cum fructibus accreuerit
alijs fratribus rectèque tanquam poſſeſſores bo-
næ fidei ex præcedenti, titulo emancipationis, &
ex tacita repudiatione tanti temporis curſu indu
cta ſuos fecerint fructus, non aduerſante malæ fi-
dei obiectatione, cum ſola præſcriptione ius ſuū
non metiantur, ſed voluntate repudiandæ hære-
ditatis, à tanti temporis curſu deducta, & proba-
6 ta, vt notatur, in l. recuſari, ff. de acquir. hæredita.
& diſtinguit, Socin. ſen. conſil. 63. num. 6. vol. 1.
& declarat Balbus, trac. præſcrip. in 4. parte quar
tæ partis principalis, quæſt. 19. num. 2. 3. & 4. &
poteſt addi Gabriel lib. comm. titu. de præſcript.
concluſ. 8. & 9.

Siquidem reſpondetur, primo ex mobilium
diuiſione, & traditione, & venditione bonorum
paternorum, & ex eorundem renuntiatione, &
ex petitione compromiſſi, & compromiſſo factis
intra triginta annos tantum abeſſe, vt inducta cē
ſeatur allegata repudiatio, quæ eſt ſtrictiſſimi iu
7 ris, & non præſumitur niſi probetur, vt potius in
de aditio, & ſeu immiſtio hæreditatis, & contra-
ria voluntas perſpicuè probata cenſeatur, vt ſci-
tè, & abundanter notatur, in l. gerit, & l. pro hæ-
rede, ff. de acquir. hæred. latiſſimè Maſcard. trac.
probat. in verbo, aditio, concluſ. 40. & in verbo,
hæreditatem repudiari, concluſ. 853. & 854. &
in verbo, repudiationem non præſumi, concluſ.
1272. vnde tanquam poſſeſſores malæ fidei te-
8 nentur reſtituere occupatam hæreditatis partē,
vna cum omnibus fructibus, imò etiam bonæ fi-
dei poſſeſſor, eos reſtituere tenetur, quatenus eſt
factus locupletior, vt tradit Gabriel, lib. commu.
titu. de acquir. rerum dominio. concluſ. 2.

Secundo dicitur ex cōſtitutionibus Cæſareis,
titu. de continuāda poſſeſſione defuncti adeo ius
ipſum etiam poſſeſſionis fuiſſe in hæredem ipſo
iure transfuſum, vt nunquam vacare potueri, vt
inde etiā occupatio, & obſeſſio ſpoliatio ac vſur-
patio fratrum magis conuincatur, & mala eorū
fides comprobetur, & expreſſa exigatur repudia
tio, nec tacita hæc à præſcriptione manans ſuf-
ficiat.

Tertio additur iuri ſe immiſcendi in paterna
hæreditate non præſcribi ſpatio 30. annorum,
ſed in filio requiri ſpatium nonaginta annorum
ex magis communi Doctorum ſententia nam
9 licet huiuſmodi 30. annorum ſpatio excludatur
filius à capite vnde liberi, non tamen excluditur
à capite, vnde legitimi, & vnde agnati niſi inter-
cedant ſexaginta, anni, vt magis cōem fatetur
Balbus, eo. trac. quarta parte quintæ partis prin
cipalis, quæſt. 19. num. 7. & ſequitur Gabriellus
adducta, concluſ. 9. num. 3. de præſcript. & licet
Angelus, in l. licet, C. de iure deliberandi, videa-
10 tur id ſublimitare, quando ſupereſſent alij filij,
quia excluſus ab vno capite, non poſſet tunc ex
alio venire, tamen id nuſquam recipitur, vt pro-
11 bant autores, quos Balb. & idem Gabrielius ad-
ducunt, imo cum præſcriptio non faciat eum hæ
redem, qui non eſt ius accreſcendi locum non ha
bet, vt inquit Bald. in l. 1. in prima quæſt. C. quā
do non petentium partes, & hoc eſt maximè di-
cendum, quando non agitur de re poſſeſſa, à ter-
tio bona fide præcedente iuſto titulo, ſed ab alio
ex fratribus, qui optimè ſciebat portionem, quā
occupauerat ad alium pertinere, & huic æquita-
ti prorſus aſentiri debet niſi planè, æneus, & fe-
rus ac ferinus frater eſse velit, nec hanc iniquam
petitionē faciat, aut cōparet, quæ plāctus, & quę
relas moueat, & inimicitias inter fratres gignat.

Digitized by Google

Quarto licet ambigant ſcribentes an error iu
ris in præſcriptione bonam fidem inducat,atta-
tamen , quando titulus eſt expreſsè reprobatus,
quia lex reſiſtit , vt in caſu noſtro repugnat lex
noſtra municip. cap.305.& 307.vol.1.vel quan
do ius eſt certum, & minimè dubium aut contro
uerſum , vt hic , tunc talis error non prodeſt nec
12 ius tribuit ex nota regula c.qui contra iura mer-
catur,bonam fidem habere non præſumitur , de
regulis iuris, in 6. & probat Maſcardus , ſæpius
adducto tractatu , de probat.concluſio.641. nu-
me.6.& 15.

Quintò , vbi etiam conſtaret præcipiti curſu
iam defluxiſſe tempus triginta annorum ,quod
tamen in facto negatur,adhuc tamen ex eo capi
te ignoranriæ venirent hæredes Hieronymi , &
13 ipſe Hieronymus reſtituendi,vt declarant in pũ-
cto Balb.relata quæſt.19.nu.7.in fine. & Gabr.
ea.concl.8.de præſcript.num.11.& quãuis Gab.
ibidem num.12.videatur id ſublimitare in præ-
ſcriptione quadraginta annorum, Theſau. deciſ.
134.attamen magis receptum videtur,vt ea non
currat ignoranti; quia nimis iniquum eſſet, ſi nõ
valenti agere, curreret præſcriptio,vt magis cõ-
14 munem dicunt Cagnolus in l.qui in alterius,nu.
6.de reg.iur. Roland.à Valle conſ.76. nume.46.
& 48.& conſ.68.num.22.lib.3.ſiquidem pręſcri
ptio etiam quadraginta annorum non nocet illi
15 qui impedimento iuris , vel facti agere non po-
tuit,vt tradit Ale.conſ.169.num.9.& 15. vol.2.
& dixi ego conſ.3.nu.19.& ſcribit Balb.eo.trac.
præſcript.in 4.parte 4.partis princ.q.29. verum
cum mente captus,& furioſus ignoranti compa-
16 rentur;merito vbi etiam præſcriptio currere po-
tuiſſet,ipſe Hieronymus tanquam propter demẽ
tiam ignoranti comparatus,eſſet benigno reſtitu
tionis in integrum auxilio adiuuandus,cum etiã
præſens non potuerit condemnari,nec contra eũ
bannum detur,vt firmat Nellus trac.bannit.pri-
ma parte primi temporis, in prin.ſicut & ebrius,
cum hos omnes eadem ratio rationis expers te-
neat,vt affirmat ex aliis Sfort.Oddo trac.de in in
teg.reſtit.minor.q.5.art.6.nu.39.& q.11. art.1.
num.1.vt res impedita,& perdita reſtituatur. ho
mo enim tanquam animal plenum rationis , &
cõſilij,omnium animantium principatum tenet,
naturaq́; cæteros animantes abiecit ad paſtum ,
ſolumq́; hominem erexit,ad cęliq́; quaſi cogna-
tionis,& domicilij priſtini conſpectum excitauit,
& quo magis ille ſapientia abundat,eo magis fa
ctus perſpicuus, in ſe omnium hominum oculos
conuertit, vbi autem ratione cuius eſt particeps,
abutatũ,quaſi vecors,furioſus,& amẽs factus, am
17 plius nõ eſt in honore, ſed tanquã iumentis cõpa
ratus, & rationis expers ab omnibus ludibrio ha
betur,& contemnitur,& quemadmodum ſapien
tis labia diſſeminant ſcientiam, ita cor ſtultorum
diſſimile,miſerabilem inſcitiam diſpargit, ſapiẽs
omnia agit cum conſilio,fatuus aperit ſtultitiam
qua nihil miſerius dici poteſt,ſapiẽs timet, & de

clinat à malo,ſtultus tranſilit,& confidit:ſapiens mulier ædificat domum ſuam,inſipiens extructã quoque manibus deſtruit,ab hoc miſero,& infę-lici ſtultitię ſtatu minimè diſtat ebrius,qui initio ſua ſponte bene potus,mox frequentibus, & fœcundis poculis ad iterum, atque iterum bibẽdum inuitatus,omnibus cumulatè, & glorioſè reſpondens,vinci,à quocunque nõ patitur: vnde nimia vini potione repletus,incipit iam calefactis præcordijs,ac accenſis genis,ac exhilarato corde, ex cuius abundãtia os loquitur diſertè nimis verba facere,mox aliena agens, extra rem abire, atque demum rationis dominatu ab ipſa vinolentia occupato,à ſenſu mentis abſtractus fuerit,apud ſanos,& quaſi inter ſobrios vinolentus furioſè debacchatur,arcana eius fidei etiam ſub iuramenti religione commiſſa improuiſo aperit, & quæ apud eum recta,ſarctaq; eſſe debebant , tanquam manifeſta ante omnium oculos ponit ; nã, vt ait ſapiens,nullum ſecretum eſt,vbi regnat ebrietas, ingraueſcenteq́; furore his minatur, illos iniuria afficit &percutit,de ſe ipſo,& de ſuis obloquitur, cęlum, terramq́ue clamoribus loquaciſſimus implet,& ferit,atq; modo riſu & cachinatione, modo planctu , & lamentatione forum complet,ſine verecundia turpia,& obſcęna verba, nulla audientium habita ratione , impudenter effundit, multaq́ue maledicta etiam in amicos aſperè confert;demũ helluo, ſpurciſſimus,ructans,nauſeans atque vomens fruſtis eſculẽtis, vias & thalamos fœdat,atque tanquã bos opimus epulis refertus, & vino confectus,contaminat;& mente captus, cum ei multa ficta videantur, caput ſæpè in hãc & in illam partem declinat,& contorquet,& tandem cum illud amplius ſuſtinere nequeat , ſæpę grauiter ictibus contuſum , & fractum in terram dimittit , & ferarum beſtiarum more humi procumbens , vrinam profundit, & fœtidum,putridumq́ue ſtercus,non ſine magno ventris crepitu deijcit,atque aſtanti frequentiæ populi,cum irridentis peſſimum odorem ſpirat;ad extremũ,longa agitatione defeſſus,ſomno,vinoque ſepultus , tanquam abiectum cadauer ignominioſè è conſpectu hominum de medio tollitur, & aliò aſportatur,& longo ſomno ebrietate ſoluta expergefactus,tantæ inſaniæ , & furoris immemor,fruſtra dolet hæc nefanda de ſe audire.quare cum tot & tanta proficiſcantur mala ab ipſa ebrietate, bonaque valetudo ſæpiſſime amittatur , cum plus occidat crapula,quam gladius, nec ebrio tanquã fide carenti aliqua negotia tuto committi poſſint , cauendum eſt maximè ne ſobrius in pernicioſam hanc vinolentorum vinolentiam,cũ tanto tuo dedecore,& iactura incidas, quod licet in maſculo indignum ſit facinus, in fœmina meo iudicio indigniſſimũ eſt propter perdendæ pudicitiæ periculum, quæ in ea præcipuè propter ſoboliſcertam rationem maior deſideratur , & propterea apud aliquas nationes, quod mirificè laudo, eſt in more poſitum, vt puellis præſertim nu

bilibus vini potus interdicatur,cum eis raro pro-
ſit,noceat ſæpiſſime, nã in eo ineſt luxuria , quæ
cum ſit omni ætati turpiſſima , ipſi fœmineo ſe-
xui eſt fœdiſſima , & cum hæc ipſa ebrietas
ſemper , vt plurimum ebrij grauem habeat cul-
pam, à delictis non omnino excuſat, ſicut furor
excuſaret,vt communem dicit Clarus prac.ciui.
§.fin.quæſt.60.verſ.item quæro,& verſi.præter-
ea quæ enim ; temperato igitur vino, temperatè
vtaris,quod valetudini valde conducit,quod ho
minis cor mirificè lætificat, ebrietatem vero om
nino fugias , quæ te brutam beſtiam, expertem
rationis , & furioſam facit ludibrio pœneq; no-
xiũ,qui enim malofato in furorem incidit(prout
captus dicebatur ipſe Hieronymus)miſeratione
dignus videtur,at non item,qui ſuo vitio,& cul-
pa quemadmodum ebrius, qua in re non modo
docti,ſed agreſtes erubeſcunt.

Sexto cum proponatur Hieronymum fuiſſe
furioſum,& dementem,iuſtè contendi poteſt nul
lam præſcriptionem inchoari contra eum potuiſ
ſe,& inchoatam tanquam languidis artubus ſo-
pore placatis obdormiuiſſe tempore furoris, &
dementiæ,ſicut dicitur de pupillo , qui quicquid
videt ignorat,& cui is ita comparatur, vt Statu-
tum in vno , in altero locum habeat , vt probat
18 Balbus,eo.trac.de præſcript. in prima parte ſex-
tæ partis principalis, caſu 24.& tradunt Oſaſcus
deciſ.177.num.2.Sfortius Oddo, trac.reſtitu.in
integrum,quæſt.11.art.primo, num.1.& quæſt.
3.art.1.num.3.& 4.nec deceat de hac re impru-
dentem opprimere.

Satisq́ue furor,& dementia probata cenſetur
ex his,quæ in facto proponuntur, & maximè ex
confeſſione aduerſariorum emiſſa in inſtrumen-
to confecto anno 1572. nam mente captus,quis
19 probatur eo ipſo, & ſtatim atque idem ipſe talis
reputatur à conſanguineis,& ab affinibus,vt pro
bat Maſcardus,qui latè proſequitur media, qui-
bus quis mentecaptus , vel demens,aut furioſus
probetur,& quæ optimè ad rem faciunt nec trã-
ſcribo cum apud eum facilè videri poſſint,&huc
quaſi conducentem,& copioſam ſuppellectilem
aſportari,& trãſlatis pro ſuis vti,in verbo, demẽ
tia,conclu.503.& in verbo,furioſus, concl.824.
& conclu.825.& in verbo,mentecaptus, conclu.
1049.num.6. & licet tanquam qualitas aduenti
tia , quæ à natura non ineſt non præſumatur fu-
ror nec dementia , & ideo illam allegans proba-
tionis onere afficitur , attamen vbi ſemel proba-
20 ta ſit,vt hic,ſemper id accidens perdurare, & in-
eſſe præſumitur ; & propterea vulgo iactatur ſi-
cut ſemel malus ſemper malus in eodem genere
mali præſumitur, ita ſemel furioſum ſemper fu-
rioſum præſumi , vt fusè comprobat idem Ma-
ſcardus in verbo , furioſum , concluſ.1325. vbi
videatur, ſatis eſt enim actori ad iniectum hunc
præſcriptionis aculeum euellendum probare fu
rorem ab anno 1572.citra, licet retro non proba
retur, quia antea præſcriptionis tempus non de-
fluxerit, quod à die mortis patris eſt ſupputandũ
cum filio antea agere non liceret , vt cauetur eo
ſtatu,cap.307.vol.1.

Septimo cum ex Cæſareis conſtitutionibus,
titu.de tutelis,§.tenebuntur ipſo Aluiſio,& Do-
nato impoſitum eſſet tutelæ Hieronymi fratris
mentecapti onus, ad eos pertinebat iure etiam
ſanguinis, eum eiusq́ue iura & bona ex bona fi-
de tueri atque defendere,nec pati,vt ille aliquod
detrimenti ex præſcriptione acciperet, & patere
tur , omniaq́ue in tempore , & ſchedulo agenda
erant . Quod munus cum non obiuerint nec ob-
nixè, omnia, vt neceſſitudo poſtulabat,fecerint,
ex eiſdem conſtitutionibus contra eos eſt actio
perinde ac ſi illud ſuſcepiſſent, vnde merito tene
rentur erga Hieronymi hæredes ad omne dam-
num, & ad id quod intereſt reſarciendum , nam
licet interdum parum ſuccedat , quod agunt , at
faciant ſedulo.

Octauo non omittam etiam præſcriptionem
ipſam eſſe iniquum præſidium , & ex ea natura-
lem non tolli obligationem,& propterea arbitra
torem ea non obſtante poſſe condemnare ipſum
debitorem, aut eum,qui rem alienam inuadit,&
occupat ad id quod ſuum non eſt reſtituendum
multi enim comperiuntur , qui omnes pecuniæ
vias norunt , & omnia, legibus conſcientiæ poſt
habitis,pecuniæ cauſa faciunt,in ea vna compa-
randa ſiue per fas ſiue per nefas omnem operã,
omnes artes,aſſiduaq́ue ſtudia ponentes , & hoc
ſine difficultate procedit,quando iudicium,eſt fa
ciendum ex terminis conſciẽtiæ, vt hic, quia tũc
nedum exiſtente mala fide , quæ in hoc caſu ex
multis probata cenſetur,ſed etiam vigente bona
21 fide ſaltem ope, & auxilio denunciationis Euan
gelicæ poteſt quis cogi ad reſtituendum id quod
ad alium pertinere dignoſcitur,vt ſcribunt Balb.
relato trac.præſcrip. prima parte principali,quę
ſtio.5.& Gabriel videndus lib.commun.conclu.
4.num.19.& 21.vbi communem dicit,num.20.
facit Alexand.conſil.99.num.2.vol.4.& pro an-
tiquo more late, & fusè proſequitur Tiraquell.
trac.præſcript.§.primo,gloſ.ſecunda,verſic.& il-
lud vbi eam ponit quæſtionem an ſi completa
præſcriptione,improuiſa cum iniquo hominum
cætu ſociata accedat mala fides,in foro conſcien
22 tiæ licitè quod præſcriptum eſt, retineri queat,
ſed hæc ſint ad abũdantem cautelam dicta, quia
cum præſcriptio ſit quid facti,nõ præſumitur ni-
ſi perſpicuè probetur , & cum ſit odioſa plures
exigit qualitates, quæ niſi ab eam allegante ple-
nè probentur, eius præſidio quis ſe tueri nequit,
& quas in præſenti caſu minime probatas vidi,
vt fusè explicat Maſcard. relato tract.de proba.
in verbo,præſcriptio , concluſ.1218.& 1219.&
notatur ad ſtatutum noſtrum , cap.113.volu.1.
Sicq́ue igitur hoc præſcriptionis pręcipuum par
tis diuerſæ & vnicum refugium,& fundamẽtum
tot tantisq́ue rationibus velut grauiſſimis ma-
chinis contuſum , & perculſum funditus euer-
ſum

ſum, & proſtratum iacet.

Quod vero adhuc inijcitur, vt ſcilicet ex alijs bonis paternis non ex aſſignatis in præmium emancipationis ſupplementum ſit faciendum inſpecto tempore aſſignationis, & non mortis ex Cotta noſtro in ſuis memorialibus, in verbo, pater obligatus, prope finem, facile tollitur. Quia dicitur non conſtare, quod alia bona Ferni ſint tradita in præmium emancipationis, vt ſuperius dictum eſt, & vbi conſtaret, dicitur ex allegato ſtatuto, cap. 307. volu. 1. caueri expreſsè, vt partem poſſit auocare filius, vt de bonis paternis æqualem partem habeat, & ſic ſupponit lex noſtra, vt aſſignatam bonorum partem habeat, vt ſatis indicat aſſignatio, quæ transfuſionem, & tranſlationem dominij excludit, & verbum illud auocare, quod ſonat, vt quaſi iam datum recuperetur, & cum illud vnum curandum ſit, vt portiones ſint æquales, vis non eſt facienda, vt id aut illud habeant, modo re ipſa omnis inæqualitas abſit, tempuſq; mortis eſt inſpiciendum, vt ſatis clare diſponit eadem lex noſtra. cap. 305. dum vult, vt ſtirpes ſint æquales, & altera, ca. 307. dum ſancit id ius auocandi eſſe filio poſt mortem patris, de cuius hæreditate tunc agitur, & propterea ſicut ſi pater viuens filio aſſignaſſet pro eius legitima aliqua bona, paternis facultatibus auctis tem-

23 pore mortis poſſet petere ſupplementum iuxta illud tempus, quod maximè inſpicitur ex communi ſententia, ita etiam ſi paternæ diuitiæ, & facultates diminutæ ſint, debent pati diminutionem, vt par & æqualis ſit ratio, & quia aliter nõ poſſent filiorum tempore mortis patris dici ſtirpes æquales, quod vnum legiſlatores noſtri ſpectauerunt, l. cum quæritur, C. de inoffi. teſtam. & adnotatur eo ſtatuto, cap. 485. nu. 65. vbi communis dicitur ex Didaco, & cap. 265. num. 6. vbi dicitur emancipationis gratia aſſignatum alijs fratribus eſſe conferendum, & optime confert doctiſſimus Alciatus noſter conſi. 101. num. 10. lib. 5. Menoch. conſil. 184. num. 34. & ſi ſpectandum eſſet tempus aſſignationis fauore vnius, illud etiam eſſet inſpiciendum fauore alterius, vt æqualitas, quæ vna quæritur ſeruetur, & nemini decernendi iniquitate iniuria fiat.

Quod attinet ad identitatem bonorum, ea ſatis probari poteſt confinibus, & alijs rerum demonſtrationibus, coniecturis, & argumentis atque fama publica, & opinione vulgi, & denomi-

25 natione; & peculiare eſt, vt duæ tantum demonſtrationes ſufficiant ex vulgata illa ſententia in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, imo interdum vna demonſtratio poſſet eſſe adeo certa, vt per ſe ſola ſufficeret, vt docet Barto. in l. de monſtratio falſa, num. 10. ff. de condit. & demonſtrat. & fusè enarrat Maſcardus, qui probandæ identitatis modos complures refert eod. tractatu probatio. in verbo, identitas rerum, conclu. 874.

Et quia poſt latam ab arbitro ſententiam pro his clientibus noſtris coram Senatu Excellentiſſimo dubitatur de petitæ à parte aduerſa reuiſionis viribus, & an ea danda ſit: quod pertinet ad vtrumque effectum, vel deuolutiuum tantum operæ pretium putaui rei ſeriem paulo altius repetere, quo magis id quod quærimus aſſequamur & teneamus, & liberè articulatim, diſtinctèque dicamus, qđ iuris eſſe arbitramur; Frater igitur Franciſcus Dauerius cum verum decus nactus, ſpretis voluptatum illecebris ingreſſurus eſſet ſacram religionem Capucinorum, teſtamentum fecit, quo onerauit eius hæredem ad faciendum cõpromiſſum de iure, & æquitate, & cõſcientia in ampliſſima forma prout in dato legati exemplo.

Factum fuit proinde compromiſſum, ex partium conſenſu in Ioſephum Drallum, I. C. Variſienſem, qui ſuam protulit ſententiam, quam laudum vocant.

Et cum hæres iuſſus fuiſſet ſub pœna priuationis hæreditatis vocando eo in caſu Hoſpitalem locũ Variſij ad liberè ſtandum, & parendum declarationibus, quæ ſuperinde fieri contigiſſent.

Blanca Origona mater ipſius fratris Franciſci hæres ſubſtituta Iacobo teſtatoris fratri intẽdens, & ratione prætenſæ iniquitatis, & nullitatis non ſtare ipſi laudo, ſed velle reclamare Senatui Excellentiſſimo, porrexit preces, petendo vt ſibi liceret non obſtante comminata pœna reuiſionem petere, viſis ipſis precibus, & mutuis reſponſis, placuit eidem excelſo ordini ipſi aduerſariæ concedere petitam reuiſionem, quoad effectum deuolutiuum non autem ſuſpenſiuum, non obſtante comminata pœna.

Et aduerſaria cum non acquieſceret, tam fauorabili decreto, iterum ad ſenatum confugit repetitis eiſdem fundamentis prætenſæ iniquitatis, & nullitatis, qui decreuit partes vti debere iuribus ſuis, & cum ſurripuiſſet à DD. Conſulibus iuſtitiæ præceptum nihil nouari pendente reuiſione, illud fuit maxima cauſæ cognitione adhibita reuocatum, & cum denuo idem negotium introduxiſſet coram alio conſultore, & aliquid ab eo obtinere non potuerit à D. Vicario prætorio obripuit aliud ſimile præceptum, quod tandem poſt multa aduerſantis ſubterfugia fuit pariter reuocatum, ita vt hinc facile intelligi poſſit quibus artibus memorati coniuges circunducantur tractu modo ad vnum, modo ad aliud tribunal, & quam inanibus, & grauibus impenſis, & ſumptibus ad eos magis onerandos pro eadem re toties decíſa coram varijs iudicibus, tot animi & corporis laboribus defatigentur, res quidem minimè ferẽda, ſed digna, vt ſalutari aliqua prouiſione coerceatur.

His non contenta iterum ad ſenatum confugit, & facti ſeriè non enarrata integrè, & perfectè ſubripuit litteras DD. Conſulibus, vt agnoſcerẽt ſuper memoratis nullitatibus vbi aliud iuridicum non obſtaret.

Quare ijdem coniuges alias litteras obtinuerunt, declarantes id intelligi non debere quoad effe-

effectum ſuſpẽſiuum iuxta binas litteras iã datas.

Eadem Blanca cupiens executionem impedi
re iterum ad Senatum confugit, petens, vt ſuper
memorata nullitate cognoſceret, retardatą exe-
cutione, & cum lectiſſimus Senator Albricius ſu
per mutuis reſponſis dixiſſet partes vti debere iu
ribus ſuis, dictum fuit verbum fieri debere in
Senatu.

Contendunt iure merito ipſi coniuges perſi-
ſtendum eſſe in tot datis reſcriptis, & prouideri
ne amplius litium calumnijs exagitentur, & M.
V. aures grauioribus diſtentæ negotijs, toties
eiſdem inculcatis cantilenis fruſtra obtundãtur.

Horum autem petitio per ſe honeſtiſſima o-
ſtenditur ex quamplurimis, & maximè.

Primo, quia cum non ſit ſeruata forma à ſta-
tutis, & nouis conſtitutionibus præſcripta; & ma
26 ximè, quia intra octo dies non fuit facta com-
miſſio cauſæ, laudum tranſiuit in iudicatum; vn-
de nullitas etiamſi eſſet euidens, amplius propo-
ni non poteſt, vt communem dicunt Plotus con
ſil. 63. num. 4. Borgninus deciſ. 11. num. 54. par-
te prima.

Secundo, quia hæc eadem nullitas, vt ſenten-
tia non ſit conformis libello eo, quia prima peti-
tio contineret duodecimam partem, emendata
vero contineret quartam partem, fuit in re-
ſponſis coram Senatu bis deducta, & ſemper re-
iecta, vnde obſtat exceptio rei iudicatæ.

Tertio, quia cum teſtator approbauerit in om
nibus, & per omnia ipſa arbitramenta ſuperinde
proferenda, ſicut non poſſet teſtator contraueni-
27 re, ita nec eius hæres vti eum repræſentas, l. cum
à matre, C. de rei vendi. Gabr. de regulis iuris,
concluſ. 11. num. 1.

Quarto, cum teſtator iuſſerit remota omni ap
pellatione, & qualicunque reclamatione, ſtan-
dum eſſe memotato arbitramento, videtur remo
ta etiam dictio nullitatis, cum illa dictio qualiſ-
cunque, ſit admodum vniuerſalis, l. ſecunda, §.
28 prætor ait, ff. qui ſatiſdare cogantur, & reclama-
tio contineat, & reductionem ad arbitrium bo-
ni viri, & recurſum medio etiam ſupplicat. Ma-
ranta in ſuo ſpeculo, parte vltima, in verbo, &
quando appellatur, num. 10.

Quinto, cum pius locus fuerit ſubſtitutus in
caſu contrauentionis, & moleſtiæ, ſiue ea ſit de
iure, ſiue de facto, locus eſt ſubſtitutioni, cũ eſſet
in manibus teſtatoris hæredem illum facere, vel
29 non facere, & potuerit eam conditionis legem
rei ſuæ apponere, vt tradit Alba conſi. 166. nu.
33. & 167. num. 13. & ſic nunc actrix vti carens
actione eſt repellenda.

Sexto cum iudicium eſſet faciendum de con-
30 ſcientia, ſola veritas fuit inſpicienda, vt ait Bald.
in l. ſecunda, C. de fideicommiſ. Iaſ. in §. ſed iſtę.
num. 136. Inſtit. de actio. & l. etſi inutiliter, num.
6. C. de fideicommiſſis atque vbi veritas ſit ſpe-
31 ctanda, ſententia poteſt ferri etiam ſuper non pe-
titis, vt in terminis tradit Iaſon in l. Vinum, nu-
me. 24. ff. ſi certum petatur Marant. in ſuo ſpecu
lo, in verbo, an ſit ſuper petitorio, vel poſſeſſorio,
diſtinct. 9. num. 33. & ſupra, & infra, Aſinius in
ſua praxi, iudi. §. 30. cap. 12. num. 9. & cap. 6. nec
tunc requiritur citatio, vt ſentit idem Maran-
ta, in verbo, rectè concipiatur citatio, num. 21. &
etiam ex multis quos refert, ſentit Gabriel. lib.
communium tit. de citat. concluſ. prima, nume.
378. & quando proceditur inſpecta naturali æ-
32 quitate, poſſunt examinari teſtes non citata par-
te, non tamen ferri ſententia, vt is ait, num. 341.
& ſi id poteſt fieri inuitis partibus, ergo tanto ma
33 gis ignorantibus, l. qui poteſt, ff. de reg. iuris, l. 4.
de fideicommiſs. liber. Bart. in l. actio. num. 16. ff.
de alim. & cib. legatis.

Septimo, quando iudex poteſt procedere ſo-
la facti veritate inſpecta, remoris apicibus iuris,
ſi omittantur, quæ ordinem, & ſolemnitatem iu-
dicij reſpiciunt non vitiant, & poteſt incipere ab
articulis, & illis probatis proferre ſententiam, vt
34 tradit Vantius, tract. nullitatum, ſub titu. quibus
modis ſententia nulla defendi poſſit, nu. 125.

Octauo cum maior hæreditatis pars, quæ cõ-
tinebatur in prima petitione fuerit adiudicata,
35 quia aduerſaria confeſſa fuerit presbyterum Al-
uyſium, & Donatum non fuiſſe hæredes Ga-
leatij, conſequitur vt tanquam confeſſa non poſ-
ſit opponere de inepta libelli conceptione, vt tra
dit idem Vantius vbi ſupra, num. 126. & Iaſ. in
l. cum te, num. 5. C. de tranſact. & ideo iudici,
quando aliquid ex actis manifeſtè conſtat, licet
36 iudicare etiam ſuper non petitis, vt decidit Bor
gninus, deciſ. 19. num. 20. & 21. & in terminis cõ
feſſ. Iaſ. in l. ædita, num. 23. C. de edendo.

Nono, quando iudex ex officio procedit, vt
hic, non opus eſt petitione, nec requiritur, quod
ſententia ſit conformis libello, maxime, quia cũ
agatur de concernentibus periculum animæ, at-
37 tenditur rei veritas, & non forma petitionis, nec
voluntas partium, vt ait Cardinal. Zabarella, in
clemen. ſæpe, §. primo, num. 3. verſic. ſecundo,
oppono, de verbo. ſignificat. nec ipſum officium,
iudicis requirit libellum, vt ait Bart. in l. nequic-
quam, §. decretum, de officio proconſulis.

Decimo, ex clauſulis ſalutaribus, quæ in libel
lo paſſim apponi ſolent iudex poteſt ſupplere,
38 & impartiri officium ſuum etiamſi aliter à parte
non petatur Iaſ. in §. omnium, num. 147. Inſti. de
actio. Vantius videndus de nullitate ex defect.
proceſ. num. 20. & 21. & 25.

Vndecimo, illud quod dicitur ſententiam eſ-
ſe debere conformem libello, procedit, vt non iu
dicetur ſuper re in iudicio non tractata, ſecus ſi
39 ventilata fuerit, vt delarat Pinellus videndus in
l. 2. cap. 3. nu. 12. C. de reſcind. vend.

Duodecimo, quando aliquid de nouo emer-
git, poteſt cauſa terminari etiam ſuper non peti-
tis, vt affirmat Borgn. deciſ. 19. num. 12. & num.
16. maximè cum teſtator voluerit, vt omnino
cauſa terminaretur ex conſcientia, remotis iuris

40 apicibus, & ſufficiat iudicem iuraſſe pro vt iurauit ita ex conſcientia ſenſiſſe, Iaſ. in §. ſed iſte, num. 121. Inſtitu. de actio. Puteus trac. ſindicatus, in verbo, an iudex poſſit, vel debeat ſecundũ conſcientiam.

Decimotertio cum ex prædictis clarum ſit obiectam nullitatem non ſubeſſe eſt aduerſariæ danda repulſa, quod etiam procedit vbi caſus eſ
41 ſet dubius cum in dubio ſit ſemper contra nullitatem pronuntiandum, vt firmat idem Vantius, quibus modis ſententia nulla defendi poſſit, numero 127.

Decimoquarto, vt hoc etiam atq; etiam prematur argumentum receptius eſt, vt pendente nullitate non impediatur interim executio, quia conueniens non eſt, vt res iudicata, quæ dicitur res clara retardetur per allegationem nullitatis ſuper qua eſt faciendum iudicium, vt vno ore
42 quamplurimis conſentientibus, magis communem dicit Lancelotus, de attent. pendente nullitate, num. 32. & 38.

Ex quibus, & alijs, quæ ex mutuis reſponſis colligi facile poſſunt manifeſtè conſtat iuſtiſſimum fuiſſe tanti ordinis iudicium toties geminatum, & aduerſariam vti calumniæ miniſtram eſſe abnegato petito auxilio vacuam dimittendam, maxime cum in iudicio appellationis ſi ius fouebit, ei facilè erit ſuccurſum, & ex conſequenti non agitur de damno aliquo, quod reparari nequeat, vnde nihil eſt, quod his coniugibus ſuccenſeat ſi interim executio, quæ laudi fomẽtum habet nõ retardetur, cætera ſuppleat ſumma doctrina, & integritas lectiſſimi, & æquiſſimi Senatoris Galeatij Vicecomitis.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO I. C. EX COLLEGIO Mediolani Franciſco Carcano.

ARGVMENTA.

Salarium arbitratori electo medio cartæ albæ ſubſcriptæ an debeatur, & quod debeatur, & à quibus, pro bonorum communium diuiſione.

Vno libello ſi actione fideicommiſſaria agatur contra plures an vnicum, vel plura debeantur ſalaria, multaq; & complura de huiuſmodi honorarijs ſcite diſſeruntur.

SVMMAE RERVM.

1 *Salarij cauſa eſt omni fauore digna cum ſit honor donanti, & cui donatur.*
2 *Ciuilis ſapientia res eſt ſanctiſſima, quæ pretio nũmario non eſt æſtimanda, & quid in ea re ſeruandum ſit à conſulentibus, & conſultoribus.*
3 *Pro ſalario non datur actio locati, ſed iudicis officium.*
4 *Aduocati mali quantum demereantur, boni autem quantum mereantur.*
5 *Salarium arbitro, & arbitratori debetur, etiamſi de eo actum non ſit, & etiamſi partes tranſigendo inter ſe concordes fuerint.*
6 *Iudicium familiæ erciſcundæ, vel communi diuidũdo vniuerſale dicitur.*
7 *Diuiſio inter fratres, & ſocios quomodo ſit facienda.*
8 *In diuiſione poteſt vni adiudicari fundus, & alteri alius fundus, & pecunia, iudicis arbitrio.*
9 *Salarium debet ſolui ab vna quaq; partium in iudicio vniuerſali.*
10 *Salarium an debeatur in extraiudiciali concordia.*
11 *Dictio, vt ſupra, refert ſuperiora cũ omnibus ſuis qualitatibus.*
12 *Sententiæ verba, quæ plures condemnet pro virili debent intelligi.*
13 *Actio familiæ erciſcundæ eſt communis, & quilibet habet ius in qualibet parte, & quomodo ſalarium debeatur.*
14 *Pro petito id omne habetur, quod eſt de natura petitarum.*
15 *Salarium debetur communibus expẽſis, quoties de conſenſu partium, quis eligitur.*
16 *Salarium quomodo, & à quo præſtandum ſit.*
17 *Salarium debetur arbitro, & arbitratori cum eadem inſit ratio.*
18 *Salarium an debeatur ei, qui fuerit arbitrator electus per traditionem cartæ albæ ſubſcriptæ.*
19 *Sententia & laudum comparantur, & pro eis præſumitur.*
20 *Sententiæ appellatione laudum cũ venit ad arbitramenta ſit ad inſtar iudiciorum.*
21 *Carta Alba à partibus ſubſcripta, quam vim habeat.*
22 *Arbiter conuentionalis, & etiam iudicialis is dicitur, qui fuerit aſſumptus in lite.*
23 *Compromiſſum conuentionale dicitur contractus qui ſolo conſenſu perficitur.*
24 *Laudum prolatum præſentibus partibus ſuſtinetur etiamſi de compromiſſo aliter non conſtet, quia paartes potuerũt eum tunc arbitrũ facere.*
25 *Arbitrum eligere, quis cenſetur, qui eius declarationi ſtare promittit.*
25 *Arbiter aut arbitrator an quis fuerit cognoſcitur ex modo procedendi.*
37 *Arbitrator ſeu pacis conciliator, aut amicabilis compoſitor an ſalarium habere debeat.*

28 Sala-

28 Salarium proxenetæ an debeatur.
29 Salarium iudici, vel arbitro debetur etiamſi partes tranſegerint.
30 Salarij cauſa dicitur fauorabilis, & is qui illud petit dicitur agere de damno euitando.
31 Scripturam quam quis non vidit an approbare poſſit.
32 Arbitramenta an poſſint approbari antequam proferantur.
33 Salarium debetur habita ratione petitionis.
34 Actiones plures ſpecie differẽtes ſi eodem libello cumulentur, plures dicuntur libelli, & plura dicuntur ſalaria.
35 Salarium in cauſa redditionis rationis debetur habita ratione tantummodo eius, cuius quis apparuerit debitor, initis rationibus.
36 Salaria plura debentur quoties inſtituta actio contra diuerſas perſonas, & pro diuerſis bonis & cauſis dirigitur.
37 Sententia contra vnum ex comprehenſis in eodem libello lata, non paris exceptionem rei iudicatæ contra alium.
38 Cumulatio plurium perſonarum, vel rerum aut actionum in eodem libello non tollit diuerſam, & multiplicem naturam iudicij.
39 Libelli tot, & ſententiæ tot, an dicantur, quot ſunt res propoſitæ, & declaratæ.
40 Capitula connexa quæ dicantur, & quæ ſeparata.
41 Salarij cauſa in dubio eſt fauendum.
42 Salarium debitum qui ſoluere detractant quanta reprehenſione ſint digni, & quam iacturam faciant.

CONSILIVM CCXLVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CAuſa ſalarij, quod iudici debetur tanquam inuentum remunerandi beneficij gratia ad ingrati animi crimen fugiendũ eſt omni fauore digna, cum honor ſit donanti, & cui dona
1 tur, atque idcirco potius honoris, quam ſalarij
nomen conſequitur, l. prima, §. proinde, vbi glo.
in verbo, honor, ff. de varijs, & extraord. cognit.
quandoquidem ibidem inquit Iuriſconſultus,
2 ciuilis ſapientia res ſit ſanctiſſima, quæ pretio nummario non eſt æſtimanda; vnde mihi ſemper placuit eam ita liberaliter, & ſplendide, decorè, & honorificè pertractare, vt omnis ſtudioſa auri & argenti cupiditas abſit, atque procul remoueatur vilis illa, & nimis abiecta certi cuiuſdam pretij, & mercedis quaſi locatæ, vel locandæ operę, vel mercis alicuius venditæ accurata, & ſubtilis ad numum vſque altercatio, & conuentio, & ſeu potius indigna, & inhonorata contentio, vt ſæpe fit inter mercatores, & ſordidos venalitiarios, quamque non ſatis etiam deteſtari, & execrari valeam aliquorum ingratorum clientum peruerſum morẽ, qui dũ agitatæ cauſæ feruor, & neceſſitas calet, viget & vrget, maria, & mõtes memores, & liberales viros ſe iactantes, pollicentur, tãſacto autem negotio, vel victa cauſa, & refrigerato, & extincto primæ illius coitionis, & congreſſionis calore, & ardore frigidi homines obliuioſique facti, & illiberales, ingratè tot vigilias, tot aſſiduos egregij aduocati, vel ſinceri conſultoris, & integri iudicis labores fruſtrantur (cum tamẽ in bonum virum non cadat mentiri) quo fit, vt multi hac arte fraudati, inquiant dum dolor eſt accipe, Anguilla eſt, elabitur, ficulneo folio eum tene, quaſi auribus lupum, nec ſinas te his nugatorijs promiſſionibus lactari, & demum decipi, & eo perduci, vt clamans dicas, O ſpes fallaces, O inanes cogitationes meæ; & cum in hac ipſa iuriſprudentia non veniat vilium operarum locatio, aut merces, merito dicitur honorariũ, propter honorariam, quæ ponitur, operam, quod iudici tribuitur tanquam iuſtum quoddã præmiũ virtutis ac ſcientiæ, & probitatis intellectus vnde fit, vt omnem prærogatiuam mereatur, nec proinde detur actio locati, ſed iudicis officium
3 maxima æquitate munitum, vel actio in factum
impertiatur, l. qui operas, ff. locati, & fusè poſt alios proſequitur Cagnolus, qui multos, & multa in idem refert, in l. diem functo, num. 7. & num. 164. & 168. & 174. & 182. ff. de officio aſſeſſoris cum etiam grauis impenſa quam is fecit, & ſuſtinuit in adipiſcenda ipſa iuriſperitia ſit remuneratione digna, ſicut & bonus aduocatus, & conſultor digniſſimus eſt maximo honorario, & pręmio: ſiquidem quemadmodum in magnam vituperationem cadit, malèque ſibi, & alijs conſulit malus aduocatus, qui iniuſtę cauſæ patrocinium ſuſcipit, qui clienti quem in ſuam fidem, & clientelam accepit, ſuadet vt litem, quam ipſe iniuſtã nouit ſumma cõſtantia, & pertinacia ad exitum vſque perſequatur, ſumptui non parcat, nec deſerat, eique perſuadet cauſam iuſtè defendi poſſe, eique ſuam operam ſpondet, monteſque, & Maria pollicetur, ipſumque tandem obtenturũ, vel eo aduerſarium perducturum, vt negotium ipſum tranſigat; quod vt impetretur, & ne videa
4 tur nugas dediſſe, aut mendacium dixiſſe, nequi-
tiæ officinam aperit, tela iniquitatis acuit, ardẽtes faces miniſtrat, mendacia, dolos, fallacias, atque præſtigia ſubminiſtrat, & ſuggerit ad litem protrahendam, ad circumueniendum aduerſarium, ad contaminandam, & obcæcandam iudicis mentẽ, & vbi non obtineat, quo ſuam calliditatem tegat, conqueritur clientis negligentia, vel inopia, aut aduerſarij potentia, vel iudicis malitia, aut ignorãtia id eueniſſe, ſicque inanibus impenſis, nedum aduerſarium, ſed clientem ipſum afficit; & quod non poſſum vehementer ſatis deteſtari pro leui lucro eius conſcientiam obligat ad omnem damni iniuriam reſarciendam: Bone Deus? quod eſt hoc vſuræ, & fœnoris genus? vt

pro

pro vno aureo nummo centum perdere debeat; quid iuuat lucrum in arca, ſi damnum, & quidē longè maius eſt in conſcientia, quæ ei dicat redde, quod accepiſti, quoniam contra veritatem feciſti, iniquitati adfuiſti, iudicem fefelliſti, iuſtā cauſam oppreſſiſti, de falſitate viciſti.

Ita ex contrario magna laude dignus eſt, multumque meretur is nobilis conſultor, & aduocatus, qui fidelem cauſæ narrationem audit, requirit diligenter eam, examinat diligentiſſimè, ſingula quæque ad eam pertinentia inſpectat, & nō voluntatem clientis, ſed ad veritatem cauſæ liberè reſpondet, nec cauſam iniuſtam tuetur, imo ſi aliter cliens ſentiat omni ſtudio contendit vt eius temeritatem, à lapſu contineat, & cum eius auctoritas apud clientem multum poſſit, hoc ipſum nedum confirmat, ſed perſuadet, & tandem ſæpe obtinet, vt ab iniuſta lite ſe abſtineat, ſibiq; nec alijs tam graue onus imponat, enarrans, quā grauis fuerit hæc offenſa tam diuina, quam humana, & ante eius oculos ponens quaſi præſentia grauia incommoda, quæ lites etiam iuſtæ afferunt, & quamuis iudex non debeat vendere iuſtum iudicium, nec teſtis verum teſtimonium; tamen iuſtè aduocatus vēdit iuſtum patrocinium, & Iuriſperitus conſilium: nam ille inter vtramq; partem ad examen adhibetur, hi autem ex vna conſiſtunt, verum iuſtus aduocatus, vt in vendendo iuſtitiā ſeruet à nullo iniuſtas cauſas accipit, nec dare verba pro iuſtitia conſiſtit, ſed debet veritatem ipſam omni ſtudio inquirere, & neminē reſpicere, ſed quid ſentiat pro iuſtitia libere reſpondere, detque operam, vt qui conſilium requirit doctior, & melior abeat; Iudex autem id ſumma ope enitatur, vt lites dirimat, & diſcordiæ ſemina non ſpargat, ſed diſpergat, quod cū præſtet, & in iudicando ita elaboret, dignus eſt, & ipſe honorario honorifico, cum valdè noſtra interſit iuſtis factis iudicijs à litibus diſcedere.

Et nedum iudex, ſed & arbiter debet habere ſalarium à partibus cum ad inſtar iudicis ſit & ei exequetur, & in vtroque eadem inſit ratio, & propterea ſalarium arbitro debetur, & arbitratori, & maxime aſſumpto, ex forma ſtatutorum,
5 quia ſunt ad inſtar iudicum delegatorum, vt in terminis tradit videndus Carotius tractatu locati ſecundum nouam impreſſionem ſub tit. de ſubſtantia locat. ſecundo quæſt. decimaquinta, ſub titu. de arbitri ſalario, fol. 37. imo in his maior ineſſe videtur ratio, cum ſæpe arbiter magis laboret, quam iudex pro ſedanda, & finienda lite, & id habere debet etiamſi à principio promiſſum non foret, cum legis tacita ſemper inſit obligatio, quæ compromittentes tenet, quod porrigitur etiamſi poſtea partes ante ſententiæ prolationem inter ſe negotium tranſigentes componerent, cum per iudicem ſtetiſſe non dicatur, nec æquum ſit, vt facto partium iam impenſi eius labores fraudentur, & perdantur, l. in ſacris, la ſecūda, §. modum, ibi ſi apud arbitrum, C. de proximis ſacrorum ſcriniorum, lib. 11. & C. de principibus agentium, l. multis, §. pro implendis, & §. quod ſi, vbi videatur Bartolus, in fine, & melius hoc idem luculenter probat videndus omnino antiquæ, & magnæ auctoritatis, vir Ioan. Andreæ ad Speculatorem, ſub tit. de ſalarijs iudicū, in additione vltima, ſuper verbo ſalarium, in littera B. & probat idem ſpeculator, ibidem, nume. 13. verſicu. quid ſi concluſo, Iaſ. in §. actiones, in verbo tripli, num. 58. Inſtitu. de actio. Decius, in l. in iure ciuili, num. primo, ff. de regulis iuris, & conſil. 70. num. 2. & ampliatur etiamſi arbiter de conſilio iuriſperiti pronuntiaret, vt comprobat Natta conſi. 89. vol. 1.

Et nedum id iure communi planum eſt, ſed etiam iure noſtro municipali expeditum maximè ex cap. 401. verſic. pro arbitramentis, vol. primo, nec id aliquam patitur difficultatem, cum ita quotidie in foro ſeruetur, vt in præſenti ſpecie id indubitatum eſt, cum ſalarij condemnationem partes ipſe emologando, vt dicitur, & verbo, & facto approbauerint, obligationem agnoſcentes.

Solum mouetur dubitatio ſuper eius ſumma & ſeu quantitate, & diſtributione, nam pro bonis diuiſis prætenditur ſalarium non deberi tanquam certum eſſet vnicuique fratrum partem ſuam deberi, & tantum controuerſiam fuiſſe ſuper modo diuiſionis, vnde ad eius rei æſtimationem ſalarij ſumma moderanda ſit, cum autem Hieronymus vnus ex fratribus nihil aduerſus fratrē petierit integra ſalarij ſolutio ad Ioſeph. & Petrum potius pertineat.

Verum enimuero vtraque prorſus facile tollitur dubitatio, nam cum verſemur in iudicio vniuerſali diuidendæ paternæ hæreditatis, & hinc inde bonorum, & iurium acquiſitorum, ſuper actione familiæ erciſcundæ, tanquam vniuerſale illud iudicium reſpiciente, & ſuper actione cōmuni diuidundo tanquam concernente, quę par
6 ticularia erant, cognoſcendum fuit, vt habetur toto titulo, familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo: & vbique videatur Azo in ſumma, & plenè terminos eoſdem declarat Papienſis in forma libelli, pro hæreditate, vel re ſingulari diuidēda, num. 1. & 4.

Et cum iudicium faciendum eſſet vniuerſale, & adeo inter fratres complicatum, vt de parte non poſſet fieri iudicium, niſi de toto, & ſuper toto cognoſceretur, & arduus ille articulus de diui
7 ſione facienda deciſus fuerit, nam aliqui volunt forte diuiſiones eſſe faciendas, alij arbitrio iudicis, aliqui, vt maior, ideſt, qui eſt magis inſtructus diuiſiones faciat, & minor eligat, l. 2. C. quando, & quibus quarta pars debetur, & latè ſcribit Iaſ. in §. quædam, num. 58. & infra, pluribus ſequentibus, Inſtitu. de actio. & l. prima, num. 39. vbi & Ripa videatur, num. 70. ff. ſi certum petatur, idē Iaſ. in l. ſi duobus, num. 7. C. commun. de legatis, & Menochius de arbitr. iud. caſu 123. & 124. & omnibus conſideratis retractatis prioribus diuiſionibus

ſionibus cum æquè partes omnibus nop con-
uenirent electa fuit media via, vt portio vna Pe
tro Cauſidico adiudicaretur, & ſuper alijs por-
tionibus, in quibus erat pannorum mercatura
vtrique fratri mercatori conueniens proijcere-
tur ſors, cõſequens eſt, vt ſalarium debeatur pro
tota re, cum iudicij natura eſſet vniuerſalis, & ſu
per toto, diuiſim tamen vnicuique ſuam partem
adiudicando iudicium factum ſit, & cum etiam
8 in hoc ipſo iudicio contingere potuerit, vt totum
vni fuiſſet adiudicatum condemnato altero ad
dandam alteri pecuniam, vt ſanxit Imperator,
in §.ſi familiæ, Inſtitu. de officio iudicis, & Iuriſ-
conſul. docet, in l.ſi idem cum eodem, §.ſi vna, ff.
de iuriſ. omni. iudic. merito ſalarium, & ſeu ſpor
tulæ debẽtur pro tota re, ſed ab vno quoque pro
9 parte ſua ſoluitur, vt in terminis decidit viden-
dus omnino Bald. ea. l.ſi idem cum eodem, §.ſi
vna, ſub num. 3. ff. de iuriſ. omn. iudic. & in conſi.
38. num. ſecundo, parte quinta, qui licet ſentiat
in extraiudiciali concordia, ſeu tranſactione ſala
rium non deberi, & niſi pro dimidia dimidiæ in
10 ſuo caſu, attamẽ hoc nihil eſt cum nos verſemur
in iudiciali declaratione, & in ſalarij condemna-
tione, à partibus approbata, & idem Baldus in fi
ne, concludat ambos diuidentes teneri ad ſolutio
nem pro ſua adiudicata portione, poſtquam ille
qui petit diuiſionem, petit rem ſibi adiudicari
pro parte diuidenda, & conſequenter iudex inte
gram habebit æſtimationem pro ſua portione
ſoluendam ab vnoquoque ex fratribus.

Secundo hoc idem comprobatur ex prænar-
rato ſtatuto, cap. 401. verſic. pro arbitramentis.
quatenus vult Notario deberi quartam partem
ſalarij debendi, proferenti arbitramenta ad ra-
tionem librarum duarum Imperialium pro ſin-
gulo centenario rei, vel eius iuris pro quo decla-
ratur, vt ſ. & ſic præſupponit venire debere æſti
mationẽ totius rei, & cũ dictio, vt ſupra, referat,
11 quæ ſuperius dicta ſunt cum omnibus ſuis quali
tatibus, vt ait Curtius ſenior conſil. 51. num. 18.
Socinus iun. conſil. 170. num. 33. lib. ſecundo, &
ſuperius ſtatutum mentionem faciat de diuiſio-
nis inſtrumento, & velit Notario deberi merce-
dem iuxta æſtimationem bonorum diuiſorum,
ſit neceſſario, vt de arbitramentis de diuiſione a-
gentibus idem ſit faciendum iudicium, & per cõ-
ſequens hic caſus noſter deciſus ſit ab ipſo iure
noſtro municipali.

Quod vero pertinet ad aliud punctum, vtiq;
verum videtur q omnes debeant concurrere ad
memorati ſalarij ſolutionem, eamque ſubire de-
bere, cum ſententia ab eis approbata eos in viri-
li condemnet, & quatenus dicitur ad formam or
dinum referri debet ad taxationem, verba enim
12 ſententiæ, quę plures condemnet, debent ſemper
intelligi pro virili, l. prima, & ſecunda, C. ſi plu-
res vna ſententia, & decidit Afflictus in pulcro
caſu deciſ. 215. quem refert Decianus conſil. 3.
num. 9. lib. 3.

Secundo hoc idem confirmatur optima ratio
ne nam cum hæc actio familiæ erciſcundæ ſit
communis, quia quilibet habet partem in mini-
13 ma etiam gleba terræ merito vterque dicitur a-
ctor, & reus, & quilibet intelligitur petere, vt por
tio ſua ſibi adiudicetur ratione etiam dominij,
& hoc reſpectu actor dicitur, & quatenus vterq;
de ſuo iure alteri remittit dicitur reus, quia in
vna, & eadem paterna (vt noſtri aiunt) cadit a-
ctio, & paſſio, affectio, & defectio, vt egregiè poſt
alios diſtinguit Decius videndus ead. l.ſi idem
cum eodem, §.ſi vna, num. 1. 2. 3. & 4. ff. de iuriſ.
omnium iudicum. interpres ad ſtatutum, ca. 68.
num. 42. volum. primo, quo fit, vt quilibet tenea
tur ad ſolutionem ſalarij, cum ratione complica
tionis, & miſturæ cauſæ non poſſit iudicium pro
vno proferri, quin ſuper tacita alterius petitione
idem iudicium fiat.

Tertio cum omnes tres fratres ſe totos com-
promiſerint ipſi Iuriſconſulto Franciſco Carca-
no, arbitror, vt conſtat ex ſubſcriptione cartæ al-
bæ, quæ exibetur, cenſentur æquè omnes diffe-
rentias compromiſiſſe, & voluiſſe, vt id omne ve
niret ſuper quo declarari contigiſſet, & pro peti-
14 to habendum eſt id omne, quod eſt de natura
petitorum, vt aperit Alexand. eod. §. ſed ſi vna,
paulo ante num. 2. maximè cum ageretur de ne-
gotio, & actione communi, & concernente com-
modum & incommodum omnium; & cum offi-
cium arbitri fuerit commune, communibus etiã
expenſis ſalarium debetur, vt tradit ſpeculator
titu. de ſalarijs iudicum, ſub num. 2. & iudici aut
conſultori ſalarium debetur communibus expẽ-
15 ſis, quoties de conſenſu partium, vt hic, aſſumi-
tur, vt tradit Albericus à Roſate ſuper rubrica,
num. 9. ff. ad leg. Iuliam, de adulterijs, & alios re-
fert interpres ad ſtatutum noſtrum, cap. 28. nu.
27. & 28. & cap. 29. num. 50. & cap. 58. num. 7.

Quarto in ſimili quæſtione de ſalario conſul-
tori debito quis debeat illud ſoluere Bartolus in
tract. de conſilijs habendis, qui eſt impreſſus in
ſecundo volum. tract. ſecundum antiquam im-
preſſionem, fol. 305. num. 19. pro antiquo more
diſtinguit, vt primo debeant inſpici ſtatuta, &
conſuetudines locorum, ſecundo illis deficienti-
16 bus teneatur ille qui petit conſilium, tertio ſi iu-
dex aliquid ſuo motu faciat, vel vterque petat,
tunc communibus expenſis vtriuſque conſultori
ſatisfiat. Cum itaque in caſu noſtro ſtatuta, & cõ
ſuetudines id velint, & omnes conſilium petie-
rint, & arbitrum requiſiuerint, & negotium, & iu
dicium, & officium eſſet commune, merito om-
nes pro virili condemnati fuerunt, & illud pro vi
rili ſoluere debent, vt aperte diſponunt Cæſareę
noſtræ conſtitutiones, titu. de ſportulis, §. fin. qua
tenus volunt ſalarium deberi ab vnaquaq; par-
tium, & illud nedum arbitro, ſed arbitratori de-
betur, vt cauetur eiſdem conſtitu. titu. de arbitr.
& arbitratoribus, §. ſi contingat, & cum arbiter,
vt res ipſa indicat, & arbitramenta patefaciunt

bonam adeo in ea re nauauerit operam, vt lon-
go ſtudio, & immenſis in ea re inſumptis labori-
bus, tandem numerabilia fere litium capita iu-
ſtitiæ falce amputauerit, & agatur de negotio tã
ti ponderis, & in cuius iudicio venerunt prætẽn-
ſiones conficientes, & excedentes æſtimationem
librarum octuaginta millium, non minus ducen
tum aureis nummis, vt & Cæſareæ conſtitutio-
nes diſponunt, titu. de ſportulis, §. Iudices hoc ho
notarium ab ipſis fratribus, quorum cauſa fuit
communis, & vt libenter agnouerunt pro virili
ſolui debet, poſtquam ſi omnis alia legis obliga-
tio deficeret ea ſola naturalis, ſcilicet remunerã-
di accepti tunc beneficij ratio quemlibet moue-
re, & ad id com pellere deberet, quod ſi non fece-
ris, qui erit rumor populi, multis enim modis cũ
iſto animo, es vituperandus.

Et vt iam mecum in memoriam redeam, has
firmiſſimas rationes tot fortiſſimis fundamentis
confirmatas, minimè infirmant, quæ ex contra-
rio afferuntur argumentationes, quaſi graues ad
motæ machinæ ad bene iacta euertenda funda-
menta.

Nam dum dicitur prolatas autoritates loqui
in iudice, & delegato, Reſpondetur Bartolum, in
l. fina. C. de prin. agen. in rebus, lib. 11. in fine, &
17 Ioan. Andreæ in addit. ſpeculatoris, titu. de ſala-
rio, iud. in verbo, ſalarium, loqui in arbitro, pro-
ut, & ſtatutum noſtrum, cap. 401. §. pro arbitra-
mentis, in primo, & idem etiam dicendum eſt in
arbitratore cum eadem inſit ratio, & ſtatutum
conſideret arbitramẽta, & de vtroque loquatur,
ſicut, & conſtitutio Cæſarea, titu. de arbitris, eo.
§. ſi contingat.

Non aduerſatur etiam, hic non agi de ſenten
tia cum ſeruatus non fuerit ordo iudiciarius, &
18 arbiter non fuerit electus niſi per traditionẽ car-
tæ albæ ſubſcriptæ, l. litigatores, §. 2. ff. de recept.
arbitris ſpecul. tit. de arbit. & arbitrat. verſi. quid
ſi arbiter.

Quia reſpondetur imo agi de arbitramentis,
& laudo, cum arbiter auditis partibus, & ſeruatis
ſeruandis circa iudicij ſubſtantiam iudicauerit,
& arbitratus ſit, & propterea dicitur ſententia cũ
19 laudum ei comparetur, l. vnde ſi neruæ, ff. pro ſo
cio, & pro eo præſumitur ſicut pro ſententia cõ-
munem dicit Decius in cap. quoniam, contra nu
mero 41. de probat. Ioan. Baptiſta Peruſinus,
tract. de arbitris, cap. 6. & 7. lib. primo, & appella
tione ſententiæ quin veniat laudum nemo iure
dubitat, cum arbitramenta ſint ad inſtar iudicio-
20 rum, l. prima, ff. de recep. arbit. & eſt deciſum ſta-
tuto noſtro, cap. 116. vol. primo, & ibi notatur.

Nec refragatur, quod nullum videatur adeſſe
compromiſſum cum nulla interceſſerit ſtipula-
tio, ſed tantum carta alba, à partibus ſubſcripta
de cuius robore iuſtè dubitari poteſt ex Baldo in
21 cap. ſecundo, num. 18. de fide inſtrumentor. & in
authent. ſi quis in aliquo, num. 10. C. de edendo,
Felyn. in cap. quoniam, contra num. 48. de pro-
bat. Gabriel titu. de præſump. concluſ. 3.

Quia Reſpondetur imo conſtare electũ fuiſ-
ſe tanquam arbitrum conuentionalem, & etiam
iudicialem, poſtquam aſſumptus fuit non circa
22 contractum, ſed in lite, l. 3. §. tam etſi neminem,
ff. de arbitris, Bartolus in l. ſi ſocietatem, §. arbi-
trorum, num. 7. ff. pro ſocio, idem Peruſinus, tra-
ctat. de arbit. lib. primo, cap. 2. & 3. compromiſ-
ſum autem conuentionale cum ſit contractus,
qui ſolo conſenſu perficitur, & probatur ſiue is
23 fuerit tacitus, vel expreſſus, vt habetur, eo. §. tam
etſi, & traditur à Peruſino, eod. tract. cap. 8. nu. 1.
ideo laudum latum partibus præſentibus, vt hec
latum legitur, ſuſtinetur etiamſi de compromiſſo
aliter non conſtaret; quia partes potuerunt eum
arbitrum facere tempore lati arbitramenti, vt
24 docent in terminis Alexand. conſil. 84. num. 3.
lib. 5. Socinus ſenior, conſil. 104. & notant Bald.
& Angelus, in l. ſciendum, ff. de verbor. obligat.

Secundo comprobatur compromiſſum ex tra
ditione cartæ albæ, & ex perfecta ſubſcriptione,
quæ iurata approbar, quicquid declaratum ordi
natum, & ſtabilitum fuerit, quod in neceſſarium
antecedens ſupponit compromiſſum; nam qui
promittit ſtare declarationi alicuius, videtur cũ
25 eligere vt arbitrum, & bonum virum, vt ait Bal-
dus in ſecunda interpret. ff. de arbit. Tertio hoc
idem confirmatur, quia loco iudicis appellatio-
nis electus fuit, motiua dedit, audiuit aduocatos
vidit petitionem, & replicationem, & pronuntia
uit ſingula quæque capita, prout faciunt arbitri,
26 vt tradit Cardinal. Zabarella, in clem. 1. quæſti.
8. de appellat. & quia in procedendo ſeruauit,
quæ ex eius ſubſtantia ſeruari debent, & curauit
libellum produci litemque conteſtari, vt inquit
Bartolus in l. ſi ſocietatem, §. arbitr. ff. pro ſocio,
Felynus, in cap. cum ex officij, num. 21. & 32. de
præſcript. Vantius, tract. nullitatis, titu. de nulli-
tate ſententiæ ex defectu iuriſdictionis ordina-
riæ, num. 163. & ex litteris etiam Excellentiſſ.
Senatus ei tanquam arbitro inſcriptis, & ex obla
tis precibus, & ex comparitionibus à partibus fa
ctus in quo arbiter nominatus fuit, conſtat eum
talem fuiſſe.

Nec repugnat, quod potius fuerit arbitrator,
ſeu pacis conciliator, & amicabilis compoſitor,
qui partes ad tranſactionem induxerit, cui ſpor-
tulas nõ deberi in terminis iſtis diuiſionis facien
dæ ponit ſpeculator, eod. tit. de arbit. & arbitra.
§. quid ſi arbiter, num. 3. & 9.

Quia dicitur ex actis conſtare contrarium, nẽ
pe, quod fuerit iuris definitor, & cognitor, & tan
quam arbiter, & arbitrator, non tanquam ſim-
28 plex compoſitor aut proxeneta electus, de qui-
bus agit Peruſinus, eod. trac. ca. 4. lib. primo, qui
bus etiam extat regula, vt præmium debeatur, &
id neque more turpi habeatur, neque lege ſan-
ciatur, imo potius permittatur, & iudici vtrique
29 ſalariũ debetur etiamſi partes tranſegerint, vt
tradit idem ſpec. tit. de ſalarijs, nu. 13. imo tunc
iudici,

iudici, & arbitratori maior eſt referenda gratia,
cum tranſigendo omnes litium fimbrias euulſe-
rit, ſublata protrahendæ litis occaſione appella-
tionis refugio, & idcirco tranſactionis titulus ad
ſapiendas, & finiendas lites inuentus, eſt tanto
fauore dignus, & qui partes ad id inducit, vt tran
ſigendo ſuum ſuſcipiant iudicium, maxima gra-
tia eſt digniſſimus, & propterea ſalarij ſeu hono
rarij cauſa dicitur fauorabilis, & is qui illud pe-
30 tit dicitur de damno euitando agere, non de lu-
cro faciendo contendere, l. prima, ff. ſi menſ. fal.
menſ. dixerit authent. habita, C. ne filius pro pa-
tre, Marſ. ſingulari, 693. & cum partes ipſæ hanc
ipſam ſalarij condemnationem approbauerint
inanis videtur longior diſputatio, cum preſertim
fuerit electus inter compulſos, qui arbitrator vo-
catur à iure noſtro municipali, cap. 115. & 116.
& ideo ſalarium habere debet, & licet dubitatio
eſſe poſſit, an quis poſſit approbare ſcripturam,
31 quam non vidit, tamen id facere poteſt ſi notitiã
habuerit, vt tradit Caccialupus, tract. de tranſac.
quæſt. 12. num. 14. & 15. & approbatio, & ſeu
vt dicitur emologatio poteſt etiam fieri ante ar-
32 bitramenta, quia cenſetur remotus recurſus, er-
go tanto magis poſt arbitramenta, vt ſcribit Pe-
trus Iacobus Montepeſulanus, tract. de arbitris,
num. 13. & 14.

Et quatenus quæritur vbi vna actione puta
fideicommiſſaria, eodemque iudicio agatur con-
tra plures petita bona occupantes an plura, vel
vnum tantum iudici debeatur ſalarium ex no-
ſtris conſtitutionibus, titu. de ſportulis ad finem,
diſponentibus, vt quantacunque fuerit cauſæ
æſtimatio ſumma ducentum aureorum excedi
non poſſit.

Prima fronte dicendum videtur vnum tãtum
deberi, cum vnica ſit actio, & petitio, & ſalarium
ipſum debeatur habita petitionis ratione, l. non
33 ignorat, C. de fructibus, & litium expenſis, §. tri-
plici, Inſtitu. de actio. Baldus in l. edita, in repeti
tione Patauina, col. 15. verſi. quæritur, C. de e-
dendo, & Alexand. ibidem, videndus num. 17.
Bartolus, & Fulgoſius, Iaſ. num. 5. Purpuratus,
num. 7. & Cagnolus, in ead. l. penult. §. quoties,
ff. de iuriſdict. omnium iudicum. Fulgoſius, in l.
rem, num. 6. ff. de in litem iurando, Rolandus cõ
ſil. 87. num. 5. lib. 2. & quamuis vbi plures cumu-
lentur actiones ſpecie differentes, plures ſint li-
34 belli, & plura videantur ſalaria, tamen quando
vna eſt actio, libellus, & petitio, vnicum deberi
videtur, vt ſentiunt Caſtrenſis, Alexand. & De-
cius, in ead. l. ædita, nume. 74. C. de edendo, Ca-
gnola, num. 252. Abbas & Felyn. in cap. ſignifi-
cantibus, num. 22. de libelli oblatione, & cap. ex
litteris de mutuis petitionibus, Angelus, & Iaſo.
num. 5. in l. ſcire debemus, de verbor. obligatio.
vbi inter cæteros videatur doctiſſimus Alciatus
noſter, plures caſus diſtinguens, num. 9. & 10. ff.
de verbor. obligat. Ruinus conſil. 26. num. 5. lib.
4. Socin. in cap. dilecti filij, quæſt. 8. verſic. quar-
tus effectus de libelli oblatione, in cauſa tamen
35 redditionis rationis ſalarium, deberi, habita tan-
tummodo ratione eius, cuius, quis apparuerit
debitor initis rationibus, tradit Crauetta con-
ſilio 231.

Verum enimuero plura deberi ſalaria ſecun-
dum ea quæ proponuntur arbitror, quia cum a-
ctio ſit inſtituta contra plures perſonas, & pro
diuerſis bonis, ac diuerſis cauſis, pro quibus di-
36 uerſæ etiam defenſiones, & exceptiones afferun-
tur, & diuerſis iuris articuli ſunt definiendi, licet
ex eodem fonte, & libello proficiſci videantur ta
men hæc cumulatio non impedit quominus di-
uerſæ dicantur petitiones, & libelli, & per conſe-
quens plura etiam non debeantur ſalaria, poſt-
37 quam etiam ſententia contra vnum ex compre-
henſis in eodem libello lata non pareret excep-
ceptionem rei iudicatæ contra alium, & cum ea-
dem non ſit res petita, nec cauſa petendi, nec per
ſonarum conditio, l. ſæpe, vbi plene inter cæteros
Alexand. & l. cum quæritur, & l. quantitas, & l.
& an eadem non ſit res petita, & l. ſi cum vno, ff.
de re iudicata, Romanus conſil. 240. colum. pri-
ma, verſic. tertio, quia idem doctiſſimus Alciat.
ea. l. ſcire debemus.

Nec cumulatio plurium perſonarum, & rerũ
in eodem libello tollit diuerſam, & multiplicem
38 naturam iudicij, Baldus in l. prima, num. 2 C. ſi
vnus ex pluribus appellauerit, glo. in verbo, vnũ,
in l. ſi fratres, §. ſi plures, ff. pro ſocio, & in l. hære-
des, §. de pluribus, vbi etiam videatur Fulgoſius,
ff. famil. erciſcundæ.

Quæ autem contra allata ſunt procedunt ma
ximè, quando contra vnum agitur, quia tunc ſi
39 actiones ſint diſſimiles, tot dicuntur libelli, quot
cauſæ, & pro tot ex eis ſoluitur ſalarium, vel ga-
bella, ſi vero ſint ſimiles puta, familiæ erciſcun-
dæ, vel communi diuidundo ſuper diuerſis hære
ditatibus, vel ſocietatibus, tunc vnus putatur li-
bellus propter actionum conformationem, vt di
ſtinguunt Caſtrenſis, in ea. l. ædita, num. 11. Ale
xand. num. 17. Decius num. 74. Cagnolus, num.
249. & infra, C. de edendo, idem Alexand. & An
gelus num. 2. in l. ſi idem cum eodem, ff. de iuriſd.
omnium iudicum. Idem Alexand. conſil. 58. nu-
me. primo, & ſecundo, lib. 5. & ita loquitur Rui-
nus, conſil. 26. num. 5. lib. 4. & doctiſſimus Alcia-
tus noſter num. 10. & Alexand. num. 4. & Iaſon
num. 5. ea. l. ſcire debemus, de verb. obligat.

Hanc diſtinctionem adiuuat ea iuris conclu-
ſio, vt ſcilicet, capitula connexa dicantur, quæ
40 continent idem factum inſeparabiliter, ſeparata
vero, quæ diuerſitate factorum ſeparationem re
ſpiciunt Baldus, in l. final. num. 4. C. de appellat.
Felyn. in cap. ſignificauerunt, num. 5. de except.
& eſt ratio, quia cum vnum non pendeat à termi
natione alterius, diuerſa putantur, vt docet Bar-
tolus, in l. Aurelius, §. idem quæſiuit, ff. de libera.
legata, & optimè confert Carotius, tract. locati,
ſub titu. de multiplicatione contractus, quæſt. 1.
num. 27.

num. 27. verſic. ſed quantum, fol. 159.

Et propterea cum adſit diſſimilitudo in modo petitionis, & defenſionis, nam cumulatè ſunt actiones perſonales, & reales, & varietas in perſonis cum iudicium ſit inſtitutum contra plures tertios ex diuerſis cauſis bonorum poſſeſſores, merito plura ſalaria debentur, etiamſi vno libello ipſa negotia cumulata forent, ex delegatione Excellentiſs. Senatus, ad tollendos inanes ſumptus, qui fiunt propter ipſam diuiſionem nec ipſa coaceruatio debet iudicis diuiſos, & multiplices, geminatos, duplicatos, vel ſæpius iteratos exantiatos labores, & ſudores, ac vigilias in con

41 ſultatione ſe exercendo, & vtranq; partem differendo fraudare, cui etiam in dubio hac in re potius eſt fauendum præſertim aduerſus diuites, vt inquiunt Bald. in l. præcipimus, §. ſanè, C. de appellat. Socin. eo. c. dilecti de libelli oblatione, Roland. à Valle, conſ. 87. lib. 2. Pax à Scala de conſilio ſapientis, cap. 11. prope finem, lib. 2. qui integrum iudicem à quo tantum beneficium acceperunt magis ſolatijs alleuare, quam cladibus onerare debent, alteri enim ſurripere ius non eſt, hûc que ingratum beneficiorum immemoris, & lapſæ mentis errorem conſentanea capiat penitentia, & recordatio, ac recognitio, & potius libera-

42 lis animi laudem aucupentur, quàm in illiberalis, & ingrati viri reprehenſionem incurrant, non ſine ſui ſtatus dedecore, & notabili nota, & vt vobis (vt opus eſt) apertè fabuler vnum hoc dico, hoc lucrifacietis, vt in poſterũ cæteri vos vitent, & fugiant, de vobis audire nolint, graue id ducitur, mihi credite, nec leue puteris, nam difficile eſt manere amicitiam ſi à liberalitatis virtute defeceritis.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FRANCISCO, & fratribus Seronis.

ARGVMENTVM.

Societas vniuerſalis, an & quando inducta, & diſſoluta cenſeatur; multaque in eadem re acutè, & eleganter explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Societas vniuerſalis contracta non cenſetur, niſi ſpeciatim conuentum ſit ex aliquorum ſententia.*

2 *Societas vniuerſalis ad hoc vt coita cenſeatur, plures exiguntur neceſſariæ qualitates.*

3 *Dictio quælibet diſtributiua eſt, & cuilibet actum pro virili tribuit.*

4 *Communis conuictus ceſſare videtur ſi fratres, vel ſocij ſteterint in diuerſis domibus.*

5 *Socij & ſi in eadem domo habitarent, ſed non ad vnum panem, & vinum, non dicerētur ſocij omnium bonorum.*

6 *Socius vbi proprias habeat pecunias, & de eis acquirat vniuerſalis ſocietas excluditur.*

7 *Ad ſocietatem vniuerſalem inducendam, quæ neceſſaria deſiderentur qualitates.*

8 *Socius ſi communi nomine contrahat vbi pecuniæ ſint communes, proprio autem nomine vbi propriæ ſint pecuniæ magis patefacit eius bonam fidem.*

9 *Socius vbi ſuo nomine contrahat acquirendo, & ſe obligando vniuerſalis ſocietas excluditur.*

10 *Socius vnus ſi ſit diligens, alter autem diſſidioſus eo magis tollitur coniectura vniuerſalis ſocietatis.*

11 *Societas leonina eſt valdè fugienda, cum æquum non ſit, vt vnus lucrum habeat, alter autem detrimentum ſentiat.*

12 *Societas ſicut cum furioſis contrahi nequit, ita et cum lunaticis, & fatuis, ſtupidis, & inſulſis.*

13 *Dos filiæ ſocij conſtituenda eſt de bonis communibus, quando ſunt ſocij omnium bonorum.*

14 *Socius quotieſcunque ab alio geſtorum negotiorum rationem exquirit pecuniaſque habet præcipuas, ita vniuerſali ſocietati repugnat, vt ſocietas vniuerſorum bonorum creari nequeat, & creata perimatur.*

15 *Societatis probationem ſicut inducunt facta neceſſaria, ita etiam eam excludunt.*

16 *Geminatio confeſſionis magis deliberatam voluntatem oſtendit.*

17 *Confeſſio à parte acceptata vim contractus obtinet.*

18 *Societas vniuerſorum bonorum contracta non intelligitur quoties doceri poteſt de aliquo actu, qui non ſit communi nomine geſtus.*

19 *Negatiua probatur ex libris ſocietatis.*

20 *Argumentum à ſolitis in iure eſt fortiſſimum.*

21 *Locationis renouatio facta intelligitur cũ eiſdem pactis, & pretio ſolito.*

22 *Præcedentia declarant ſubſequentia.*

23 *Solitum maximè valet, ad ſocietatis qualitatem inducendam.*

24 *Prouiſio hominis tollit prouiſionem legis.*

25 *Societati aduerſantes actus nedum eam creari impediunt, ſed creatam perimunt.*

26 *Actus voluntarij non extenduntur vltra quam geruntur.*

27 *Probatio dubia non releuat.*

28 *Non probare, vel inutiliter probare paria ſunt.*

29 *Donationis coniectura non eſt in dubio capienda.*

30 *Qualitas diſpoſitionis vbi non probetur deficit ipſa diſpoſitio.*

31 *Societas vniuerſalis, vt inducatur, domus debet eſſe communis, vel habitatio.*

32 *Socius, vt quis non ſit omnium bonorum ex acquiſitionibus nomine proprio factis facile colligitur.*

33 *Officialis, & ſcholaris non dicuntur contrahere domicilium in loco in quo degunt officij, vel ſtudij cauſa.*

34 *Societas vniuerſorum bonorum an contracta cenſeatur ſi omnia inuicem lucra communicentur, & vnus tantum negotietur, & ſeparatim habitet.*

35 *Societatem, quando impediat ſeparata habitatio.*

36 *Societas omnium bonorum contracta non intelligitur quoties aliqua nomine proprio acquiruntur, & non communicantur.*

37 *Ad ſocietatem vniuerſalem inducendam, quæ deſiderentur qualitates.*

38 *Actus repugnantes ſocietati vbi fiant ſciente, & patiente ſocio ſocietatem dirimunt, & creari impediunt.*

39 *Deſcriptio bonorum, & ſolutio onerum maximè valet ad dijudicandam ſocietatem.*

40 *Deſcriptio bonorum facta ignorante ſocio ei non nocet.*

41 *Fructuum ex collatione, non inducitur communio proprietatis.*

42 *Res familiaris nedum parſimonia, ſed diligentia conſeruatur.*

43 *Damnum, quis non debet conſequi, ſi lucrum, vtique in caſu contrario aſſecutus non fuiſſet.*

44 *Labor aſſiduus omnia vincit, & quæ bona apportet, deſidia autem quam vituperanda ſit, & quæ mala afferat.*

45 *Vigilantibus, & non dormientibus ſubueniendum eſt.*

CONSILIVM CCLIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

NIſi perſpicuè, & palam doceat Hieronymus Seronus coitã eſſe inter eum, & quondam Ambroſium & Franciſcum fratres vtique Serones ſocietatem vniuerſalem omnium bonorum, abſoluendi erunt omnino rei conuenti, cum certiſſimi iuris ſit ſocietatem eſſe quid facti nam contractus eſt, qui non præſumitur niſi perfectè ab eo, qui in ea ſuæ actionis fundamẽta iacit probetur, vt ait Alciatus noſter conſilio 103. numero primo, libro octauo, & tanto magis ſi agatur de ſocietate vniuerſorum bonorũ, quæ
1 adeo difficulter inducitur, vt quam plures fuerint in ea ſententia, vt ea contracta non cenſeatur niſi nominatim, & ſpeciatim de ea expreſſe conuentam ſit, aperteque, & palam actum ſit, l. tertia, §. primo, & ibi gloſ in verbo, ſpecialiter, ff. pro ſocio, atque ideo ſemper in dubio pronuntiandum ſit huiuſmodi ſocietatem vniuerſorum bonorum non ſubeſſe: & quamuis quamplurimi ab hac ſententia diſcedentes ſenſerint hanc ſocietatem iniri nedum expreſſe, ſed etiam tacite, quia agatur de contractu, qui ſolo conſenſu perficitur, & ſatis ſit ſi is habeatur, vel facto, vel verbis, cum vtrique ſint termini apti ad gerentis voluntatem demonſtrandam, & patefaciendam; l. Paulus, ff. rem ratam haberi. attamen communi conſenſu id ita demum recipitur ſi ſaltem tria hæc ſimul, & ſemel legitimè probata accedant, & concurrant, ſcilicet primo, communio omniũ
2 bonorum, communis conuictus, & promiſcua eorum poſſeſſio. Secundo lucrorum vniuerſorum ex quacunque cauſa, & damnorum ac bonorum & onerum communicatio. Tertio, quod inter eos aliqua reddi non conſueuerit ratio, hæcque tria adeo neceſſario exiguntur, vt non ſufficiat vnum ſine alio probari, ita vt nunquam vniuerſalis ſocietas facta cenſeatur, quoties doceri poteſt aliquis actus, qui communi nomine geſtus non ſit, vt pulchrè, & egregiè poſtremus omniũ (ne cõteram tempus in referendis iam congeſtis legum ſcriptorib.) proſequitur Maſcardus vidẽdus omnino tractatu probat. concluſ. 1315. incipiente ſocietas, quando præſumitur per totam maxime, num. 20. & infra, & concluſ. 31. num. 6. incip. an acquiſita, & dixi ego conſil. 96. ſub nume. 7. & confirmat Menoch. præſumpt. 56. nume. 37. lib. 3. Verum tantum abeſt, vt ipſe Hieronymus has neceſſarias conditiones, & qualitates probet, vt potius rei conuenti multifariam multiſque modis palam faciant illas penitus, & omnino abeſſe, & nullam vnquam vniuerſalem ſocietatem coitam fuiſſe, imo vbi inita incidenter probaretur, illico direptam cenſeri contraria voluntate ex repugnantibus actis elicita. Conſtat enim ex diuiſionum inſtrumento omnia bona communicata non fuiſſe, nam conuentum fuit, vt vinum colligendum ſuper bonis diuiſis colligeretur communiter, & quilibet eorum haberet quintam partem vna cum fructibus fundi. Item quod acquiſitiones factæ ante diuiſionem cederent ad beneficium acquirentium, vnde cum hæ reſeruationes ſint contra naturam vniuerſalis ſocietatis, demonſtrant eam omnino non abeſſe, vt
3 tradit Maſcardus adducta concluſ. 1315. nu. 39. & dictio illa quilibet, cum diſtributiua ſit, diſtribuit actum in quemlibet ſeparatim, & pro virili, vt docet videndus Bart. in l. non diſtinguimus, §. cum in plures, ff. de recept. arbit. & l. hoc articulo, num. 6. verſic. diſtributiuorum, ff. de hæredib. inſtituend, Soc. ſenior conſil. 50. nu. 1. vol. 1. præterea cum ſteterint, & domicilij ſedem habuerint in diuerſis domibus nec ſub eodem tecto
4 ad vnum panem, & vinum, habitauerint, ceſſat cõmunis conuictus, vt tradit phanutius de lucro dotis,

Digitized by Google

dotis,gloſſa ſeptima,a die quo num.2.imo etiam
ſi fratres viuerent de communibus redditibus,v-
nus tamen in vno loco,alter in alio,non diceren-
tur ſimul viuere, atque ideo minimè ſatisface-
rent qualitati conuictus deſideratæ ad aſſeren-
5 dam vniuerſalem ſocietatem omnium bono-
rum, ſicut etiam eidem non ſatisfacerent ſi in
eadem domo cohabitarent, ſed non ad vnum pa
nem, & vinum, vt ſentit cumanus conſilio 146.
numero 5. verſiculo, præterea ſtatutum, Meno-
chius conſilio 121. numero 103. volumine 2. de
ficit etiam promiſcua poſſeſſio; nam ipſe Ambro
ſius bona maximè ſuo proprio nomine acquiſi-
ta ſolus locauit, ſolus penſiones recepit, ſoluſ-
que inhabitauit, & poſſedit, & ad ſuum nutum,
velut de re ſua diſpoſuit, Idem etiam fecit Hie-
6 ronymus de nonnullis pecuniis, quas proprias
habuit, nec cum fratribus communicauit, vt tra-
dit Ioſeph Ludouicus libro communium, con-
cluſione 53. verſiculo, quinta coniectura.

Deeſt etiam ſecundum illum requiſitum ne-
ceſſarium ad inducendam hanc vniuerſalem bo-
norum ſocietatem, ſcilicet, vniuerſorum lucro-
rum, ex quacunque cauſa, & damnorum, & one-
rum communicatio; nam ipſe Ioannes Ambro-
ſius innumerabiles propemodum fecit acquiſi-
tiones ſeparatim ſuo nomine proprio, nec in eis
nominatus reperitur ipſe Hieronymus, ex quo
ſolo fundamento ſatis dici pōt fundata intentio
exceptionis reorum conuentorum, cum maximè
ipſæ pecuniæ ſint propriæ cenſendæ Ioan. Am-
broſij, cum in multarum mercium negotijs ſe
exerceret, & eſſet admodum induſtrius, & labo-
7 rioſus, dotemque vxoris librarum vndecim mil
lium præcipuam haberet, & ad eam reſtituen-
dam ſolus ſe obligauerit, vt firmat idem Ioſeph
Ludouicus eadem concluſione 53. verſicu. quar-
ta coniectura, & communem dicit ex Decio con
ſilio 255. nume. 3. & comprobat Maſcardus ea
dem concluſione 1315. incipien. ſocietas, nume-
ro 28. & infra: & id præſertim concedendum eſt
cum iſti actus ſint facti palam, & publicè aliis
fratribus ſcientibus, & patientibus, vt explicat
Menochius libro præſumptionum 3. præſumpt.
56, numero 46. & dixi ego conſilio 96. num. 26.
& licet vt viua voce præmonuit integerrimus ar
biter, conetur Hieronymus demonſtrare aliquas
emptiones, & acquiſitiones factas fuiſſe nomi-
ne communi, id magis arguit bonam fidem Am
broſij, qui vbi pecuniæ communes fuiſſent, com
8 muni nomine acquiſiuit, & vbi vero eſſent ſuæ
propriæ, proprio nomine contractus iniuit, vt
in terminis reſpondit Crauetta conſilio 123. nu
mero 9. quem ſecutus ſum ego eodem conſil. 96.
numero 27, & concedunt allegati Ludouic. ver-
ſicu. decimaſeptima coniectura, Maſcardus, Me-
nochius, quos recentiores ſolos affero, cum hi an
tiquiores referant, & ab eis velut riuulis ad fon-
tium capita facile perueniri poſſit. Rurſus ipſe
Ambroſius vſque ab initio tempore factarum
diuiſionum ſemper nomine proprio negotiatus
eſt, merces ſuo nomine accepit, & quod maxi-
mum eſt nedum pecunias ſub cambiis ſuo nomi-
ne recepit, ſed etiam ſolus ſe obligauit, & eius
onera agnouit ita vt ſi aduerſa fortuna contigiſ-
ſet, ipſe ſolus aduerſum caſum tuliſſet, & rele-
9 uare coactus fuiſſet, quod omnem ſocietatis ma-
ximè vniuerſalis coniecturam omnino excludit,
vt tradit idem Ioſeph Ludouicus relata conclu-
ſione 53. in ſexta coniectura, & Maſcardus rela-
ta concluſione, numero 30. Hincque oritur alia
vehemens coniectura, & præſumptio non con-
tractæ huiuſmodi ſocietatis, cum ipſe Ioannes
10 Ambroſius ſolus ſemper negotiatus ſit. Hierony
mus vero propter eius ſimplicitatem ne dicam
fatuitatem, & negligentiam otioſè in otio iner-
tiſſimo vitam degerit, nec aptus eſſet ad negotia
gerenda, vt declarat Maſcardus relata concluſio
ne, numero 37. & Menochius adducta præſum-
ptione, numero 24. & conſilio 12. numero 13.
Ludouicus verſiculo, duodecima coniectura; &
eſt ratio, quia iniquum foret, vt vnus ex fratri-
bus deberet aſſiduè vigilare, & aſſiduis periculis,
& fortunæ telis ſe, & ſua committere, & vt al-
ter qui iners, & deſidioſus in lecto ſomniculo-
ſus iacet, nec tantillum negotiatur, deberet fru-
ctus laborum fratris induſtrij, & qui nunquam
conquieſcit eripere, atque è manibus extorque-
re, eſſet enim hæc leonina ſocietas, quam maxi-
mè abhorrent leges, & vitare, & deteſtari debet
quilibet bonus vir: cum iniquitas ſit, quæ cum
11 omni æquitate valde certat, vt eſt egregius, &
inſignis textus videndus in l. ſi non fuerint, per
totam eam legem, & maximè in §. Ariſto. ff. pro
ſocio, et dixi ego eodem conſilio 96. numero 31.
et numero 47. et excitato loco Maſcardus nume
ro 43. et numero 49. huiuſque rationis tanta eſt
vis, vt receptum ſit defectu cuiuſdam impoten-
tiæ, ſeu impoſſibilitatis, vt ſicut contrahi nequit
ſocietas cum furioſis, ita etiam coiri nequeat cū
12 lunaticis, et fatuis, vel ſtupidis, ineptis, vel inſul-
ſis, vt cenſet Ioſeph Ludouicus excitata conclu.
53. verſ. proximi ſunt furioſis.

Tertia et illa abeſt deſiderata qualitas, vt ſci-
licet inter eos aliqua reddi non conſueuerit ra-
tio, et tamen conſtat ex libris vſque in anno
1569. et ſic paulò poſt inſtrumentum diuiſionis
ipſum Hieronymum factum fuiſſe creditorem
de libris ſexcentum apud fratrem Ioannem Am
broſium depoſitis, itemque eundem factum fuiſ
ſe poſtea debitorem, et eodem anno idem Hie-
ronymus fit debitor de libris duodecim millia et
ſexcentum datis in dotem filiæ ſuæ, et idem fa-
ctus poſtea creditor de libris ſexcentum, ad ex-
tinguendum ipſum dotale debitum datis, cum ta
13 men ſi fuiſſent ſocij omnium bonorum, debuiſ-
ſet ea filia dotari de communibus bonis, et non
ſolum à Hieronymo, ſed etiam ab Ambroſio, ex
magis communi ſententia, de qua fidem facit
Ioſeph Ludouicus eadem ſæpius excitata con-

cluſione quinquageſimatertia, verſiculo,ſed ho-
die,& auctoritatibus; accedunt etiam plures con
feſſiones factæ ab ipſo Hieronymo, Ambroſio
fratri de libris ſexaginta annuis, quas Hierony-
mus percipiebat loco intereſſe librarum duarum
millium,quas ipſe Hieronymus dederat Ambro
ſio ponendas in negotiationibus, & vt eius ver-
bis vtar, da traficare, quod vnum & ſolum fun-
damentum ſolidum, & firmiſſimum eſt, aptum
ad iugulandam omnem actoris intentionem, &
ad eius actionem tollendam, etiamſi aliàs funda
ta dici poſſet; nam inde emergit,quod ipſe Hie-
ronymus habuit proprias, & præcipuas illas li-
bras duodecim millia, & velut proprias reſerua-
uit,& earum intereſſe voluit, item hoc idem ſup
ponit,vt in mercimoniis, ſeu negotiationibus,&
(vt aiunt) traficis Ambroſij aliquod non habe-
ret,quia ſi habuiſſet, ſatis eſt, quod eius negotia-
tionis fructum percepiſſet, & non pecuniarum
intereſſe. Item hoc idem infert confectam, &
14 datam fuiſſe inter eos rationem, quæ adeo repu-
gnant vniuerſali ſocietati,vt eam gigni, & crea-
ri impediant, & creatam exanimant, & interi-
mant; nam inter ſocios vniuerſorum bonorum
non poteſt cadere debitum,nec creditum,nec da
ti, aut accepti ratio eſt habenda, vt in terminis
noſtris reſpondit Iaſon videndus omnino conſi-
lio ſecundo,verſiculo,decimo fallit, libro tertio,
quem ſequuntur relatis locis Maſcardus nume-
ro 33.& Menochius numero 44. & id tanto ma
gis eſt dicendum, cum iſtæ ſint plures propemo-
dum confeſſiones, quæ tanquam geminatæ a-
pertius, & manifeſtius demonſtrant hanc taci-
tam ſocietatem omnium bonorum inductam nõ
fuiſſe, perinde ac ſi ipſe Hieronymus id ſuo ore
teſtatus,& faſſus fuiſſet, poſtquam hoc idem his
15 factis neceſſariis, & quæ fieri non potuerunt, ci-
tra negotiationem vniuerſalis ſocietatis indica-
uit apertiſſimè, & aperta,& manifeſta in medio
poſuit, argumento eorum, quæ ſcribit Maſcar-
dus eadem concluſione, numero 48. & Meno-
chius eadem præſumptione, numero 29. Gemi-
natio enim magnam vim habet, ad cuiuſquam
deliberatam voluntatem oſtendendam, maximè
16 cum hæ confeſſiones ſint factæ ex interuallo, vt
declarat Gabrielius libro communium, titulo de
confeſſis,concluſione tertia, maximè numero 4.
17 & cum fuerint à parte acceptatæ in vim irreuo-
cabilis contractus tranſiuere, vt ſentit Iaſon eo-
dem conſilio ſecundo, verſiculo,decimo,libro 3,
Rurſus dicitur etiam aliter apparere inter eos ſæ-
pius redditam fuiſſe rationem de pecuniis inui-
cem datis, & acceptis, quæ omnia per ſe ſingu-
la, & tanto magis ſimul iuncta, & coaceruata
clariſſimè demonſtrant, & in lucem proferunt,
18 ſocietatem omnino contractam non fuiſſe, ma-
ximè omnium bonorum, vt in puncto ſcriptum
reliquit idem Ioſeph Ludouicus eadem conclu-
ſione 53. verſiculo, tertia coniectura eſt, & hæc
negatiua etiam probatur, cum idem Hierony-
mus in libris inſcriptis ſocius non reperiatur, vt
conſiderat idem Maſcardus numero 18. & id
comprobatur arguendo etiam à ſolitis, & ab vſi-
tato more, quod argumenti genus fortiſſimum
eſt ad Euerardum in loco ab vſitato nume. 26.
20 & facit quia locatorum bonorum relocatio,& lo
cationis renouatio intelligitur facta cum eis pa-
21 ctis, & pretio ſolito. & ad tantundem tempo-
ris, prout prius erat, vt explicat Carotius tra-
ctatu locati,parte ſecunda. de renouatione loca
catio.num.4.& nume.26. & præcedentia decla-
22 rant ſubſequentia,ad Iaſonem in l.1. numero 5.
C.de liber. præteritis,& contrahentium conſue-
tudo eſt ſpectanda,l.ſi ſeruus plurium, §.fina. ff.
de legat.primo.nam ex inſtrumento diuiſionum
apparet antea non fuiſſe contractam ſocietatem
omnium bonorum, cum fratres ſeperatim habi-
tarẽt,& acquiſita voluerit cedere ad beneficium
23 acquirentium tantum, et quod ſolinm maxime
etiam valet ad ſocietatis qualitatem indican-
dam, vt in terminis ita arguit Socinus ſenior vi
dendus conſilio 160. ante numerum 7. et enar-
rat Maſcardus eadem concluſione, numero 47.
et Ioſeph Ludouicus eadem concluſione 53. ver
ſiculo, verior tamen videtur, ſiue igitur ius
commune ſpectemus, aut magis municipale, in
vtroque deficit Hieronymus in ſalutari, nam ne
ceſſarias qualitates ad vniuerſalem inducendam
ſocietatem non probauit, nec eas quas ſtatutum
noſtrum cap.483.volum.2.requirit, vt ſcilicet ſi
mul vixerint in eadem domo ad vnum panem,
et vinum,imò contrarium clarè demonſtratum
fuit per reos conuentos, et legis noſtræ diſpoſi-
24 tio procedit in dubio, ſecus ſi adeſſent aliqui a-
ctus repugnantes, et prouiſionem legis abrogan-
tes, vt fuſè firmaui ego eo.conſil.96.nume.11.et
12. et qui actus adeo aduerſantur ſocietati vni-
uerſali,et legi noſtrę,vt apti ſint omnino ad eam
penitus diſſoluendam, et reſcindendam, etiamſi
25 aliàs contracta legitimè doceretur, vt proſequi-
tur Maſcardus concluſ. 1316. incipien. ſocietas
quomodo finita.

Cum itaque Hieronymus actor,quod ſuæ in
tentionis præcipuum eſt fundamentum, mini-
mè probet,langueſcens ſuccumbere omnino de-
bebit,vt tradit Ioſeph Ludouicus libro commu-
nium, concluſi. 14. tanto magis cum omnis eius
intentio profligetur ab aduerſis reorum conuen-
torum probationibus, quæ adeo ſocietati con-
tradicunt, vt vndique contrahendæ vniuerſalis
ſocietatis diſſenſio, non ſub rauca, ſed clara reſo-
net. Quod etſi per ſe præcipuum ſit, tamen cla-
rius apparebit, ſi pro reis conuentis his benè ia-
ctis fundamentis de medio etiam ſpeciatim tol-
lamus,quæ ex contrario non minus doctè,quàm
ſubtiliter adhuc allata fuere.

Non obſtat itaque dum dicitur tacitè induci
etiã ſocietatẽ vniuerſorũ bonorũ ex memoratis
tribus qualitatibus ſuperius enarratis, quia etſi
hæc iuris prępoſitio concederetur,id tñ nihil eſt,

nam

Digitized by Google

nam nullibi actor ſecundam probat propoſitionem, vt ſcilicet hæc in facto vera ſint, vnde conſequentia propoſitionum auxilio deſtituta remanet falſa, cum præſertim actus repugnantes doceantur, vnde fit vt iudicium communi diuidundo, aut familiæ erciſcundæ tanquam ſingulare locum habere debeat, niſi quatenus actus neceſſario inferant, id eſt ratione rerum, in quibus perſpicuè conſtet contractam eſſe ſingularem ſocietatem, ſiquidem quẽadmodum ſi apertis verbis conuentum foret inter hoſce fratres, vt ius ſocietatis eſſet tantum, niſi in aliquibus, non diceretur cõtracta ſocietas, niſi reſpectu eorum, de quibus ſpeciatim conuentum foret, ita & pari ratione cum expreſſi, & taciti par ſit virtus. l. cum quid, ſi certum petatur, idem dicendum eſt in hac tacita ſocietate, quæ induci contenditur ex factis,
26 vt ſcilicet ea non introducatur, niſi quatenus neceſſario actus ipſi inferant, quia noſtri actus voluntarij non extenduntur vltra quàm gerantur. Bartolus in l. tutores qui poſt, §. 1. ff. de adminiſtratio. tutorum, l. omnis, ff. ſi certum petat. Menochius excitata præſumptione 56. numero 29. & actus ita certi, & concludentes eſſe debent, vt citra ius, & nomen vniuerſalis ſocietatis fieri nõ potuerint, nec aliquid probent, niſi quatenus ne-
27 ceſſariò inferant, quia aliàs probatio dubia non releuat, nec iuuat, vt commemorat ex aliis Maſcardus ead. concluſione 48. facit cap. in præſentia, de probationibus, l. neque natales, C. eodem. Abbas in cap. cum Bertoldus, nu. 28. de ſententia, & re iudicata, bonus text. in l. quoties, ff. qui ſatiſdare cogantur, nam paria ſunt non probare,
28 & inutiliter, vel non idoneè probare, Alex. conſi. 33. num. 3. & conſil. 204. num. 9. volu. 4. Crauet. videndus conſ. 276. num. 4. Maſcardus eod. trac. probationum, ca. concluſ. 31. incipien. an acquiſita per fratres, num. 1. vbi videatur, quod maximè concedendum eſt, cum ipſe Hieronymus in otio vitam ducens, nihil prorſus negotiaretur, ſed negotioſus Ambroſius negotiationum omnium pondus, & mercaturę, quaſi marinos ęſtus eſuriendo, ſitiendo, & algendo æſtuans, variiſq; curis, & angoribus iactatus ſuſtinuerit: vnde tanto minus eſt ſumenda coniectura communionis, ne afferatur donationis coniectura, quæ non præſumitur, vt explicat idem Maſcardus eadem con-
29 cluſione 31. nume. 28. & infra. & hoc idem confirmatur, cum has negotiationes Ambroſius exercuerit dando, recipiendo, ſe obligando, & omnia alia faciendo, excluſa perſona ipſius Hieronymi, quia re vera in eis non erat aliqua communio.

Non refragatur ſtatutum noſtrum cap. 483. libro 2. quia qui alicuius legis beneficium implorat, debet legitimè oſtendere ſe habere omnes qualitates à ſtatuto deſideratas, nec ſufficit vnam probare, ſed omnes ſimul, & ſemel legitimè ſunt probandæ, quia cum ipſæ qualitates ſint effectus, & robur diſpoſitionis, eis non probatis ceſ-
30 ſat diſpoſitio, vt explanat plenè idem Maſcardus conclu. 1254. incipien. qualitas non præſumitur, num. 9. & infra, vbi communem dicit, non probauit enim quod in eadem domo, ad vnum panem, & vinum vixerit, qualitas præcipua à ſtatuto exquiſita, maximè cum domus in qua Ambroſius habitabat, ita magna, & ampla eſſet, vt potuiſſet etiam in ea commodè recipi ipſe Hieronymus, & exigua eius familia, cum præſertim ipſe Ambroſius partem ſuæ domus propter eius amplitudinem aliis extraneis locaret, quod arguit id factum ideo fuiſſe, quia non intendebant in communionem vitæ ſocietate viuere ad vnam menſam: & iam probauimus, quem non dici cohabitare, quando habeat manſiones, & habitationes ſeparatas, & tanto minus, quia domus, in qua Ambroſius habitabat, non erat communis, ſed eius propria, vnde deficit alia quali-
31 tas ſtatuti, vt ſcilicet communis eſſet domus, vel habitatio, vt ibidem animaduertit interpres numero 135. & numero 145. & cum Hieronymus nihil negotiaretur, & exerceret, ceſſat, & hac accepta plaga concidit ea coniectura, vt in ſeparata domo ratione negotiationis, & ad eius commodum habitaret, cum præſertim domus in qua exercebatur negotiatio eſſet ampla, vt iam dixi, rurſus cum ex ſtatuto plures caſus excipiantur, quæ communicationem non patiuntur, & ex eis maximè ex dote vxoris ex aliis potuerit Ambroſius negotiationes exercere, & tantum lucri facere, vnde nomine proprio acquireret, eo iniquius, & indignius contendit, & anhelat Hieronymus partem habere eorum quæ Ambroſius ſuo ſudore, & labore, & periculo quæſiuit, & ſuis pecuniis, & ſuo nomine adeptus, & lucratus eſt, quandoquidem ſi aduerſa fortuna contigiſſet, potuiſſet Hieronymus quo vult reuolui, & mutata ſententia ſua turpiculam canendo palinodiam dicere, hæc tuo ſint, mi frater, periculo, cum tuo nomine contraxeris, & negotium geſſeris: hæc feceris, & te ipſum, & tua bona obligaueris, neòme
32 afficere potueris, cum non eſſem omnium bonorum ſocius, vt in terminis probat Bertrandus cõſil. 71. num. 2. vol. 1. & quod dixi, & probaui ego eo. conſ. 96. & ſecundum quod fuit poſtea prolata ſententia, quæ fuit etiam à partibus approbata, & propterea lex noſtra municipalis in ipſum Hieronymum reflectitur, nam ex tot, tantiſque actibus repugnantibus, & aduerſantibus iam planum eſt voluiſſe ipſos fratres recedere à ſtatuti diſpoſitione, quæ in dubio procedit, vnde prouiſio hæc hominis, tollit legis diſpoſitionem. l. fin. C. de pactis conuentis, & fuſius probaui ego eo. conſ. num. 13. nec officit Iaſ. eo. conſ. 2. verſ. non obſtat ergo primo. dum vult eum qui maiori parte comederit in curia Ducali, non propterea dici, quin habitet in communi domo, quia id procedit, vt ipſe Iaſ. aperit quãdo retinet familiam in communi domo, & ipſe ex maiori parte in ea vitam ducit ad vnam menſam, licet aliquando

caſu, vel per accidens recedat, quia tunc illud
non eſt conſideratione dignum, vt dicitur in ſi-
mili de officiali, & ſcholari, qui non dicuntur
contrahere domicilium in loco, in quo vel ſtu-
dij, vel officij gratia degunt, cum ſit quid acci-
dens, quod ſtatim, atq; abſit collectis, quas com-
portauerat, quaſi ad militiam profectus ſarci-
nis, ſtatim velut itineris perfecto curſu redit ad
patrium ſuum larem, vel vbi domicilium loca-
uerat, vt inquit Alciatus noſter conſ. 3. num. 18.
ff. de legatis primo: ſecus eſt dicendum in caſu
noſtro, vbi Hieronymus habitauit cum eius fa-
milia, in diuerſa domo, & manſione, & in ea-
dem ciuitate. Nec aduerſatur vtique Bertran-
dus conſil. 39. ſub nume. 5. & nume. 17. dum vel-
le videtur, vt etiam contracta cenſeatur hæc ſo-
34 cietas, ſi omnia lucra inuicem cõmunicentur, e-
ſto quod vnus tantum negotietur, & ſeparatim
habitet, quia reſpondetur pluribus modis, & ve-
riſſimè meo iudicio, & primo quod in caſu ſuo
ſupponit promiſcuam, & continuam hanc habi-
tationem, atque ex communi Doctorum ſenten-
tia, ſentit id eſſe vnam ex neceſſarijs qualitati-
bus, vt ipſemet explanat nume. 4. & ante, & poſt
numerum 7. & nume. 8. & quod de ſeparata ha-
bitatione dicit, debet intelligi ex authoribus
quos affert, nam ante numerum 6. relatus Socin.
conſilio 192. loquitur, quando quis ad tempus
breue, & ex accidenti tanquam conſiliarius ha-
35 bitaſſet ſeparatim, vt is idem declarat ſub nu. 6.
& Alexand. conſil. 48. ſub num. 5. lib. 1. ſentit a-
pertè ex ſeparata habitatione ſocietatem non
coiri, ſed potius initam dirimi, & acquiſita non
eſſe conferenda, niſi interuenerint promiſcui a-
ctus vniuerſalis ſocietatis negotiando, & om-
nia lucra viciſſim conferendo, quæ hic non in-
teruenere, imo repugnantes, & contrarij, vnde fit
vt contracta non cenſeatur inter eos ſocietas om
36 nium bonorum, & acquiſita nomine proprio non
ſunt communicanda, vt explicat, & ſeipſum de-
clarat idem Bertrandus videndus conſil. 62. vo-
lum. 1. nume. 5. & 7. & 8. & 9. Præterea ipſe lo-
quitur, & qui ab eo afferuntur authores in caſu
longè diuerſo, ſcilicet quando acquirens nomi-
ne proprio confeſſus, & teſtatus fuiſſet, ſe inten-
dere, vt communia eſſent, vt ipſemet Bertrandus
declarat eod. conſil. 39. nume. 9. & Socinus ab eo
excitatus conſilio 160. ſub num. 8. verſi. ſed quid
plura. Rurſus cum omnes ijdem, & alij ſcriben-
tes relati à Menochio, Ioſepho Ludouico, Ma-
ſcardo, & alijs, & maximè Cumano eod. conſilio
146. num. 5. & Iaſ. conſil. 3. verſic. ſed præmiſſis,
lib. 3. vnanimes, & concordes quaſi fraterna vna
nimitate velint inter cætera requiſita illud com-
munis conuictus ad vnum panem, & vinum, &
promiſcuæ habitationis, idq; requirant non gra-
tia frequentioris vſus, ſed ex neceſſitate ad indu-
cendam vniuerſalem ſocietatem, equidem ab
hac communi, & receptiſſima ſententia quid-
quid contradicatur, non eſt recedendum, ma-
ximè cum caſus noſter ſit longè diuerſus ab eo,
in quo ipſi conſuluerunt, & quidquid dici poſ-
ſet in ſingulari ſocietate, vniuerſalis nunquam
inducta cenſebitur, niſi concurrentibus, vel ex-
preſſa conuentione, vel illis vulgatis qualitati-
bus ſimul ita copulatis admixtis, & coagmen-
tatis, vt ſi vna deficiat, vtique deficiat coitio hæc
tacitæ vniuerſalis ſocietatis. Poſtremo cum ſta-
tutum noſtrum ſpeciatim, & nominatim hoc
exigat, vt in communi domo, & habitatione vi-
uant ad vnum panem, & vinum, ſi hæc deſit qua
litas, deerit etiam omnino eius ſtatuti diſpoſitio,
vt iam ſuperius abundè docuimus; & quod di-
citur non inſpici, an vnus negotietur, & alter
non, procedit quando palam, & propalam con-
ſtaret contractam fuiſſe omnium bonorum ſo-
cietatem, quam nos ortam negamus propter a-
ctus minimè congruentes, ſed re differentes, &
repugnãtes vſque ab initio geſtos, eius primum
37 ortum impedientes, & ortam atque natam diri-
mentes, & ad eam introducendam maximè facit
hæc coniectura, an vnus negotietur, & alter non,
& an vnus ſit diligens, & vtilis, alter vero deſi-
dioſus, & inutilis, vt conſiderant iam relati Do-
ctores, & præſertim Ioſeph Ludouicus, ead. con-
cluſione 53. verſic. ſed aduertendum, & verſic. ſe-
ptima coniectura,

Non officit etiam, vt admiſſa hæc ſocietate v-
niuerſali, non debeant attendi actus iſti nomine
proprio geſti tanquam clandeſtina machinatio-
ne conflati, & praua doli ſuſpicione: & teterrimo
fraudis odore infecta, & iure quidem, quia cum
negemus ortum, & initium ipſius vniuerſalis ſo
cietatis velut ædes exeſa corruit ipſa argumen-
38 tatio, vt ſentiunt vno ore iam allati Doctores, &
præſertim Menochius conſil. 12. nume. 20. lib. 1.
Rurſus cum actus iſti facti ſint ſciente, & patien
te Hieronymo ita apti ſunt ad ſocietatem crea n
dam, vt potius iam creatam dirimant, & ex eis
renunciata cenſeatur ipſa ſocietas, vt explanat
Menochius ead. præſumpt. 56. libro 3. num. 46.
Ioſeph Ludouicus ead. concluſ. 53. verſi. quarta
eſt coniectura. Maſcardus ea. concluſ. 31. nu. 40.
& concluſ. 1315. num. 28. cum pluribus ſequen-
tibus, & dixi ego eo. conſil. 96. num. 21. & 26. &
cum actus iſti facti ſint ab initio, etiam ſi eos i-
gnoraſſet Hieronymus, impediunt tamen ſocie-
tatis ortum, vt ibidem probaui ego; Quod verò
Hieronymus dicatur ſimplex homo, litterarum-
que ignarus, & qui omnia permitteret fratri a-
genda, ideò magis, vt iam dixi, oſtendit non
fuiſſe inter eos contractam ſocietatem omnium
bonorum, nam credendum nõ eſt, q̄ Ambroſius
voluerit iactare ſuum incundo ſocietatem cum
perſona adeo inutili, & inſipienti, vt iam ſupe-
rius commemorauimus, Quod verò dicitur hæc
bona nomine proprio acquiſita fuiſſe in libris o-
nerum deſcripta, & vt aiunt, Cataſtrata, nomine
communi, & pro eis communiter ſoluta fuiſſe
onera, & ideo eſſe comunicanda. Reſpondetur
in fa-

in facto id verum non eſſe, & ideo argumenti cũ
retorqueri nã omnia hæc bona acquiſita ab Am
broſio nomine proprio, vel deſcripta ſunt in per
ſona ſua, vel in perſona eorum à quibus acqui-
39 ſita ſunt, & quod maximum eſt, omnes ſolutio-
nes factæ ſunt non communi nomine, vt præſup
ponitur, ſed nomine proprio Ambroſij, vt pro-
bant ipſæ ſyngraphæ ſolutionum mihi exhibitę,
& quas videre poterit integerrimus, & doctiſſi-
mus Arbiter, vt in terminis reſpondit Bertran-
dus conſil. 62. num. 11. lib. primo, & interpres ad
ſtatutum noſtrum, cap. 483. num. 154. imo etiãſi
40 eſſent deſcripta nomine communi, id nihil obeſ-
ſet, niſi præſens fuiſſet Ambroſius, vt declarat Io
ſeph. Ludouicus, ead. concluſ. 53. verſic. ſi tamen
emptio, nec id ſocietatem omnium bonorum af-
ferret, vt ait Maſcardus ea. concl. 1315. nu. 25.
Menochius ea. præſump. 56. num. 32.

Non aduerſatur etiam, vt eorum bonorum
fructus aliquando communicauerit, quia id in fa
cto verum non eſt, quia illos ſemper retinuit do-
mi ab eo acquiſitæ, ipſeque ſolus ea gauiſus eſt,
eamque poſſedit, & ex fructibus bonorum ſuorũ
fecit emptiones nomine proprio, & quando erãt
communes communi nomine fecit, quod eius
bonam fidem magis atque magis patefacit, præ-
terea ex communi Doctorum ſententia proprie
tatis communicatio ex collatione fructuum non
41 inducitur, quia is tacitus conſenſus certos fines,
& terminos rei ſuper qua interponitur ſibi con-
ſtituit, extra quos egredi non licet, vt ſentiunt v-
no ore omnes relati Doctores, & probaui ego,
eod. conſil. 96. num. 45. nec diſſentit Anchara-
nus ex contrario adductus, dum num. 8. verſicu.
ſecũdum dubium prin. dum vult vbi vnus plus
fructuum aduentitiorum conferat quam alter,
non dari repetitionem, licet proprietas commu-
nicata non ſit.

Non officit, dum dicitur in vniuerſali ſocieta-
te non ſpectari an vnus plus lucri fecerit quam
alter, quia cum negetur vniuerſalis ſocietas, nec
ea alicubi probetur, proſternitur argumentatio,
nec in facto verũ dicitur eum incubuiſſe merca-
turæ armorum, quia principale illud negotium
erat in perſona Ambroſij & Franciſci, & demon
ſtrant multa chyrographa mihi exhibita, nec tã
tum ſua parſimonia lucrari potuit, quin etiam
conſumeret in quotidiano victu plus quam fer-
rent ſui reditus, & ſua opera, ſi qua probaretur
in armorum negotio, dicitur fuiſſe non induſtrię
42 ſed manuum, quæ parum lucri afferre poteſt, illa
autem aliorum fratrum fuit mentis ingenijque
ſolertiæ, atque diligentiæ in conficiendis contra-
ctibus, qui magna lucra attulerunt, res familiaris
nedum parſimonia, quæ optimum eſt vectigal,
ſed aſſidua diligentia conſeruatur, & augetur, &
omni caſu inde non infertur ad vniuerſalem ſo-
cietatem aduerſantibus contrarijs actibus ſupe-
rius enarratis.

Poſtremo non debet mouere, quod vltimo lo
co mouetur, vt ſcilicet mercatura quam exercuit
Ambroſius, originem habuerit à communi pecu
nia, & à communibus redditibus, & idcirco com-
mune eſſe debeat lucrum, quia quod pertinet ad
redditus, tanti non erant, vt ad quotidianum vi-
ctum ſufficerent, quod ſpectat vero ad pecunias,
quæ in mercatura diuiſæ dicuntur, vbi de eis ap-
pareret, vel conſtaret, quia tempore diuiſionis
quilibet præſumitur ſuam habuiſſe portionem,
poſſet forte petere intereſſe, quod alijs fratribus
pendebatur, quia cum mercaturam hãc Ambro-
ſius exercuerit ſuo nomine, quod antea non fece
43 rat, & ſe ſolum obligauerit, non debet Hierony-
mus conſequi lucrum eius rei, cuius damnum nõ
ſenſiſſet, ſi aduerſi aliquid eis eueniſſet, vt proſe-
quitur Ioſeph. Ludouicus, ea. concluſ. 53. verſic.
verior tamen, cum pluribus ſequentibus, vſq; ad
finem, & id eo magis concedendum eſt, cum ex
ſua induſtria, quæ aſſidua, & ſollicita atque ac-
curata erat in alijs mercaturis, & ex pecunijs
quas in dies lucrabatur, & ex dote vxoris, & ex
alijs rebus, quæ collationem non patiuntur, Am-
broſius mercaturam auxerit, & lucrum ſi quod
eſt fecerit, quæ omnia deerant in caſu Iaſ. & Ber
trandi, in quo aliunde non docebatur lucrũ pro-
fectum fuiſſe, quam ex pecunijs communibus.
Quęſtuoſiſſima enim emendi, & vendendi mer-
catura velut nauis in alto pelago collocata, ma-
ximis turbinibus ac fluctibus iactata, vndique
ventis, & procellis agitata, quas habet difficulta-
tes, quos fluctuans offendit ſcopulos, quanta inui
diæ tempeſtas, quæ naufragia, & ruinæ ac incen
dia, quæ temporum varietates, & repentinæ ac
inopinatæ rerum mutationes, ei impendent niſi
prouidus mercator horribili vigilantia plenus,
ſingulari virtute, & aſſiduo labore, ac exquiſita
diligentia vtatur in periculis adeundis, & fugien
dis, in ſuperandis his aduerſæ fortunæ ſcopulis;
& idcirco ſi aliqua res eſt, quæ laborem, & indu-
ſtriam requirat, hæc vna exquiſitiſſimam diligẽ
tiam exquirit, labor enim aſſiduus omnia vincit.
Quemadmodum ager licet ſua natura ſterilis ſit,
& nihil ferens, attamen hominum diligentia, &
aſſidua cultura fit optimus, & fructuoſiſſimus,
44 imo ſæpe vidi in ſumma montium altitudine a-
ſpero ſaxeto circumſepta, collocatos hortulos
quoſdam agricolarum cultu adeo egregię elabo
ratos, vt olera fructusque vberrimos afferant, hu
meris aſportata terra. Ita hominis gnaui, & ĩdu-
ſtrij aſſiduus, & diligens labor, & laborioſa indu
ſtria difficultates etiam naturæ vincit, & mi rabi
li quodam artificio ſuperat, labor eſt enim in ne
gotijs, fortitudo in periculis, & propterea nulla
difficultas te abſterreat, & excludat ab operibus
præclaris, & à mercaturæ bono, quandoquidem
nihil ſit tam difficile quin quærendo inueſtigari
poſſit, & quod quotidiana aſſiduitate, & frequen
tia conſequi tandem aliquando non valeas, do-
les de tarditate ingenij, de imbecillitate, & debi-
litate memoriæ, quæ eſt theſaurus omnium rerũ

quæ niſi cuſtos inuentis excogitatiſque rebus,& verbis adhibeatur facile omnia, & ſi præclara fuerint pereunt quotidie, & frequenter repetas ea,quę in memoria penitus inſidere cupis,ſic fiet vt in mentem tibi veniant,an neſcis conſuetudine,& exercitatione intelligendi prudentiam, dicendique linguam acui, & eloquendi celeritatẽ mirificè incitari, & memoriam ipſam ita firmari,& ali, vt quæ acutè inueneris, & ſapienter ex cogitaueris ſic in memoria habeas,vt vix vnquã excidant aut amittantur, ſicut quo frequentius aqua ex puteo hauritur eo copioſius reſeratis,& apertis reconditis aquæ venis fluit, & abundat, ita etiam quo vehementius te in aliqua re laudabili exerceas, eo facilius firmitudinem, grauitatemque animi, & memoriæ atque demum agendi facilitatem conſectaberis, nam conſuetudo familiaritatem gignit,familiaritas fidentiam,fidentia aptatam,& expeditã ſecuritatem affert,mollis eſt,& tenera aqua ipſa, marmor autem cæteriq́ue lapides duriſſimi, & ſolidi ſunt, & tamen gutta aquæ non bis,ſed ſępe cadendo lapides cauat,& quaſi ſculprum,& ferreum manubriũ malleo grauiter percuſſum excauat, tantum poteſt ipſa aſſiduitas,& frequens exercitatio,à qua merito militum exercitus nomen accepit, cum & re ipſa,& opere debeat quondiè exerceri, nã exercendo fit melior miles, & ad committendam pugnã audacior,fitq; viribus pedumq; curſu valentior,non ad fugiendũ ſed ad inuadendũ,& debellandũ hoſtẽ. generoſos aĩos labor nutrit, laborẽ ſi recuſes,parum eſſe potes, non eſt viri timere ſudorem; Primus enim parens noſter Adam fuit propter peccatum eiectus ab amæniſſimo illo horto deliciarũ, & iuſſus, vt in ſudore vultus ſui, veſceretur pane ſuo, cum igitur ab eo originem petamus,nobis quoque deſudandum, & elaborãdum eſt in vnaquaque re, ſi virtute duce cõtendimus peruenire ad templum honoris; nec dignũ eſt,vt inde exigamus honorem, vnde refugimus laborem,ad inueniendũ in dicendo hæc tria ſunt acumen,deinde ratio ſeu ars, tertium diligentia, conſtat itaq; diligentiam in omnibus rebus caput eſſe maximum,& præſertim in mercaturis faciendis,& in litibus, quæ vix ad exitum perducũtur niſi omnibus horis præſto ſit, & pulſet fores cauſidici,& aduocati ac iudicis opportuna,& importuna, litigatoris ſolicitudo, in Chriſtiana quoque vita qui proficere, & in baptiſmo opus promiſſum vult perficere, debet ſemper orare, & vigilare, nec aliquis labor durus, aut aliquod tempus longum videri debet quo gloria æternitatis acquiritur, conſidereſque ſi qua rectè per laborem feceris, cito abibit labor, & perpetuum erit beneficium, contra vero ſi aliquid per prauam voluptatem nequiter feceris illud cito abibit, & nequiter factum apud nos ſemper manebit, niſi Sacroſancto veræ pœnitentiæ Sacramento deleatur, quod non eſt negligendum quoties infirmi laboramus, vt ad priſtinam ſalutem quamprimum Dei Optimi Maximi, benignitate reſtituamur. Conſtat igitur in vnaquaque re,& maximè in negotijs gerendis opus eſſe accurata diligentia, multo ſudore, & magno labore, quem fugacis Hieronymi deſidia odio ſemper habuit & remis atque velis otij portum petens ſemper fugit atque omni ſtudio declinauit.

Quare cum Hieronymus,quod ſuæ intentionis præcipuum eſt fundamentum, non probet ſocietatem, ſcilicet vniuerſalem initam eſſe, imo tot tantæque vigeant & vrgeant præſumptiones & coniecturæ, quæ ortum impediunt, & ortam perimunt, erit omnino pro reis conuentis ferenda ſententia, pro quibus eſt etiam in dubio pronunciandum, cum rei fauorabilior, & melior ſit cauſa, quam actoris, & clariſſimum Arbitrum maximè mouere debet ea naturalis ratio, paſſim a ſcribentibus conſiderata, vt ſcilicet, Ambroſius
45 induſtrius,& ſolicitus tam in negotijs familiaribus,quam in litibus; vnde tot laboribus, & vigilijs lucra ſi qua ſunt fecit. Hieronymus autem ſimplex, & parum vigilans in inerti otio ſemper delituerit, nec obulũ vix vnquam lucratus ſit, & quæ paterna erant ad victum quotidianum vix ſatis eſſent, vnde nec æquum nec iuſtum eſt, vt nunc velit venire ad menſam fratris paratam, & ex faucibus ingentis numeri pupillorum nepotum ſuorum eripere,quæ prouidus,& nunquam quieſcens pater parauit, quo commodius familiæ, & domus decus ſuſtinerent, cum tamen ipſe potius quæ paterna habet ſobole carens deberet benignè parti nepotum numeroſæ, & debiliori impartiri,quod equidem præſertim inter ſanguine iunctos, inter quos ex æquo, & bono ius eſt faciendum, ſpectandum & perpendendum eſt à prudenti & ſapiẽte arbitro, qui cætera ſuppleat, & cui hanc viduam hos pupillos, ſuos affines cariſſimos tanquam in ſua tutela latentes de melio ri nota commendo.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO IOAN. BAPTISTA Regna.

ARGVMENTA.

Spolij remedium contra quem detur, & quod ad reſpondendum poſitionibus mandatum requiratur.

Error in vnaquaq; re emẽdandus eſt, & enuntiatiua verba, an & quando probẽt.

Aduerſus lapſum temporis à ſtatuto præſtituti ad retrahendam rem venditam, vel quia paterna ſit, vel ratione con-

grui

grui, an detur reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, & vbi emptor ſciat vitium rei venditæ, an venditor aliquid pręſtare teneatur.

Impenſarum quot ſint ſpecies, & an, & quando, & quas deducat bonæ, vel malæ fidei poſſeſſor, & an quantum melior res ipſa facta eſt, vel quantum eſt in eam impenſum, multaqne in impenſarum materia ſcitè, & petitè explicantur.

S V M M AE R E R V M.

1 *Spolij remedium non dotur contra poſſeſſorem cauſam habentem à non vitioſo poſſeſſore, ex mogis commun. doct. ſentent.*

2 *Fideiuſſio à forenſi non eſt praſtando niſi petotur.*

3 *Poſitionibus, vt quis reſpondeot, ſpecialiſſimum mãdotum debet habere.*

4 *Referens diſponit niſi quatenus in relato ſcriptum reperitur.*

5 *Solemnitas enuntiata non praſumitur, quando ex lecturo inſtrumenti apparet contrarium.*

6 *Actus ogentium non debet operari vltra eorum intensionem.*

7 *Pracedentia à ſubſequentibus declarãtur, & contro.*

8 *Error ſatis probotur, cum doceatur veritotem oliter ſe hobere.*

9 *Error ſemper emendari debet, quia errans conſentire non cenſetur.*

10 *Enuntiatiua verba errore imbuta non diſponune etiam fauorẽ piæ cauſa.*

11 *Confeſſio errore offecta poteſt reuocari etiamſi geminata ſit.*

12 *Errore imbuta reſponſio, reſpondenti poſitionibus non obeſt.*

13 *Error veritati nocere non poteſt.*

14 *Verba enuntiatiua, etiom inter controhentes non probant, quondo principaliter contingit in alio iudicio de enunciato diſputari.*

15 *Verbo enuntiatiua vbi diſponendo prolato ſint, probant inter controhentes, etiamſi in alio contingat iudicio diſputari donec contrarium probetur.*

16 *Enuntiatiua verba probant ſi prolata ſint ſuper eo, ſuper quo partes poſſint diſponere, & iuromento ſint munita.*

17 *Ceſſio vbi acceſſorio ſit nõ eget ſolemnitate in ſimplici ceſſione deſiderata.*

18 *Tranſactio non reſcinditur niſi adſit maxima leſio.*

19 *Actus vbi ſit vtilis, facilius abſenti quaritur, & praſumitur acceptotus.*

20 *Actio abſenti quaritur, vbi ſtipulatio tabellionis interceſſerit, vel iuromentum oppoſitum ſit.*

21 *Reſtitutio in integrum nõ datur aduerſus praſcriptionem quadraginta annorum, maximo ſi agatur de lucro coptando.*

22 *Stotutum de re poterna luenda, & de quota dicitur odioſum,*

23 *Scientia coniecturis probotur.*

24 *Plus iuris in alium quis non poteſt transferre, quã ipſe hobeat.*

25 *Venditor non tenetur de euictione, vbi emptor ſciuerit rem eſſe alteri obligatam.*

26 *Emptor, an, & quando, habeat actionem contra vẽditorem, vel contro reum conuentum legitimũ poſſeſſorem.*

27 *Euictio vbi ſit in limine controctus, poteſt venditor cogi od fideiubendum.*

28 *Impenſa neceſſaria, qua dicontur.*

29 *Principijs obito, ſero medicino paratur.*

30 *Expenſa neceſſoria dicuntur, qua citra verecundiam, & pudorem non poſſunt omitti.*

31 *Expenſa ad hoc, vt neceſſaria dicantur, interdum inſpicitur neceſſitos, nedum ex parte rei, ſed etiam ex parte perſona.*

32 *Vtiles impenſa, qua dicontur.*

33 *Impenſa voluptaria, ſeu voluntoria, qua ſint.*

34 *Expenſa aliqua ſiunt grotia quarẽdorum fructuũ, oliqua od perpetuam rei vtilitatem, & oliqua ſunt magna, aliqua parua.*

35 *Impenſas, vt quis deducat inſpicitur an bona vel mola fides poſſeſſor ſit.*

35 *Bona fidei poſſeſſor quis dicotur, & is deducit impenſas grotia quarendorum fructuum factas.*

37 *Bona fidei poſſeſſor deducit impenſas ſiue collectĩ ſint fructus ſiue non in petitione hareditotis, in rei vendicatione non deducit niſi extent.*

38 *Mala fidei poſſeſſor ſiue ogotur petitione hareditatis, ſiue rei vindicotione, expenſas non deducit, niſi fructus ſint collecti.*

39 *Expenſas neceſſarias od perpetuam rei vtilitatem indiſtinctè deducit bona fidei poſſeſſor, ſiue conſiſtant in reficiendo, ſiue in faciendo de nouo.*

40 *Bona fidei poſſeſſor deducit impenſas etiamſi rès, in quom impenſum eſt ſit perempta, ſecus in male fidei poſſeſſore, qui non deducit niſi extet.*

41 *Expenſas vtiles nullo modo deducit mala fidei poſſeſſor re perempta.*

42 *Impenſas vtiles bona fidei poſſeſſor deducit, ſi dominus erat facturus, vel venditurus, aut alias diues eſſet, ſecus ſi pouperior ſit, quia permittitur poſſeſſori, vt auferot niſi domino denuntiatum eſſet.*

43 *Expenſam factam in plantandis plantis indiſtinctè deducit bona fidei poſſeſſor.*

44 *Mola fidei poſſeſſor non deducit impenſam, niſi antiquum readificet, ſecus ſi de nouo extruot, quia donare cenſetur, vbi ſit perſono, qua donare valeot.*

45 *Mola fidei poſſeſſor impenſam deducere poſſe videtur, etiomſi impenſum ſit in faciendo.*

46 *Bona fidei poſſeſſor voluptorias impenſas non deducit, ſed permittitur ſine prioris ſtatus leſione abraſio, niſi dominus fuiſſet facturus, aut diſtracturus.*

49 Ex-

47 Expenſarum deductio vbi non datur, conceditur tamen fructuum compenſatio.

48 Mola fidei poſſeſſor voluptarias impenſas non deducit, nec abraſio permittitur.

49 In expenſa merè voluptaria, vbi obraſio conceditur, ea tamen negatur ſi dominus poratus ſit tãtum dare quantum eſſet habiturus poſſeſſor, eis corraſis.

50 Poſſeſſor qui fuit portim bona fidei, portim mola fidei quomodo impenſas deducit.

51 Impenſa magna, vel porua dicitur arbitrio iudicis.

52 Impenſa facta qua actione, & remedio repetantur.

53 Impenſum licet ſit plus, quam melioratum, vel contra, quid repetatur.

54 Poſſeſſione quis priuandus non eſt, niſi ſolutis impenſis in rem meliorem faciendom factis, cum pro eis detur tocita hypotheca.

55 Pro melioramentis factis ius retinendi, quod conceditur, tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.

56 Meliorationũ exceptio eſt adeo fauorabilis, vt poſſit opponi etiam in actu executionis, & detur retentio etiamſi liquida non ſint, modo tamen de eis ſaltem in genere conſtet, nec ſufficit ſi præſtetur fideiuſſio de eis ſoluendis vbi licuerint.

57 Poſſeſſionis magnum eſt commodum, & melius eſt incumbere rei, quam actioni.

58 Poſſeſſio non reſtituitur, niſi meliorationum ſolutio fiat.

59 In appellationis cauſa à definitiua poteſt ſemper probari, & deduci quod in prima inſtantia non eſt probatum.

60 Reuiſio ab arbitramentis pari paſſu ambulat cum ipſa appellatione.

61 In appellationis cauſa probatio nõ admittitur, vbi ex eiſdem actitatis ſententia ferri debeat.

62 Probationis faciendæ terminis elapſis, an & quãdo noua dilatio ad probandum concedatur.

CONSILIVM CCL.

Diuino ex corde implorato auxilio.

MVlta & complura ſunt, quæ cõſulenda proponuntur, ad quæ, quoniam id nimium longum videbatur, & minimè neceſſarium, ſine multa diſputatione, breuiter, verè, ac liberè ſic reſpondendum duxi.

Ad primum itaque cum Ioan. Baptiſta Re-
gna, reus conuentus cauſam habuerit a patre, nõ
vitioſo poſſeſſore, & ſic poſſideret cũ titulo, &
1 bona fide, contra eum non videtur dari poſſe in-
tentatum, & comparatum remedium Spolij, cũ
illud non veniat in huiuſmodi poſſeſſorem, vt
magis commun. dinumeratis Iuriſconſultis, &
eorum ponderata grauitate, & autoritate perpẽ
ſa, teſtantur Menoch. de recuperan. poſſeſ. remedio 15. num. 90. verſic. contrariam, Maſcardus, tract. probat. concluſ. 1199. num. 3. in verbo, poſſeſſores antiqui.

Ad Secundum reſpondetur iudicium nõ pro-
pterea nullum effici, ſi actor fideiuſſionem nõ prę
ſtiterit, tanquam forenſis ad præſcriptam formã
ſtatuti, cap. 44. vol. primo, cum ea in exordio li-
2 tis petita non proponatur, vt ibidem adnotauit
interpres, num. 12. in verbo, teneatur.

Ad Tertium licet reſponſio à procuratore fa-
cta ad poſitiones non obſit domino, niſi procura
tor mandatum cum libera, & ſingulariſſimum
3 ſeu ſpecialiſſimum habuerit, vt notat idem inter
pres ad ſtatutum, cap. 83. num. 3. & infra, in pri-
mo. attamen ſi electum fuit habitaculum à prin-
cipali, rectè potuerunt denuntiari, & intimari po
ſitiones, & contumacia illa afficit ipſum princi-
palem qui locum habitationis elegit, vt probat
idem interpres ex ordine collegij notariorum ad
ſtatutum, cap. 38. num. 25. Cæterum ſi domici-
lium à procuratore electum fuerit, aliud dicen-
dum foret, cum is reſpondere nequiret, niſi ad id
mandatum legitimum haberet.

Ad Quartam queſtionem merita reſpicientẽ cum locatio emphyteutica comprehendat tantum medietatem priſtini ſeu molentrinæ, & renuntiatio ad eam ſe referat, & demum ſe reſtringat ad bona canoni emphyteutico obnoxia, non potuit damnari Baptiſta ad relaxandam omnẽ molentrinam, ſub prætextu, quod in aſſerto inſtrumento renuntiationis enarretur ſimpliciter molendinum vnum venditum fuiſſe, & ſubſequẽter in emphyteuſim acceptum, & hoc idem poſitiones ipſæ comprobare videantur.

Quia reſpondetur referenti ſcripturæ nõ cre-
di, niſi quatenus in relata ſcriptura continetur,
nam relatum eſt in referente cum omnibus ſuis
qualitatibus. nec referens diſponit niſi quatenus
4 in relato ſcriptum reperitur, vt tradit Decius vi-
dendus conſil. 63. num. 6. & notatur in authent.
ſi quis in aliquo, C. de edendo, vbi Bartolus, nu-
me. 11. notat inſtrumentum de alio mentionem
faciens non probare, niſi illud exhibeatur, & li-
cet inter eaſdem perſonas probare forte poſſet,
5 tamen id verum non eſt, quando aliter eo exhi-
bito apparet, nam licet ſolemnitas enũciata præ
ſumatur, attamen id fallit, quando ex perſpecta
facie lecti inſtrumenti apparet contrarium, vt
hoc caſu, quia tunc à veritate non receditur, cũ
veritati omnia locum dent, atque cedant, quan-
doquidem nihil ſit, quod reſiſtere, & repugnare,
valeat cõtra ipſius veritatis fortitudinẽ, contra-
que eius excelſi, & inuicti animi magnitudinem,
& robur, Felynus in cap. ſicut, num. 33. de re iu-
dicata, Gabriel lib. commun. de præſumpt. con-
cluſ. prima, num. 57. & cum partes renuntiantes
eorum diſpoſitionem retulerint ad bona obno-
xia canoni emphyteutico, non poteſt flecti, aut
trahi diſpoſitio vltra limites, & extra cancellos

veritatis,

veritatis,ad quam ſe retulerunt, ſiquidem actus
6 agentium nequeunt aliquid agere vltra id quod
fieri intenditur, & contenditur, l. non omnis, ff.
ſi certum petatur, l.obligationum ſubſtantia,ff.
de actio.& obligat. & l.verum, & l. qui iniuriæ,
ff.de furtis, & quæ pręcedunt declarantur à ſub-
7 ſequentibus,& contra, vt ſcribit Bartolus in l.v-
trum, ff.de pet. hæredit. l. Marcellus, in princip.
ad Trebellian.& l.qui filiabus,in princip.de leg.
primo,& error enuntiatorum verborum ſatis pa
tens, & manifeſtus demoſtratur, cum doceatur
ex inſtrumento locationis, ad quod ſe refert, ali-
ter veritatem ſe habere, vt ſcribit Bartolus in l.
8 non fatetur de confeſſ.l.error, l.poſt diuiſionem,
vbi videatur Iaſ.num.3. C.de iuris & facti igno
9 rantia. & certum eſt errorem ſemper emendan-
dum,& tollendum eſſe, quia errans non conſen-
tit,aut dat manus, ſed magis pro diſſentiente, &
repugnante habetur,cum volũtas deficiat,à qua
conſenſus manat,vt inquit Bartolus, in l.error,
in fine,C.ad leg. Falcidiam, Crauett.conſil.26.
num.10.& conſil.188.num.9. & ideo verba enũ
tiatiua errore imbuta non diſponunt etiam fa-
10 uore piæ cauſæ,cum valde impiũ foret, vt ei ſer-
uiamus aliquid inducere contra diſponentis mẽ
tem, vt ſcribit Bartolus in l.cum teſtator, C.de
iuris & facti ignorantia. Accedat, vt confeſſio er
11 rore inflata poſſit ſemper reuocari etiamſi gemi-
nata ſit Gabriel lib. commun. titu. de confeſſis,
conclu.5.& ſicut expreſſa poſitionum reſponſio,
hoc erroris vitio affecta non noceret reſponden-
ti, ita & tanto magis hæc, quæ tacita eſt obeſſe
12 nequit,cum vtroque caſu inſit error ipſe, qui re-
ſponſionem inficit, & viriat, vt in terminis deci-
dit Decius videndus eod. conſil.63. ſub num.6.
verſic.nam ſi ſtatuta, & hoc nullam habet dubi-
tationem, eſt enim infixum in natura, compre-
henditur in ſuis cuiuſque ſenſibus, ſicut contra ſi
quis dicere voluerit non audiatur,cum renuntia
tio ipſa,& actus ſecuti ſe referant ad quid certũ,
ideſt ad inſtrumẽtum ipſius locationis, quæ cum
loquatur de medietate, & ſit reſtricta ad eã pro-
bat errorem facti, & in verbis narratiuis inſtru-
menti renuntiationis, & in ipſis poſitionibus ſe-
13 cutum,qui veritati non poteſt nocere,vt iam di-
ximus,& probat Felyn.in cap.2.col.3.verſi.clau
ſula ſi præces de reſcriptis Alexand. conſilio 3.
parte ſecunda.

Ad quintum arbitror inſtrumentum prænar-
ratæ renuntiationis non ideo infringi,& concide
re poſſe,quia non doceatur caducitatis proteſta-
tio,quæ in eo inſtrumento enuntiatur, quia cer-
tum eſt, licet verba enuntiatiua non probent,ẽt
inter contrahentes, quando poſtea in alio iudi-
14 cio contingit diſputari de enuntiato, vt ſcribit
Curtius iunior in authent. ſi quis in aliquo,nu-
me.19.C.de edendo, Felyn.in cap.illud de præ-
ſumpt. Decius conſil.39.num.1.attamen id pro
cedit vbi incidenter ea verba prolata ſint, ſecus
15 ſi diſponendo,& principaliter,vt hic,vel per mo-
dum cauſæ, vt affirmant Decius conſil.218.nu-
me.15.& conſil.393.num.10. Crauet.conſi.29.
num.3. nam huiuſmodi verba probant inter cõ-
trahentes,& illis præiudicant, ſaltem donec con
trarium probetur,vt pote cum ſint ad actum ne-
ceſſaria,vt affirmat idem Crauet.conſil.134.nu-
me.8.& idem Curtius iunior,ea.authent.ſi quis
in aliquo,num.8.& notatur,in l.optimam,C.de
contrahenda, vel committend. ſtipul.& l.ſcien-
dum, ff. de verbor. obligat. Barto. in l. Publia,
§.fin.ff.depoſiti,& maximè,quando ſunt proba-
ta ſuper eo, ſuper quo partes poſſunt liberè arbi
16 tratu ſuo diſponere, vt ait Dec.conſil.308.num.
12.& conſil.118.num.5.& 6.& ſint communita
iuramenti,quo promittitur non contrauenire,ſa
croſancta religione,vt ſentiunt Bald. in l.ex his,
in princi.& verſic.item oppono,quod diſtingua
tur,C.de teſtamento militis, Crauetta conſi.81.
nume.3. & cum inſtrumentum ſit factum anno
1541. poteſt etiam dici quod verſemur in anti-
quis,quo caſu facilius verba enuntiatiua probãt,
Decius conſil.36.num.7. & quando ſubſequitur
promiſſio, Bald.in l.ſi ſocietatis, C.pro ſocio.

Non vtique idem inſtrumentum poteſt in du
bium vocari eo nomine,quod ageretur de ceſſio
ne iuris quæ non valet non ſeruata forma legis
noſtræ municipalis,cap.445. & ſeq. volum.pri-
mo, quia cum ageretur de ceſſione accedente ad
contractum tranſactionis non opus erat ea for-
ma cum in huiuſmodi ceſſionibus accedentibus,
17 ceſſet fraus ob quam facta fuit ea lex, vt aperte
diſponitur, cap.447. vbi videatur interpres,nu.
13.& optimè faciunt,quæ ego ſcripſi, conſil.57.
lib.primo,nec etiam valet allegatio læſionis,ſub
ea aſſertione,quod renuntiatio ipſa ſit facta pro
vili ſumma non ſolutæ annuæ penſionis, quia
ſtante mala illorum temporum qualitate,& con
ſideratis multis impenſis quas molentrinæ ne-
ceſſario exigunt,nam veteri, & trito iam vetuſta
te prouerbio, quod & re ipſa probauimus molẽ-
trina,torcular,& carrus,nimis cara ſunt,cum im
penſarum, quas in eis quotidie fieri neceſſe eſt
nullus ſit prorſus finis, finiunt namque mox ſta-
tim renouant;vnde moliror debet eſſe operoſus,
ſemper aliquid agẽs, & moliens: præſumendum
eſt itaque,quod ita facere interfuerit ipſorum re
nuntiantium,maxime,vt à lite recederẽt,in qua
iam propter adeptam poſſeſſionem ſuccubuerãt,
& forte litis impenſas, & damna reſarcire tene-
bantur, & omni caſu à tranſactione non recedi-
tur niſi propter maximam læſionem, longè mul
tum tranſilientem dimidiam partem iuſti pretij
18 conſiderato dubio euentu litis,vt tradit Crauet.
conſil.151.num.27.quod vero dicitur non fuiſſe
ratam habitam renuntiationem à patre ipſius
actoris, eſt aduertendum abſenti acquiri poſſe,
19 maximè cum agatur de actu vtili, vt cauetur
ex diſpoſitione ſtatuti noſtri,cap.337.in primo,
& licet requiratur expreſſa ratificatio,& accepta
tio, & non ſufficiat tacita, vt ibidem adnotauit
inter-

interpres,nu.22.& infra atque etiã dubitetur an
hæres ratum habere poſſit, quod pater pro quo
facta fuit ſtipulatio non agnouit,& admiſit atq;
recepit,vt ibidem notat idem interpres,num.61.
& infra,attamen cum interceſſerit tabellionis ſti
pulatio,& expreſſa ratificatio ſaltem hæredis,&
20 verbis,& facto ſubſecuta ſit, & iuramentum ap-
poſitum ſit, videtur dicendum contrarium ve-
rius,vt ibidem ex alijs probat interpres, nu.56.
& 62.verſic.contrarium tamen, & num.67.nec
dario in ſolutum antea facta valet in præiudiciũ
& detrimentum dñi directi;quo non requiſito a-
lienatio fieri nequit notiſſimis iuribus.

Ad Sextum an ratione ſtatuti, capit.417.&
cap.434.vol.primo, ea res tanquam paterna,&
iuri quotæ,& congrui ſubiecta poſſit retrahi, at-
tento quod reus conuentus notitiam non habuit
initorum contractuum, cum ſemper in poſſeſſio-
ne bonorum, & ipſe, & ſui anteceſſores fuerint:
nam quamuis in materia iſtorum retractuum tẽ
pus currat etiam ignoranti, cum ſit continuum,
tamen beneficio reſtitutionis in integrũ ex clau-
ſula generali reſtituuntur, vt ex alijs probat idẽ
interpres ad memoratum ſtatutum, cap.417.nu
me.265.& infra,quia reſpondetur primo,reſpe-
ctu ſtatuti de re paterna luenda bona in emphy-
teuſim data,non ſubeſſe recitato retractui in præ
iudicium domini directi, vt clare diſponit ſtatu-
tum cap.422. & reſpectu quotę vbiq; ſtatutum,
cap.436.vult dominum directi præferri,vt nota
tur,eod.cap.417.num.563. Reſpondetur ſecun-
do obſtare præſcriptionem nedum quadraginta,
ſed quinquaginta annorum,aduerſus quam non
videtur habere locum reſtiturio in integrum,etiã
21 ex capite ignorantiæ,cum maxime tempus qua-
driennij ad eam petendum datũ, lapſum ſit poſt
quadraginta annos,vt magis commun.dicit So-
cinus iun.in l.filiusfam.§.diui,num.142.de lega.
primo, & conſil.37. num.5. volu.4. Rolandus à
Valle,conſil.68. num.24. & dixi ego, conſil.73.
num.20.volum.1.tertio dici poteſt,cum poſt ha
bitam ſcientiam intra annum non fecerit depoſi
tum,ius non habet amplius eam rem retrahẽdi,
tanquam rem paternam, & cum defluxum ſit iã
diu ſpatium triginta annorum ad eam rem con-
ſtitutũ peremptũ eſt quoq; ius retractus ratione
quotę, vt notatur, eo.cap.434.nu.135.vol.pri-
mo,nec reſtitutio danda videtur, cum iam præ-
terierint quinquaginta anni, & agatur de lucro
22 captando,& non de damno ſubeundo, & de ſta-
tuto,& iure quod eſt odioſum,vt notatur ad ru-
bricam memorati ſtatuti,numero 107.&ſtatuti,
417.nu.3.verſ.contrarium, vol.primo, nec am-
plius optio ſit vtro frui malit.

Quarto poſſet etiam dici ſcientiam ſaltem cõ
iectam, & præſumptam facilè probari ex bono-
23 rum vicinitate, & litibus habitis, & ex alijs forte
adminiculis,quæ aggregat Maſcardus,tract.pro
bat.in verbo,ſcientia, quæ cum facile apud eum
videre poſſis non refero ne actum agamus, ſed
iam reliqua paremus.

Ad Septimum cum nemo plus iuris transfer-
re poſſit in alium,quam ipſe habeat, quia nemo
24 dat,quod non habet,l.filius, C.de donat. Bartol.
num.ſecundo,& Bald.in l.obſeruare,ff.de officio
proconſulis,& legati, & idem Bald.in l.ſi vniuer
ſæ, C.de legatis, Abbas in cap.paſtoralis,§.quo-
niam, de reſcriptis, & Bernardinus Regna, qui
vendidit molendinum, & ſubſequenter in em-
phyteuſim illud recepit non haberet niſi ſeptem
partes ex octo, vt conſtat inſtrumento emancipa
tionis confecto,anni 1508.fit,vt octaua pars re-
mãſerit in bonis Marci patris Bernardini,& cõ
munis aſcendentis rei conuenti, & conſequenter
non potuerit transferri in ipſum Iuriſconſultum
Azonem Regnam,qui cum eius rei notitiam ha
buerit, quia interfuit illi inſtrumento emancipa
tionis,non haberet actionem & regreſſum aduer
25 ſus Bernardinum venditorem, l.ſi fundum ſciẽs,
C.de euictionibus, niſi adeſſet promiſſio in for-
ma communi, quam tamen non legi,cum exhi-
bitum non fuerit inſtrumentum memoratæ ven
ditionis, & omni caſu ceſſat hæc difficultas, cum
tantum vendita fuerit media pars molendini, &
26 emptor haberet actionem contra venditorem,
non contra reum conuentum legitimum domi-
num,& poſſeſſorem,vt firmat Bartolus in l.exẽ-
pto,in princ.num.1.& 3.ff.de actionibus, empt.
& eundem poteſt cogere ad fideiubendum tam
ex iure communi ſi euictio in limine contractus,
ſtet diſtricto quaſi gladio, ad cedem imminens,
aut detegatur res ipſa alteri obligata, l.ſi poſt
27 vbi Bartolus, & l.cum tibi, C.de euict. quam ex
iure noſtro municipali,cap.444.in primo.

Ad octauam,& vltimam quæſtionem reſpon
deo,duplicem eſſe faciendam diſtinctionem,vnã
tangentem naturam impenſæ, an ſcilicet,melio-
rationes factæ, ſint neceſſariæ, vel vtiles aut vo-
luntariæ, ſeu voluptariæ,alteram reſpicit perſo-
nam impendentem,an ſcilicet,qui impenſam fa
cit ſit bonæ,vel malæ fidei poſſeſſor.

Impenſæ neceſſariæ ſunt quibus non factis,
28 res minuitur, vel periret, vel longè deterior fie-
ret, & vt certum quiddam,& breui,exempli cau
ſa ponamus, velut ædificia vetera fulcire, agge-
res,& foſſata facere,vel vites in mortuarum locũ
ſufficere,l.prima, §.neceſſariæ vbi egregiè, Bart.
& l.impenſæ, ff.de impenſis,in reb.dotal.factis,l.
impenſæ, ff.de verbor. ſignific. gloſ.in l.neceſſa-
rias,ff.de pigno.actio. Neguſantius,trac.pignor.
7.parte princip. tertio membro, num.14. valde
enim conducit ſi hæ impenſæ in tempore fiant,
cum ſæpe ex breui procraſtinatione ædes malæ
materiatæ ruinoſæ fiant,& quotidianas rimas a-
gentes, & ſe dilatantes, tandem corruant, vnde
quod ab initio poterat paruo reparari, & recon-
cinnari valde magno reædificandum, & reſtau-
randum ſit, diligenter enim ſunt in vnoquoque
negotio omnes motus obſeruandi, & etiam quæ
peccata videntur leuia animaduertenda, nec te

moueat

moueat, quod dici ſolet de minimis non curat
29 prætor, quia id alio refertur, ſcilicet, vel quando agitur de remittendo aliquo iure, vel de re, quæ peccato careat, vel quæ comparata ad maius impendens malum loco boni quodammodo habetur; nam qui non curat aut paruifacit exiguos errores, ſæpe aperitur aditus, & pateſit via, ad maximos lapſus, atque proinde peccandi licentia, quæ totis viribus eſt reprimenda, vehementer dilatatur, quo fit, vt peccata etiam venia digna ſeu venialia ſtudioſè quantum in nobis eſt ſint cauenda, nam eorum iniuria, & frequentia ſenſim verecundiæ rubore amiſſo ad ea diſponimur, quæ mortalia ſunt, repagulum quod benè munitum paratur ad aquarum impetum ferendum, & ſuſtinendum, ſi foramina etiam parua negligantur, ſtatim viæ quædam quaſi feneſtræ patent ad aquarum curſum incitandum, vnde repente aggeres labefactati, collabũtur, calceamẽ equi pluribus clauis confixum, vno deficiente clauo, facile amittitur, eo deperdito pes contaminatur, & cum diutius denudatum pedem equus ferre nequeat, grauiter claudicare incipit, mox ad terram præceps ruit, atque æquitantem deijcit, & eundem interdum perfracto collo præcipitat, ſicque vides quantum detrimenti afferat hęc quæ à principio leuis videtur negligentia; diligẽter ſunt igitur morbi, & vitij initia notanda, & cauenda ne lõgius ſerpant, & ne leuis plaga, fiat grauior, aut inſanabilis, in tempore itaque tibi conſule; & principijs obſta ſero medicina paratur, cum mala per longas conualuere moras, nec patiaris, vt culpa moræ tibi vitio detur, & cum irriſione, tibi illud quaſi vt probrum objciatur, ſero ſapiunt phryges, tardè venere bubulci, cum tamen in vnaquaque re melius ſit preuenire quã præueniri, & valde intereſt naſcentes malorum origines, quaſi fiſtulas quibus aqua, & impulſus libertatis atque licentiæ viuendi ſuppeditatur præcidere. l. fin. C. in quibus cauſis in integrum reſtit. l. 1. C. vt nemini liceat ſine iud. authorit. etenim graues errores facilius vitantur ſi leues diligenter obſeruentur, & accuratè declinentur, & impenſæ paruæ mihi crede, ſi non negligantur, magnę effugiuntur, & cum in viris ingenuis honor vitæ comparetur, merito impenſæ etiam neceſſariæ dicuntur, quæ citra verecundiam, &
30 pudorem non poſſunt omitti, vt ſcribit doctiſſ. Alciat. noſter, conſil. 37. num. 2. lib. 5.

Et quamuis in petitione hæreditatis, & rei vẽdicatione ſolum inſpiciatur neceſſitas ex parte
31 rei, vt dicantur expenſæ neceſſariæ, attamen in impenſis in rebus dotalibus factis illæ dicuntur neceſſariæ, quæ habẽt neceſſitatem ex parte rei, & ex parte perſonæ ſimul, velut quando lex imponit perſonæ neceſſitatem, vt faciat, vt ſcitè, & peritè diſtinguendo declarat Bartolus, eo. §. neceſſariæ, num. 2.

Vtiles vero dicuntur quas quis vtiliter facit, & quæ rem meliorem faciunt, nec ſinunt deteriorem fieri, velut ſi piſtrinum, vel tabernam adiecerit, l. quod dicitur, §. vtiles, ff. de impenſ. in re-
32 bus dotalibus factis, Rebuffus in l. impenſæ, de verbor. ſignificat. Boerius deciſ. 44. num. 8. Pinellus, in l. ſecunda, cap. 3. num. 5. C. de reſcindend. vendit. Vincentius Francus, deciſ. 111. nu. 4. & ſeq. Borgn. deciſ. 44. nu. 71.

Voluptariæ vero, ſeu voluntariæ impenſæ illæ ſunt quas quis fecerit ad voluptatem, & quæ exornant ſpeciem, & vt exemplo demonſtretur, quod dicimus, velut ſi fiant picturæ incruſtatio-
33 nes, loricationes, & ſimilia, l. voluntariæ, ff. de impenſis, in reb. dot. factis, vbi tamen hæc picturæ & ſimilis impenſa fieret in re venali, & pro mercali, quia melius venditur diceretur potius vtilis, vt l. quod ſi hæ res, ff. eod. & declarat Bartolus, ead. l. voluntariæ, & ante eum, gloſ. in verbo, impenſas, in §. item ſi de dote Inſtitu. de actionibus ex his autem impenſis contingit aliquas fieri gratia quærendorũ fructuum, aliquas ad perpetuã
34 rei vtilitatem, & aliquas magnas, aliquas paruas eſſe, vt fusè docet legum fons vberrimus Azo in ſumma, C. de rei vendicat. num. 22. & infra, & de impenſis in rebus dotalibus factis, & plene diſtinguit Bartolus videndus poſt gloſſam, in l. in fundo, num. 4. ff. de rei vendicat. hocque ſatis ſit quod pertinet ad cognoſcendam impenſarum naturam; circa perſonas illud ſpectatur, an qui impendit, ſit bonæ aut malæ fidei poſſeſſor, vel miſtus, ſcilicet à principio bonæ fidei, & poſtea malæ, vel contra: bonæ enim fidei poſſeſſor in cuius numero is etiam habetur qui non eſt malæ fidei reſpectu veri domini, ſed reſpectu alterius quem dominum putabat, vt ſentit Bartolus ead. l. in fundo, num. 14. ff. de rei vendicat. Omnes impenſas factas gratia quærendorum fructuum deducit, l. fructus, ſolu. matrim. quod & ampliatur in quocunque alio poſſeſſore etiam malæ fidei, inter quos tamen ea viget differentia, vt in petitione hæreditatis bonæ fidei poſſeſſor deducat
37 ſiue ſint collecti fructus ſiue non, ſecus in rei vendicatione, quia non deducit niſi extent, & eſt ratio, quia magis fauetur domino qui euincit ratione dominij, quã hæredis, qui euincit ratione tituli, vt l. officium, ff. de rei vendicatione, malæ autem fidei poſſeſſor ſiue agatur petitione hæreditatis, ſiue rei vendicat. nunquam deducit niſi
38 ſint fructus collecti, vt diſtinguit Bartolus ead. l. in fundo, num. 5. ff. de rei vend.

Expenſas vero neceſſarias, ad perpetuam rei
39 vtilitatem indiſtinctè deducit bonæ fidei poſſeſſor, §. ex diuerſo Inſtit. de rerum diuiſio. ſiue conſiſtant in reficiendo, vt puta ſi villa combuſta reficiatur, ſiue in faciendo de nouo, modo id eam neceſſitatem ſecum habeat, vt niſi fieret, res facilè eſſet peritura, vel infructuoſa remanſura, vt dicitur de villa, quæ ſit facta ne inculta bona remaneant, vt docet Bartol. in l. diuortio, §. impendia, num. 2. ff. ſolu. matrim. & ea. l. in fundo, num. 5. ff. de rei vendic. Alexand. ad Bartolum, in l. impenſæ,

Digitized by Google

penſæ, in verbo, actis de impenſis in rebus dota-
libus factis, quod porrigitur ad malæ fidei poſ-
ſeſſorem, quia ſibi imputaretur ſuævè culpæ a-
ſcriberetur ſi eas non faceret, l. domum, C. de rei
vendicat. differunt tamen in hoc, quia bonæ fi-
40 dei poſſeſſor deducit etiamſi res in quam impen
ſum eſt, ſit perempta ſecus in male fidei poſſeſſo
re, qui nõ deducit niſi extet, vt ſcriptum reliquit
idem Bartolus ſæpius adducta l. in fundo, num.
6. ff. de rei vendicat. quæ diſtinctio procedit etiã
41 in expẽſis vtilibus quas nullo modo deducit ma
le fidei poſſeſſor re perempta.

Vtiles vero impenſas bonæ fidei poſſeſſor de-
ducit, ſi aliquid per ſeparatam materiam adijcia
tur, vt puta ſi ædificium aliquod extruatur, ſi ta-
men tunc dominus erat facturus, & fit deductio,
quatenus is factus eſt locupletior. Quod extẽdit
42 etiamſi dominus non erat facturus, ſed venditu-
rus, & etiamſi non fuiſſet facturus nec vẽditurus
modo ſit diues, qui poſſet huiuſmodi impenſas
facere limitatur tamen vbi dominus eſſet paupe
rior ita quod pro eis ſatisfaciẽdis cogeretur qua
ſi omnia vendere, quia tunc non reddit, ſed poſ-
ſeſſori permittitur auferre, quod tamen ſublimi-
tatur, niſi domino denuntiatum eſſet, quia coge-
retur expenſas reſtituere prout diſtinguit idem
Bart. ea. l. in fundo, num. 7. & num. 18.

Item limitatur ſecundum Bartolum ibidem,
43 num. 8. quando additur etiam per eandem ma-
teriam, vt contingit in plãtandis arboribus, quæ
coaleſcunt propter eundem terræ humorẽ, quia
tunc poſſeſſor non deducit niſi petitor ſit diues,
aut diſtracturus, ſed contra eum extare videtur
communis opinio cum res ipſa longè melior fiat
huiuſmodi impẽſis, quæ plurimum ab induſtria
pendent, Boſſius noſter titu. de princ. num. 31.

Item limitatur in malæ fidei poſſeſſore, qui
non deducit niſi antiquum reædificet, quia ſi de
nouo incipiendo impenſas facit cenſetur dona-
44 re, niſi eſſet perſona, quæ non poſſet donare, quia
tunc repeteret, vel haberet cauſam à domino, vt
conductor, vel colonus, quia dicitur detentor, &
eius detentio non eſt iniuſta, cum domini volun
tatem habeat, vt egregiè explicat idem Bartolus
ea. l. in fundo, num. 11. quamuis, vt poſſit deduce
re etiam ſi impenſum ſit in faciendo, & non re-
45 ficiendo teneat Boſſius in titu. de Principe, nu-
mero 31.

Voluntarias autem impenſas bonæ fidei poſ-
ſeſſor non deducit, ſed tantum permittitur ſine
46 læſione prioris ſtatus rei abraſio, niſi alias domi-
nus fuiſſet facturus aut diſtracturus, quia tũc po-
tius pro expenſis vtilibus habentur, poſſunt ta-
men compenſari cum fructibus, niſi res propriè
eſſet reſtitutioni obnoxia, vt aperit Bartolus, ea.
l. in fundo, num. 10. & ibi videatur Alexand. in
verbo, compenſari, & generale videtur, vt in caſi
47 bus in quibus deductio expenſarum non datur
concedatur compenſatio fructuum, quos quis re
ſtituere tenetur, vt voluit Bart. ea. l. fundo, nu. 9.

Limitatur tamen in malæ fideí poſſeſſore, qui
eas non recuperat nec aufert in rei vendicatio-
ne, in petitione hæreditatis abraſionem admitti
putauit, gl. in §. ex diuerſo in verbo, ædificauerit
48 circa finem, Inſtitu. de rerum diuiſio. & Bartolus
in dubio relinquit, ea. l. in fundo, ante nume. 12.
Azo in ſumma, C. de rei vendicat. ante num. 24.
inquit ſibi magis placere vt eas perdat, quod &
ego approbo, cum improbo huic poſſeſſori mi-
nus, quam fieri poteſt fauendum ſit, & ideo etiã
vtiles quas de nouo ædificando facit minimè re
cuperat, text. in l. planè, ff. de pet. hæredita. ſuper
quo ea gloſ. ſe fundat, non loquitur in expenſa
merè voluptaria de qua nos agimus, cauendum
eſt tamen, vt in quocunque caſu in quo abraſio
conceditur ea negetur, ſi dominus paratus ſit tan
49 tum dare quantum eſſet habiturus poſſeſſor eis
corraſis, quia malitijs non eſt indulgendum, ſed
earum patentes portæ, & frequentes aditus po-
tius ſunt claudendi, q̃ reſerãdi heu quã magna eſt
malitioſorum hominũ turba, qui militẽ glorioſũ
agentes gloriantur in ea malitia, quæ vult videri
eſſe prudentia, cum tamen ab ea plurimum di-
ſtet, vt ſcribit Azo, eo. tit. C. de rei vendi. ante nu
me. 24. verſic. quod autem.

In eo vero qui à principio fuit bonæ fidei, &
poſtea malæ, ſeruatur quod ſuperius diximus iu
xta tempus in quo reperitur tempore factarum
impenſarum, ſolum eſt differentia, vt pro tempo
50 re quo eſt malæ fidei poſſit quod ædificauit tol-
lere, ſed minime recuperare, ſicut faceret ſi eſſet
bonæ fidei poſſeſſor, & ſic in hoc caſu miſto quæ
dam media eligitur via, l. Iulianus, ff. de rei vend.

Impenſa parua, vel magna dicitur arbitrio iu
51 dicis, vt ſcribit Menoch. de arbit. iudicum, & ſi
exigua fuerit non repetitur in commodato, vel
in dote, quicquid ſit in actione negotiorum ge-
ſtorum, vt notat idem Bartolus, in l. diuortio, §.
impendia, num. 2. ff. ſol. matrimonio, & in l. om-
nino, ff. de impenſis, in reb. dotal. factis.

Hæ autem impenſæ repetuntur actione, vel
52 mandati. vel negotiorũ geſtorum, vel exceptio-
ne doli, & retentione rei, quæ bonæ fidei poſſeſ-
ſori datur, vel officio iudicis quod præcipuè im-
partitur ipſi malæ fidei poſſeſſori, vt tradit gloſ.
in verbo. ædificauerit prope finem, Inſtitu. de re-
rum diuiſione, & ſentit Bartol. ea. l. in fundo, nu-
me. 15. verſic. & ſic vides, ff. de rei vendicatione.
53 Et datur quantum ſit impẽſum, licet ſit plus me
lioratum, ſi autem minus, quam impenſum da-
tur quantum melioratum, vt tradunt Boer. de-
ciſ. 44. Boſſius noſter, titu. de prin. num. 31. Dida
cus variarum reſolutio. cap. 3. num. 1. lib. primo,
Rolandus conſil. 28. num. 14. & conſil. 30. nu. 6.
Menochius de arbit. iud. caſu 258. quos adiectis
alijs refert interpres ad ſtatutum, cap. 417. volu.
primo, num. 699.

Ex his igitur, q̃ longa ſeriè retulimus, quo ſplẽ
didior eſſet huius articuli, qui ſępe in foro verſa
tur veritas, cõſtat Regnam cum ſit poſſeſſor bo-

Digitized by Google

næ fidei poſſe omnes impenſas neceſſarias, vel
vtiles recuperare exceptione doli, & retentione
rei, & voluntarias tollere iuxta diſtinctionem,
quam ſuperius attulimus, nec eſt priuandus poſ
54 ſeſſione niſi eis ſoluris, cum pro eis habeat tacitã
iuris hypothecam in poſſeſſis bonis ſuper quib.
factæ dicuntur meliorationes, vt ſcribunt Tiraq.
de retractu legali, §. 15. gloſ. prima, nume. 24. &
Neguſantius tractatu piguorum, quinta parte
ptincipali, membro quarto, num. 16. Boerius,
ea. deciſ. 44. nu. 6. & plurimos, & plurima in idẽ
copioſè aggregat, videndus omnino interpres ad
noſtrum Mediolanenſe ſtatutum, cap. 400. in
verbo totum domini vtilicati cedat à nume. 26.
vſque ad num. 306. volum. 2. vbi vide abundè, &
ſatis, maximè num. 251. vbi ex alijs probat hoc
55 ius retinendi etiam tranſire ad ſingularem ſuc-
ceſſorem abſq; alia ceſſione, & dari etiam in hoc
ipſo remedio reintegrandæ ex Menochij ſenten
tia quem num. 259. refert.

Et licet hæc exceptio meliorationum ſit adeo
56 fauorabilis, vt poſſit opponi poſt ſententiam ẽt
in actu executionis, & detur retentio, etiamſi li-
quidæ non ſint, modo tamen ſaltem in genere de
eis cõſtet, nec ſufficit ſi præſtetur fideiuſſio de eis
ſoluendis ſtatim atque licuerit, vt ſcribit Me-
nochius tract. recuperan. poſſeſs. remedio 5. nu.
570. & infinitos adducit idem interpres ad ſtatu
tum cap. 158. num. 111. & infra tribus ſequenti-
bus, & ſtatuto 417. num. 704. vol. primo, & ſta-
tuto 400. à num. 362. vſque ad num. 271. vo-
lum. ſecundo.

Attamen ad tollendas omnes dubitationes
meo iudicio tutius eſt, vt ea probentur, & curen-
tur adiudicari ſaltem in cauſa appellationis cum
magnum ſit commodum poſſeſſionis, & melius
57 ſit incumbere rei, quam actioni, & ſæpe nulla de
tur actio ſi quis à poſſeſſore deijciatur, l. Paulus
reſpondit, ff. de excep. doli, & notat Azo in ſum-
ma, eod. titu. C. de rei vendicat. ſub nnm. 23. &
quoties illæ adiudicatæ ſint, abſque dubio ſem-
per retentio detur, nec fiat rei poſſeſſæ relaxatio,
58 & reſtitutio niſi eis cum effectu ſolutis, vt nota-
tur eo ſtatuto, cap. 400. num. 267. vol. 2.

Nec in hoc poterit eſſe aliqua difficultas, cũ
in cauſa appellationis à diffinitiua poſſit ſemper
deduci, & probari, quod non eſt in prima inſtan
59 tia deductum, aut probatum, l. eos, §. primo, C.
de appellat. & l. per hanc, C. de temp. appellat. &
60 notatur ad ſtatutum cap. 131. num. 497. volu. 1.
& pari paſſu, & eo autem modo cum ea ambu-
let reuiſio ab arbitramentis, vt notatur eo. cap.
117. num. 16. quicquid ſit in interlocutoria, vel
in præceptis quindecim dierum vtilium in qui-
bus non admittitur noua probatio in cauſa ap-
pellationis, cum ex eiſdem actitatis debeat ſen-
tentia comprobari, & eius factum purgari, quia
61 cum ea appellatio aliter prohibita detur ob de-
trimentum illatum à iudice non poſſet de dam-
ni iniuria is coargui ſi noua probatio admittere-
tur eſſet excuſandus ea ratione, quod id quod in
ſecunda inſtantia probatur non fuiſſet coram eo
deductum, & comprobatum, vt declarat Bar-
tolus videndus in l. eius, qui, num. 3. & 8. vſque
ad num. 9. ff. de appell. recipien. ſunt tamen mul-
ti etiam caſus in quibus præſenti in ſpecie admit
titur noua probatio, vt ad ſtatutum, cap. 41. nu.
97. & infra, & cap. 43. num. 241. in verbo, nihil
62 de nouo, & cap. 153. num. 4. volum. primo. Et
quamuis in facto proponatur lapſos eſſe termi-
nos ad probandum præſtitutos, atque ideo dubi
tari, cum agatur de arbitramentorum executio-
ne in qua ex eo ſtatuto noſtro, cap. 117. volum.
primo, termini ad probandum præfiguntur præ-
ciſi, an Reina excludatur ab hac facienda proba
tione attamen cum forte etiam nos verſemur ex
tra caſum ſtatuti, cum agatur nõ de voluntario,
ſed de compromiſſo, neceſſario. additur etiam ex
varijs cauſis extra terminum poſſe fieri probatio
nes, vt puta, quia fuerit legitimè impeditus, vel
quia niſi nunc habuerit notitiam rei probandæ,
vel copiam teſtium, vt notatur ad ſtatut. ca. 22.
à num. 63. vſque ad num. 87. & agatur de exce-
ptione, quæ poteſt etiam poſt ſententiam proba
ri, & de qua iudex ex officio poteſt inquirere, &
cognoſcere etiam ex loci inſpectione, quæ nun-
quam excluditur facilè à Senatu Excellentiſſi-
mo datis de forma precibus à iudice etiam ap-
pellationis ſubſcriptis, poterit haberi terminus
ad huiuſmodi faciendam probationem, vt ibi-
dem notat. ſub num. 87. & propterea quo tutiori
in loco cauſa ipſa collocetur, hæc probatio fiat,
& ita ex his arbitror omnibus propoſitis quæ-
ſtionibus cumulatè ſatisfactum fore.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IOAN. BABTISTA, & Maximiliano Fratribus Gallaratis.

ARGVMENTVM.

An, & quando ex clauſulis in diuiſioni-
bus appoſitis fideicommiſſo renunciatum cenſeatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Fideicommiſſo renuntiatum non intelligitur per ſimplicem bonorum diuiſionem, maximè ſi agatur de fideicommiſſo, cuius caſus nondum euenerit ex communi doct. ſent.*

2 *Per diuiſiones fideicommiſſo renuntiatum cenſetur, ſi aliqua ampliſſima clauſula in eis ſcripta ſint*

ſint ex quibus id conijciatur ex magis communi ſcribentium opinione.

3 *Diuiſio non fit temporis licet ſit res omnium pretioſiſſima, cum tamen omnium rerum diligens fiat diuiſio.*

4 *Scientia teſtamenti probatur ex his, quæ fieri nequeunt, niſi inſpectis eius verbis.*

5 *Teſtamenti ſcientia maximè probatur ex legatorum ſolutione.*

6 *Alienandi facultas, & licentia in diuiſionibus conceſſa fideicommiſſi renuntiationem inducit.*

7 *Fideicommiſſi renuntiationem affert ampla iuriū ceſſio.*

8 *Clauſula, qua ſibi viciſſim & inuicem tranſtulerint plenum dominium, & fecerint ſe inuicem procuratores, cenſentur diuidentes fideicommiſſum remiſiſſe.*

9 *Clauſula poſitionis in ſui locum ius, ſtatum, & cōſtitutionis procuratoris in rem ſuam in diuiſionibus poſita, fideicommiſſi renuntiatione inferre debetur.*

10 *Clauſulæ plures ſimul coaceruatæ eo magis fideicommiſſi abrogationem præſeferunt, ſi in diuiſionibus appoſitæ ſint.*

11 *Demonſtratæ rei quicquid adijcitur fruſtra additur.*

12 *Stipulatio habere licere id agit, vt hæres promittētis nihil prorſus facere poſſit, quo minus ille habeat etiam ex iure ſuperueniente.*

13 *Hæres eius qui promiſit defendere rem venditam in forma communi, & iuris, non poteſt impugnare factum defuncti, etiam ratione fideicommiſſi.*

14 *Fideicommiſſi ſcientia, niſi adſit eius renuntiatio non inducitur, & ideo minor diuidens non intelligitur fideicommiſſum remittere.*

15 *A minore renuntiatio fieri nequit ſine decreto iudicis.*

16 *Ad fideicommiſſi probationem multum confert hæredis confeſſio, & obſeruantia ſubſecuta.*

17 *Alienandi facultatem erogatarijs teſtator tribuiſſe intelligitur ſi eis dederit liberam bonorum ſuorum poteſtatem.*

18 *Erogatariorum poteſtas ex verbis teſtamenti colligitur.*

19 *Procurator cum libera quibus verbis conſtituatur & quid facere poſſit.*

20 *Minoris bona ſine decreto alienari poſſunt, ſi à teſtatore erogatarijs, vel commiſſarijs ea ſit data poteſtas.*

21 *Minor ſi maior factus ratum habuerit quod in minori ætate geſtum eſt, amplius illud reuocare nequit.*

22 *Donare nequit procurator cum libera.*

23 *Mutui fideicommiſſi renuntiatio à minori fieri poſſe videtur, & cum læſio propter dubium euentū deficiat minimè reſtituitur.*

24 *Rei iudicata inter aliquos alijs non affert præiudicium.*

25 *Exceptio rei iudicatæ, vt alijs noceat, quæ concurrere debeant.*

26 *Sententia ſub falſo prætextu lata, nunquam in rē iudicatam tranſit.*

27 *Iniquitatis euidentis exceptio proponi poteſt perpetuo aduerſo rem iudicatam.*

28 *Sententia dicitur nulla quoties lata ſit aduerſus euidentes rationes.*

29 *Fauori ſuo quilibet renuntiare poteſt.*

30 *Hæres an & quando defuncti factum impugnare queat.*

31 *Confeſſio, hæredis fideicommiſſum admittentis nō nocet quoties errore imbuta probetur.*

32 *Confeſſio facta abſente parte non nocet.*

33 *Confeſſio emiſſa in ijs, quæ ſunt iuris non obeſt cū ius mutari nequeat.*

34 *Proteſtatio de non facienda aliquid, præiudiciale ius impugnandi conſeruat.*

35 *Referens aliter diſponere non poteſt, quam in relato contineatur.*

36 *Confeſſio, & res iudicata æquiparantur.*

CONSILIVM CCLI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

OMiſſo fideicommiſſi puncto, ſuper quo memini me alias conſuluiſſe pro Madijs.

In propoſito puncto ſeparato ab his, quę tunc ſcripſeram, an ſcilicet per factas diuiſiones inter fratres Madios cenſeatur ius fideicommiſſi remiſſum, ita vt hæredes diuidentiū nequeant auocare bona ratione prætenſi fideicommiſſi trāſlata à Pompeio Madio in Gallaratum, titulo. dotis Clarę eius filiæ.

Arbitror defendi poſſe ſecundum ea, quę proponuntur, vt ei fideicommiſſo renuntiatum cenſeatur.

Nam licet crebrius videatur, vt per ſimplicē
1 diuiſionem non intelligatur fideicommiſſo renūtiatum, maximè ſi agatur de fideicommiſſo, cuius caſus nōdum euenerit tempore diuiſionum, vt omnes tenent teſte Barto. quem cæteri tanquam anteſignanum ſequuntur, in l. qui Romę. §. duo fratres, num. 11. de verborum obligatio. Alba conſilio 29. numero 15. vbi de magis communi fidem facit, & complures eiuſdem ſententiæ autores adducit eius additio, in littera. F.

Attamen communi etiam Doctorum conſenſu declaratur hæc concluſio, vt nō procedat quotieſcunque in diuiſionibus appoſitæ forent clauſulæ aliquæ ampliſſimæ, & prægnantes, ex quibus colligi poſſet contrahentium mentem fuiſſe ius mutui fideicommiſſi remittendi, quia tunc data fideicommiſſi ſcientia ſemper renuntiatio inducitur, vt magis commun. profitetur Pariſ. videndus conſ. 71. num. 3. & 4. volu. 3. & qui aliter ſentiunt,

ſentiũt, ius fideicõmiſſi ſibi ſeruãt, caueťq; ne in diuiſionibus multo, & nimio ſermone, aut copioſæ orationis flumine ſibi noceant, proſpiciantq; ne, dum diuidendo litium nodum incidere contendunt, magis illum connectent; cum tamen diuiſiones ad litium flammam extinguendam, quę ſæpiſſimè inter ſocios, & fratres ex igne communionis exoritur, adinuentæ ſint; Poſtquam enim iure gentium data fuit notitia mei, & tui ad ſedandas diſcordias, quas ea res concitauerat, diſtincta ſunt rerum dominia, introductę ſunt ſalutares rerum diuiſiones, quandoquidem adacta communio, vt alibi dixiſſe meminimus, multa, & complura afferat incommoda, quæ deuitantur ex ipſa partitione, non temerè, ſed iuſtè, & conſideratè facta: verum enim vero non ſatis mirari poſſum, cur res omnium pretioſiſſima indiuiſa velut cõfuſum quoddam Chaos in confuſo dimittatur, & ita quidem perturbata, nihil vt ſit primum, nihil vt ſecundum. quid hoc eſt? aurum ne, vel argentum, omnium metallorũ pretioſiſſima: & quorum eximio ſplendore, quaſi ſolis radijs acies multorum ſenſusq; vincitur, & mentis oculus obcæcatur, id minimè quidem? nam eorum diuiſio, & partitio adeo minutatim, diſtinguitur, vt vnciatim, & per exiguè ad granũ vſque partiatur, quid igitur illud? an neſcis? eſt tempus ipſum; Quo nihil fore præſtantius, & pretioſius ſcio mihi concedes, cum ſemel amiſſum nequeat vlla arte recuperari, verum cum tempus omni momento fugiat, & more labentis aquæ præcipiti curſu fluat, ita vt mors ipſa nos inopinantes à tergo quotidiè ſequatur, quomodo hæc fieri poterit diuiſio; quomodo tanquam noſtrum id poſſideri poterit, quod fugit, & quod velociter agitatis alis peruolat; ſi attendes, non eſt id admodum difficile, modo velis, ſicut enim fugientes piſces, volantes aues capiuntur, & intercipiuntur retibus, ita etiam occupatis ripis aluei, per quem labitur, & tranſit velox tempus, poteris aliquas tẽporis partes tibi ſumere, quod facilè aſſequeris, ſi tripartitam diuiſionẽ facies, & primam Deo dederis, ſecundam tibi, tertiam alijs. Prima igitur Dei laudibus debetur, à quo primordia agendi capiuntur, ſecunda, tibi ipſi id eſt tuæ conſcientiæ, quam quotidie non aurificis ſtatera; ſed trutina theologica examinabis, & diligenter expurgabis, item tuis negotijs tam animi, quam corporis benè diſponendis. Tertia, alijs; id eſt in explendo ex bona fide munere, ſi quod habes, & in iuuando proximo, ita vt tibi ſemper ſit aliquod negotium nunquam otioſum, nec patiaris, vt ſæpè multi homines leuis armaturæ faciũt, qui de temporis iactura aliquam non gerunt curam, vt domo diſcedas ignarus quid acturus ſis, & non factà apud te ipſum laudabili, & diligenti temporis diſtributione, imò antequam domo exeas, quid acturus ſis apud te pertractes, rurſus cum redieris, quid egeris recogites, & quemadmodum mundi huius potentiſſimus, & ſapientiſſimus opifex temporis partes adeo egregiè partitus eſt, lucem à tenebris ſeparãdo, & per horarum, dierum, menſium, & annorum dinumerationem, & diſtinctionem, ſic & tu ſingulas tuas actiones, ita laudabiliter diſtinguas, vt tempus ipſum, earum fructum velox ſecum ferat, & in cæleſti illo domicilio reponat ad tuam ſempiternã vtilitatem, & voluptatem.

Vnde ad rem redeundo, ne nimium diuiſi in hac diuiſione cum temporis iactura moremur, in caſu noſtro duo ſunt probãda; vnum, ſcilicet, quod in diuidentibus adfuerit ſcientia, alterum quod in diuiſionibus ſcriptæ fuerint huiuſmodi clauſulæ aptæ ad fideicommiſſi renunciationem.

Quod ad primum attinet, ſcientia inter cætera ratione omnium probatur ex inſtrumento ipſo diuiſionum, & ex precibus Senatui oblatis, & in eo inſertis, in quibus fit mentio ſingularis ipſius teſtamenti, & ex eo ſe dicunt hæredes, & ad teſtamenti præſcriptum, quod in hac probanda ſcientia magni ego facio, adhibẽt erogatarios, & executores teſtamenti, & adminiſtratores bonorum à teſtatore in eo teſtamẽto ſcriptos, quod
4 neceſſario teſtamenti ſcientiam tempore ipſarũ diuiſionum probat, cum hæc ita fiat, quæ non poſſint fieri niſi inſpectis verbis teſtamenti, & cognitis, vt docet Bartolus in cod. §. de his tres, ſub numero 13. & tradunt cum alijs, videndi Maſcardus tracta. probationum in verbo, fideicommiſſi ſcientia, concluſione 780. per totam, & Peregrinus de fideicommiſſis, art. 52. num. 103.

Quod etiam confirmatur, quia ante diuiſiones multa ſoluerunt legata, & alia debita in eo teſtamento ſcripta, vnde ex ipſa teſtamenti obſer-
5 uantia rectè probatur ipſa ſcientia, vt probant iã relati ſcribentes, & qui referuntur à Simo. de Pretis, tractat. de interpretatio. vltimarum voluntatũ, lib. tertio, ſolut. 5. & vltima, paulò ante numerum 10. fol. 373. hæcque legatorum ſolutio mirificè teſtamenti ſcientiam comprobat cũ fieri non ſoleat niſi ex neceſſitate, nam vt in prouerbio eſt ad ſoluendum, quis non currit præceps, ad exigendum vero, & capiendum, quiſq; velox eſt, & minimè piger, cum in vno damnum in altero lucrum [illegible].

Quod vero pertinet ad clauſulas, vox, vlla, de eſt ex his, quas in hac re enumerant ſcribentes, nam adeſt promiſſio euictionis in forma communi, & iuris, quæ venit, etiam ſtante fideicommiſſi ignorantia cum promiſſio ſit expreſsè facta, Alba conſil. 311. numero octauo, adeſt clauſula eo tenore, quæ extenſæ ſecundum conſuetudinem Mediolanenſem important liberam di-
6 ſponendi facultatem, nedum in perſona diuidentium, ſed hæredum, quæ alienandi facultas fideicommiſſi abrogationem affert, Hondedeus conſilio 33. numero 18. Gayl. libro ſecundo practicar. obſeruati. 139. obſeruation. numero 11. & 12. Menochius præſumptio. 115. numero 17.

& 22.lib. tertio,maximè adiuncta clauſula Ceſ-
ſionis iurium ampla, quæ etiam futura reſpicit
7 Bertazolus conſi.75.nu.3. Marcabru.conſil.66.
numero 225. Crauetta conſilio 638.numero 9.
Menochius dicta præſumptio.115.numero 41.
adeſt item renuntiatio mutua,& viciſſim omniũ
iurium, & actionum ſibi inuicem quomodolibet
competentium,& ſpectantium,& quæ compete
re, & ſpectare poſſent, in & ſuper prædictis bo-
nis, & eorum cauſa, & occaſione, quod omnem
etiam cauſam remotiſſimam continet ſpectata
dictione occaſione, vt affirmat Socinus ſenior
videndus conſilio 156. numero 21. & infra vo-
lumine ſecundo, adeſt clauſula qua ſibi viciſſim
tranſtulerunt plenum dominium, & fecerunt ſe
8 inuicem procuratores in rem ſuam, & ſe poſue-
runt inuicem in ius, & locum alterius, Menoch.
ead. præſumptio. numero 63. Burſatus conſilio
64.numero 31.Marcabrunus, conſilio 66.num.
228. adeſt etiam clauſula, quod perpetuo rata,
grata, & firma habebunt contenta in eo inſtru-
mento;nec eis contrafacient vllo vnquam tem-
pore ex aliqua ratione, vel cauſa,& quod defen
dent ea bona libera ſibi viciſſim, & hæredibus,
& ſucceſſoribus, & quib. dederint, & ſemper, &
omni tempore, & ab omni perſona Bertazolus,
9 conſilio 75.nume. ſexto,& octauo, Hondedeus,
conſilio 33.numero 25. & numero 26.Menoch.
eadem præſumption. numero 28. adeſt demum
clauſula illa habere licere,quæ tanti eſt, vt ali-
qua ratione, vel cauſa non poſſit promittens,
aut eius hæres facere quominus ei, cui tradi-
tum eſt, vel is, qui ab eo cauſam ducit habere li-
ceat.

Quæ omnes clauſulæ per ſe conſideratæ, &
tanto magis ſimul coaceruatæ non eſt dubium,
quin afferant fideicommiſſi, etiam conditionalis
10 renuntiationem,& remiſſionem,vt fuſè, lateque
etiam proſequitur Borgninus omnino videndus
qui de communi atteſtatur, & inquit ita iudica-
tum fuiſſe deciſione 36.lib.primo, Simon à Præ-
tis excitato tractatu de interpretat. vltimar. vo-
luntatum,lib.tertio, ead. ſolutione quinta,& vl-
tima,numero 6.& infra,fol. 372. Maſcardus de
probatio.in verbo, fideicommiſſo renuntiatum,
concluſione 776. numero 9. & pluribus ſequen-
tibus Peregrinus, eod.articulo 52. maximè nu-
mero 28. & 36.& 43. verſiculo contrarium, &
46.& numero 52. Quos recentiores libenter af-
fero ne fruſtra membranas occupem, aut char-
tas onerem maiori authoritatum congeriè apud
eoſdem iam membratim bene digeſta, & abun-
dè in vnum congeſta cum ſemper duxerim in re
perſpicua authoritatum (quod eſt in aliquorum
non laudato more poſitum) redundantiam eſſe
potius comprimendam, quam dilatandam,cum
quicquid rei iam ſatis demonſtratæ adijcitur fru
ſtra ſit,& ſuperuacaneum, vt inquit Iuriſconſul.
in l.prima, ff.de dote prælegata; Tantique ſunt
hæ promiſſiones, & maximè ſtipulatio, habere

11 licere,vt hæres promittentis nihil agere prorſus
poſſit, quominus ille, cui facta eſt promiſſio, &
res eſt tradita habeat,& non tantum ex perſona,
& iure actoris, ſed etiam ex iure poſtea ſuperue-
niente,& ex perſona propria, & etiam nedum ſi
eſſet,facta promiſſio in forma communi,&iuris,
qualis eſt hæc,ſed etiam pro dato, & facto tan-
12 tum,quia adhuc hæres aliquid non poteſt agere
vnde factum autoris impugnetur,& illi,in quem
tranſlata eſt habere non liceat, vt tradit gloſ.no-
tabilis,in verbo,ſucceſſores, in l.ſtipulatio iſta in
principio,vbi altera gloſ. & in §.ſed quatenus,&
§.quæſitum,ff.de verborum obligatio.& ibidem
hoc idem apertè ſentiunt Albericus, numer. 17.
Roman. numero 7.& 8. Caſtrenſis ſub numero
primo,& colum.ſecunda,verſic.in ſecunda,gloſ.
& colum.tertia, verſicu.3.& vltim.Alexand.ſub
numero 6.Iaſon in 3.& 4.notabili,Zaſius nume
ro 13.Alciatus noſter numero primo,& ſecũdo,
ita,vt conſtet hãc eſſe communem omnium ſcri-
bentium ſententiam, vt comprobant Baldus in l.
final.ad finem,verſiculo, ſed pone, C.de actione.
empti, Marſilius ſingulari 475. prope finẽ, Nat-
ta conſilio 246.numero 3.libro ſecundo, Decius
conſilio 281.numero 8.& ibi eius interpres dicit
verum,& indubitatum, & late de magis commu
ni atteſtantes Ioſeph. Ludouicus in ſuis rationi-
bus concl.concluſio.16. colum.prima, verſic. in-
fertur ſecundo, Michael Craſſus, tractat. de ſuc-
ceſſ.§.hæreditas,quæſtione 12.numero 11.folio
21.Phanutius omnino videndus tractat. de in-
uent.hæreditatis,parte 7.numero 148. & multis
ſequentibus, & numero 220. & 221. Crauetta
conſilio 428. numero 9. & numero 10. qui om-
nes loquuntur in fortioribus terminis; ſcilicet in
promiſſione pro dato, & facto; ergo tanto ma-
gis id dicendum eſt in ampliſſima promiſſione
in forma communi, & iuris,quia hæres ex qua-
13 cunque cauſa non poteſt venire contra factum
defuncti, & tenetur ratam habere alienationem
de bonis fideicommiſſo ſubiectis factam ad Ga-
brielium,titu. de reg.iuris,conclu.11.nume. 3.4.
& 5.& 6.& alibi ſæpe.

Reſq; videretur certa,& ſine vlla prorſus du-
bitatione recipienda,ſi omnes diuidentes fuiſſent
maiores ſola eſt difficultas, & quidem non leuis:
quia cum aliqui ex eis eſſent minores, & Bartho
lomæus eſſet annorum ſeptem,duo inferri viden
tur,primo,ſcilicet,vt deſit ſcientia fideicommiſſi,
14 quia pupillus quicquid videt ignorat,& ſine ſciẽ
tia, & facto adiri, & actus ille explicari non po-
teſt, vt diſtinguit Bartolus eod.§.duo fratres,nu
mero 15.& Peregrinus, eod.artic.52. nume.51.
item ſecundo, aliud infertur,vt ſcilicet huius taci
15 ta renuntiatio non potuerit fieri ſine decreto iu-
dicis,l.ſi præſes & l.non ſolum, C.de prædijs mi-
norum, l.magis puto, §. ne paſſim de rebus eo-
rum.

Nec aduerſatur obtenta à Senatu diſpen-
ſatio, quia cum in precibus facta non fuerit
mentio

mentio fideicommiſſi nihil iuuat, vt etiam idem
Senatus declarauit poſtea ita mentis fuiſſe.

Quæ argumentatio eo magis roboratur cum
poſtea in concertatorio iudicio non obſtante di-
uiſione declaratum fuerit pro fideicommiſſo à
Iuriſconſulto, porrò, & cuius ſententia fuit con-
firmata ita, vt videatur obſtare exceptio rei iudi
catæ, & etiam confeſſio ipſius Pompei autoris,
& datoris Gallaratorum, qui non obſtante diui-
16 ſione faſſus eſt, fideicommiſſum ſubeſſe; & quæ
confeſſio, & obſeruantia ſubſecuta optimè con-
fert ad fideicommiſſi probationem, & afficit etiã
hæredes confitentis, Pariſius conſilio 11. nume-
ro 38. & infra, & conſilio 17. numero 21. lib. 3.
Ruinus conſilio 124. numero 4. 5. lib. 2. Goza-
dinus conſilio tertio, numero 17. Alba conſilio
74. num. 8.

Verum reſpondetur, cum teſtator executori-
bus, & erogatarijs teſtamenti, nempè Ludouico,
& Caſtellano fratribus ſuis pleniſſimam, & li-
beram dederit bonorum ſuorum poteſtatem, ita
vt facere in eis poſſent ea, quæ teſtator facere
17 poſſet, ſi viueret, conſequitur, vt facultatem inde
habuerint à teſtatore alienandi, & tanto magis
permutandi, vt optimè probant Bartolus in l.
alio hærede, numero decimoquarto, ff. de alimẽ-
tis, & cibarijs legatis. quia ex verbis teſtamenti
eorum poteſtas maximè eſt colligenda, cum ea
18 tota pendeat à voluntate diſponentis, vt tradit
Ioannes Oldend. tractatu de executoribus teſta-
ment. titulo 6. in principio, & Iacobus ab Arena
tractatu, de commiſſarijs, numero 34. & 35. &
Simon à Prætis relato ſæpius tractatu, libro 5.
dub. ſecunda, numero 29. & infra, fol. 487. & con
firmatur ex receptiſſima illa ſententia, vt pro-
19 curator cum libera poſſit ea facere, quæ ſingu-
lare mandatum requirunt, & liberam habere
cenſetur nedum, quando adſunt verba expreſſa,
vt hic, ſed & ſi dictum foret, quod poſſit facere
quicquid ipſe Dominus facere poſſet ſi eſſet præ
ſens, excepta mera donatione, quæ in huiuſmo-
di libera facultate minimè continetur, cum ni-
miam libertatem hæc habeat liberalitas, quæ re
quirit mandatum nominatim ad id, l. procura-
tor cui, ff. de procuratoribus, Iaſon in l. quæ acta,
numero 21. & 22. ff. de officio proconſ. Cotta no
ſter in ſuis memorialibus, in verbo, procurator
generalis, Alba videndus, qui loquitur in termi-
nis alienation. & Tutoris conſilio 205. numero
tertio, & numero ſexageſimo nono. & conſil.
731. num. 91.

Vigente igitur hac poteſtate in ipſis erogata-
rijs conſequitur ea pulchra, & ſingularis in iſta
20 materia deciſio, vt licet non poſſint minorum
prædia alienari ſine decreto, tamen id non pro-
cedat quoties commiſſario, vel erogatario a te-
ſtatore ea ſit data poteſtas: quia tunc id per ſe
facere poteſt ad exemplum procuratoris cum
libera, nec decreto opus eſt, vt eſt textus egre-
gius, in l. prædium, C. quando decreto opus nõ
eſt, & ibi gl. optima, quam communi conſenſu
21 ſequuntur Bartolus, Baldus, Salicetus, & alij in-
terpretes, in l. prima, & fina. ff. de rebus eorum. ac
cedat, quod in facto proponitur ipſos minores
poſtea maiores factos ratas habuiſſe ipſas diui-
ſiones, vnde eis amplius integrum non eſt eas re
tractare ſub prætextu minoris ætatis, toto titulo
C. ſi maior factus. Honden. conſilio trigeſimo-
tertio, in fine. ratihabitio autem colligitur ex a-
gnitione legati per alterum ex erogatarijs facti
ipſi Barhtolomęo cũ conditione, vt rata habe-
ret quælibet eius nomine geſta, & conſequen-
ter diuiſionem, Decianus conſilio 32. numero
95. in ſecundo.

Item ex publico inſtrumento anni 1555. in
quo clara habetur diuiſionum approbatio.

Nec refragatur ſi diceretur, hæc renunciatio
ſpecies donationis videtur, quæ vt iam præmo-
nui prohibita cenſetur etiam, quando facultas
22 cum libera tributa eſſet, vt inquit Alba eo. con-
ſil. 731. num. 9.

Quia reſpondetur negando hanc eſſe dona-
tionem, ſed potius permutationem, & ideirco
magis receptum eſt, vt quoties agatur de mũ-
tuo fideicommiſſo, & non adſit in renuntianti-
bus magna inæqualitas, & longum diſcrimen,
tunc minor eam facere valeat, & decreto o-
pus non ſit, nec reſtituatur etiamſi poſtea caſus
fideicommiſſi eueniret: quia cum agatur de re,
quæ poteſt ſe habere ad lucrum, & ad damnum,
& quæ in vtramque partem fluctuat incerta ſpe,
ita, vt poſſit dici, ventorum eſt quodcunque pa-
ras, minor non reſtituitur cum inſpecto princi-
pio non poſſit dici læſus, & ſine læſione reſti-
23 tutio non detur, vt magis communem in termi-
nis fideicommiſſi, dicit Pariſius conſilio trigeſi-
motertio, numero 72. lib. tertio, Sfortius Oddo
videndus tractat. reſtitut. in integrum, quæſtio.
85. artic. quarto, numero 26. & Peregrinus, eod.
artic. 52. numero 50. & cum in ipſis erogatarijs
adeſſet fideicommiſſi certa ſcientia, & tamen te
cum fratribus diuidentibus participata, & ma-
turè expenſa, atque examinata ſenſerint expe-
dire, vt mutua ea fieret fideicommiſſi renuntia-
tio; debet omnino etiam abſque decreto, &
ſcientia Bartholomæi infantis, qui tamen cum
eſſet annorum ſeptem inſtrumento interfuit, ſu-
ſtineri, & defendi maximè, cum propter mu-
tuum damnum, & lucrum detrimentum aliquod
aut læſionem aliquam nequeat continere.

Nec refragatur aſſerta ea res iudicata, quia
tanquam res inter alios acta in hoc iudicio ſe-
24 parato non poteſt parere exceptionem rei iu-
dicatæ nec plenum afferre præiudicium his, qui
in eo non fuerunt iudicio, toto titulo, C. quibus
res iudicata non nocet, & titu. res inter alios a-
cta, Alexand. in l. ſæpe, numero nono, & trigeſi-
monono, ff. de re iudicata, Socinus conſi. 129.
num. 6. lib. 3. & ad hoc, vt hæc exceptio noceat
inſpiciendum eſt an idem corpus ſit, quantitas

Digitized by Google

eadem, idemq́; ius, & eadem cauſa petendi, & ea
dem perſonarum conditio, quæ niſi omnia con-
25 currant alia res dicitur, l. cum quæritur cum dua-
bus ſequentibus, ff. de excep. rei iud. & cum ſen-
tentiæ illæ fuerint latæ ſub eo prætextu, quod
fideicõmiſſo nõ cẽſeret renũtiatũ per diuiſiones,
quia factæ fuiſſent à minore ſine decreto, & ta-
men conſtet hoc à veritate alienum eſſe; & aber-
rare, cum factæ fuerint ab erogatarijs habenti-
bus à teſtatore liberam facultatem ſic diſponen
di, conſequitur, vt dicãtur latæ ſub falſo, & erro-
26 re imbuto fundamento, & perconſequens dican
tur nullæ, & vim rei iudicatæ obtinere nequeãt,
l. qui teſtamento, vbi glo. in verbo, pronuntiatio
nis, ff. de excuſatio. tutorum. Iaſ. in l. ſi is apud
quem, num. 18. & infra, ff. de acquiren. hæredita.
27 Crau. videndus conſil. 134. num. 54. & ſaltem ex
cipiendo poteſt opponi perpetuo de euidenti,
qualis eſt hæc, iniquitate ſententiæ, etiam ſi tran
ſiuiſſet in iudicatum, cum ſacratiſſimæ leges iu-
ſtitiæ plenæ nequeant ferre tantam iniuſtitiam
omni rationi, & conſenſui aduerſantẽ, vt tradit
Alba conſi. 118. num. 22. quia dicitur nulla quo
ties eſt lata aduerſus euidentes rationes, & ſoli-
da fundamenta, idem Alba conſilio 434. nume.
23. & conſilio 328. numero 64. & conſilio 776.
28 numero 20. & cum lata eſſet ad poſtulationem
Pompei ſenioris aui Materni reorum conuen-
torum, ſit, vt ei renuntiari poſſit ad notata in l. ſi
29 quis in conſcribendo, C. de pactis, Socinus iun.
conſil. 87. numero 6. & conſil. 89. numero 26. vo
lum. 3. & regula illa, quod hæres non poſſit im-
pugnare factum defuncti non procedit, quando
30 ex facto defuncti non oritur actio, nec exceptio
item quando factum eſt futile, vt declarat ex a-
lijs Gabriellus lib. commun. titul. de regulis iu-
ris, concluſ. 11. numero 24. & numero 31. nec
mouere debet ſi diceretur, inde ſaltẽ oritur quæ-
dam confeſſio ipſius defuncti circa fideicommiſ
31 ſum, quæ eius hæredi nocet; quia id non procedit
quoties docetur, vt in caſu noſtro confeſſionem
huiuſmodi fuiſſe errore affectam, vt in terminis
declarat Simon à Prætis videndus relato tracta.
de interpretatio. vltimar. voluntatum, lib. ſecun-
do, interpret. 1. ſolu. 3. num. 57. & infra, fol. 123.
& lib. 3. ſolut. 12. num. 20. folio 296. vbi firmat
reddi huiuſmodi confeſſionem inanem, etiã ob
errorem iuris in fideicommiſſo, &c. omnis enim
ęquitas, & ratio poſtulat, vt errantibus ſubuenia
tur, & quod minus rite aut rectè geſtum eſt cor-
rigatur, deſcendentesq́ue Bartholomęi, vbi ea
non poſſunt, quia non fuit pręſens in iudicio, ſed
ſolum Iulius Cæſar, & confeſſio abſente parte
32 non nocet, l. iubemus, C. de liberali cauſa, Burſa.
conſil. 158. num. 18. Rurſus tanquam emiſſa in
eo, quod in iure conſiſtit non obeſt; nam non li-
cet priuatis iuris diſpoſitionem tollere, l. ornamẽ
33 torum de auro, & argento legato, Bartol. & alij,
in l. prima, ſi certum petatur. Francus deciſione
60. num. 20. & in terminis Burſat. conſi. 170. nu
me. 55. & conſil. 339. num. 21. Decian. conſi. 10.
num. 80. in 3. Marzarius, conſil. 3. num. 5. maxi-
mè cum præmiſſa ſit proteſtatio in principio a-
ctus de non faciendo aliquid, quod præiudiciũ
34 afferre poſſet. Rota Romana nouiſſima deciſio-
ne 190. parte prima: atque in fine contineat clau
ſulam, qua ſe refert ad inſtrumentum in cauſa
productum, vnde in relato tota vis conſiſtit, Pa-
35 riſ. conſil. 7. num. 1. & 4. in tertio nec referens ali
ter diſponere poteſt, quam in relato cõtineatur,
Resq́ue iudicata non obſtat ſicut nec confeſſio
36 cum æquiparentur, Bartol. in l. ſecunda, in fine,
C. de edendo, & tanquam res inter alios acta eo
minus attendi debet, Burſatus conſilio 64. in
fine.

Et hæc ſunt, quæ mihi in hoc articulo dicenda ſe offerunt, quæ qualiacunque ſint libenter ſubijcio grauiſſimo iudicio Optimi Senatoris Vicecomitis, &c.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO ALEXANDRO Margarita.

ARGVMENTVM.

Venditio prędiorum minoris facta ſine iudicis decreto, ſed adhibitis agnatis ex Senatus diſpoſitione, an iure defendi poſſit; & quę lęſio in ea re deſideretur, & quo modo ea probanda ſit: & an emptor faciat fructus ſuos, & minor teneatur reſtituere pretium in eius vtilitatem verſum, multaque in huiuſmodi re digna, vt legantur, traduntur.

SVMMAE RERVM.

1 *De euictione quem tenet actio, eundem agèntem repellit exceptio.*
2 *Euictionem praſtarè debet hares eius qui fideicommiſſum alienauit etiamſi ipſe ex fideicommiſſo eſſet vocatus.*
3 *Alienatio bonorum fideicommiſſariorum inutilis, & inualida videtur.*
4 *Ad fideicommiſſum agens debet probare, quod eius caſus euenèrit, & quod aſcendentes ſint de legitimo matrimonio nati, vbi id exigatur.*
5 *Ad fideicommiſſum agens debet probare bona fuiſſe in bonis, & dominio fideicommittentis.*
6 *Dictio, meus, dominium ſignificat.*

7 Bona in bonis alicuius fuiſſe ad hoc, vt teſtes probent debent de duobus ſaltem agrorum finibus deponere.

8 Teſtes de auditu, & fama licet admittantur, vbi agatur de facto antiquo, tamen vt probent, multæ qualitates requiruntur.

9 Teſtibus vilibus, vel in perſona defectum patientibus multum de fide diminuitur.

10 Subditus non videtur idoneus teſtis in cauſa eius domini.

11 Principi eſt exponenda omnis qualitas, quæ eum poſſit remouere à conceſsione facienda, vel eum difficiliorem reddere.

12 Fideicommiſſarius vbi venditor, & emptor fideicommiſſum ignorauerint poteſt niſi ad pretium agere.

13 Trebellianica non poteſt prohiberi ex receptiori ſententia filijs primi gradus.

14 Fideicommiſſarius poteſt deducere funeris impenſam, debita, vel legata ſoluta, modo non ſint annua, ſed ſimplicia etiam ſi illa ſoluiſſet ex fructibus.

15 Alienata imputantur in legitimam, & Trebellianicam.

16 Exceptio quæ prodeſt, vel obeſt principali prodeſt vel obeſt cuilibet habenti cauſam ab illo.

17 Exceptionis ius tranſit in ſingularem ſucceſſorem.

18 In ius alterius, qui ſuccedit iure eius vti debet.

19 Exceptiones competentes debitori, competunt etiã eius creditori.

20 Excipiendi ius autori meo ſuperueniens, etiam ex noua cauſa mihi prodeſt.

21 Succeſſor ſingularis poteſt iure autoris ſui etiã perſonali vti, & ſe defendere.

22 Minoris res immobilis ſi fuerit alienata, non ſeruatis debitis ſolemnitatibus inanis eſt alienatio.

23 Superioris verbum, & autoritatem habens non indiget verbo, & autoritate inferioris.

24 Præſentia agnatorum, & principis autoritas, facit, vt contractus bona fide factus cenſeatur.

25 Principis autoritate quemquam decipi æquum nõ eſt.

26 Senator dicitur pars corporis ipſius principis, & ſicut principis, vel præſidis præſentia ſupplet decretum iudicis, ita etiam hoc præſtat præſentia ſenatoris à principe delegati.

27 Diſpenſatio ſenatus circa alienationem rerum minoris ſupplet decretum iudicis.

28 Minorum res alienari poſſunt ſine ſubhaſtatione ex conſuetudine.

29 Non reſtituitur minor aduerſus ſubhaſtationem vbi dolus, & fraus abſit.

30 Aeſtimatio per ſubhaſtationem facta, vera præſumitur, & qui contrarium aſſerit id probare debet.

31 Reſtitutio non conceditur ſine læſionis probatione.

32 Venditionem in minori ætate factam, ſi maior factus quis approbauerit amplius eam impugnare nequit.

33 Ratihabitio verbis, & factis inducitur, & nedum expreſſe, ſed etiam tacitè.

34 Reſcriptum videtur tollere defectus in precibus expreſsis.

35 Reſcriptum ex precibus interpretatur maxime ſi expreſſa adſit relatio.

36 Reſtitutionis in integrum beneficium ſublatum cẽſetur ſi princeps reſcripſerit, vt contractus perinde habeatur ac ſi à maiore factus fuiſſet.

37 l. ſecunda, C. de reſcind. vend. remedium denegatur læſione non probata.

38 Læſionem & alicuius rei æſtimationem, vt teſtes probent quid debeant deponere.

39 Flumini vicina prædia multo minus valent.

40 Pretium rei minuit nedum qualitas rei venditæ, ſed perſona vendentis.

41 Periculis inundationis res expoſita etiam ſine ſolẽnitate alienari poteſt.

42 Aeſtimari res tantum non dẽt quantum valet, vbi non adſit emptorum copia.

43 Pactum reuẽdendi paulo plus quarta parte iuſtum pretium minuit.

44 Vtilitas vẽditionis oſtẽditur quoties augetur pretium quo antea alienata fuit.

45 Vtilitas apparẽs, vel putatiua ſufficit ad ſuſtinẽdam alienationem bona fide factam.

46 Facilis eſt ludus poſt rem geſtam illam acutè mordere, & grauiter reprehẽdere.

47 Mobilia minorum vbi alienari poſsint non debẽt alienari immobilia.

48 Probatio dubia, & in genere non iuuat, ſed eſſe dẽt neceſſaria.

49 Alienari non debẽt mobilia minorum, vbi ſint eis neceſſaria pro eorum vſu.

50 Credi poteſt viris perſpicuis, & inſignis qualitatis.

51 Confeſsio valdè veriſimilis probat.

52 Solutio dicitur neceſſaria, quoties imminet periculum caducitatis.

53 Dotis ex cauſa poſſunt alienari bona fideicommiſſo aſcẽdentium ſubiecta.

54 Alienatio vbi ſit permiſſa à teſtatore non exigitur tanta ſolennitas, etiamſi filij ſint minores.

55 Proximè faciendum pro facto habetur.

56 Alienatio rei immobilis, quæ ſit minoris pro diſſoluendo ære alieno permittitur, etiamſi illud minus ſit pretio rei venditæ, quoties, vel res nõ recipiat commodam diuiſionem, vel paruus ſit exceſſus.

57 Minor debet reſtituere pretium rei minus legitimè venditæ quoties illud ſit in eius vtilitatem verſum.

58 Contractus minoris nõ dicitur omnino nullus quoties acceſſerit diſpenſatio Senatus.

59 Pro meliorationibus vtilibus, vel neceſſarijs datur retentio.

CONSILIVM CCLII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

FVndamentum ſuæ exceptio-
nis ſatis pulchrè iactum ha-
bet Alex. Margarita, aduer-
ſum Hieronymum,& fratres
Bottas feudatarios ex inſtru
mento venditionis ſibi factæ
adhibita Senatus diſpenſatione ab olim Regio
Senatore Comite Martire Pompono cui literis
regijs commiſſa fuerat cura ipſorum Bottarum.

Nec illud diruitur ea replicatione, quod fidei
commiſſum obſit, quod ſolemnia in rebus mino-
rum deſiderata neglecta ſint.

Nam ad primam reſpondetur, cum cōtractus
geſtus à Co. Pōpono iuris interpretatione cēſea
tur factus ab ipſiſmet nunc actoribus facile ſum
mouētur ea nota reſponſione, vt quē de euictio-
ne tenet actio eundem agentem repellat exce-
1 ptio.l.vindicantem,ff.de euict. quæ concluſio a-
deo vera eſt, vt etiam procedat in ipſo hærede a-
lienantis fideicommiſſum, & etiam ſi adeſſet
clauſula alienationem prohibens, l.filiusfami-
2 lias, §.cum pater de legatis primo, Marzarius e-
pit.fideic.quæſt.46. verſic. ſed Pinellus, & dixi,
ego conſil.102. num.7. & 8.vol.2, vbi plures in
idem congeſſi,& licet alienatio bonorum fideicō
3 miſſo ſubiectorum videatur inutilis, vt reſpōdit
Menoch. conſ.89. tamen id verum eſt reſpectu
eorum qui alienationi non conſenſerunt, & vbi
non valeret, ſatis eſt quod ijdem agentes de eui-
ctione teneantur ad tantundemq; conueniri poſ
ſint, atq; vnico contextu condemnari debeāt ad
effugiendas inanes circuitiones.

Secundo dicitur ipſos actores deficere (vt a-
iunt) in ſalutari, & in primo iudicij ingreſſu:nā
cum fideicommiſſum plures habeat cōditiones,
& vocet tantum de legitimo matrimonio natos,
4 agens debet probare caſum fideicommiſſi eue-
niſſe, & quod eius aſcendētes fuerint legitimè na
ti,c.lator qui filij ſint legitimi, Alexand.conſil.
25.ſub num.8.lib.4. Decius conſil.471. num.2.
& 4.& com.dicit Soc.ſen. conſ.39. num.1. & 2.
lib.1.Simō à Prætis de interp.vlt.vol.lib.5.dub.
vlt.nu.247. & infra plurib. ſeqq. fol.650.& de-
bet etiam probare bona fuiſſe in bonis,& domi-
5 nio fideicōmittentis, quando contra tertiū agi-
tur, vt hic Crauet.conſ.61.nu.6.Mantic.de con-
iect.vlt.volunt.lib.7.tit.6.num.5.Maſcar.in ver
bo,ad fideicommiſſum agens,concl.777.& con-
cluſ.duabus ſequent, & maximè id concedendū
6 eſt quando teſtator adiecit pronomē meis,quod
dominium teſtatoris ſignificat, l.ſeruos, in 1.de
leg.3, Alex.conſ.150,lib.7.teſtes autem ad hoc,
vt probent bona fuiſſe in bonis debent deponere
7 de duobus agrorum finibus,ſeu confinibus, vt do
cet Bar.in l.demonſtratio.ff.de condit.& demon.
l.forma, de cenſib, Crauett.conſ.57. nu.5.& vbi
agatur de facto antiquo, licet teſtes de auditu,&
fama admitti quandoq; ſoleant, eſt tñ animad-
uertendum, ꝙ debent eſſe perſonæ graues quib.
8 fides ſit adhibenda. Item quod ante litis cōteſta-
tionem audiuerint,& à plurib. Item quod illi an
tiquiores eſſent,& omni exceptione maiores,qđ
gradus diſtinguant, & adiungant ſe ita credere,
atq; ēt non interrogati ſui teſtimonij bonas affe
rant rationes,c.licet ex (quadam ex de teſt. Cæ-
phal.viden.conſ.250.nu.18.lib.2.) latè idē Præ
tus relato tractatu,lib.5.dub. vltima. fol.533.à
nu.302.vſq; ad finem, & cum nihil aut parum
de prænarratis qualitatib.præſtiterint examina-
ti teſtes, vt ſuo acri iudicio facile eorū teſtimo-
nia legēdo percipere poteſt integerrimus iudex,
nihil prorſus probant, maximè cum ēt multum
de fide diminuatur propter defectus quos patiū
9 tur in perſonis, tum ratione vilitatis, l.3.ff.de te-
ſtib.§.1. verſ.& non, quoſdam in auth.de teſtib.
tum quia ſunt ſubditi,& familiares ipſorū acto-
rum, quorum potentiā,& ſeuerum cultum facile
timere debent, & quibus aduerſari vix nequeūt,
aut repugnare audēt, vt ſatis probatur fide exhi
bita à reis conuentis, dum propter illatas minas,
& incuſſum metum aſſerunt teſtes habere nō po
10 tuiſſe, vt ex alijs oſtendit Gabr.tit.de teſtibus cō-
cluſ.10.num.22.& 23.& num.28.

Non officit, vt Senatui exponenda foret ea
qualitas, quod iſthæc bona fuiſſent fideicōmiſſo
11 ſubiecta, c.poſtulaſti, c.ex literis, de reſcr. Rimin.
iun.cōſ.2.n.22.lib.1. Natta conſ.631.n.36.li.3.

Quia dicitur id non fuiſſe expreſſum, quia v-
terq; contrahentium ignorauit ſubeſſe fideicom
miſſum, quo caſu alienatio tenet,& poteſt agi ni
12 ſi ad pretium, l.vlt.§. vlt.de leg.2. Maſcar.in ver
bo, fideicommiſſarius, qui vult rem alienatam re
cuperari poſſe concluſ.779.

Præterea rūdetur, quod ex fideicōmiſſo dan-
tur multæ, & complures deductiones filijs primi
gradus.ſ.legitimæ,& Trebellianicæ, quæ nō pōt
13 ex receptiori prohiberi filijs primi gradus,& quā
uis aliter ſeruetur Med, tñ cū bona ſint extra ter-
ritoriū ſita dēt ſpectari juris cōis diſpoſitio, idē
Gab.lib. com.ad Treb.cōcl.1.& ēt pōt hæres de
ducere funeris impenſam,& debita, vel legata te
ſtatoris ſi quæ ſoluit, ētſi illa ſoluiſſet ex ipſis fru
14 ctib.modo legata nō eſſent annua, ſed ſimplicia,
l.in fideicōmiſſum, ff.ad Treb, & latè ſuſeq, has
oēs deductiones proſequitur idē Simon à Præ-
tis excitato, trac.lib.3.fol.353.fol.4.per tota illā
ſolutionē, alienataq; à grauato ſemper imputan
tur in iſtas deductiones, ad euitādas circuitiones
inutiles, & vt conquieſcat euictionis fluctus, ſtre
pitus, fremitus, atq; clamor, dū vnus alterū, & al
15 ter alterū pulſat, vrget, & inſtat, l. Marcellus,§.
lex quæ, ff.ad Trebel. Alba conſ.200. nu.23.&
conſ.502.nu.4.& conſ.503.nu.2.ſicut igitur ipſi
fideicōmiſſo onerati has exceptiones afferre poſ
ſēt, ita ēt ex eorū perſona, eis ēt īuitis pñt illas de
ducere eiſq; ſe tueri ipſi emptores, ꝗ ab illis cām
habent,

habent,quia exceptio,q̃ prodeſt, vel obſtat prin
cipali,prodeſt & obſtat ẽt cuilibet habenti cau-
16 ſam ab illo,vt ſcribit doctiſ. Alci. noſter conſilio
29.num.7.lib.6. & ius exceptionis tranſit in ſin-
17 gularem ſucceſſorem: idem Alciatus conſil.48.
num.5.lib.8. Crauet.conſi.148.num.2.nam qui
in ius dominiumvè alterius ſuccedit iure eius vti
18 debet,l.qui in ius,ff.de regul.iuris,& exceptiones
competentes debitori competunt etiam eius cre
19 ditori, l.ſi cui, C.de non numerat. pecunia.imo
amplius,quamuis ius ſuperueniens authori meo
20 ex noua cauſa non ſoleat mihi prodeſſe, prodeſt
tamen huiuſmodi ius ad excipiendum cum fauo
rabiliores ſint exceptiones, quam actiones,l.ſi à
Titio, ff.de rei vendicat. Bartolus, in l.cum vir,
num.10. de vſucap. poteſt igitur Margarita ad
excludẽdum ius fideicommiſſi deducere eas om-
nes exceptiones, quas poterat author afferre, &
id maxime cum propter clauſulas in inſtrumen-
tis venditionum apponi ſolitas,emptor conſti-
tuatur à venditore procurator in rem ſuam,ad
faciendum omnia quæ auxilio eſſe poſſunt pro
defenſione,& manutentione bonorum vendito-
rum,accedit, quod ſucceſſor ſingularis poteſt iu-
re authoris ſui etiam perſonali ſe defendere,cum
21 quodãmodo eum repreſentet ex Theorica Bart.
in l.ſi tertius, §.ſi prius,ff.de aqua pluuia arcẽda,
& l.ſi tibi, §.pactum, vbi etiam Alexand.de pa-
ctis, Iuriſpontificij interpretes, in cap.quia,§.de
iudicijs, & propterea etiamſi id expoſitum fuiſ-
ſet Senatui Excellentiſſimo, vtique idem reſcri-
pſiſſet, quia hæc fideicommiſſi exceptio his
proximis rationibus preſſa ita eliditur, vt exiſte-
re non poſſit,ſed meo iudicio cum ijdemmet,qui
alienaſſe cenſentur, ſint illi, qui agunt vigore fi-
deicommiſſi,ceſſat omnis dubitatio, quia vt dixi
illi à lege contractus facile excluduntur, vnde to-
ta difficultas verſari videtur in altero puncto, ſci
licet an inanis,& inualida ſit habenda venditio,
quia ſeruatæ non ſint ſolemnitates in diſtrahen-
dis bonis immobilibus minorum deſideratæ, l.
22 magis puto,§.non paſſim.ff.de reb.eorum,& ſen
tiunt Borgninus,de tutore,num.129. Simoncel-
lus,de decret.lib.primo, titu.primo,num.primo,
Quia cum venditio facta ſit à lectiſſimo Sena
tore,& viro integerrimo,& grauiſſimo Co.Mar
tire Pompono,& cum ſpeciali diſpẽſatione Ex-
cellentiſs.Senatus,qui voluit conſenſum agnato
rum,& cognatorum adhiberi, illique & quidem
omni exceptione maiores interfuerint, nempe
Bergotius Rota, & eques Hieronymus Viceco-
mes, negari non poteſt quin ſolennis cenſeri de-
beat venditio,nec opus fuit iudicis decreto, cum
ſingulare, & ſpeciale principis reſcriptum idem
agat,& operetur, quod decretum inferioris ſolẽ-
23 ni iure interpoſitum,quia habens verbum, & au
thoritatem ſuperioris,non indiget verbis aut ad
miniculo inferioris,quemadmodum enim ſtellæ
in radio ſolis,& bona corporis in virtutum ſplen
dore non cernuntur, quia maior lux minorẽ ab-
ſorbet,& ideo ſol dictus,quia cum exortus eſt,ob
ſcuratis cæteris ſideribus ſolus apparet, ſic inferio
ris iudicis decreto opus non eſt, cum adſit illud
principis,qui ei præeſt,vt eſt tex. & ibi Roland.
& Salicet.videndus omnino, qui diſtinguit in-
ter ſpecialem, & generalem conceſſionem poſt
gloſ.in l.ſecunda, C. quando decreto opus non
eſt, Rolandus à Valle,conſil.54. num.13.libr.2.
Menochius conſil.478.num.34.lib.5.& meher-
cle præſentia Senatoris Iudicis ſupremi, & agna
torum tantæ qualitatis præſens præſtantia,om-
nes defectus, & quaſi contractus remigium ſup-
plet,omnemq́ue doli, & fraudis ſuſpicionem di-
24 mouet,& palam,& bona fide tunc contractus ge
ſtus cenſetur, vt docet Socin. ſenior,in l.prima,
§.fuit quęſitum,num.1.& Iaſ.num.19.ff.ad Tre
bellian. Bartolus videndus, in l.frater, num.51.
ff.de condit.indebiti, & ratio videtur ſatis ſtabi-
lis, & firma, quia non decet quemquam decipi
25 principis authoritate, l.prima, C.qui veniam æ-
tatis; nec ideo tunc datur reſtitutio in integrum,
vt tradit gloſ. ead.l.ſecunda, C.quando decreto
opus non eſt:& ſi præſentia principis, vel præſi-
dis ſupplet decretum, ita etiam idem eſt dicen-
dum, quando interuenit Senator ex principali
conceſſione, cum is dicatur pars corporis ipſius
principis,& Senatus,& ſic ex magnis iudicib.l.quiſ
quis, ff.ad leg. Iul. Maieſt. Bar. pulchrè in rubr.
de Sen.ſpeculator de iuriſd.om.iud. verſ.magni.
Nec obſtat,quod non propterea videãtur ſub
latæ aliæ ſolemnitates,quæ fuerunt prætermiſſæ
excepta exceptione ſchedularũ,quia attẽta ea ſin
gulari cõceſſione opus non erat huiuſmodi ſolẽ
27 nitatibus,vt tradunt Bart. Bald. Salic.& alij,ea.
l.2.C.quando decreto opus non eſt.
Præterea ſatis adhibitæ fuerunt, tum ab ipſo
Senatore Pompono tum ab agnatis, qui diligen
ter cauſas alienationis nempe pro diſſoluẽdo ęre
alieno, & pro nubenda filia inueſtigarunt & e-
gregiã in ea re diligentiam adhibuerunt, vt ſatis
conſtat ex præfatione, & ex facti narratione ip-
ſius inſtrumenti, & ex ſolutionibus proinde fa-
ctis;& cum res minorum ex cõſuetudine ſine ſub
haſtatione poſſint alienari, vt tradit Simoncel-
28 cellus,tract.de decreto, lib.primo, titu.primo,nu
me.67.& tamen ea fuerit adhibita, hinc conſtat
& de bona fide ipſius Senatoris, & de ſumma
eius in ea re diligentia, & tunc eo magis deletur
prorſus omnis læſionis ſuſpicio,quia res tantum
29 valet, quantum vendi poteſt,nec videtur, quod
minor debeat reſtitui aduerſus ſubhaſtationem,
ſi fraus,& dolus malus abſit,vt traditur,in l.ſecũ-
da, C.ſi aduerſus, vendit.pigno.& vera præſumi
tur æſtimatio per ſubhaſtationẽ facta, ita vt qui
30 contrarium probare velit,grauiori ſaltem proba
tionis onere oneretur,vt tradit Maſcard. in ver-
bo, æſtimatio an probetur per ſubhaſtationem,
concluſ.656.
Secundo eſt aduertendum,quod reſpectu Lu
douici, ipſe Co. Ponponus venditionem fecit;

tanquam eius procurator, cum eſſet tunc maior,
& ſic quod ad eum pertinet, teſtitutionis in in-
tegrum ex capite minoris ætatis ſuffragium de-
negatur,

Tertio cum ipſe contractus fuerit adeo legiti-
mè, & ſolemniter geſtus, qui eum impugnare co
natur, euidentius probare debet ipſam lęſionem,
etiamſi eſſemus in caſu in quo reſtitutio in inte-
31 grum dari poſſet, quia illa non procedit ſine læ-
ſionis probatione, vt ſcribit Gabriel.lib.commu.
titu.de in integrum reſtit.concluſ.prima.

Quarto cum ipſi qui erant minores, facti ma-
iores ſcientiam habuerint ipſius venditionis, &
eam ſaltem facto ratam habuerint, & approba-
uerint, non poſſunt eam ex capite minorum in-
32 fringere, l.prima, C.ſi maior factus rat.habuerit,
& l.prima, C.ſi maior factus alien. ſine decreto
factam ratam habuerit, & tradit Simoncellus de
decreto, lib.3.titu.9.inſpect.prima, num. 4.& an
te num.7. vbi affert plura exempla huius tacitæ
33 ratihabitionis ad rem apprime facientia, nec æ-
quitati conuenit, vt quod dictum eſt, indictum
ſit, quod modo erat ratum, irritum ſit, ſed decet
in contractibus conſtantiam adeſſe.

Quinto cum in ipſis precibus facta ſit mentio
læſionis, & in integrum reſtitutionis, & Senatus
conceſſerit, non attentis allegatis in precibus in
34 contrarium facientibus, ſatis cenſetur vtrumque
remedium ſublatum, quod de iure communi ẽt
dicendum eſt, attenta hac ſingulari conceſſione
Principis, vt tradunt Baldus, & Salicetus, ead.l.
ſecunda, C.quando decreto opus non eſt, & re-
ſcriptũ interpretatur ex ipſis precibus, & ad nar-
rata in eis ſe refert, maxime, quãdo expreſſa ad-
35 eſt relatio, qualis eſt in caſu noſtro, l.prima, C.de
diuerſis reſcriptis, vbi videatur, Iaſ.in ſecundo
notabili, & cum ſanxerit Senatus, vt contractus
haberetur, perinde ac ſi factus fuiſſet à maiorib.
36 non poteſt prætextu reſtitutionis in integrum re
tractari, vt habetur in l.prima, C.de his qui ve-
niam ætatis impetrarunt, & tradit Oddo tracta.
reſtitutio.in integrum, quæſtio.23. articulo 9.
num.39.

Sexto nec reſciſſio, ex l.2. C.de reſcinden.
dari poteſt, cum nullibi probata ſit lęſio etiam
37 ad obtinendam reſtitutionem in integrum.

Nam præter defectus, & vitia, quos & quę pa
riuntur teſtes in perſonis, in eorum dicto hoc ha
bent vitii, quod læſionẽ ipſam minimè probent,
quæ debet ineſſe tempore contractus; nec proba
bilem ſcientiæ adducant rationem, quam afferre
tenebantur etiam non interrogati; & non depo-
nant de communi æſtimatione, nec de omnibus
38 qualitatibus, quæ poſſent augere, vel minuere rei
pretium, & maxime de qualitate pacti reuenden
di, & quod homini illas qualitates ſcienti tanti
communiter ea bona vendita forent, vt fusè pro
baui ego conſil.35.lib.primo, vbi multa in hanc
rem videnda habentur, quæ non refero ne fru-
ſtra tempus conteram nam tu ipſe ab eo loco in
hunc ipſum, quæ opportuna videbuntur tranſ-
ferre, & quaſi inſuere poteris, & fusè explicat
Maſcardus tractat. probat.in verbo, æſtimatio
rei per teſtes, concluſ.657.& in verbo, in læſionis
probatio. concluſ.963. & cum bona de quibus
agitur, ſint vicina rapacib. vndis fluminis Padi,
propter quotidianum periculum ne corrodãtur,
aut repente auulſa rapido gurgitè aſportentur,
39 vt experientia docet, multo minus valent, vt tra
dit videndus Ripa in l.prima, §.ſi hæres, nume.
28.ff.ad Trebellian.vbi inquit eſſe etiam nedum
loci qualitatem, ſed perſonam venditionis dili-
40 genter inſpiciendam, quæ facit, vt res ipſa ſit lon
gè minoris pretij, & dixi ego conſ.201.num.12.
volum.ſecundo, de quibus periculis, quæ quoti-
diè non longè procul abſunt, cum non deponant
ipſi teſtes non bene pretium, & valorem conclu-
dunt, imo tunc propter hæc iniecta pericula po-
teſt huiuſmodi res ſine ſolemnitate alienari, l.
quidam decedens, §.Papinianus, in fine, de ad-
miniſtrat.tutor.idem Ripa, l.quominus, nume.
126. de fluminib. nec hercle verbis dici poteſt,
tantum, quam re ipſa nauigare in flumine, & ma
ri harum emptionum, incommodum eſt, cum id
fieri nequeat ſine timore, & nauſea, & ſæpe oleũ
& opera in litium anfractu perdatur, vnde fit, vt
ei, qui ab eis ſe abſtineat rectè dici poſſit, O for-
tunate neſcis, quid mali preterieris, quin nunquã
es ingreſſus hoc infeſtum mare, tot vẽtis, tot pro-
cellis, tot tẽpeſtatibus ita agitatum, vt ſæpe nau-
fragium facias conquaſſata rati, & tandem vora
ginibus fluctuum, miſere ſubmerſa, te fruſtra eiu
lante, & gemente, & infortunium quod habuiſti
dolente.

Et id tanto magis eſt dicendum, cum pluri-
bus publicis documentis appareat quaſi manife-
ſte deprehenſum, multa vicina loca, & prædia
41 eiuſdem bonitatis tanti vendita non fuiſſe, vti de
ponunt, imo patefaciunt pretium quod ſolutum
fuit, iuſtum fuiſſe; præſertim quia non debet at-
tendi pretium, nec ſummum, nec infimũ, ſed me-
dium, & quamuis aliquando res tanti valeat, ta-
42 men tantum non debet æſtimari, cum non adſit
copia emptorum, prout in caſu noſtro nõ adfuit,
cum propoſitis ſemel atq; iterum ſchedulis, nul-
lus apparuerit qui meliorem fecerit conditionẽ,
vt pulchrè proſequitur omnino videndus Na-
uarrus in ſuo Manuali confeſſorum, c.23.num.
28.& infra, plurib.ſeqq.

Nec obijci poteſt, læſionis allegationem non
fuiſſe ſublatam litteris Senatus, quia contrarium
eſt verius, cum aperte dicant non obſtantibus al-
legatis in precibus, & de ea nominatim facta ſit
mentio, præcipuè cum non poſſit agi de grauiſſi-
ma, & ſeu enormiſſima læſione, ſpectatis maxi-
mè memoratis qualitatibus, & pacto reuenden-
di, quod paulo plus quarta parte iuſtum pretiũ
43 minuere interpretatum eſt, vt inquit Socinus ſe
nior conſil.15.num.57.lib.primo, nec facile po-
tes venire in ſenſum viri ſani, & integri ſenſus,

vt

Google

vt Senator Pomponus, & agnati, qui conſenſe-
runt, cum pollerent tanto iudicio, & integritate,
& arcta adeo ſanguinis coniunctione deuincti
eſſent, noluerint bene cūcta rimari, & omnia mi-
norum commoda reſpicere, eiſque cauere, eo-
rumvè rebus ita bene conſulere, vt nulla adeſſet
reprehenſionis, vel refutationis ratio, quod miri
ficè etiam meo iudicio ex eo colligitur, quod ſci-
licet, antea ipſa bona eſſent vendita longè mino-
ri pretio, vnde valde in omnem rem vtile, & fru-
ctuoſum fuit ipſis minoribus illa redimere, & tri
44 pliciter adaucto pretio illa reuendere cum bene-
ficio pacti redimendi, vt pulchrè in ſimilibus ter-
minis conſuluerunt videndi omnino Ancharan.
conſil. 122. & Berous conſil. 83. incip. ſuper præ-
ſenti cauſa, num. 4. 11. & 27. lib. primo, & ſufficit
etiam apparens, vel quæ putetur vtilitas, ideſt
quod alienatio facta ſit communi opinione ac
probabili iudicio, bona fide, & recta intentione,
45 ad minoris vtilitatem; licet poſtea, re ipſa compe
riatur non adeſſe ea, quæ credebatur communi
opinione grandis vtilitas, ex traditione gloſſæ in
cap. cum apoſtolica, in verbo, profuturum, & ca.
tua, in verbo, dubium, de his quæ fiunt à prelatis
Felyn. in cap. cum eccleſiarum, colum. prima, de
conſtitu. Rolandus à Valle, conſil. 15. num. 51. li
bro 2. Corſetus ſingul. 25. in verbo, alienatio. il
3. Redoanus de alienat. rerum eccleſ. quæſt. 23.
in rub. de reſtit. in integrum, num. 4. & num. 60.
pagina 476. ſæpe enim euenire ſolet, vt negotiū
maturè conſideratum, prudenter ſuſceptum, dili
genter adminiſtratum, malè conficiatur, inopina
to aliquo caſu, qui humano iudicio vix potuit
præuideri; quod vbi accidat, ecce repente cū cla-
46 more conſurgit gloſſarum ſacculum habens tur-
ba eorum virorum qui in populo prudentiores
volunt videri, & linguæ ſecretioirs aperto ſaccu
lo primum dolere incipiunt illius vices, mox eū-
dem mordent, accuſant, & reprehendunt quod
hoc admiſerit, illud omiſerit, vnde ſubito tanta
ruina atque tempeſtas orta eſt, quæ negotiū per
didit, mox poſt illius culpæ reprehenſionem, &
ſtultitiæ vituperationem, nulla allata excuſatio-
ne, etiamſi nihil prætermiſſum ſit quod non ha-
beat non modo probabilem, ſed ſapientem excu
ſationem, ex vituperationis deſerto in ſuarum ip
ſorum laudum latiſſimum campum excurrunt,
dicere incipiētes, ſi ego huic negotio præfuiſſem;
ſi ego ipſe illud egiſſem, aliter ſucceſſiſſet, nā hoc
præuidiſſem, iſtud cauiſſem, omnia in tempore
adhibuiſſem, cum velis equiſque (vt dicitur) de
certaſſem, ſtudioſè diligenterque omnia curaſ-
ſem, nec vt admiſit homo ille, ſine vlla arte, ſine
humanitate, ſine ingenio, ſine literis, ſine iudicio,
quod eſt omnium rerum caput, ego ipſe paſſus
fuiſſem aliquo aduerſo caſu obrui, ſed vir, & ci-
uis optimus cautiorib. vſus fuiſſem remedijs, &
Reipublicæ tuendeque ciuitatis paratiſſimus, ad
omnia expeditus, & paratus, aduerſariorum con
ſilijs occurriſſem atque obſtitiſſem, commiſſum-
que negotium ex ſententia tranſegiſſem, beneq;
gerendæ rei oblatam occaſionem arripuiſſem, cri
nibus retinuiſſem, nec ſiuiſſem illam abire, aut
imprudenter, vt homūculus ille fecit, eam amiſiſ
ſem, memor illius aureæ Catonis ſentētiæ: Fron
te capillata poſt hæc occaſio calua, Sed tace, ni-
mis grauis, & quaſi intolerabilis eſt prudentiſſi-
mè vir, hæc tua arrogantia, nam ſi eam tu ipſe
prouinciam ſuſcepiſſes, vel in maiori errore, &
rerū ignoratione, & inſcitia verſatus fuiſſes, vel
imprudentius te geſiſses, aut moleſtius tuliſses
inopinatos caſus aduerſos, & fati neceſſitatem,
ſicque quem tu nunc acerbe adeo reprehendis,
tuus tunc factus cenſor, te ipſum accuſaret in eo
ipſo in quo nunc tibi vere, & ſapienter ſe ex-
cuſat. verumenimuero mihi crede facilis eſt lu-
dus de rebus geſtis ſubtiliter diſputare, coproſè
diſserere, & ſuo arbitrio iudicare, & vniuerſa re
& tota ſententia diſsentire; cuique facilè factu
eſt, poſt periculum parum bene, & feliciter factū,
acutè callidèq;, & argutè, quod ſapiēter geſtum
eſt, more inuidentium hominum in conuiuiis ro
dere, in circulis vellicare, & vbiq; inimico, & ma
ledico dente carpere, atque demum grauis magi
ſtri munere fungendo, hæc docere, antequam ip-
ſa didiceris; ignarumque vulgus res ipſas iudicat
non ex ſapientibus, vel inſipientibus cōſilijs, ſed
potius ex fœlicibus, vel infœlicibus earum euen
tis, cum tamen ſatis eſse debeat ſi à principio res
ita conſideratè, & maturè geſta ſit, vt ab omni te
meritatis reprehenſione longè multum abſit,
prout hæc ipſa venditio, ſpectato nedum initio,
ſed medio, & exitu vtilis fuiſse minoribus noſci-
tur, ſufficit enim tutori bene, & diligenter nego-
tia geſſiſse, & ſi euentum aduerſum habuerit, qđ
geſtū eſt, l. qđ ergo, §. ſufficit, ff. de con. tut. vti. act.

Nec refragatur, qđ ſcilicet, dicat̄ in domo ex
titiſse tot mobilia argentea, & alia, ex quorum
venditione potuiſset diſsolui ipſum æs alienum,
abſq; alienatione immobilium; vnde hinc appa
ret, quod non ſuberat, ſed potius ceſsabat neceſ-
47 ſitatis cauſa, vt inquit I. C. ea. l. magis puto de re
bus eorum, & tradunt Simoncellus, de decreto,
lib. primo, tit. 1. num. 42. Plot. in l. ſi quando, nu.
197. C. vnde vi.

Quia reſpondetur non probari, quod iſthæc
omnia mobilia adeſsent tempore contractus, ſed
multum antea, ſcilicet tempore nuptiarum ma-
tris minorum, quo tempore multa etiam huiuſ-
modi ſolent a magnatibus mutuo accipi ad co-
honeſtandas nuptias, & ad eas ſplēdidius, & ma
gnificentius ornandas, nec de valore, vt conue-
nit, teſtes deponunt, ſed potius quædam commē
titia afferunt in aere fabricata, & non ſpeciatim,
48 ſed in genere propoſita, l. non hoc, C. vnde legit.
l. neq; natales, C. de probat. præterea huiuſmo-
di ſuppellectilem tanquam neceſsariam gradui,
& dignitati ipſorum venditorum, non congrue-
49 bat diſtrahi, vt ait Gabriel conſil. 33. num. 5. lib.
primo, & ſatis conſtat de diligentia qua vſus eſt

ipſe

Digitized by Google

ipſe Dominus Pomponus, an adeſset alius mo-
dus commodior ſatisfaciendi memoratis credi-
toribus,iuramento in ipſo inſtrumẽto adhibito,
quo tã ipſe quã agnati ita affirmarunt, & teſtati
ſunt, inquientes contenta in inſtrumento eſſe ve
ra, & eo facilius eorum fides eſt recipienda.cum
non ageretur de eorum aliquo commodo, & eſ-
ſent viri tantæ probitatis,& inſignis adeo quali-
50 tatis quibus credi omnino debebat,vt tradit Cot
ta noſter in ſuis memor.in verbo, legalitas, & in
verbo,nobilitas. maximè cum huiuſmodi confeſ
51 ſio ſit valde veriſimilis, Angel.conſi.153.Alexã.
conſil.18.lib.3.Dec.conſ.96.col.pen.

Quatenus vero dicitur,quod licet ſubeſſet æs
alienum,tamen creditores tacerent nec inſtarẽt,
reſpondetur cum impenderet timor caducitatis,
quaſi appropinquantis mali, & ſic amittendo-
rum bonorum, debent ipſi qui minorum curam
gerunt inuigilare,vt ſolutio fieret ad euitandam
52 eam pœnam,& ad effugiendum hoc ipſum qua-
ſi ad cædem imminens periculum;nam præſens,
quod fuerat malum ſi in diem abijt,creſcunt pla
gæ niſi proſpicias ex doctrina gloſs.Bart.& alio-
rum,in l.item illa, ff.de conſtit.pecu. & meminit
Corbulus, tractat.de iure emphyt. de cauſa pri-
uat.ob non ſol.cano.ampliat.29. & limit.15. &
caſus etiam dotis pro collocanda ſorore vendito
rum in matrimonium, non patiebatur moram,
& poterant etiam alienari bona fideicommiſſo
ſubiecta, cum ageretur de fideicommiſſo aſcen-
dentium,quibus hoc dotandi onus eſt à iure im-
poſitum,& nõ mediocre eſt telum,ad bona quæ
cunq; alienanda, cum ſit res quæ celeritatem de
53 ſiderat,authent. res quæ C.commun.de legat.&
determinat Marzarius epit.fideicomm. libro ſe-
cundo,quæſt.48. & quamuis ex fructibus debuiſ
ſent ſolui ipſæ annuæ præſtationes, tamen cum
ſolutæ non ſint, & ageretur de amittendis bonis
propter caducitatem,hæc fuit iuſta cauſa diſtra-
hendi bona etiam fideicommiſſaria,cum in effe-
ctu, & re ipſa emphyteuſis obligatio afficeret ip-
ſum fideicommiſſum,& ipſe etiam permiſerit a-
lienationem bonorum pro ære ſuo diſſoluendo
quo caſu non requiruntur tantę ſolẽnitates in eo
rum bonorum alienatione propter datam à te-
54 ſtatore licentiam, & facultatem, l.prædium, C.
quando decreto opus non eſt,l.prima, & l.fin.ff.
de rebus eorum, Simoncellus eod.tract.de decre
to,lib.ſecundo,titu.6.num.106.& duobus ſequẽ
tibus reſpectu autem librarum ſex millium,quæ
deerant ad ſupplendum pretium, licet tunc non
veniſſet dies proximè, tamen erat ceſſura, vnde
habetur perinde ac ſi veniſſet,ex nota & euulga-
55 ta illa reg.vt ꝓximè faciẽdũ pro facto habeatur,
l.veſtimẽtum,ff.de auro & argento legato, l.pri-
ma,§.ſed in eo,ff.ad Senatuſconſ. Syllan. Bartol.
in l.ſi quis,§.vltimo,ff.quod metus cauſa, & l.pe
nult.vbi notant omnes, ff.de milit.teſtam. Tira-
quell.de legib.connubial.gloſ.ſecunda, num.ſe-
cundo,& 9.& infra pluribus ſequentibus,& ſatis
eſt, quod maior pars tunc vrgeret, & reliqua in
minorum vtilitatem ſint cõuerſa, & propediem
deberetur, nec alia melior occaſio ſatisfaciendi
adeſſet, & poſſeſſio ipſa non pateretur commo-
56 dã diuiſionem, nec pro parte,à primo empto-
re poſſet redimi,ſed tota redimenda foret, vt ad
ſtruit Decius conſil.403. col.4. & quando id qđ
ſupereſt eſt modicum habita ratione ad reliquũ
pretium,tunc non habetur in conſideratione iu-
dicis arbitrio, vt tradit idem Simoncellus relato
tract.lib.1.tit.1.ante num.55.

Et omni caſu cum non deceat minores cum
aliena iactura locupletiores fieri,& pecunia hęc
ſit verſa in eorum euidentem vtilitatem, & em-
ptor in bona fide fuerit,fructus ſuos fecit,tanquã
bonæ fidei poſſeſſor,tenenturq; omni caſu mino
res receptum pretium reſtituere,poſtquam cum
57 tanto eorum commodo res priori loco alienata,
fuit redempta ex pretio ſecundæ venditionis,
quod longe maius fuit priori illo quo bona ipſa
venierunt,vt ſcribit Gabr.eod.conſil.35.lib.pri-
58 mo, præſertim cum contractus nõ poſſit dici om
nino nullus, ſpectata Senatus diſpenſatione,l.in
bonæ fidei, ff.de acquir.rerum domin. & decidit
Didacus variar.reſolut.lib.primo, cap.3.nume.
ſecundo,& meliorationes debent ſolui,& pro eis
59 datur retentio cum præſertim fuerint meliora-
tiones,nedum vtiles,ſed etiam neceſſariæ pro rei
conſeruatione, vt oſtendit Boſſius noſter titu.de
Principe, nume.3..& late notatur ad ſtatutum
noſtrum, cap.400.lib.ſecundo, à num.35.vſque
ad num.306. Sed hæc dicta ſint abundãter, quia
ex ſuperioribus adductis,& comprobatis conclu
ſionibus,cõſtat contractum optimè defendi, nec
fideicommiſſum obeſſe,nec læſionem conſidera-
tione dignam ſubeſſe, aut legitimè probari, nec
aduerſarios eſſe in caſu obtinendæ alicuius reſti-
tutionis in integrum,propter principalem Excel
lentiſſimi Senatus authoritatem, nec mihi vi-
detur, quod ſit factum legibus reſcindi poſſe.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO FEVDATARIIS Alexandro Viſtarino, & Lauinia Viccecomite Coniugibus.

ARGVMENTVM.

Pęna in priuilegio ciuilitatis ſcripta, vt ſcilicet ſi ciuis decem annis non habitauerit, vel habitare deſierit bona acquiſita fiſco adiudicata cenſeantur, iuxta ordines ſuperinde editos an indulto Regio, ſeu

ſeu decreto gratioſo Mediolani, anno 1600 ſexto Iunij promulgato, remiſſa intelligatur, multaque in huiuſmodi re docte, & ornate atque noue explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 In pœnis quæ ipſo iure infliguntur requiritur declaratio ſuper facto.

2 Confiſcatio etiamſi veniret ipſo iure, tamen ſi reus ante condemnationem decedat, hæredibus moleſtia non exhibetur.

3 Clauſula realiter, vel actualiter, comparatur clauſula cum effectu, quæ veritatem requirit, nec ſatiſfacit fictio.

4 Pœna impoſita alienanti in forenſem ita vt contractus ſit nullus cedit damno alienantis, qui ſi ſubditus ſit gaudet beneficio decreti gratioſi.

5 Perſona loquentis non comprehenditur in generali ſermone.

6 Conſtitutiones Mediolani ordinum, & decretorũ appellatione veniunt.

7 Participium cum ſit temporis præteriti, perfecti requirit aliquid factum iam eſſe, & factũ durare.

8 Reuocabiliter vbi tranſlatum ſit dominium, actus interim dicitur eſſe in pendenti.

9 Conditionis defectus poſtea ſubſequutus retrotrabitur, & facit actum purum.

10 Puri à principio, vel ex poſt facto parificati par eſſe debet iudicium.

11 Dominium ſimpliciter tranſlatum intelligitur, niſi conditio appoſita ſit.

12 Modus & non conditio cenſetur, quoties quid fieri debet poſt actum perfectum.

13 Relatum eſt in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus.

14 A primordio tituli poſterior formatur euentus.

15 Modus ſi fuerit expreſſus per dictionem ſi vim cõditionis habere videtur.

16 Conditio & modus inſpecto fine æquiparantur.

17 Actio licet non detur ante implementum conditionis, tamen in modo ea datur ante implementum conditionis, ſed debet præſtari cautio de implendo ſi petatur.

18 Subditum non eſſe, vel ſubditum eſſe ſub conditione, vel modo, qui poſtea reſoluatur paria ſunt.

19 Modus vbi loco cauſæ finalis ſit, vim conditionis obtinet.

20 Pœna qua afficitur alienans forenſi, dicitur rem afficere, & quoſcunq; eius poſſeſſores.

21 Decretum gratioſum cenſetur in rem ſcriptum, & conceſſum prouinciæ propter eius præclara merita.

22 Pœna realis trãſit ad quoſcunq; res ipſa peruenit.

23 Decretum gratioſum ſi mandet, vt proceſſus, ſcripturæ condemnationes, & acta, & qualibet alia deleantur, & annullentur, videtur eſſe conceſſum cauſæ, & actioni, & factum contemplatione rei.

24 Beneficium principis in dubio præſumitur reale, & non perſonale, & ideo ad hæredes tranſit.

25 Filius & filia dicitur caro, & oſſa patris & matris, & vnus in altero viuere putatur.

26 Procurator in rem ſuam conſtitutus, & irreuocabilis poteſt deducere omnes directas, & vtiles actiones ad ſui commodum.

27 Tertij ius poteſt quis deducere, eo etiam inuito, pro conſeruatione iuris in eum tranſlati.

28 Tertij ius poteſt deduci, quando quis veniret in periculum iterum ſoluendi, vel minuendi, ius, & actionem euictionis.

29 Alienatio facta pendente lite irrita eſt, ob litigioſi vitium.

30 Litigioſi vitio non obſtante poteſt fieri alienatio in eum, qui habet bona obligata ſub hypotheca.

31 Vitiũ litigioſi ceſſat, ſi principis authoritas intercedat.

32 Tertij ius ſi reſeruatum ſit, non refertur ad perſonas contrahentium, ſed ad extraneos.

33 Subditus quis dicitur ratione domicilij, quod in aliquo loco retinet.

34 Abſens ex iuſta cauſa, pro præſente habetur iuris interpretatione.

35 Conditio pro impleta habetur, cum quis implere non poteſt principis facto.

36 Pœna vt excludatur interpretatio eſt facienda.

37 Pœna non ſubeſt, quoties adeſt aliqua excuſatio.

38 Conditio, ſeu modus habitandi in aliquo loco pro impleto habetur, quoties non ſtat per eum, qui habitare debuit, & impedimentum iuſtum eſſe videtur timor periculi, etiãſi verè periculũ nõ ſit.

39 Conditio poteſtatiua habitandi in aliquo loco pro impleta habetur, quando quis habitare non poteſt ex aliqua iuſta cauſa, vel facto tertij, vel caſu fortuito.

40 Habitandi conditio, vel modus, pro impleto habetur, ſi quis ſit abſens facto principis.

41 Iuſta cauſa diſcedendi, & timor probatur ex præcepto, vel iuſſione principis, cui quis obedire teneatur.

42 Principum preces, & blanditiæ habentur pro violenta iubendi ſpecie.

43 Principis factum ſemper excluſum cenſetur, & inter caſus fortuitos connumeratur.

44 Abſens ex iuſta cauſa, ſua voluntate adeſſe non dicitur imo pro præſente habetur.

45 Principis fides in facto proprio abſq; eius commodo pro plena probatione habetur.

46 Periculum Belli, pro ipſo Bello habetur ad excuſãdum quem à pœna.

47 Vxor tenetur ſequi virum, etiam ſi actum eſſet tẽpore matrimonij, vt maritus in huiuſmodi loco moraretur ſi noua recedendi cauſa euenerit.

48 Qualitas in aliquo actu deſiderata ſufficit, quod eo tempore inſit, quo actus eam deſiderat, licet poſtea non duret.

49 Domicilium contractum cenſetur, etiamſi quis nõ habitet decẽ annis, ſed de eius animo appareat alijs coniecturis, puta, quod priuilegium ciuilita-

tis

tis obtinuerit, quod vxorem duxerit, quod bona in dominio acquiſiuerit, quod cum tota familia habitauerit, quod onera ſubſtituerit, & cætera. id genus fecerit.

50 *Ciuis ex priuilegio pro ſubdito habetur, ita vi gaudere poſſit decreto gratioſo.*

51 *Abſens citari poteſt in loco contracti domicilij.*

52 *Delictũ hobetur pro facto in loco vbi quis aliquid facere tenebatur.*

53 *Delictum factum in confinibus poteſt ab vtriuſq; territorij iudice puniri.*

54 *Ciuis ex priuilegio beneficio principis gaudet de ſubdito, vel ciue loquente.*

55 *Ciuilitatis priuilegium vim contractus innominati habet, ſcilicet dono tibi ciuilitatem, ſi habitaueris.*

56 *Pœna ex contractu deberi non dicitur, niſi ſtipulatio notarij interueniat.*

57 *Dictio quæcunq; tanquam vniuerſalis omnes pœnas comprehẽdit, & trahitur ad caſum propriũ & improprium.*

58 *Pœnas ex contractu etiam proficiſcentes comprehẽdit decretum gratioſum propter eius generalem diſpoſitionem.*

59 *Pœna conuentionalis dicitur ciuilis, & non criminalis etiamſi fiſco applicetur.*

60 *Damni, & lucri diſpar eſt ratio.*

61 *Fiſcus in pœnis dicitur cauſam lucratiuã metiri.*

62 *Pœna dicitur cum aliquid quod propriũ eſt abſit.*

63 *Credita an veniant appellatione mobilium, vel immobilium.*

64 *Debitor is dicitur, qui actione perſonali non reali tenetur.*

65 *Confiſcatio bonorum dicitur in rem.*

66 *Conſtitutio Mediolani, titu. de iure fiſci, §. abſolutiones declaratur.*

67 *Mulcta nomine quid veniat.*

68 *Dictio alternatiua, vel, ponitur inter diuerſa.*

69 *Mulcta appellatione venit, & legalis, & conuentionalis.*

70 *Principis mandatum negligens, dolo non caret.*

71 *Dolus dicitur delictum pœna dignum.*

72 *Inobedientia grauiſſimum eſt peccatum.*

73 *Contractus ab eo factus qui habet poteſtatem condendæ legis pro lege ſeruari debet.*

74 *Fraus licet aliquando ſine pœna eſſe poſſit, pœna tamen ſine fraude eſſe nequit.*

75 *Contractus ſicut reſoluitur ob defectum conditionis, ita etiam reſoluitur ob non implementum modi, ſi adſit clauſula reſoluens.*

76 *Relatum eſt in referente cum ſuis qualitatibus.*

77 *Diſpoſitio relatiua aſſumit vim & naturam diſpoſitionis relatæ.*

78 *Pœna conuentionalis idem continens, quod legalis in locum legalis ſuccedit, & idem de vna iudicatur quod de altera.*

79 *Nouatio non inducitur ſi minus contineat ſecunda diſpoſitio quam prima.*

80 *Conuentionalis pœna pro legali habetur, vbi in omnibus, & per omnia ei conueniat.*

81 *Pœna dicitur à delicto proficiſci, cum aliquid fiſco ſit applicandum, & vbi cauſa criminalitatem ſapiat quilibet poteſt agere.*

82 *Pœna vt abſit, & decreti gratioſi fauorabilis abolitio ſubſit, interpretatio eſt facienda.*

83 *Decretum gratioſum tanquam principis beneficiũ latiſſimè eſt interpretandum.*

84 *Principum beneficia non ſunt ad ſtrictam interpretationem recludenda, maximè cum ſint conceſſa motu proprio, & agatur de principis concedentis præiudicio.*

85 *Pœnæ omnes ſunt poſitæ in manu principis, & poteſt illas pro libito ſuæ voluntatis remittere.*

86 *Principis beneficium etiam perſonæ conceſſum ad hæredem tranſit.*

87 *In delatores elegans, & digna, vt perlegatur declamatio.*

88 *Pactum in contractus initio poſitum, rei contemplatione, afficit quoſcunq; rei poſſeſſores.*

89 *Retentio datur ei, qui bona habet hypothecæ ſubiecta.*

90 *Dotis cauſa ſi fiat alienatio, non continetur in Cæſareis conſtitutionibus Mediolani, titu. de pœnis, §. collegijs prohibentibus alienationem in forenſem.*

CONSILIVM CCLIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

REctè putat atq; contendit, & iuſtè quidem, Lauinea Vicecomes Viſtarina feudataria, illuſtri genere nata, eſſe in caſu decreti gratioſi; tam ex perſona propria, quam ex perſona Comitis Trinitatis, eius priuigni, à quo habuit datum ex cauſa reſtitutionis dotis Bartholomeæ ab eccleſia eius matris, quod antequam explicetur operæ pretium eſt illud præfari, vt ſcilicet indultum, & ſeu decretum gratioſum nuper benignitate Regia promulgatum condonare videatur omnes pœnas ac mulctas, & condemnationes pecuniarias, ac bonorum confiſcationes, quæ ad R. C. ſpectant, dummodo pœna, & mulcta, & vt ſupra realiter exacta, ĩcorporata, aſſignata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut pro ea cautum ſit, aut bona iam per ſententiam à iudice latam expreſsè confiſcata non fuerint, aut deſcripta aut actualiter apprehenſa, vnde non poteſt dici, quod hæc bona, aut pœna ſit fiſco adhuc commiſſa, ſeu incorporata, quia, & ſi conſtitutiones, in §. collegijs, velint ipſo iure, & facto rem conditam, vel pretium eiuſdem peruenire debere in fiſcum, & ciuilitas conceſſa Com. Trinitatis, eam habeat conditionem, quod ſi decem annis non habitauerit, vel habitare deſierit, vt ſupra, bona ab eo acquiſita, ipſo facto ſint applicata fiſco iuxta ordines ſuperinde editos, attamen

etiam

etiam in pœnis, quæ ipſo iure infliguntur requi-
1 ritur declaratio ſuper facto, cap. cum ſecundum
de hæreticis, in 6. Alex nd. in l. ſi quis maior, nu.
11. C. de tranſac. & magis communem dicit Ga
briel. lib. commun. titu. de criminalibus, concluſ.
11. num. 4. & concluſ. ſeq. & hoc videtur apertè
deciſum noſtris conſtitutionibus, titu. de iure, &
priuil. fiſci, §. omnium, quatenus volunt, vt in ca-
ſibus ibidem expreſſis ipſo iure, & facto bona de
linquentium cẽſeãtur publicata, incorporata, &
confiſcata fiſco, & tamen ſemper ſupponunt, qđ
iam ſequuta ſit ipſa condemnatio, cum expreſ-
sè in eius, §. initio fiat mentio de bonis eorum,
qui in contumaciam, vel conuicti condem-
nati erunt, & ideo Mediolani hoc iure vtimur;
vt ſi reus decedat ante condemnationem hæredi
bus moleſtia non exhibeatur, etiamſi ipſo iure
confiſcatio veniret, vt clarè tradit Boſſius, titu.
2 de accuſat. num. 34. & titu. de ſententijs, nu. 49.
& clarius Clarus, §. fina. quæſt. 51. verſicu. ſcias
etiam, nec fiſcus habet bona delinquentis hypo-
thecata niſi à die latæ ſententiæ, vt dicit idem
Clarus, §. fin. quæſt. 78. verſic. ſed hic incidenter.

Cum itaq; in caſu noſtro non ſit ſecuta ali-
qua declaratio, nec adhuc de facto conſtet, cum
ſint faciendæ probationes, imo exploratum eſt
delatos eſſe in caſu abſolutionis et iã ab Illuſtri
Magiſtratu extraordinario, ordinatum ſit non
eſſe faciendam apptæhenſionem nomine fiſci de
bonis delatis, ſed ſeruatis ſeruandis eſſe procedẽ-
dum, ſequitur neceſſario, vt nec bona, nec pœna
poſſit dici incorporata fiſco, atq; ideo decretum
proſit ne vlterius procedatur, ponderando maxi-
mè dictionem illam, in decreto poſitam realiter
exacta incorporata, quæ denotat executionem
perfectam, & actum conſummatũ, cum compa-
retur verbo, cum effectu, quod pariter legitur in
fine, ipſius decreti, & actualiter, & requirat verita
3 tem, & non ſatisfaciat fictio, nec verbum admit-
tatur, ſed exigatur res ipſa, vt explicat Socinus
ſenior, conſil. 44. num. 1. in princ. volum. primo,
hincq; ſatis conſtat rem ipſam eſſe in caſu decre
ti, ſicut & Lauiniam ex perſona propria, nã vbi-
cunq; non offenſa veritatis maieſtate daretur
Com. Trinitatis non ſeruaſſe condirionem ap-
poſitam in priuilegio ciuilitatis habitãdi decem
annis, & ex conſequenti bona fiſco ad iudicata
cenſerentur, iuxta ordines ſuperinde editos, &
ſic ſecundum conſtitutiones titu. de pœnis, §. col
legijs, & conſtituriones ipſę velint, vt bona vẽdi
ta, vel eorũ pretium ad fiſcũ perueniat, & quod
alienatio non valeat, & ſit nullius momenti; ſit
neceſſario, vt pœna ipſa cedat damno ipſius alie
nantis, & ex conſequenti Bartholameæ alienan
4 tis, & Lauiniæ eius filiæ, & hæredis, quæ cũ ſint
ſubditæ gaudere omnino debẽt beneficio ipſius
decreti gratioſi, Iaſ. in l. ſi ita, §. ead. lege, num. 17.
de verbor. obligat. & notat interpres ad ipſum,
§. collegijs, num. 200. & 201.

Nec obſtat, vt ciuilitas ſe referat, non ad no-
uas conſtitutiones, ſed ad decretum factum an-
no 1557. in quo nõ eſt appoſita pœna nullitatis
contractus, vnde videtur dominium tranſlatum
in emptorem, & non remanſiſſe penes vendi-
torem.

Quia reſpondetur, decretum factum fuiſſe à
Senatu, & directum eſſe decurionibus ciuitatis,
vnde noluit Senatus intelligere de ciuilitatibus
ab eo conceſſis, tum quia perſona loquentis non
5 comprehenditur, l. ſi mercedem, §. ſi habitatori-
bus, ff. de actionibus empti; tum quia eas conce-
dit iuxta eius formularum libellum quem for-
mularium vocant, qui habet eam clauſulam, &
quod formularium erat editum etiam ante an-
num 1557. & ſic neceſſario voluit intelligere de
nouis conſtitutionibus, quæ nomine ordinum cõ
tinentur, vt ſcribit Boſſius noſter, de foro compe
6 tenti, num. 36. circa finem, & de pœnis, num. 43.
vbi loquitur in puncto huius conſtitutionis, & af
firmat appellari ordinem; tum etiam, quia ſi vo-
luiſſet intelligere de illo decreto anni 1557. dixiſ
ſet in numero ſingulari ordinem, & non ordines,
qui pluralis numerus magis conuenit nouis con
ſtitutionibus de ea re multa capita continentib.

Secundo tollitur omnis dubitario ex exem-
plo priuilegij ciuilitatis conceſſo ab Excellentiſ-
ſimo Senatu anno 1550. in quo appoſita eſt ea-
dem clauſula, ſi habitare deſierit, volumus quod
fiſco bona applicata cenſeantur iuxta ordines in
huiuſmodi materia editos, quod neceſſario pre-
ſupponit intelligi de nouis conſtitutionibus, quę
præcedebant, & non de illo Senatuſconſulto fa-
cto anno 1557. ad quod cum ſit poſterius, non
poteſt referri participium illud, editos, quod cũ
7 ſit temporis præteriti perfecti, requirit aliquid fa
ctum iam eſſe, & factum durare, Bartolus in l. ſi
is qui in puteũ, §. primo, ff. quod vi, aut clam, &
l. tutor, qui repertorium, verſic. nihil, ff. de admi-
niſtrat. tutor.

Non aduerſatur vtiq; quod §. collegijs, non
poſſit referri ad caſum, quãdo alienatio fit à ſub
dito in ſubditum, prout erat Com. Trinitatis,
qui ex ciuilitatis priuilegio dicebatur effectus
ſubditus, & habilis ad acquirendum.

Quia reſpondetur cum contractus ſit factus
cum ciue habente illud priuilegium non ſimplex
& purum, ſed ſub conditione conceſſum, compro
bata condirione perinde haberi, ac ſi cõtractum
fuiſſet cum non ſubdito, cum dominium non eſ-
ſet, (vt noſtri aiunt) irreuocabilirer translatum
in eum, ſed reuocabiliter, & interim actus eſſet in
8 pendenti, in incertovè ac ancipiti caſu, l. neceſſa
rio de periculo, & commodo rei venditæ Tiraq.
de retractu legali, §. 1. gloſ. 2. n. 22. & ſeq. & gloſ.
10. num. 47. & defectus conditionis poſtea ſubſe
cutus retrahatur, & faciat actum purum, & ex
9 conſequenti inanem, & inualidum, l. potior, & l.
qui balneum, ff. qui poriores in pignore, Ange-
lus, in l. vltima, §. primo, ff. de vulg. & pupill.

Secundo dicitur ſatis eſſe, quod clauſula illa

reducat

reducat ciuilitatem ad non ens, & ad pœnam,
in §. collegijs contentam, vt ſcilicet ille pro non
ſubdito habeatur, & contractus nullus ſit, poſt-
quam in eo §. ad quẽ ciuilitas ſe refert, cõtinetur
10 contractus nullitas, cum à principio puri, vel ex
poſt facto purificati par ſit iudicium, Iaſ. in l. fi.
§. Titius, in ſecundo notabili, ff. de vulgar. & pu-
pillar.

Nec refragatur dum dicitur in inſtrumẽto da
ti in dotem non eſſe appoſitam hanc conditio-
nem, ſed dominium in maritum fuiſſe ſimplici-
11 ter tranſlatum, l. quoties, C. de iure dotium, item
ciuilitatem continere onus habitationis, non vi
conditionis, ſed modi, cum debeat ſequi actum
12 iam perfectum, Bartolus, in l. de quibus, §. Termi
lius, num. primo, ff. de condit. & demonſtr. Crau.
conſil. 159. num. 1.

Quia reſpondetur datum in dotem factum
fuiſſe ipſi Comiti tanquam ciui, & cum in ciuili
rate hæc contineretur clauſula, perinde haberi ac
ſi fuiſſet in ipſo met inſtrumẽto, cum relatum ſit
13 in ſreferente, cum ſuis qualitatib. Bar. in l. ſi quis
eruum, §. fin. ff. de legat. ſecundo, Decius conſil.
77. num. 3. item actus ſemper intelligitur factus,
ex titu. & cauſa præcedenti, & à primordio tituli
14 poſterior formatur euentus, Crauet. videndus cõ
ſil. 184. num. 9.

Et quamuis hæc conditio, ſi habitauerit, cum
debeat impleri poſt emolumentum cõſecutum,
dicatur potius modus, tamen cum reſpiciat etiã
futurum emolumẽtum, & per dictionem, ſi, fue-
15 rit expreſſa, l. nominatim in fine, ff. de conditi. &
demonſtrat. l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff.
eod. Bartolus, in l. prima, num. 2. & infra, ff. eod.
videtur naturam conditionis retinere, quaſi inde
inferatur, quod ciuilitas quoad incurrendum in
pœnam non deſeruiet aut ſuffragabitur.

Præterea, cum inſpecto fine, & exitu modus,
& conditio comparentur, quia qui non paret mo
16 do, non conſequitur emolumentum ſicut qui nõ
paret conditioni, gloſ. communi cõſenſu recepta,
in l. prima, C. de his, quæ ſub modo, Socinus ſen.
in ead. l. quibus diebus, §. Termilius, num. 8. ff. de
condit. & demonſtr. nihil intereſt an ſit modus,
vel conditio, ſed potiſſimum inſpiciendus eſt idẽ
effectus, qui ſequitur, vt ſcilicet, nõ reſeruato mo
do perinde ac ſi non eſſet ſeruata conditio com-
mittatur pœna, quæ facit, vt contractus pro non
facto habeatur, & nullius momenti ſit, & per cõ-
ſequens dominium interpretetur fuiſſe à princi-
pio pœnes Bartolamæam alienantem, & Lauí-
niam eius hæredem, quæ cum ſint ſubditæ gau-
dere debent omnino beneficio memorati decre-
ti: & licet actio non detur ante implementum cõ
ditionis, & in modo ea detur eo etiam nõ imple-
17 to, attamen debet præſtari cautio ſi petatur de eo
implendo, & ſic inuicem ſimul comparantur ſpe
ctato fine, & effectu, vt ſcribit Simon de Prætis,
videndus de interpretatio. vltimar. volunt. lib. 5.
interpr. 2. dub. 2. num. 117. & infra, fol. 516.

Præterea ſatis eſt, ſiue ſit vera cõditio, vel mo
dus, quod ſi non ſeruetur datur conditio ob cau-
ſam ad reſcindendum actum, cum appoſita ſit
clauſula actum reſoluens, & diſſoluens, vnde ha-
betur perinde ac ſi à principio actum eſſet cum
non ſubdito, cum pacta ſint ſubditum non eſſe,
18 vel ſubditum ſub conditione, vel modo, qui po-
ſtea reſoluatur, argumento eorum quæ ſcribunt
Baldus Angelus, & Salicetus, in l. ſi vt proponis,
num. 3. & infra, plurib. ſequentibus C. de condi-
tione ob cauſam.

Rurſus quotieſcũque modus, vt hic, loco cau
19 ſæ principalis, & finalis, ſit, tunc conditionis vim
obtinet, vt declarat idem Crauetta conſilio 59.
num. 4. vbi videatur.

Accedat, quod cum conſtitutionum noſtrarũ
pœna afficiat rem alienatam, & ſit in rem ſcri-
pta, ſequitur rem, quæ cum tempore decreti, &
nunc ſit penes Lauiniam ſubditam, debet poſſe
20 gaudere beneficio decreti, vt tradit Boſſius titu.
de pœnis, num. 43. Caphalus conſi. 27. num. 15.
volum. 1. quod reale, vel ſaltem in rem ſcriptum
eſt cenſendum dominio Mediolanenſi cõceſſum,
21 & ſic ciuitati, vel loco, & propter eius præclara
merita, grataque obſequia erga S. R. C. M. So-
cinus ſenior conſil. 84. num. 14. lib. 3. & de verio
ri opinione teſtimonium dicit idem præſes Me-
nochius excitata præſumptio. 13. & 24. Item cũ
reſpiciat pœnas, & confiſcationes bonorum, &
liberationem, & abſolutionem ſubditorũ ab ea-
rum nexu, & obligatione, non facta diſtinctione
an ſint principales, vel hæredes; hinc perſpicuè
colligitur non tantum factum fuiſſe contempla-
tione pœnæ corporalis, quæ tangit delinquentẽ,
22 quam realis, quæ afficit rem ad quoſcunque illa
perueniat, vt pulchrè explicat Decius videndus
conſil. 262. num. 4. & infra, & l. in omnibus cau-
ſis, num. 14. ff. de regul. iuris, & luculenter proſe-
quitur Menochius relata præſumptio. num. 26.
& 27. ſcilicet, cum mandauerit, S. M. vt ſinguli
proceſſus ſcripturæ condemnationes, & acta, &
quælibet alia, in prædictis cauſis facta delean-
tur, & annullentur, & in futurum nullo modo ſu
per eis procedatur, quod equidem clarè demon-
ſtrat conceſſionem eſſe factam cauſæ, & actioni,
23 & contemplationẽ rei, vt declarat idem Menoc.
ſæpius allata præſumpt. num. 41. & omnis dubi-
tatio exorbetur ea communi, & receptiſſima cõ-
cluſione, vt ſcilicet beneficium principis, quale
24 hoc eſt, ſemper in dubio præſumatur reale, & nõ
perſonale, vt docet Bartolus videndus in l. pater.
num. 4. de ſeruit. legata, & communem dicit Bel
lonus conſil. 20. nu. 8. & per conſequens ad hære
des omnino tranſire debet, vt probat idem Me-
noch. ea. præſumpt. num. 45. & 46. & ideo magis
concedendum eſt in caſu noſtro, cum agatur, nõ
tantum de hærede, ſed de filia, quæ dicitur caro,
& oſſa matris, & ex conſequenti cum quodam-
25 modo mater in ea viuere adhuc videatur, l. cum
ſcimus, C. de agricolis, & cenſitis lib. 11. & acutè

ad

ad modum conſiderat Caſtrenſis videndus om-
no conſil. . 64.num.3.parte ſecunda, Ruinus cõ
ſil.115.num.16.lib.3.Mantica de coniec.vltim.
volunt.lib.11.titu.12.num.36.merito ad eã trã-
ſire debet liberalis,& gratioſa hæc principis libe
ralitas, vt probat Decius videndus eo.conſ.262.
ante num.5.verſic.6.& num.6.

Et ſic ex his ſatis conſtat ex perſona propria
ipſam Lauiniam rectè dici in caſu decreti.

Ex perſona vero Com. Trinitatis hoc idem
eſt etiam dicendum.

Nam in reſtitutione dotis eidem facta vigo-
re arbitramentorum ſuperinde latorum fuit ea-
26 dem Lauinia conſtituta procuratrix in rem pro
priam,& irreuocabilis ab ipſo Comite, vnde po
reſt deducere directas, & vtiles actiones ad ſui
commodum Bartol.in l.ſi quis in rem,ff.de pro-
curat.Speculat.titu.de procurat.§.fin.Alciat.cõ-
ſil.48.num.5.lib.8.

Item quando quis habet cauſam ab aliquo
prout habet Lauinia poteſt ius tertij deducere,
27 etiam eo inuito,pro conſeruatione iuris trãſlati,
vt declarat Bartolus in l.lex vectigali, ff. de pi-
gno.Iaſon in l.2.num.67. C.de iure emphyteu.
Crauet.conſil.166.num.16.

Rurſus ius tertij poteſt etiam deduci,quando
quis veniret in periculum iterum ſoluendi, vel
minuendi ius,& actionem euictionis,idem Bar-
28 tolus in l.ſecunda, ff.de except. rei iud. Baldus,in
l.cum ſeruum, C.de ſeruis fugitiuis.

Nec refragatur, quod contractus prædictus
non valeat tanquam factus pendente lite, & ſic
29 obeſt vitium litigioſi,ex l.fina. C.de litigioſis,&
ex ſtatuto noſtro,c.68.in primo.

Quia reſpondetur, cum Lauinia, etiam ante
motam litem haberet ea bona ſibi obligata ſub
hypotheca ratione dotis maternæ, & aliter, ceſ-
ſat vitium litigioſi, & conſequenter potuit alie-
natio,& tranſactio fieri tanquam facta ex iuſta,
30 & neceſſaria cauſa, vt explicat gloſ.in verbo,trã-
ſactionis,ead.l.fina. C.de litigioſis, quæ lex exci-
cipit etiam caſum dotis, prout hic eſt, Crauetta
videndus conſil.481.num.19. & 20.& fuſius L.ã
cellot.trac.attent.in præfatione, num.467.& ſu
pra,& infra.

Secundo dicitur vitium litigioſi ceſſare, ſi prin
cipis authoritas intercedat, l. lite pendente, & l.
fina. C.de litigio. vnde cum ea datio in ſolutum
facta, ex cauſa reſtitutionis dotis, & tranſactio-
31 nis ad abundantem cautelam facta ſit cum diſpẽ
ſatione Senatus Excellent. ceſſat omnis dubita-
tio,& nihil facit, quod in ea diſpenſatione reſer-
uatum ſit ius tertij, quia illud intelligitur ratio-
ne alterius iuris quam litigioſi vitij,cui princeps
32 derogatum eſſe voluit, aliter diſpenſatio,& dero
gatio fuiſſet inanis, vt declarat Crau.conſil.70.
num.17.& 18.& conſil.144.num.14.

Non obſtat etiã quod Co. Trinitatis cum pr̨e
ſupponatur domicilium tranſtuliſſe ad locũ Tri-
nitatis,deſierit eſſe ſubditus,& conſequenter non
poſſit gaudere decreto gratioſo, quod conſtat fa
ctum fuiſſe in ſubditorum fauorem.

Quia multis modis hæc argumentatio refel-
litur,& diluitur.

Primo,quia imo contrarium verius eſt, vt ſci
licet, domicilium retinuerit decem annis, & ſic
non poſſit eſſe etiam locus memoratæ pœnæ in
ciuilitate poſitæ, cum ſeruata ſit conditio habi-
tationis, tum quia Mediolani tenuit familiam,
& habitationem,& propriè quis dicitur ſubditus
33 ratione domicilij, quod in aliquo loco retinet,
vt eſt gloſ.in clem.prima, in verbo, ſubditos de
foro compet. Decius conſil.661.num.6.Socinus
ſenior,conſil.79.num.13. lib.4. doctiſſimus Al-
ciatus noſter conſil.10.num.5.lib.11. Tiraquel.
de retractu legali,§.9.gloſ.2.num.22.Natta con
ſil.4.num.primo,lib.primo,Hondedeus conſi.6.
nu.17.lib.2.tum,quia ſi quando abfuit, fuit ab-
ſens ex cauſa publica, & neceſſaria nempè belli,
quod etiã iuſſu R. C.M.à Sereniſſimo Duce Sa-
baudiæ gerebatur pro conſeruatione tam ſtatus
Sabaudįe q̃ Mediolani,iuxta illud; res mea tunc
agitur paries cum proximus ardet, ſ̨epe enim fit,
vt exigua fauilla, & ſcintilla ignis, quæ neſcio
quomodo in ſtramẽtum deciderit ſibi proxima
tepefaciat, paulatim comburat, mox occulto cre
ſcens,& ſerpens, propinqua comburat, & tãdem
repentè, & inopinato erumpat ignis qui tectus
fuerat, & tanta vi, vndique flammam, & incen-
dium excitet, vt ab vna domo, in proximas ̨edes
magna contentione veniens illas adurat,& com
burat,& quamuis pulſatis frequenti ſono, cam-
panis, & magno eiulatu, magnis clamoribus,&
ſibilis plures homines accerſiti,& euocati,& vndi
que coacti feſtinantes accurrant, & confluant,&
ſumma ope, & ſtudio in hoc vno nitãtur, vt ignẽ,
aqua, & interciſis tectis, dirutiſque intermedijs
domibus atque omni arte,& ingenio reſtinguãt,
& comprimant; tamen ſæpe euenit, vt vel id non
obtineatur, vel cũ incredibili difficultate,& ſem-
per cum maximo incommodo, et detrimento,
quo fit, vt valde noſtra interſit, et ignis, et belli
flammas,et huiuſmodi cladem, à noſtris tectis ar
cere,et longe multum auertere, vnde ex iuſta a-
deo cauſa abſens pro præſente iuris interpreta-
34 tione habetur, Bartolus,in l.quæſitum, de legat.
tertio,l.2.et l.ciues,et ibi,gloſ.et Doctores, C.de
incolis,lib.11. et Alciatus videndus conſil.3.nu-
mero 16.lib.2. Boſſius titu.de pœnis, nume.44.
præſes Menochius de arbitr.iudic.caſu 86.nu.8.
Maſcardus conclu.535.num.13. quoniam id fie
ri, quod vis, non poteſt, velis id quod poſſis, et
(vt aiunt) ſic vt quimus quando, vt volumus
non licet.

Præterea cum neceſſitate,et iuſſu ipſius Sere-
niſſimi Ducis coactus fuerit recedere, conditio
35 ciuilitatis quo ad eum, et ad pœnam euitandam
pro impleta haberi debet,c.cum non ſtat,et cap.
imputari,de reg.iuris, Decius in l.iure ciuili,ff.de
regu.iuris, Socinus ſenior in l.in iure ciuili, ff.de
condit.

condit.et demonſtrat. Peruſinus,in cap.ex ratio-
ne,num.37. de appellat. Mantica de coniect.vl-
timar.volunt.lib.11.titu.16.nu.14. & hoc maxi
mè eſt concedendum ad pœnam effugiendam,
quæ vt excludatur interpretatio eſt ſemper fa-
cienda,c.in pœnis,cap.odia,de reg.iur.in 6.l.fa-
36 ctum cuiq; ſuum, §.in pœnalibus,vbi Decius, ff.
eod.l.cum quidam, ff.de lib.& poſthum. Decius
videndus conſil.290. num.2. & 3. & ideo pœna
nunquam ſubeſt, quoties ſubeſt aliqua excuſa-
37 tio,vt in ſimilibus terminis tradit doctiſſimus Al
ciatus noſter conſil.48. num.6. & 7. lib.2. Alba,
conſil.118.num.1.& etiam conditio ſiue modus
habitandi in aliquo loco, vel apud aliquem pro
impleta habetur, quoties non ſtat per eum, qui
habitare tenetur, & inter iuſtas cauſas impedi-
menti connumeratur timor periculi,etiam ſi ve-
re periculum non fuiſſet, text.egregius,in l.habi-
tatores,§.iterum, ff.locati, l.ſed ſciendum, §.ſed
ad ſalutem, ff.ad Trebelli.c.ad ſupplicationem,
de renuntiatione, Bartolus in l. naturaliter,ff.de
38 vſucapionibus, & in l.qui concubinam,§.vxori,
de legatis tertio,l.in teſtamẽto,la 2.& l.illis liber
tis, ff.de condit. & demonſtrat.notatur, in l.pri-
ma, C.de legatis. egregie Paulus Caſtrenſ.vbi
vide,conſil.168. num.2.lib.primo, inquiens iſtã
conditionem poteſtatiuam habitandi in aliquo
loco pro impleta haberi, quando ex aliqua iuſta
39 cauſa non poteſt habitare, vel facto tertij,vel ca
ſu fortuito: alios congerit Simon à Prætis de in-
terpretat.vltimar.voluntatum.lib.4.dubit.8.nu-
me.64.fol.397. cum itaque facto, & iuſſu ipſius
Sereniſſ. Ducis Sabaudię cui tenebatur obedire,
& cui nõ poterat reſiſtere, fuerit impeditus per
ficere decem annorum habitationem, perinde
habendus eſt, ac ſi habitaſſet toto illo tempore à
ciuilitate requiſito, quandoquidem inter iuſtiſ-
ſimas cauſas impedimenti ad effectum, vt mo-
40 dus, vel conditio habitandi pro impleta habea-
tur,factum principis contineatur, vt docent Ca-
ſtren.in rub.ff.de eo per quẽ fact.erit,& ex huiuſ
modi præceptis, & iuſſionibus principum, cui
quis obedire tenetur, iuſta cauſa diſcedendi, &
41 timor probatur, gloſ.optima, in cap.conuenior,
in verbo, mœrore, 23.quæſt.8. Bartolus,in l.cre
ditor,in fine, ff.de ſolut. Dec.conſil.219.num.2.
Natta conſi.627.num.6. Rol.à Valle,conſi.12.
num.24.lib.3.imo preces,& blanditiæ Principũ
pro vehementi,& violenta iubendi ſpecie habẽ-
tur,vt commemorat Felyn. in cap.primo,de of-
42 ficio delega.& in quacunq; diſpoſitione factum
principis ſemper intelligitur excluſum,imo inter
43 caſus fortuitos connumeratur. Crauer.conſ.233.
num.1.& infra plurib.ſequen.vbi vide,quia mul
ta in hanc rem ſcribit.accedat etiã, quod abſens
ex cauſa probabili, ex voluntate ſua abſens non
dicitur,& ideò pro præſente habetur,c.ad audiẽ-
tiam de cler.non reſiden. l. Seiæ,§. Pamphilæ,de
44 fundo inſtructo. Oſaſc.vidend.deciſ.92.nu.10.
Et ex teſtatione ipſius Sereniſſimi Ducis, ſa-
tis conſtat de huiuſmodi præcepto, cui obtempe
rare tenebatur ipſe Comes Trinitatis, nec eius
fides in ſuo ipſius facto abſq; ſuo commodo, &
in re ad exercitus cui præerat imperium pertinẽ
re,& ſit heros ſpectatæ, & integerrimæ adeo fi-
45 dei, in dubium vocari poteſt propter ſupremam
eius dignitatem,glo.in verbo, credidimus, c.no-
biliſſimus 97.diſtinct. Gram.cons.13.nu.15. Ca
ſtren.in l.quicunq; C.de ſer.fug.cum præſertim
accedant complura huius veritatis adminicula.
Nec aduerſatur dũ etiam dicitur poſtea Co.
Trinitatis non redijſſe, ſed retinuiſſe vxorem in
loco Trinitatis,quia reſpõdetur, ſatis eſſe ad cui
tandam pœnam,quod iuſta cauſa abſentiæ fue-
rit,& durauerit vſq; ad finem deſiderati tempo-
ris; & cum poſtea bona fuerint in ſolutum data
Lauiniæ ſubditæ,ceſſat argumentatio, & quam-
uis bellum in effectu non viguiſſet,prout tamen
eius rumor tunc viguit, ſatis erat, quod eius ti-
46 mor,& periculũ ſubeſſet, prout ſuberat, propter
minas Regis Gallorum, & Aldigeræ, vt ait Bal.
in cap.primo,quod metus cauſa, & in hoc ſtan-
dum eſt aſſertioni ipſius Ducis ita teſtantis, &
in hæc verba inquientis,& pure da me com men
dato mi ha ſeruito tanto nelle guerre, del Pia-
monte,quãto di Sauoia dall'anno 1585.ſino al
1594. quo tempore fuit facta datio in ſolutum.
Nec facit, quod licet eſſet in bello, quod po-
tuerit retinere familiam, & vxorem Mediolani,
quia vltra quod dicitur eam retinuiſſe,& in loca
tione bonorum, domos pro eius habitatione re-
ſeruaſſe,reſpondetur cum vxor, & maritus, ſint
vna & eadem caro, etiamſi in actu matrimonij
actum eſſet, vt maritus in tali loco moraretur,ta
men ſi noua cauſa poſtea euenerit recedendi, vt
47 hic,teneretur adhuc vxor virum ſequi, vt diſtin
guit notabiliter Abbas in c.1.ſub n.5. qui accuſ.
poſſunt,quia ſũt duo in carne vna,& quos Deus
coniunxit homo non ſeparet,& Regina Iſabella
ſolebat etiam in Bello virum ſequi,vireſq; fortiſ
ſimas ipſis ſtrenuis militibus addebat puellarum
illuſtri præſentia, in quarum conſpectu quilibet
honeſti amoris flãma incenſus, ſe vltra vires præ
ſtare conabatur,vt amatæ puellæ gratiam iniret
ob egregia facta, non ficta in bellica laude faci-
nora,miles enim cum videat oculos generoſæ ac
nobilis ſplendenti corpore virginis, quam vnicè
diligit,quaſi ardentes faces in eum coniectos,ex-
ſuſcitatur animus,addit ſpiritus,apud ſe inquiẽs,
nunc eijcienda eſt mehercle omnis animi molli-
ties,à qua ideò miles dicitur,quaſi nõ debeat eſſe
mollis,languidus, aut eneruatus,ſed robuſtus, &
acer in rebus gerendis,& equo incitato ad ſe im
mittendum in hoſtes, & ad eorum impetum re-
primendum, & retardandum, & cum locus Tri-
nitatis eſſet magis vicinus poterat ibi commo-
dius ſatisfacere, & expeditioni bellicæ, & debito
matrimonij,nec propterea poterat dici deſeruiſ-
ſe animum redeundi,aut reditus mentem abieciſ
ſe,vel conſilium conſtituendi in ſtatu Mediolani
domici-

Google

domicilium, quod primum intenderat repudia-
uiſſe, imo ſtante probabili hac abſentiæ cauſa,
pro præſente (vt dixi) erat cenſendus.

Secundo cum declaratum fuerit, decretum ip
ſum gratioſum comprehendere exteros, qui tem
pore commiſſi delicti domicilium iam contraxiſ
ſent, conſequitur qđ illud tempus inſpiciendum
48 ſit, & ſufficit, quod ea qualitas inſit eo tempore,
Baldus, in l. ſi quis hæredem, num. ſecundo, verſ.
ſed ſi qualitas, C. de inſtitu. & ſubſtitu. Bartolus
in l. ex facto, in princ. ff. de vulgar. & pupill. Fely.
in cap. examinata, num. 7. de iudicijs; vnde cum
tunc temporis comes eſſet ſubditus, cum domici
lium acquiratur teſtatione, & habitatione, etiāſi
non eſſet decem annorum, quando adſunt alia
voluntatis indiciā contrahendi domicilium, vt
ſunt in caſu noſtro, nempe quod ciuilitatis priui
legium obtinuerit, quod vxorem Mediolanēſem
duxerit, quod bona in dominio acquiſiuerit, qđ
49 cum tota familia habitauerit, quod onera ſuſti-
nuerit, Abbas in cap. fin. num. 8. de parochi. Ale-
xand. ad Bartol. in l. lex Cornelia, §. ſi tamen de
iniurijs, Bartolus, in l. domicilium, ff. ad munici-
pales, l. ſecunda, & l. ciues, C. de incolis, libr. 11.
Decius conſil. 283. num. 11. Alciatus, in l. pupil-
lus, §. incola, de verb. ſignific. & conſil. 111. nu. 2.
lib. 2. Alba conſil. 370. num. 6. præſes Menoch.
de arbitr. iud. caſu 86. num. 17. Decianus, conſil.
97. num. 7. lib. 2. Boſſius titu. de foro compet. nu-
me. 25. Plotus, in l. ſi quando, num. 854. C. vnde
vi, Maſcardus trac. proba. in verbo, domicilium,
concluſ. 535. num. 4. Roz. in deciſ. Lituan. 3. nu-
me. 135. Burſat. conſ. 36. nu. 16.

Præterea hoc idem neceſſario argumento cō
probatur. nam licet ob non habitationem in pœ
nam incidat, tamen in reliquis firma remāſit ip-
ſa ciuilitas, vt aperte legitur in ea ciuilitate, quæ
cum eſſet ampla, & eum compararet vero ciui, &
voluerit, vt perinde haberetur, ac ſi verus eſſet ci
uis, dicitur omnino ſubditus, ita, vt omnino de-
beat gaudere gratioſo decreto, quod cum ſit be-
ficium Principis latè fuſèque eſt interpretandū,
vt complectatur ēt ſubditum ex priuilegio, vt de
50 clarat Iaſ. in l. adoptiuū, §. Pauonū, nu. 1. ff. de in
ius vocando, Boſ. tit. de prin. nu. 361. circa med.

Nec officit, ſi dicatur ſtatim atque receſſit, de-
ſijt eſſe ſubditus, quia id negatur, cū requiratur
actus retro ſimilis, ſcilicet diuturna habitatio, ex
tra domicilium & contraria animi declaratio.
nam aliud eſt, quod quis non habitet, aliud eſt,
quod per receſſum deſinat eſſe ſubditus, & con-
tractum domicilium ſit amiſſum, quia ictu oculi
aut momento temporis non amittitur, ſed plura
51 requiruntur, & ideo abſens citari poteſt in loco
contracti domicilij. Abbas in cap. fina. numero
41. de foro competen. & cap. poſtulaſti, ante nu-
mer. 3. verſic. puto, eod. titu. & id maximè eſt di-
cendum, cum diſceſſus inducat & afferat pœnam
qui cum habeat initium in Mediolanenſi ditio-
ne, poteſt puniri in eo loco, & is attenditur, quia
quoties quis tenetur, ad aliquid faciendum in lo
co aliquo, & illud non facit, dato quod is ſit ali-
bi, delictū habetur pro facto in loco, vbi aliquid
52 facere tenebatur. vt in terminis declarat Felyn.
eod. ca. fin. num. 13. & num. 74. de foro compet.
Accedat, quod delictum committens in confini-
bus, quia in vtroq; loco dicitur commiſſum, vtro
53 biq; poteſt puniri. idem Abbas eo. cap. fin. num.
25. & 26. de foro compet. Sicq; ſufficit, quod tē-
pore cōmiſſæ pęnæ, ideſt diſceſſus eſſet ſubditus.

Ad hæc, cum adhuc ex priuilegio dicatur ſub
ditus, cum voluerit vt pro vero ciuè haberetur,
& receſſus nō inducat priuilegij abrogationem,
ſed tamen amiſſionem rei acquiſitæ, niſi accedat
habitatio, poteſt rectè gaudere hoc principis libe
rali beneficio, poſtquam expreſſe dictum eſt, in ci
uilitatis priuilegio, vt omnibus beneficijs, quibus
54 alij fruūtur, veri ciues & ipſe frui poſſet, & quod
ciuilitas ī reliquis firma remaneret. l. fi. C. de prę
poſitis agentium in rebus, lib. 12. Iaſ. videndus
in l. fin. num. 31. ff. de conſtitu. princ. ca. olim vbi
notant omnes de verb. ſignif. maximè cum aga-
tur de remittenda pœna, quæ eſt odioſa. vt ait
Clarus, §. fin. quæſt. 59. in princ. facit, l. Abolitio,
& ſeq. ff. ad Senatuſcon. Turpil. l. 2. C. de genera
li abolitione, Specul. tit. de abolit.

Nec reſiſtit, vt cum poſtea abfuerit decem an
nis, & vltra, quia amplius non redijt. hinc ſatis
probata ſit amiſſio incolatus, & conſequenter cō
miſſa ſit pęna. quia reſpondetur cum ex iuſta cau
ſa iuſſus, & coactus à ſuo principe diſceſſerit, pro
præſente eum habendum cenſeri. Item ſatis eſſe
quod compleuerit decennium, tum habitatione,
tum abſentia, quæ pro præſentia habetur. Item
ſufficit, quod poſtea bona relaxauerit Lauiniæ.
vnde cum cauſa habitationis ceſſauerit, tum pro
pter vxoris mortem, tum ob bonorum relaxatio
nem, nimirum ſi poſtea nō redijt, ſed ſatis eſt, qđ
tunc ſcilicet, quando diſceſſit, & dicitur commiſ-
ſa pęna, eſſet ſubditus ad hoc, vt ſit capax benefi-
cij ipſius decreti gratioſi.

Non repugnat, quod ipſum ciuilitatis priuile
gium vim contractus innominati contineat. ſci-
55 licet, dono tibi ciuilitatem ſi habitaueris, Bart. in
l. omnes populi, num. 30. ff. de iuſt. & iur. et quod
decretum gratioſum, non remittat pęnas ex con-
tractu debitas, ſed ex delicto tantū proficiſcētes.

Quia reſpondetur, ciuilitatem hoc non conti-
nere, imo velle, vt per non habitationem acquiſi
ta bona amitterentur, ſed quod in reliquis firma
remaneret ciuilitas, et ſic quod adhuc ſubdi-
tus remaneret. et ideo dignus eſt, vt gaudeat be-
neficio decreti gratioſi.

Secundo, cum non interuenerit ſtipulatio No
tarij ſtipulantis pęnam nomine fiſci, non poteſt
dici pęnam ex contractu deberi, vt tradit Boſſius
titu. de poenis, num. 30. et 31. Pariſ. in allegato,
conſil. 34. num. 33. vol. primo, loquitur in diuer-
56 ſis terminis, nempè in contractu locationis, et cō
ductionis in quo ſtipulatio interueniſſe dicitur

medio præconis publicantis proclama, & locan-
do bona communitatis, ſub tali pacto, & pœna,
& medio illius, qui reſpondet, ſe velle illa condu-
ctorio nomine ſub illis pactis accipere; Item cũ
agatur de contractu locationis, & conductionis,
qui dicitur contractus bonæ fidei, ſtipulatione o-
pus non eſt ad pœnam committendam, ſecus in
priuilegio ciuilitatis pœnam habente.

Tertio tollitur omnis ambiguitas, cum verba
decreti gratioſi ſint ampliſſima, & vniuerſalia, a-
pta ad comprehendendas omnes mulctas, & poe
nas, tam ex delicto, quam ex quaſi delicto, & hu-
iuſmodi, nam dicitur accuſatos liberari nedum
à quacunque pœna corporali, ſed etiam mulcta,
vel condemnatione pecuniaria, vel bonorum cõ
fiſcatione; dictio enim illa, quæcunque, tãquam
57 vniuerſalis comprehendit quaſcunque pœnas,
& omnes pẹnarum ſpecies complectitur, & tra-
hitur ad caſum proprium, & improprium, capi.
medicinalis, de ſententia excommunicat. Tira-
quellus de retractu legali, §. primo, gloſ. ſeptima,
numero 20. Crauetta conſil. 86. num. 6. & quod
pœnas ex contractu proficiſcentes complectatur
58 decidunt Gramat. deciſ. 4. & Maſtril. in eius cõ
mentarijs ſuper hoc ipſo indulto.

Quarto cum agatur de pẹnali debito, & lega-
li poſtquam priuilegium ad legalem pẹnam, ſe
refert, vbi non haberet quis in ære poſſet in cor-
pore puniri, vt notatur, in l. quicunque, §. quod ſi
ad prædictam pœnam, C. de ſeruis fugitiu. tanto
magis, quia conſtitutio, in §. collegijs, §. Notarij,
imponit pẹnam corporalem Notarijs ſimilia in
ſtrumenta rogantibus, conſequitur, vt agatur de
obligatione ex quaſi delicto, vt habetur toto tit.
inſtit. de oblig. ex quaſi delicto; ergo decretũ gra
tioſum debet locum habere in huiuſmodi caſu.

Nec aduerſatur caſus eius, qui promiſit, de ali
quo præſentãdo, vel de nõ faciendo fugam, quia
eſt longe diuerſus, cum decretum excipiat caſum
quando pro pœna cautũ fuerit, vt hoc caſu cau-
tum eſt fideiuſſione, & ſic caſus eſt longe diuer-
ſus, & Corn. conſil. 51. ſub num. 9. verſi. & eſt ad-
uertendum, vol. primo, non obeſt quatenus vult
ſi agatur ad pœnam conuentionis eſſe ciuilem,
59 & non criminalem, etiamſi fiſco applicetur, quia
agitur ratione contrauentionis, & non criminis
quia vt ipſe ſe declarat ſub num. 5. verſic. milita
bant, interuenerat in ſuo caſu ſtipulatio verſus
fiſcum, quæ hic deeſt, rurſus caſus noſter cum pẽ
deat ab obligatione oriente ex quaſi delicto põt
dici quandam criminis cognitionem præſeferre.

Nec aduerſatur conſtitutio noſtra, tit. de iure,
& priuilegio fiſci, §. abſolutiones, qua decretum
videtur, vt huiuſmodi abolitiones non compre-
hendant credita, quæ fiſcus haberet cum aliqui-
bus theſaurarijs, vel alijs, vt ibi, ſed tantum com
prehẽdãt debita ex cã mulctarũ, vel condẽnatio-
nũ pecuniariarũ occaſione, & pro delicto factarũ,

Quia reſpondetur conſtitutiones loqui de cre
ditis, quæ ex cauſa onerosa fiſcus haberet, ſecus
60 in credito ex cauſa lucratiua, pẹnali, & odioſa,
quia longe diſpar eſt rõ damni, & lucri, vt tradit
Tiraq. relato trac. §. 35. gl. 2. nu. 7. & infra, & cau
61 ſam lucratiuã in pẹna fiſcus meretur, l. in ſumma
& l. qđ placuit, ff. de iure fiſ. Crau. viden. cõſ. 957
nu. 7. & cum aliquid quod proprium ſit abſit, dici
62 tur pẹna, l. damnum, ff. de dam. infec. nec eſt cer-
ta lex, & cõditio rei, quæ datur cũ à principe nõ
dentur bona, ſed ciuilitatis priuilegiũ, quod eſt
quid ſeparatũ, Corb. de cã priu. ob deter. rei. n. 6.

Secundo dicitur confiſcationẽ bonorum, quæ
eſt in rẽ, non contineri ſub cenſura ipſius conſtitu
63 tionis loquẽtis de creditis, quæ appellatione mo
biliũ, vel immobilium non veniunt, Cor. conſil.
64. num. 4. lib. 4. & debitor is dicitur, qui actione
perſonali non reali tenetur, l. creditores, ff. de ver
bor. ſign. & cõmuniter notatur in inſtit. de actio.
64 in princ. & §. 1. Alex. in l. 1. ff. ſi cert. peta.

Quod vero confiſcatio hæc, ſiue bonorũ anno
tatio ſit in rem, vltra ꝙ ad ſenſum patet, probat
Boſ. tit. de pẹn. nu. 43. vbi loquitur in ſimilib. ter
65 minis public. bonorũ, & Clar. §. fi. q. 78. 79. & 80.
differentiã conſtituit inter confiſcationẽ bonorũ
ſiue generalẽ, ſiue ſingularẽ, vt hæc, & pẹnã pecu
66 niariã, & propterea decretum, vt omnia comple-
cteretur, mentionem fecit de mulcta, & pẹna pe-
cuniaria, & de confiſcatione, de qua cum nõ agat
conſtitutio, decreti poteſtas, ſicut, & voluntas cla
ris adeo verbis indicata libera manet.

Tertio cum princeps, qui priuilegiũ conceſſit,
ſi non habitauerit, vel habitare deſierit cõmina-
tus ſit, vt bona acquiſita ſint fiſco ſuo adiudicata
iuxta ordines ſuperinde editos, cõſequitur, vt hęc
confiſcatio rectè nomine mulctæ veniat, quã ei
concedens cõminatur, & ei imponit qui in mune
67 re ſibi impoſito per deſidiã ceſſat, & dř ſingularis
cuiuſdam peccati, velut contumaciæ, aut inobe-
dientiæ animaduerſio, vt eſt text. optimus, & ibi
videatur doct. Alcia. noſter in verb. ſpecialis, in l.
aliud eſt fraus, & l. ſi qua pẹna eſt, ff. de verb. ſigni
fica. & ſenſit Iaſ. vidend. in l. 1. §. is videtur, nu. 6.
ff. ſi quis iuſdicenti non obtemperauerit.

Nec dicatur quod conſtitutio, ita demũ mul-
ctam vult in abolitione cõprehendi, ſi ex delicto
facta ſit, ſecus ſi ex cõtractu, ſiue ex conuentione
veniat, quia vltra quod negamus hic agi de con
tractu, cũ vt iam præmonui, ſtipulatio non inter
ceſſerit ex Bar. in l. 1. in fi. ff. de iur. fiſc. dř illa ver-
ba ex delicto referri tm̃ ad caput proximum pe-
cuniarię condẽnationis; pręſertim cum pręcedat
dictio alternatiua, vel, quę inter diuerſa ponitur,
68 c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. Bar. in l. talis ſcri
ptura, §. fi. de leg. 1. ſicq; mulctæ nomen in ſua ge
neralitate manet, & prædicatur de legali, & con-
69 uẽtionali, vt tradit Alb. in ſuo dictionario, in ver.
mulcta qui allegat tex. in auth. de iud. §. qa vero.

Præterea ſi etiam delicti qualitas deſideraretur,
tur, in præſenti caſu illa non deeſt, cum is qui
negligit principis, cui parere debet, manda-
tum, aut eius contractus legem non ſeruat,
dolo

70 dolo non carere,ſed in dolo,& fraude verſari dicatur,l.non poteſt, ff.de regulis iuris, Crauetta videndus conſil.193.num.2.3.&4.optime confert Baldus in l.fin.num.18.& infra.C.de cõtrahen.emptio.& vendit.Quæ delictum,& maleficium præſeferunt pœna dignum, l.prima,§ pla-
71 ne,ff.de tutel.& ration. diſtrahend. & tradit Iaſ. videndus in ead.l.prima, §.hoc iudicium, nume. 40. ff.ſi quis iuſdicenti non obtemperauerit, & optimè confert Cagnolus, videndus ead.rubr.ſi quis iuſdicenti non obtemperauerit, num.7.vbi ait inobedientiam grauiſſimum eſſe peccatum, & contemptorem mandatorum,ſeu iuſſus Prin-
72 cipis grauiter eſſe puniendum, quod ſatis ſuperque comprobatur teſtimonio noſtri primi parentis,qui cum reliquerit, & abijecerit obedientiã nec rationi paruerit, cui lege naturæ ſubiectus erat, genus humanum peccato in ſeruitutem tradit,& contractus factus ab eo qui habet poteſta-
73 tem condendæ legis, vim habet legis, & ſeruatur pro lege quo ad omnes, Bartol. in l. donationes, C.de donatio.inter virum & vxorem, & Alexand.ad Bartolum, in l.ſi vnus, §.ante omnia, ff.de pactis,& quamuis interdum fraus poſſit eſſe ſine pœna, attamen cum pœna ſine frau-
74 de eſſe nequeat, ead.l.aliud eſt fraus,ff.de verborum ſignificatio. nec pœna ſiue delicta, l.ſancimus, C.de poen. perſpicuum eſt, vt hæc confiſcationis pœna tanquam doli, & fraudis vindex, à delicto manare dicatur, atque ideo cum verba, & mens conueniant, optimè in exceptione conſtitutionum, atque in gratioſa benignitate decreti continetur,præſertim cum pęna à conſtitutionibus, in §.collegijs,titulo de pœnis, ſcripta contra forenſem, poſſit dici per ciuilitatis priuilegium,non de nouo inducta,ſed tantum ſuſpenſa,cum eius titulus per appoſitam conditionem habitationis eſſet reuocabilis,& ad non ens reducibilis, tum quia hoc modo princeps ſuam gratiam limitauit, tum quia ita eſt etiam de iure,ex quo, ſiue in vim modi, ſiue in vim conditionis, habitationis onus iniunctum fuerit ob non implemẽtum, reſoluatur acquiſitio, quoniam ſicut cõditionis defectus facit, ne quis acquirat,ita de-
75 fectus modi efficit, vt acquiſitio iã facta infirmetur,& reſoluatur;vnde fit, vt effectu, & exitu inſpecto inter modum,& conditionem nulla ſit differentia,ita Gab.conſ.5.nu.31.lib.1.idem etiam tenet Alc.cõſ.53.n.3.lib.8.in proprijs noſtris terminis Surd.viden.conſ.437.nu.41. Additur qđ Princeps vſus eſt verbo,declaramus,quod nil noui inducit,l.hæredes palam, §.ſed ſi notam, ff.de teſtam. & quatenus ſe retulit ad ordines ſuperin de editos,conſtat,quod noluit vim,& effectũ poe-
76 nę legalis immutare,nam relatum eſt in referente,cum ſuis qualitatibus,l.aſſe toto, ff.de hæred. inſtit.& diſpoſitio relatiua aſſumit vim, & natu-
77 ram diſpoſitionis relatæ, l.ſi prior maritus, ff.ſoluto matrim.imo voluit quod legalis pœna antiquum nomen,& vim ſuam retineret,vt probat in ſimili idem Alciatus,ea.l.aliud eſt fraus,num. 18.& l.ſi qua pœna,num.9.de verb.ſignificat.& per conſequens à delicto proficiſci dicitur, nam etiam pœna conuentionalis idem continens qđ
78 legalis,in locum legalis ſuccedit, & idem iudicamus de ea quod de legali, l.ſi ita ſtipulatio, vbi Iaſon numero ſecundo,& Alciatus, ff.de verborum obligatio. & hoc maximè cum conſtet de mente principis, quod voluit aliquid nouare, dũ ſe ad eam retulit, & licet minus contineat, non
79 propterea inducitur nouatio, l.qui bis.vbi Albericus,& Iaſon numero 5.ff.de verborum obligatio.& l.fina. C.de nouat. vbi notant omnes,facit Bartolus in l.ſtipulationes non diuiduntur,quęſtio.8.ff.de verborum obligat. ſed dici poteſt ipſum priuilegium expreſſiſſe clauſulam,quæ tacite inerat,ex diſpoſitione Senatuſcon.anni 1551. die 29.Maij quo decretum fuit, vt in priuilegijs ciuilitatum apponeretur illa clauſula, vt vbi contingat bona immobilia per ciues acquiri,quod teneantur in dominio Mediolani habitare,& ſi habitare deſierint, bona fiſco applicata eſſe cenſeãtur,alioquin conceſſio ſit nulla, ac ſi facta nõ eſſet, & per conſequens iſta pœna, in hoc priuilegio adiecta dicitur legalis,& eo iure eſt cẽſenda;
80 cum in omnibus, & per omnia ei conueniat, nihil prorſus addito, vel diminuto,vt communi cõſenſu traditur,à ſcribentibus, ead.l.ſi ita ſtipulatio, & cum veniat aliquid fiſco applicandũ cauſa ſapit criminalitatem, & quilibet poteſt agere,& ex officio procedere, gloſ.in rubr. ff.de po-
81 pul.actio. Alex.vidend.conſ.66.nu.1.lib.1. Boſ. de iniurijs,nu.32.& de appella.nu.8.& hoc ſufficit,vt Lauinia obtineat in hoc iudicio,non obſtante quod pœna prædicta reperiatur appoſita ĩ priuilegio, quod,vt pars aduerſa præſupponit, habet vim quaſi contractus, quia Nouæ Conſtitutiones circa hoc nihil diſponunt, ſed ſolum requirunt vt creditum iſtud veniat occaſione delicti,& ſic poteſt ſimul ſtare,quod priuilegium ſapiat vim quaſi contractus, & quod pœna in eo contenta ſit occaſione delicti ratione doli, in non parendo commiſſi, promiſſa; nam prima qualitas non repugnat nouis Conſtitutionibus; & per ſecundam ſatis comprobatur earum diſpoſitio.

Et vbi eſſet res dubia, cũ tamen clariſſima ſit, in dubio eſſet inclinandum in benigniorem partem,vt ſcilicet pęna abſit, & decreti gratioſi fauorabilis abolitio ſubſit, l.ſi pręſes, l.interpreta-
82 tione,de pęnis,c.ſtatutum de elec.in 6. Cæph.cõſil.53.nu.1.&2.vol.1.qui loquit de pęna ſimilis decreti,prout eſt noſtra cõſtitutio,& cũ hęc generalis abolitio ob publicã gratulationẽ ꝑ tot regnorũ poſſeſſionẽ, & ꝑ feliciſſimũ coniugium adeo proſperè geſtũ facta,gratioſum ſit,tãti Regis beneficiũ,vnde ſciat ſubditos ſua gaudia gauiſuros, ſolidè inquiẽtes,potentiſſimi Regis noſtri benignitas nos in ſuis rebus fecũdis reſpexit, animum iam expleamus gaudio, Deum optimũ,&

glorioſiſſimam Matrem, & Virginem Mariam
continenter exorantes, vt proles exoriatur, & ſo-
boles propagetur, quaſi diuinitus emiſſa leniſſi-
mo Auſtro, cœloque ſereno, ad nos gubernãdos,
immo ad iuſtè regendum vniuerſum quaſi ter-
rarum orbem; & ad defendendam ſacroſanctam
Chriſti fidem, Diuina prouidentia in Auſtrali
83 hoc firmiſſimo ſolio, poſt Deum valde firmata,
l. abolitio, & l. ſequenti, ff. ad Senatuſconſultum
Turpilianum, l. 2. C. de generali abolitione, Azo
in ſumma eius titu. & Specul. titu. de abolitio. in
princip. & Lucas à Penna ſuper titu. C. publicæ
lætitiæ, lib. 12. Clarus §. fin. quæſt. 59. verſic. ſuc-
ceſſiuè, eſt equidem latiſſimè interpretanda,
quia principis liberalitas freno non ſubeſt, nec
debet coerceri, ſed ita dilatari, vt dicat, nolo tibi
vllum commodum in me claudi. l. fin. C. de præ-
poſitis gentium in rebus, lib. 12. vbi inquit Im-
perator, abſurdum fore, velle beneficia princi-
84 pum recludere ad ſtrictam interpretationem. l. fi
na. vbi poſt alios videatur Iaſ. num. 31. ff. de con
ſtitut. principum, ca. olim, vbi plenè omnes iuris
Pontificij interpretes de verborum ſignific. & id
maximè eſt dicendum quando eſt conceſſum, vt
hoc caſu, motu proprio, & agatur potiſſimum de
principis concedentis præiudicio, vt explicat i-
dem Iaſ. relato loco num. 19. & 32. & alij viden
di, quos retuli ego conſ. 166. num. 6. & 7. & infra
85 vol. 2. & de remittendis pœnis, quæ ſunt odioſæ,
& quæ omnes ſunt poſitæ in manu principis, &
quas arbitratu ſuo, & pro libito voluntatis po-
teſt remittere, ſubditiſque ſuis indulgere, vt ſcri-
bit Boſſius titu. de remedijs ex ſola clem. princi-
pis, nume. 23. & 31. & communem dicit Clarus
§. fina. eadem quæſtio. 59. in princip. & ideo re-
ceptum eſt, vt principis beneficium etiam perſo
86 næ conceſſum, quidquid ſit in priuilegio ad hære
dem tranſeat, vt tradit Boſſius titu. de principe,
nume. 142. & egregiè Præſes Menochius tract.
præſumptionum, lib. 3. præſumpt. 103. num. 20.
vbi vide.

Et id eo magis eſt faciendum cum re ipſa nõ
poſſit eſſe locus alicui pœnæ, & hæc delatio, ſeu
(vt aiunt) notificatio, velut calumniæ plena, ſit
omnino obaudienda, tanquam ea, quæ ſine in-
ſpecto ſit allatura fideliſſimis S. C. M. vaſallis
Lauiniæ, & Viſtarino eius coniugi magnas ani-
mi perturbationes, & moleſtias, ac graues impen
ſas abſque aliquo fiſci commodo, virtus enim, &
cuiuſque negocij laus omnis in actione cõſiſtit,
87 & quamuis qui iniuriam patitur, iuſtè apud iudi
cem, & magiſtratum conqueratur, & reum accu
ſet, non vlciſcendi inimici cauſa, quod à Chri-
ſtiana pietate, quæ nos docet inimicos diligere,
& benefacere his qui oderũt nos, valde alienum
eſt, ſed vt armis iuſtitiæ, quod ſuum eſt facilius
aſſequatur, & iniuriam propulſet, atque ſolo iu-
ſtitiæ ſtudio incenſus, non ad ſuam ipſius, ſed po
tius ad publicæ maieſtatis vindictam reſpiciens,
ſtudioſè, & diligenter curet, & det operam, vt de
nocente ſupplicium ſumatur, vt vinculis, & ver-
beribus (vt cæteris ſit exemplo) excruciatus ne-
cetur; attamen qui nulla iniuria laceſſitus, aut le-
ſus ſola ſpe conſequendæ pœnæ, aut verſuta, &
fallaci nocendi ratione, quæ dicitur malitia, ad-
ductus, & quaſi furore inflammatus, ac cœca lu-
cri cupiditate raptus proximum accuſat, & non
petitoris, ſed iniqui delatoris nomen accipiens,
iniuſtè hos vexat, illos perturbat, & euertit, ſæ-
pè etiam non tantum aurum, aut argentum, ſed
etiam ipſum ſanguinem ſitiens; equidem in va-
rias reprehenſiones, & grauiſſima peccata in-
currit inſolens, & odioſus iſte, ac temerarius ac-
cuſator, cuius nomen Romani ipſi tanto habue-
runt odio, vt valde turpes, & infames exiſtima-
uerint partes eius, qui contra caput diceret, &
qui odioſo accuſatoris munere fungeretur, exce-
pto crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vel huma-
næ, in quo accuſatio loco fraternæ reprehenſio-
nis habetur, & propterea delatores, etiam qui
abſque neceſſitate officij, aut ſui iuris iactura;
ſed ſola lucri cupiditate ducti deferunt, lex no-
tat, l. delator, ff. de iure fiſci, l. nulli, C. de delato-
rib. Bartolus in l. ſecunda, ff. de iure fiſci, & cum
id ingenuis viris verecundum videatur, ſecreta
eorum nomina retineri edicto palam fit; quod
autem ex hac ipſa delatione exitu iudicij ſpecta
to, nihil lucri facturus ſit Regius fiſcus probatur.
Nam in bonis, de quibus agitur ipſa Lauinia, &
ratione ſuæ legitimæ, ex l. hac edictali, C. de ſe-
cundis nuptiis, meliora habet, & potiora iura,
quàm fiſcus ipſe vnquam habere poſſit. Nec
potuit Comes Trinitatis in præiudicium iſtius
iuris ipſius Lauiniæ deſinendo habitare facere,
vt in pœnam hæc bona inciderent.

Item cum in inſtrumento dotali anni 1582.
expreſsè actum eſſet, vt ea bona in dotem aſſi-
gnata in ipſius Bartholomeæ præiudicium alie-
nari, nec obligari poſſent, immo adueniente ca-
ſu dotis reſtituendæ, illa reſtituerentur, hinc con
ſequitur, vt non potuerint in pœnæ periculum
venire in præiudicium huius pactionis, quæ rem
ipſam afficit, ad quoſcunque tranſeat, cum tem
88 pore dationis in dotem, & ſic in contractus ini-
tio hæc pactio appoſita ſit, vt ſcripſit doctiſſimus
Alciatus noſter conſil. 28. num. 5. lib. 1. Neguſan
tius tractatu pigno. 4. parte princip. nume. 34. &
35. Fabianus à Monte tract. de emptio. & vend.
quæſt. 5. princip. num. 39. l. in traditionibus, ff. de
pactis, l. legem. C. eodem. Baldus in l. nulla, C. de
iure dotium. Alex. conſil. 23. volum. 1. Bartol. in
l. Imperator, ff. de fideicommiſ. lib. Boſſius titu.
de public. bonorum, num. 31. & 41. Clarus §. em
89 phyteuſis, quæſt. 29. in princip. Corbul. de cauſa
priuat. ob mortem eiuſdem, num. 32. & ex conſe-
quenti datur Lauiniæ retentio, Alciatus conſi-
lio 31. nume. 43. libro 9. l. finali, C. de in integr.
reſtitutio.

Item ex frequentiori Doctorum ſententia
cum ageretur de cauſa dotis, potuit fieri aliena-

tio etiam in forenſem non obſtante noſtra conſtitutione, vnde priuilegij pœnæ operatur, ſolum reſpectu acquiſitionum, quæ fieri nõ potuiſſent, niſi intercedente ope priuilegij; ſecus reſpectu aliorum caſuum, qui alias fieri potuiſſent abſq;
90 ipſo ciuilitatis priuilegio, prout hic, eſt vt ſcribit Iaſ. in l. filiusfamilias, §. diui, num. 59. ff. de lega. primo, & alios complures de communi optimũ dicentes teſtimonium refert interpres ad dictũ, §. collegijs, num. 54.

Item cum contractus ille dati in dotem, ſit factus ſine conſenſu agnatorum ipſius Bartholomeæ, & etiam cognatorum prout requirebat diſpenſatio ſenatus, ſequitur, vt nullus eſſet ipſæ alienationis contractus deficiente forma, à lege deſiderata, nam licet credatur mulieri aſſerenti cum iuramento, quod agnatum non habeat, tamen vltra, quod hoc iuramentum in caſu noſtro non fuit adhibitum, non tollitur tamen, quin poſſit contrarium probari, prout ex productis teſtationibus probatum eſt, & plenius probabitur ſi opus fuerit, vt cauetur ſtatuto noſtro, cap. 329. volum. primo, & notatur ad ſtatutum, cap. 328. num. 363. & eod. §. collegijs. num. 161.

Et ex his arbitror cumulatè ſatisfactum eſſe omnibus dubitationibus ex contrario iniectis, & cauſam Lauiniæ de damno euitando agentis in tutiſſimo loco collocari, ius autem fiſci, ſicut & delatoris, vti tractantium de iniquo, & odioſo lucro eſſe omnino inane, & futile iudicandum, præſertim ab Excellentiſſimo Senatu, qui ſola facti veritate inſpecta iudicat, & æquitatem ante oculos habet, nec patitur, vt fideles, S. Reg. Maieſtatis ſubditi iniuſtè adeò vexentur, reliqua ſuppleat, &c.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO COMITE GEORGIO Triuultio Equite, & Senatore Mediolanenſi.

ARGVMENTA.

Feudi alienandi faculcas alicui conceſſa, an ad ſucceſſores tranſeat, & in alienatione, quæ poſtea fiat domini conſenſus adhuc requiratur.

Feudum alicui ita conceſſum, vt poſſit diſponere, tam in vita quam in morte pro libita voluntatis, titulo feudi, & ſaluo iure fidelitatis an in fiſcum tranſire poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Alienondi licentia alicui nominatim data, an ad hærodem tranſeat.*

2 *Succeſſoris nomen taquam genericum non tantum primum, ſed alios deinceps complectitur.*

3 *Succeſſoris appellatione in beneficio principis, nedum vniuerſalis, ſed particularis continetur.*

4 *Emphyteuta ſub nomine generico conceſſa alienandi facultas, comprehendit tam antiquum, quam nouum emphyteutam, & res ſemper tranſit cum ſua cauſa.*

5 *Feudi alienandi facultas ſi contedatur in inueſtitura, an ſi poſtea alienatio fiat domini conſenſus exigatur.*

6 *Emphyteuta ſi alienandi facultas concedatur, an in eius alienatione adhuc domini licentia exigatur.*

7 *Feudum conceſſum cum clauſula quibus dederit, propriam naturam amittere videtur, & ad extraneos tranſire poteſt, ex communi Doctorum ſententia.*

8 *Feudum conceſſum cum clauſula, vt quis poſſit de eo diſponere tam in vita quam in morte, alienari poteſt in extraneos, perinde ac ſi eſſet conceſſa cum clauſula, & quibus dederit.*

9 *Feudum ſicut ad extraneum trãſire poteſt ex clauſulis in inueſtitura contentis, ita etiam in fiſcũ, quando idem eſt, qui fiſcus domini directi.*

10 *Inueſtitura facta ſub commemoratione prioris, nõ dicitur noua, ſed potius antiqua confirmata.*

11 *Nouatio non inducitur niſi expreſſe agatur.*

12 *In feudis interpretandis attendi debet obſeruantia ſubſecuta.*

13 *Obſeruantia nunquam intelligitur remota etiam ſi prohiberetur conſuetudinis allegatio.*

14 *Vnica dicitur oratio quando plura ab vno, & eodem verbo reguntur.*

15 *Diſpoſitio eodem diuerſo iure cenſeri non debet.*

16 *Fidelitas quid ſit, & quæ ſit eius ſpecies.*

17 *Inueſtitura tenor, & eius pacta ſunt diligenter inſpicienda mox ius conſuetudinarium, dein ius ſcriptum.*

18 *Clauſulæ diuerſæ ſi ſint, non poteſt vna ad aliam referri.*

19 *Feudi conceſſio facta alicui cum clauſula, & quib. dederit, præſupponit vt tit. feudi fiat.*

20 *Vaſallus ſine conſenſu domini videtur poſſe alium de feudo ſubinfeudare.*

21 *Determinatio plurium determinabilium æqualis eſſe non debet ſi adſit diuerſa ratio.*

22 *Qualitas adiecta vni, non refertur ad ea in quibus mens diſponẽtis effectum ſortitur, ſine repetitione talis qualitatis.*

23 *Singula ſingulis congruè ſunt referenda.*

24 *Plura determinabilia debent determinari prout vnicuiq; ſua natura congruit.*

25 *Fidelitatis ſpecies cum plures ſunt alia præſtatur ratione feudi alia per domeſticum, vel familia-*

rem, alia ratiane banarum ſeudalium, alia ratiane habitatianis.

26 *A Principe patentiari melius eſt regi, quam à debiliari.*

27 *Pars vna debet ita intelligi, vt alteri canueniat, & ei nan aduerſetur, aut cantraria ſit.*

28 *Iuramentum fidelitatis an praſtare teneatur, qui paſſidet bana in territoria alicuius.*

29 *Feudum an patius Alladium quid in dubia praſumatur.*

30 *Interpretatio eſt ſemper facienda, vt res ad ſuam naturam redeat, & qua libertati fauet.*

31 *Fidelitatis iuramentum non ſemper praſuppanit, vt quis teneat feudum ab ea cui illud praſtitit, cum multis de cauſis illud praſtetur.*

32 *Actaris prabatio reum canuentum non vincit, niſi clara ſit, & certa.*

33 *De fidelitate, qua citra ius, & namen feudi praſtatur, quanda intellectum cenſeatur.*

34 *Tertii ius quanda deduci poſſit.*

35 *Clauſula, vt quis ſalua iure fidelitatis diſpanere paſſit de ipſo feuda quem ſenſum habeat.*

36 *Canfiſcabile cenſetur, quad eſt alienabile, & è cantra.*

37 *Feudum an confiſcari paſſit.*

38 *Feudi naturam immutat clauſula, vt paſſit de ea diſponi pra libita voluntatis.*

39 *Feudi alienatia poteſt fieri in quemcunque capacem.*

40 *Feudum ſi fuerit conceſſum, cum facultata de ea diſpanendi pra voluntatis libita retinet naturā feudi noui, & nan antiqui.*

41 *Alienandi facultas nedum prima inueſtita, ſed & aliis ſucceſſoribus, canceſſa videtur.*

42 *Emphyteuſis ſi fuerit canceſſa cum facultate diſpanendi ad libitum an dicatur hareditaria, & quid in feuda.*

43 *Ab emphyteuſi ad feudum nan bene infertur, vbi diuerſa ſubſit ratia.*

44 *Feudum ex licentia alienandi prapriam naturam amittit, & fit alladium ſecus in emphyteuſi.*

45 *Alienandi facultas ex abſeruantia ſubſequuta interpretatianem recipit.*

46 *Eccleſiaſtica emphyteuſis in fiſcum tranſire nequit.*

47 *Alienatianis permiſſia in extraneas in feuda canceſſa, confiſcatianem etiam cancedit.*

48 *Actum faciens cenſetur ſe aſtringere legibus de eo loquentibus.*

49 *Tacitus actus ita conſenſum arguit ſicut expreſſus.*

50 *Diſponentis valuntas nan tantum ex verbis, ſed etiam ex factis, & quidem clarius colligitur.*

51 *Diſponendi ad libitum in facultate, alicui cōceſſa venire videtur ſucceſſio ab inteſtato.*

CONSILIVM CCLIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

DOctè adeo, & copioſè ſcripſit in præſenti eius cauſa lectiſſimus Senator, & per Illuſtris Comes, Georgius Triuultius, vt vix additioni locus eſſe poſſit, verum, vt & ego, qualecunq; ſit, iudicium meum interponam. Quod ad primum quæſtionis punctum pertinet ei accedo ſententiæ, vt permiſſio alienandi bona feudalia à Duce Ioan. Maria Vicecomite conceſſa fratribus Cauatijs, & eorum ſucceſſoribus, nedum ad primos acquirētes, ſed etiam ad alios deinceps porrigatur. Nam licet ambigāt aliqui. An licentia alienādi alicui nominatim data trāſeat ad hæredē, vt ſcribit Corbu. de cauſa priua.
1 ob alienat. ampli. 11. Attamen magis vera, & cōmunis eſt ſententia, vt extendatur ad hæredem, l. ſi pacta, §. fi. ff. de prob. l. ſicut, §. debitori, ff. quibus mod. pign. vel hypoth. c. Imperialem, vbi Afflictus, nu. 77. & Iſernia, num. 5. de prohibita feudi alienatione, idq; maximè dicendum videtur, vbi permiſſio non ſit reſtricta ad ſingularem perſonam aliquam nominatim expreſſam, ſed generalis, aut genericus terminus fuerit expreſſus, vt hic, aptus ad comprehendendos alios ſucceſſores, vt explicat idem Corbulus relato loco, nu. 6. dum mentionem facit de emphyteuta, vel debitore, qui expreſſim non ſit nomine proprio nominatus, ſed generico, ſcilicet debitoris aut emphyteutæ, tunc enim omnis; qui eo nomine veniet, eam alienandi facultatem habebit, & propterea
2 cum nomen ſucceſſoris ſit genericum, non ſolum primis acquirentibus, imo, & alijs id iuris collatū cenſebitur etiam particularibus ſucceſſoribus, licet ſucceſſoris appellatione in dubio veniat vniuerſalis, & non ſingularis, vt docet Bart. in l. pater, §. mater, ff. de leg. 3. Caſtrenſ. & Alexan. in l. quædam, §. is autem de edendo. idem Alex. conſil. 193. num. 1. lib. 2. Attamen cū nos verſemur
3 in principis beneficio, quod latè interpretari ſolet appellatione ſucceſſorum veniunt etiam particulares, vt in puncto declarat doctiſſimus Alciatus noſter videndus conſ. 18. num. 3. lib. 4. & cum alienandi facultas ſit conceſſa ſub nomine generico, puta, emphyteutæ, vel ſucceſſoris, trahitur ad omnes qui eo nomine venire poſſunt, & ſic comprehendit tum antiquos quā nouos emphyteutas, vt tradit Corb. excitat. ampl. 2. n. 18. de cauſa priuat. ob alienationem, & hæc qualitas tanquam potius realis, qua comprehenditur omnis qui in ea ſuccedet, quam perſonalis, cum
4 ſua cauſa debet tranſire, & ſemel effecta alienabilis perpetuo alienabilis manet, ex regula, l. pater filium, §. quindecim, de leg. 3. & in feudo ſcribit

Curtius

Curt.iun.in tracta.de feudis,in 4.quæſt.2.partis Ripa,in l.filiusfamilias,§.diui,num.65.de leg.1.

Quod vero ſpectat ad ſecundum caput, exploratum eſt in ipſis alienationibus non requiri conſenſum ipſius domini, quia vſq; à principio cenſetur præſtitiſſe conſenſum cuicunque alienationi à vaſallo fiendæ, vt dicit Clarus, in §.feudum,
5 quæſt.31. verſic. vlterius quæro, & quamuis in emphyteuta illud receptum videatur, vt non obſtante tali licentia adhuc teneatur acquirens habere conſenſum domini pro noua facienda recognitione,& vt in poſſeſſionem inducatur,vt probat idem Clarus in §.emphyteuſis, quæſ.23.ver
6 ſic.ſed quid ſi in ipſa, Corbulus de cauſa priuat. ob alienat.ampliat.2.num.7. & infra. Attamen in feudo aliter dicendum videtur,quia tunc propter huiuſmodi licentiam,amittit propriam naturam,& efficitur tanquam allodiale, vt eſt text. in cap.primo, de feudo non habente propriam naturam, Clarus in §.feudum,quæſt.41.verſicu. ſunt autem nonnulli,in fine.

In tertia quæſtione,in qua verſatur maior dubitatio,præſuppoſito,quod ex huiuſmodi clauſula cenſeatur tributa facultas alienandi etiam in extraneos,nam ſicut,quando apponitur clauſula & quibus dederit,feudum amittit propriam na-
7 turam,& tranſit ad extraneos, vt in cap.primo, de feudo non hab. propriam naturam, cap.primo,§.feudum,ea.lege datum, ſi de feudo defuncti cõtentio ſit, communem atteſtatur Curt.iun. conſil.4.num.primo, & repetit.conſil.130.num. 2.& ſequitur Clarus in §.emphyteuſis, quæſtio. 28.verſic.idem quoq;.idem dicendum eſt,quan-
8 do adeſt clauſula (vt quis poſſit diſponere tam in vita quam in morte pro eius libito volũtatis) cum hæc illi æquipolleat, vt ſentiunt Romanus conſil.112.num.2.& Menoch.conſil.primo,numero 127. & conſil.323.& alij complures iam relati,& hoc indubitatum videtur;ſola difficultas reducitur ad duo capita,an ſcilicet proinde bona hæc potuerint in fiſcũ trãſire;& an per illa verba (tit. feudi,& ſaluo iure fidelitatis) ea facultas reſtricta videaẽ ita vt adhuc feudi naturã retineat.

Ad primum dicitur propter huiuſmodi clauſulam, feudum ſicut ad extraneos trãſire poteſt, ita etiam in fiſcum,cui bona Vaſalli applicãtur, & hoc proculdubio videtur tenendum, quando
9 fiſcus, vt in caſu noſtro, eſt idem,qui & fiſcus domini directi, vt ex mente aliorum diſtinguit in his terminis idem Clarus,in §.feudũ, quæſt.84. verſic.aut vero,& hoc eſt tertium.

Nec aduerſatur conſilium 84. Gozadini in hac eadem cauſa,quia ibidem, ſub num.20.verſic.non obſtat ſecundum, præſupponit vnum,qđ à veritate facti alienum eſt, vt ſcilicet hæc inueſtitura fuerit immutata per aliam ſubſequentem inueſtituram,quod minimè verum eſt; Imo potius confirmata cenſetur, cum facta ſit prioris in
10 ueſtituræ commemoratio, nec à priore actu per ſubſequentem vnquam videtur receſſum, niſi ex rei neceſſitate inferatur, l.iurisgentium, §.adeo, vbi notant omnes, ff.de pactis, & pulchrè Aret. conſil.21. nec nouatio inducitur niſi expreſſè a-
11 gatur,l.fin. C.de nouat.& probaui ego conſi.78. nu.3.&5. Præterea præſupponit aliud, q̃ in iure minime ſubſiſtit, vt.ſ. huiuſmodi facultas alienãdi intelligatur coarctata inter deſcẽdẽtes,quia vt iam ſatis ſuperius probauimus extraneos etiam complectitur,quia alias pro libito voluntatis nõ diceretur data diſponendi facultas,ſi ita anguſte & limitate intelligeretur contra verborum amplitudinem,& aduerſus mentem eius, qui beneficium contulit, quod latè fuſèque interpretari cõuenit, vt liberaliſſimi, & munificentiſſimi principis beneficientia,& bonitas,qua nihil eſt melius aut præſtantius, magis eluceat,atque loco excelſo,& illuſtri ſita in conſpectu omnium ciuium aſtet,quo magis illi inflammentur,& aſcendantur ad ipſius obſeruantiam, quæ huiuſmodi donis mirificè conciliatur,& ad ſuos vſus adiungitur; Hic autem ſenſus veriſſimus videtur ex diuturna,& inueterata obſeruantia poſtea ſubſequuta,
12 in alienandis, & transferẽdis bonis in extraneos, tam inter viuos,quam in vltima voluntate, quæ obſeruantia magnum quidem habet robur, & plurimum momenti obtinet ad interpretandam quamcunque rem dubiam, & ad diſſoluendum quamcumque ambiguitatis nodum, cum in vnaquaque re,maximè inſpiciendum ſit quod retro ſeruatum ſit, l.minimè. l.ſi de interpretatione, ff. de legibus, Crauet.conſ.101.num.3.& 4.& conſil.201.num.11.12.& 22. nec hæc obſeruantia remota intelligitur etiam ſi prohiberetur conſue
13 tudinis allegatio.cum vna à mente proficiſcatur, altera ei vehementer aduerſetur, vt notat Bald. conſil.48.num.2. vol.3. Dec. conſ.11. num.10. Gallinius,de verb.ſignifi.lib.7. cap.17.num.8.

Ad ſecundum,licet videatur iure feudi id conceſſum fore,tum,quia dicitur (teneant dicti fratres,& poſſideant prædium, Caſtrum, bona,poſſeſſiones,& iura,titulo feudi,& eis vti,& frui poſſint,& diſponere tam in vita,quam in morte pro eorum libito voluntatis, ſaluo iure fidelitatis) quæ omnia, determinatione digna cum ab eodẽ verbo complectantur,& regantur ſub vna verborum ſtructura,debent æqualiter determinari. Atque ideo ſicut titulo feudi frui debent,ita etiã diſponere, poſtquam idem verbum (poſſint) de prædictis omnibus verbis infinitiuis ſcilicet (vti, & frui, & diſponere) prædicatur, et vnica tunc
14 maximè dicatur oratio, et determinatio,quando plura ab vno et eodem verbo reguntur, vulgata l.iam hoc iure, ff.de vulgar.et pupillar. et docet egregiè Bartolus,in l.fina. C.de ſent.et interloc. omnium iudicum,in principio, et nu.4. dum ait quando duo vocabula veniunt ad determinationem eiuſdem verbi debent intelligi, vt vniformiter operentur,& vna,et eadem res,vel diſpoſitio non debet diuerſo iure cenſeri,vt notatur,in l.eũ
15 qui ædes,ff.de vſucapionib. Crau.conſil.79. n.7.

tunc etiam, quia reſeruatio illa fidelitatis præ-
ſupponit rem eſſe feudalem, atque iure feudi fa-
cultatem alienandi tributam fore, Siquidem fi-
delitas eſt ſpecies quædam ſeruitutis, et feudum
dicitur à fidelitate, et fidelitas à fide, cui fidere
poſſimus, et quæ in feudis debet eſſe præcipua; et
idcirco fidelitas, nihil aliud eſt niſi iuſiurandum,
16 quod à Vaſallo præſtatur, ſiue ſit domino per in
ueſtituram, quæ fidelitatem debet præcedere in
vſibus feudorum, c. nulla, per quos fiat inueſtitu-
ra, et titulis ſequentibus, vſque ad titulum de in-
ueſtitura de re aliena facta, et tradit Afflictus in
præludijs feudorum, in ſecunda, et tertia quæſt.
et Hoſtienſis in ſumma de feudis, numero 2. et
10. Aliud enim eſt iuramentum de fide, quæ de-
betur ex omni contractu, aliud fidelitatis, quæ
non debetur niſi ex contractu feudi, nam fides eſt
obſeruantia promiſſorum, fidelitas autem eſt
quædam ſubiectio præternaturam in capite li-
bero naturaliter, vt ſubtiliter diſtinguit Bal. in c.
quæ in eccleſ. num. 25. de conſtitut. et in puncto
ſentit Decius conſ. 413. num, 1. et 2.

Attamen dicendum omnino videtur, vel iure
feudi non eſſe datam licentiam, vel id actoris in-
tentioni non prodeſſe; Nam in feudali hac mate
17 ria illud certum eſt, quod tenor inueſtituræ, et pacta
in eo appoſita ſint diligenter inſpicienda, et ſer-
uanda, mox ius conſuetudinarium, dein ius ſcri-
ptum, vt docet idem Hoſtienſis de feudis, num.
primo, verſic. vel dic quod feudum eſt beneficiū.
Præter enim obſeruantiam, quam ſuperius retu-
limus, et quæ ſemper fuit, vt in extraneos hęc bo
na tanquam allodialia alienata ſint, dicitur in-
ueſtituræ verba eſſe clata, vt illa verba (titulo
præfati feudi) non ſint adiecta verbo diſponen-
di, ſed verbo, tenendi, et fruendi ad declaranda
ſeu qualificanda illa verba (dicti fratres Cauatij
teneāt, gaudeant, et poſſideant prædictum Ca-
ſtrum, bona, poſſeſſiones, et iura titulo feudi) et
non clauſulæ illi (ac diſponere, etc.) et propterea
cum diuerſæ ſint clauſulæ habentes ſeparatam
18 determinationem, non poteſt vna ad aliam refer
ri, Bartolus in l. talis ſcriptura, de legatis primo,
Romanus conſi. 112. num. 3. Gabriellius in ſuis
communibus de clauſulis, concluſ. 9. numero 28.
et hoc maximè eſt concedendum, cum diuerſa
inſit ratio, ſiquidem feudalis conceſſio, facta
alicui etiam cum clauſula (quibus dederit) præ-
ſupponit, vt titulo feudi intelligatur, quatenus a-
pud inueſtitos manet. et propterea, iiſdem culpis
19 amittitur, quibus et aliud feudum, vt eſt text. ad
literam ſi de feudo defuncti contentio ſit, §. feu-
dum, et eodem cap. primo, de feudo non haben-
te propriam naturam. Vbi vero ad alium tranſ-
feratur virtute datæ licentiæ, propriam naturā
amittit, et ſit allodiale, vnde iure merito illa ver-
ba (titulo feudi) ſunt intelligenda ratione termi
ni cui adiecta fuere, ſcilicet quatenus inueſtiti te
nerent, et poſſiderent. Quatenus autem in alios
diſponerent tunc aliud dicendum eſſet, ne illa

alienandi licentia ſtatim ſubſequens, adeo lata,
& ampla, inanis quodammodo cenſeatur, & ad
nihilum penè redigatur ſine effectu operādi: præ
ſertim cum Vaſallus, qui inueſtituram recepit
20 ex iuris regula poſſit ſine conſenſu domini alium
ſubinfeudare de feudo quod ipſe habet, vt tradit
Clarus in §. feudum, quæſtio. 32. in primo. Nec
obſtat aduerſa regula determinationis plura re-
ſpicientis determinabilia, ſiquidem negamus v-
nam eſſe determinationem, & quia ſi vna eadem
eſſet determinatio, tamen æqualis non deberet
fieri determinatio cū adſit diuerſa ratio, vt hic,
21 & natura determinabilium ad inuicem repu-
gnet, vel abſurdum ſequatur, vt egregiè aduer-
ſam concluſionem poſt alios, ex aliorum tamen
mente, explicat videndus omnino Simon à Pre
tis, tracta. de interpretatio. vltimarum volunta-
tum, lib. 3. ſolutio. 9. à numero 20. vſque ad fi-
nem, fol. 265. & qualitas vni adiecta non refer-
tur ad ea, in quibus effectum ſortitur mens diſpo
22 nentis, ſine repetitione talis qualitatis, text. & gl.
in c. cum ſingula, de præbend. in 6. Ruin. conſil.
137. num. 5. lib. 3.

Non aduerſatur vtique illa clauſula (ſaluo ta-
men iure fidelitatis) quia vt ſingula ſingulis con
grue referantur, prout referri debent, l. quoties,
23 C. familiæ erciſcundæ. gloſ. in l. ſi negotium, C.
de negot. geſtis. l. fina. vbi etiam Angelus C. de
fideicommiſſ. debet ea intelligi quandiu fuerit
penes Cauatios, verbumque poſitum inter plura
determinabilia, ea debet determinare prout vni-
cuique ſua natura congruit, gloſ. in l. fina. in ver-
24 bo, vniuerſitatis, vbi & Angelus notat nume. 4.
C. de fideicommiſſ. idem Simon à Pretis, lib. 2.
ſol. 1. fol. 173. num. 266.

Secundo reſpondetur, plures eſſe fidelitatis
ſpecies, quarum vna præſtatur domino per vaſal
lum ratione feudi, quod recognoſcit ipſe vaſal-
lus à domino. Alia quam præſtare debet fami-
liaris, vel domeſticus. Alia quam ſubire debet
25 quis vel ratione bonorum non feudalium, quæ
ipſe tenet in loco ſubiecto iuriſdictioni domini,
vel ratione habitationis, quam habet in loco iu-
riſdictionis domini, vt communiter diſtinguunt
Aluarotus Yſernia, & alij interpretes in cap. qua
liter vaſallus iurare habeat, num. 1. & alias fide-
litatis ſpecies proſequitur Bartol. trac. ad repri-
mendum, in verbo, totius fidelitatis. Aliquando
etiam quod noſtrum eſt alicui potenti principi
damus, mox ab eo illud idem recognoſcimus, vt
omnes intelligant, nos in eius tutela latere, atque
26 eius excelſam authoritatem nobis aduocaſſe, vt
fortiſſimum propugnaculum, & firmiſſimum præ
ſidium, ſub cuius cuſtodia dormiamus ſecuri, &
læti tranquillam traducamus vitam, atq; arma-
torum impetum, cæterorūque tela, & incurſus re
fugiamus, & quò potentior eſt princeps, ad cuius
potentiæ columnam adhæreſcimus, eò firmior,
& tutior, eſt rerum noſtrarum ſtatus, quandoqui
dem longè melius ſit regi à potentiori, quàm à de

biliori principe: Nam cum pacis nomen dulciſ-
ſimum, & pulcherrimum ſit, & res ipſa ſalutaris,
paci eſt ſemper conſulendum, princepsque debet
ſua perficere vigilãtia, vt ciuitas ſuæ fidei à Deo
concredita iuſtitiæ, & abundantiæ bono fruatur,
tutamq́ue & tranquillam pacem trahat. Rexq;
ipſe eam vnam cogitationem, & curam ſuſcipiat
vt pacata, atq; quieta prouincia ſit quam regit.
l. congruit, ff. de officio præſidis, hæcq́ue præci-
pua eius intentio ſit, & finis, in quem iaciat, &
immittat acerrimos oculorum ſenſus, moderatus
enim & concors ciuitatis ſtatus, quos fructus iu-
cunditatis, & vtilitatis lætos & vberos affert? di-
ſcors autem quæ mǫroris, & detrimenti triſtia vi
tia apportat? hanc miſeriæ, hanc ærumnæ pro-
munt omnes, illam volupraria, & vtilia extollũt
commoda, quas calamitates vt effugiat, & vt in
pace viuatur, optimus & prouidus Monarcha ſi
res poſtulat, incidit, atq; infert acre, & magnum
bellum, qua in re cum maxima ſit facienda im-
penſa, & cum princeps, cuius vires ſint admodũ
debiles, facilè à vicinis contemnatur, ac pro nihi
lo putetur, nec curetur, eius prouincia infeſta red
ditur perpetuis excurſionibus, & latrocinijs, mi-
tique & ſuaui, ac nutrienti pacis alimento carẽs,
non ſine graui eius iactura cõtinenter ardet flam
ma, & incendio belli. Quamobrem illud in vita
eſſe apprimè vtile ſemper exiſtimaui habere Re
gem maximum, cuius potentia hoſtes terreat, &
omnes in officio contineat, & in cuius maieſtatis
fronte ſcriptum ſit, noli me tangere, nam ſi laceſ-
ſes, impunitus non abibis, & tanto melius gens,
vel populus regitur, quanto ſub maiori, vel po-
tentiori Rege geritur, vt egregiè docet Bartolus
tractatu de regimine ciuitatis, nume. 8. & 22. &
nos ipſi diuina benignitate iam diu experimur
cum potẽtiſſimus Hiſpaniarum Rex Philippus
Tertius Regum longè maximus, nobis datus ſit,
cuius ſumma religione, admirabili potentia, &
inſigni maieſtate, & incredibili prudentia recta,
& gubernata hæc noſtra Mediolanenſis prouin-
cia ſummam habet ſecuritatem, ſummam deni-
que tranquillitatem, & pacidiſſimam pacem, cu-
ius beneficio recreata nunc multis virtutibus, ſtu
diis, & artibus, ac infinitis propemodum publicis
priuatisq́ue beneficijs floret, ſicut antea per tot
annos aſſiduis bellis deuexata, & iactata ſub im-
becillo ducum principatu miſera, & miſerabilis,
atque miſeranda, miſereq́; afflicta iacebat. Sub-
ſiſtente igitur ampla hac facultate alienandi, cõ
ceſſa pro libito voluntatis quæ præcedit hanc re
ſeruationem (ſaluo tamen iure fidelitatis) vt vna
27 pars pro iuris ratione alteri conueniat, gloſ. in §.
tutor, in verbo, epiſtolam, Inſtit. de author. tuto.
& ne ei aduerſetur. l. iam ad ea, de condit. & de-
monſtrat. Deci. conſil. 299. num. 9. & 10. Roma.
conſil. 104. num. 1. & 2. & ne ſequatur repugnan
tia, aut contraria diſpoſitio vno quaſi tempore,
cap. inter dilectos, de fide inſtrumen. Alexander
conſil. 191. num. 6. volum. 2. Decius conſil. 386.

ſub num. 4. erit prorſus dicendum principem in-
telligere de ea fidelitate, quæ præſtatur ratione
iuriſdictionis, vel habitationis; Poterat enim fie-
28 ri alienatio in exterum, aut forenſem, & propter-
ea ad tollendam omnem dubitationem, quæ pro
inde fieri potuiſſet, an is teneretur ad fidelitatis
iuramentum, vt aduerſus Aluarotum, & Yſer-
niam tenuit Iacobin. eod. tit. qualiter vaſallus iu
rare habeat, in verbo, qui quidem inueſtiti, per
ea quæ tradunt Abbas, & Imola in cap. nimis,
de iureiuran. dum volunt eo ipſo, quod quis poſ-
ſideţ bona in territorio alicuius, non teneri præ-
ſtare iuramentum fidelitatis, ideo ſumma ratio-
ne fuit appoſita illa clauſula (ſaluo iure fidelita-
tis) ſcilicet eius quæ ratione iuriſdictionis, vel
poſſeſſionis bonorum præſtanda eſt, & hic ſen-
ſus omnino eſt recipiendus, poſtquam ita ſubie-
cta materia poſtulat; non autem de ea fidelitate
quæ præſtatur ratione feudi, ad quod illa clauſu
29 la referri nequit, cum per præcedentem licẽtiam
ſecuta alienatione, feudum proptiam naturam
amiſiſſet, & non diceretur amplius feudum, ſed
potius allodium, prout & in dubio ſemper intel
ligitur, vt latè probat Maſcardus de probat. in
30 verbo, allodialis, concluſio. 79. & ſemper ſit ca-
pienda interpretatio, per quam res reuertitur ad
ſuam priſtinam naturam, & quæ libertati, qua
nihil eſt dulcius fauet. l. ſi vnus, §. pactus ne pete
ret, vbi Iaſ. num. 5. de pactis, Maſcardus de pro-
bat. in verbo, ſeruitutẽ regulariter non præſumĩ,
concluſ. 1305. facit cap. ex literis, de probat. cùm
ſanè omnibus in libertate educatis, graue ſeruitu
tis iugum eſſe debeat, & vnuſquiſque illud tan-
quam acerbiſſimum, & naturæ valde repugnans
à ſuo corpore repellere conetur, licet quandoque
malo fato noſtro experiamur in dominatu eſſe
ſeruitutem, & in ſeruitute dominatum ob ſubdi-
torum, & ſeruorum noſtri temporis perfidiam,
firmum eſt igitur ex prædictis, vt licet aliquis fi-
delitatem faciat, & iuret alicui, non propter hoc
31 ſequitur, vt ab eodem teneat in feudum bona ſua
nec omnis qui tenet feudum aſtringitur ad fideli
tatem, puta, quia ita pactũ ſit, vt in puncto notat
Hoſtienſis de feudis, ſub num. 10. verſic. noto igi
tur, quod licet, & Afflictus in cap. primo, §. eſt a-
lia, quæ ſit prima, cauſa benefic. amittend. & vbi
res dubia foret tunc eſt capienda interpretatio
per quam domini & poſſeſſores minus obligen-
tur, quam fieri poteſt, nec reum conuentum vin-
32 cit actoris probatio, niſi ſit clara, & certa, vt in ſi-
milibus terminis probandæ rei feudalis, vel ne
reſpondit Crauet. conſil. 276. num. 4. imo ex illa
clauſula (diſponere poſſint pro eorum libito vo-
luntatis) oſtenditur voluntatem concedentis eã
fuiſſe, vt ſubſequens clauſula intelligeretur de
ea fidelitate, quæ citra feudi nomen, & ius præ-
ſtari poteſt, & de qua agunt complures Docto-
res à j præſide Menochius relati præſumptio. 91.
33 num. 36. verſicu. cæterum à prædicta, quos cum
alijs, qui contradicunt conciliat idem Menoch.
vbi

Digitized by Google

vbi extet prout hic aliqua cõtraria cõiectura, vt potius ſit res allodialis, q̃ feudalis, pro vt cõſtat in caſu noſtro ex illa ampliſſima diſponẽdi pro libito voluntatis facultate, demum etiam ſi iure feudi intelligi deberet data diſponendi licentia, tamen non propterea adiuuaretur actoris intentio ad quam excludendam ſatis ſit datam fuiſſe liberam diſponendi facultatem, tam in extraneos, quam in fiſcum, & an id intelligatur iure feudi,vel aliter non pertinet ad actorem id deducere tanquam ius tertij, quod ab eius voluntate
34 pendet, & de quo propterea contra eius voluntatem excipere nequit, vt docet glo.in l.ſecunda, ff.ſi ager vectigalis, Salyc.in l.cum ſeruum,num. 4.C.de ſeruis fugitiuis.l.ſecunda,num.primo, C. de excep.rei iudicatæ, & nihilominus etiam ſi intelligamus quod tale feudum poſſit diſponi, & alienari ſaluo iure fidelitatis,ideſt, iure feudi,qđ negamus,tamen tale feudum licet ſit feudum, & qualitatem feudalem retineat,erit alienabile, & poterit ambulare per quaſcunq; manus,cum ſua
35 natura alienabili vigore dictæ clauſulæ, quod poſſint diſponere tam in vita, &c. Itaq, & confiſcabile, tum ex concluſione illa alienabile. ergo
36 confiſcabile de qua fusè ſuperius diximns,& agit Menochius de recup.poſſeſſ.remedio 9.nu.252, tum, quia quando fiſcus cui reliqua bona Vaſalli applicantur,eſt idem qui & domini directi,tũc vt inquit Clarus,in §.feudum,quæſt.84.verſicu. ſed quid ſi facilius feudum ei applicatur,& quãuis in alium fiſcum applicari deberet,cum ſua natura tamen,propter quandam confuſionem, &
37 cõſolidationem poteſt is qui eſt dominus directi diſponere prout vult,quia ſublato principali tollitur acceſſorium, maximè cum is interitus,& ea extinctio proficiſcatur ex neceſſitate alicuius legis,iuris,aut iudicij, vt in ſimili diſtinguit Cagn. in l.ſecunda,num.122.in 12. quæſt. C.de reſcin. vend.tum quia ad hoc, vt aliquid operetur iſta
38 facultas,erit dicendum,ꝙ poſſit alienari in quoſcunq; etiam extraneos, & ad præiuditium ſucceſſorum;quia licet propriam naturam feudi retineat, tamen propter illam iam datam licẽtiam dicitur mutata,&alterata natura,ratione alienationis, & in quoſcunque alienari poteſt ſine nouo conſenſu domini,modo alienetur iure feudi,
39 vt diſtinguit Afflictus, num.primo, & ſecundo, & ibi etiam Præpoſitus, de feudo non habente propriam naturam; & talis alienatio iure feudi poterit fieri in quemcunq; capacem, vt tradit in ſimili idem Afflictus de prohibita feudi alienat. per Federicum,c.Imperialem,verſic.12. nu.24. & Clarus, in §.feudum, quæſtio 31.verſic.vlterius.Additur etiam per huiuſmodi clauſulã feudum retinere naturam feudi noui,& hæreditarij
40 & non paterni aut antiqui,& ideo in præiudiciũ ſucceſſorum, & domini poterit in alium iure tamen feudi transferri,cum ea facultas diſponẽdi ſit tributa nedum primo illi,ſed & alijs ſucceſſoribus, deinceps, vt diſtinguit idem Clarus, in §.

41 feudũ,q.32.ver.ſed circa, alias, vt dixi inanis efficeret ea data diſponẽdi ampla licẽtia;ſed nos verſamur extra has difficultates,qa verior eſt ſẽſus, vt libere poſſit diſponi velut res allodialis,& cũ ad fiſcũ dominum directi redierit, eo magis quieſcit omnis dubitandi occaſio.

Nec refragantur,quæ dicit Corbulus de cauſa priuat. ob mortem ciuilem,num.46.& in fin. fol.mihi 33. quia loquitur in diuerſo prorſus ca-
42 ſu,nempe vbi data diſponendi facultas ad libitũ ſuum de emphyteuſi erat ex verbis ipſiuſmet inueſtituræ reſtricta,ſi petita foret licentia;quo fit vt propterea dici non poſſit hæreditaria, prout eſt hoc noſtrum feudum, quod propter datam diſponendi facultatem propriam non habet feudi naturam,& is idem explicat,nu.51.& facit Boſſius noſter titu.de publi.bon.ſub num.54,verſic. ſecundo eſt aduertendum; ſecundo agit ipſe de emphyteuſi,nos de feudo,vnde non bene ex vna ſpecie ad aliam infertur cum ſubſit diuerſa ratio,
43 & ad ſit in feudo deciſio ſpeciatim loquens,quibus caſibus argumentum non procedit, vt affirmant Clarus in §.feudum,quæſt.3.Corbulus de cauſa priuat.ob non ſolut.can. ampl.27. nu.23. late Euerardus in loco à feudo ad emphyteuſim, num.44.& infra, & nume.47. vbi multas differentias recenſet, & in materia de qua agitur ea
44 eſt differentia, vt feudum ex huiuſmodi alienandi licentia propriam amittat naturam,& fiat allodium iuxta text. in eod. cap.primo, de feudo non habente propriam naturam, non ſic in emphyteuſi, quia adhuc conſenſus domini eſt habẽdus, vt recognoſcatur nouus emphyteuta, & in poſſeſſionem inducatur, & ſoluendam,& laudemium,vt tradit Clarus,§.emphyteuſis, quæſtio. 23. verſicu. ſed quid in ipſa. Tertio id procedit quando conſtat ex aliquibus coniecturis alienã-
45 di facultatem reſtrictam fore quoad præiudiciũ concedentis tantum, ſecus ſi ampla fuerit qualis eſt hæc noſtra, quam etiam ſic interpretata eſt ipſa obſeruantia, vt ſcilicet, ad extraneos tranſiret, vt idem Corbulus explicat ibidem ante numer. 59.Quarto quod dicit Corbulus poteſt habere locum in emphyteuſi eccleſiaſtica, quæ fa-
46 uore eccleſiæ in fiſcum tranſire nequit, vt ſe ipſum ex Claro declarat num.62. & quicquid dici poſſet ratione alterius fiſci reſpectu illius fiſci, qui eſt etiam fiſcus eius qui feudum cõceſſit,res carere videtur omni prorſus probabili dubitatione. Quinto ſicut certum eſt per illa verba expreſ-
47 ſam alienationem contineri etiam in extraneos factam, ſic eadem ratione hæc ipſa licet tacita comprehenditur, cum id omne eſſet poſitum in diſponentis libito,& voluntate;& cũ in hoc Mediolani dominio expreſſim ex eius ſtatutis,& cõſtitutionum decretis veniat bonorum publicatio ſequitur,vt talis delinquendo in fiſcum diſpone-
48 re cenſeatur, tum quia actum faciens cenſetur ſe aſtringere legibus de ipſo actu loquentibus, vt tradit Crauet.conſil.186.num.9.tum quia taci-

ti,&

ei, & expreſſi par eſt vitrus, l.cum quid, ſi certum petatur. Alciatus conſil.81. num.3. lib.6. & tacitus actus ita arguit conſenſum ſicut expreſſus, idem Alciatus conſilio 29. num.14. libro quarto, tum quia non tantum ex verbis, ſed etiam ex
49 factis optimè diſponentis voluntas conijcitur, §. Pauonum, vbi gloſ. inſtitu. de rerum diuiſ. l. Paulus, ff. rem ratam haberi imo fortiora videntur facta, quam verba ad cuiuſq; mentem iudicandam, Decius conſ.421. num.13. Crauet. con
50 ſil.87. num.10. cum in iſtis ſæpe fallacia inſit, in illis vero non item, & verba ſæpe verberent, facta vero faciant, vt vnum in vnaquaquè, reſpectemus tanquam finem ad quem cogitationes noſtræ, & non ficti ſermones diriguntur, & propterea in terminis ſimilibus conſuluit Curtius iunior, conſil.4. num.4. & 5. in facultate diſponendi ad libitum venire ſucceſſionem ab inteſtato, quia teſtator tacitè videtur relinquere
51 venientibus ab inteſtato, qui ſicut tacito teſtatoris iudicio vocati cenſentur, l.conficiuntur, ff. de iure Codicil. ita & pari ratione in hac facultate diſponendi pro libito voluntatis rectè continebitur bonorum publicatio, quandoquidem ita delinquendo quis dicatur ſuæ diſpoſitionis certum teſtimonium dediſſe, vt fiſcus haberet.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Modiol. I.C.

PRO FRANCISCO, & fratribus Seronis.

ARGVMENTVM.

In legato liberationis eius quod legatarius leganti debet, an cōtineatur id quod legans vti legatarij ſubmiſſa perſona tertio debet.

SVMMAE RERVM.

1 Correſpectiuum aliquid dicitur cum confeſtim vnum ſit factum poſt aliud, & gratia alterius.
2 Perſona ſubmiſſa miniſterio vbi aliquid geratur vis obligationis afficit non fictam, ſed veram perſonam.
3 In contractibus veritas magis inſpiciendo eſt quā fictio, magisq́ ſpectandus effectus quam verbo.
4 Soluere ante diem quis non præſumitur.
5 Liberatio etiam generalis reſtringi debet ad id, quod rationis eſt, & ne quis indebite damnum patiatur.
6 Exceptio non numeratæ pecuniæ licet non habeat locum niſi in contractu mutui, tamen in alijs cōtractibus quomuis confeſſio ſtatim præiudicet tamen id non procedit vbi negotium probetur.
7 Ablatiui abſoluti quem ſenſum recipiant.
8 Error probatur docendo rem aliter ſe habere.
9 Calamo qui parcit crumenæ non parcit, ſæpeq́ iacturam facit.
10 Confeſſio etiam geminata, & deliberata detecto errore abrogari poteſt.
11 Compenſatio eſt debitorum hinc inde loco ſolutionis computatio.
12 Liberatio, & ſeu quietatio, etiam generalis reſtringitur ad credita, & debita perſonæ liberatæ.
13 Tertij ius ſaluum ſemper intelligitur in quocunq́ actu etiam ampliſſimis verbis facto.
14 Actus ſemper præſumitur geſtus nomine illius ad quem pertinebat, & qui ad id obligatus erat.
15 Contrahentium verba debent intelligi propriè, & vt immediatè referantur ad aliquid.
16 Verba debent intelligi in contractibus potius verè & naturaliter, quàm ſimiliter, & per fictionem.
17 Verba debent accipi per prius, & non per poſterius.
18 Simulatio vbi ſit in perſonis, & veritas in contractu, valet contractus, quia verus, ſed obligationis vis acquiritur vera perſona.
19 Solutio ſicut coniecturis probatur, ita etiam non ſolutio.
20 Compēſatio, vt inducatur, quid iudex perpendere debeat.
21 Teſtium inhabilitas ſuppletur aliorum habilitate.
22 Probationum materia tota iudicis arbitrio relinquitur.
23 Coreſpectiuitas actuum ceſſare videtur cum aliud ad id conueniens poſtea ſubſecutum non ſit.
24 Simulationem allegare non ſufficit, ſed eius ſpecies probanda eſt.
25 Submiſſa perſona ſi actum gerat, is non ſibi, ſed repræſentata perſonæ tribuitur.
26 Pro contractu præſumptio in dubio capi debet.
27 Correſpectiui actus dicuntur etiamſi paulo ante, vel poſt vnus poſt alium ſiat.
28 Identitas ſatis probata dicitur, ſi duæ demonſtrationes conueniant.
29 In continenti, an & quando aliquid geſtum cēſeatur iudicis arbitrio relinquitur.
30 Præcedens animus qualis fuerit ex his, quæ ſequūtur declaratur.
31 Actus ſequens præſumitur factus in executionem præcedentis tituli, & tractatus.
32 Liberatio plena quibus verbis inducatur.
33 A Verbis nimium effuſis cauendum eſt.
34 Actus mandanti tribuitur, & ille, qui exequitur nihil noui facit.
35 A Primordio tituli poſterior formatur euentus.
36 Liberatio etiam generaliſſima reſtringitur ex cōtrahentium mente, & ex iuris ratione.
37 Verba generalia reſtringi debent ad hoc ne quis iniuſtè damnum patiatur.
38 Debitor poteſt ante diem ſoluere.

39 Debi-

38 *Debitor ex chiragrapho ſoluens ſolet recuperare chirographum.*
40 *Poßibile licet aliquid ſit, ſed non veriſimile, non tamen attenditur.*
41 *Perſona vera, & non ficta ius quæritur.*
42 *Simulatio coniecturis probatur.*
43 *Correſpectiuitas quibus medijs inducatur.*
44 *Correſpectiuitas locum habere non videtur niſi adſit perſonarum identitas.*
45 *Correſpectiua dicuntur, etiam ea quæ fiunt inter alias perſonas circa tamen idem negotium.*
46 *Correſpectiuum quid non dicitur niſi concurrat identitas negotij, & temporis.*
47 *Actus à ſubmiſſa perſona factus tribuitur veræ perſona, eiq́; ſola proteſtatione abſq́; ceßione ius quæritur.*

CONSILIVM CCLV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EX cauſa, tempore, loco, & ex
perſonis certum eſt pecunias
quas dicitur quondam Sero-
nus habuiſſe ab Angela Dul-
cebona eſſe eaſmet quas bre-
ui manu habuit Ambroſius
Dulcebonus nepos ipſius Angelæ, vnde ipſa chi
rographa dicuntur (vt aiunt) correſpectiua, cum
illico, & confeſtim vnum ſit factum poſt aliud, &
1 gratia alterius; vt egregiè docet videndus Cra-
uetta conſil. 153. num. 8. atque cum Seronus di-
catur potius iterpoſita, & ſubmiſſa perſona Dul
ceboni vis obligationis debet afficere veram per
ſonam ideſt, Dulcebonum, non autem Seronum
qui fuit ficta perſona, & ſimulata ad vtilitatem,
& commodum Dulceboni, vt docent in puncto
2 Baldus, & Salic. in l. cum precibus prope finem,
C. de probatio. inquit enim ſubmiſſa perſona tu,
qui me impoſuiſti vides cuius cōſilio fretus ſim,
ne me deſpicias, ſed ſubleues, te vero moneo, cū
beneficijs meis, tum amore incitatum meo, ne pa
tiaris, vt vbi ad hoc ipſum veneris diuerticulum
tuum improbando cōſilium dicam, apud me lo-
quens conſtiti, ac cœpi mecum cogitare, tam au-
dax facinus facere audet amicus, in amici perni-
ciem hominis; næ frugi, & grati ac temperantis
functus es officio, ſi tibi eſt hæc mala mens, hic
malus animus; Deus te eradicet, vel potius, ad
bonam frugem, vt vehementer exoro te perdu-
cat.

Nec nocet, vt liberatio generalis facta Dulce-
bono ſe referat ad libros Seroni, & cum in eis ea
ſumma adſcripta ſit credito ipſius Seroni tan-
quam ſua, iure merito in liberatione contineri
debeat.

Quia reſpondetur, licet quòd pertinet ad ver-
ba, videatur poſita credito Seroni, & debito Dul
ceboni, tamen quod ſpectat ad effectum cū eius
ſummæ debitor ſit Dulcebonus, apparet eā ſum
mam vti Angelæ Dulcebonæ debitam, verè nō
eſſe crediti ipſius Seroni, qui fuit ficta, & interpo
ſita perſona Dulceboni, vnde actus debiti eſt a-
ſcribendus Dulcebono; & actus crediti eſt potius
tribuendus ipſi Angelæ, ſcriptuſque videtur cre-
dito Seroni, non quia eſſet principalis creditor,
& verus, ſed quia tanquam ſubmiſſa perſona, &
velut fideiuſſor Dulceboni videtur pro eo Ange
læ fidem ſuam dediſſe atque eam ipſam ei aſtrin
xiſſe cumq; in contractibus veritas ipſa ſit ma-
gis inſpicienda, quam fictio, magiſque ſpectan-
3 dus ſit effectus quam verba, vt ait Decius conſi.
682. num. 12. & 13. Crauett. conſil. 301. num. 3.
liberatio ipſa erit ſanè intelligenda ratione pe-
cuniarum quas Dulcebonus habuit à Serono vti
principali non autem vti ſubmiſſa perſona, &
quaſi fideiuſſore, & quarum pecuniarum ſoluen
darum dies nondum venerat, vnde veriſimile nō
eſt, vt Dulcebonus ante diem ſoluere voluerit,
atque ideo liberationis, ſicut compenſationis cō
4 iectura hoc caſu ceſſat, vt ſenſit Alexand. conſil.
7. num. 16. verſic. & tanto fortius, lib. 6. & melius
Socinus ſenior conſil. 93. num. 23. vbi videatur,
& liberatio etiam generalis reſtringi debet ad id
5 quod eſt rationis, & ne quis iniquè damnum pa
tiatur; Verum que hercle hoc eſt, vt probat idem
Crauet. conſil. 3. num. 3.

Secundo reſpōdetur, & firmius licet exceptio
non numeratæ pecuniæ non habeat locum, niſi
in contractu mutui, tamen in alijs contractibus,
quamuis confeſſio ſtatim præiudicet id verum
eſt, niſi negans contrarium probet, puta errorem
vel ſimulationem, vt docet Felyn. in cap. ſi cau-
6 tio ſub num. 54. verſic. & ſubditi de fide inſtru-
mentor. & propterea cum liberationis, & confeſ
ſionis verba, ſe referant ad libros, debent intelli-
gi, declarari, & reſtringi prout ex libris apparet,
nam illa verba apparentibus Syngraphis, & ad
libros tanquam prolata in vim ablatiui abſoluti
inducunt modum, & cauſam demonſtrant, ſci-
licet quatenus, & prout in libris apparet, ſiqui-
dem ablatiui abſoluti poſſunt tribus modis ſta-
re, vel in vim conditionis, vel cauſæ finalis, vel
7 ſuppoſitorum terminorum, vt declarat Iaſ. poſt
alios in rubr. ſoluto matrimonio ante numer. 3.
ſicq; igitur conſtat hanc confeſſionem, & libera
tionem factam fore ſuppoſitis illis terminis, vt
ex libris, ad quos ſe refert appareret de veritate
integræ ſatisfactionis, de qua cum non appareat;
imo liqueat contrarium, vt ſcilicet, Dulcebonus
adhuc ſit debitor eius ſummæ, lib. 600. velimus
nolimus, vel erit concedendus veriſimilis ſupe-
rior ſenſus, vel is veriſſimus, vt probata per li-
bros veritate, vt ſcilicet, facta non ſit integra ſa-
tisfactio habitarum pecuniarum error manife-
8 ſtus confitentis tunc moribundi in lecto iacētis,
& infirmæ memoriæ propter morbi grauitatem
quæ ſenſim ita omnes ſenſus inuadit, & oppri-
mit, vt memoria facile vacillet apertiſſimè com-
probe-

probetur, cum id vbi doceatur, vt hic, facilè aſſe-
quamur rem aliter ſe habere, l.ſi poſt diuiſionē
vbi Iaſ.num.3.& l.error, C.de iuris & facti igno
rantia.l. non fatetur, vbi gloſ. & Bartolus, num.
10.de confeſſis Crauet.conſil.157.num.8.& pro
pterea cum imbecillis hominum memoria faci-
le labatur, & erret, equidem dicere ſoleo eū qui
calamo parcit, magnam iacturam facere, diſcor-
diarumque ſeminarium ſerere, nam cum de re
9 geſta oritur aliqua quæſtio, vel initij ſit indaga-
tio titubat animus, & pro veritate deliberare ne
quit, aut obliuione cōſtanter obrutus, falſum pro
vero affirmat, & & cum vterque contendentium
putet veritatem tueri, inter ſe diſſidēt, & vehemē
ter diſſentiunt, nec falſa opinione ducti verum
inueſtigare aut cognoſcere volunt, concitantur
rixæ, intenduntur lites, ad iurgia, mox ad arma
deuenitur, & debitor, & creditor ignorantes quę
vera ſit pecuniarum ſumma, & ad quod tempus
debeatur, in exigendo, & in ſoluendo varia dam-
na, & detrimenta ſibi ipſis faciunt, cum ſæpe con
tingat vt interim debitores fiant non ſoluendo,
& ad tempus non ſoluta pecunia amiſſionis rei
pœnam afferat, ſi rationes iritæ ſint, & ad calcu-
lum reuocatæ conturbantur, cum tunc aliter rem
quam nunc enarratur, actam fuiſſe contendatur,
aut aliquid omiſſum, vel additum fuiſſe affirme
tur, quod noua inquiſitione eget; ſicque ſemel
tranſacta, & confecta iam negotia ad incertum
referuntur, nec denuo rectè confici queunt, cum
memoria rei geſtæ amiſſa ſit, vel vacillet, quid
dicam de confectis publicis inſtrumentorum ta-
bulis quorum dies ſi exciderit, nec diligenter, vt
expedit in familiaribus codicibus annotetur, cū
ius non deficiat, ſed probatio, ſæpe quod iam ſo-
lutum eſt, iterum iniuſtè ſoluitur, & poſteritas ip
ſa rerum origines ignorans, multa propter ſuam
ipſius ignorantiam, & propter hanc maiorum in
ſcribendo inertiam amittunt, quæ infinita prope
modum detrimenta & incommoda facile vitan-
tur, ſi diligentiſſimè tempore quo res ipſa geri-
tur in codicem à capite, & diſtinctè ſingula quæ-
que ad rem facientia recenſendo & memorando
referantur, idque ſtatim ſine mora fieri debet, nā
procraſtinando (vt ſæpe fit) ex die in diem inter-
dum aliter, quam res acta ſit deſcribitur, & quo
firmior dicitur codicis memoria eo acrior ſit pu
gna ſumma contentione pugnata, cum conditio
num, & qualitatum veritas ab his, quæ in libro
deſcriptæ ſunt diſcrepet, atque ex conſequenti,
vt iam ab erroris ſemita in viam veritatis me cō
feram, & ad propoſitum redeam, hæc ipſa con-
feſſio ſeu liberatio, aut ſtipulatio vti errore im-
10 buta Dulcebonum iuuare non poſſit, quando-
quidem magis receptum ſit confeſſionem etiam
geminatam, & repetitam abrogari poſſe detecto
vt hic, errore, quandoquidem errantis nullus ſit
conſenſus, ſicut nec eius, qui tota errat via, & qui
huc atque illuc quo fert caſus diuagatur, nullum
eſt iter: nam ſæpe putans magnam itineris par-
tem rectè confeciſſe, erraticis ductus vijs tādem
languidus, & defeſſus eo redit, vnde diſceſſerat,
deliberandoque quis errare poſſit, atque libera-
tio ſatisfactionis, vt ad libros apparet, inani nita-
tur fundamento, quo ſublato ruit etiam ædificiū
ipſius confeſſionis, quæ ſine ope conſenſus conſi
ſtere nequit, vt commun.dicit Iaſ.in l.prima, nu
mero 8. C.de errore calculi, & alios addit Ga-
briel.lib.commun.titu.de confeſſis.concluſ.quin
ta. verſicu. contrarium, & cum hæc vna ſit con-
ſtans, & firma veritas, vt in facto mihi proponi-
tur, & ſatis ex re ipſa colligitur, vt Dulcebonus
ſit eius ſummæ, quæ debetur Angelæ debitor re-
iectis manibus tegumentis, & amaris Dulcebo-
ni potionibus ſolidam, & veram veritatem, quā
res ipſa indicat, quā omnis veriſimilis ratio per-
bellè applaudens confirmat, amplectetur, & gu-
ſtabit D. meus iudex iuſti rectique cultor opti-
mus; nec ſinet, vt hæc vidua, & pupilli cogantur
de ſuo æs alienum, & re ipſa à Dulcebono debi-
tum diſſoluere, idque exquirere iniqui hominis
eſt, & ſicut certum eſt compenſationem, quæ eſt
debitorum hincinde loco ſolutionis computatio
11 vt ait Baldus, in l.vltim.quæſt.prima, C.de com
penſat. non admitti niſi inter eaſdem perſonas,
ſcilicet creditoris & debitoris, l.prima, in verbo,
inter ſe, l.ſi cum militi, & l.eius, ſi conſtat, & l.fin.
& vbique Baldus, & Salicetus videndus C. de
compenſat. & ſcribit Socinus iunior conſil.76.
numero 61.lib.3.ita & liberatio, & vt aiunt quie
ratio etiam generalis ſemper eſt referenda, & re-
ſtringenda ad credita, & debita perſonarum libe
12 rantium, & liberatarum, & non ad aliena debita
aut iura, tum quia debitor ſine conſenſu credito-
ris non liberatur, l.contra iuris, §.ſi filius, ff.de pa
ctis, tum quia ius tertij ſemper ſaluum intelligi-
13 tur, & excluſum in quocunque actu etiam am-
pliſſimis verbis facto, nam iuſtitia in alto maie-
ſtatis throno, & ſolio ſedens iubet vt honeſtè vi-
uatur, nemo lædatur, ius ſuum vnicuique æquali
ſtatera, & trutina tribuatur, l.ſecunda, §.merito,
ff.ne quid in loco publico, & notatur in l.prima,
ff.de mandatis princ. Felynus, in cap.veniens, el
ſecundo, num.13. de teſtibus. Alexand.conſilio
125.& 160.volu.ſecundo, Iaſ.in l. ſi vnus, §.an-
te omnia, ff.de pactis, tum quia actus ſemper prę
ſumitur geſtus nomine illius ad quem pertine-
14 bat tantum, & qui ſolus actum gererė obligatus
erat, Bartolus, & Caſtrenſ.in l.cum ſeruus, ff.de
verborum obligatio. Alba conſil.2.num.4.& 5.
tum quia verba contrahentium debent intelligi
15 propriè, et vt ſine medio referantur ad aliquid,
vt ait Bartolus, in l.ea. §.de illo in fine, ff.pro ſo-
16 cio, et vere ac naturaliter, et non ciuiliter per fi-
ctionem, l.3.§.hæc verba, ff.de negot.geſt.et per
17 prius, et nō per poſterius, l.qui liberis, §.hæc ver-
ba, ff.de liber.et poſthum. Rolandus à Valle, con
ſil.68.num.8. volum.primo. Natta conſil.624.
num.12. et idcirco omni iuri conſentaneum eſt,
vt cōfeſſio, et liberatio facta Dulcebono ab Am
broſio

broſio Serono ſit intelligenda, et reſtringēda ad
pecunias ipſi immediate debitas, non autem ad
eas quas tanquam ſummiſſa perſona Dulcebo-
ni habuit, à Dulcebona, cum re ipſa, & effectu cō
ſiderato, pro eis Dulcebonus non eſſet debitor
Seroni, ſed potius Dulcebonæ, & ex conſequen-
ti pro eis ſatisfactum non fuiſſe ꝑ ipſum Seronū
certo credendum ſit, cum ea pecunia eius crediti
non eſſet, ſed Dulcebonæ, quæ interpretatione
iuris medio Seroni ſummiſſæ perſonæ dicitur re
ipſa, & breui manu Dulcebono pecunias dediſſe
nam quando adeſt ſimulatio in perſonis, ſed ve-
ritas in contractū, vt hic, cōtractus in ſe quidem
valet, quia verus, ius tamen obligationis, & om-
ne commodum, & incommodum proficiſcens ac
18 quiritur veræ perſonæ non fictæ, vt docent in pū
cto iam excitati Baldus, & Salicetus, in l.cū pre-
cibus, prope finem, C.de probat. nec tędeat iam
audire eadem ſæpius cum res poſtulet.

Hæcq; eadem veritas, quę in facto veriſſima
eſt, vt ſcilicet Seronus ſatisfactionem non habue
rit pro eis pecunijs tanquam ad ſe non pertinen
tibus, ad caſque ſe non porrigat ipſa confeſſio,
multis propemodum certiſſimis rerum argumen
tis probatur.

Et maximè ex cauſa, tempore, loco, & perſo-
nis ex quibus, vt dicitur correſpectiuitas optimè
colligitur, vt iam ſatis ſuperius docuimus ex Cra
uetta Gabriello, & alijs; Item ex eo, quia nondū
venerat dies ſolutionis, & ſicut ſolutio, probatur
19 coniecturis, ita etiam nō ſolutio vt affirmāt Cal
caneus conſil.22. colum. prima, & Maſcardus,
tract. probatio. concluſ. 1318. num. 26. & infra,
Sed fit quidem clarior, & apertior ex teſtibus po
ſtea receptis, quibus vno omnium ore, & conſen
ſu palam fit, intereſſe earum pecuniarum ſemper
ſolutum fuiſſe ab ipſo Dulcebono ipſi Dulcebo-
næ; non autem ab ipſo Serono, quod manifeſtè
demonſtrat ſuperiorem, quam vnam defendi-
mus facti veritatem, vt ſcilicet Seronus fuerit
ſummiſſa, & interpoſita perſona ipſius Dulcebo
ni, vis que, & modus ipſius obligationis, & debiti
ac crediti conſiſteret in eis Dulcebonis inuicem
creditore, & debitore, non autem in ipſo Serono,
20 vt in ſimili iudicem hæc perpendere debere mo-
net Menochius videndus de arbit. iud. caſu 247.
num. 3.

Nec aduerſatur ſi diceretur aliquos ex teſtib.
eſſe affines, & familiares, & ideo repelli, quia cum
omnes ſint fere conteſtes, & concordes, & aliqui
ſint qui exceptionem non patiuntur ex eorum
habilitate, numero, & grauitate ſuppletur om-
21 nis defectus, cum præſertum ſint viri honeſtæ vi-
tæ, conditionis, & famæ, vt ex alijs explanat Ga-
brielius lib. commun. titu. de teſtibus, concluſ. 5.
& 6. & concluſ. 10. num. 19. eorumque fidem re-
ligioſiſſimus, & integerrimus iudex, cum ſit veri-
ſimilis omnino, recipiet, cum id omne ab eius ar-
bitrio plurimum pendeat, ab eiuſque iudicij fon
te duci debeat, cum ipſe prudens cuncta rimari
debeat, vt veram veritatis viam ineat, duce &
comite veriſimilitudine, vt ſcribit Menochius vi
dendus de arbit. iud. caſu 90. num. 1. 5. & 6. & ad
22 ſit iuramentum in ſupplementum probationis.

Quæ cum ita ſint non officit quod contra ex
contrario affertur, & vehementer adeo inijcitur,
vt ſcilicet ceſſet correſpectiuitatis, & veritatis a-
ctuum coniectura, cum aliud ad id conueniens
23 poſtea ſubſecutum non ſit, vt fusè ſentire videtur
Alba conſil. 45. & ſatis non ſit allegare ſimula-
tionem, ſed probanda ſit eius ſpecies, & huiuſmo
24 di, quæ ſit improbata, vt tradit Rolandus conſil.
47. num. 30. lib. 4. negeturque demum concurre
re vnitatem temporis, & loci, cū diuerterint par-
tes ad extraneos actus, vt explicat Corneus con-
ſil. 36. num. 15. lib. 2.

Quia ad primum reſpondetur, ex ſubſecuto
actu ſolutionis eius, quod intereſt ſatis probari
ipſam rei veritatem, & correſpectiuitatem, atq;
ideo argumentum reflecti, etiamſi id iure deſide-
raretur.

Ad ſecundum dicitur, hic non agi de contra-
ctu improbato, & in quo adſit ſimulatio, reſpectu
contractus, & rei; ſed agi de contractu qui in ſe
eſt verus, & in quo adeſt tātum ſimulatio in per
25 ſona; quod facilius inducitur, & facit vt vis obli-
gationis, quod vnum nos quærimus, ſicut, & cō-
modum & incommodum reſideat, & conſiſtat in
perſona repræſentata, non autem in ficta, vt egre
giè docent ſæpius relati Baldus et Salicetus, ea.
l.cum precibus, in fine, C.de probat. contra exci
tati Doctores loquuntur in diuerſis prorſus ter-
minis, vbi ſcilicet agatur de contractu improbā
do, et de inducendo delicto, quod difficilius con-
26 cedirur cum ſemper pro contractu præſumatur,
ead. l.cum precibus, C.de probat. et tradit Oſaſ.
Pedem. deciſ. 42. num. 8. et ideo tres requiruntur
coniecturæ, vt decidit Borgninus deciſ. prima, nu
mero 7. et deciſ. 2. num. 15. et 16. parte ſecunda,
et optimè faciunt, quæ ſcribit Maſcardus relato
tract. de probat. in verbo, ſimulatio.

Ad tertium reſplicatur, ad hoc, vt actus di-
27 cantur correſpectiui, vnus ſcilicet gratia alterius,
et eius reſpectu, neceſſarium non eſſe, vt eodem
tempore, et loco fiant, ſed ſatis eſſe ſi paulo ante,
vel poſt, aut breui tempore fiant in eodem nego
tio, vt explicat idem Crauetta conſil. 153. nu. 8.
et conſil. 446. num. 28. vbi videatur, et ſatis vti-
tas probatur ſi duæ demonſtrationes cōcurrant,
et in idem vna ſimul omnes, conueniāt, imo vna
28 etiam ſufficit, quando eſt tam clara, vt faciat con
ſtare de corpore, l.in venditione, ff.de contrah.
empt. Bartolus videndus in l. demonſtratio, nu-
me. 16. ff. de condit. et demonſtrat. Alberic. à
Roſatè, in l.duo ſunt Tirij, num. 2. de teſta. tu-
tel. Crauet. conſil. 162. num. 6. et ad hanc conne-
xam coniunctionem inducēdam ſufficit ſi actus
vnus ad alium ordinetur, et paretur, vt certum
conſequamur finem, vt hic, ad quem omnem ra
tionem referri oportet, nec intereſt an adſit per-

ſona-

ſonorum, vel temporis diuerſitas aut differentia,
& cum id varijs modis inducatur pro factorum
qualitate, & varietate, ideo in ea re dijudicanda
29 multum tribuitur iudicis arbitrio, ſicut quando,
ſtatim, vel in continenti, (vt noſtri aiunt) aliquid
geſtum cenſeatur, vt cenſuit Menochius de arbi,
iud. caſu 95. ſub num. 5. & caſu 30. & ante eum,
Alexand. in l. 3. §. cum igitur de vi, & vi armata,
Bartolus in l. ſi ita, §. primo, ff. de nouat. l. prima,
ff. de ſolut. Baldus, in l. prima, C. de operis libert.
Abbas videndus in cap. primo, de mutuis peti-
tionib. & in cap. veniens, el ſecundo, de teſtibus,
& plene notatur, in l. lecta, ff. ſi certum petatur.
cum igitur in præſenti ſpecie concurrat eadem
ſumma, idem dies, & quaſi hora, ijdem ſere te-
ſtes, eædem perſonæ, equidem hinc de vnitate, &
correſpectiuitate dicemus ſatis abũdè conſtare,
accedente potiſſimum ſolutione intereſſe facta
à ſolo Dulcebono: ex his. n. quæ ſequuntur opti-
mè declaratur qualis fuerit animus præcedens,
homo enim, quoniam eſt rationis particeps, con
ſequentia cemit, & declarantibus ſignis præteri-
30 ta conijcit, & futura præſentit, Iaſ. in l. legatum,
num. 13. de legat. primo, Crauet. conſil. 77. num.
10. Bartolus conſil. 59. commune Spoleti, Barb.
conſil. 36. colum. prima, lib. ſecundo, Alexand. &
Caſtrenſ. in l. ſed Iulianus, §. quanquam, nume.
primo, ff. ad Senatuſconſult. Maced. idem Alex.
conſil. 40. nu. 11. lib. 4. vbi videatur & actus ſe-
quens præſumitur factus in executionem præce
31 dentis tituli, & tractatus, vt recenſet doctiſſimus
Alciatus noſter trac. præſumptio. regula ſecun-
da, præſumptio. 23. & 24. imo actus præcedens,
& perfectus recipit declarationem ab actu ſequẽ
ti, vt egregiè docet Bald. videndus in l. precibus,
num. 1. C. de impub. & alijs ſubſtit.

Non refragatur vtiq; quod ſecundo loco obij-
citur, ſcilicet proteſtatio, & liberatio facta ab
Ambroſio Serono ipſi Dulcebono in qua dicit,
& teſtatur ſibi integrè ſatisfactum fuiſſe de om-
nibus pecunijs, quæ omnia, & per ſe, & tanto ma
gis geminata, & ſimul iuncta oſtendunt animum
32 faciendi pleniſſimam liberationem, vt tradit Iaſ.
conſil. 134. num. 27. lib. 4. Boerius deciſ. 44. nu.
31. Berous conſil. 72. num. 1. & 14. lib. primo, Pa
riſius conſil. 71. num. 19. lib. 3. & propterea mo-
net Baldus in l. pactum dotale, num. 11. C. de col
lat. contrahentes, vt caueant ab huiuſmodi gene-
33 ralibus verbis, ne nimium effuſo ſermone in aper
tum veniant profuſæ amiſſionis periculum, nimi
rum muti, aut ieiuni eſſe non debent, ſicut nec ni
mium loquaces, aut voraces, vel ebrij aut ſaturi.

Quia vnico verbo reſpondetur hanc omnem
generalitatem ſano modo eſſe intelligendam, ſci
licet, reſpectu pecuniarum immediatè habitarũ
à Serono, vti principali, non de eis quas Dulce-
bonus habuit à Serono vti ſummiſſa, & interpo-
ſita perſona, quia cum actus tribuatur mandãti,
34 & ille qui exequitur nihil noui faciat, ſed ille di-
catur conferre, & facere, qui mandauit, vt ſcribit
Decius conſil. 492. num. 2. 3. & 9. & melius, conſ.
543. nu. 8. vbi videatur, & à primordio tituli po
35 ſterior formetur euentus, & principalis cauſa, &
perſona ſit ſpectanda, l. prima, C. de imponend.
lucra. deſcript. lib. 10. id dicitur debitum Dulce-
boni erga Dulcebonam creditricem, & ideo ſicut
ſi Dulcebona dediſſet pecunias Dulcebono, id in
liberatione Seroni non contineretur, ita & pari
ratione idem dicendum eſt de pecunijs datis ipſi
Serono, vti ſummiſſæ perſonæ Dulceboni, & qđ
hæc ſit mera veritas præter alia neceſſario infer-
tur ex ſolutione intereſſe facta à Dulcebono
Dulcebonæ etiam poſt habitam à Serono libera
tionem, quia ſi ſublatum fuiſſet debitum, ad quid
faceret ſolutionem eius quod intereſt, quod tã-
quam ſorti principali accedens, ſine ea conſiſte-
re nequit, & id ſaltem oſtendit negotium totum
36 pertinere ad Dulcebonum, vnde liberatio ad
hunc caſum referri iure nequit, cũ ẽt ſi generaliſ-
ſima & ampliſſima foret, ſit reſtringenda ex ra-
tione, & mente etiam coniecturis percepta, vt
ſcribit Crauetta conſil. 42. num. 2. & 3. pulchrè
Curtius iunior videndus conſil. 101. nume. 3. &
debet etiam conſtringi, & referri ad id quod ra-
tionis eſt, & ne quis iniuſtè lædatur aut damnũ
patiatur, prout re vera pateretur ipſe Seronus,
37 qui eas non habuit pecunias cum ſibi debitæ nõ
eſſent, ſed Dulcebonæ, vt ſentit idem Crauetta
conſil. 3. num. 3. Ruinus conſil. 41. vol. 5. & mul-
ta in hanc rem conſcribit videndus Iaſ. conſilio
171. vol. 5. & Gabriel. lib. commun. de regulis iu
ris, conclu. 4. num. 22.

Quod vero poſtremo loco dicitur ad elidẽdas
& proſternendas, eas coniecturas ad fauorẽ fra-
trum Seronorum adductas, ſcilicet ſolutionis an
te diem, vt ſcilicet, licuerit debitori ſuo fauori re
38 nuntiare, vt tradit Decius in ead. l. lecta, nu. 11.
ff. ſi certum petatur, & retentionis chirographi
penes Seronum, cum tamen ſoleat debitor ſol-
uens illud recuperare, quia id prætermittitur vbi
39 aliter de ſolutione poſſit conſtare, vt ait Baldus,
tract. de Trebell. num. 90.

Quia reſpondetur ad coniecturas ſuſtinendas
non requiri neceſſitatem, ſcilicet, ꝙ aliter eſſe nõ
potuerit, ſed probabilitatem aut veriſimilitudi-
nem quandam; vnde licet aliquid fieri potuerit,
ſed id non ſit veriſimile, adhuc iudex cuius bene-
40 ficio multum in ea re tribuitur, conijciet factum
non fuiſſe, vel fuiſſe, vt ſcitè docent Baldus, & Sa
licetus, in l. ſcripturæ, num. 4. & 5. C. de fide in-
ſtrument. facit Menoch. de arbit. iud. caſu 64. nu
me. 12. & de præſumptio. lib. primo, quæſtio. 7. à
num. 26. vſque ad num. 29. Maſcard. trac. proba.
concluſ. 914. num. 3. incip. inſtrumentum conti-
nens non veriſimilia & idcirco licet fieri poſſit.
poſſibileve ſit vt quis ſoluat ante diem, & ſoluat
non recuperato chirographo, aut non eius facta
mentione in obtenta confeſſione, aut liberatio-
ne: tamen cum nõ ſit veriſimile, & integer iudex
ſequi debeat, quod veriſimile eſt, hinc conijciet

verum

verum eſſe quod dicimus, ſcilicet Seronum in-
terpoſitam fuiſſe Dulceboni perſonam;atq; ideo
in cõfeſſione ipſa nõ contineri hanc ſummã vti à
Dulcebono Dulcebonę debitã, & pro tali ab eo
agnitam, & niſi ipſe Seronus, qñ confeſſionem
fecit, fuiſſet moribundus, & ex conſequenti obli
uioſus,eſt facile credendum id clarius etiam ani-
maduertiſſet; & cum in facto res ita pro veritate
ſe habeat, vt Dulcebonus ſit eius ſummæ debi-
tor, integerrimus iudex ſuo arbitrio hanc vnam
ſequatur, cum ex multis clariſſima reſonet reie-
ctus Dulceboni amarulentis argumentis; verita-
ti & conſcientiæ ac terminis iuris repugnantib.
vnde defendimus,& iure quidem debitum Sero
ni, erga Dulcebonam eſſe adſcribendum Dulce
bono,cum Seronus fuerit tantum eius interpoſi-
41 ta, & ſummiſſa perſona nam ius quæritur veræ,
& non fictæ perſonæ, vt in puncto ſcribunt ſæ-
pius relati Baldus,& Salicetus, in ead.l.cum pre
cibus prope finem, C.de probat. idque ſatis pro-
bari iam palam fecimus ex varijs coniecturis,
quæ multum valent ad ipſam ſimulationem pro
bandam & detegendam, cum multis inuolucris
tegatur,vt ſcribit Menochius de arbitr.iud.caſu
42 247.nempe ex conuenientia ſeu identitate ſum-
mæ diei, & teſtium, & neceſſario, ex agnitione
debiti facta ab eo Dulcebono, erga Dulce-
43 bonam, etiam poſt obtentam prætenſam libera-
tionem, dum ſcilicet intereſſe ſoluit, vt in termi-
nis ſimilibus conſuluere videndi Socinus ſenior
conſilio 129.numero 12. vol.4.Decius conſilio
543. à num.13. vſque ad numerum vigeſimum
primum. Nec quod à nobis dictum fuit ratione
correſpectiuitatis,ea ratione dictum fuit,vt om-
nino aſſeramus correſpectiuitatem neceſſariam
eſſe,ſed diximus inde ſatis probari ipſam ſimula
tionem, & interpoſitionem perſonæ Seroni, &
idcirco nihil obeſt,vt correſpectiuitas locum ha-
44 bere non ſoleat niſi adſit, vt dicitur,perſonarum
identitas, ex Bartoli conſilio 175. nume.23.&
Rimin.iun.conſ.404.num. 14.

Præterea reſpondemus magis receptum eſſe,
vt correſpectiua etiam dicantur,quæ fiunt inter
perſonas alias,circa tamẽ idem negotium, vt ſen
tit Alexand.conſilio 90.num.9.verſic.nec habet
45 obſtare, libro tertio, & ſequitur Alba conſil.70.
numero 12.& Crauett.conſil.949.nume.19.vbi
videatur,quod contra affertur procedit quando
46 non concurrit identitas negotij, & temporis, vt
ſatis declarant exempla ab eodem Burſato, &
Rimin.allata.

Rurſus ſi conſideremus perſonam Seroni tan
quam interpoſitam,& ſubmiſſam perſonam Dul
ceboni,conſtat interueniſſe ſemper eaſdem per-
ſonas, in vtroque actu, coniuncta maximè ipſa
debiti recognitione,ex ſolutionibus factis,à Dul
cebono ipſi Dulcebonæ, quæ veritatem negotij
ita mehercle aperit,& patefacit,vt nullus dubitã
di locus relinquatur, quin res ita ſe habuerit, &
quam vnam veritatem cæteris poſthabitis ſequi
debet ipſe integerrimus iudex, adeoque verum
eſt,vt actus à ſubmiſſa,& interpoſita perſona fa-
ctus,tribuatur ipſi perſonæ veræ & repræſentatę
47 vt ſola proteſtatione abſque alia ceſſione ius illi
quæratur, vt adnotauit interpres ad ſtatutum no
ſtrum, cap.447. numero 9. in primo, & ſatis cõ-
probant, Socinus,& Decius, in iam ſuperius ex-
citatis conſilijs, qui cauſam Seroni, in tutiſſimo
conſtituunt loco, & Dulceboni ſenſum, qui ni-
mium dulciter, & iucundè mouetur,ad id capien
dum quod ſuum non eſt;oſtendunt reſpuendum
eſſe, velut vuam guſtatu peracerbã, guſtus enim
dulcem cibum appetit, & eo mirificè delectatur,
amarum vero aſpernatur,& odit,vt igitur bonus
ſit is Dulcebonus,det operam, vt res ipſa ſit no-
mini conſequens,& ſimul facti veritatem, quam
ipſe optimè nouit, amplectatur, nec iuſtitiæ, &
conſcientiæ leges ſibi parum dulces offendat,nã
in hoc denegando quis pudor eſt?

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO SACRAMORO Bebulco,& Giachelina Beſutia Coniugibus.

ARGVMENTVM.

Falſa cauſa, an & quando contractum etiam tranſactionis vitiet, & an is in vim donationis ſuſtineri poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Saluti indebitè datur repetitio, & quis non debet ex ſuo dolo fructum conſequi.*
2 *Tranſactio debet fieri ſuper re dubia, & ſi ſuper re clara fiat, inutilis eſt.*
3 *Tranſactio reſcindi poteſt ob enormiſſimam læſionem.*
4 *Præfationes, & prooemia etiam in cõtractibus eius cauſam finalem indicant.*
5 *Promiſſio eius ad quod quis non tenetur, præſumitur in dubio facta per errorem, & non ex certa ſcientia, aut animo deliberato, quia nemo donare præſumitur.*
6 *Donatio tacita, requirit, ſolemnitatem à ſtatuto in donationibus deſideratam, nec ſimplici iuramẽto confirmatur.*
7 *Iuramentum an inſinuationem donationis ſuppleat.*
8 *Contractus ſimulatus iuramento non firmatur.*
9 *Promiſſio ſine cauſa an valeat.*
10 *Sciẽtia nõ præſumitur, ſed neceſſario, & probãda.*

11 Cauſa

11 Cauſa deficiente ſine qua quis alias non fuiſſet cō tracturus, deficit vtiq; promiſſio.

12 Promiſſio enormiſſimam continens læſionem, vel turpem cauſam inanis efficitur.

13 Promiſſio contra bonos mores ea dicitur de iure communi, quæ continet aliquid improbum, & inhoneſtum, de iure autem pontificio ea cenſetur, quæ peccatum præfert.

14 Donationis coniectura nunquam capitur niſi neceſſario inferatur.

15 Remedium, l. ſecunda, C. de reſcind. vendit. an habeat locum, quādo quis ſciēs, & prudens donare voluerit.

16 Vendens nomen debitoris, tenetur oſtendere ſe eſſe verum creditorē, licet non debeat defendere creditum huiuſmodi eſſe vt exigi poſſit.

17 Verba debent intelligi eo reſpectu, quo prolata ſunt.

18 Ratificatio non firmat actum omnino nullum,

19 Nullum quod eſt ratione conſenſus, licet poſſit ratificari, non tamen id, quod aliter peccat ratione formæ.

20 Relatum eſt in referente, cum ſuis qualitatibus.

21 Ratificatio facta ex falſa cauſa non nocet.

22 Minor donare nequit.

23 Reſcriptum ne ſit ſubreptitium, vel obreptitium, principi ſunt narranda omnia, quæ poſſent eum difficiliorem reddere ad concedendum.

24 Cauſa defectus inducit repetitionem per conditionem ob cauſam ſicut defectus conditionis, & modi.

25 Error excludit omnem conſenſum.

26 Specioſa pluro non ſunt in idem coaceruanda.

27 Actus correſpectiuus is dicitur qui fit gratia, & cōtemplatione alterius.

28 Actus vnus correſpectiuus dicitur cauſa alterius, & vnus ſine altero ſuſtineri nequit.

29 Ex contractu agens repelli poteſt ea exceptione, quod ex parte ſua contractum non impleuerit.

30 Exceptio non implementi tanquam fluens ex corpore inſtrumenti nunquam excluſa cenſetur.

31 Ceſſio acceſſoria non requirit ſolemnitatem in ſimplicibus ceſſionibus deſideratam.

32 Ceſſio conuenit quando agitur de re accedente minime poſſeſſa, & à tertio debita.

33 Ceſſio de re aliena non valet.

34 Intrinſecum quod eſt, præſtari debet, vel ſaltem offerri nemine etiam petente.

35 Maritus alienare non poteſt bona dotalia, etiam ex legitimo cauſa, vxore inuita.

36 Cauſa finalis non dicitur quoties aliquid promittitur, ſiue adſit prætenſio, ſiue non.

37 Contractus talis eſt iudicandus, qualem ſua figura, & contrahentium denominatio oſtendit.

38 Exceptione omni ſublata, non tollitur, ea quæ eſt legitima, & quæ ſubſtantiam negotij tangit, vel ex eodem fonte inſtrumenti oritur.

39 Promiſſio aliquando in vim pacti valet.

40 Actus inſtius qui fit, ſcilicet ad liberandum, & obligandum ſi non valet, vt agitur, non valet ēt vt valere poteſt.

41 Falſa cauſa omnem diſpoſitionem vitiat, ſaltem ope exceptionis.

42 Lucrum qui ex damno, fidem ex perfidia, & tranquillitatem ex periculis quærit, valde errat.

CONSILIVM CCLVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

MIhi admodum placet concluſio firmata, vt ſcilicet hæc promiſſio non valeat tanquam facta ad falſam aſſertionem aduerſarij affirmantis ſe ius habere in bonis auitis ipſius Giachelinæ Beſutiæ, & quod ſe oppoſuerat, vel opponere minitabatur matrimonio, in quod eam ducere cupiebat Sacramorus Bebulcus, quorum vtrumq; falſum detectum eſt: nam Cæſar Auus Beſutiæ aliqua bona nō reliquit, ſed ea quæ nūc poſſidet Giachelina, habuit ex perſona Petri Antonij eius patris, ex fideicōmiſſo Bernardi Beſutij eius patrui, ſicut & errore imbuta, & ſeu potius ſimulata, & conficta eſt oppoſitio ad impediendum matrimonium, cum vel nulla ſubeſſet, vel iniuſta & ex conſequenti, cum probabilis extet calumniæ coniectura, & falſa appareat inſinuatio Franciſci Conradi mariti Angelæ Beſutiæ filiæ ipſius Cæſaris, hæc promiſſio librarum 4800. quæ potius fallaciæ ad extorquendam pecūiam nomen habere videtur, eſt irrita faciēda, ex receptiſſima ſentētia, quæ euidenti fulcitur ratione, ne ſcilicet, quis ex ſuo dolo, & comprobita
1 te vtilitatis fructum capiat in tertij præiudiciū; cum ſuæ cuiq; vtilitati ſeruiendum ſit, ſi id fiat ſine alterius iniuria, imo ſi aliquid ſolutum fuiſſet, daretur conditio indebiti, vt com. dicit Alba vidend. conſ. 9. num. 50. & præſes Menoch. conſ. 91. nu. 40. qui multos, & multa in idem referūt, & probaui ego, conſ. 189. num. 10. lib. 2.

Nec huic veriſſimæ concluſioni aduerſatur, q̄ hæc promiſſio in vim tranſactionis ob timorem futuræ litis valere debeat, quia cum inde appareat ſuper re non dubia factam fuiſſe, ſed potius fuiſſe quendam colorem quæſitum quoddamve tegumentum ad veſtiendam inanitatem promiſ
2 ſionis, redditur inefficax, cum potius præſumatur dolus vnius partis decipiētis alteram, vt probat idem Alba videndus conſ. 251. num. 31. & infra, & conſil. 543. num. 8. & conſil. 731. num. 10. & conſil. 89. num. 2.

Præterea cum adſit ea grauiſſima læſio, quam
3 noſtri enormiſſimā vocant, datur ex magis recepta ſnīa reſcindendi q̄ temere geſtū eſt, facultas, ēt in trāſactione, vt dixi ego cōſ. 193. n. 25. lib. 2.

Non officit etiam, vt in vim donationis de-

beat ſuſtineri,deficiente cauſa:quia cum ex pro-
œmio,& præfationibus colligatur etiam in con-
tractibus cauſa & ratio potiſſima, & ſeu finalis
4 contractus, & declaretur tota diſpoſitio, Decius
conſil.600.num.2. Ruin.conſil.95. num.10.vo-
lum.5. Alba conſil.198. num.29.& conſil.772.
nu.15.& ſatis conſtat ex narrationib. ipſius Chi
rographariæ conuentionis ad eam deuentũ fuiſ-
ſe non ſua ſponte,ſed alieno impulſu, propter il-
las cauſas ſine quibus alias facta non fuiſſet ea
pomiſſio.

Rurſus promiſſio eius ad quod quis non tene
tur, præſumitur in dubio facta per errorem, nec
ex certa ſcientia aut animo liberali, & qui vult
5 hanc iuris coniecturam refellere, debet probare
id ex certa ſcientia factum fuiſſe, quia nemo do-
nare præſumitur, vt communem in puncto fate-
tur Alexand. videndus conſil.13.num.2. & 3.li-
bro primo, & exanimatus metu, nihil eſt æquæ,
quod faciat lubens.

Additur præterea in vim donationis ſuſtineri
non poſſe,cum non ſit ſeruata iuris noſtri muni-
cipalis, & N.C.forma, quæ etiam in tacitis do-
6 nationibus adhiberi debet, nec firmantur iura-
mento, vt probat interpres ad ſtatutum, c.324.
numero 17.& infra,& numero 39. & num.199.
volum.primo,& quamuis aliqui velint iuramẽ-
tum ſupplere inſinuationis ſolemnitatem, tamẽ
id procedit vbi ſit ſpeciatim ei renuntiatum, &
quando deſcriptio, & ſeu regiſtratio intra cer-
7 tum tempus non eſſet facienda, vt tradit Gabri.
lib.commun. de donat. concluſ.prima, numero
67.& 69.& cum agatur de contractu ſimulato e-
uidentem iniquitatem,& manifeſtam calumniã
præſeferẽte iuramento non poteſt firmari, cum
8 non debeat eſſe vinculum perfidiæ,& iniuſtitiæ,
vt tradit Seraphinus priuileg.59.numero 8.&9.
vbi multa diſputat huic ſententiæ conueniẽtia;
contractus enim ſimulatus non habet fundamẽ-
tum conſenſus, ſed eſt tanqum corpus ſine ani-
ma,& arbor ſine radice,& paries ſine calce. Et li
cet in chirographo dicatur partes iuraſſe, tamen
nullus eis detulit iuramentum, & ſic quod ex-
preſſum eſt verbis, non fuit,(vt par) erat re ipſa
pręſtitum, & ſub præſcripta forma adhibitum,
nec inſtrumentum poſtea factum à Giachelina
officit tum iam allatis rationibus, tum quia ob-
tenta fuit, vt dicitur habilitatio, & abſolutio.

Non refragatur,quod quicquid iure commu-
ni dici poſſit, ꝙ ſcilicet promiſſio non valeat ſi-
ne cauſa, ex lege noſtra municipali, capit.96.in
princip.optimè defendi poſſit,quia nos non agi-
mus de promiſſione ſine cauſa, ſed de ea quæ fa-
9 cta eſt cum cauſa, quæ reperitur falſa,vnde cau-
ſa deficiente apparet conſenſum abeſſe, & con-
tractum ipſum ruere, & quatenus dicatur ex il-
lis verbis,ſiue adſint prætenſiones, ſiue non,con-
ſtare de ſcientia quæ contractum roborare,& fir
mare videtur, Alexand.conſil.4. numero 6.libro
primo, quia Reſpondetur ſcientiam non præſu-
10 mi,ſed eſſe neceſſario probandam,& quod abſq;
illis cauſis alias promiſſio facta fuiſſet,quod neu
tiquã eſt dicendum cum aduerſarius fuerit his
callidis,& vafris ducibus,huius rei autor,ſuaſor,
& impulſor, vt ſe ipſum declarat idem Alexand.
eod.conſilio 13.num.ſecundo,& 3.& optime do
cent Bartolus, in l.demonſtratio falſa, §.1.ff.de
condic.& demonſtratio.& l.damus,ff.de condit.
indeb. Bald. in l.fi.de falſa cauſa,& idem. Alexã.
conſilio 22.numero 3.& 4.lib.quinto, Alciatus
noſter conſil.9. numero 6.& 7.lib.8. & omni ca-
ſu deberet tũc in vim donationis ſuſtineri, quod
eſſe non poteſt,quia conſtat de mente,quod no-
11 luerunt donare, ſed promittere, vt iniuſtam litẽ
& vexationem,quam aduerſarius velut ferrum,
& flammam eis minitabatur, redimerent; vnde
12 propter enormiſſimam læſionem datur reſciſo-
ria,vel ſuppletio ad pretij iuſtitiam,vel propter
turpẽ cauſam ſit promiſſio inanis,vt probat Cra
uet.eo.conſil.152.num.10.

Et cum matrimonij impedimenta ſint denun
tianda ſub pœna peccati ex Sacroſancto Conci-
lio,ſequitur,vt ſi iniuſta illa fuerint, irritum fa-
ciant contractum, tanquam ſub falſa cauſa fa-
ctum,ſi vero iuſta fuerint eam promiſſionem vti
contra bonos mores inficiant,& vitient:nam cõ-
13 tra bonos mores ex iure ciuili id omne dicitur,
quod eſt improbum, & inhoneſtum; de iure au-
tem pontificio,quicquid peccatum inducit,& af
fert vt declarant Alexand. Iaſon & Decius,in l.
pacta,quæ contra, C.de pactis, honeſta enim in
virtute ponuntur, turpia in vitijs, bonumque id
eſt,quod honeſtum eſt,malum,quod turpe.

Et cum in chirographo dicatur ipſas pecu-
nias promiſſas cedere in ſolutionem dictæ renũ-
tiæ prætenſionum, & oppoſitionum; equidem
excluditur omnis donationis coniectura, quæ
14 nunquam capitur niſi neceſſario inferatur, & a-
lia præſumptio capi non poſſit, vt latè probat
Præſes Menochius de arbitrar.iudic.caſu 88.nu
mero.1.& 2.

Et illa verbo, O pretenſione, O non pretenſio
ne,non faciunt, vt promittẽtes ſciuerint eas eſſe
inanes, & tanquam ſcientes, & prudentes intel-
ligantur voluiſſe donare, atque ideo locus non
15 ſit,l.ſecunda, C.de reſcind.venditio. Cagnol.ea-
dem,l.ſecunda,numero 124. C.de reſcind.vend.
quia proponitur id ea callida,& verſuta ratione
dictum fuiſſe à Conrado, vt euitaret eam diſpo-
ſitionem iuris,quæ eſt, vt cedens aliquod ius,vel
vendens nomen debitoris teneatur oſtendere ſe
ius bonum habere, & ſe eſſe verum creditorem;
licet non debeat defendere atque tueri creditum
16 huiuſmodi eſſe, vt exigi poſſit, & ſic tenetur illud
bonum facere ſaltem de iure, licet nõ ſit bonum
de facto,l.ſi nomen vbi Bar. Bal.& alij, ff.de hæ-
red.vel actio.vendita Bar. in l.1.in fi.ff.ad Mace
don. & etiamſi promiſiſſet nomen debitoris tale
quale eſt, adhuc docere deberet ſe eſſe credito-
rem,l.ſi plus §.fin.de euictio.& ſentit Cagno.ea.
l.ſecun-

l.ſecunda, num. 200. ſed tamen quin adeſſe debe-
ret ſaltem aliqua probabilis prætenſio quadam
iuris bonitate quaſi colorata, hoc nõ negat, imo
admittit, quæ cum deficiat prorſus & omnino,
deficit vtique promiſſio ob eã cauſam facta, &
reſpectu oppoſitionis ad matrimonium ea ver-
ba, O prætenſione, O non prætenſione nihil a-
gunt, cum intelligi debeant eo reſpectu quo pro-
lata ſunt, Crauetta conſilio 16. num. 3. & quate-
nus inſiſteretur, & adhuc inculcaretur, vt in vim
donationis ſuſtineri deberet, dicitur de contraria
mente conſtare, quia quilibet ſanæ mentis, &
prudentis conſilij facile conijciet, ad eum contra
ctum deuentum fuiſſe propter illas oppoſitio-
nes, & prætenſiones, & ſine eis nullus dicet quod
maritus Ghiachellinæ aut ipſa deueniſſet ad
eam promiſſionem, ſeu magis perditionem, ma-
ximè erga matrimonij perturbatorem, & cum
non ſit ſeruata ſolemnitas ſtatutorum, & conſti-
tutionum, non poteſt defendi in vim donationis,
vt ſuperius iam probaui, nec prodeſt, vt dixi iu-
ramentum, quia in chirographo non conſtat il-
lud legitimè adhibitum fuiſſe, & reſpectu ratifi-
cationis factæ publico inſtrumento ab ipſa Ghi
18 chellina dicitur non valere, cum ratificatio non
roboret, atque firmet actum omnino nullum, l.
quæ aliena, ff. de acquiren. hæredi. l. ſecunda, C.
commun. vtriuſque iudicij Bartolus plene, in l.
obſeruare, numero . . . ff. de officio proconſulis,
Corneus conſilio 187. numero . . . parte tertia,
& quamuis, id quod nullum eſt ratione deficien
19 tis conſenſus poſſit ratum haberi, non tamen qđ
aliter peccat, maximè ratione formæ, Bartolus,
in l. ſi mater, §. hoc autem, ff. de exceptio. rei iu-
dic. l. ſi tutor, C. in quibus cauſis in integrum re-
ſtitut. non eſt neceſſaria, & ratificatio, cum ſe re-
ferat ad chirographum, quod propter cauſæ fal-
ſitatem eſt inane, & futile, vtique inanis, & ſu-
20 peruacanea efficitur ipſa ratificatio, tum quia re
latum eſt in referente, authen. ſi quis in aliquo,
C. de edendo, tum quia ratificatio facta ex falſa
21 cauſa non nocet, vt tradit Pariſius conſilio duo-
decimo, num. 70. & 72. volum. ſecundo, & ideo
ratificatio ceſſat, quando actus primos ad quem
refertur non valet, vt ait idem Pariſius conſilio
49. num. 13. lib. primo, & conſil. 55. num. 59. lib.
primo, tum deniq; quia ipſa Ghiachellina tan-
quam minor non potuit huiuſmodi contractum
facere ſapientem, & referentem, meram, & inſi-
pientem donationem, nam cum ſit perditio mi-
nori eſt interdicta, l. fin. & ibi notant omnes, C.
22 ſi maior factus, & fusè proſequitur Simoncellus
tractat. de decretis, libro primo, titu. ſecundo, in-
ſpec. prima, num. primo, & infra, nec iuuat diſpẽ
ſatio Senatus, quia illa ſupponit validam, & legi
timam promiſſionem, non autem donationem,
& cum de ea ne verbum quidem fiat in precib.
tantum abeſt, vt illa iuuet, vt potius noceat, &
valde aduerſetur, ſunt enim principi fideliter, &
integrè à capite ad extremum, ſedulo enarranda

23 ea omnia, quæ potuiſſent nedum eum retrahere,
& reuocare a concedendo, ſed etiã eundem diffi
ciliorẽ & tardiorẽ facere ad accipiẽda, vel remit
tenda poſtulata, vt tradit Felynus in cap. poſtu-
laſti, num. 9. de reſcript. cap. ſuper literis, eo. tit.
Iaſ. in l. 1. num. 2. C. ſi contra ius, vel vtil. pub.

Nec iuramentum, vt ſuperius dixi iuuare po-
teſt, tum quia in forma à noſtris legibus deſidera
ta non fuit præſtitum, tum quia Mediolani non
habet locum, authent. Sacramenta puberum, vt
cauetur cap. 453. in primo, & quia quãdo actus
eſt nullus ob expreſſionem, & explicationẽ falſę
cauſæ, iuramentum tanquam quod per errorem
proceſſerit, nõ roborat actum, vt ſcribit Seraphi-
nus de priuil. iuramenti, priuil. 61. ſub num. 24.
verſic. 15. limitat, non enim ex pactione verbo-
rum quibus iuramentum comprehẽditur, ſed ex
perfidia, per quam inſidiæ tẽduntur alicui, Deus
qui à iurante in teſtem vocatur, hominibus ira-
ſcitur, & ira longe ibi tà reis conuentis, cum defi-
ciat conſenſus, & vigeat aduerſarij dolus, qui rui
nas iactabat, pericula intendebat, & formidines
opponebat, licet re ipſa inanes, tum ẽt quia con-
ſtat clarè, quod hi coniuges nun habuerunt ani
mum donandi, ſed potius promittẽdi ob cauſam,
24 & certum eſt quod defectus cauſæ inducit repe-
titionem per conditionem ob cauſam, ſicut defe
ctus conditionis, & modi, vt eſt textus præclarus
in l. pen. ff. de cond. ob cauſam, atque etiam error
25 ipſe excludit omnem conſenſum, & potius diſſen
ſionem includit, vt inquit Pariſius conſil. 12. nu-
me. 98. vol. 2. & conſil. 72. num. 60. in princ. nec
iuramentum ſolet validam facere tacitam dona
26 tionem, quia coaceruata concurrent in idem ſub
iectum, duo ſingularia, quod minimè conceditur
vt cõem dicit Did. variar. reſolut. c. 7. nu. 5. lib. 1.

Accedat quod actus renuntiationis harũ præ
tenſionum, & ſubſecutæ promiſſionis, ſunt omni
no, (vt noſtri aiunt) correſpectiui, cum eodem
actu geſti ſint, & vnus contemplatione, & gratia
27 alterius, vt & etiam clarè teſtati ſunt ipſi contra-
hentes quatenus non ſemel dixerũt, quod ea pro
miſſio cedebat in ſolutionem ipſius renuntiatio-
nis, Decius, in l. petens, in 2. notab. C. de pactis,
& conſi. 279. ſub num. 5. Alba conſ. 178. num. 1.
Crauet. conſ. 230. num. 2. & conſ. 256. num. 4. &
conſ. 179. num. 13. & cum ſint actus correſpecti-
ui, & ſimul quaſi inhærentes coniuncti, & conſo-
28 ciati, vnus ſine altero non poteſt ſuſtineri, quia
vnus dicitur cauſa alterius, vt tradunt iam relati
Doctores, & Socinus ſenior conſilio 273. nume.
ſecundo, tertio, & quarto; nam agens ex contra-
ctu poteſt ea iuſta & legitima exceptione repel-
li, quod ex ſua parte non impleuerit, l. Iulianus,
29 §. offerri de actionibus empti. & dicitur exceptio
manans, & fluens è corpore, & ventre ipſius in-
30 ſtrumenti, quæ nunquam excluſa cenſetur, vt la-
te probat Carotius, tractat. locati in vltim. im-
preſſionem, ſub titu. de euict. num. 40. fol. 199.

Cum itaque ea promiſſio facta ſit contempla

tione,& reſpectu ipſius renuntiationis,renuntia-
tio autem, cum agatur de iurium ceſſione,nõ va
leat cum non ſit ſeruata forma tradita à iure no-
ſtro municipali,cap.445. & cap.446. in primo.
Conſequitur,vt nulla ſit habenda,& per con-
ſequens ea ruente corruat etiam ipſa piomiſſio
eius contemplarione facta.
Nec obſtat ſi dicatur id hoc caſu non habere
locũ,cũ ipſa Ghiachellina poſſideret bona,& nõ
opus eſſet ceſſione,ſed id acquiſiuerit pro maiori
ſuorum iurium defenſione, & tuitione, & potius
31 quædam accedẽs videatur ceſſio ad contractum
tranſactionis, quæ excipitur à lege noſtra, & à
iure communi, Barto.in l.per diuerſas,num.23.
C.mandati, Alba conſ.217.nu.2.
Quia cum ageretur de iure transferendo, eſt
neceſſaria ceſſio, quæ loco traditionis in his re-
bus corpore carentibus habetur, vt notat inter-
pres ad ſtatutum, cap.445. numero 14. & cum
poſſet etiam exercere contra tertium, vt legitur
in chirographo ibi,& altre ragioni,& pretẽſioni,
inde conijcitur vt optimè conueniat ceſſionis no
32 men,& effectus, cum agatur de re minimè à ce-
dente poſſeſſa,ſed in qua tantum habere videtur
actionem, quę poterat etiam eſſe penes tertium,
vt idem Interpres declarat, capit.447. numero
16.& Alba conſil. 310. numero 36. & 306.nu-
me.6.& 628.num.12.
Verum cum id omne ius eſſet ipſius Angelæ
vxoris Conradi, & ea contractui non interfue-
rit, aut legitimè conceſſerit, non valet ceſſio vti
facta de re aliena, & ideo rectè repelli poteſt Cõ
33 radus ea legitima exceptione, quod è latere ſuo
non impleuerit,& quod actione careat, gloſſa in
clemen. ſæpe in verbo, neceſſario, de verborum
ſignificatione. Decius conſilio 261. Crauetta cõ
ſilio 241. numero ſecundo, & quando id quod
debet præſtari, eſt intrinſecum ideſt, proueniens
ex eadem cauſa debet præſtari, vel ſaltem offerri
34 etiam nemine petente Baldus in l.filiæ licet, C.
de collatio. Decius conſilio 421. & maritus non
poteſt alienare bona dotalia etiam ex cauſa le-
35 gitima vxore inuita,l.mater, pro filia, C.de iure
dotium, & tanto minus alias res non dotales,
quæ ſint propriæ vxoris,l.ſi ſine voluntate,& ibi
Baldus, C.ad Velleianum,l.prima,§.& cum lex,
C.de rei vxor.actio. Baldus in l.mater, C.de rei
vendicat.& Fabianus à Monte, tracta.de empt.
& venditio. in tertia quæſtione principa. verſic.
14.quæro an maritus,& quæſtione quarta, prin
cipa.verſicu.octauo quæro, nec titulus ille tran-
ſactionis debet ſuffragari, cum ageretur, vt iam
diximus de re clara,& litis color fuerit confictus,
& ſimulatus ad pecunias, quaſi torculo compreſ
ſas,emungendas,& extorquẽdas, ſed fruſtra ope
ra conteritur,aduerſante dolo,qui à tergo,à fron
te,à lateribus eum tenet.
Nec reſiſtit,vt cauſa finalis non fuerit ea præ
36 tenſionum poſtquam dictum fuit, O prætenſio-
ne, O ſenza prætenſione ex Crauetta conſ.242.
numero 9.quia conſtat,vt iam dixi,quod ſine il-
lis nõ feciſſent promiſſionem,& vbi ceſſarẽt præ
tenſiones,aderat timor oppoſitionis ratione ma-
trimonij, & ſatis eſt, quod inde colligatur pro-
pter id deuentum fuiſſe ad promiſſionem illam,
& de donatione non ſit mentio, vnde talis eſt iu-
37 dicandus contractus, qualem ſua figura demon-
ſtrat,& denominatio contrahentium oſtendit,vt
tradit idem Crauet.conſ.20.nu.1.
Et quamuis in chirographo dicatur remota
omni exceptione,nõ tamen ſublata cenſetur hęc
quę eſt legitima,& quæ ſummã negotij tãgit O-
38 ſaſcus deciſ.129.& docet Bartolus in l.prima,§.
& patui,ff.quod vi aut clam,& concordes reſerũ
tur in ſtatuto,cap.42.numero 164. in primo. Itẽ
ea quæ oritur ex eodem fonte, & chirographo,
& inſtrumento, vt declarat Carotius loco ſupe-
rius excitato num.3..
Nihil etiam offendit,vt hæc promiſſio debeat
39 valere in vim pacti, Bartolus in l.ſi cauſa cogni-
ta,num.5.& 6.C.de tranſact.quia cum hic aga-
tur de actu miſto,ſcilicet ad liberandum, & obli-
gandum,ſi non valet,vt ago,non valet etiam vti
40 valere poteſt,vt declarat,ibidem Iaſ.nu.11.
Rurſus id procedit in ſimplici pacto libera-
tionis,& de non petendo,quod ſit factum ſine ex
preſſione cauſæ,quia quando eſt explicita cauſa
quæ falſa ſit,pactum ſit irritum,& inane,cum fal
ſa cauſa omnem inficiat, & vitiet diſpoſitionem
41 ſaltem ope exceptionis, vt tradit præſes Menò-
chius conſil.91.num.40. Papienſis de forma ſen
tentiæ diffin.verſic.nos, Bernardinus,num.11.&
Baldus in rubr. C.de conſt.pecun.num.7.& in l.
nec apud, C.de hæred. inſtit.facit optimè, Alba
conſil.745. cum alijs ſuperius allegatis,& omni
caſu non valet etiam tanquam donatio cum ſer-
uata non ſit forma à lege noſtra pręſcripta, vt in
puncto notat interpres,eo.c.324.nu.37.in 1.
Quare cum hæc promiſſio fuerit extorta ſub
faſo,& inani atq; commentitio commento, faci-
lis eſſe debet integerrimus iudex in diſſoluendo
hoc iniquo contractu,vinculis perfidiæ,& malæ
fidei nodis, minimè vincientib. colligato, aduer-
ſariuſque de ſe ipſo conqueratur ſi pro congruẽ-
tibus, vehementer repugnantia ſumens, putauit
ex fraude,& fallacia, lucrum conſequi, & fidem
quærere, valde enim fallitur meo iudicio, nã hęc
ipſa, loco quæſtus, damnum & detrimentũ & per
fidiam afferunt, errantq; ſimul multi, qui interdũ
pro leui lucro magnã faciunt iacturã, maleq; ſibi
conſulunt, & ad turdi exemplũ, malum ſibi ipſis
cacant, ecce ægrotus graui aduerſa correptus va-
letudine, vt medicum beneuolũ & diligẽtem ha-
beat, & vt quotidianam mercedem lucrifaciat,
cum hæredem inſtituit, at is, vt hæreditatem ca-
ptet non vitam, ſed mortẽ ęgroti curat, ecce cliẽs
tenax, aduocati honorarium, vel fraudat, vel
parcè nimis impendit, vnde litem, quam forte ob
tinuiſſet, amittit, aduocati negligentia, & ſua ip
ſius nimia tenacitate, ecce litigator cum judice
frequen-

frequentes iras gerit, ſperans his iurgijs, litis fœliciorem exitum, verum iudex ira commotus, cauſam præcipitat. Ecce ſi res ex ſententia non ſuccedat, nimis ſeuerus, & moleſtus quis ſibi ipſi iraſcitur, vnde fit vt repentè in febrim incidat, ac valetudinem mittat, & in miſeria vitam mærens, & fremens traducat, ecce mulieri confidit, quæ adeo inconſtans, & imbecilla eſt, vt facilius folio, & pluma moueatur, & in regno perfidiæ educata, mendacio ſæpiſſimè fallat, nimiſque fatuus eſt ſtultuſque eſt, qui muliebri fragilitati ſe committit. Ecce quis in paupertate vitam agit ſuum defraudans genium, vt diues moriatur, & vt fructus ſuorum laborũ, & vigiliarum reſeruet in id tempus quo earum fructu frui nequit, quo fit, vt prodigus hæres eum illudens, & diu exoptatam hæreditatem tandem adiens, large profundat, quod ille ſtrictè continuit. Quare demens, amens, nulliusvè conſilij eſt, qui rerum naturalẽ, & legitimum ordinem peruertit, & ex periculis tranquillitatem, ex damno lucrum, & ex perfidia fidem quærit, ſtultorũ plena ſunt omnia, & ſicut in fabulis credulorum atque improuidorum ſenum perſona eſt ſtultiſſima, ita in negotijs ſtultiſſimus eſt qui hæc attentat, qui aliorum vitia cernit, ſuorum obliuiſcitur, tu igitur ita diligenter, & iuſtè omnia præſcribas, ita cautum vna quoque de re, & ita quod oportuit exceptum habeas, vt minimè reprehendi queas, nihil temerè credas, omnia caueto, & quemadmodum currus rotæ vnguentis vnctæ celerius vehuntur, & currunt, nec obſtrepunt, & ad optatam metam veloci curſu, quaſi additis alis volant, vel perferuntur, ita etiam ſi cupis litem quam primum ad exitum perduci, iudicis beneuolentiam concilies, nec eum abs te alienes, elegantes, & ſubtiles, doctoſque & diligentes cauſidicos, & aduocatos tibi aſciſcas quos quo diligentiores, & magis vigiles, & propitios, & minimè iratos aut ſomnolentos habeas, negligens ne ſis, aut nimis parcus in erogando honorario, & in remunerandis beneficijs, & ſi erga eos vt decet liberalis, & largus fueris, omnia quæ iuſtè volueris, aut quæ cauſæ vtilitas poſtulabit tibi præſto erunt, ita operæ, ita vigiliæ, ita officia omnia, omnibus horis deſeruient, vt nec maius ſtudium nec maiorem diligentiam requiras, aut deſideres, hisque ducibus faciliorem aditum ad victoriam tibi parabis, tutiſſimamque viam tibi patefacies, ad id quod deſideras, his optimis præſidijs munitus, & ſi, vt decet in contractibus ineundis bona fide vſus fueris, magnum lucrum facies nam primum conſcientiæ, & exiſtimationi ſatisfacies, & dein facilius obtinebis, vt quæ conuenta fuerint, & quæ inter contrahẽtes placuerint, ſeruentur, ait enim prætor, pacta conuenta, quæ neque dolo malo, neque aduerſus leges, aut decreta principum, neque quo fraus cuiq; eorum fiat, facta erunt, ſeruabo, addo ego ſin minus irrita faciã, iſtud viri eſt officium, l. iuriſgentium, §. adeo, verſicu. ait prætor, ff. de pactis.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO ANTONIO FROTTA nunc Phyſico.

ARGVMENTVM.

Legatis filio naturali alimentis, an veniat impenſa ſtudiorum, multaque, & complura in ea re doctè, & eleganter explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *In alimentis decernendis teſtatoris qualitas, & eius propoſitum ſpectari debet.*
2 *In alimentis conſtituendis inſpici debet conditio teſtatoris.*
3 *In alimentis ſtatuendis debet haberi reſpectus ad patrimonij redditus.*
4 *Familiarum ſplendor virtutibus illuſtratur.*
5 *Filius ſapiens lætificat patrem, ſtultus vero eſt mæſtitia matris ſuæ.*
6 *Sapientibus viris vt ciuitas repleatur, Reipublicæ intereſt.*
7 *Parentum commune eſt votum, liberis opes, & diuitias parare.*
8 *A patria poteſtate liberat filium dignitas conſularis, vel epiſcopalis.*
9 *Filij dignitas eſt gloria, & laus patris.*
10 *Filij ſcientia eſt lætitia patris.*
11 *Filij ignominia, patris eſſe intelligitur.*
12 *Alimenta condecentia boni viri iudicio decernuntur, ad eum modum quem teſtatoris facultas patitur.*
13 *Alimenta condecentia ſi legata ſint, non ad neceſſitatem, ſed ad decentiam ſunt ſtatuenda.*
14 *Studiorum impenſæ alimentorum appellatione continentur.*
15 *Impenſa ſtudiorum, appellatione alimentorum veniunt, maximè ſi teſtator eas antea facere ſoleret.*
16 *Coniectura ſumitur ex eo, quod quis interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet.*
17 *In alimentis ſtatuendis teſtatoris amor, & charitas inſpicitur.*
18 *Abſens ſtudiorum cauſa, abeſſe non intelligitur.*
19 *Conditio præſtandi alimenta in domo remittitur ex iuſta cauſa.*
20 *Conditio pro impleto habetur, cum non ſtat per*

eum ad quem pertinet.

21 *Alimenta debentur filijs naturalibus, vel aliter illegitimis ex æquitate iuris pontificij.*

22 *Filij, vt liberalibus artibus inſtituantur communis eſt parentum affectio.*

23 *In alimentis legatis à ſanguine coniuncto plenior fit interpretatio, quam in legatis ab extraneo.*

24 *Impenſa nedum ſtudiorum grammaticæ, ſed etiam aliorum liberalium ſtudiorum an cõtineatur in legato alimentorum.*

25 *Studiorum impenſas an frater conferre teneatur, & an pater ad eas cogi poſſit.*

26 *Studiorum impenſas vbi pater facere recuſaret, an magiſtratus cogere eum poſſit.*

27 *Donare adultus poteſt rem mobilem velut pecuniã maximè ex iuſta cauſa.*

28 *Patrimonium pupilli ne pandatur, eius valdè intereſt.*

29 *Inuidiam pati melius eſſe videtur, quam miſericordiam.*

30 *In alimentis decernendis ſummario eſt habenda patrimonij cognitio, ne eius ſecreta euulgentur, & apud acta deſignentur.*

CONSILIVM CCLVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

ANtonius Frotta, rectè poſtu-
lare videtur impenſas ſtudio
rum gratia, tã ex patris Hyp
politi phyſici, quam ex legis
diſpoſitione.
Nam licet legatis alimen-
tis non contineantur, quæ ad diſciplinam perti-
nent, l. legatis, ff. de alimentis legatis.
Attamen id ita accipiendum eſt, niſi aliud te-
ſtatorem ſenſiſſe probetur, l. niſi aliud, ff. eod. at-
qui multifariam multisque modis in caſu noſtro
id conijci videtur.
Primo, quia cum ipſe eſſet virtute præditus,
erat enim eximius Phyſicus, eſt præſumen-
dum eius mentis, conſilij, ac propoſiti fuiſſe, vt
huiuſmodi filius euaderet nempe ſibi ſimilis, &
1 quæ teſtatoris qualitas, & propoſitũ, maximè in
decernendis alimẽtis eſt inſpiciendum, vt docent
Iuriſconſultus, & gloſſa in verbo, facultatibus,
in l. cum hi, §. modus, prope finem, ff. de tran-
ſactionibus, cum alias ex conditione perſonæ
teſtatoris voluntas facilè colligatur, l. ex facto,
§. ſi quis rogatus, il primo, vbi Bartolus, & alii
interpretes videantur, ff. ad Trebellianum, in de-
2 cernendis enim alimentis ſpectatur dignitas, &
perſona, & conditio teſtatoris an ſit propinquus,
vel extraneus, locutionesque, & ſermones inter-
pretantur ex perſonis quæ loquuntur, l. ſi ſeruus
plurium, in fine, de legatis primo, gloſ. Bartolus,
in verbo, modica, in l. ſed & ſi ſuſceperit, §. pri-
mo, ff. de iudiciis, Simon à Prætis de interpreta-
tio. vltimarum voluntatum, lib. quarto, dub. vn-
decimo, fol. 428. num. 53. habeturque potiſſimũ
reſpectus ad patrimonij redditus, l. ius alimen-
3 torum, vbi pupillus educari debeat. Baldus con-
ſilio 30. incipien. ſicut dixi, in fine, libro ſecundo,
Rolandus conſilio 55. numero ſeptimo, libro ſe-
cundo, idem Prætus fol. 429. numero 71. vires
namque patrimonij vbi deficiant, aut imbecillæ
ſint, fruſtra de perſonæ dignitate, aut conditio-
ne quæritur, vbi vero firmæ, & robuſtæ ſint, qua
les hæ ſunt, tunc decet perſonarum qualitatem
maxime ſpectari ad hæc ipſa ſtatuenda alimẽta.
Secundo cum teſtator iuſſerit nepotem ex fra
tre eius hæredem, & filium hunc illegitimè na-
tum viuere vt bonos Chriſtianos decet, vetue-
ritque ne cauponis cum otioſis verſarentur, cen-
ſetur voluiſſe eos rebus ad honorem diſpoſitis
incumbere, & per conſequens ſenſiſſe, vt inſti-
tuerentur liberalibus ſtudiis, & artibus, per
quas otium & vitia virtuti contraria effugiun-
tur.
Tertio quatenus deficiente vtriuſque linea,
voluit eius bona peruenire in digniorem, & pro-
ximiorem ex deſcendẽtib. ab eius ſororibus, con-
ſtat teſtatorem virtutem plurimi feciſſe, & om-
ni diligentia affectaſſe per quam quis altero di-
gnior efficitur, atque ſi id manifeſtè deſiderauit,
& ſitiuit in remotioribus, quanto magis eſt præ
ſumendum, quod hoc idem auide appetiuerit in
ſuo ipſius filio atque nepote, quis neſcit quan-
tas vires virtus habeat, quæ nec eripi nec ſurripi
poteſt.
Quarto commune votum parentum, & mi-
rum deſiderium illud eſt, vt filij docti euadant,
& ideo, quando facultates, & copioſæ, vt hic,
ſuppetunt, anxio animo & ſolicito, curioſi cu-
rioſè, & diligenter curant, vt filioli nedum ſtu-
dijs grammaticæ dent operam, ſed & inſignio-
ribus, per quæ familiarum ſplendori, & æterni-
tati conſulitur, & ne videantur magna neglige-
4 re, dum parua curant, l. quod ſcripto, ff. vnde le-
gitimi, Baldus in authenti. quod ſine, C. de teſta-
mentis, quod maximè exoptauit teſtator dum
ſubſtitutos alterius familiæ de frottis nominari,
& digniorem præferri voluit, cum etiam prius
nominando, vnde ex ordine ſcripturæ affectio-
nis coniectura deſumitur, l. cum ita, §. in fidei-
commiſſo, de legat. ſecundo, & vt ait ſapiens, fi-
5 lius ſapiens lætificat patrem, filius vero ſtultus
mæſtitia eſt matris ſuæ, quod & in his terminis
ſequitur celebris gloſſa, in l. ſed Iulianus, §. pro-
inde, verſicu. quod dicitur in verbo, ſolebat, ff.
ad Macedonian. & ideo ſtudiorum cauſa multis
fauoribus quamplurimum pollet, cum magnam
habeat in ſe pietatem, publicamque præſefe-
rat vtilitatem, cum valdè interſit Reipublicæ,
6 vt ciuitas ſapientibus viris, & luce bonorum
conſpicuis, repleatur, vt inquit Imperator, in
leg. vnica, & ibi gloſſa, in verbo, auertat, C. de
ſtudijs libera vrbis Romæ, lib. 11. quod vt faci-
lius filij aſſequantur; nam non facilè emergunt,

quibus

quibus res domi anguſta eſt, præcipuum, & fa-
miliare eſt parentum ſtudium, liberis opes, & di
uitias parare, atque eoſdem locupletare, l.ſcri-
7 pto, ff. vnde leg. & Baldus in authen. quod ſine,
C.de teſtamen.dicit, quod naturalis ſtimulus
hortatur, & vrget ad cogitandum pro liberis,
quorum honores pluris facit pater, quam ſuos
ipſius & confirmatur hoc idem, nam licet epi-
ſcopalis, & conſularis dignitas liberet filium à
patria poteſtate, authent.ſed epiſcopalis, C.de
8 eiſcop.& clericis, id tamen verum eſt, quod per-
tinet ad commodum, non autem ad incommo-
dum filij, vt ait Iaſon, in l.patre furioſo, ante fi-
nem, ff.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, neque
parentes vllum onus propterea accipiunt, & ſu-
ſcipiunt, cum in hoc alleuētur, quod fruuntur
gloria quam ex honore filij conſequuntur, quæ
patribus erit multo maior laus, & magnæ læti-
titiæ occaſionem præbebit, §.generaliter, in fine,
in authent.conſtitutio, quæ de dignitate, vbi gl.
9 in verbo, occaſionem, inquit, nota dignitas filij
eſt gloria, & laus patris, cum pro vna & eadem
perſona habeantur, l.fina. C.de impuber.& alijs
10 ſubſtitut. & ſcientia filij eſt lætitia patris quem
delibutum gaudio reddit vt inquit, gloſ. in l. ſed
Iulianus, §.perinde, ſuper verbo, ſolebat, ff.ad
Macedon.ſic & contra ignominia filij, patris eſ-
ſe intelligitur, & magis torquetur pater grauiſſi-
mis animi doloribus ob tortum eculeo filium,
quàm ſi ipſemet acriter ſæuo quaſſu quaſſatus,
quateretur, & non ferendis doloribus cruciare-
11 tur, l.ſed ſi vnus, §.ait prætor, & §.filio familias,
ff.de iniurijs, & notant Doctores, in §.filiusfami
lias, Inſtitu. quibus modis ius patriæ poteſtatis
ſoluatur.

Quinto cum non ſimpliciter alimenta, ſed cō-
decentia legauerit, cenſetur voluiſſe, vt ei alimen
ta decernerentur ad eum modum quem teſtato-
ris facultates paterentur, quem paterna pietas,
& charitas non recuſaret, quem vtriuſque con-
12 ditio decenter exigeret boni viri, ideſt, iudicis ar-
bitrio, l.cum alimenta, ff.de alim. & cibarijs le-
gatis, l.quæ pater, ff.familię erciſcundæ, l. Mace-
doniani, C.ad Macedonia.ead.l.cum hi, §.mo-
dus, ff.de tranſactionib. Alexand. conſilio 100.
num.6.lib.primo, præſes Menochius de arbitr.
iudic.caſu 169.num.9.Simon à Prætis de inter-
pretat.vltimarum voluntatum, lib.4.titu.11.nu
me.51.& infra, pluribus ſequentibus, fol.427.&
cum dubium eſſe poſſet an hæc alimenta huic fi-
lio cum naturalis eſſet conſtituenda, eſſent ſecun
dum neceſſitatem, vel ſecundum decentiam me-
rito ad tollendam omnem dubitationem, & ad
magis demonſtrandam eius erga filium charita-
tem adiecit illam dictionem condecenter, quæ
quandam conuenientiam cum decore præſefert,
13 cum à decentia decus formetur, vt ex alijs diſtin-
guit Gabriel.lib.commun. titu.de alimentis, con
cluſ.prima, num.31. cum igitur de docili perſo-
na agatur, ſenſiſſe videtur, vt ſtudiorum impen-
ſæ fierent poſtquam illæ alimentorum appella-
14 tione continentur, l.ſecunda, C.de alimentis pu-
pillo præſtandis, l.ius alimentorum, §.item ad
inſtitutū. ff. vbi pupill. educari debeat Crauet.
conſil.199.num.3.Ripa in l.in quartam, nume.
168.ff.ad leg. Falcidiam, & cum is idem dum vi-
xit, & Varitij, & Mediolani, diligenter curauerit
filium humanioribus ſtudijs, & Rhetoricæ eru-
diri, hinc eadem comprobatur mens, ꝙ voluerit
15 etiam ſtudiorum impenſas in legato alimento-
rum contineri, cum has facere antea ipſe ſoleret,
nec credendum ſit, quod voluerit ab hoc propo-
ſito declinare & deflectere ſententiam, ea.l.cum
alimenta, ff.de alimentis, & cibatijs legatis, & ſi
de eo ipſo caſu nominatim interrogatus fuiſſet,
vtique veriſimili facta coniectura, idem reſpon-
diſſet, cum & naturali rationi ſanguinis, & com-
16 muni parentum deſiderio, & eius voluntati in v-
niuerſo teſtamētu cōtextu declaratæ conueniat,
Cardinal. Mantica de coniectur. vltimarum vo-
luntatum, lib.3.titu.19.num.primo, & infra lib.
6.titu.130.num.primo, & ſequen. maximè cum
conſtet eundem valde à teſtatore amatum fuiſſe,
dum illum in vniuerſa hæreditate ſubſtituit, at-
que conceſſit, vt beneficio legitimationis natali-
17 bus reſtitueretur, eiuſque poſteritati prouidere
voluit, quæ non ſunt vulgaria amoris, & charita
tis teſtimonia, valde apta ad hanc ipſam rē ape-
riendam, & definiendam, vt inquit Iuriſconſul-
tus, ead.l.cum alimenta, & licet vbi filius malue-
rit extra domum habitare ipſe alimenta declara
uerit, tamen id fecit vt magis alliceret filium ad
ſimul habitandum cum nepote, nec quia domi
alimenta præſtari voluerit ſtudiorum cauſa ex-
cluditur, tum quia eorum cauſa abſens abeſſe nō
intelligitur, Baldus in l.inter minores, num.6.ff.
de in integrum reſtitut.l.nec non, num. primo, ff.
ex quibus cauſis maiores, & illa conditio præſtā
19 di alimenta in domo remittitur ex iuſta cauſa &
impedimento, qualis eſt hæc, præſes Menochius
de arbitrarijs iudicum, caſu 170.num.8.& infra,
20 & cum non ſtet per eum pro impleta habetur, c.
cum non ſtet, de reg.iuris, in 6.

Ex diſpoſitione etiam legis hoc idem conce-
dendum videtur, cum filijs ēt nō naturalibus, &
ex quouis nefario, & damnato coitu genitis, ex
æquitate pontificij iuris, quæ etiam in terris im-
perij ſeruatur, eadem alimēta debeantur, vulga-
21 to capitulo cum haberet, de eo, qui duxit in ma-
trimonium, quam polluit per adulterium, fusè-
que regulam ampliando, & limitando ſcribit
Gabriel ead.concl. prima, vnde cum in filio ver-
ſemur, & ex conſequēti, ratio ſanguinis, cuius iu
ra dirimi nequeunt, hoc ipſum vrgeat, & flagitet,
atque pietatis auxilium imploret, ſtudiorum im-
penſæ deberi videntur, quandoquidem parenti-
bus maximè virtute imbutis, ingenio, & faculta-
tibus præditis ea inſit communis, & naturalis af-
fectio, cupiditateque incenſi ardeant, vt filij libe
22 ralibus artib. inſtituantur, vnde Reipublicæ vti-

les fiant, nec in otio inerti oſcitantes atquę dor-
mitantes deliteſcant, vel vitijs dediti vitioſè fla-
gitioſam vitam ducant, errantes volitent, & di-
ſperſi vagentur toto foro, nec aliquod requietis
interuallum habeant vitioſi, quod dent virtuti, l.
qui filium, ff. vbi pupillus educari debeat, cui nõ
aduerſatur, ead. l. legatis alimentis, quia intelligi
debet in legato alimentorum facto ab extraneo,
23 ſecus ſi fiat ab eo, qui alias iure ſanguinis tenetur
quia tunc propter duplex vinculum vberior &
plenior fit interpretatio, vt ibidem adnotarunt
Bartolus, Baldus, & alij, & Iaſ. ſequitur dicens ve
ram eſſe concluſionem, in l. cum hi, §. qui tranſi-
git, num. 4. ff. de tranſactionibus, loquens in pa-
tre cui ſemper in mentem venit filij commodũ,
& incommodum.

Nec nocere debet eiuſdem Bartoli diſtinctio
24 inter ſtudia grammaticæ, vti magis neceſſaria, &
alia ſtudia liberalia, non ita communia, & ſine
quibus quis poteſt honeſtè viuere, vt ſcilicet ad
illa pater cogi poſſit, ad iſta minimè, l. prima, §.
nec Caſtrenſe, de collat. bonorum, l. de bonis, §.
non ſolũ, ff. de Carboniano edicto, & l. Macedo-
niani, C. ad Maced, magis com. profitetur Alex.
in l. ſi donatione, ſub num. 21. C. de collat. bono-
rum, & ſequitur Surdus tracta. de alimentis, titu.
4. quæſt. 6. titu. 6. quæſti. 9. quia ex legibus quas
afferunt, ſunt intelligendi vbi agatur de collatio-
ne facienda inter fratres, nam in eorum præiudi
tium pater non videtur cogi poſſe has impenſas
25 facere, vt tradit Crauet. conſil. 125. num. 4. ſecus
ſi fratrum præiudicium, vt hic, deeſſet, quia tunc
dicendum eſſet, vt pater cogi poſſit, vt ſentit glo.
ead. l. ſed, Iulianus, §. proinde, in verbo, ſolebar,
ff. ad Macedonianum, Rurſus id procederet vbi
pater aperte prohibuiſſet, ſecus ſi permiſit, vt hic,
vel in dubio verſemur, quia tunc hæ impenſæ fiẽ
dæ inhoneſtam, & iuſtam adeo cauſam publicæ
etiam vtilitati coniunctam venire debent, & ſi
26 pater, quod vix credendum eſt conſentire nollet,
vbi tamen facultates ſuppetant, magiſtratus eũ
facile compelleret, vt tradit additio ad eam, l.
qui filium, l. ius alimentorum, §. adminiſtratio-
nem, ff. vbi pupillus, educari debeat, & l. 2. C. de
alimentis pupillo præſtandis, cum itaque cõſtet
de mente teſtatoris, vt hæ impenſæ in legato ali-
mentorum continerentur, & ratio ſanguinis, &
naturalis idem velit, videtur dicendum, vt illę de
beantur poſtquam ita Excellentiſſimus Senatus
iuſſit, nec circa id aliqua afferatur obreptio, vel
ſubreptio conſideratione digna, poſtquam ita &
idem minor, & eius curator facere obtulerunt, &
re ipſa approbarunt ordinationem prætoris ſol-
uendo pecuniam ab eo decretam, nec reſtitutio
in integrum aduerſus oblationem danda videtur
cum de læſione non appareat, & verſemur in a-
27 dulto, qui etiam donare rem mobilem velut pe-
cuniam maximè ex iuſta cauſa non prohibetur,
l. prima, C. ſi aduerſus donationem Simoncellus
tract. de decreto, lib. 3. titu. 8. num. 14. atq; ideo

ſola difficultas verſari videtur circa declaratam
ſummam, quæ non videtur iuſtam metam exce-
dere inſpecta temporum qualitate, & ſpectatis
magnis redditibus à teſtatore relictis, de quibus
ſummaria eſt habenda cognitio, & notio, cum
non interſit hæredis, vt patrimonium pandatur;
ne euulgatione, vel paupertatis vilitas detegatur
28 vel pompa diuitiarum inuidia excitetur, ead. l.
ſecunda, C. de alimentis pupillo præſtandis, l. ſe-
cunda, prope mediũ, C. quãdo, & à quibus, quar-
ta pars libro decimo, valde enim noſtra intereſt,
ne patrimonij noſtri arcana temerè diuulgẽtur,
nam ſi amplum, & lautum prædicetur, ſtatim ex
citatur ſi non acerbum odium, ſaltem inuidiæ
29 aut odij non diſſimilis offenſio, eſt enim huius ſe
culi labes quædam, & macula inuidere commo-
dis, non ſolum parium, ſed etiam ſuperiorum vi-
rorum, is enim qui multo ambitioſius quã par
ſit, vult primarius populi vir videri, cum intelli-
git alium eſſe diuitijs parem, vel ſuperiorem fre
mit ſibi ereptum primum locum, & in eam inci-
dit ægritudinem, cui nomen eſt inuidientia, quæ
ſuſcipitur propter alterius res ſecundas; vnde ne
is par ſibi videatur, quid molitur miſer inuidus
iſte? quotidie illi inſidias tendit, quotidie occa-
ſionem aliquam captat, vnde illi noceat, vnde il-
lum mordeat, deprimat, atq; de illius honeſtate
& fama aliquid ſemper detrahat, quicquid enim
alienæ glorię accedebat, ſuę detractum putabat,
ſi aũt anguſtum, & tenue patrimoniũ in apertum
referatur, cum magnum hominum opinione ha-
beretur, hæc tua rei familiaris vilitas, quæ gra-
uia tibi affert incommoda, hoc inter cætera gra-
uiſſimum eſt, vt tua exiſtimatione, & fide inde
vehementer violata, nemo tecum tanquam ho-
mine egente, & ſine cenſu aliquid negotij habe-
re velit, paupertatisq; magna detrimenta, quæ
ſingula referre longum eſſet in ea re accipias, &
quemadmodum diuitiatum læta declaratio inui
dentiam parit, ita hæc tua inopiæ triſtis denũcia
tio, & commemoratio miſericordiam cõmouet,
ſed cum vtraq; ægritudo ſit, merito longè durior
& deterior videtur hæc poſtrema, cum illa ſupe-
rior ex alterius rebus ſecundis, hæc autẽ inferior
ex ſuis reb. aduerſis gignatur, & idcirco vulgo ia-
ctari ſolet melius eſſe, vt quis noſtris fortunis lau
diq; & gloriæ noſtræ inuideat, quã noſtræ cala-
mitatis, & ignominiæ miſereatur, & propterea
prouida lex ipſa hæc circumſpiciens, magis è re
30 minorũ eſſe duxit patrimonij ſecreta taceri, quã
vltro proferri, & apud acta deſignari, vt ſanxit
Imperator legibus proximè allatis.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO

PRO FRANCISCO, & Hieronymo fratribus Brandouardis.

ARGVMENTVM.

Denuntiatio, quæ eſt facienda ex ſtatuto Mediolani, cap. 379. in ſecundo, locatori ſecundo, vt conductum Colonum expellat, aut quod idem priori Domino debet, ſoluat an ſufficiat, ſi generalis ſit, vel requiratur, vt in ea fiat nominatim ſummæ crediti mentio, & fides ſingularis, multaque de eiuſdem ſtatuti interpretatione diſſeruntur.

SVMMAE RERVM.

1 *Conditionem ablatiui abſoluti afferunt, & omnes qualitates in vna conditione poſita, ad vnam vſq; ſunt probandæ.*
2 *Qualitates plures ſi lex exigat, qui ex ea agit, debet eas omnes ſimul, & ſemel probare.*
3 *Factum quid non intelligitur, vbi prætermittantur circunſtantiæ ipſi facto debita.*
4 *Statuto à iure communi exorbitante qui nititur, non obtinet niſi probet in eo comprobari verba ſtatuti.*
5 *Dictio vltra includit, & repetit.*
6 *Specialis mentio vbi exigitur generalis, non ſufficit.*
7 *Scientia ſpecialis requiritur ad hoc, vt quis obligetur maximè ad pœnam.*
8 *Diſpoſitio generalis non comprehendit ea, quæ digna ſunt ſpeciali explicatione.*
9 *Sermones in genere ſunt faciliores, in ſpecie vero ſunt veriores.*
10 *Scientia in genere non ſufficit, ſed requiritur totius rei cum ſuis qualitatibus.*
11 *Non denuntiare, vel obſcure denũtiare, paria ſunt in iure.*
12 *Genus cum multiplicem habeat ſenſum, dicitur incertum, & obſcurum.*
13 *Poſitioni, vel interrogationi, aut libello captioſo multiplici aut incerto, vel obſcuro, quis non tenetur reſpondere.*
14 *Libellus, & denuntiatio ita certa eſſe debent, vt reſpondens deliberare queat an velit contendere, vel cedere.*
15 *Super libello incerto quicquid actum eſt, nullum cenſetur.*
16 *Denuntians non ſatisfacit exprimendo cauſam in genere, ſed debet eam ſpeciatim, & clarè dicere.*
17 *Generalis mentio crediti in denuntiatione non ſufficit, ſed requiritur ſingularis.*
18 *Odioſa dicitur materia, vt quis pro altero obligetur.*
19 *Dictio vltra, non ſemper includit, ſed ſæpe excludit ex ſubiecta materia.*
20 *Dictio vltra, non includit, niſi illud quod inuenitur.*
21 *Conditionis in modum vbi plura requirantur, qui in vno deficit, in omnibus deficere videtur.*
22 *Ordo præpoſterus ſi ſubſtantialis ſit, actum vitiat.*
23 *Tempus ſtatuti, qui non ſeruat, ab eius forma recedit, nec eius beneficio gaudet.*
24 *Qui reſeruat, nihil noui facit, aut inducit.*
25 *Actionem incertam proponens amittit intentionem, ſed poteſt redire ad actionem certam.*
26 *Iudex non debet reſeruare, ſed decidere.*
27 *Tertij ius tollere principem non præſumitur.*
28 *Reſcripta eam habent tacitam conditionem ſi preces veritate nitantur.*
29 *Reſcripto fruſtra impetratur, quod iure communi conceditur.*
30 *Iudex debet diligenter terminos iuris obſeruare.*
31 *Aequitas non ſcripta dicitur triplex iniquitas.*
32 *Statutum, vt locator teneatur expellere colonum, vel pro eo ſoluere debitum priori locatori dicitur odioſum.*
33 *In audiendis querelis faciles eſſe debemus, ſed difficiles in eis credendis.*
34 *Aedificium ruit eius fundamento euerſo.*
35 *Liquida vbi non ſit crediti ſumma executio peti nequit.*
36 *Qualitas, quæ exigitur ad conſequendam actionem debet præcedere nec ſufficit, ſi poſt adhibeatur.*
37 *Denuntiatio incitatoria debet eſſe clara, & certa, ita vt denunciatus deliberare poſſit, an velit cõtendere, vel cedere.*
38 *Statuti diſpoſitio, vt vnus pro alio teneatur odioſa videtur, & ſtrictiſſimè eſt intelligenda.*
39 *Dubia vbi ſit res, eſt propẽdendum in eam partem, quæ habet minus præiudicij.*

CONSILIVM CCLVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

LEx noſtra municipalis, ca. 379. in ſecundo, vult, vt ita demum receptus colonus à nouo domino expellatur, vel pro eo debitum ſoluatur, ſi ei denũtiatum fuerit facta mentione, & fide de credito ſuo, quæ duæ qualitates ex vi ablatiui abſoluti conditionem afferunt ex doctrina Bar-
1 toli, in l. prima, in 8. quæſt. ff. de condic. & demonſtratio. Iaſ. §. ruſus, num. 88. inſtitu. de actio. vnde niſi Vergiatus doceat ſe illis qualitatibus integrè ſatisfeciſſe ſuccumbere omnino debebit cũ illud etiam certum ſit, vt agens ex aliqua lege, quæ

quæ certas exigat qualitates debeat omnino il-
las ſimul ac ſemel probare, ſi vult eius beneficio
2 frui,& fruendo gaudere,l.prætor ait,§.docere,vi
bonorum raptor. Socinus ſen. conſil.57. num.8.
lib.3. Marſil.in l.ſi quis, numero 113.& 216.de
quæſt.& ſingul.187.in verbo,qualitas appoſita.
& eſt ratio, quia prætermiſſis circunſtantijs ali-
3 cui facto debitis, non intelligitur illud eſſe factũ,
vt inquit,gloſ.ſingul.in cap.notificaſti,in verbo,
cum omni,33.quæſt.5.quam communi conſen-
ſu receptam eſſe affirmat Corſetus ſingulari ſuo
in ver.qualitas verbi requiritur,& qui nitit̃ cõſti
tutione exorbitanti, ab itinere, iuris communis,
qualis eſt hæc, non obtinet niſi probet compro-
bati verba conſtitutionis,& ſtatuti, Ioan. And.
cap.primo,de homicidio,lib.6.

Sed tantum abeſt, vt id Vergiatus præſtite-
rit, vt potius liqueat defeciſſe in vna quaque
qualitate.

Nam ſubſidij colonici, quod ſcortum maſa-
ritium, vulgo vocant mentionem non fecit,nec
fidem,& quamuis petierit libras mille vltra ſcor
tum maſſaritium, & per conſequens videatur ẽt
ſcortum petijſſe, quia dictio illa,vltra includat,
5 & repetat, ex Bartolo, in l.cum ita, ff. de dote
prælegata, cui addi poteſt, Decius conſil.290.
num.1. Octauianus Vulpelius,trac.de diuiſioni-
bus in verbo,vltra. Rebuffus,in l.nurus,appell.ff.
de verbor.ſignific. Simon de Prætis,de interpre-
tatio.vltimar.volun.lib.2.ſol.4.num.9.fol.157.
atergo tamen id nihil eſt.

Primo, quia verbum illud requirit ſingularẽ,
& ſeu ſpecialem, & non generalem aut genericã
mentionem,quæ cum ſit incerta, non poteſt de-
nuntiatus deliberare an velit retinere,vel dimit-
tere colonum, & ideo exigebatur ſingularis mẽ-
6 tio ſummæ, quia vbi requiritur aliqua ſpecialis
mentio,non ſufficit generalis,vt tradit gloſ.in c.
inquiſitores, de hæreticis, in 6.& in cap.quod ſi
periculoſum,de ſentent.excommun.cap.ſecũdo,
de præbendis, in 6.& fuſè Tiraquell. de legibus
connubial.in verbo,exprez.gloſ.ſeptima,nume.
118.& num.119.& maximè id dicendum,quan
do quis in periculum obligationis,vel pœnæ ad-
duceretur, vt hic, quia ſi non expellit tenetur de
7 ſuo ad debitum, vt ait Tiraquellus relato loco,
num.127.& generalis diſpoſitio non comprehẽ-
dit ea, quæ digna ſunt ſingulari explicatione,l.
8 item apud Labeonem,§.ait prętor,ff.de iniurijs,
Alba conſil.295.num.14.& ſequentibus, & ſer-
9 mones in genere ſunt faciliores, in ſpecie vero
ſunt veriores Borgninus decíſ. prima, nume.83.
lib.ſecundo,& ſcientia in genere non ſufficit, ſed
10 requiritur totius rei, cum ſuis qualitatibus, Feli.
in cap. quod ad conſultar. verſic.12. concluſ. de
re iudicata. Alexand.conſil.114.col. fin.ſub nu-
me.4.vol.primo,poſt gloſſam,notabilem,in cap.
concertationi,in verbo,ſciuit,de appellatio.in 6.
Iaſ.in l.qui Romæ, §.duo fratres, num.68.ff.de
verbor.obligat.& eſt ratio,quia quando lex, vel
ſtatutum vnum dicit expreſſe, aliud ſupponens,
ad hoc,vt diſponat,debet illud quod ſupponitur
interuenire, vt affirmat Curtius iun. conſil.76.
num.37. Alba conſ.252.num.9.infinitum enim
mihi videtur,& valde obſcurum id dicere in quo
aliquid generatim quæreretur, & valde certum
eſt,quod ſpeciatim,& ſingulatim explicatur,ſpe-
cies enim iuſtas,magnas,& ſpecioſas habent cau
ſas quibus inuoluta rei notitia aperitur.

Confirmatur, quia paria ſunt non denuntia-
re,vel obſcure denuntiare,l.de ætate, §.nihil in-
tereſt de interrogat.actio. atqui vt iam dixi, ge-
12 nus cum multiplicem habeat ſenſum, dicitur in-
certum,& obſcurum, Bartolus, in l.in ambiguo,
ff.de rebus dubijs, l.qui ex pluribus, de verbor.
ſignificat.gloſ.in l.quoties,in verbo,ambigua,de
verbor.obligat.gloſ.in verbo,appareret, l.ſed &
ſi pupillus,§.de quo,ff.de inſtitu.actio.& in l.ve-
teribus,in verbo,obſcurum,de pactis, Baldus in
l.hac conſultiſſima,num.5. C.de teſtam.& ideo
captioſæ, multiplici,aut incertæ,vel obſcuræ po
ſitioni, vel interrogationi ſine libello, quis non
13 tenetur reſpondere:nam æquum non eſt, vt quis
captioſis, & fallacibus interrogationib. circum
ſcribatur atque decipiatur, vt decidit Oſaſcus di
cens commun.decíſ.176.num.primo,& ea eſt ra
tio,quia non poteſt reſpondens cum incertus ſit
14 deliberare, atque deliberando ſuæ mẽtis ſenſum
liberè explicare,vt in iudicio decet,in quo liberè
loqui oportet,vt ait Alexan.in l.prima, num.1.
ff.de edendo,& quicquid ſuper eo actum eſt nul-
lum cenſetur, Alba conſi.436.num.ſecundo, mẽ
15 tio igitur cum facta fuerit in genere tanquam in
certa non ſatisfacit,cum requireretur ſingularis,
& ſpecialis ſummæ crediti mentio,vt maturè de
liberare poſſit an velit ſoluendo colonum, reti-
nere, vel diffidendo dimittere, & hoc idem op-
timè roboratur ex Bartoli doctrina communi
conſenſu recepta,in l.prima,num.14. in 6.quæ-
ſtio. ff.de operis noui nuntiatió. vbi dicit, quod
16 denuntians non ſatisfacit exprimendo cauſam
in genere,ſed debet eam ſpeciatim, & clarè dice-
re, prout in libello, ad hoc vt poſſit aduerſarius
deliberare an velit cedere, vel contendere, quod
(vt viua voce iam dixi in concertatorió iudicio)
ego ipſe præ ſenſi antequam Bartolum ibidem
vidiſſem.

Sed magis in terminis caſus noſtri,vt nõ ſuf-
17 ficiat generalis mentio crediti,ſed requiratur ſin-
gularis, videatur Tiraquel. de retract. leg.§.36.
gloſ.ſecunda, num.31.32. nec aliter adduci poſ-
ſum,vt credam noſtrarum legum conditores ali-
ter voluiſſe, præſertim in materia adeo odioſa,
in qua vnus pro altero tenetur,vt declarat idem
18 Tiraquell. de legibus connubialib.in verbo, ex-
prez.gloſ.ſeptima,num.116. & facit, quia in im
petratione ſacerdotibus ſeu beneficij eſt facien-
da non generalis, ſed ſingularis mentio valoris,
cum omnibus qualitatibus, quæ poſſent mouere
pontificem ad non concedendum, vel ad diffici-

lius

lius concedendum, vt docet Abbas in cap.ad au-
res,num.4.& 5.de reſcript,
Et eo magis nominatim mentio crediti requi
ritur, quia poteſt eſſe quod fiat fides vnius ſum-
mæ, & tamen ille non ſit amplius eius creditor,
quia interea vna pars ſit forte ſoluta, & propte-
rea, vt denuntiatus poſſit deliberare requiritur
ſingularis mentio,ne ſe excuſet dicens, timeo a-
liud credam,atque aliud nunties,& hæc fuit vna
ex rationibus qua commotus fuit Iuriſconſultus
Mandellus ad declarandum tantum ſuper illis
libris mille, reſeruato iure ſuper ſubſidio coloni
co, de cuius certa ſumma non fuerat facta men-
tio in denuntiatione,& quæ ratio fuit iuſtiſſima:
nam perplexè loqui non debemus, ſed ita clarè,
vt id quod dicimus certo comperiri poſſit, & ſi
voluntas tacitis verbis intelligi poſſet, equidem
verbis omnino non vteremur, diſtincta igitur
explicatè, & illuminatè dicenda ſunt omnia præ
ſertim in iudicio, cum ideo illud fiat, vt quæ in-
uoluta, & clauſa ſunt aperiantur,& pro iuſtitia
referentur.
Secundo dictio illa vltra, non ſemper inclu-
dit,ſed ſæpe excludit ex ſubiecta materia, & ex
19 mente proferentis,l.fin. C.de modo mult. l.eos,
§.primo,de vſuris, Decius conſil.290.ſub nume.
primo, verſic.in contrarium,& propterea in caſu
noſtro,quatenus Vergiatus petijt libras mille vl
tra ſcortum, non cenſetur tunc voluiſſe ſcortum
in iudicium deducere, cum de eo nec mētionem,
nec fidem fecerit,prout ex ſtatuti lege tenebatur,
vnde videtur ius illud potius reſeruaſſe in alio iu
20 dicio,& quia iſta dictio vltra, vbi includeret,nō
includit niſi illud,quod inuenitur,vt firmat An-
gelus conſilio 294. col.ſecunda, verſic.venio ad
ſecundum, Corneus conſil.13. ſub num.2. volu.
primo, Verum cum, vt lex ipſa deſiderat,nomi-
natim ſignificata, & denuntiata non ſit ſumma
ſubſidij colonici, ſequitur, vt pro non petita ha-
beri debeat, maximè parte opponente, & cum
lex mentionem fieri voluerit in modum condi-
tionis,ea non ſeruata actus ruens corruit.
Tertio à lege noſtra municipali duplex exigi-
tur qualitas in modum conditionis,nempe quod
fiat mentio crediti,& quod fiat fides in ipſa denū
tiatione, vnde qui etiam vnum præſtaret non ſa
tisfaceret niſi vtrumque adhiberetur,quia volū-
tas ſtatuentium fuit limitata ſub duplici condi-
tione, & quia ad obtinendum beneficium ſtatu-
ti,ſimul vna copulatum expoſtulatur implemē-
tum vtriuſque qualitatis, l.ſi hæredi plures, ff.de
21 conditio.& demonſtrat.§.ſi plures, inſtit.de hæ-
red.inſtit. Dec.vidend.conſil.661. num.4.& eſt
ratio, quia defectus cuiuſlibet qualitatis produ-
cit effectum inanitatis ſeu inhabilitatis.
Nec refragatur, vt ſcilicet, quamuis non ſit fa
cta fides in denuntiatione niſi de libris mille ex
inſtrumento locationis,tamen in reſponſionib.
poſtea ſit productum inſtrumentum obligatio-
nis ratione ipſius ſcorti, quia reſpondetur, quod
illa productio fuit verbalis,& ideo non attendē-
da,maximè, quia citatus Vergiatus (vt aiunt)
ad ſpecificandum,paſſus eſt actum caſſari,& per
conſequens ipſa eius productio tanquam inuti-
lis,& futilis nullius eſt facienda.
Rurſus cum hæc fides eſſet facienda in denun
tiatione ad conſequendum ſtatuti beneficium,
non potuit poſtea fieri, quia hic præpoſterus or-
22 do,tanquam ſummam rei attingens vitiat,vt do
cet Baldus in l.fina. in prima interpretatione, §.
ſi quis,il ſecundo, ff.quod metus cauſa, Aretinus
conſil.21.num.3.conſil,32.num.2. Alexand.cō-
ſil.188.num.primo,& ſecundo, vol.ſecundo, De
cius conſil.449.num.8.& dixi ego conſil.20.nu-
me.7.& eſt ratio,quia qui tempus ſtatuti nō ſer-
23 uat ab eius forma recedit,nec eius beneficio gau
det,vt communem dicit Curtius iun.conſil.166.
num.4. & dixi ego conſil.6. num.14. neceſſe eſt
enim ſeruire tempori, & non amittere tempus
cum ſit datum.
Quarto his commotus rationibus, vt iam pręmonui. Iuriſconſ.ex Collegio noſtro Ioan. Ba-
ptiſta Mandellus cōdemnauit ipſos Brandouar-
dos niſi in libris mille.pro quibus facta fuerat fi-
des,& mentio in denuntiatione, pro ſcorto autē
ius reſeruauit, & ſic ius reliquit indeciſum, quia
24 qui reſeruat nihil noui facit aut inducit, vt ait
Crauet.conſil.29.num.8. & conſil.127. num.7.
Alciat.conſil.6. num.37. lib.5. & proponens a-
ctionem incertam amittit intentionem, ſed po-
25 teſt ad actionem certam redire, Baldus in l. ſed
& ſi pupillus,§.ſi inſtitoria,ff.de inſtit.actio, & l.
habebat,in lectura antiqua vbi dicit,quod aſtrin
gens ſe ad certam qualitatem ſi non probet ſuc-
cumbit,ſed id non obſtat quin iterato agere poſ-
ſit,cum noua qualitate,atque ideo nō potuit nec
debuit Iuriſconſ. Colleg. Bartholomæus Hor-
rigonus conſulere, vt concederetur executio pro
eo, pro quo non fuerant Brandouardi condem-
nati, & quod adhuc liquidum non erat, & pro
quo noua opus erat denuntiatione,& ſi pars ad-
uerſa contrarium contendebat ea ratione quod
iſta reſeruatio ſit litis inuolucrum, & iudex,non
26 debeat reſeruare,ſed decidere, & reſeruando vi-
deatur onerare, & onerando grauiter premere,
& opprimere, vt ſentit Baldus conſil.153.nu.1.
quem refert,& ſequitur Contardus, in l.vnica,in
ſecunda limitat.in verbo, ratione miſturæ, C.ſi
de moment.poſſeſſ.quod ſi pars omiſit,de ſua ip-
ſius negligentia querens doleat, & non de bona
Iuriſconſ. Horrigoni iuſtitia, rectèq; Brandouar
di obijciunt Vergiato,vide vt nobis hæc clara,&
certa, vt debebas tuleris, vnde æquo animo feras
damnum ſi quod eſt tua culpa conflatum.
Non officit poſtremo loco,quod iſtæ exceptio
nes ſublatæ videantur non nullis reſcriptis Sena
tus,quia reſcripta illa debent intelligi ex termi-
nis iuris, maximè, quia non præſumitur, quod
princeps voluerit tollere ius tertij, vt in terminis
27 litterarum Senatus Mediolanenſis conſuluit do-
ctiſſimus

Google

ctiſſimus Alciatus noſter conſil.4.num.29.lib.2.
& cũ tacitam habeant iuris cõditionẽ, quatenus
veritas non ſit tacita, aut expreſſa falſitas, quia
28 ſemper ea tacita ineſt conditio ſi preces veritate
nitantur, cap.2.de reſcriptis, Iaſ.videndus in l.fi.
C.de diuerſis reſcript.l.1.n.1. & 2.& infra, C.ſi
contra ius, vel vtilitatem publicam.

Rurſus ad primum reſcriptum dicitur, quod
illud mandabat, vt Horrigonus ſententiam Man
delli exequeretur, at qui cum ſententia Mandel-
li non contineret condemnationem ſubſidij co-
lonici, ſeu ſcortimaſſatitij, ſit vt reſcripti vis to-
ta in Vergiatum reflectatur.

Secundum reſcriptum nihil aliud diſponit ni
ſi quod Horrigonus ad vlteriora procedat, & iu-
ſtitiam faciat, quod cum exequutus ſit, fruſtra re
ſcripto impetratur quod iure communi conce-
29 ditur, l.prima, C.de Theſauris, lib.11. l.1.ff.ad
municipalem de incolis.

Tertium vtique nihil aduerſario opitulatur,
quandoquidem Vergiato petente vt Horrigo-
nus iudicare poſſet de æquitate, reſcripſerit Sena
tus, vt ad formam recitatorũ reſcriptorum pro-
cedat, & iuſtitiam faciat, vnde reſcriptum potius
facit pro Brandouardis, cum iuſtitiam facere ni-
30 hil aliud ſibi velit, quam terminos iuris ſeruare,
quos maximè inferiores iudices ſpectare, colere,
& diligenter obſeruare debent, l.proſpexit, qui
& à quibus, & hæc æquitas non ſcripta dici ſolet
31 triplex iniquitas, vt inquit Baldus conſil.9.nu.3.
lib.3.cum maximè hoc ſtatutum tanquam odio
ſum ſit ſtrictiſſimè interpretandum, vt tradit A-
nania, conſil.72.num.2. prudens enim legiſlator
32 omnia quæ digna erant animaduerſione proſpe
xit, et qui aliter ſentiunt, cum arbitrentur plus
intelligere, & ſapere quam cæteri, reprehenden-
di ſunt potius quam laudandi.

Quartum & vltimum euidenti vitio obreptio
nis, & ſubreptionis non caret, ſiquidem datum
fuit eo ſub colore, quod veritas negotij integrè
enarrata eſſet, quod ſingularis crediti facta eſſet
mentio, quod iura cum effectu, & re ipſa fuiſſent
dimiſſa, ad præſcriptum recitati ordinis collegij
Notariorum mandantis in hæc verba, vt vbi ci-
tatus ad ſpecificandum ſingularem explicatio-
nem, quam ſpecificationem vocãt, omiſerit, eius
iurium productio inanis habeatur, quæ tamen
omnia cum neglecta ſint reſcripti impetratio vti
obrepta, & non legitimè obtenta iuuare nequit,
& ſi aliter fieret daretur occaſio dicendi menda-
cium, quod improbi hominis eſt, qui ſemper mẽ
dacio fallere contendit, & propterea ad hunc de-
pellendum morbum, nihil reſcribendum, aut de-
cernẽdum eſſet, niſi audita parte nam licet iudex
& Princeps faciles eſſe debeant in audiendis liti-
gatoribus, & eorum aures patere debeant quere
33 lis omnium, cõuenit tamen, vt difficiliter credãt,
& dũ actori aurem patefaciunt, alteram clauſam
reo ſeruent, nec credant niſi oculata fide videãt;
ſæpe enim homines mentiuntur, & modo pieta-
tem modo impietatem ſimulant, prout nouerint
magis è re ſua eſſe, & vt facilius in ſuam ſenten-
tiam animum iudicis, vel principis trahant, quẽ
ſi credulum inuenerint, ſibique verba dari is pa-
tiatur, eo ſæpe prorumpet, vt abſentibus nedum
noceat, ſed eos verberibus necet, & varia detri-
menta publicis, priuatisvè rebus afferat, quæ mẽ
da eo maiora ſunt, quo difficilius corrigi queunt,
& quamuis ſeipſum iudex reprehendat, doleat-
que princeps cur litigatoribus malum ſuum ge-
mentibus nimium crediderit, illosq; accuſet cur
callidi, falſa veris finitima exponentes eum ip-
ſum fefellerint, ac incõſideratum præcipitem de-
derint, attamen illata damni iniuria non emen-
datur: cum factum infectum reddi nequeat, & dã
num vix integrè reſarciri poſſit; quod malum, vt
declinent, hoc ſaluberrimo vtantur remedio, qđ
non tam ad laudem adipiſcendam, quam ad
vitandam vituperationem valet, ſcilicet, vt faci-
les ſint in audiendo, difficiles in credendo primæ
ac vehementi illi vocis impreſſioni, nihilque de-
cidant niſi vtraque parte diligenter audita, & di-
ligentiſſimè cauſa vtriuſque cognita, & pro-
bata.

Rurſus hæc ipſa reſcripta ad priora ſe referũt,
vt ſcilicet, illa Horrigonus exequeretur, & cum
illa diſponerent vt ſententia Mandelli executio
ni mitteretur, ea autem Brandouardos non con-
demnaſſet ratione ſubſidij, ſed ius Vergiati reſer
uaſſet, ſit omnino, vt ſemper res ipſa ad illud pri
34 mum principium reuocetur, quo velut fundamẽ
to euerſo, funditus etiam euertitur omne exædi-
ficatum ædificium, cap.cum paulus, 1.quæſt.1.
quandoquidem magnam vim habeat argumen
tum à deſtructo antecedenti, gloſ.in cap. Ephe-
ſis, in verbo, Mundus 40.diſtinctione, ſed id omit
to, longius proloqui nam parum ad hanc rem
eſt, quare Brandouardi iuſtè fuerunt abſoluti ab
his quæ Vergiatus petiit, nam aut ille intendit
præceptum executiuum conſequi vigore ſenten-
tiæ I.c.Mandelli, & non pôt, cum tñ abſit, vt il-
ſnĩa eos condemnet, vt potius ius ſubſidii coloni
ci fuerit reſeruatum, & cum qui reſeruat nihil no
ui apportet, ſed tantum conſeruet ius quod quis
habet, nec operetur reſeruatio, niſi conſtet de iu-
re reſeruato, vt iam ſuperius probaui ex Crauer.
& Alciat.conſequitur, vt alia denuntiatio, & ſen
tentia ſuper re reſeruata deſideraretur, & cũ res
35 non eſſet liquida, non potuit tunc peti executio
niſi prius ſeruatis ſeruandis ſecuta declaratione,
vt pulchrè enarrat Iaſ.videndus in l.edita, num.
23.C.de edendo. Aut id petiit virtutæ nouæ pe-
titionis, & tunc dicitur ineptè actum fuiſſe, cum
non fuerit tranſmiſſa noua denuntiatio ad for-
mam ſtatuti, cap. 379. in ſecundo, & non conſta
ret de credito nec potuit poſtea fieri hæc proba-
tio, quia debet fieri mentio & fides in denuntia-
tione, vt ſuperis probaui, & cum tempore huius
nouæ petitionis iam Brandouardi expuliſſent ip
ſos Gariboldos colonos, ceſſat omnis dubitatio

cum

eum in eis non concurrat ſtatuti qualitas, ergo nec eius beneficium Decius, & Cagno. in l. hæredem, num. 5. ff. de regulis iuris.

Secundo dicitur, quod ad hoc, vt hic, tertius teneatur debet eſſe ei denuntiatum, & vt denuntiatio procedat, debet fieri mentio, & fides crediti, & id debet fieri in denuntiatione ad effectum, vt is cui denuntiatum eſt poſſit deliberare an velit expellere, vel ſoluere, & cum hæc qualitas exi
36 gatur ad conſequendam actionem, debet præcedere, nec ſufficit, ſi poſt adhibeatur, vt iam probaui, & comprobatur ex l. Mutianæ, ff. de condicti. & demonſtratio. & notatur eo ſtatuto, cap. 379. num. 405. volum. ſecundo, tanto magis, quia denuntiatio incitatoria qualis eſt hæc requirit etiã
37 ex iure communi hanc probationem, & debet eſſe clara, & certa, & huiuſmodi, vt ſuper ea poſſit deliberari, vt ſcribit doctiſſimus Alciatus noſter conſil. 78. num. 3. lib. 8. & iam abundè ſatis ſuperius docui.

Cum itaque res vndique ſit pro Brandouardis clariſſima, & pro eis ſtet omnis æquitas, quæ non patitur, vt tertius alterius onera ferat, & æs alienum diſſoluat, & hæc ſtatuti diſpoſitio videa
38 tur valde iniqua, & ideo ſtrictiſſimè intelligẽda, vt ſcribit Anania excitato ſæpius, conſil. 32. nume. ſecundo, vbi videatur, & ipſi agant de damno euitando, Vergiatus autem de lucro, etiamſi res ipſa aliquid dubitationis haberet omnino eſſet propendendum in eam partem, quæ habet
39 minus præiudicij, ideſt in fauorem Brandouardorum, l. quoties nihil, ff. de regulis iuris. Tiraquellus de retractu legali, §. primo, gloſ. decima, nume. 124. tanto magis, quia Vergiatus habet eius actionem ſaluam contra principales debitores.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO ALEXANDRO Regna.

ARGVMENTA.

Intereſſe quanti plurimi, an & quando à debitore moroſo exigi poſſit, ſententiaque lata creditur ex cauſis, quæ in actis continentur, & an iudex vnius territorij poſſit citare ſuum ſubditum in alieno territorio exiſtentem, ſine literis ſubſidialibus; & an citatio minus legitima afficiat citatum comparentem, & an ſententia in vno iudicio lata, in alio iudicio pariat exceptionem rei iudicatæ.

Emphyteuta ſi decedat pluribus relictis hæredibus, an in ſolidum, vel pro virili conueniri poſſint.

SVMMAE RERVM.

1 *Debitor moroſus conueniri poteſt ad intereſſe quanti plurimi.*
2 *Sententia libello non conformis aliquando toleratur.*
3 *Debitor moroſus ad excreſcẽtiam etiam momentaneam, propter inſolitam annonæ caritatem conueniri poteſt.*
4 *Clauſula in libello poſita, vbi quis condemnetur ad aliquid cum omnibus damnis, & expenſis, facit vt executio concedi poſſit ſuper æſtimatiane.*
5 *Sententia ex actis declaratur.*
6 *Sententia lata creditur ex his cauſis, quæ in actis continentur.*
7 *Sententia debet interpretari ſecundum naturam contractus cuius occaſione pronuntiata eſt.*
8 *Cenſus an potius emphyteuſis in dubio præſumatur.*
9 *Conductor ad longum tempus emphyteutæ comparatur.*
10 *Conſilio ſapientis renuntiatum videtur, ſi partes perſeuerauerint in litigando coram iudice ordinario.*
11 *Iudex vnius territorij poteſt citare ſubditum ſuũ exiſtentem in alio territorio, abſque literis ſubſidialibus.*
12 *Citari non poteſt ſubditus exiſtens in alieno territorio abſque litteris ſubſidialibus, in cauſis criminalibus, & ex conſuetudine aliquorum locorum etiam in cauſis ciuilibus.*
13 *Tertij ius apponi non poteſt, quando pẽdet ab illius voluntate.*
14 *Citationis omne vitium tollitur per partis comparitionem.*
15 *Domicilium quis contrahere non dicitur, ſi officij gratia in aliquo loco moretur.*
16 *Sententia in vno iudicio lata, an & quando pariat exceptionem rei iudicatæ in altero iudicio.*
17 *Exceptio rei iudicatæ non procedit niſi ſimul & ſemel concurrat eadem perſona, res, & cauſa.*
18 *Plura vbi requirantur, ſi vnum deficiat totum deficere videtur.*
19 *In executiuis cur plura poſſint cumulari remedia, elegans affertur ratio.*
20 *In executiuis non poteſt obijci exceptio pendentia litis.*
21 *Debitor ſufflat, & creditor efflat.*
22 *Emphyteutæ hæredes, vel filij non tantum pro virili, ſed in ſolidum conueniri poſſunt.*
23 *Indiuiduum quid dicitur pluribus modis.*
24 *Diuiſio ſolutionis emphyteuticæ penſionis, ſi diuideretur ad nihilum ferè reduceretur in domini decreti perniciem.*

25 Sol-

25 *Soluens pro olio, habet actionem contro eum, & beneficium condendorum conſequi poteſt à creditore cui ſolutt.*

26 *Indiuiduum quid etiam dicitur, quod ex contrahentium mente diuidi nequit.*

27 *Emphyteuſis ea habet tacitam conditionem, modo integro penſio ſoluotur.*

28 *Sententia vna plures domnoti, non in ſolidum, ſed pro virili condemnati cenſentur.*

29 *Sententia vna condemnati plures in ſolidum tenentur vbi quid indiuiduum noturo rei, vel legis diſpoſitione petotur.*

30 *Conditio illa ſi canonem non ſolueris, dicitur indiuidua.*

31 *Clauſula omni meliori modo, facit, vt plures vna ſententia condemnati, in ſolidum condemnati cenſeantur, prout fert natura obligationis.*

32 *Clauſula omni meliori modo, facit, vt actus ita interpretetur, & valeot, omni meliori modo.*

33 *Praeceptum factum in executione praecedentis contractus ab eo interpretationem capit.*

34 *Sententio etiamſi plures con temnet, tomen cõtro eos ex contractu datur actio in ſolidum, nec obijcitur exceptio rei iudicota.*

35 *Rigor iuris, & non oquitas eſt ſeruando coram inferiori iudice.*

CONSILIVM CCLVIIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

AD ſingula quæque paucis, & pro veritate reſpondendo, vt bonum conſultorem decet, qui omnes cogitariones, & actiones ſuas eo dirigere debet, vt cliens ſuus ad Sacroſanctum veritatis templum, recto tramite ſimul vna perueniat, vbi iuſtitia mirificè colitur, & vera non ſimulata philoſophia affectatur.

Ad primum itaque dicitur rectè potuiſſe obtineri ea præcepta pro valore debitorum frugũ, nam licet condemnati ſint rei conuenti ad modiorum illorum mixturæ ſolutionem attamen cum fuerint in mora, tum lapſu temporis, tum interpellatione tranſmiſſa, rectè conueniri potuerunt ad id quod intereſt, nedum commune,
1 ſed etiam quanti plurimi, & cum petiti fuerint
modii, & non præſtiti, ſint potuit rectè iudex aduerſarium condemnare, & executionem poſtea facere, in æſtimatione pretij denuntiati quãti plurimi, & eſt ratio quia, cum hodie fruges dari, & ſolui non poſſint ſub illa æſtimatione quanti plurimi fuerunt à tempore moræ, ſi hodie valent minus, neceſſario deuenitur ad æſtimationẽ officio iudicis, & hic eſt vnus ex caſibus in quib, toleratur ſententiam non eſſe libello concordem
2 & conformem, l. vinum, & ibi videatur, gloſ. com
muni conſenſu recepta, in verbo, cum petitum
prope finem, ff. ſi certum petatur. Bartolus ibidẽ, num. 14. & infra, Iaſ. num. ſeptimo, Decius num. 4. Hieronymus Butigella vidẽdus num. 45. imo poteſt etiam cõueniri is moroſus debitor ex mul
3 torum ſententia ad excreſcentiam etiam momẽ
taneam, quæ contingeret propter inſolitam, & inopinatam annonæ cariratem, vt ſentit. Alexã. in l. pretia rerum, num. 13. ff. ad leg. Falcidiam, quem ſequitur Iaſ. ead. l. vinum, num. 13. Bellonus videndus lib. ſecundo ſupputationum, capit. 19. & ex clauſulis ſalutaribus, & maximè ex illa peto illum cõdemnari ad prædicta, vna cum omnibus damnis, & expenſis, potuit iudex impartiri benignum eius officium concedendo executio-
4 nem ſuper æſtimatione, vt ait idem Butigella
vbi ſupra, num. 47. & cum interpellati fuerint rei ad dandos modios, & illud recuſauerint, merito cenſentur ſe obligaſſe ad intereſſe quanti plurimi, & ita vſus ipſe optimus rerum interpres ſeruat, & obſeruat.

Ad ſecundum reſpondetur, ſententiam ipſam ſatis exprimere per relationem ad acta, ipſos frugum modios deberi ex cauſa penſionis emphyteuticæ ſeu ficti libellarij, ſiquidem hoc acta indicant, & ex actis ſententia declaratur, vt notant gl. Bartolus, & alij Doctores, in l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. rei iudicat. l. tertia, C. de ſent. quæ ſine certa quant. Crauet. conſilio 434. num. 14. 15. & ſententia lata creditur ex his cau-
6 ſis, quæ actis continentur, idem Crauet. conſilio
373. num. 42. & debet interpretari ſecundum na-
7 turam contractus cuius occaſione pronuntiata
eſt, etiam verba in ſenſu minus proprio accipiendo, Baldus in l. fin. num. ſecundo, C. communi diuidun. Corneus conſil. 256. colum. penult. ad finem, lib. 4. Alciatus noſter, conſil. 44. lib. 9. idem Crauetta. conſil. 231. num. 7. Præterea in dubio cenſus non præſumitur, ſed potius emphyteuſis,
8 maximè ſi aliquæ accedant coniecturæ, vt com-
mun. dicit Burſatus, conſil. 56. num. 8. lib. primo, & etiam conductor ad longum tempus, ſi perpetua hæc colonia diceretur comparatur emphy-
9 teutæ, & eo iure cenſetur, vt ſcribit Alexan. con-
ſil. 165. num. 3. lib. 1.

Ad tertium placet allata reſponſio à ſolerti cauſæ cauſidico, vt ſcilicet cum intentatum fuerit remedium, §. ſi per apparentem in conſtit. de iud. non eſſet cauſa conſilio ſapientis committenda, cum expreſſe ſit hoc caſu ſublatum, & ita regula generalis de committendis cauſis limitatur vt non procedat in cauſis exceptis, qualis hæc eſt, vt habetur in ſtatutis, cap. 57. volum. primo. Addo agi etiam de executione arbitramentorũ, quo caſu eſt etiam remotum conſilium ſapiẽtis, vt habetur cap. 158. iuncto ſtatuto, cap. ſequenti in fine, volum. primo, nec dubitatio iniecta an eſſet fictum libellarium, vel ne, valet, cum ea inanis eſſet ex adductis in proximo fundamento ra-
10 tionibus. Rurſus ex perſeuerantia partium in li-
rigando ei renuntiatum cenſetur, vt notat Ange. conſil.

Digitized by Google

conſil.136.num.3.& 4. Cotta in ſuis memorabi
libus, in verbo, ſtatuto cauetur huius noſtræ, ad
finem, omni caſu conſtito de bono iure, vt cõſtat
facilior debet eſſe iudex in reijcienda hac exce-
ptione vti calumniæ plena Crauet.conſ.179.nu
me.6.cum eum tenere debeat cupiditas, & ſtu-
dium defendendæ veritatis & iuſtitiæ.

Ad quartum reſpondetur, communem eſſe
Doctorum ſententiam, q iudex vnius territo-
11 rij, poſſit etiam abſq; literis quas ſubſidiales vo-
cant, citare ſuum ſubditum exiſtentem in alieno
territorio, quando ſunt ſub eodem principe, &
præſide, vt de communi atteſtatur Iaſ.in l.fi.nu-
me.24.ff.de iuriſd.omnium iudicum, & quamuis
Clarus adducta ex contrario quæſtio.31.§.fina.
verſic. poſſet forte dubitari affirmet contrarium
conſuetudine ſeruari; attamen id eſt intelligen-
dum prout loquitur in cauſis, ſcilicet, criminali-
bus, vt ẽt diſtinguit Iaſ.loco relato, & cũ conſue
12 tudo ſit ſtricti iuris, & ex iure noſtro municipali,
cap.176.volum.ſecundo, non poſſit allegari cõ-
tra ius ſcriptum, non debet aut poteſt porrigi de
caſu ad caſum, maximè, quia cauſæ criminales
ſunt maioris præiudicij, quam ciuiles, illæ enim
de capite, iſtæ de fortunis agunt.

Secundo dicitur hoc ius pertinere ad ipſum
iudicem alterius iuriſdictionis, cuius iuriſdictio
lædi videtur, & non ad ipſum citatum, & idcirco
cum ſit ius tertij, non poteſt ab ipſo reo conuen-
to in medium proferri; maximè cum ius iſtud pẽ
deat, & ſpiritum ducat à voluntate ipſius tertij
nempe iudicis, quia accedente eius conſenſu, ne-
13 mo eſt qui dubitet, quin poſſit citari, vt tradit gl.
in l.ſecunda, ff.ſi ager vectigalis, Salicetus, in l.
cum ſeruum, numero quarto, C.de ſeruis fugiti.
& l.ſecunda, num.2.primo caſu, C.de exceptio-
ne rei iudica.

Tertio euellitur meo iudicio omnis prorſus
dubitationis ſcrupulus; tum quia citatio etiam
minus legitima, cum notitia ſubſecuta ſit, ita li-
gat, ſicut vincit & conſtringit citatio legitima;
tum quia omne citationis vitium tollitur ſi vo-
14 cata pars ad iudicium veniat, vt tradunt omni-
no videndus Alexand. conſil.123. ante num.4.
lib.2. & fusè Tiraquel. de retractu legali, §.9.
gloſ. ſecunda, num.16.17.& 18.& cum reus con
uentus, ſit ſubditus ratione originis, & domicilij,
& ratione contractus, non ſit, nec poteſt fieri ali-
qua difficultas, vt cauetur noſtris conſtitutioni-
bus de foro competenti, quia non poteſt quis in
præiudicium pendentis litis domicilium muta-
re, argumento eorum quæ habentur in decretis
pontificijs, tot. titu.de alienat.mutandi iud.cau-
ſa facta. Verum cum debitor in loco Sancti Co
lumbani moretur tanquam officialis, non poteſt
dici quod ibidem domicilium contraxerit, etiam
15 ſi habitaret decem, vigintiq, annis, & eo amplius
vt ſcribunt Alciatus noſter conſil.3.num.16.lib.
ſecundo, Boſſius titu.de pœnis, num.43.& ex his
cumulatè tollitur omnis vis aduerſæ argumen-
tationis.

Ad quintum dicitur inanem eſſe hanc exce-
ptionem pendentis litis coram I. C. Colleg. Pa-
nigarola, argumẽtandique tenue filum eſſe, quia
16 ad hoc, vt pręiudiciales dicantur actiones, exigi-
tur, vt ſententia in vno iudicio lata pariat ex-
ceptionem rei iudicatæ in altero, vt tradit Iaſ.in
§.præiudiciales, inſtit.de actionibus, num.ſecun-
do, Abbas in cap.tuam, num.6. de ordine cogni-
tionum, Verum exceptio rei iudicatæ non proce-
dit niſi ſimul & ſemel concurrat eadem perſona
17 res, & cauſa, l.ſi mater, §.eandem, & l.cum quæri-
tur, adiectis duabus ſequentibus legibus, ff.de ex-
cept.rei iudicatæ, & docent Bartolus, in l.rem a-
lienam, ff.de pignora.actio. Baldus in l.ſecunda,
C.de except.& l.ſi iud.de except. rei iudica. Iaſ.
in terminis, conſil.9.num.5.6. vol. primo, Dec.
conſil.445. num.43. & dixi ego conſ.70. nu.10.
atqui in præſenti ſpecie non accedit, nec conue-
nit eadem perſonarum, rei, & cauſæ conditio, co
ram enim D. I. C. Panigarola iudicium appella
tionis agitur contra Paulum, qui fuit à I. C. Mõ-
tio de Collegio noſtro Mediolani abſolutus, nũc
agitur contra eum, qui duabus ſententijs confor
mibus fuit damnatus, quem ſtare oportet in eo
quod ſit iudicatũ, differẽtia eſt etiam in re, quia
petuntur aliæ penſiones quorum dies poſtea ceſ
ſit, diſcrimen eſt etiam in cauſa quia contra iſtũ
adſunt duæ conformes, contra illum vnica tan-
18 tum, & quando plura requiruntur, ſi vnum defi-
ciat, totum deficere videtur, vt inquit Oſaſcus
Pedemon.deciſ.164.nume.5. & in terminis no-
ſtris tradit Caſtrenſ. ead. l.cum quæritur de ex-
cept.rei iud. qui ait ceſſare exceptionem rei iudi
catæ propter ſolam diuerſam diſſimilitudinem
perſonarum, vt hic, etiamſi eadem res, & cauſa
eſſet. Ruſus cum ſimus in executiuis, nõ eſt du-
bium quin plura poſſint coagmentari atq; cu-
mulari remedia, vt quamprimum creditor conſe
19 quatur; quod ſuum eſt nec amplius verba ſibi da
ri patiatur, quibus cum ſępe perfidi debitores ex
die in diem procraſtinantes abundent, cum gra-
ui creditorum incommodo, illud ſcire debemus,
huic quaſi vehementi, & frequenti malo ſuccur-
ri non poſſe, niſi æque vehemens hoc auxilium,
vt ſcilicet, debitorem tanquam belluam, iudicij
laqueos declinãtem, iam varijs plagis irretitam,
teneamus, cuius fidem cum ipſe ego in pecunia
perſpexerim, vereor ei verba credere & propte-
rea cõſentaneum eſt, vt eius fugaces pedes in va-
rijs iuſtitiæ compedibus vinctos & conſtitutos
contineam, & eius fallaci loquentiam executio-
num morſu comprimam & id nihil nocet, quia
vnica ſufficit ſolutio, quę obligationem perimit,
atque extinguit, vt docet Bartolus in l.conſenta
neum, C.quomodo & quando iudex Baldus in
l.qui legati, C.vt in poſſeſſ.legat. Iaſ.in l.prima,
num.23. ff.ſi quis iuſdicenti non obtemperaue-
rit. Angelus in l.qui reſtituere, nume.5. ff.de rei
vendic. Decius conſil.460. nume.10. nec poteſt
obijci

obijci exceptio, quod lis pendeat aut præiudicia
20 lis ſit, vt in ſimilibus terminis egregiè proſequi-
tur Alexand. videndus conſil. 105. à num. 28. vſ-
que ad num. 31. lib. 3. idque optima ratione fa-
ctum puto, vt facilius creditor cõſequatur quod
ſuum eſt, nam debitor, qui cupit bonus vir vide-
ri, ne fidem datam frangat, omnes ſolutionis ſta-
tutos dies numerat, atque ſingulos ad vnum ſæ-
pius dinumerando ſolicitè percenſet ipſoq; die
iam iam proprius aduentante, non ſine cura, &
ſuſpirio ſæpe cælum ſuſpiciens, diu & noctu di-
21 ligentiſſimè ruminatur, quomodo pecunias ſolu
tioni paret, creditor autem qui illius ſecutus eſt
fidem, & qui eius certa fide ductus, debitas pecu-
nias iam alteri promiſit, vel aliter eis indiget, mi
rificè torquetur, cogitans an ille exoluat promiſ-
ſa, quæ quotidie efflagitat, & cum interdum nõ
voluntas, ſed res deficiat, dubitat ne eo fallente,
ipſe fallax videatur, aut propter aliquem caſum
ſui iuris, quod certum putabat, immanem faciat
iacturam, aut ne in tempore ſuæ ſolicitudini, &
egeſtati ſubueniatur. Verum enimuero ſi debi-
tor anxio & ſolito animo ſufflat, equidem credi
tor anhelans gelidum de valido corpore frigus,
graui hac cura ſaucius, ſuſpirans efflat, & vehe-
mentius laborat, inquiens ſi in eo eſſet fides in
quo ſumma eſſe debebat, non laborarem; nunc
cum omnem mouerim lapidem, quid agam non
habeo, vſq; ad mediam noctem, hæc fuit debito
ris cura, poſt mediam noctem, hanc ipſam cogita
tionem mihi dimittit, & omnem hanc curam in
me contulit, quæ nunc me coquit, & verſat ſub
pectore fixa. Verum cum ille de lucro, ego autẽ
de damno agam, dolor & iactura eſt longè diſſi-
milis, & propterea cum leges ipſæ magis damno
quam lucro faueant, creditori concedunt ad hoc
vt quod ſuum eſt facilius conſequatur, qui eſt
vnus eius finis, & terminus, vt modo hanc inſti-
tuat actionem, modo illam ineat viam, modo
iſtam ſemitam teneat, modo illud experiatur va
dum, quo hoc flumen difficultatis ſoluendi, aut
pedibus aut equo tranſire poſſit, poſtea, vt qua
via modo exiuit, eadem ſemita reuertatur, & in
ſumma ei permittunt, vt omnes machinas adhi-
beat, & omnia tentet, vt qua meliori fieri poterit
ratione ſibi ſatisfiat, omniaque ſimul, & ſepara-
tim faciat quo propoſitum aſſequatur, vix enim
fieri poteſt quin totum diem iaculans, non aliquã
do collineet. eique propterea licet omnibus cu-
mulatis remedijs vigilare, ad ſuũ conſequendũ,
vt inquit I. C. in l. ſum. §. ſed & ſi quis, ff. de pecul.

Ad ſextum & vltimum quicquid aliqui dixe
rint opinionum varietas, & hominum diſſenſio,
nos minime perturbare poteſt, nam magis com-
munis, & recepta videtur ea ſententia, vt emphy
teutæ ſucceſſores, ſiue hi ſint hæredes, ſiue ſint fi-
lij, tamen non pro virili, ſed in ſolidum tradere
de manu (vt aiunt) in manum teneantur, & con
ueniri poſſint ad penſionis ſolutionem, nam licet
22 penſio diuidua ſit, & in rebus diuiduis quilibet cẽ
ſeatur obligatus pro virili, nec æquum videatur.
vt quis alterius onera ferat, aut obligationes,
quæ maximè in dando conſiſtunt ſuſtineat, Al-
ba conſil. 548. num. 1. & 2. & 3. vbi videtur habe
re pro certo, attamen cum indiuiduum quid di-
catur pluribus modis, & aliquid ſit natura diui-
23 duum, ſed effectu indiuiduum, quia niſi ſolitum
præſtetur, liberatio non contingit, merito ſicut
defunctus non potuiſſet diuidere ſolutionem,
nec dñs cogeretur accipere diuiſam ſolutionem,
cum multa afferre ſoleat incommoda, ita etiam
non compellitur eam diuiſam accipere à ſucceſ-
ſoribus, quia ex eorum perſona non poteſt mu-
tari, aut conditio obligationis aut prima natu-
ra, & aptitudo, quæ fuit, vt ſolutio fieret in ſoli-
dum, alias ſi diuiſio admitteretur facilè ob ſucceſ
24 ceſſorum multitudinem adeo minutatim exte-
nuaretur ſolutio, vt ferè ad nihilum reduceretur,
atque ſimul penſionis præſtatio confunderetur,
l. communi diuidundo iudicium, & ibi optima
gloſ. in verbo, confunderetur, ff. communi diuid.
cuius deciſionem eſſe communi conſenſu appro-
batam, fatetur Romanus in l. fraudati, num. ſecũ
do, ff. de public. & vectigal. & propterea etiamſi
vnus ex ſucceſſoribus eſſet paratus ſoluere partẽ
ſuam, non tamen effugeret pœnam vnde à iure
ſuo caderet, & quamuis inter eos diuiſio emphy
teuſis permittatur, non tamen ſolidi diuiſio con-
ceditur, propter hanc quam ſuperius retulimus
rationem, ne prima, ſeu vt noſtri aiunt primor-
dialis obligationis natura, quæ fuit in ſolidum,
diuidatur cum tanto domini directi detrimento,
vt magis communem affirmant, videndus omni-
no Clarus, §. emphyteuſis, quæſtio. 8. verſic. quæ
ro, quid ſi emphyteuta, & quæſt. 14. prope finẽ,
& additio ad Albam, in littera A. & nouiſſime,
Corbulus trac. ex quibus cauſis emphyteuta pri
uetur iure ſuo, ſub titulo ex cauſa priuationis ob
non ſolut. canon. ampliati. 8. à num. primo, vſq;
ad num. 6. nec is qui in ſolidum conuenitur & ſol
uit, habet vnde doleat, cum ſibi ſit ſalua actio cõ
tra alios ad id obligatos, & vt id facilius obti-
25 neat beneficium cedendarum poſſit conſequi à
domino, l. is conſequenter, §. fin. ff. famil. erciſcun
dæ, & animaduertit Roma. ead. l. fraudati, & vt
vnde neceſſe eſt, inde initium ſumam, breuiter
ſummatimque deſcribam, indiuiduum quid etiã
dici, quod ex mente contrahentiũ diuidi nequit,
26 licet alias diuidi poſſet, vt notant Bartolus. num.
primo, & alij, præſertim Socinus iun. nume. 2. &
infra pluribus ſequentib. in l. 4. §. Cato, & l. ſtipu
lationes non diuiduntur, de verborum obligatio.
vnde cum à principio ea in emphyteuſi inſit con
ditio tam ex legis, quam hominis diſpoſitione,
27 modo integra penſio ſoluatur, non poteſt ſolutio
in domini præiudicium diuidi ab ipſis hæredib.
& ſententia proinde lata, eandem recipit inter-
pretationem, vt eleganter in terminis ſententiæ
conſuluit Socinus ſenior conſil. 107. num. 3. & in
ſta maxime, num. 8. volum. 4. Crauet. conſ. 356.
num. 3.

num.3.& 4.& conſ.170.num.6.
Hoc igitur veriſſimo iacto fundamento ener-
uatur, atque infirmatur argumentatio ſumpta
ab Afflicti deciſione 215. quam refert Decianus
conſil.3.nume.9.lib.3. vt ſcilicet plures vna ſen-
tentia damnati, non in ſolidum, ſed pro virili
28 condemnati cenſeantur, quaſi ſit facta quædam
nouatio, ex lege prima, & ſecunda, C.ſi plures v-
na ſententia.
Nam eius legis diſpoſitio, & Afflicti deciſio,
non procedit quoties quid indiuiduum natura
29 rei, vel legis diſpoſitione, vt hic petatur, vt ibi-
dem declarant Baldus nume. 3. & Salicetus in l.
ſancimus, C.de vſur.rei iudica. verſicul.ſecundo
quæro, & conditio illa, ſi pẽſionem, vel canonem
30 non ſolueris, eſt indiuidua, vt ſuperius diximus,
& probat Caſtrenſis in l.ſi in executione, §.item
ſi illa, ff.de verborum obligat. & confirmat Cor-
bulus titulo, de cauſa priuat. ob non ſolu.cano-
nem, amplia.5.num.2.12.& 16.
Secundo eadem lex temperatur, quando in
ſententia adiecta foret clauſula illa ſalutaris,
omni meliori modo; nam tunc ope illius clauſu
31 læ, cenſentur omnes in ſolidum condemnati, pro
fert prima natura, & origo obligationis. vt decla
rat Corneus conſil.71.artic.2.volum.1.quem ſe
quitur Vrſillus ad Afflictum eadem deciſi. 215.
numero 2.vbi videatur, magna eſt enim huius
clauſulæ vis, & quæ facit vt actus ſemper ita in-
terpretetur, vt valeat eo meliori modo quo fieri
32 poteſt, vt latè, fuſeque proſequitur Simon à Pr̨e
tis tractatu de interpre.vltimarum voluntatum,
lib.2.ſolut.4.fol.127.nume.1.2.& 3. cum igitur
in caſu noſtro omni meliori modo iudex ita ſan
xerit, cenſetur eos in ſolidum condemnaſſe, pro-
ut natura negotij poſtulat, maximè quia hæc e-
ius condemnatio videtur potius eſſe præceptum
33 factum in executione præcedentis contractus, vt
inquit locuples author Baldus eadem l.prima,
C.ſi plures, num.3.
Additur tertiò, non propterea impediri acto-
rem experiri contra in ſolidum obligatos, ex a-
liis ſuis iuribus, ex ipſo contractu manantibus:
34 quia prima actio adhuc in ſolidũ durat, vt prius,
nec obijcitur exceptio rei iudicatæ, vt declarat
gloſ.eadem l.prima, in verbo, virilibus, circa fi-
nem, C.ſi plures vna ſententia, cuius traditionẽ
ſequuntur ibi communi aſſenſu ſcribentes, Bal-
dus, Salycetus, & Caſtrenſis, & concedit idem
Afflictus nu.4. Vnde cum in caſu noſtro vtrum-
que præceptum, & leuioris, & fortioris executio-
nis ſit obtentum, non tantum vigore ſententia-
rum, ſed quorumcunque aliorum iurium aduer-
ſa argumentatio, magna vi incitata refellitur, at
que reflectitur, & ſi argumenta cum argumentis
(vt conuenit) comparemus, hæc illi longè mul-
tum præſtant.
Quarto vt ad nouiſſima auxilia deſcendamus
poſſet etiam dici deciſionem Afflicti habere lo-
cum ex quadam æquitate, vt ipſe dicit, & quæ eſ-
ſet attendenda, & ſpectanda ab eo iudice, qui ha
beret authoritatem iudicandi ex æquitate, ſecus
ſi iudicium ageretur, vt hic, coram iudice inferio
35 ri, quia tunc ſeruandus eſt, ipſe iuris rigor.l.pro-
ſpexit, qui & à quibus, Cagnolus in l. in omni-
bus, numero 14.ff.de regulis iuris, facit Clarus §.
emphyteuſis, quæſt.13.verſic. ſed quid ſi non in-
teruenit, atque hoc quale eſſe debeat ex his, quæ
ſupra dicta ſunt, intelligi facilè poteſt.
Cum igitur agatur de credito adeo fauorabi-
li, & pro quo iura noſtra municipalia conceſſe-
ceſſerunt domino facultatem, propria authorita-
te procedendi cap.332. incip. licitum, & conuen
tus reus fuerit binis concordibus, & conformi-
bus ſententiis condemnatus, quæ non debent eſ-
ſe ludibrio, tantamque partem bonorum em-
phyteuticorum poſſideat, quorum fructus lon-
gè multum ſuperant onus harum ſoluendarum
frugum, integerrimus iudex debet iuſtè, quod
iuſtum eſt decernere, non aduerſantibus his, quę
contra allata ſunt, tanquam ex ſuperioribus ſa-
tis eliſa, atque funditus euerſa, & in cauſa lon-
gius progredi, & fortiorem executionem conce-
dere, vt tandem aliquando actor, quod ſuum
eſt, obtineat; nec his inanibus exceptionibus, &
commentitijs, quaſi fabulis diutius circunduca-
tur, ac litigioſa circuitione, & anfractu circum-
ueniatur; nam ſi res etiam eſſet dubia, vt tamen
eſt meo iudicio clariſſima, in dubio deberet re-
ctu iudicis integritas in eam partem inclinare, at-
que propendere, quæ fauet creditori, qui agit
de damno euitando, & vrget debitorem, qui vel-
let bonis gaudere, & nollet onus penſionis eis
iniunctum, & toties cognitum, atque recogni-
tum agnoſcere, atque ſubire, cum præſertim, ſi
aliquid pro cohærede ſoluerit, iudicio familiæ
erciſcundæ, & aliis legum auxiliis, facilè ſibi ip-
ſi conſulere, & benè proſpicere poſſit.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO FRANCISCO, ET Petro fratribus Canouis.

SVMMAE RERVM.

Filij nati ex muliere nupta extra iuriſ-
dictionem Domini Prætoris Mediolani,
an ſuccedere poſſint ab inteſtato, vel ex
teſtamento non aduerſante ſtatuto Me-
diolani cap. 311. in primo, ſi velint veni-
re ad habitandum in iuriſdictione Me-
diolani, multaque ſcitu digna in ea re, &
de nuptijs contrahendis elegantiſſimè
afferuntur

SVMMAE RERVM.

1 *Mulier ſtatim atque nubit extero dicitur extra iuriſdictionem nubere cum ſequi debeat viri conditionem, eiusq́ domicilium.*

2 *Vxor cum ſit vna caro cum viro propriè dicitur effecta conciuis viri.*

3 *Mulier extero nupta, ſed non traducta ad eius domiciliũ an poſsit dici nupta extra iuriſdictionẽ.*

4 *Statuti diſpoſitio ne eludatur interpretatio eſt facienda.*

5 *Domicilium viri eſt maximè inſpiciendum ad hoc, vt mulier dicatur nupta extra iuriſdictionem.*

6 *In ſtatutis non attendimus formam cõceptionis verborum, ſed ſenſum ipſum.*

7 *Interpretatio, quæ à legislatoris mente capitur certiſsima eſt.*

8 *Conſuetudo ſermonis diſponentis eſt ſpectãda quid quid ius diſponat.*

9 *Interpretari eius, eſt cuius eſt condere.*

10 *ſtatuentium voluntas certa redditur ex eorum declaratione.*

11 *Interpretatio, quæ fit ex congrua vocabuli expoſitione remota non cenſetur etiam ſi adſit ſtatutum, vt verba ad literam intelligantur.*

12 *Argumentum à contrario ſenſu admittitur in ſtatutis etiamſi extet ſtatutum, vt verba ad literam intelligantur, quoties in ſenſu directo nihil operaretur.*

13 *Argumentum à cõtrario ſenſu intelligi debet quatenus id neceſſarium ſit ex natura verborum limitatorum.*

14 *Domicilium mariti, ad quod mulier eſt reditura debet inſpici.*

15 *Dictio extra locum deſignat.*

16 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

17 *Maritus vbi contraxerit domicilium in loco nuptiarum externus non habetur.*

18 *Vxor tenetur ſequi conditionem mariti propter arcta matrimonij vinculo.*

19 *Filij nati ex muliere nupta extra territorium etiã ſi illa redeat ad habitandum ſuccedere nequeũt.*

20 *Filij nati ex mulier nupta extra territorium pro mortuis, & nullis habẽtur ĩ materia ſucceſsionis.*

21 *Suppoſitus non dicitur qui tempore nuptiarum nõ habitauerit per decennium ex ſtatutis Mediol.*

22 *Officialis, qui gratia officij abſit pro præſente habetur.*

23 *Habitatio ſolo nõ facit, vt quis dicatur contraxiſſe domicilium, ſed alia requiruntur, & præſertim tempus decem annorum.*

24 *Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

25 *Filij nati ex muliere nupta extra iuriſdictionem, etiam quod ipſi poſtea habitarent non ſiunt habiles ad ſuccedendum.*

26 *Lex quamuis dura eſt ſeruanda, & æquius eſt eam ſeruare, quam teſtatricis legem.*

27 *Teſtator præſumitur ſcire leges, & ſibi aſcribat, ſi ita diſponit, vt eius iudiciũ facilè euerti queat.*

28 *Habilis quis videtur ſi ita ſit, tempore delatæ hæreditatis.*

29 *Nubat ne mulier extra iuriſdictionem lex Mediolani potiſsimum conſiderat, minimè conſiderans an poſtea habitet nec ne.*

30 *Domicilium contrahendi voluntatem firmã quis oſtendit quoties in eo loco bona acquirit.*

31 *Tertij ius ſemper ſaluum intelligitur, nec princeps ſolet ei derogare.*

32 *Nubendum an ſit, & quomodo nubendum.*

CONSILIVM CCLX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SAtis fundata videtur intentio
Frãciſci, & Petri fratrũ Cano-
uarum cum vtramq; qualitatẽ
ſtatuti Mediolani, c. 311. nu. 1.
quatenus neceſſaria forent pro
barint, ſcilicet, & qđ rei conuẽ-
ti ſint nati ex muliere nupta extra iuriſdictionẽ
D. Prætotoris Mediolani, & ex viro nõ ſubiecto
ſuæ ditioni, nam & ſi dicatur Mediolani confe-
ctas fuiſſe nuptias, hoc tamen nihil eſt ſiquidem
1 mulier ſatis dr̃ nupta extra iuriſdictionẽ ſtatim
atq; virum exterũ, & alienæ iuriſdictionis ducit,
cum non ſit ſpectandus locus matrimonij, ſed il-
le ad quem mulier propter matrimonij conditio
nẽ traductura, & reditura eſt & ĩ quo domicilij ſe
dẽ debet habere ſequuta virum ipſum, vt eſt tex.
in l. exigere dotẽ, ff. de iud. vbi Cagn. nu. 19. 25.
2 & 31. & in pũcto tradit Alc. conſ. 10. nu. 4. lib. 2.
& cũ vna ſit caro cum viro propriè vxor eſt effe-
cta conciuis viri, vt tenet gl. in l. ciues, C. de inco
lis, Bar. in l. ſi ita, §. ita reſcripſerunt, ff. ad munici.
Bal. vidẽ. cõſ. 100. nu. 1. lib. 5. & vxor ſortitur fo-
rũ viri, vt inquit idẽ Bal. conſ. 62. nu. 2. lib. codẽ,
& quamuis res ipſa aliquã poſſet habere difficul
cultatem, qñ mulier nunquã traducta fuiſſet ad
viri domiciliũ, vt ſcribunt Dec. conſ. 282. nu. 8.
idẽ Alc. cõſ. 21. lib. 2. & cõſ. 164. lib. 5. Rim. iun.
3 cõſ. 23. nu. 122. & conſ. 15. n. 11. attamen res, ca
ret oĩ prorſus dubitatione, qñ (vt in caſu noſtro)
poſtea ſequuta eſt traductio mulieris ad domũ vi
ri, & ẽt tẽpore delatæ hæreditatis reperiebaĩ ex-
tra iuriſdict. vt conſuluit Rui. cõſ. 18. nu. 9. & cõ-
ſil. 59. nu. 7. & nu. 9. lib. 3. Iaſ. in l. cunctos popu-
los, in 1. lec. n. 27. C. de ſacroſ. eccl. qui loquũtur
in fortiorib. terminis. ſ. qñ ẽt traducta nunquam
fuiſſet, & ſi aliter diceremus ſtatuti diſpoſitio tã
4 quam verbis impoſita facile eludi poſſet: nã ma-
trimoniũ in iuriſdictione contrahi valeret ab ex
tero, & deinde mulier ad ſuũ ipſius domiciliũ ex-
tra iuriſdic. traduci, q̃ tñ, abſurda ſnĩa fugiẽda eſt
vt notant Doc. Iaſ. præſertim in l. talis ſcriptura,
nu. 21. de leg. 1. Alc. cõſ. 4. n. 7. & cõſ. 5. nu. 10. lib.
5. ſatius eſt igitur, vt illa verba extra iuriſdictio-
nem ſint referenda non ad locum contracti ma-
trimonij, & in quo mulier non eſt permanſura,

ſed

ſed ad locũ, in cuius domiciliũ mulier per cõditio
nẽ viri, quẽ ſequi tenetur reditura eſt, qui cum ſit
extra iuriſdictionẽ, ſatis mulier dr̃ extra iuriſdi-
ctionẽ nupta, vt ſcribitur, in l. cum quædam puel
la, ff. de iuriſd. omn. iud. & ſic ex qualitate loci,
vbi maritus domicilium habet ſunt intelligenda
5 cum nedũ ſint conſideranda verba, ſed potius ef-
fectus ipſe, nec ſpectandũ ſit quod momẽto quo
dam aut caſu durat, & accidens eſt, ſed quod per
petuũ futurum eſt ex contrahentium propoſito
ſcilicet, viri domiciliũ argumẽto eorum, quę tra-
dit Caſtreſ. in l. huiuſmodi, §. legatum de lega. 1.
ex cuius qualitate illa verba extra iuriſdictionẽ
dubium non eſt eſſe interpretãda, vt ſcribit Rol.
à Valle de lucro dotis, qõ. 16. phanut. eo. tit. glo.
9. nu. 18. in octaua ampliat. quandoquidẽ in ſta-
tutis non attendimus formam conceſſionis ver-
borũ, ſed ſenſum, vt ait idẽ Alc. cõſ. 17. n. 9. li. 2.

Altera vtiq; qualitas, quod ipſi rei conuenti
ſint nati ex non ſuppoſito ſatis probata eſt, cum
cõſtet eos originem habere ab oppido mortarij,
eorum patrẽ, & auum ſemper ibidem domicilij
ſedem retinuiſſe, & nullibi doceatur ante contra
ctum matrimoniũ eorum parentem in noſtra iu
riſdictione domicilium eo modo quo ſtatutum
vult habuiſſe decem ſcilicet annis, quod tempus
exquirit ſtatutũ noſtrum, dum declarat quis nã
ſit ſuppoſitus iuriſdictionis D. Prætoris, vt ſcili-
cet is intelligatur, qui per prius habitauerit cum
tota familia in iuriſdictione per decenniũ, & cũ
habeamus claram mentẽ ſtatuentium hanc qua
litatem quoad id de quo agitur declarantiũ, nuſ-
quam, ab eorum verbis, & mente recedendũ eſt,
nã in claris coniecturis opus non eſt, & quia ſem
per verũ erit exterũ, & ſi antea habitaſſet minus
7 q̃ decem annis pro non ſuppoſito haberi perſpi
cua. n. & certiſſima eſt ea interpretatio, quæ à le-
giſlatoris mente quaſi à capite fluit, atq; manat
vt inquit Alc. conſil. 43. nu. 3. lib. 1. & verba ſunt
ita accipienda, quemadmodũ in eodem ſtatuto
8 acceperunt ipſi conditores, ſiquidem eorum ſer-
monis cõſuetudo & declaratio ſpectãda eſt quid
quid alias ius diſponat, vt tradit Mant. de coniec.
vlt. vol. lib. 3. tit. 9. nu. 3. q̃m eius eſt interpretari,
9 cuius eſt cõdere, l. omni innouatione, C. de ſacro
ſan. eccl. l. cũ de nouo, C. de legib. c. cũ veniſſẽt de
iudicijs, voluntas, n. ſtatuentium redditur certa
eorũ declaratione, vt cenſuit idem Mantica rela
to, trac. lib. 3. tit. 1. nu. 1. & tit. 2. nu. 9. nec recedi-
mus à ſtatutorũ verbis, vt ait Bal. conſ. 495. n. 1.
prima parte quis. n. poteſt magis verum legis ſen
ſum habere, & exponere, quam is ipſe, qui legem
tulit interpretes namque ſæpe falluntur, propter
variam & multiplicem verborũ ſignificationem,
ita vt malè percepta, malèque interpretata falſa
ſint, non vitio rerum, ſed interpretũ inſcitia, qui
interdum adeo obſcurè, & ambiguè loquun-
tur, vt & ipſi interpretes egeant interprete, ille
autem qui fuit legi ferendæ auctor cum ſui ani-
mi ſenſum nouerit, orationem optimè explicat,
nec ab eius explicatione recedere fas eſt, cum in
ea inſit veritas, & eadem legis vigorẽ habeat, &
cum fraudẽ legis facere, vel fraudẽ legis fieri ſit,
10 legem interpretari contra eius ſñiam id minimè
timendũ eſt, cũ interpres is eſt qui fuit & auctor.

Quæ cum ita ſint, non aduerſantur, quæ con-
tra afferuntur.

Et primo quod non procedat argumentum à
contrario ſenſu, vt ſcilicet ſi prius per decennium
non habitauerit in iuriſdictione, pro non ſuppoſi
to habeatur vigente altero ſtatuto quod verba in
telligantur, vt iacent ad literam. Quia responde-
tur per hoc ſtatutum non eſſe remotã huiuſmo-
di iuſtam interpretationem exponentẽ, & decla-
rantem factam ex congrua vocabuli expoſitione
11 ab ipſimet ſtatuentib. allatam, nec noſtro marte,
aut iudicio confictam, vt tradit Alexan. conſ. 80.
nu. 5. vol. . . Oſaſ. ped. deciſ. 167. nu. 18. Bal. in l.
omnes populi, col. 10. verſ. ſed quid ſi cauetur, ff.
de iuſt. & iur. Gallinius, de verb. ſigni. lib. 8. c. 31.
nu. 17. Alc. de verb. ſigni. lib. 2. ſecundũ paruam
impreſſionem, fol. 117. verſ. & hęc quidẽ exẽpla.

Secundo dicitur argumentũ à contrario ſenſu
ita demum hoc ſtatuto remotũ cenſeri, qñ in ſen
ſu directo alias operari poſſet, vbi vero inane, &
12 ſuperuacaneum fieret ſtatutum tunc admittitur,
vt id abſurdum effugiamus, l. ſi qñ, ff. de leg. 1. &
notat Cyn. & Bal. in l. conuenticulã, C. de epiſc.
& cler. Iaſ. conſ. 42. verſ. 5. facit, & verſ. 6. confir-
matur. lib. 3. Corn. conſ. 331. nu. 7. vol. 1. comm.
dicit Curt. iun. conſ. 93. nu. 6. & clarè ſentit Eue-
rar. relato loco à contrario ſenſu ante, nu. 23. fuſè
Viuius in lib. com. in verb. argumentũ à contra-
rio ſenſu, & quamuis daretur id argumẽti genus
debere intelligi quatenus ſit neceſſarium ex na-
13 tura verborũ limitatorum, vt dicit etiam Iaſ. rela
to, conſ. 42. verſ. 5. volu. 3. attamen id neceſſario
conſequitur. nam ſi ſuppoſitus is intelligitur, qui
per prius habitauerit per decenniũ ergo exterus,
qui non habitauerit neceſſario inſpectis verbis,
& ſpectata menti ſtatuti dicetur quoad effectum
de quo agitur non ſuppoſitus, & pro nõ ſuppoſi-
to habebitur, ſed quod inde inferatur ad proba-
tionem alterius qualitatis, vt ſcilicet mulier dica
tur nupta extra iuriſdictionem eſt vtiq; concedẽ
14 dum, conſiderato vt iam diximus loco domicilij
mariti ad quod mulier reditura eſt iuxta. l. exi
gere, ff. de iudicijs maxime cum poſtea fuerit re
ipſa eo traducta, vt in caſu noſtro factum fuiſſe
conſtat, quia locus nuptiarum ſolus non atten-
ditur, ſed in quo maritus ſedem habet domicilij,
vt iam ſuperius docuimus.

Nec dicatur illa verba ſatis operari in ſenſu
directo, quia declarent quis nam ſuppoſitus iu-
riſdictionis communis Mediolani dicatur, quia
ſufficit Cauonis, quod is ſuppoſitus non dicatur
cum non habitauerit, & quod quidem neceſſario
venit, quia ſi exterus vbi etiam non habitaſſet
eo tempore diceretur ſuppoſitus, nihil ageret
ſtatutum, & inane efficeretur. an autem inde

inferatur probatio alterius qualitatis, vt mulier
nupta propterea dicatur extra iuriſdictionem iã
ſatis reſponſum eſt, & mox fuſius explanabitur
dum de eius qualitatis probatione agetur.

Stat igitur firma ea concluſio, ex verbis, & mẽ
te ſtatuti decerpta, vt.ſ. Bartholom. Claponus
pater aduerſantium ſuppoſitus non eſſet, cũ eſſet
à principio exterus natus ex extero, qui ſedẽ do-
micilij extra iuriſdictionẽ ſemper retinuit, & qui
per prius non habitauerat ſpatio decẽ annorum,
requiſito à ſtatutis ad hoc, vt intelligi poſſet ef-
fectus ſuppoſitus.

Quod vero pertinet ad aliam qualitatem, vt
extra iuriſdictionẽ nupta nõ dicatur, cum tẽpore
contracti matrimonij pater aduerſariorum eſſet
15 Mediolani, & nuptiæ Mediol. fuerint confectę ſi
quidẽ dictio illa, extra locũ deſignet ex Alc. cõſi.
81. ſecundũ lugd. impreſ. & ſecundũ meam Vene
tam, conſ. 21. lib. 2. & qualitas adiecta verb. ſit in
16 telligenda ſecundũ tempus verbi animaduerten-
dum eſt caſum Alciati eſſe à noſtro longè diuer-
ſum, nempe qñ iam maritus domiciliũ contraxiſ
ſet per prius in loco matrimonij, quod non eſt in
caſu noſtro: quia ſemper Claponus dr̃ domicilij,
oĩumq, rerum, & fortunarum ſuarũ ſedem Mor
tarij collocaſſe, vnde originẽ duxit, vbi familia-
res, & patrios lares habuit, & Mediolani interdũ
fuit caſu potius, gratia eruditionis, & diſciplinæ,
quã habitationis, vnde nunquã patrium domici-
lium dr̃ deſeruiſſe cum redeundi aĩmum habue-
rit. 2. in caſu Alciati illa Anaſtaſia nunquã fue-
rat traducta ad domiciliũ mariti, quod nõ eſt in
caſu noſtro, & licet non offenſa veritate daretur
dictionẽ illam extra eſſe loci iudicẽ, & ſit referen
17 da ad locũ domicilij mariti, vtiq; res eſſet pro ca
nouis clariſſima cum domiciliũ mariti ad quod
fuit mulier traducta eſſet extra iuriſdictionẽ. Ter
tio agit Alc. in terminis ſtatuti Laudenſis in quo
non adſunt illa verba declarãria, quis dicatᷓ ſup-
poſitus, q̃ ſunt in caſu noſtro, vt ſatis indicãt alia
conſilia in eadẽ cauſa prolata ab eo Alc. nempe
conſ. 48. lib. 2. cõſ. 164. lib. 5. qualitateſq; illa ſa-
tis cõprobatur cũ tẽpore quo in matrimoniũ col
locata fuit, Clauponus haberet domiciliũ extra
iuriſdictionẽ, & mulier ĩterpretatione iuris ſiqui
dem eo erat traducenda, prout fuit traducta, dice
18 retur extra iuriſdictionẽ nupta pp conditionem
mariti, quã ſequi tenetur propter arctiſſima ma-
trimonij, & amoris vincula ita aſtricta, vt ea cũ
velimus laxare nequeamus cũ matrimoniũ ſit vi
ri, & mulieris cõiũctio ĩdiuiduã vitę cõſuetudinẽ
retinẽs, l. exigere, ff. de iud. ĩſt. de pat. pot. in prin.

Nec hanc verã interpretationẽ offendunt illa
verba ſtatuti, c. 310. ibi exiſtente nupta extra iu
riſdic. quia vltra, quod hęc mulier fuit extra iuriſ
dictionem nupta, & rõne mariti, qui non erat ſup
poſitus, & rõne loci ad quẽ erat deſtinata, & ad
quẽ fuit traducta, qui erat extra iuriſdic. & quia
tempore delatæ hæreditatis habitabat extra iu-
riſdic. illa verba intelliguntur de vidua extra ter-
ritorium nupta, quæ poſtea rediſſet, quia quic-
quid dici poſſet ratione filiorum natorũ ex non
19 ſuppoſito, ipſa poſſet ſuccedere, vt fusè probaui
ego in pulchro caſu, conſ. 77. num. 8. & 30. lib. 1.

Non refragatur ẽt quod vltimo loco objcitur,
qđ.ſ. vnus ex filijs ipſius mulieris tanquã natus
in ciuitate Mediol. & qui ſemper habitauit, ex a-
uito teſtamento iure quodam accreſcẽdi debeat
ſuccedere in vniuerſa hæreditate. Quia

Reſpondetur ſatis eſſe quod natus ſit ex non
ſuppoſito, & muliere nupta extra iuriſdictũ, nam
cũ ſtatutũ velit pro nullo haberi, nullũ infert ĩpe
dimentũ alijs vocatis ab inteſtato, & hoc factũ
fuit, vt hac rõne mulieres ſe abſtineant, & abſter
rerentur ab huiuſmodi nuptijs extra iuriſdictio-
nẽ contrahendis, cum publicæ vtilitatis interſit
vt bona cõſeruentur atq; apud ſubditos retineã-
tur, & idcirco cũ radix, & origo à ſtatuto ſpecte-
tur, eius vitioſitas ramos inficit, & poſteritatem
afficit ẽt quod poſtea habitaret; quia ſatis eſt qđ
20 infecta, & deprauata eſſet radix, vnde fit, vt ipſi
tanquam ab ea ſpiritum, & initium ducentes pro
mortuis & nullis habeãtur, nã vt malè poſuimus
initia, ſic cætera ſequuntur, vt in terminis reſpõ-
dit egregiè Bald. conſ. 357. nu. 4. lib. 1. & conſil.
411. nu. 1. eo. li. Iaſ. cõſ. 77. verſ. nec p̃dictis, hẽt
obſtare, li. 3. Alc. cõſ. 11. n. 4. lib. 2. quos retuli, &
ſecutus ſũ ego, eo. cõſ. 77. n. 8. & inf. vſq; ad n. 15.

Nec repugnat, ꝙ tempore natiuitatis ipſius fi
lij mulier non degeret extra iuriſdictionẽ Medio
lani, tunc licet ibidem fuiſſet, tñ cum propter nu-
ptias ſequi deberet domicilium viri, vt iam dixi-
mus, & ſentit Alc. eo. conſ. 11. nu. 4. conſequitur,
vt ea qualitas ſatis eo tempore comprobetur, cũ
21 præſertim tunc pater eſſet nõ ſuppoſitus ex quo
nõ habitauerat in Mediolani dirione eo ſpatio
temporis quod à ſtatuto deſideratur, vt firmat
additio Roma. conſ. 264. verſ. circa prædictam,
nec habitatio Mediolani patris Claponorũ vri
ex accidenti, & gratia addiſcẽdi facit, vt intellige
retur amiſiſſe domiciliũ originis atq; paternum,
& effectus cenſeretur ſuppoſitus, vt dr̃ de officia-
22 li, qui gratia officij abſit, vt declarat idem Boſſius
noſter de pęnis, ante num. 44. verſi. ſi tñ; nec ſola
habitatio facit, vt quis contrahat domicilium, vt
23 dicunt vulgares, niſi alia accedant & præſertim
in ſpecie, de qua nos agimus tempus decẽ anno-
rum, vt docet idem Boſſi. de foro comp. nu. 26.
& late Menoch. de arbit. iud. caſu 86. & tract. de
præſump. lib. 6. præſumptio. 42. num. 14. Berous
conſil. 60. nume. 23. lib. 2. cum itaque tempore
etiam natiuitatis ipſius Camilli eius pater eſſet
non ſuppoſitus, quia Mediolani domicilium nõ
collocauerat, & mater diceretur extra iuriſdi-
ctionem nupta conſiderato domicilio mariti, ad
quod traducta fuit, conſequitur neceſſario vt
verba ſtatuti omnino conueniant, atq; ideo ipſa
diſpoſitio rectè congruat, & accõmodetur, imo,
tanti eſt hæc matris (vt aiunt) incapacitas, & in-
habilitas, vt etiamſi poſtea contingeret filios in
iuriſ-

iuriſdictione naſci, vel domicilium habere tem-
pore delatæ hæreditatis, adhuc tamen prohibe-
rentur ſuccedere, vt decidit Bald. in iam excita-
tis, conſ. 15. & cum quod pertinet ad filios quali
tas illa nuptiarum extra iuriſdict. ſemel ſuſcepta
non poſſit amitti ſit, vt filij illi dicantur ſemper
nati ex muliere nupta extra iuriſdic. quod ſolum
ſpectauit ſtatutum ad deſcendentes inhabiles ef-
ficiendos, & propterea qualitas illa adiecta ver
bo, ſi intelligenda eſt ſecundum tempus verbi ſa-
tis eſt ꝙ tempore nuptiarum illa qualitas ineſſet
poſtquã eo tempore illam ſtatutũ deſiderat, non
curans quoquo tempore naſcantur filij, quia in-
ſpecta perſona, quæ ſemel qualitatem illã aſſum
pſit & accepit, ſemper verũ erit eos eſſe deſcen-
dentes natos ex non ſuppoſito, & muliere nupta
extra iuriſdictionẽ, vt in ſimili contrariam regu-
lam, vt ſcilicet qualitas adiecta verbo, intelliga-
24 tur ſecundũ tẽpus verbi, declarat Cra. conſ. 830.
nu. 6. Alex. aũt adducto, conſ. 5. volu. 7. loquitur
ĩ diuerſis terminis nẽpe vbi teſtator locutus eſt de
legitimè natis, quia tunc ea qualitas ſecundũ ve
ritatem eo tempore adeſſe debet, quia aliud tem
pus diuerſum effectum parit, quod non eſt in ca-
ſu noſtro, quia ſiue naſcatur in iuriſdictione ſiue
extra, modo mulier ſit nupta extra iuriſdic. quod
vnum ſpectauerunt, & ante oculos habuerũt no-
ſtri legũ latores, vt ab huius. matrimonijs hoĩes
abalianarentur, & ſubditi locupletiores conſer-
uarentur, nam vt quiſq; quod plurimũ eſt poſſi-
det ita ditiſſimus eſt habendus, ſemper conſeque
tur idem effectus, vt ſcilicet nati ſint ex muliere
25 nupta extra iuriſdic. & ſic ex radice infecta, quæ
eos inhabiles facit eſto quod ipſi habitarent po-
ſtea, nam matre incapace facta vtiq, inhabiles
fiunt filij, vt ſcribunt Dec. conſ. 311. nu. 2. Rimi.
iun. conſ. 15. nu. 1. Rubeus conſ. 16. nu. 13. & cũ
ſtatutum velit, vt nec ex teſtamento, nec ab inte
ſtato ſuccedere valeant, & deſcendentiũ perſonã
afficiat, nihil officit Iaſ. in l. 2. nu. 41. ff. de acquir.
hæred. vnde etiamſi ſecundum tempus verbi eſ-
ſent ea verba deſcendẽtes intelligenda vtique ea
qualitas ineſſet cum iam probatum ſit eam fuiſ-
ſe nuptam non ſuppoſito.

Nec mouere debet ea æquitas, nempe ne con
tra apertã teſtatoris voluntatẽ deſcendentes ex-
cludantur, quia hoc nihili eſt faciendũ cũ hunc
caſum lex conſiderauerit, & vetuerit, vt ne dũ ab
inteſtato ſuccedere nequirent, ſed nec etiam ex
teſtamento quidquã capere poſſent, vt clarè di-
cit ſtatutũ, vnde lõge maior eſſet iniquitas nõ ſer
uare legis præceptũ, quam teſtatoris iuſſionem
26 cũ nemo poſſit facere quin leges in teſtamẽto lo
cum habeant, & potior ſit legis autoritas, quę pu
blicam vtilitatẽ præſeferens legi teſtatoris priua
tum cõmodum continenti præſtat, & antecellit,
& lex quamuis dura, ſit ſeruanda, nã magis agre-
ſtem, & duriorẽ ſe præbet præter æquũ & bonũ,
qui ita durus & ferreus eſt, vt aduerſus legis vim
& poteſtatẽ ſe armare velit, reſiſtere, ꝙ & repu-
gnare audeat contra veritatẽ, l. nemo poteſt, de
leg. 1. l. proſpexit, qui, & à quib. l. quemadmodũ,
C. de agric. & cenſ. lib. 11. & cũ teſtator pręſuma
tur ſcire leges ſibi adſcribat, & quaſi calcar admo
27 ueat, ſi eas contemnat, & ita diſponat, vt facile
eius iudiciũ funditus euerti poſſit, vt ſcribit Man
tica de coniec. vlt. vol. lib. 6. tit. 6. num. 6.

Poſtremo non officit, vt oẽs videãtur habiles,
ex quo tẽpore delatæ hæreditatis habitabant in
28 iuridic. Bar. in l. muri leguli, C. de murileg. l. 10.
quia reſpondetur Bar. loqui de ſimplici ſubdito,
quo caſu ſi tẽpore delatæ hæreditatis non ſit hu-
iuſmodi ſuccedere non prohibetur, quia in eo de
ficit tunc qualitas illa prohibitionis, ſecus in caſu
noſtro cũ agatur de nato ex muliere nupta extra
iuridic. & ex non ſuppoſito quę qualitas nõ amit
titur etiamſi poſtea fiat ſubditus, quia non pro-
pterea tollitur cauſa prohibitionis ſtatuto conſi-
derata, nę ſcilicet mulieres nuberent extra iuriſ
dictionem nec aboletur, aut deletur qualitas illa,
vt ſcilicet mulier nupta fuerit extra iuriſdictionẽ
quod vnum ante oculos lex noſtra municipalis
29 habuit, vt in puncto conſiderant Bal. allegato cõ
ſil. 411. nu. 2. vol. 1. & alij ſuperius relati, præte-
rea negatur in facto id verũ eſſe imo verius eſt
tunc tẽporis degere extra iuriſdic. vt ſatis probãt
recepti teſtes nedũ ex parte canouarum, ſed etiã
ipſorũ claponorũ qui publicis ẽt documentis ad-
iuuantur, & præcipuè eo anni 1571. 3. Aprilis,
quo mulier domũ acquiſiuit in patria, & domi-
cilio mariti, quod ſanè oſtendit firmiſſimũ ani-
30 mum ex deliberatione conſtantem minime mu-
tandi iam contracti domicilij in oppido morta-
rij, l. prædia, §. 1. de fundo inſtr. & Bar. in l. aſſum
ptio, §. iuriſpru. nu. 2. & l. domiciliũ, ff. ad munic.
Soc. c. vlt. nu. 54. de foro comp. quod & probant
complures alij à Menochio, & Bero. relati locis
iam adductis, & hæc eadem confirmantur, quia
qñ huiuſmodi nuptæ extra iuriſdic. vel earũ filij
volunt venire ad habitãdum vt fiant habiles, ſo-
lent obtinere ſtatuti abrogationem, ſeu diſpenſa
tionem à Senatu, quod non fieret vbi eis lex no-
ſtra non obeſſet, & quod Senatus concedere nõ
ſolet niſi ex magna cauſa, & ante delatam hære-
reditatem, quia poſtquã ius alteri cæpit eſſe quę
ſitum id non ſolet concedere cũ tertij ius ſemper
ſaluum eſſe velit, vt teſtatur Doctiſs. Alciatus
noſter conſil. 4. num. 27. lib. 2.

Quare cum canouæ vtramq; qualitatem à l.
noſtra deſideratam cumulatè probauerint, & mo
tę dubitationes iã deiectę, & prorſus remotę ſint,
vt mihi quidẽ ſecũdum ea quæ proponuntur vſ.
pro eis eſt pronuntiandũ cum agatur de conſer-
uandis bonis in ſubditis, & in agnatione, cui leges
noſtræ oĩbus modis eſſe proſpectũ voluerunt, &
vt mulieres ſe abſtineant quantũ fieri põt ab hu-
iuſmodi nuptijs, cum vbi nubendum ſit valde in-
terſit, vt potius in matrimonium coniungan-
tur cum, vicinis, quam cum exteris, dixi, quan-
do nubendum ſit, ſiquidem peruetus eſt ſanè

quæſtio valde controuerſa, & integris tractati-
bus agitata, an ſcilicet nubendum ſit, nam Inter
rogatus Socrates vtrum melius eſſet vxorem du
32 cere, nec ne ? reſpondit vtrumq; horum egeris
pœnitentiam ages, & ex D. Pauli Sanctiſs. teſti-
monio communi omnium voce ea probatur ſen
tentia, vt ſcilicet, qui ſe cõtinere poteſt à nuptijs
ſe abſtineat, nec quærat de quo poſtea conquera
tur, cum ſtatus virginalis longe multum matri-
monio pſtet, & multis curis ſit ſolutus, quib. abũ
dat ipſum matrimonium, qui vero cum difficul-
tate tentationum procellas tolerat, coniugij por
tum petat; melius eſt enim nubere, quam viri, &
idcirco Diuus Hieronymus inquit tolle, qđ pe-
ius eſt ſcilicet, hanc ipſam incontinentiã, & per
ſe non erit bonũ nubere, addo ego, ſed longè me
lius virginitatem ipſam amplecti, in qua tot, tan
taque bona inſunt, & quamuis bonum ſit coniu-
gium, & res Sancta Matrimonium, à Deo Opti
mo ad ſobolẽ propagandam, & ad alia bona in-
ſtitutum, tamen cũ circa illud ex huiuſmodi mũ-
di cura mala complura ſuccreſcant, & cum vt ait
moralis ille Diuus Pontifex Gregorius dũ tene-
tur quod non nocet, ex rebus iuxta poſitis cõmit
tatur plerunq; quod nocet, merito coniugij iugũ
collo noſtro non ĩponamus, vt hæc pericula, q̃ a-
diacent effugiamus. vbi vero intẽperãtiæ grauio
ra pericula euitare, & magnos carnis impetus ſu-
ſtinere nequeamus, ſalutarem matrimonij medi
cinam, & tutelam adhibeamus, & nubamus, ſed
quia in hac re magna etiam cautione opus eſt:
nam cum nuptię ſint ex his rebus, quę ſemel fiũt
& in quibus maximè iudiciũ deliberantis elucet
meo iudicio primum ſpectanda erit qualitas per
ſonæ, & parentum, nam ſi in brutis, & in ſeruis, vt
ait I. C. in l. quod ſi nolit, §. qui mãcipia vendũt,
ff. de ædil. edicto, ratio eſt inſpicienda, eam ma-
ximè ſcire oportet, & nobilẽ deſiderare quilibet
debet in matrimonio ineundo. Item apud quos
educata ſit, nam conſuetudo altera dicitur natu-
ra; & ſæpe bonam naturalem indolẽ peruertit,
& inficit item vt virgo ſit nam propenſiori amõ
re diligere ſolet virum cui virginitatis florem do-
nauit, & interdum varia ſunt viduæ incommoda
ſingulis verbis odioſam primi viri comparatio-
nem obiectantis. Item vt mediocris ſit formæ, nã
nimis formoſa, nimis perículoſa res eſt, cum eam
multi, & complures appetant, & fragilitas ſexus
vix valeat tot, & tantas inſidias, & vehementes
aſtutos, ac aſſiduos, & vigilantes inſidiatores eui
tare, deformis aũt perpetuum ſit viri ſupplicium
& inuitamentum quoddam ad alienas mulieres
concupiſcẽdas, & ad frãgendas ſacroſãnctas ma-
trimonij leges; item, vt ſit tibi par ſanguinis no-
bilitate, & affinitate; nã ſi valde ſuperiorem duxe
ris, tibi imperabit, ſi vero inferiorẽ, inferiora, &
te indigna petet, vt cum fęmina citius viro pubeſ
cat, & ſeneſcat, vt ætate ſit vt par eſt æqualis, tu
eam debes anteire ætate ſaltem octo, vel decem
annis, & ſi me audies ſenex vxorem nõ ducas, nã
ea ætas eſt parũ apta veneri; imo ſæpè mors cita
proinde magno curſu ĩcitata venit, ſed coniugio
te iungas dum es florentis ætatis, ita vt cõmodè
onera matrimonij ſuſtinere valeas, & moriẽs a-
dultam videas prolẽ, nec morens tutorib. parum
tuentibus dilacerandã dimittas. Item, vt te dignã
habeat dotẽ, nam horũ temporũ corruptela ma-
gnas, & intolerabiles impenſas requirit, & exigit,
quas ſine dote perferre damnoſiſſimũ eſt, & oĩno
recuſare valde eſt indecorum, item ſit tibi ſi fieri
põt vicina, & proinde nota, nam ſi extraneã ha-
bebis non conuenient mores, diſſentient regionis
conſuetudines, & ſermones, & facilè decipi pote
ris extraneo teſtimonio. Item, vt humilis ſit, & ap
paratu modico, ſed venuſto, & quod maximum
ſemper arbitratus ſum, Deũ timeat, Chriſtianis,
dotibus eluceat, et huiuſmodi, vt domi ſit argus,
foris talpa, pudititięq; præclarã coronam geſtet,
ſed iã te murmurãtem audio, & dicentẽ: ehem,
tot, & tantas conditiones poſtulas, vt qualẽ de-
ſcribis; fingi equidẽ queat, ſed minimè inueniri,
oĩbus numeris abſoluta, & perfecta: fateor, ſed
eas tñ quæ principales ſunt omnino cures, dotes
ſcilicet animi, & corporis, vltimo loco poſthabi-
tis illis fortunæ, quas velut primas cæteris negle
ctis, ignarum vulgus magnifacit, & ſolas æſtimat
inquiẽs, valde diues eſt, ergo bona erit vxor, etiã
ſi lupanaris infamia ſit notata; paupercula eſt, er
go mala, ẽt ſi optimis virtutib. ſit prædita, ſed vt
ſæpiſſimè ſolet, valde fallitur nã quid diuitię pro
ſunt, vbi adſit animi fęditas & turpitudo, quæ id
agit, vt ĩ perpetua diſcordia infęlix viuas, melius
eſt. n. ſedere in angulo dumeti, quam cum mulie
re litigioſa in domo cõi, & ſicut nihil ſuauius eſt
benigna coniuge, ita meherclè nihil infeſta mu-
liere eſt crudelius, nihilvè moleſtius, quæ quan-
tum in te coniunctior eſt, tñ diſiunctior morũ dul
cedine, aut felle malitiæ, memorvè ſis, vt ſicut bo
na vxor paradiſus dici põt; ita mala eſt infernus
aſſiduarũ lãmẽtationũ, quotidianarumvè que-
relarum plenus, vnde tibi tota fiet infuauis; vita
quæ igitur te iucundũ facere poſſint, quæras; ſci-
licet animi bona, & vbi in ea deligẽda oblatis ex
corde prius Deo precib. à quo agendi primordia
ſunt petenda, & lumen cordis, & iudicij capitur,
vſus fueris diligenti inquiſitione, & res poſtea ali
ter eueniat, quã quilibet prudẽs putaſſet, id ęquo
animo feras, & conſoleris, quod negotiũ ſapien-
ter, & prouidentiſſimè egeris, licet aliter poſtea
ſine tua culpa ſucceſſerit, & recreeris ea pia ra-
tione, quod Deus te viuentem hac morte, hoc
cruciatu, hacq; demum cruce affecerit, vt ſic tua
probata fide te morientem ad vitæ Beatæ fœlici
tatem hoc ſupplicij merito, vel quaſi martyrio
perduceret.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO HIERONYMO Tatto phyſico.

ARGVMENTA.

Errans in iure an cenſeatur hæreditatem repudiare.

Conſenſus ratione officij præſtitus, an & quando conſentienti obſit.

Iuramentum in chirographo enuntiatum, quam vim habeat.

SVMMAE RERVM.

1 *Repudiare cenſetur hareditatem qui hareditariũ fundum conducit.*

2 *Conditio iniqua alteri per alterum offerri non debet.*

3 *Repudiatio cum ſit alienationis ſpecies non praſumitur niſi plene probetur.*

4 *Renuntiare iuri ſuo, vel ius ſuum iactare nemo praſumitur.*

5 *Repudiari poteſt hareditas ſola voluntate, vel verbis, vel facto declarata.*

6 *Repudiatio vt inducatur, verba vel facta debent huiuſmodi eſſe, vt citra ius, & nomen hareditatis fieri nequeant.*

7 *Repudiare hareditatem an is cenſeatur qui dixit nolo adire, vel nolo eſſe hares.*

8 *Hareditas eſt quoddam ius vniuerſale.*

9 *Hares ſi patiatur cohaeredem habere aliquem ſingularem fundum hareditarium, non tamen cenſetur ius ſuum à ſe abdicare.*

10 *Errore imbuta diuiſio retractari poteſt.*

11 *Aequitate ipſa nihil inaquabilius in diſtributiua iuſtitia.*

12 *Ignorantia praſumitur niſi ſcientia probetur, maximè ſi agatur de facto in longinquis partibus geſto.*

13 *Ignorantur ſape etiam ea, qua in ciuitate, vel vico geruntur, huiuſque rei perelegans aſſertur ratio.*

14 *Mors non praſumitur, ſed potius vita vſque ad cẽtum annos.*

15 *Renunciare iuri quod quis ignorat nemo praſumitur.*

16 *Repudiatio impeditur errore iuris, ſicut errore facti.*

17 *Error iuris facit conſenſum abeſſe.*

18 *Repudiare hareditatem licet quis cenſeatur vbi ſinat ab alio hareditatem ad ſe ſpectantem, poſſideri, attamen id non procedit vbi id patiatur errore iuris ductus.*

19 *Error iuris ſicut non nocet, quando tractatur de damno, ita etiam minimè obeſt, quando agitur de perdendo lucro iam radicato.*

20 *Hareditas etiam ignoranti quaritur.*

21 *Conſenſus licet aliquando praſumatur fauore aliquarum perſonarum, tamen id procedit in ſciente, ſecus in ignorante.*

22 *Ignorantia iuramento interdum probatur.*

23 *Ignorantia eo magis iuramẽto probatur, ſi agatur de perſona fide valde digna.*

24 *Conſentiens ratione officij, aut legis neceſſitate ſibi non praiudicat, niſi ad id conſenſus ſit ordinatus.*

25 *Ignorans ius ſuum, hareditatem repudiare non cẽſetur.*

26 *Agnatus contractui conſentiens ratione officij, ſibi non praiudicat.*

27 *Doctoribus in ſpecie loquentibus magis eſt adharendum, quam in genere verba facientibus.*

28 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*

29 *In contractibus mens eſt potiſſimum inſpicienda.*

38 *Teſtis, vel notarius ſubſcribens ſibi non praiudicat.*

31 *Tutor, vel curator conſentiens ſibi nõ praiudicat.*

32 *Tutor legitimus quoad ſui praiudicium perinde habetur, ac ſi decreta ei tutela ſolẽniter fuiſſet.*

33 *Actus, vel conſenſus quando dicatur voluntarius, vel neceſſarius, & qualis dicatur conſenſus tutoris, vel agnati.*

34 *Conſenſus ad vnum effectum adhibitus, non debet alium effectum operari.*

35 *Praſentia conſenſum non inducit, quando agitur de actu quem quis impedire nequit.*

36 *Metus reuerentialis habet locum in patre, non in alio agnato.*

37 *Contradicere quis non tenetur, cum ſcandali timor ſubeſt.*

38 *Contractus principalis ſi non valet, vtique irrita ſunt, qua accedunt.*

39 *Contrahens cum muliere, licet non poſſit allegare nullitatem contractus ad ſui ipſius fauorem, non ſic agnatus.*

40 *Iuramẽtum debet ſub praſcripto à lege forma praſtari, & in chyrographo enuntiatum, quam vim habeat.*

41 *Iurare vbi quis tenetur, debet iurare ſecundum formam conſuetam, ſcilicet ad Sancta Dei Euãgelia tactis corporaliter ſcripturis.*

42 *Iuramentum olim praſtabatur tactis Sacroſanctis Euangelijs, hodie praſtatur tactis ſcripturis.*

43 *Iuramentum vbi ſit ex forma alicuius ſtatuti praſtandum, debet eſſe ſolemne & legitimum.*

44 *Iuramentum exigit proprietatem, & formam verborum cum non contrahatur conſenſu, ſed verbis.*

45 *Iuramentum debet deferri à iudice, vel à tabellione, qui cartularius dicitur iudex.*

46 *Iuramentum vbi praſtetur, nemine deferente iurans habet ſolum Deum vltorem.*

47 *Iuramentum ſuper contractu nullo adhibitum, non obligat.*

48 *Iuramentum aſſumit naturam actus, ſuper quo interponitur.*

49 *Conſentiẽs venditioni rei ſua, non cẽſetur ſibi in pretio aut in aeſtimatione praiudicaſſe.*

50 Contrahens cum alio, debet eius conditionem exquirere.
51 Emphyteuſis eccleſiaſtica in dubio non præſumitur hæreditorio.
52 Verba etiam vniuerſalia reſtringi debent ad habilitatem.
53 Feudum in dubio præſumitur rectum, & proprium ex pacto, & prouidentia.
54 Emphyteuſis eccleſiaſtico ad extraneos tranſire nequit.
55 In emphyteuſi eccleſiaſtica licet fœminæ ſuccededere poſſint, id tamen non procedit ſtante ſtatuto, fœminas propter maſculos excludente.
56 A primordio tituli poſterior formatur euentus.
57 Singula ſingulis ſunt referenda, & reddenda.
58 Ordo ſcripturæ eſt attendendus.

CONSILIVM CCLXI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

VAlens, & firma redditur benè inſtituta actio Phyſici Hieronymi Tatti ex iure noſtro municipali, ca. 290. in primo, quo vna cum defuncti ſorore admittitur agnatus intra quartũ gradum ad hæreditatem collateralis ex tranſuerſo coniuncti.

Nec eius firmitatem, & conſtãtiam infirmat, conuellit quod contra profertur, nam ad primum reſpondetur negando factum, quod ſcilicet phyſicus fundum datum in dotem conduxerit ab ipſa Margarita eius nepte, cumque illi
1 relaxauerit, vnde repudiationis coniectura ſumi videtur ex l. non vult, ff. de regulis iuris, nam ex ipſomet dotali chirographo conſtat hunc fundum fuiſſe tantum cõductum à Ioſeph. Margaritæ conſobrino quo fit, vt ex factis ſeparatis non bene inferatur, nec alteri per alterum iniqua conditio afferri queat, nec factum vnius valeat alteri nocere, aut eum in periculum, & di-
2 ſcrimen vocare, l. alteri per alterum, de regulis iuris, in ſexto, l. ſcimus, ff. de pactis, l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi fornicarius, ff. ad leg. Aquiliam, Baldus conſilio 442. numero primo, volumine ſecundo, optimè confert titulus, C. res inter alios acta, & fusè Tiraq. eo. titulo valde enim iniquũ videtur, vt quis alienam culpam ſuo incommodo, & ære redimat.

Secundo repudiatio cum ſit renuntiationis & alienationis ſpecies, non pręſumitur, niſi dilu
3 cidè, & neceſſario ac planè probetur, nam iuri ſuo nemo præſumitur renuntiare, aut ius ſuum remittere, vel patrimonium profundere velle, cum tamen vnuſquiſque attentior ſit ad rem, ſciens omnia pecunia effici poſſe, dare oportet profundere, opponere ſi velis vincere, l. cum de
4 indebito, ff. de probationib. & vt eadem manus, quæ vulnus inflixit, eadem optimam afferat medicinam eundem Maſcardum ſæpius excitatum profero, eod. tractat. probatio. in verbo, repudiatio, concluſione 1272. numero primo, & infra, folio 213. volumine ſecundo, & propterea licet hæreditas poſſit repudiari ſola voluntate, vel
5 verbis, vel facto declarata, l. reſeruari, ff. de acquirenda hæreditate, attamen vno conſenſu in hanc conueniunt ſententiam omnes Doctores, qđ ſcilicet verba factavè huiuſmodi eſſe debeãt, quæ citra ius, & nomen repudiationis fieri ne-
6 queant, l. pro hærede, in principio, & §. Papinianus, & l. gerit, & vbique Bartolus videatur, qui eſt longè omnium interpretum in iure ciuili princeps, ac ſimul ibidem ſcribentes, ff. de acquirenda hæreditate, & pleno calamo explicat Cardinalis Mantica, tracta. de coniectur. vltimarum voluntatum libro duodecimo, titu 14. numero tertio, & octauo, inferens ad eam quæſtionem, quando ſcilicet quis dixit, nolo adire hæreditatem, vel nolo eſſe hæres nam proinde ex communi ſententia non cenſetur hæreditatem repudia-
7 re, ſed potius velle adhuc deliberare, voluntas nunc deficit, quamuis animus ſit præſens, ad inducendam enim repudiationem requiritur probatio neceſſaria, non autem dubia aut incerta, leg. non hoc C. vnnde legitimi, l. neque Natales, C. de probationum, cum ſexcentum alijs, quæ facilè emulari in vnum poſſent, cum itaque ipſa Margarita in eo chyrographo, quatenus promiſit dare fundum in dotem illum, non promiſerit tanquam hæres in ſolidum Iacobi fratris ab inteſtato defuncti, ſed ſimpliciter abſque aliqua expreſſione qualitatis, quod id faceret tanquam hęres, equidem ex eo actu, etiamſi daremus citra veri præiudicium factum fuiſſe cum conſenſu in id ipſius phyſici, quod tamen iure negamus, vt mox palam faciemus, non poteſt repudiatio induci, cum ipſe phyſicus potuerit pati, vt Margarita haberet illum fundum etiam hæreditarium, vel ratione dotis, vel ratione
8 partis hæreditatis ad ſe ſpectantis, nam cum hæreditas ſit ius quoddam vniuerſale, l. hæreditas nihil aliud eſt, ff. de regulis iuris, ſi hæres patiatur cohæredem habere aliquem ſingularem fundum hæreditarium non tamen cenſetur ius à ſe abdicare, quod habet in vniuerſa hæreditate, cum ſuper vniuerſo hæreditatis iure poſſit, & ipſe tantũdẽ ferre, & ideo potuit putare ius ſuum
9 ſaluum, & integrum ac incolume ſibi conſeruari, Bartolus in l. fina. C. de remiſſ. pignor. & in l. ſicut, §. non videtur, ff. quibus modis pignus, vel hypoth. ſolui. & vbi poſtea tractata inita ſubductaq; ratione, & calculis iterum atq; iterũ reductis deueniatur ad diuiſionem hæreditatis, & non repetiatur tantundem adeſſe, non impedietur rem ad æqualitatem reduci, & in ſumma æqualitate, vt decet poni, quia etiamſi diuiſio facta foret, adhuc tamen tanquam errore

imbuta

imbutæ eſſet retractanda, cum iudicium familiæ
erciſcundæ, & communi diuidundo ſit bonæ fi-
dei, & fundatum ſit ſuper ſtabili ſolo æquitatis,
quæ æqualitatem deſiderat tanquam firmiſſi-
mum cardinem, quo ianua iuſtitiæ quaſi illius
10 corde mouetur, Decius conſi.408.num.1. & con
ſil.475.num.30.& conſil.500.num.9. Crauetta
conſil.26.num.10.& conſil.188.nume.9. Sed id
perpetuum non eſt, nam licet in iure ciuili finis
hic ſit legitimæ,& vſitatæ in rebus,cauſiſque ci-
uium æqualitatis conſeruatio,& ſtatus reipubli-
cæ maximè rebus æqualiter iudicatis,& decer-
nendi æqualitate contineatur,& deceat pauper-
tatem,diuitiis etiam inter homines æqualem eſ-
ſe, nec perſonarum habenda ſit acceptio;atta-
11 men hoc intelligendum eſt ratione iuſtitiæ iudi-
cialis, in cuius laude ſunt fides, & æqualitas; &
cum id quod iniuſtum eſt, idem inæquabile ſit,
profecto quod iuſtum eſt, idem ſit æquabile ne-
ceſſe eſt; verumenimuero ratione iuſtitiæ diſtri-
butiuæ nihil eſt inæquabilius ipſa æqualitate,
nam in hac ipſa iuſtitia conſideratur dignitas,
& meritum perſonæ; neque enim ſi pares non
ſint,paria,aut præmia conſequentur, aut ſuppli-
cia dabunt,aliter,vt ait Ariſtoteles libro 5. Ethi
corum,pugnæ hinc, criminationes, querelæ na-
ſcentur,ſi qui pares ſunt dignitate non æqua prę
mia,aut qui pares non ſint,æqua ferant, quod e-
tiam ex eo perſpici poteſt,quod cuique tribuitur
pro dignitate; nam quod ius poſitum eſt, in le-
gibus id omnes confirmant pro dignitate eſſe o-
portere, dignitatem autem non eandem dicunt
comparatam,; & idcirco iuſtitia hæc diſtributi-
ua,in Arithmetica conſiſtit, ſed cum hæc diſtri-
butiua iuſtitia referatur,& ipſa ad cuiuſque me-
rita,& inter ſe illa commetiri oporteat,fit vt hoc
nomine etiam æqualitas iuſtitiæ pars potiſſima
conſeruetur;nam ſi vnicuique quod ſuum eſt,tri-
bui debet,merita præmia ſi ad meritorum ratio
nem,& pondus,atque menſuram non diſtribue-
rentur,ſequeretur plus & nimium,idemque iniu
ſtum,& iniquum, quod longe multum abeſt ab
eo quod æquum & iuſtum eſt, atque æquabile;
nec alter habet de quo doleat, aut conqueratur,
ſi viderit alterum merito præcellentem excellen
tiori, & inſigniori virtutis præmio affici,eique nō
inuidebit, vt fit in beatorum illa cœleſti gloria;
ſed elucens illius meritum agnoſcet, & ſui ipſius
tenuitatem recognoſcens gaudebit, quod vnus
quis pro meritorum æquo pondere dignè ac me
rebatur fuerit remuneratus;ille largè, quia eius
magna merita in cœlum eum vocauerunt ad ex-
celſiorem ſedem; ipſe verò parcè, quia exigua
eius merita in paulò humiliori loco eundem col
locarunt.

Tertiò cum ignorantia præſumatur,niſi ſcien
tia probetur,cap.præſumitur,de regulis iur.in 6.
12 l.verius,in princip.vbi gloſ.in verbo, obligatam,
ff.de probationibus,maximè ſi agatur de facto,
quod in longinquis, & remotis regionibus eue-
nerit: veritas enim earū rerum quæ in noſtra ci-
uitate, aut vicino vico acciderint, vix perfectè
ſciri poteſt:nam multa audimus ſine capite, ſine
authore,rumore multitudinis nuntio,quod vnus
excipit,ſiue verum,ſiue falſum ſit, celeriter ad al
terum refert,& is in publico ambulans,in publi-
cum ponit, & pro ſua opinione, ac ſenſu,& arbi-
trio illa fingit, iſta addit, hæc minuit; & vt faci-
lius credantur multa veriſimilia ex ſuo capite mi
13 ſcet, affirmatque ſe vidiſſe, quæ audiuit, & quæ
audiuit comminiſcitur audiuiſſe à viris optimæ
fidei,& qui interfuerunt rei ipſi,ſępeque interpo
nit ad augendam fidem iuramenri religionem;
& cum hæc in magno hominum conuentu pro-
ferantur,illicò fama ſurgit,quę vix euelli poteſt,
cū interdum à veritatis primordio hæc quæ per-
feruntur,adiuuentur, & ſicut inciuile eſt iudica-
re niſi tota lege perſpecta,ita nimis leue eſt de a-
liquo negotio iudicium facere, niſi plenè eius ini
tio, medio, & fine cognito, & toto rei ſtatu per-
ſpecto, quoties viſis paucis militibus fuſis, & in
fugam verſis, militiam perfidè deſerentibus, at-
que à pręlio timidè,& feſtinanter refugientibus,
falſo rennntiatum eſt eum exercitum,qui poſtea
victor extitit victum,& ſubactum fuiſſe? quoties
enarratum eſt eum, qui leuiter ægrotabat mori-
bundum iacere, & a medicis deploratum fuiſſe?
quoties affirmatum eſt, eum qui vulnuſculum
acceperat iam mortem obiiſſe, cum tamen con-
ualuerit:domumque penitus combuſtam fuiſſe,
cum tamen ignis in ea repentè accenſus, ex quo
incendij rumor ortus eſt, extinctus omnino fue-
rit? quoties refertur quempiam dignitatis gra-
dum aſcendiſſe, cum tamen vix de eo ſermo ha-
bitus ſit; & in ſumma quoties verum in falſum
mutatur, quoties ſplendor veritatis mendacij te
nebris obruitur, quoties res quæ veritatis cultus
honorari debet mendacio oneratur, ſi igitur to-
ties etiam ea quæ præſentia ſunt ignorantur, e-
quidem quanto magis ob magnam locorum di-
ſtantiam iuſtior erit habenda ignotantia earum
rerum, quæ in remotiſſimis prouinciis, vel vlti-
mis quaſi orbis terrarum partibus geruntur, l.is
poteſt,ff.de acquirenda hæredit. Bartolus in l.fi-
na.quæſt.5.de decretis ab ordine faciend.& cum
mors non præſumatur, ſed potius vita vſque ad
14 centum annos.l.fina. C.de ſacroſanctis eccleſiis.
gloſ. & Doctores in l.1. §.ſi quis neget.ff.quem-
admodum teſtamenta aperiantur. l. ſed ſi. ff.de
acquiren.hæredita. Alexand.conſi.25.lib.4. Bar
tolus in l.ſi quidem, C.de accuſationibus. affir-
mantes mortem quæ in extraneis acciderit par-
tibus, maiorem probationem requirere, & cum
eo tempore non ſit probata ſciētia mortis ipſius
Iacobi, quæ accidit in partibus Belgicis, conſe-
quitur vt fruſtra agatur de inducenda aliqua re-
pudiatione,vel renunciatione,cum nemo cenſea
tur renunciare iuri quod ignorat,aut ius remitte
re quod neſcit.l.mater, ff.de inofficio. teſtamen.
15 l.inter officium,vbi bona gloſ in verbo,officium,
ff.de

ff.de rei vindicat.latè Tiraquell. in l.ſi vnquam,
in præfat.num.98. C.de reuc.donat.& de retrac.
legali,§.1.glo.9.nu.268.

Quarto etiamſi ageretur de ignorantia, aut
errore iuris, adhuc ipſe phyſicus proinde non cē-
ſeretur ius ſuum remiſiſſe, aut repudiauiſſe, nam
cum repudiatio in animo conſiſtat, & ab eo tota
pendeat, bone Deus, qui animus repudiandi, aut
donandi conſenſus conſiderari poteſt in eo, qui
in iure errando, putabat ius aliquod non habere,
immo tunc pro diſſentiente potius habendus vi-
detur, & propterea repudiationem impediri ab
16 errore iuris, ſicut ab errore facti apertè ſentit ad-
uerſus Papiniani ſententiam, Paulus in l.Clo-
dius, ff.de acquirend.hæred.cum hac in re potius
opinio, quàm veritas inſpiciatur, & voluntas ca
dat in præcognitum, non autem in ignotū, quod
& ſequitur ibidem Bartol.& alij frequentius, &
Alexand.in l.1.C.de repudian.bonorum poſſeſ.
quos refert, & ſequitur Maſcard. in verbo, error
iuris, concluſio.640.num.8. verſi.reſtringat, vbi
omnes cum hac ſententia tranſire fatetur, quia
17 error iuris facit conſenſum abeſſe. l. ſi per erto-
rem, C.de iuriſdictio.omnium iudicum, ex quo
infertur, vt licet vbi quis patiatur, aut ſinat ab
alio hæreditatem ad ſe ſpectantem poſſideri, &
vbi aliqua re indigeat ab eo illam petat, videa-
18 tur hæreditatem repudiaſſe, attamen id non pro-
cedit ſi in iure errauerit, vt affirmat Imola, ead.l.
recuſari, num.2.ff.de acquiren.hæredit.quem ſe-
quitur idem Mantica lib.12.titu.14.num.27. &
cui addo Alexand.in l.quæ dotis, num.37.ff.ſo-
luto matrimonio. hoc idem roboratur ea ratio-
ne, vt ſcilicet ſicut error iuris non nocet, quando
19 tractatur de damno, ita etiam non obſit, quando
tractatur de perdendo lucro, quod iam radices
habeat, prout eſt hæreditatis repudiatio, vt præ-
ter iam adductos tradit Iaſon in l. non amplius,
§.ſi certum, num.7.ff.de legatis primo, Dec.con-
ſil.408.nu.5.& hoc eſt maximè dicendum, cum
ex Cæſareis noſtris conſtitutionibus, titu.de con
tinuanda poſſeſſione defuncti, legis opera, & mi-
niſterio poſſeſſio defuncti, quo ad omnem effe-
ctum in hæredem translata cenſeatur, & hæredi
20 tas etiam ignoranti quæratur, l.1.nume.1. C.de
pactis,

Et licet fauore aliquatum perſonarum, & cau
ſarum aliquando facilius præſumatur conſenſus
tamen id procedit in ſciente, ſecus in ignotante,
aut in dubitante ius aliquod habere, vt ſuperius
21 abundè oſtendimus, & comprobat Iaſ. in l.quā-
diu, num.3.C.qui admitti ad bonorum poſſeſſio.
l.cum quis, nu.2. C.de iuris & facti ignorantia,
authent.ſacramenta puberum, num.54.C.ſi ad-
uerſ. venditio. hæcque iuris ignorantia præter-
quam quod optimè probatur teſtimonio eorum
qui de eo iure certiorem fecerunt ipſum phyſi-
cum, & ex eo, quia cum de iure communi ſoror
admittatur ad fratris hæreditatem, potuit ipſe
phyſicus ius municipale probabiliter ignorare,
in eo maximè quod ipſi iuri communi, & opiniō
ni vulgarium prima fronte aduerſari videtur,
idque eius etiam iuramento comprobari poteſt,
22 vt affirmat Iaſon in repetitio. l.admonendi, nu-
me 158.ff.de iureiurando, Bald.in l.error facti,
num.12.C.de iuris, & facti ignor. maxima cum
agatur de perſona valde fidedigna, vt ait Iaſon
23 conſil.84.nu.7.vol.1.& notant Bar. & alij in l.ſi
ſi fur.§.1.ff.de vſucapion.

Item id non procedit vbi conſtaret quem con
ſenſiſſe ratione officij, aut legis neceſſitate, quia
24 tunc, cum is conſenſus non fuerit ad id ordina-
tus, inſtitutus, & paratus, nocere non poteſt, vt
mox indicabimus, & declarat idemmet Maſcar-
dus ex contrario allegatus eadem concluſione
1224.in verbo, præſentia, nu.44.loquens de no-
tario, & teſte.

Quatenus autem obijcitur ipſum phyſicum
ſibi præiudicium feciſſe, etiam tanquam agna-
tum conſentiendo, cum ageretur de actu volun-
tario, & iurato, & quem ipſe impedire valebat
contradicendo, & tractaretur de tertij præiudi-
cio, id eſt, ipſius Cremonæ, qui aliàs contractu-
rus non fuiſſet.

Breuiter reſpondeo ex iam adductis rationi-
bus abeſſe omnem dubitationem, cum iura ex cō
trario allata loquantur in ſciente, ſecus in erran-
te, aut in inſciente, vel putante ius ſuum ſaluum
25 remanere, vt ſuperius cumulatè oſtendimus.
Hæcque nimium ſcrupuloſa ſunt, nec admitten-
da, vt confirmat Tiraquellus de retractu legali,
§.1.gloſ.9.num.117. & hæc ſola reſponſio æqui
tatis, & iuſtitiæ plena (meo iudicio) falcem po-
nit ad radicem, & omnes dubitationes radicitus
tollit, atque extra hit.

Rurſus dico verius eſſe eum qui tanquam a-
gnatus conſentit, non ſibi obſtare atque officere,
cum ad id conſenſus paratus, & ordinatus nō ſit,
& actus agentium non debeant quicquam age-
26 re præter eorum intentionem, & voluntatem, l.
cum quædam, C.de adminiſtrat.tutorum, §.ſi tu
tor, Inſtit.de inofficio.teſtamen.l.Caius, ff.de pi-
gnorat.actione.& in hac ipſa caſus noſtri ſpecie,
ita complures adducendo confirmat Tiraquell.
videndus de retractu legali, eod.§.1.glo.9. num.
141. & Crauetta recitato loco de indemnitate
mulierum, num.21.& in hoc eſt ſententia complu
res referendo interpretes ad ſtatutum noſtrum
cap.328. num.273. in primo. ita vt ab hac ſen-
tentia in iudicando minimè recedēdum ſit, cum
magis adhæreſcendum ſit Doctoribus ſpeciatim
in terminis caſus noſtri, quam in genere loquen-
tibus, Neuizanus in ſylua nuptiali, in titu.quo-
27 modo ſit iudicandum, lib.5.num.72. & ſit etiam
ea ſtabili, & firmiſſima ratione communita, vt
ſcilicet officium ſuum nemini debeat eſſe dam-
noſum, ſunt enim homines potius inuitandi, quā
28 abalienandi ab huiuſmodi muneribus obeun-
dis, vt inquit Imperator eadem l.cum quædam,
29 & quia non ea mente conſenſit, & in contracti-
bus

Google

-bus mens eſt maximè ſpectanda, Dec.conſ.492.
num.6.
Nec recipienda videtur ea diſtinctio ita ſim-
plicitet & generaliter intellecta inter voluntariũ
actum, & neceſſarium; nam ſi magis recepta eſt
ſententia in teſte & notario ſubſcribente, vt ſibi
30 non præiudicent, vt ſentiunt vno ore iam relati
ſcribentes, & alij congeſti à Gabrielio lib. com-
munium titu.de rerum alienat.concluſ.ſecunda,
nu.2. & ſi dicantur gerere eum actum ex volun-
tate, & non ex neceſſitate, ergo hæc ipſa diſtin-
ctio, vel tanquam communi ſententiæ aduerſans
refutanda eſt, vel ſano modo, apteque, & con-
gruenter intelligenda, ſcilicet quando illa ſubſcri
ptio vel conſenſus eſt neceſſarius ex parte actus,
licet poſſit dici voluntarius ex parte ſubſcriben-
tis, aut conſenſum adhibentis, vnde cum in caſu
noſtro pro forma ille agnati conſenſus exigatur
ad integram faciendam mulieris perſonam, cum
clauſula, quod contra geſtum ſit irritum facien-
te; ſequitur vt hic conſenſus dicatur de forma, &
omnino neceſſarius ad actum validum facien-
dum, & ex conſequenti tanquam ex neceſſitate
ſtatuti, & ratione firmitatis, vel validitatis a-
ctus & officij præſtitus, & adhibitus non debet
obeſſe conſentienti, hæcque neceſſitas ſatis colli-
gitur ex verbis ipſius ſtatuti ibi ſit neceſſarius
conſenſus, & ibi, & ſi contrafactum fuerit, non
valeat.
Præterea in tutore, & curatore res eſt expe-
dita, & dubitationem non habet ex præclaro
31 textu adductæ l.cum quædam, C.de adminiſtra
tio.tutorum, ergo idem eſt dicẽdum in ipſo phy-
ſico, qui ex Cęſareis noſtris conſtitutionibus ſub
titulo de tutelis, propè finem, cum eſſet agnatus
proximior Margaritæ neptis ſuæ, licet tutelam,
vel curam non ſuſcepiſſet, adhuc tamen cum eſ-
ſet legitimus tutor, perinde erat cenſendus, ac ſi
32 tutela & cura ei decreta foret. l. legitimos tuto-
res, ff.de legitimis tutoribus, & eſt gloſſa in ver-
bo, duodecim tabularum, in principio, Inſtitu.de
legit.agna.tut.quo fit, vt tanto minus hic conſen
ſus ei poſſit nocere, cum, vt ſæpius diximus, ra-
tione officij illum præſtiterit, Tiraquel.de retra
ctu, ca.gloſ.9.num.271.
Rurſus quamuis eadem lex noſtra municipa-
lis, cap.328.in primo, vbi agnatus conſentire no-
lit velit iudicis authoritatem poſſe ſupplere, &
ſic videatur poſitum in voluntate ipſius agnati
conſentire, & non conſentire: tamen reſponde-
tur neceſſitatem poſſe conſiderari ratione actus;
vt ſuperius præmonuimus. Item ſatis eſt quod
à iudice ſi ita ei videatur cogi ille poſſit, quo ca-
ſu non dicitur actus voluntarius, ſed potius coa-
ctus & compulſus, eſto etiam quod præciſè obe
dire non cogatur, cum fiat ex legis diſpoſitione;
33 quæ eum conſenſum exigit ad actum ſuſtinen-
dum, vel ex iudicis mandato, qui ita iubeat, vt ex
planat videndus Decius in l. velle non creditur,
ff. de regulis iuris, & in aduocato à iudice iuſſo,
tradit Tiraquellus eadem gloſſa 9.nume.171. &
34 conſenſus ad vnum effectum præſtitus, non de-
bet alium effectum operari, Iaſon in l.ſi duo rei,
nu.2.& l.ſi ita quis promiſerit, num.1.ff.de ver-
bor.obligat.
Et quando agitur de actu quem quis non po-
35 teſt contradicendo impedire, nam quis poteſt e-
tiam rem alienam vendere, l.rem alienam, ff.de
contrahend.emption. tunc ex præſentia conſen-
ſus non inducitur, vt communem affirmat Ma-
ſcardus eadem concluſio.1224. num.29. nec re-
36 uerentialis metus cõſiderari in egregio hoc phy-
ſico poteſt cum non ſit pater, vt tradit idem Ma
ſcardus concluſio.1055.num.15.immo nec quis
debet contradicere quando ſubeſt timor ſcanda-
li, vt affirmat Roman.ab Alexand.relatus ead.l.
quæ dotis, num.29.ſolu.matr.
37 Ad hæc cum non fuerit ex præſcripta forma
à ſtatuto noſtro cap.328. in primo, & ex conſti-
tutione de notariis publicis iuratum, ſequitur vt
contractus ipſo iure nullus omnino cenſeatur,
quod pertinet ad omnem effectum, nam cũ prin-
38 cipalis contractus non valeat, vtique quæ acce-
dunt, irrita fiunt, Plotus in l.ſi quando, §.6.num.
19.de iureiurando, magna eſt enim vis clauſulæ
decreti irritum facientis quod cõtra geſtum eſt,
quæ id agit, vt ei renunciari nequeat, vt commu
nem dicit Gabriel videndus lib. communium, ti
tu.de clauſulis, concluſio.3.num.19.& 25.& 73.
& notatur eod.ſtatuto cap.328.num.400. in pri
mo, & quamuis contrahens cum muliere non vi
deatur poſſe allegare hanc exceptionem, vnde
actus nullus dicatur tamen ipſe agnatus id age-
39 re non prohibetur, vt ex Burſato tradit interpres
eo ſtatuto num. 457. atqui cum ex ipſo chiro-
grapho appareat non fuiſſe delatum ipſi phyſi-
co iuramentum, aut illum iuraſſe ex præſcripta
iuris forma ad ſancta Dei Euangelia, tactis ma-
nu ſua, & (vt aiunt) corporaliter ſcripturis, vt cõ-
munis conſuetudo in hoc noſtro Ducatu obſer-
40 uat, & vſitatus vſus quotidie approbat, vt in ter-
minis tradit Cabalinus in ſuo inſtrumentorum
formulario, fol.15.cap.329.& fol.67. ver.ſi mu-
lier, & fol.165.verſic.& conſtituit, & de commu
ni conſuetudine totius Italiæ teſtatur Abbas in
cap.etſi Chriſtus, ſub num.9.de iureiurando. &
propterea quando dicitur in aliqua lege quos
41 quis debeat iurare intelligitur ſecũdum formam
conſuetam, ſcilicet ad ſancta Dei Euangelia, ma
nibus corporaliter tactis ſcripturis, cap.vt circa,
de electio.lib.6. & docet videndus Bal.eod. cap.
etſi Chriſtus, num.6.olim enim tangebantur ſa-
croſancta Euãgelia, hodie autem ad ſancta Dei
Euangelia iuratur, tactis ſcripturis, vt affirmat
42 gloſ.in Authen.iuſiurandum quod præſtatur ab
his, qui adminiſtr.accip.in verbo, quatuor, & in
verbo, teneo, & gloſ.in verbo, corporaliter, in l.1.
C.ſi aduer.venditio. vbi vide Baldum num.1.
& in authen. ſacramenta puberum, num.7.eod.
titu.& Alexand.omnino videndus in l.3.§.iura-

tis,

ri, ff. de iureiurã. vbi id maximè ait ſeruandum eſ
ſe, quando ex forma ſtatuti debet iurari, quia tũc
iuramentum ſolemne eſſe debet, & perfectè eius
43 forma ſeruanda eſt, vt notatur etiam ad ſtatu-
tum cap. 324. nu. 186. & infra pluribus ſequent.
Borgnin. deciſio. 13. nume. 25. & dixi ego in his
terminis conſi. 150. num. 13. lib. 2. nec propterea
ſufficit, quod quis ſimpliciter ſubſcribendo dicat,
iuro, vt ſupra; nam iuramentum requirit proprie
44 tatem, & qualitatem, & formam quandam ver-
borum cum non contrahatur conſenſu, ſed ver-
bis, idem Bald. in cap. ſignificaſti, num. 5. de elec.
& ad hoc vt valeat, debet deferri à iudice, vel à
tabellione, prout paſſim in inſtrumẽtis ſeruatur,
45 quia notarius dicitur iudex cartularius, l. videa-
mus, §. deferre, ff. de in litem iurando, Bartol. con
ſil. 115. vol. 2. Socin. conſi. 120. colum. 3. libro 3.
§. item ſi quis poſtulante, Inſti. de actionibus. vbi
vide Ioannem Oinotomium num. 72. & quan-
do nemine deferente præſtatur, habet iurans ſo-
46 lum Deum vltorem, & non obligatur. l. 2. C. de
rebus creditis. Bald. §. in perſonam, num. 3. Inſti.
de actionibus. cum itaque conſenſus perperam,
& inutiliter præſtitus fuerit, & ſuper contractu
47 nulli ſequitur, vt nullius ſit habendũ, quia quod nul
lum eſt, non infert impedimentum, cap. non præ
ſtat, de regul. iur. in 6. atque idcirco nullum po-
teſt ſuper hoc iuramento conſtitui fundamentũ,
48 cum maximè etiam iuramentum aſſumat natu-
ram actus, ſuper quo interponitur, vt concludit
Gabriel lib. communium, tit. de iureiurando, con
cluſio. 10. nume. 1. & cum conſenſus hic minimè
noceat vtique nec iuramentum obeſſe poteſt, at-
que ex his ſingillatim poteſt colligi, ac facilè ad
ſingula quæque obiecta accommodari reſpõſio;
quod ne iam actum agam, & ne ſim longior con
ſulto prætereo: nam hic conſenſus nec repudia-
tionem inducit, nec phyſici ius perimit, nec ei
obeſſe poteſt, tum propter errorem facti & iuris,
tum quia ad alium diuerſum effectum fuit præ-
ſtitus, nec omni caſu ĩ pretio, & rei æſtimatione,
& ſeu rei valore cenſetur ſibi præiudicium, aut de
49 trimentum attuliſſe, vt omnes ſentire, & affirma-
re cum Bartolo in l. ſi fundum per fideicommiſ-
ſum, de legat. primo. teſtatur Alexand. videndus
ead. l. quæ dotis, ante num. 26. ff. ſolu. matrimon.
à quo facilè huius veritatis teſtimonium peti po
teſt, nec habet in quo Cremona doleat, cum ipſe
phyſicus ſuam fidem in aliquo non aſtrinxerit,
nec collum in alicuius obligationis laqueum in-
ſeruerit, quod non fuit in caſu Crauetæ de indẽ-
nitate mulierum, num. 39. vbi non fidens priori
reſponſioni ad eam confugit, quod pater de rato
promiſerat, & ſibi Cremona imputet, ſuæve ne-
gligentiæ adſcribat, ſi ab initio ſibi non cauerit,
50 iuxta notam regulam l. qui cum alio, ff. de reg. iu.
& cum amplius oneribus matrimonij non ſubſit
illave ſuſtineat, & de repentino lucro faciendo
aduerſus leges iuris communis agat, æquiſſimi
arbitri fauere omnino debent ipſi phyſico proxi-
miori agnato ne ad dolorem mortis ipſius nep-
tis, quæ vix ſex menſibus in matrimonio ſtetit:
hæc etiam accedat amiſſionis iuris ſui, rem amit
tere, eſt equidem graue, perſonam amittere eſt
longè grauius, ſed vtrumque vno quaſi tempore
perdere eſt longè grauiſſimum, magna commiſe
ratione, atque lachrymis dignum, vna omnium
voce lugendum, & gemendum, neque verbo cu-
iuſque ſubleuandum.

Quod verò ſpectat ad emphyteuſim receptior
eſt opinio, vt in dubio non præſumatur hæredi-
taria, ſi agatur de emphyteuſi eccleſiaſtica, prout
nos agimus, quæ ex ſui natura ad extraneos tran
51 ſire nequit, & quatenus de hæredibus intelligere
tur, deberet intelligi de his, ad quos ex ſua natu-
ra emphyteuſis tranſire poteſt, & qui ſint habi-
les, & idonei ad ſuccedendum in ea, quia verba
quantumuis generalia, & ampliſſima, atque vni-
uerſalia ad id, quod aptum, & habile eſt reſtrin-
52 guntur, gloſ. in l. 1. C. de ſacroſanc. eccle. & ita eſt
intelligendus (meo iudicio) ne alioquin vir peri-
tiſſimus, & conſtans veritatis aſſecla communi
ſententiæ, in qua ineſſe veritas creditur, aduerſe-
tur, Alex. eod. conſ. 26. num. 3. & conſ. 18. nu. 17.
licet corrupte allegatus ſit conſ. 17. vol. 5. hãcque
magis communem, & receptam ſententiam ad-
ducto, & reprobato Alexandro, dicit Maſcardus
videndus in verbo, feudum, concluſ. 767. au. 10.
nam in dubio ſicut feudum præſumitur rectum,
& proprium ex pacto, & prouidentia, ita etiam
emphyteuſis Pontificia, ſeu eccleſiaſtica eſt præ-
ſumenda propria, & talis qualis eſt eius natura,
53 vt ſcilicet ſi agatur de emphyteuſi eccleſiaſtica
ad extraneos tranſire nequeat, vt magis commu
54 nem dicit Clarus §. emphyteuſis, quæſt. 28. verſ.
tertius caſus, toto illo titulo, caſu, & quæſtio. 42.
verſic. ſed quid, vbi omnino vide. Imo licet fęmi
næ poſſint ſuccedere in emphyteuſi eccleſiaſtica,
recepta tamen pro ſe, & hæredibus, quod tamen
nos negamus, cum potius præſumatur recepta
pro filijs, id tamen ſtante ſtatuto noſtro excludẽ
re exiſtentibus maſculis fœminas, erit intelligen
55 dũ, vbi aliqui non adſint maſculi ex linea primi
inueſtiti, & ſic in defectum maſculorum fęminæ
admittuntur, vt ſcribit Clarus quæſt. 32. ver. ſed
pone, vnde cum adſit phyſicus vocatus ex pacto,
& prouidentia primi conductoris, ſeu inueſtiti,
debet omnino admitti excluſa nepte, & tãto ma
gis iſto Cremona extraneo, & qui non eſt capax
huiuſmodi iuris, etiamſi pro hæredibus recepta
foret, quia eſſet intelligenda de hæredibus ſan-
guinis.

Paraphrenalia debentur ipſi phyſico, vti pa-
truo proximo, & qui ex ſtatuto c. 299. in primo,
expreſsè vocatur ad ſucceſſionem ipſius defun-
ctæ mulieris excluſo marito, nec obeſt quod v-
traque qualitas requiratur, quod veniat ab inte-
ſtato, & fuerit ipſe dotans ex ſtatuto cap. 300.
in primo, quia reſpondetur ipſum phyſicum dici
dotantem cum ſit fratris Margaritæ hæres, & ẽt

fuerit

fuerit dotata ex bonis communis aſcēdenti cuius prima cauſa, & origo attendi debet, quia à pri-
56 mordio tituli poſterior formatur euentus, l, prima, C.de imponenda lucrat,deſcrip.lib.11. Crauetta,conſil.91.num.6.

Præterea licet ſtatutum requirat, vt dotās habeat qualitatem iuris ſuccedendi ab inteſtato, non tamen ſic in ſuccedente ab inteſtato,deficiēte dotante in quo duplex qualitas cōcurrat,quia tunc ſi admitti debet, vt clarè dicit ſtatutum,ibi, venientibus ab inteſtato reuertantur, & dotans ſatis eſt, quod præferatur venienti ab inteſtato vbi,& ipſe ſit ex his qui ab inteſtato pariter concurrant,quia duplex vinculum magis ſtringit, & fortius ligat atque arctius tenet, & ita etiam intelligit interpres ſi bene inſpiciatur,& ſic vtraq;
57 qualitas requiritur ſubordinatè,& debitè,vt decet ſingula ſingulis referendo, vt dicit gloſ.in l.ſi negotijs, C.de negotijs geſtis, Crauetta.conſilio 328.num.17. & facit §.affinitatis,inſtitu.de nuptijs,& ſatis confirmat ordo ſcripturæ ipſius ſtatuti quod primo vocauit venientes ab inteſtato,
58 gloſ.in verbo,actor, C.de iureiurando per calumniam atque ita,vt iam tādem velis paſſis,in portum peruehar ex his arbitror cumulatè ſatisfactum eſſe omnibus propoſitis quæſtionibus,atq; iniectis dubitationum ſcrupulis vnde Dominis Arbitris liberior erit verè iudicandi facultas,&c.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO IOANNE PAVLO Modrono.

ARGVMENTA.

Læſio in contractu tranſactionis quomodo æſtimatur,& an tutor, vel curator ſimpliciter contrahens ſuper re minoris; intelligatur eo nomine contrahere, & an diſpenſatio Excellentiſ. Senatus ſuppleat iudicis decretum.

Statutum Mediolani capite 305. incip. aſcendens, an habeat locum vbi extent filij maſculi, & filia ex filio prædefuncto, ita vt aſcendens cogatur ei tantum relinquere, quantum vnicuique ex filijs maſculis.

Filij prioris matrimonij an ſuccedere poſſint matri, tantum in dote primo viro data, & non in ea,quæ longè maior eſt data ſecundo viro.

Maritus ſi vxori in augmentum dotis certam annuam ſummam conſtituerit, an earum proprietas, vel vſusfructus tantum debeatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Diuiſio errare imbuta corrigi debet.*
2 *Læſio non omnis,ſed quæ tranſcendit dimidiam iuſti pretij eſt attendenda.*
3 *Contrahētibus ſe in pretio decipere permiſſum eſt, vſq; ad dimidiam partem iuſti pretij.*
4 *Soluiſſe dicitur,qui compenſat.*
5 *In tranſactione locum habet remedium, l.ſecunda, C.de reſ.vend.*
6 *Læſio in contractu tranſactionis quomodo ſit æſtimanda.*
7 *Principis diſpenſatio omnes defectus ſupplet.*
8 *Tutor vel curator,contrahens ſuper re minoris cenſetur eo nomine contrahere.*
9 *Autoritas interponitur verbo conſentio,vel probo etiamſi formaliter non exprimatur, quod quis autoretur.*
10 *Clauſula omni meliori modo facit, vt actus,ſi non valet,vt agitur,valeat eo meliori modo,quo valere poteſt.*
11 *Dos materna deducenda videtur, velut æs alienū, à fideicommiſſo.*
12 *Autoritas à tutore interpoſita,intelligitur dum cō tractui conſentit.*
13 *Minor,maior factus ſi contractum ratum habeat, non poteſt ratione minoris ætatis illum impugnare.*
14 *Geminatio maiorem animi deliberationem oſtendit,& erroris conjecturam tollit.*
15 *Error amplius non poteſt allegari vbi ſuper eo erā factum ſit.*
16 *Clauſula non errantis, nec decepti in aliquo, præſumptionem erroris tollit,*
17 *Inſtrumentum ita confici non poteſt quin litigetur,ſi cum peruerſo homine contrahas.*
18 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius,quod defunctus habuerit tempore mortis.*
19 *Tempus mortis debet inſpici in materia ſucceſſionum.*
20 *Statutum Mediolani,cap.305. incip.aſcendens in primo,declaratur.*
21 *Ob fauorem alicuius inductum non debet in eius odium reflecti.*
22 *Statuta ſi excludatur fœmina propter maſculos, cenſetur etiam excluſa filia, ex filio prædefuncta nata.*
23 *Iuri communi, vt minus derogetur ſit interpretatio etiam verborum proprietate neglecta.*
24 *Statutum poſterius trahitur ad prius confectum, & ab eo interpretationem recipit.*
25 *Statuta vbi videantur contraria, primum tenenda eſt concordia, non illud eſt magis ſpectandū quod æquius videtur.*

26 Sta-

26 *Statutum magis ſingulare dicitur, quod publica vtilitati fauet, & menti ſtatuentium.*

27 *Interpretatio, quam vſus recipit præſtat cuique alia.*

28 *Dies ſyngrapha debet probari, alias præſumitur in fraudem ſcripta.*

29 *Interpretari eius eſt, cuius eſt condere.*

30 *Senatusconſultum pro iuſtitia factum, vim legis obtinet.*

31 *Tempus euenientis conditionis in qualibet diſpoſitione ſpectari debet.*

32 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

33 *Filij prioris matrimonij debent ſuccedere, ne dum in dote data primo viro, ſed etiam in ea quæ eſt data ſecundo.*

34 *Statuta interpretationem paſſiuam recipiunt à iure communi.*

35 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota non poteſt tam inter viuos, quam in vltima voluntate, plus marito relinquere, quam vni ex filijs prioris matrimonij.*

36 *Mater poteſt filias priuare eius ſucceſſione, dempta legitima, & maritum ipſum non obſtante datione in dotem.*

37 *Argumentum à teſtatore ad ſtatutum valet.*

38 *Dos debet redire ad hæredes mulieris.*

39 *Mulier vbi habeat filios ex priori matrimonio, non poteſt illa in dotem dare ſecundo viro, vt illa lucretur in præiudicium filiarum prioris matrimonij.*

40 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias non poteſt relinquere plus ſecundo viro, quam vni ex filijs prioris matrimonij.*

41 *Mulier tranſiens ad ſecūdas nuptias priuatur proprietate augmenti dotalis, & tantum habet vſumfructum.*

42 *Vſusfructus licet non conſiſtat in rebus mobilibus tamen admittitur ope ſatiſdationis de reſtituenda earum æſtimatione.*

43 *De parte ad partem idem iuris eſt, quod de toto ad totum.*

44 *Annua ſumma an per ſe ſit in obligatione, vel tanquam acceſſoria, multum intereſt.*

45 *Hæres, vt cenſeatur minus oneratus interpretatio eſt facienda.*

46 *Contractus verba ſunt ſtrictè intelligenda, & nihil venit niſi quod actum eſt.*

47 *Minimum quod eſt, in dubio ſequi debemus.*

48 *Inſtrumenti tenor diligenter eſt inſpiciendus, etiam ſi eſſet contra propriam naturam contractus.*

49 *Contractus omnes ex conuentione legem accipiunt.*

50 *Præſumptio ex inſtrumento manans, dicitur venire ex fonte tenoris inſtrumenti.*

51 *Vſusfructus bonorum mobilium ſi legetur, debet præſtari cautio de eorum æſtimatione reſtituenda vbi conſumpta ſint.*

52 *Frater conſanguineus fratri ſuccedit.*

53 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota priuatur omni ſucceſſione filij ex iure municipali Mediolani, & ex iure communi, ſi ei de tutore non prouiderit.*

54 *Pœnæ tranſeuntium ad ſecundas nuptias, licet ſublata ſint, ex iure pontificio, tamen id intelligitur alia ratione, quam ſucceſſionis, vel alterius lucri.*

CONSILIVM CCLXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

MVlta ſunt quæſtionum capita,
quæ in controuerſia, & conte-
tione verſari videntur, agam
de ſingulis, quam breuiſſimè
potero.
Ad primum itaque dico
nullam prorſus ſubeſſe læſionem conſideratione
dignam: nam quod ad diuiſionem attinet, miri-
ficè potius fuerunt læſi patrui ipſius Sextiliæ, &
non ipſa Sextilia; ſiquidem cum Petrus Fran-
ciſcus pater, ordine turbato ante Veronicã eius
matrẽ mortẽ obiuerit Sextilia ſuperſtite, exclu-
debatur à patruis maſculis ab oĩ ſucceſſione ma-
terna, vt cauetur ſtatuto noſtro, cap. 279. n. 1 pri-
mo, & per conſequens ſuo quaſi cultro iugula-
tur, & ſua ipſius claua perfrangitur, & proſterni-
tur actio ipſius Sextiliæ, eiuſque mucronem à iu
gulo rei conuenti reijcimus, quandoquidem hoc
nouo fundamento præcludatur omnis læſionis
aditus, & diuiſio potius in patruorum damnum
1 errore imbuta corrigenda videatur ad eorum fa
uorem, & non Sextiliæ, vt firmat Decius conſi-
lio 408. numero primo, Crauetta conſilio 26.
numero 10.
Rurſus non omnis læſio attenditur, ſed quæ
2 tranſcendit dimidiam partem iuſti pretij, ita lo-
quitur, text. in l. tertia, C. communia vtriuſque
iudicij, nam licitum eſt contrahentibus ſe deci-
pere in pretio vſque ad eam ſummam, l. in cau-
3 ſæ, la ſecunda, §. fina. ff. de minoribus, & explicat
Cagnol. in l. ſecunda, numero ſeptimo, C. de re-
ſcinden. vend. ſed inita etiam ratione, & ſubdu-
ctis calculis, vt fit ex contrario, hæc omnis læſio
longè multum abeſt, nam ſuppoſito, quod ea bo-
na eſſent, æſtimationis, & prætij librarum 1745.
cum ſolutæ fuerint libræ 1258. quænam læſio
apta ad contractum reſcindendum inde ſumi po
teſt, etiamſi tantum ſolutæ fuiſſent libræ 982.
vt aduerſaria putat, ſed meo iudicio per erro-
rem, nam in inſtrumento dicitur fuiſſe pretium
librarum 1558. partim ſolutarum, & partim
4 compenſatarum, & dubium non eſt quin ſoluiſſe
dicatur, qui compenſat, l. dediſſe intelligendus. ff.
de reg. iur. Verum licet in tranſactione daretur,
5 q̃ crebrius videtur locum habere remedij, l. 2. C.
de reſcin. vẽd. attamẽ nõ eſt faciẽda æſtimatio rei
in tran-

In tranſactionem deductæ ſimpliciter, ſed tãtum
incerti,& futuri euentus litis, cuius æſtimatio de-
bet fieri iudicio petitorum in litibus,conſiderato
ipſius cauſæ fallaci & dubio exitu , & graui litis
cura,& impenſa, & idcirco ita perdifficilis habe-
tur, vt propterea multi, & complures graiter etiã
inter ſe diſſentientes fuerint in ea ſententia, vt ip
ſius legis ſecundæ auxilium non concederetur in
6 ipſa tranſactione , vt fusè poſt alios explicat vi-
dendus Cagnol.ca.l.2.num.83. Quare cum hæç
deficiat probatio,nulla poteſt dici probata læſio,
imo ſi fieret æſtimatio dubij euentus litis , nulla
prorſus conſiderari poteſt læſio ex parte ipſius
Sextiliæ , ſed potius ex parte ipſius Modroni ,
cum ſucceſſiſſet in locum Ambroſij Vacadei do-
mini directi ipſorum bonorum, & pro quibus de
nunciata,& proteſtata erat caducitas,& obtenta
ſententia ; vnde ei facilè fuiſſet ea bona auocate
abſque aliquo pretio; & per conſequens dimoue
tur omnis læſionis ſuſpicio,ſicut etiã longè mul-
tũ abeſt omne vitium, vnde nulla dici poſſit, cũ
7 facta ſit cum diſpenſatione, & licentia principis,
quæ ſupplet omnes defectus, ſi qui adeſſent,ſua-
que excelſa authoritate,quę infirma ſunt firmat,
& quę debilia ſunt roborat.l.illud, C.quando de
creto opus non eſt. Bartol. & Bald.in l.2.in fine,
ff.de rebus eorum. Crauet.conſil.813. num.1. &
tradit Simoncellus trac.de decretis, lib.1.titu.1.
inſpec.3. nume.88. Sed cum interuenerit etiam
Iulia Brunatia mater ipſius Sextiliæ , & eius cu-
ratrix,quinam defectus conſiderari poteſt, poſt-
quam principis licentia decretum iudicis opti-
mè æquat,atque ſupplet,quod autem interuene
rit etiam tanquam curatrix ipſa Iulia, ſatis de-
monſtratur ex ea nota iuris concluſione, vt cura
tor ſimpliciter contrahens ſuper re minoris præ-
ſumatur eo nomine contrahere , & conſentire,l.
8 negotiationem,in princip.de adminiſt.tut.l.poſt
mortem,§.primo,ff.quando ex fac. tut. Alciatus
noſter de præſumpt.regu.3.præſumpt.24.nu.2.
Borgnin.trac.de tutore,& curatore , nume.243.
Præſes Menochius de præſumpt.lib.3. præſum-
ptio.46.num.9.& præſumpt.49.num.5. Maſcar
dus de probation. in verbo, actus in dubio, con-
cluſio.28.nume.2.& nume.5. vbi ex Bartolo id
producit ad actum,qui partim pertineret ad mi-
norem,& partim ad curatorem,vt ſcilicet præſu
matur nomine vtriuſque geſtus , & cum dixerit
ipſa Sextilia ſe contrahere cum conſenſibus, de
quibus infra,& omni meliori modo,& infra, Iu-
lia mater prædictis omnibus præſens , & intelli-
gens conſenſerit, & bona etiam liberauerit ratio
ne iuris ſui,negari certè non poteſt quin tãquam
curatrix authoritatem interpoſuiſſe intelligatur,
tum quia ex magis recepta ſententia authoritas
9 interponitur verbo,conſentio, vel probo,etiamſi
nominatim non exprimatur , quod authoretur ;
nam etiamſi non interrogatus tutor,ſiue author
fuit,valet authoritas eius , cum ſe probaſſe dicit
quod agitur,id eſt,authorem fieri,vt eſt tex.cla-
rus,& apertus in l.etiamſi, ff.de auth.& conſenſ.
tut.& curat.& tradit Tiraquel.de legib.connub.
in verbo,eſprez.gloſ.7.num.4.& magis commu-
nem dicit Lamberthengus ſuper ſtatu.de aliena.
mulierum,gloſ.7. in verbo,conſenſus, quæſt.34.
num.89. Idque ſine difficultate procedit,cum ad
ſit clauſula , omni meliori modo,quæ facit , vt ſi
10 actus non valet,vt geritur , valeat omni meliori
potentiorique modo,vt actus ſuſtineatur,& val-
de efficax ſit,vt firmat Socinus iunior, qui com-
munem dicit in l.prima,§.ſi quis ita , num.29.ff.
de verborum obligation. Præſes Menochius de
præſumpt.lib.6.præſumpt.4.& præſumpt.5.vbi
latè,& ſic inde fit perſpicuũ ꝙ ea tranſactio ina-
niter impugnetur nullitatis telo,aut appoſitæ læ
ſionis ictu,& licet omni æquitati conſentaneum
videatur,vt error actum vitiet , & perpetuò ſit e-
mendandus ; attamen in caſu noſtro nihil inter-
eſt, an bona fuerint paterna , vel materna; quia
qualiacunque illa fuerint titulo tranſactionis in
ipſum Modronũ legitimè, & iuſto tranſlata fue-
runt pretio , vt ſuperius probauimus; & cum in
bonis maternis nequiret Sextilia ſuccedere , eo
minor efficiebatur portio bonorum paternorum,
vbi in eis ius habuiſſet, cum ab eis prius eſſet de-
11 ducendum æs alienum, & ex conſequẽti ipſa dos
materna,quæ eo iure cenſebatur, vt tradit Petra
de fideicomiſſis,quæſt.15. nume.7. Simon de
Prętis de interpreta.vltimatum volunta.libro 3.
ſolut.4.num.13.fol.354.& cum Modronus tran
ſigens ex iure poſtea aduenienti,& ceſſo, ab ipſo
Ambroſio Varadeo domino directi potuiſſet ea
bona ſiue materna, ſiue paterna illa fuiſſent, vin-
dicare ob declaratam pœnam vnde emphyteu-
ta à bonis cadit, hæc omnis læſionis, & ſimul er-
roris aduerſa argumentatio facilè (meo iudicio)
refellitur,tranſactioque anni 1573.nulla vtique
minimè dici poteſt defectu ſolennitatum, quan-
doquidem,vt ſuperius abundè iam docuimus,in
teruenerit principis licentia , ſcilicet diſpenſatio
Senatus , & item ipſa curatrix,quæ quatenus o-
pus fuiſſet,dicitur authoritatem interpoſuiſſe,dũ
12 contractui conſenſit , & illum ſciens , & prudens
approbauerit,vt traditur eadem l.3.ff.de autho.
& conſenſu tutorum,& altera tranſactione inita
anno 1584. cum Aſcanio Cribello magis com-
probatur ius prioris illius tranſactionis initæ an-
no 1573. tum quia Sextilia maior facta , quod
13 geſtum eſt,ratum habuit,l.1.& 2.C.ſi maior fac.
ratum habuerit,l.ſi mulier,ff.de minoribus. Iaſ.
in l.nam & poſtea, §.ſi minor.ff.de iureiurando.
Rolandus conſil.59. num.3. volum.1. tum quia
14 ipſa geminatio,& repetitio omnem erroris,& læ
ſionis coniecturam excludit,maioremque proba
tionem ex contrario requirit,gloſ.in c.ex literis,
in verbo,admonita,de diuortijs, Decius conſilio
185.num.13. Alba conſi.382.num.48.imo cum
videatur ſuper errore denuo tranſactum ille am-
plius,vbi etiam ſubeſſet, quod negatur , allegari
15 nequiret,l.1.C.de errore calculi, tum quia clau-
ſula

Digitized by Google

ſula illa non errantis in aliquo nec decepti erro-
ris præſumptionem auſert Bertrandus, conſilio
204.num.6.vol.6.

Nec ſecunda hæc tranſactio irrita fieri poteſt
ex eo, quia dicatur non interueniſſe mariti Sexti
liæ conſenſum deſideratum à ſtatuto noſtro, cap.
328.in princ. tum quia diſpenſatio, & licentia
principis omnem defectum ſupplet, vt ſuperius
comprobauimus, tum quia is non erat ex codẽ
ſtatuto neceſſarius, quoniam cum ipſo marito
contrahebatur, & ſufficit quod adhibita fuerit ſo
lemnitas in diſpenſatione præſcripta, & omni ca
ſu ſatis eſt, quod prior illa tranſactio anni 1573.
viribus ſubſiſtat, quæ omne ius ipſius Sextiliæ
nunc agentis perimit, vnde amplius non debet
reſiſtere, & repugnare contra veritatem, & ad-
uerſus fidem in contractu tranſactionis ſub iura
menti religione datam, quam violare, & in ea
non ſtare turpe videtur, nec occaſionem Modro
no præbeat, vt de negligentia aut imperitia ta-
bellionem accuſet, & eundem mordeat, cum ita
caute inſtrumentum non confecerit, vt omnem
diſputationis facultatem præriperet, quod tamẽ
ſit ita prudens, & diligens atque oculatus quan-
tum velis, tam autor quam confector cõtractus,
vix vnquam impetrari poteſt, bonus enim ille
vir qui lites execratur, & odit ne illatum mole-
ſtijs, & occupationibus implicetur, vt denique
iurgijs, & litibus ſe abſtineat, & ſit nox cum ſom
no, & ſine lite dies, tabellionem erat, aduocatũ
obteſtatur, vt ita accuratè diligenterque, & ſtu-
dioſè inſtrumenti tabulas perſcribant, ne litigare
17 cogatur, aut iudicijs conflictari, promittunt, &
ſpondent illi Sedulo omnem bonam nauare ope
ram in conficiendo inſtrumento, ſed negant poſ
ſe litigandi occaſionem præcipere, etiamſi om-
nes adhibeantur cautiones, & ſalutares clauſulę,
nam ſtatim atque ſolutionis dies venerit, & de-
bita pecunia petatur, perfidioſus iſte debitor da-
tæ fidei, & conuentorum oblitus ſolutionem de-
tractare incipiet, quo fit, vt creditor velit nolit,
cogatur eundem ad iudicium vocare, & cum ille
apponat, quod eſt commune peruerſorum homi
num refugium, non conſtare, adigitur creditor
non ſine impenſa exemplũ inſtrumẽti à tabellio
ne ſumere, & iudici oſtendere. & cum idem per-
fidus homo veterator vafer inſtrumento produ-
cto aliquid cauillationis obijciat, vel probandæ
ſimulatæ ſolutionis inducias petat, vel non ſol-
uendo interim factus ſit, neceſſe eſt creditorem
etiam inuitum litem ipſam ſuſcipere, & conte-
ſtari, licet inſtrumenti verba ſint adeo clara, &
perſpicua, vt oporteat tandem eundem conui-
ctum ſuccumbere, & liti nõ ſine ignominia victũ
cedere. Quare qui cupit ſe ab hoc litium incen-
dio, & flamma liberare, ſeque ab hoc ipſo præ-
moleſtiæ metu, & periculo eripere conditionem
eius, cum quo contrahit, diligentiſſimè exquirat
& ſuas res committat his tantum viris, in quibus
probatæ fidei lumen eluceat, ſic enim fiet, vt hoc
vno adiutus ſalutari remedio facile fugiãt, vitiet
& declinet grauia, quæ pertimeſcit litium incõ-
moda, ſed de hoc ſatis iam alia quæ reſtant quæ
ſtionum puncta abſoluamus.

Et ſecundum ea, quæ proponuntur arbitro
Heliſabettam nepotem Modroni communis aſ-
ſcendentis ex Cæſare filio prædefuncto in bonis
ipſius non habere aliquod ius ſucceſſionis, vbi
tẽpore mortis ipſius Modroni viuat aliquis eius
filius maſculus, & ſic patruus ipſius Eliſabetæ;
nam cum hæreditatis nihil aliud ſit, quam ſucceſ
ceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuerit
18 tempore mortis, l. hæreditas, ff. de regulis iuris, &
& multa poſſint cadere inter os & offam, atque
inter calicem, & ſuprema labra, nam interdum
dum quis primoribus labris auide guſtare cæpe-
rit, vini, aut cibi ſuauitatem, repente ſtatim apo
plexia correptus, miſer, & attonitus occidit, ad-
mirantibus, & ſtupentibus omnibus aſtantibus,
cur hominem temperantem tantus improuiſo
morbus oppreſſerit, & cum caſus humanarum
miſeriarum varij ſint, merito in materia ſucceſ-
ſionum attendi debet tempus mortis illius, de cu
19 ius hæreditate agi contingit, l. ſi vſusfructus, in
fine, ff. quando dies legati cedat, Crauetta conſi.
778.num.5. ſtatutaque ad illud tempus ſunt re-
ferenda tum ex iuris communis, tum ex clara ip
ſorummet ſtatutorum diſpoſitione, atque ideo
ſi eo tempore adfuerint maſculi excluderur om-
nino ab eis, vt clare diſponit ſtatutum, c.278.in
primo, ibi ex deſcendenti maſculo præmortuo
ante patrem, & quæ diſpoſitio vtique locum
habet quando aſcendens decedit teſtatus, vt ca-
uetur ſtatuto, cap.279.in primo, legitimèque, &
decenter neptis dotata intelligitur, ſi ab aſcendẽ
te, certa quantitas ei relicta fuerit, vt cauetur ſta
tuto, cap.280. reſque omni prorſus dubitatione
caret in terminis horum ſtatutorum, ſola difficul
tas conſiſtit ſuper ſtatuto noſtro Mediolani, cap.
305.incip. aſcendens in primo, quatenus in hęc
verba diſponit, vt aſcendens non poſſit meliora
re deſcendentes maſculos quin ſtirpes ſint æqua
les, idemque habeat locum in fœmina ſeu fœmi
nis deſcendentibus ex filio maſculo, ſeu maſculis
præmortuis, vnde videtur inferri ꝙ fœminæ ex
filio prẽmortuo debeant ſimul cum maſculis per
ſtirpes ſuccedere, quod omnino aduerſatur, & re
pugnat ipſi ſtatuto, cap.278. quia vt eo ſtatuto,
cap.305. num.51.in fine, verſic. tertio animad-
uertit interpres ſtatutum, illud, cap.305. debet in
telligi, vbi aſcendens vellet plus relinquere ſtipi-
ti ipſarum ſęminarum ex maſculo prædefuncto,
quam ſtipiti maſculorum, ſecus ſi minus vellet
20 relinquere prout in ſtatuto, cap.278. diſponitur
quia id poteſt facere, & ratio multiplex afferri
poteſt, tum quia ſtatutum, cap.305. tanquam in
ductum ob fauorem, & gratiam maſculorum nõ
21 eſt in eorum diſpendium retorquendum, capit.
quod ob gratiam de reg. iur. in 6. tum quia ſtan-
te ſtatuto excludente ſęminas propter maſculos

de

de iure communi intelligitur excluſa etiam ne-
ptis ex filio prædefuncto ante mortem patris, &
22 huius rei ratio præcipua eſt fauor ipſius agnatio
nis, propter quem excluſæ ſunt fœminæ, vt tra-
dit Iaſ. in l. venia, nu. 6. C. de in ius vocando, &
id tanto magis eſt dicendum cum ſtatutum eod.
cap. 278. nominatim diſponat, vt ſcilicet filia ex
filio maſculo prædefuncto excludatur à patruis,
vnde is ſenſus eſt admittendus, & vt faueamus
agnationi, quam ante oculos habuere ſtatutorũ
conditores, & ne duplex correctio inducatur, ſci-
licet & ſtatuti, & iuris communis, cum tamẽ ſem
per ea ſit capienda interpretatio, etiam verbo-
23 rum proprietate neglecta, & ſubaudito intelle-
ctu, vt minus iuri communi derogetur, quam fie
ri poteſt, Abbas in cap. cum dilectus, nume. 2. de
conſuetud. Rolan. à Valle conſ. 72. num. 35. 36.
& 38. lib. 3. tum quia correctio quantum fieri po
teſt, eſt fugiẽda, & propterea poſterius ſtatutum
trahitur ad orius confectum, nec prius ſublatum
cenſetur, aut correctum, niſi neceſſario id infera
24 tur; & vnum recipit interpretationem magis ab
altero ſtatuto, quàm à iure communi, vt notat in
terpretes in præludiis, à num. 317. vſque ad nume-
rum 333. tum etiam quia quãdo duo ſtatuta ad-
ſunt in eodem volumine, quæ videantur contra-
25 ria, primum tentanda eſt omni ſtudio concor-
dia, ſin minus præſtat quod humanius, æquius,
& iuſtius videtur, & quod eſt magis ſingulare, &
26 illud cenſetur huiuſmodi, quod magis fauet pu-
blicæ vtilitati, & rationi, & menti ſtatuentium,
vt tradit Cotta noſter in ſuis memorabilibus, in
verbo, ſtatuta contraria, Borgnin. deciſ. 6. nu. 4.
5. & 6. parte prima, idem interpres alios refert in
iiſdem præludijs ſtatutorum, à num. 343. vſque
ad numerum 349. & cum ſtatutum cap. 278. ma
gis faueat agnationi, & ſic maſculis, cui etiã pro-
ſpicit ſtatutum cap. 305. quatenus loquitur de
deſcendentibus maſculis, & ſic de his, qui apti
ſint ex ſuperioribus ſtatutis ad ſuccedendum, di-
cemus omnino quatenus loquitur de fœminis,
debere ita intelligi, ne aduerſetur priori ſtatuto
cap. 278. ſcilicet vt ſtirps fœminarum ex filio ma
ſculo prædefuncto non poſſit meliorari ad præiu
dicium maſculorum, ſed bene deterior fieri, vt
conceditur ex ſtatuto cap. 278. nec vetat ſtatu-
tum cap. 305. vnde ad tollendam correctionem,
& illud abſurdum, vt fœminæ ex filio prædefun-
cto ſint melioris conditionis, quàm propriæ aſcẽ
dentis filiæ erit hæc ipſa concordia admittenda,
27 quàm, vt intelligo, conſuetudo, & vſus approba-
uit, nec ab eo eſt recedendum, vt ait idem inter-
pres in præludijs, num. 333.

Reſpectu pecuniarum datarum filijs, illæ tan
tum eſſent tempore mortis ab ipſis filiis confe-
rendæ, vbi tamẽ filij ſeparatim à patre degerint,
& negotiati ſint; Item vbi conſtet de veritate ſyn
28 graphæ, quia aliter dubitari poſſet, an eſſet facta
ſtatuto cap. 305. fraus, vt ibidem notatur nu. 34.
& tradit doctiſſimus Alcia. noſter conſ. 96. nu. 5.
& conſ. 73. num. 3. lib. 8. Et quoniam eius eſt in-
29 terpretari, cuius eſt condere. l. fin. C. de leg. cum
anno 1604. huius caſus, & horum ſtatutorum de
claratio ad Excellentiſſimum Senatũ delata eſ-
ſet, lectis in eo ampliſſimo ordine precibus Ioan.
Pauli Madroni, & reſponſis Eliſabethæ Madro
næ eiuſdem Ioan. Pauli neptis, vnà cum vtrinq;
replicatis cenſuit non obſtare ſtatutum Aſcen-
dens, quin in caſu, de quo agitur, ipſe Ioan. Pau-
lus Modronus poſſit meliorare conditionem fi-
liorum ſuorum maſculorum, nunc viuentium, &
deteriorare conditionem neptum fœminarum
ex filio ſuo præmortuo, quod Senatuſconſultum
30 cum pro iuſtitia factum ſit, pro lege ſeruandum
erit. ead. l. fin. C. de legibus.

An autem filij prioris matrimonij ſuccedere
debeant, nedum in dote data primo marito, ſed
in ea quæ longè maior data eſt ſecundo viro, ar-
bitror maximè, & planè quidem,

Primù, quia quatenus ſtatutum noſtrum cap.
298. in primo velit, vt maritus ſuccedat in dote
vxori vnà cum liberis prioris matrimonij, debet
attendi tempus mortis binubi parentis, nam in
qualibet diſpoſitione, vt iam præmonui, debet
31 ſpectari tempus euenientis conditionis, id eſt ſuc
ceſſionis, l. in tempus, ff. de hæred. inſtituend. l. ſi
vſusfructus, in fine, ff. quando dies legati cedat. l.
& quæ legata, ff. de regu. iuris. Bart. in l. ex facto,
§. pen. ad Trebellian. Pariſius conſ. 38. num. 30.
lib. 2. vbi ait, conſiderari debere tempus præſens,
in quo euenit caſus ſuccedendi, & qualitas adie-
32 cta verbo, debet intelligi ſecundum tempus ver-
bi. l. in delictis, §. ſi damnum, ff. de noxal. l. Titius,
ff. de milit. teſt. Deci. conſi. 105. num. 2. Bart. in l.
ex facto, ff. de vulg. & pupil.

Secundò hoc expreſsè in terminis noſtris de-
ciditur ab Imperatore in Authen. de nup. §. quia
33 verò, iuncta gloſ. in verbo, homines, & in verbo,
ab initio, in Authen. de nupt. vbi & Bart. & gloſ.
in l. hac edictali, in verbo, donata, C. de ſecundis
nupt. & quamuis in §. de augmenti, eod. Auth.
de nuptiis, caueri videatur, vt potius attendatur
tempus conſtitutionis dotis factæ ab vxore pri-
mo viro, & non ſecundo: attamen id procedit fa
uore filiorum prioris matrimonij, quando dos
prima diminuta fuiſſet; quia lex præſumit vt v-
xor dotem diminuerit in eorum præiudicium, vt
eam clam traderet ſecundo viro, non ſic in aug-
mento poſtea facto, quia cum illud tendat ad fa-
uorem filiorum, debet illud tempus ſpectari,
quod eis magis prodeſt.

Tertiò, ſtatuta interpretationem quam paſ-
ſiuam vocant, capiunt à iure communi, & ita
34 ſunt intelligenda, vt eo minus ei aduerſentur
quam fieri poteſt, Alexander conſilio 50. nu. 10.
libro primo, Deci. conſilio 308. numero 9. Oſaſ-
cus deciſio. 57. num. 3. verum iure communi ſta-
tutum eſt, vt mulier tranſiens ad ſecunda vota,
non poſſit marito relinquere tam inter viuos,
quàm in vltima voluntate, plus quàm relique-

rit vni ex filijs prioris matrimonij, l.hac ædicta-
li, C.de ſecundis nuptijs, Romanus conſil. 448.
num.2.ergo quatenus vult ſtatutum noſtrum, vt
filij ſuccedant in dote, debet intelligi de dote,
quæ reperitur tempore ſucceſſionis, cum iſta in-
terpretatione; Vitricus, & filij prioris matri-
monij reducantur ad æqualitatem legibus adeò
amicam, & omni æquitati conſentaneam, & ſi
daretur contrarius ſenſus, induceretur inter eos
inæqualitas, quam in huiuſmodi re lex valde
deteſtatur, & abhorret, æquitatis autem vis du-
plex videtur, cuius altera directi, & veri, & iu-
ſti, & vt dicitur, æqui, & boni ratione defen-
ditur.

Quarto, cum ſtatutum diſponat, per verbum
ſuccedat, conſequitur vt vxor poſſit teſtari, & fi-
lios priuare dote, dempta legitima, & maritum
36 ipſum, non obſtante datione in dotem, vt om-
nes ſentire teſtatur Caſtrenſis conſil. 81. num. 1.
verſ. tertio, parte prima, ſicut igitur teſtando non
poſſet plus relinquere marito, quàm vni ex filijs
prioris matrimonij, ita etiam idem eſt dicendum
de ſtatuto, cum valeat argumentum à teſtato-
37 re ad ſtatutum, vt notatur in l.ſi ita fuerit ſeruis
duobus, §.fin. verſ. conditionem autem, ff. de ma-
manumiſ. teſta.

Quintò ex iure communi certum eſt, quod
dos debet redire ad hæredes mulieris, & ſic ad fi
38 lios prioris matrimonij. l.prima, C.de rei vxoriæ
actio. Romanus conſil. 448. nume. 1. & quando
mulier habet filios ex priori matrimonio, non po
teſt dare ſecundo viro bona in dotem, vt illa lu-
cretur, quia hoc cederet in præiudicium filio-
39 rum prioris matrimonij, eadem l.hac edictali, &
diſtinguit Papienſis de forma libelli, quo vxor
agit ad dotem, numero 6. ergo dicendum eſt in
ſtatuto, vt ſcilicet filij prioris matrimonij in do-
te ſic ſuccedant vnà cum vitrico, vt inter eos in-
æqualitas non ſit, atque adeo ne id abſurdi ſe-
quatur filij prioris matrimonij ſuccedent vnà
cum vitrico in dote ei data, vbi ſit maior ea quã
dedit primo viro, vbi mulier aliter de ea non di-
ſponat, quia vbi vellet diſponere ad fauorem li-
berorum, vel extranei dimiſſa eis legitima, poſ-
ſet id facere; ad commodum autem viri non poſ-
ſet diſponere in maiori portione, quam ſit ea,
40 quæ minor relicta fuerit vni ex filijs prioris ma-
trimonij, iuxta diſpoſitionem legis hac edicta-
li, quæ eſt facta in odium, & pœnam ſecundo
nubentium, & quam tranſire, aut negligere,
vel pro nihilo habere nefas eſt, & quoniam id
fieri quod vis non poteſt, velis id quod poſſis,
immo alijs ſi licet, tibi non licet, ſuſpicionem-
que iſtam ab illis quære, qui interdum à matre
vetula, & multarum nuptiarum fuerunt prop-
pter eius commodum oppreſſi, & nedum mater
nis, ſed etiam paternis opibus, omnive argen-
to ſpoliati, & denudati, vt inops maritus veſti-
retur, & ex mendico fieret repente diues, cui ma-
lo prouida lex vt prouideret, hanc ſalutarem tu-
lit legem, nec habet maritus vnde doleat, aut
conqueratur, quia hoc eſt vnum ex multis in-
commodis, quæ capit qui viduam in vxorem du
cit.

Quatenus autem dubitatur, vt cum frater
Modroni in dotali inſtrumento auxerit Paulæ
eius vxori cauſa donationis propter nuptias do-
tem in libris ducentum annuis, donec vixerit, &
is deceſſerit ſuperſtitibus nonnullis filijs maſcu-
lis ex priori matrimonio, & ex ſecundo matri-
monio vnico filio Georgio. Paula verò viuen-
te adhuc eodem filio pupillo ad ſecundas con-
uolauerit nuptias, & poſtea is Georgius eius fi-
lius in pupillari ætate ex hac vita migrauerit,
an ſcilicet libræ illæ ducentum ex cauſa dotis,
vel donationis propter nuptias ad eam ſpectent
pleno iure, vel dumtaxat ratione vſusfructus.

Et ne diutius demorer de omni hoc genere
quid ſentiam breuiter exponam, & ratione v-
ſusfructus tantum puto illas ad eam pertinere,
nec ad earum ſolutionem conſanguineos fratres
& hæredes Georgij cogi poſſe, niſi Paula legi-
timè ſatiſdederit de eis reſtituendis finito vſu-
fructu.

Nam licet dotis augmentum, vel donatio
propter nuptias ſuperſtitibus filijs ex eodem ma
trimonio, tam ratione proprietatis, quàm vſuſ-
fructus pertineat ad matrem pro numero libe-
rorum; attamen ſtatim, atque ipſa ad ſecundas
nuptias tranſeat, priuatur proprietate, & ea-
dem ipſi filio, ipſo iure, & facto applicatur, & ex
conſequenti ad eius hæredes tranſmittitur, &
41 mater habet tantum vſumfructum, authen. vxo-
re, & authent. ſi tamen, C. de ſecundis nuptiis, &
melius in Authentico de nuptiis, §. ſi vero expe-
ctet, & §. quoniam infirmas, & in Authentico,
de ſecundis nuptiis, §. hæres, & clarè ſentit Bal-
dus in l. fœminæ, verſic. oppono contra iſtum te-
xtum, item per authen. in donatione punitur, &
l. generaliter, §. in his, C. de ſecundis nuptijs, ei-
que aſſentiunt cæteri ſcribentes, maximè Ripa
eadem l. fœminæ.

Neque abſurdum videtur, vt illarum libra-
rum ducentum, non proprietas, ſed tantum
vſusfructus datus intelligatur, nam etiam ſi in
42 pecunia, & in alijs rebus, quæ vſu conſumuntur,
vſusfructus non conſiſtat, cum eius definitio mi-
nimè conueniat; eſt enim ius vtendi, & fruendi,
ſalua rerum ſubſtantia, quæ in his rebus deficit,
cum quotidie aſſiduo vſu ſenſim attrita, & con-
ſumpta, tandem labefactata pereat: Attamen
ope ſatiſdationis, vel implicationis ipſius pecu-
niæ rectè formalis vſusfructus, & proprietatis di-
ſtinctio venit, cum interim his mediis ex qua-
dam interpretatione rectè dici poſſit, ſalua ipſa
rei ſubſtantia. §. conſtituitur, & docet gloſſa in
principio eiuſdem tituli, in verbo, ſalua rerum
ſubſtantia, in Inſtitut. de vſufruc. & tradit Bor-
gni. de vſufruc. nu. 82. 88. & 92. & deciſ. 13. nu.
59. parte ſecunda.

Et

Et confirmatur neceſſario argumento, nam
ſicut ſi maritus auxiſſet dotem vxori in libris mil
le; certum eſt, quod exiſtentibus filijs, & ea ad ſe
cundas nuptias tranſeunte, deberēt filijs, vel eius
hæredib. reſtitui, cū ſtatim atque ad ſecūda vota
tranſiuerit, ipſo iure, & facto proprietas filijs ip-
ſis legis miniſterio ſit tributa, iuribus iam allatis
ita & pari ratione idem dicendum eſt in augmē-
to dotis facto non vnica vice, ſed in pluribus di-
uiſim gratia hæredum, & commodioris ſolutio-
43 nis præſtando, cum idem ius ſit de parte ad par-
tem, quod eſt de toto ad totum, l. quæ rota, ff. de
rei vend. Iaſ. in l. qui ſine, num. 1. ff. de cond. ſine
cauſa.

Nec dicatur videri potius dicendum, vt Mo-
dronus voluerit dotem augere in libris quatuor
millibus, & quod libręducentum loco earum in-
tereſſe ei annuarim præſtarentur, quia hæc eſt
mera diuinatio aduerſans verbis, & menti ipſius
dotalis inſtrumenti, cum illa annua ſumma ſit
per ſe principaliter in obligatione, & non tanquā
acceſſoria, & per modum vſuræ, vel eius, quod in
tereſt, aut pœnæ nomine, vt in ſimili egregie di-
44 ſtinguunt, Soc. ſen. conſ. 41. num. 8. lib. 4. & Rui-
nus conſ. 182. num. 8. lib. 2. & dixi ego, conſ. 203.
num. 51. lib. 2.

Non repugnat etiam quod ita intelligendo, il
lud augmentum parum commodi afferret, quia
cum pluribus filijs Modronus eſſet oneratus, vi-
ſus eſt vxori aliqua in parte obſequens morigera
ri, ſed quantum potuit re ipſa eam donationem
propter nuptias reſtringere voluit, quādoquidē
ſit veriſimile, vt voluerit minus, quam fieri poſ-
45 ſet ſuos hæredes onerare, cum verum illud ver-
bū ſit quod vulgo dici ſolet, omnes ſibi melius
malle eſſe quam alteri, l. ſi ſeruos, §. qui Mar
garitā, ff. de leg. 1. l. vnum ex familia, §. ſi rē, ff. de
leg. 2. & verſemur in contractu cuius verba ſunt
ſtrictè intelligenda, & in quib. nihil venit niſi qđ
46 actum eſt: ſonant enim ita in fidibus nerui, vt à
digitis ſunt pulſi, & contrahentium voluntas ta-
lis creditur, qualem verba oſtendunt, contraque
eum qui in eius verbis fundamentū iacit inter-
pretatio eſt facienda, l. veteribus, vbi optima gl.
ff. de pac. l. quicquid aſtringendæ, de verb. oblig.
l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur. & idcirco,
47 quod minimum eſt ſequimur, l. ſemper in obſcu-
ris, ff. eodem clamitantq; omnes inſpiciendum
eſſe tenorem, & contextum inſtrumenti, neō ab
eo latum (vt aiunt) vnguem eſſe diſcedendum,
48 l. ſi quis ſtipulatus, in princ. vbi Iaſ. de verb. obli.
etiam ſi eſſet contra propriam naturam contra-
ctus, §. 1. de duobus fratribus, à cap. inueſt. §. 1. &
de feudo non habente propriam naturam vbi
Bald. videatur, optime conferunt, quæ in idem
ſcribunt Soc. ſen. conſ. 68. & conſ. 88. prima par-
te Crauet. conſ. 30. num. 1. & infra, & conſi. 105.
num. 2. vbi vide, & dixi ego conſ. 36. num. 15. vo
49 lum. 1. nam omnes contractus legem ex conuen-
tione accipiunt, c. contractus, de regulis iuris, in
6. l. fin. C. de pactis conuentis, Soc. iun. conſ. 78.
num. 7. & num. 27. vol. 2. præſumptioque ex in-
50 ſtrumento manās dicitur ex fonte tenoris inſtru-
menti venire, vt communem dicit Alexand. in l.
iuriſgentium, §. quod fere, ff. de pactis.

Satiſque emolumenti hoc augmentum vxo-
ri apportat, cum interim durante eius vita poſſit
vti, & frui ipſis libris ducentum annuis, prout, &
41 conſideratur in legato vſusfructus bonorum mo
bilium, quorū æſtimatio debetur ab vſufructua-
rio, & interim ſatis commodi is idem percipere
intelligitur, cum illis vtatur, quæ ſi non haberet
cogeretur forte ea, ſuo ære, etiam ſub vſuris acce
pto, neceſſitate vrgente, & cogente emere, valde-
que intereſt has pecunias quaſi mutuo gratis ſu
mere, quibus quis ſibi neceſſaria ad ſui ſtatus de-
centiam in tēpore compareт, cum tamen ſæpe
qui illis catent, impellantur eas ab hæbreis, dato
pignore, ſub graui diurna, vel mēſtrua vſura, vel
ſub cambiorum intereſſe, vel ſub alia immani ia
ctura, cum tanto incommodo accipere, vt earum
vſus, minimè vſu eis veniat, ſed potius eius loco
detrimento atq; damna perferantur, vnde valde
cōducit ſine vſura interim vti poſſe hac pecunia
ad vſus vitæ neceſſarios, vt tradit Borgn. telaio
trac. de vſufructu, num. 88. & 89. & 92.

Proprietas autem cum ſtatim atq; Paula nu-
pſit ſecūdo viro fuerit Georgio filio alterius ma
trimonij pro iure & facto, legis miniſterio appli
cata, tāquam in eius bonis, & hæreditate relicta
pertinet ad eius fratres conſanguineos eius here
52 des, ex iure noſtro municipali, cap. 288. decedēte
fratre, in 1. & ex iure communi auth. ceſſante, C.
de leg. hæred.

Nec mater habet aliquod ius legitimæ in bo-
nis filij prædefuncti, cum ex iure noſtro munici-
pali, c. 303. in primo, propter tranſitum ad ſecun
da vota, amiſerit ius etiam vſusfructus, quod ad
53 eam ſublata proprietate defertur ex ſtaturo cap.
302. in primo, & iure communi inſpecto mater
etiam ſucceſſione filij pupilli priuatur, ſi tranſiue
rit ad ſecunda vota, non prouiſo ei de tutore, l.
omnem, C. ad Tertull. & licet pœnę tranſeuntiū
ad ſecundas nuptias ex iure pōtificio ſublatæ vi-
54 deantur, id tamen intelligitur alia ratione quam
ſucceſſionis, vel alterius lucri, cap. fin. de ſecund.
nupt. & fusè explicat Gabr. lib. comm. de ſecūd.
nupt. concl. 6. atque ita ex his puto harum quæ-
ſtionum cumulo varijs temporibus, vt caſus tu-
lit ab eodem Modrono propoſitarum cumulatè
ſatisfactum eſſe, &c.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO CLARA RIPALTA.

ARGVMENTA.

Aduerſus ſententiam contra minorem latam, & quæ poſtea confirmata fuit, eo interim maiore facto, an detur reſtitutio in integrum.

Remedium, l ſecundæ, C de reſcinden. vendi. an detur aduerſus renuntiationem hæreditatis, & an eadem infringatur ob falſitatem cauſæ.

Solutio à tutore an fieri poſſit in cauſam debiti minime liquidi, ſed potius cedere debeat, in cauſam debiti clari, & antiquioris, & durioris.

SVMMAE RERVM.

1 *Sententiarum conformitas facit, vt præiudicium ſit quaſi indiuiduum, & vna ſublata, altera remaneat ſine effectu executionis donec alia conformis feratur.*

2 *Reſtitutio in integrum datur aduerſus ſententiam contra minorem latam, etiamſi illa poſtea confirmata ſit, eo interim facto maiore, præſertim ſi dolo aduerſarij protracta ſit cauſa.*

3 *Aetas licet ex iure municipali Mediolani legitima in iudicijs ſit decem, & octo annorum, tamen ſi lædatur minor, habet reſtitutionem in integrũ, vſq; ad annos viginti quatuor.*

4 *Minor eligens appellationis remedium, omiſſa reſtitutionis in integrum auxilio, ſatis dicitur hoc ipſo læſus, & reſtitutione dignus.*

5 *Minor reſtitutionem in integrum eligens, non poteſt ad appellationis auxilium redire.*

6 *Errans in vna via eligenda, non prohibetur ad alteram redire.*

7 *Reſtitutio in integrum dari non videtur aduerſus ſententiam latam contra maiorem, licet inchoatum ſit iudicium eo minore exiſtente.*

8 *Sententia prima tribuit robur iudicati, ſecunda.*

9 *Sententiæ tres ex iure communi concordes, & conformes exiguntur, & de iure municipali Mediolanenſi duæ ſufficiunt.*

10 *Sententia contra minorem indefenſum lata, nulla rectè dici poteſt.*

11 *Læſionis fumus quidã dandus eſt ad obtinendam reſtitutionem in integrum.*

12 *Læſio ſatis probata cenſetur, cum eligitur remediũ leuius, loco pinguioris.*

13 *Sententia certa cum ſuis qualitatibus debet probari, cum ignorantia præſumatur.*

14 *Exceptio firmat regulam in reliquis.*

15 *Sapientis coniectura inducitur ex curſu longi temporis*

16 *Cedens poteſt redire ad prima iura, ſi non ſeruentur conuenta in ceſſione.*

17 *Stipulatio vbi interuenit pœnitentiæ locus non eſt etiamſi promiſſa non ſeruentur, ſed agitur ad id quod intereſt.*

18 *Cedens ob non implementum, non poteſt ad prima ſua iura redire, ſed debet ſequi ſententio.*

19 *Implementum non factum defenditur à iuſta cauſa.*

20 *Intereſſe taxatum, fœnoris grauitatem præſeferre videtur.*

21 *Intereſſe, vt taxari poſſit plures requiruntur conditiones.*

22 *Intereſſe damni emergẽtis, vel lucri ceſſantis, quo modo probetur.*

23 *Intereſſe taxatum tranſcendere non debet cãmodum rei ceſſæ.*

24 *Rapina non ditat.*

25 *Creditor qui habet fidem de pretio dicitur poſterior.*

26 *Reſtitutioni in integrum locum eſſe in dubio, eſt pronuntiandum.*

27 *Reſtitutio in integrum, ratione minoris ætatis eſt præſtantior quacunq; alia reſtitutione ex clauſula generali.*

28 *Hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, & continet etiam damnoſam hæreditatem.*

29 *Hæreditatis æſtimatio debet fieri conſiderato omni dubio euentu.*

30 *Falſa cauſa, & error vitiat omnem diſpoſitionem, etiamſi non adſit magna læſio.*

31 *Falſitas, vel error cauſæ, quæ contractui dedit cauſam, omnem vitiat diſpoſitionem.*

32 *Error ſatis probatur, quotieſcunq; probetur ita renuntianti fuiſſe perſuaſum ab aliquo ex contrahentibus.*

33 *Dolo non caret perſuaſio ad ſui commodum, imo loco compulſionis habetur.*

34 *Decepto ob alterius aſſertionem ſubueniendum eſt.*

35 *Error ſatis probatur ob alterius aſſertionem.*

36 *In contractibus mẽtiri non licet ad ſui commodũ, & ad alterius detrimentum.*

37 *Mendacium dicẽs in contractu ad ſui vtilitatem, & ad alterius perniciem, dicitur in dolo.*

38 *Aditio hæreditatis probatur per ceſſionem, vel renuntiationem hæreditatis.*

39 *In renuntiatione correſpectiuo habet locum remedium, l. ſecundæ, C. de reſcindenda venditione.*

40 *In renuntiatione hæreditatis facta titulo venditionis, vel contemplatione alicuius dati, vel recepti, habet locum remedium l. ſecunda, C. de reſcind. vend.*

41 *Contractus reſciſſio ob falſitatem cauſæ finalis, & ob enormiſſimam læſionem licet peti poſſit non obſtante iuramento tutius eſt tamen ſi abſolutio petatur.*

42 *Solutio*

42 Solutio cedere debet in cauſam antiquiorem,& fa norabiliorem,& qua patitur intereſſe.

43 Solutio cedere non poteſt in cauſam crediti nondũ liquidi.

44 Tutor non poteſt ſoluere pecunias in cauſam debiti illiquidi omiſſo liquido.

45 Reſtitutionis in integrum beneficium quamuis videatur perſonale, tamen tranſit,ad eum ad quẽ ius minoris peruenit,illudq; deducere poteſt, vt ius ſuum conſeruet.

46 Ceſſum cum re ipſa,cenſetur omne ius, quod ad rẽ tuendam pertinet.

47 Exceptio quam habet principalis,eſt etiam ſingularis ſucceſſoris.

48 Appellationi renuntiare an poſſit cedens, vel debitor in præiudiciũ ceſſionarij, vel ſui creditoris.

49 Debitor renuntiare appellationi poſſe videtur in præiudicium creditoris,qui non habeat hypothecam.

50 Appellationem proſequi poteſt tertius pro ſuo iure & intereſſe non obſtante tranſactione, compoſitione, aut colluſione ipſius appellationis, & etiã impedire poteſt ne appellans interpoſitam appellationem deſerat.

CONSILIVM CCLXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quæ proponuntur, minimè meo iudicio dubitandum videtur, quin petita reſtitutio in integrum concedenda ſit, Claræ Ripaltæ aduerſus ſententiam contra eam latam, dum eſſet in minori ætate, & quæ poſtea in cauſa appellationis confirmata dicitur, ea interim facta maiore.

Nam cum ſecunda hæc ſententia neceſſariã
habeat relationem ad primam, & ab ea quaſi vi
tam,& ſpiritum ducat,tum ratione antecedentis
proceſſus,tum ratione executionis, quia hæc ſe-
cunda non mitteretur executioni, niſi adeſſet il-
la prima, vnde exoritur ſententiarum confirma-
tio,quæ executionem parit,& ſic patet,quod prę
1 iudicium potiſſimè manat, & proficiſcitur ab ea
quæ prolata fuit in minori ætate, vt ſatis proba
tur hæc neceſſaria,& quaſi indiuidua præiudicij
conſequentia ab his,quæ ſcribunt Felyn.in c.in-
ter cæteras, num.4.verſ. quarta declaratio de re
iudicata Gabriell.lib.commun. concl.prima,nu
me.primo, & 32.de re iudicata. & præſes Me-
nochius de arbit.iudic.caſu 95.num.5.8.& 16.
& ſatis res ipſa indicat quæ prope manu tentari
poteſt;hinc itaq; conſequitur, vt inſpecto initio,
quod tam graue detrimentum attulit ipſi claræ
2 tunc minori,& minime defenſæ,æquum ſit,vt re
ſtitutionis in integrum benigno ſubleuetur auxi-
lio,poſtquam defenſore,patronovè tunc deſtitu-
ta cauſam, vt res poſtulabat, tutata non eſt, ſed
derelicta fuit ab his à quibus tuenda erat, vt di-
ſtinguit, I. C.in l.3.§.ſcio, ff.de minorib.& Ang.
videndus in l.prima, C.ſi aduerſus rem iudicatã,
tanto magis cum dolo aduerſarij poſſit etiam di
ci cauſam ipſam factam fuiſſe, non contractione
breuiorem, ſed productione lõgiorem,ita vt quo
tidie horæ,quibus expeditio expectabatur, lõgæ
nimis viderentur, vt docet I. C.ead.l.3.§.ſi quis
verſ.ſed ſi ei, & in puncto explanant Mauritius,
trac.de in integrum reſt.cap.196.nu.4.5.6.& 7.
& Sfortius Oddo eo.trac.q.25.art.4.num.31.&
infra,plurib.ſequent. vbi conſiderat an actus per
fectio, velut in caſu noſtro,confirmatio ſentẽtia-
rum,& earum executio habeat neceſſariam con-
ſequentiam à ſuo principio, prout in caſu noſtro
ducit à prima ſententia, & 72.art.5.verſ.aut con
cluſum fuit.

Quod bene iacto fundamento nihil meo iudi
cio mouere debent, quæ contrario motu contra
mouentur; nam ad primũ dicitur licet ex iure no
ſtro municipali,c.452.in 1.ætas legitima in iudi
cijs ſit annorũ decem, & octo & viginti in cõtra-
ctibus,tñ non propterea tollitur quin vſq; ad 24.
annos probata lęſione, vt hic, ſatis euidenter, &
perſpicuè probatur,quia minor non fuit defenſa.
3 cũ pręſertim multę iuſtę exceptiones omiſſę ſint,
poſſit peti, & debeat concedi in integrum reſtitu
tio,vt ibidem notat interpres,nu.41.vnde cũ hęc
ſecunda ſententia lata ſit ea exiſtente minore vi
ginti annis, merito danda videtur petita in inte-
grum reſtitutio.

Præterea quamuis vnicuiq; debeat vacua pa
tere via, q̃ ſemel elegit,nec ei clauſa eſſe debeat,
tñ in minore malè eligente non procedit, quia,
4 imo inde probatur læſio,nam cum remedium in
integrum reſtitutionis ſit ipſa appellatione lon-
gè pinguis, & taberius ac magis ſalutare,quod
labenti,& inclinatæ pupillæ adhibeatur,ſi appel
lationem eligat,non prohibetur petere reſtitutio
nem in integrum,glo.optima, in l.fin.C.ſi aduer
5 ſus rem iudicatam,ſecus ex contrario,quia ſi ele-
giſſet reſtitutionem in integrum, prohiberetur
redire ad ipſum appellationis præſidium,vti le-
uius,infirmius ac magis exile,& macrũ,vt in ter-
minis diſtinguit idem Sfortius Oddo quæſt.17.
art.17.& quæſt.72.art.1. & cum quis in eligen-
6 da vna via, aut in remedio ſibi quærendo errauе
rit,poterit ad alteram redire,& ad aliud confuge
re, quo magis ſibi conſultum eatur, vt declarat
Gabriel lib.com.rit.de actionib. concl.2. nu.13.

Rurſus licet præiudicium exoriri videatur ex
ſententia confirmante quæ cum ſit lata, minore,
7 facta maiore, videtur quod non ſit danda reſtitu
tio in integrum ex Alexand.in l.prima,nume.5.
ff.de re iudica.& ex Oddo ead. quæſt.72. art.5.
Attamen id procedit vt iam diximus, vbi dan-
ni iniuria tota conflaretur, & immitteretur à ſe-
cunda, ſed cum in caſu noſtro initium habuerit
à prima ſententia, quæ ſecundæ iudicati tribuit

8 actionem, & robur, velimus nolimus danda erit
reſtitutio ex aperto tex.eius l.tertię, §.ſcio, ff.de
minoribus, ſi enim prima ſententia de medio tol
leretur, ſecunda ne iudicati vim obtineret ? aut
executione digna eſſet ? certè non ; nam requiri
9 tur de iure communi conformitas trium, clemẽ.
prima, de re iudicata, & l.vnica, C.ne in vna, &
eadem cauſa liceat tertio prouocare, & confirma
tio duarum ex noſtro iure municipali, cap.136.
volum.primo', & ex Cæſareis conſtitut. de ap-
pella.§.lata ſententia, & declarat idem Sfortius,
quæſt.25.artic. quarto num.31. ergo danda erit
omnino petita in integrum reſtitutio, aduerſus
ſententiam illam primam latam contra minorẽ
indefenſam ; vnde etiam rectè dici poteſt nulla,
10 l.etiam, & maiores, C.ſi aduerſus rem iudicatã,
& ſecũda remanet per ſe ſola, vnde effectum con
cordis conformationis, & vnitatis, & conſequen-
ter rei iudicatæ non poteſt producere, & quam-
uis fortè dubitari poſſet, an reſtitutio detur ad-
uerſus ſecundã, tamen aduerſus primam nihil eſt
meo iudicio, quod inter petitiſſimos ambigatur,
cum ſubſit aperta læſio, & graue adſit detrimen-
tum, ac lata ſit aduerſus minorem.

Ad ſecundum reſpondetur ſufficere dare quẽ-
dam fumum cui proxima ſit læſionis flamma, ad
11 hoc vt audiatur minor in obtinenda reſtitutione
in integrum.l.nam & poſtea, §.ſi minor de iureiu
rando, cummun. dicit Boſſius noſter, titu. ſi ad-
uerſus rem iudicat. num.4. Sfortius Oddo ead.
quæſt.72. num.39. ſed hic euidenter probatur,
12 tum quia elegit remedium appellationis cum
eligere debuiſſet pinguius, ſcilicet reſtitutionis in
integrum, vt tradit idem Oddo ead.quæſtio.72.
art.primo, & Gabriel videndus de in integrum
reſtitu. concluſ. prima. Item quia bonã fuerint
voci præconis ſubiecta, vel poſita ad cridas, vt
verbis ad vulgarem popularemq́ue ſenſum ac-
commodatis vtar', & non fuerat contradictum ;
nec reſiſtit vt non noceant his quos ponens ſcie-
bat ius habere ex Plot.in indice in verbo, decre-
tum, & cridæ non præiudicant his quos ponẽs,
ſciebat; quia cum regulariter ignorantia præſu-
13 matur, præſertim in ſuccedente in alterius locũ,
allegans ſcientiam debet eam certam quidem, &
indubitatam cum debitis qualitatibus probare,
cap.præſumitur, de regulis iuris, in 6.gloſ. in l.ve
rius, in princip.in verbo, obligatam, ff.de probat.
l.vltima, in fine, ff.pro ſuo, l.qui dicit, ff.de proba.
Crauetta.conſil.197. num.14. Oſaſcus Pedem.
deciſ.174.nume.4. quod cum non ſit probatum
in caſu noſtro diluitur argumentatio, maximè
cum potius conſtet de non iure ipſius aduerſarij,
ideſt quod illud eſſet valde dubium, & incertum,
& cum noſtrum decretum ſit amplum, & plures
caſus excipiat, quibus cridæ non præiudicant
14 nec hunc enumeret firmari, videtur in reliquis ip
ſa regula, vt tradit Alba conſil.443. nume.9.&
conſil.585.num.36. Plotus eſt intelligendus, vbi
decretum non eſſet adeo generale, & præciſum,

vel ex auctoribus quos affert, quando facile po-
tuit de aduerſario, & eius iure certo, & indubita-
to certior fieri, ſecus ſi multi potuiſſẽt ſe oppone
re, vt in caſu noſtro multi erant debitores, qui
15 poterant ſoluiſſe, Alexand.conſil.5. num.ſecun-
do, lib.ſecundo, & interiecto curſu, & interuallo
tanti temporis facilius induci poterat coniectura
ſolutionis, Crauet.conſ.158.num.12.

Ad tertium quamuis cedens poſſit redire ad
prima iura ſi non ſeruentur conuenta in ceſſione
16 ex Bald.& Saly.in l.pacto ſucceſſorum, C.de pa-
ctis, tamen id procedit, quando ceſſio facta eſſet
ob aliquam cauſam, & conditionem reſoluentẽ
ceſſionem, quæ non legitur in præſenti ſpecie.itẽ
17 vbi ſtipulatio non interueniſſet; quia tunc nõ eſt
locus pœnitentiæ ſi promiſſa non ſeruantur, ſed
agitur ad id quod intereſt, l.prima, in fine, de pa-
ctis, l.ex placito, & l.cum precibus, C.de rerum
permutat. Bartol. in l.ſecunda, prope finem, C.
de condit.ob cauſam; Item ſuper non implemẽ-
18 to debuiſſet ſequi ſententia, nec ſua auctoritate,
cedẽs potuit redire ad priſtina, & primęua iura
vt in puncto egregiè declarat Pariſius videndus
conſil.5.num.29.& 30. lib.4. Item vbi etiam ad
fuiſſet oppugnatio, vel contrauentio, cum poſt
eam incurſam, cedens egerit ad obſeruantiam cõ
tractus cenſetur ius illud remiſiſſe, & hæc exce-
prio erat opponenda ab eo ſolo cui erat implen-
dum, & quando non ſtetit per implere debentem
tunc contraria concluſio non procedit, vel iuſtã
19 aliquam habet cauſam quare non impleuerit, vt
pulchrè declarat Carotius videndus trac. locati
ſecundum vltimam impreſſionem, quæſtio.17.
de quarto gradu accidentium, ſub titu.de euictio
ne, fol.199.à tergo, num.67. verſ. limitatur pri-
mo, & infra plurib.ſequent.

Ad quartum dicitur limitatum intereſſe ſeu,
vt aiunt taxata interuſuria nullo modo deberi,
cum huiuſmodi taxatio fœnoris deformitatem
& prauitatem præſeferat, vt commun.dicit Fely
20 nus in cap.cum venerabilis, num.9.de exceptio-
nibus, Plotus in l.ſi quando, num.452. C.vnde
vi, & hoc maximè, quando nulla ſubeſt mora,
Gabriel lib. commun. titu.de ſolut. concluſ.10.
num.6.& cum facta ſit chirographo ſeparato ab
ipſo inſtrumento ceſſionis, redditur magis ſuſpe-
cta, & vbi illa defendi vellet ex veriſimili inter-
eſſe, multæ atque complures requiruntur condi
tiones quæ hic deficiunt, & quas enumerant vi-
21 dendi omnino Nauarrus in ſuo commentariolo
de vſuris, num.54. verſic.tertio, & Maurus Ba-
rardutius in ſua ſumma, appellata corona confeſ
ſorum, in titulo de vſura, circa initium pag.210.
verſic.ſecundum eſt, vt pecunia, quos ſequutus
ſum ego conſil.137.num.2. & infra pluribus ſe-
quentibus, lib.2. & quando nulla ſubeſſet mora,
& ſit conuentio, & taxatio dilatione pendente,
ſiue ſimus in mercatore, ſiue in nobili, eſt omni-
no improbata, cum vendi non debeat, quod quis
non habet, & quod poteſt vario, multiplicique
modo

modo impediri, vt facile euenire ſolet in mercatura, quam optimè nouimus, quibus periculis, & fortunæ telis ſit ſubiecta, cuius repentina, & crebra naufragia ex terra facile intuemur, vt
22 tradit Maſcardus trac. probat. in verbo, intereſſe quæ probanda ſint agenti ad intereſſe lucri ceſſantis, concluſ. 934. num. 25. & infra pluribus ſequentib. nec compenſatio fructus ſeu commodi rei ceſſæ eſt habenda in conſideratione, cum fru
23 ctum non pareret, & eſſet incerta, & taxatũ intereſſe longè multum tranſcenderet omne commodum rei ceſſæ, vt ſcribit Gabriel. lib. commun. titu. de empt. & vendit. concluſ. 4. num. 21. & infra plurib. ſequentib. quod tanquam atra vſuræ pice maculatum, licet lucrum quaſi in fronte præſeferre videatur, attamen multa in receſſu affert detrimenta, vnde damni loco potius haberi debet: multi enim omne ſuum bonum in diuitijs, ponẽtes, nihil magis anxio, & ſolicito animo quęrunt, quam pecunias per fas & nefas cogere, tum ad vſus vitæ neceſſarios, tum ad perfruẽdas voluptates, tum ad poſteritatem locupletãdam, hunc fraudant, illum ſpoliant, huic imponunt, il-
24 li inſidias parant; & modo aliquid lucrifaciant, aut auro onerẽtur, non verentur poſthabita omni verecundia, & religione mentiri, mox turpiter peierare, frequenteſq; dolos commoliri, & fallacias adhibere ad faciendum quæſtum, & ad decipiendos etiam ipſoſmet ſocios alienis bonis manus afferunt, de medio remouent, auertunt, & in ſuos vſus conuertunt, & quæ rapuerunt, ac furati ſunt, dicunt emiſſe, alijſque manibus excuſationibus ſtudent facinoroſa facinora tegere, & velare, nec diuinam maieſtatem nec humanam iuſtitiam curant, modo opibus, & copijs affluãt, & poſteros ditẽt, ſed dum fallere contendunt valde meo iudicio falluntur: nam falſi boni ſpecie decepti, ſummum bonum amittunt, ideſt, Deum Optimum Maximum, gratiam, & aliter quã putabant euenit; ſiquidem ipſi dum viuunt, vitam morti ſimilem agunt, atque in parandis diuitijs, & in faciendis rapinis omne tempus miſerè conſumentes, earum commodis non fruuntur, ſed in perpetua animi, & corporis perturbatione verſantur, cum diuitiæ comparentur labore, poſſideantur timore, amittantur dolore, ſæpeq; animæ iacturam immanem faciant, & quærentes anxiè, quæ extra eos ſunt, quæ apud ipſos ſunt perdunt, & dum poſteritatem paſcere, & locupletare his malis artibus contendunt eam depaſcũt, & ad inopiam perducunt, quandoquidem malæ partæ diuitiæ, tanquam globus igneus, & valdè ardens ad quoſcunque pergit, omnia cremat, cõburit, & exurit; ita vt de eis velut vitio affectus tertius non gaudeat hæres, & dum auide rapiuntur, expulſa ſunt: Poſtquam, igitur rapina nõ ditat, poſtquam nulli etiam cui rapina feliciter ceſſit, gaudium rapti in poſterum durat, primum animi diuitias comparemus, eiſq; liberos noſtros augeri, & ornari inuigilemus, mox bonis rationibus firmiſſimas opes adiungamus, quarum opẽ ſtipata ſenectus, & poſteritas gaudeat, & non mœſtè, ſed hilariter eis perfruatur ad Dei gloriam, ideſt ad pauperum ſubſidium, ad vitæ commoditatem, honeſtamque iucunditatem, & ad nobilitatis ſplendorem, ſic fiet vt rapina benè rapta dĩtet, nec raptus perfidia ac malitia nos mœſtos, & pauperes excipiat; abſtineamus igitur animum, & manus ab iſtis improbis lucris, & ab omni fœnoris ſuſpicione, nihilque vtile arbitremur, quod honeſtum non ſit; ſic fiet, vt diuites ſine labe, qđ multum intereſt, euadamus. Sed vt ab hoc vado, ad locum, vnde paululum diſceſſimus redeamus, cum Ripalta haberet credita anteriora, & potiora, & cedens qui fidem de pretio habuerat, eſſet
25 & ipſe creditor, & poſterior, Salyc. in authe. quo iure, C. qui potiores in pigno. eo magis aperta eius læſio, & cauſa oſtẽditur, & probatur propter quam præſidio reſtitutionis in integrum eius rũc minor ætas digna eſt, & vbi res haberet aliquam dubitationem, cum tamen vndiq; clariſſima meo iudicio, pro ipſa Ripalta eluceat, adhuc eſſet inclinandum atque propendendum in eam partẽ quæ minus habet præiudicij, vt ſcilicet reſtitutio concedatur, ſi enim pars aduerſa ius fouet, quid perdit, aut quod eſt minus, quid amitrit hac data reſtitutione, quæ breui tempore ad exitum perducetur, & obtinebit, ſi iuſtam, vt iactat, habet cauſam ſi vero iniuſtam tuetur litem, quã ſit huic mulieri grauis damni iniuria? quodvè detrimentum accipit? & propterea integerrimus iudex pro ea quæ in eo ſplendet bonitate, & iuſtitia, debet hanc partem, vti benigniorem amplecti, vt ſcriptum reliquit Contardus, in l. vnica in
26 verbo, ratione dubij, limit. 27. C. ſi de momenta. poſſeſſ. maximè cum hæc reſtitutio in integrum ratione minoris ætatis ſit longè præſtantior, & fauorabilior appellatione, imo & quacunq; alia reſtitutione, ex maiorũ edicto, & ex generali clau-
27 ſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, vt tradit gloſ. commun. conſenſu recepta, in l. nec non, §. quod eis, ff. ex quibus cauſis maiores, Oddo relato tracta. quæſt. 5. art. primo, ſub num. 3. verſic. in contrarium, & quæſt. 15. art. 2. num. 32. verſic. ſed contra, & hæc de primo puncto iam ſatis ſint, trãſeo itaque ad ſecundum, & ſubſiſtente falſitatẽ cauſę quæ in inſtrumento renuntiationis enarratur, quod ſcilicet fraterna hæreditas vti mmos verè huic mulieri inſinuatum fuerat, non eſſet adeo ære alieno affecta, vt damnoſa dici poſſet, & ex conſequenti cum valde lucroſa exiſtat, & multo plus lucri, quam damni apporter, vigente tam grandi læſione longè dimidium tranſcedente, ha
28 bita omnium veriſimilium tunc euentuum ratione: nam cũ hæreditas ſit ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti, merito eius appellatio continet etiã damnoſam hæreditatem, l. hæreditatis appell. de verborum ſignifica. & propterea in eius æſtimatione debet omnis dubius euentus æſtimari, non
29 autem quantum res ipſa per ſe conſiderata va-

leat gloſ. Bart. & alij, in l. Lucius, §. fina. ff. ad Tre
bellian. l. nomina, ff. de hæred. vel ait vendita, l.
ſi iactum, ff. de actio. empti. Cagno. in l. ſecunda,
C. de reſcind. vend. quæſt. 31. & quæſt. 32. num.
174. & infra, & quæſt. 6. num. 80. arbitror ſecun-
dum ea quæ proponuntur, huic mulieri deceptæ
& circumuentæ ſuccurrendum eſſe, tum quia er-
ror & falſa cauſa dederunt cauſam contractui,
quo caſu ſecundum communes regulas quæli-
30 bet læſio ob errorem eſt emendanda, nec ſpecta-
tur, an excedat dimidiam partem eius quod ſol-
uendum erat. Bartolus in l. ſecunda, ff. de confeſ-
ſis, l. error, C. de iuris & facti ignorantia, Pinel-
lus, in ea. l. ſecunda, C. de reſcind. vend. ca. 4. par-
te prima, num. 6. & generale eſt, vt falſitas, vel er
ror cauſæ quæ contractui dedit cauſam, omnem
31 vitiet diſpoſitionem, cum conſenſus deficiat, glo.
Bartolus & alij in l. ſi diuortio, ff. de verbo. oblig.
Baldus in rubr. C. de conſtit. pecu. num. 7. & in l.
nec apud, C. de hæred. inſtitu. Bartolus, in l. de-
monſtratio, §. primo, de condit. & demonſtrat. l.
cuius per errorem, vbi Decius, & Cagnolus, ff. de
regulis iuris. Tiraquellus tract. ceſſante cauſa par
te prima, num. 16. & de errore, dicitur etiam con
ſtare, ſi ſit probatum renũtiantibus ita fuiſſe ſug-
32 geſtum, & perſuaſum ab aliquo ex contrahenti-
bus, vt in puncto ſcribit Ruinus videndus conſil.
137. num. 11. lib. 3. & huiuſmodi inductio, & per
33 ſuaſio ad ſui commodum, dolo non caret imo lo
co compulſionis & coactionis habetur, & dignus
es cum tua ſimulata religione odio, vt refert Ma
ſcardus, de probat. conclu. 532. num. 39. & num.
19. in verb. dolus, & ideo clamant omnes eſſe ſub
34 ueniendum decepto, ob alterius aſſertionẽ Cra-
uet. conſil. 157. num. 14. & ſatis ex ea error pro-
35 batur, vt ſcribit idem Maſcardus in verbo, error
an probetur, conclu. 648. num. primo, & ſecũdo,
nec licet in contractibus mentiri ad ſui commo-
36 dum, & ad alterius detrimentum, & ſomniare ea
quæ quis vigilans voluit. Gozadinus conſil. 46.
num. 7. Alciatus conſil. 119. incip. fundum eſſe
ſeminatum, lib. 8. & dicens mendacium in contra
37 ctu ad ſui vtilitatem, & ad alterius perniciem di-
citur, in dolō, l. ſi quis affirmauerit, §. primo, &
l. quod venditor, & l. & eleganter, §. item Pompo
nius, ff. de dolo, l. falſus, §. ſi quis. ff. de furtis, tum
etiam, quia cum præſupponatur læſionem adeo
enormem ineſſe, longè tranſcendentem dimidiũ
38 iuſtæ compenſationis ipſius renuntiationis, quæ
non fuit ſimplex, ſed mutua, & correſpectiua, &
non vera repudiatio, ſed renuntiatio, quæ ſuppo
nit aditionem. Maſcardus in verbo, aditio hære-
ditatis concluſ. 44. num. primo, affirmans aditio-
nem hæreditatis probari per ceſſionem, vel renũ
tiationem hæreditatis alteri factam, non eſt du-
bium, quod in ea habet locum iuſtum auxilium,
39 l. ſecunda, C. de reſcind. vend. quod ex commun.
Doctorum ſententia, procedit in omnibus con-
tractibus, tam bonæ fidei quam ſtricti iuris ſaltẽ
propter hanc doli re ipſa exceptionem, vt com-
mun. & receptiſſimam omnium ſententiam fate
tur Cagnolus ea. l. ſecunda, nu. 65. Pinellus par-
te prima, eius legis, cap. 3. num. 6. verſicu. verius
igitur, & receptius, & nominatim vt habeat locũ
in renuntiatione, maximè quando, vt hic ſit, tit.
venditionis, vel cõtemplatione alicuius dati, vel
40 recepti firmat idem Cagnol. ea. l. ſecunda, num.
195. Decius conſil. 180. qui loquitur in ſorore re
nuntiante fraternam ſucceſſionem, & Alba con-
ſil. 81. num. 47. vbi vide omnino, quia loquitur
in ſimilibus terminis, & conſil. 89. per totum, &
quamuis ſtante falſa partis aduerſæ aſſertione,
& falſitate cauſæ finalis, & enormiſſima hac læ-
41 ſione, quæ re ipſa dolum cõtinet poſſit peti reſci-
ſio, non obſtante iuramento, quia non debet eſſe
vinculum iniquitatis, & non aduerſantibus alijs
renuntiationibus in inſtrumento de ſtylo appoſi
tis. Maſcardus in verbo, renuntiatio generalis,
concluſ. 1270. num. 28. vſq; ad num. 32. attamẽ
poterit impetrari ad abundantem cautelam ab-
ſolutio, vt ſcribit idem Alba eod. conſil. 89. num.
6. & infra, & porrectis precibus Senatui Excel-
lẽtiſſimo, in quibus plene factum narretur in for
ma obtinere ad Dominos Conſules litteras ſum
marij iuris, & quæ vim ſolemnis libelli habeant,
& petatur reſciſio cõtractus ſubordinatè, & alias
omni meliori modo, tum propter falſam aſſer-
tionem & inſinuationem & perſuaſionẽ, & pro-
pter finalis cauſę errorem, tunc propter enormiſ
ſimam læſionem, quæ in progreſſu cauſę erit pro
banda pro fundamento ipſorum actorum.

Ad tertium reſpondeo ſolutiones à tutore ip-
42 ſius Clarę eius matri factas cedere debere in cau
ſam dotis vti antiquiorem, & fauorabiliorem, &
quæ id quod intereſt patiebatur, l. 1. 2. 3. & 4. de
ſolut. nec in cauſam aſſertorum creditorum cede
43 re poterant, cum illa nõ eſſent liquida; & adhuc
illius facti iudicium faciendum foret, quod cum
ab ancipiti, & incerto caſu penderet, nam nihil
obſcurius eſt voluntate hominum, quid ſtultius
fuit, quam incerta pro certis habere, vt docet
Bartolus ea. l. prima, num. 3. & 5. de ſolur. l. final.
vbi vide, C. de compenſ. & dixi ego conſil. 50. nu
me. 119. volum. primo, & quamuis dici poſſet tu
torem id voluiſſe, attamen negatur id potuiſſe,
cum ab eo ſolutio fieri nequeat crediti minimè
liquidi; ſed controuerſi, & in litium, quarum exi-
tus eſt valde fallax, circuitione anfractu poſiti,
atque vbi etiam id licuiſſet, debuiſſet eligere cau-
ſam dotis, vti vetuſtiorem, & omni caſu minor
poteſt petere reſtitutionem in integrum, aduer-
44 ſus male geſta per ipſum tutorem, & aduerſus ſo
lutionem minus vtiliter factam, cum debuerit eli
gi cauſa dotis, quæ erat antiquior, & quæ habe-
bat pœnam vſurarum, non autem iſtorum credi-
torum non liquidorum, vnde minor ipſa iuſtè cõ
queratur de ijs, qui huiuſmodi ſibi dederint tuto
rem parum tuentem, inquiens ah parum prudẽ-
tes ouem lupo cõmiſiſtis, vt ſcribit Sfortius Od-
do trac. reſt. in integrum parte ſecunda, quæſ. 52.
art. 11.

art.11.& 12.& quæſt.51.art.primo,& quamuis reſtitutionis in integrum beneficium videatur
45 perſonæ cohærere, tamen quando ius minoris, ſuper quo competebat reſtitutio in integrum, ad alium tranſiuit, etiam ſingularem ſucceſſorem, tunc ille pro eius conſeruatione poteſt ex perſona ſui autoris priuilegium illud afferre, quia hoc
45 reſpectu dicitur in rem, & ſeu reale, & cenſetur ceſſum cum ipſa re, vt in puncto tradit idem Sfortius relato trac.quæſt.50.art.3.num.39. & exce
47 ptio, quam habet principalis eſt etiam ſingulari ſucceſſori, vt dixi ego conſil.163.num.47. & te id dicere æquum fuit, & id defendere, quo magis res tua ſalua foret.

Ad illud alterum, an ipſi Claræ liceat appellationi renuntiare dicendum prima fronte videtur maximè: nam quamuis vbi adſit hypotheca in
48 præiudicium creditoris debitor nequeat ius & futurum remittere, cum illud qualecunque ſit in ea contineatur, l.in fraudem, & l.idemque iuris.ff.de iure fiſci, ea tamẽ deficiente, vt hic, videtur vt id priuato præſertim permittatur, l.qui autem, in princip.ff.quę in fraudem creditorum, vt ſentiũt Neguſantius, trac.pignorum, quarta par
49 te principali, num.33.& 41.& Alba conſil.451. num.20. verum enimuero cum negari non poſſit quin conſanguinei ipſius Claræ, & ſimul fideicõmiſſarij habeãt intereſſe propter releuationem, & conſeruationem indemnitatis, quam ex lata ſententia præſtare debent erga ipſam Claram, concedendum eſt omnino, vt ipſa etiam renuntiante ipſi appellationi liceat eis pro ſuo iure, &
50 intereſſe appellationem interponere, vel interpoſitam proſequi, non obſtante tranſactione, vel compoſitione aut colluſione ipſius appellantis, cum alteri per alterum iniqua conditio afferri nequeat, vt ſæpe fit, dum quis ſui ipſius commoda & incommoda curans, inquit hoc illius periculo fiat, ego in portu nauigo, ſed quid iſta noſtra, aut quid mihi cum illis, te pudeat aduerſus illum cauſam dicere cui veneras aduocatus, imo is tertius poteſt etiam contradicendo impedire, ne ab interpoſita appellatione deſiſtat ratione iuris ſui & præiudicij, vt in puncto docent videndi Bartol.in l.à ſententia, §.idem reſcripſit, & ibi videatur additio Alexan.in ea. l.à ſnia, nu.7. in verb.quęro in lit.D.& in l.ſi perluſorio, §.ſed & agere, num.3. in verbo, teſtes producere, in fine de appell.& relat. Abbas vtiq; videndus in c.cũ ſuper de ſent.& re iudicata, num.27.& ad id confert etiam tex.in l.non tantum, ff. de appelat.& cum hæc renũtiatio colluſionis ſpecies videatur & color quæſitus ad agnatorum pręiudicium, eo magis ipſa Clara, & qui pro ea agunt, debent ab ea ſe abſtinere, cum id bono viro non conueniat, & bonæ fidei aduerſetur.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bim⸗us Me⸗iol.I.C.

PRO IOAN. BAPTISTA Anzauerta.

ARGVMENTVM.

Aſcendens ſi vni ex filijs ſui, & eius deſcendentibus prohibuerit alienationem bonorum ad tempus, alteri autem filio, & eius deſcendentibus eam permiſerit, an cenſeatur proinde vnius conditionem meliorem, alterius vero deteriorem feciſſe contra diſpoſitionem legis municipalis Mediolani, cap 305. in primo.

SVMMAE RERVM.

1 *Prohibitio alienationis ad tempus facta, legitimam comprehendit cum potius dicatur prauiſio, quã onus.*
2 *Prohibitio alienationis ad tempus valet ſimpliciter facta, abſque expreſſione alicuius cauſæ.*
3 *Pater vt voluerit æqualitatem ſeruare inter liberos, interpretatio eſt facienda.*
4 *Patrem pro filio ſalubrius conſilium capturum fore præſumitur, cum eius amor omnem extraneum vincat.*
5 *Serui ſunt deterioris conditionis, quam liberi.*
6 *Libertas ſicut eſt triplex ſcilicet intentionis, liberique arbitrij, item operis, item ſtatus, ita eſt triplex ſeruitus, quoties debito referenda contrarius effectus conſequitur.*
7 *Diſponendi liberam facultatem liberis hominibus eripi, valdè iniquum videtur.*
8 *Fideicommiſſum an ſit fauorabile, vel odioſum.*
9 *Deſcendentium conditio deterior facta dicitur, ſi vni ſtirpi conditio fideicommiſſi adijciatur, alteri non.*
10 *Verba poteſt, ſi præponatur dictio negans, tollitur omnis facultas aliter diſponendi.*
11 *Dictiones aliquæ ne quis, & quilibet, ſunt ſigna vniuerſalia.*
12 *Vniuerſalis dictio quælibet magna, & minima cõplectitur, & comprehendit.*
13 *Dictio directè, vel per indirectum, quem ſenſum habeat.*
14 *Hæreditas directo licet codicillis, neq; dari neque adimi poſſit per indirectum tamen velut per fideicommiſſum conceditur.*
15 *Aequales eſſe ſucceſſiones inter liberos valde decet.*
16 *Statutum inter deſcendentes æqualitatem ſeruari iubens, legi naturæ, & communi valde congruit.*
17 *Aequalitatis ſeruandæ gratia in fideicommiſſis, ea admittitur interpretatio, vt ſcilicet ſicut ego non poſſum tibi ſuccedere nec tu mihi.*
18 *Aequalitatem ſeruari inter deſcendẽtes valdè illi*

exoptant

exoptant, grauius ferentes bona inaqualiter deferri ad fratres quam ad extraneos.

19 *Inaquale nihil aliud eſt quam iniquum.*

20 *Inaqualitatem abhorrent leges, & boni viri.*

21 *Voluntas teſtatoris legibus aduerſans irrita eſt.*

22 *Statutum Mediolani, cap. 305. in primo, quatenus prohibet meliorem aut deteriorem deſcendentiũ cõditionem fieri, quin ſtirpes ſint aquales; refertur ad fideicommiſſariam ſucceſſionem, qua nõ ſit mutua, & reciproca.*

23 *Iuuenis via, & vita nihil eſt incertius.*

24 *In iuuenes effaminatos, & molles qui magis cultũ corporis quam animi curant, inuehitur autor, & iuſtè quidem.*

25 *Prohibitus ad tempus alienare, an poſt illud tempus diſponere cenſeatur permiſſus.*

26 *Alienatio deſcendentibus an prohiberi poſſit expreſſe, etiam pro dote conſtituenda.*

27 *Aequale an aliquid ſit nec ne, iudicis arbitrio relinquitur.*

CONSILIVM CCLXIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

IN propoſito caſu dicendum primo motu videretur factã non fuiſſe meliorem aut deteriorem deſcendentium conditionem huiuſmodi diſpoſitione, & ex conſequenti non eſſe locum legi noſtræ municipali, cap. 305.

Nam licet teſtator nepotibus ſuis ex Ioan. Baptiſta Anzauerta filio tempore teſtamenti exule facto eam legem impoſuerit, vt ſcilicet non valerent directè, aut per indirectum vendere, aut obligare, alienare in dotem, dare bona hæreditaria, donec compleuerint ætatem annorum triginta trium, & in caſu alienationis voluerit, vt bona peruenirent ad alterum Baptiſtæ fratrem ſubſtitutum, & nepotum patruum, & in defectum filiorum de legitimo matrimonio natorum vocauit filios alterius fratris. Attamen cum hæc prohibitio ad tempus cenſeatur potius quædam ſalutaris prouiſio, quoddamvè ſalubre conſilium, quod prouidus, & prudens pater capere voluerit pro bono deſcendentium minorum, vt eorum imbecillitati conſuleret, cum forte fortuna nouerit in altero fratre, cui hanc non præſcripſit legẽ, ſummam eſſe prudentiam in capiendo conſilio, & in conſeruandis paternis bonis, atq; in negotijs conficiendis; contra autem optime nouerit, & perſenſerit in nepotibus minoribus tantam eſſe con filij mutationem, mentis volubilitatem, & inconſtantiam, vt iuſtè vereri poſſet ne antiqua patrimonia profunderent, aut relictas fortunas obligurirent aut partas magno ſudore opes perderent, & idcirco hæc diſpar, & diſſimilis deſcendẽtium qualitas diſſimilem, & diſparem diſpoſitionis legem fecit, quæ propterea minimè æqualis cenſeri non debet, aut propterea dici nequit melior aut deterior facta deſcendentium conditio, cum hæc parentis mens non fuerit, vt fideicommiſſi onus alicui ex deſcendentibus imponeret ad alterius vtilitatem; ſed vt magis hac ſalutari lege vtilitati eorum deſcendentium proſpiceret, qui ea prouiſione egerent, imo iniquitas potius, & non æqualitas fuiſſet ſi huiuſmodi prohibitionis legem addicere voluiſſet alteri filio ad cuſto-
diendum patrimonium admodum apto, ſagaci,
1 atque diligentiſſimo: hæc enim teſtatoris prudẽs
diſpoſitio, & animaduerſio non dicitur onus, ſed
potius fauorabilis quædam prouiſio, atque cum
bona ratione cautio, & ideo ex communi Docto
rum ſententia toleratur, & conceditur etiam in
legitima, à qua conſtat oẽ onus eſſe reijciendũ, &
refutãdũ: & quãuis aliqui voluerint cauſã prohi
bitionis adiungendam eſſe, quia ſcilicet filius ſit
prodigus, aut parum vigilans, induſtrius, & labo
rioſus, ſed potius iners, & deſidioſus, attamen cũ
hæc ad tempus prohibitio eam rationem impli-
citam habere videatur propter lubricæ ętatis im
becillitatem, crebrius receptum videtur, vt etiã
2 abſque alia cauſæ explicatione valeat, l. filij ma-
trem, et ibi Bartolus, C. de inofficio. teſtam. com
mun. dicit Decius conſil. 442. num. 28. vbi videa
tur Cotta noſter in ſuis memor. in verbo, filius
grauatus, verſic. vlterius etiam Gabriellus, lib.
commun. titu. de legitima, concluſ. prima, nume.
21. Simon à Prætis de interpretatio. vltimarum
voluntatum. lib. 3. ſolut. 6. fol. 366. num. 19.

Idque eo magis dicendum videtur, cum ſem-
per ea ſit capienda interpretatio, ꝙ pater volue-
3 rit ſeruare æqualitatem inter ipſos liberos, cum
ſit naturali rationi adeo conſentanea, l. vltim. C.
commun. vtriuſq; iudicij, l. vt liberos, vbi De-
cius, C. de collat. latè Mantica de coniec. vltim.
volunt. lib. 6. titu. 2. num. 5. & 6. quando quidem
in dubio in filiorum cauſa, & pro filijs, nemo pręſ
ſumatur ſalubrius conſilium capturum quam
4 ipſum patrem, cuius amor omnem extraneum,
longè vincit, & ſuperat, l. nec in ea. ff. ad leg. Iul.
de adult. Tiraquellus in l. ſi vnquam, in præfat.
num. 3. C. de reuocand. donatio. Maſcardus qui
plura eiuſdem ſententiæ affert, trac. probation.
concluſ. 1154. num. primo, & ſecundo, incip. pro
patre ſemper.

His tamen minimè refragantibus more ſcęuolæ ſecundum ea, quæ proponuntur arbitror contrarium longè verius, vt ſcilicet ea adiecta cõditione cenſeatur deterior facta conditio deſcendentium Ioan. Baptiſtæ, & melior conditio ipſius Franciſci.

Siquidem in facto illud negari nõ poteſt quin nepotibus, ſeu ablaticis ex Ioan. Baptiſta plures adiectę ſint conditiones, & fideicommiſſi onera, quæ ſcripta non ſunt ipſi Franciſco: nam prohibentur aliquo modo directè aut per indirectum vendere, & alienare, & in dotem dare bona hære

ditaria,

ditaria, donec compleuerint ætatem triginta annorum, & vbi alienatio fiat, vult bona in alterum fratrem ſubſtitutum, ſcilicet Franciſcum perueniſſe.

Præterea in defectum filiorum legitimorum, & de legitimo matrimonio natorum, vocat filios alterius fratris, ſcilicet Franciſci, & ſic apparet nedum in caſu alienationis, ſed etiã in caſu mortis adiectum fuiſſe his nepotibus fideicommiſſi onus ad vtilitatem Franciſci; ipſi verò Franciſco, aut eius deſcendentibus liberam diſponendi facultatem dimiſſam fuiſſe, nec mutuum, aut reciprocum onus, aut fideicommiſſi legem ſcriptã fuiſſe ad vtilitatem filiorum ipſius Baptiſtæ; vnde cũ ſtirps vnius quaſi in ſeruitute poſita ſit, & alligata oneri fideicõmiſſi; altera verò quaſi in libertate degens eo onere ſit ſoluta, cõſequitur vt ſtirpes ęquales in ſucceſſione nõ ſint, atq; ideo locus eſſe debeat claræ diſpoſitioni iuris noſtri municipalis c.305.vol.1.nam in iure illud certũ eſt,
5 ſeruos eſſe deterioris conditionis, quàm liberos homines, l.in omnibus officijs, ff.de reg.iur. & ſicut triplex eſt libertas, ſcilicet intentionis, liberique arbitrij, item operis, item ſtatus, ita eſt tri-
6 plex ſeruitus, quoties ſingula ſingulis reddendo, conſequitur contrarius effectus, vt inquit Baldus in l.libertas, ff. de ſtatu hominum: & propterea cum fideicommiſſum impediat hanc liberam diſponendi facultatem, dicitur ſpeciem quandam ſeruitutis afferre, & onus imponere, atque ideo odioſum cenſetur; nam iniquum videtur eripi li-
7 beris hominibus hanc liberam facultatem à natura datam. l.dudum, C.de contrahenda emptio. l.in re mandata, C.mandati. & quamuis reſpectu honorati fideicommiſſum dicatur fauor, attamen reſpectu grauati, dicitur onus & odium; hocque nomine grauatus, & honoratus differunt
8 inter ſe, & eorum conditio diſpar & diſſimilis habetur, l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vulgar.& pupillar. & tradunt Marzarius epitome fideicommiſſ. ſecunda parte, verſic. primo, & Mantica de coniect. vltimar. volunt. lib.7. titu.1. nume.2.& infra, ac nu.30. Simon de Prætis videndus trac. de intepret. vltimarum volunt. lib.3. interpret.3. dub.1. ſol.3. num.1.& 2.& infra, fol.275. Menochius de præſumpt. lib.1. præſumpt.67. num.24. cum igitur fideicommiſſum ex parte eius qui debet reſtituere ſit onus, ex parte verò eius cui debet reſtitui ſit honor, commodum, atque emolumentum; conſequitur neceſſario, vt hac fideicommiſſi ſcripta conditione ad vtilitatem Franciſci, dicatur facta admodum deterior conditio deſcẽdentium ipſius Baptiſtæ, qui ei reſtituere iuſſi
9 ſunt, atque ideo diſpoſitioni legis noſtræ locus eſſe debet, cum & ratio, & verba conueniant, vt in terminis fortioribus decidit Decius conſil.11. num.5.& Berreta videndus conſil.103. & tollãt omnem inæqualem diſponendi inter deſcenden-
10 tes facultatem expendendo maximè dictionem illam non poteſt, cui ſi negans dictio præpoſita ſit, neceſſitatem affert, & omnem poteſtatem aliter diſponendi arripit, 11.q.5. cap.1. & cap. de his, de accuſatio. in 6. glo. in cap.1. in verbo, non poteſt, de reg. iur. in 6. & dictio illa, per viam alicuius diſpoſitionis, omne pariter diſponendi ge-
11 nus amplectitur; nam dictiones aliquis, ne quis, & quilibet, ſunt ſigna vniuerſalia. l.ſi verò plures, §.ait prætor, ff.de his, qui deiecerunt, vel effuder. l.ſi ſeruitus, ff.de ſeruitu. vrba. prædiorum, quæ comprehendunt quælibet minima, & ad mi-
12 nima quæque vel maxima reſpiciunt, & in ſumma id agunt, vt ita æquè pares ſint inter ſe ſe, vt inter eos nihil prorſus interſit, gloſ. in clemen.1. in verbo, aut aliqua eorum parte, de foro competen. Crauet. videndus conſil.405. num.7.& conſil.422. num.20.& conſ.860. nu.4. & conſ.705. num.1. accedat ea dictio directè, vel per indirectum, quæ licet velit includere tertias perſonas,
13 quibus relinqueretur accommodata fide, vt deinde alicui ex deſcendentibus reſtituerent, attamen poſſunt etiam trahi ad fideicommiſſariam hanc ſubſtitutionem: nam licet aliquid directò prohibeatur, non tamen per indirectum id vetatur, vt patet exemplo hæreditatis, quæ etſi directo in codicillis neque dari, neque adimi poſſit: attamen
14 obliquè, vel per indirectum, id eſt, per fideicommiſſum id fieri conceditur, §.codicillis, Inſtit. de codicill. & idcirco vt vterque caſus, & omnis alius contineretur, vnde quouis modo poſſet inæqualitas dari, noſtrę legis conditores adiecere illa verba, directè, vel per indirectum, vt de vi iſtorum verborum ſcribit Crauet. conſ.780. ante numerum 8. nam decet inter deſcendentes æquali-
15 tatem ſeruari, cum id proprium iuſtitiæ ſit, atq; cum par ſit ſanguinis coniunctio, æquum ſit, vt æqualis etiam adſit animi affectio, par ius, & idẽ ſuccedendi modus, ac ſimilis beneuolentia; ne aliter faciendo, diſcordiæ, liuoris, & inuidiæ detur occaſio inter eos, inter quos mutuum amicitiæ ſtudium, & idem amoris ardor, eſſe deberet, & ideo quod in re pari valet, valeat in hac, quę par eſt, ne plus iniquum poſſit, quàm æquum, l.cum pater, §.euictis, l.2. l.vt liberis, & l.illud, §.fin. C. de collat. l.ſi poſt mortem, §.vlt. ff.de contratab. l.inter filios, C.famil. erciſcun. ibi, æquo iure. l.ſi quis maior, in fine, C.commu. diuidundo. quod porrigitur ad ſecundum hæredis gradum, id eſt, ad ſubſtitutionem, quam lex etiam ita interpretatur, vt inter liberos æqualis ſit, l.hoc iure, & l. Lucius, ff.de vulgar.& pupilla. l.in teſtamento, C.de teſtamen. milit. l.2.& l.quamuis, C.de impuberum, & alijs ſubſtit. & licet hæc noſtra lex liberam diſponendi facultatem infirmare videatur, paterque vltra legitimam poſſit, vt velit inter liberos etiam diſponere; tamen cum per modum conſilij lex parentes hortetur ad æqualitatem ſeruandam inter liberos iam relatis rationibus, equidem negari non poteſt, quin hæc noſtra
16 lex cum legis communis, immo cum ipſius naturæ, conſilio, & deſiderio coniuncta, & admodum

ei

ei conueniens non ſit valdè iuſta, & omni fauore
digna, vt inquit Doctiſſimus Alciat. noſter con-
ſil. 8. num. 10. lib. 2. Socinus ſenior conſil. 4. num.
6. & multa ad rem adducit Mantica de coniect.
vltimarum volunt. lib. 6. titu. 2. num. 5. & lib. 5.
titu. 11. num. 3. verſic. Sed mirum vbi inquit tan
tam eſſe huius æqualitatis ſeruandæ vim, vt in
17 fideicommiſſaria ſubſtitutione ea frequens ad-
mittatur interpretatio, ſicut ego non poſſum tibi
ſuccedere, ita nec tu mihi, nam æquiſſimum eſt
mutuas ſucceſſiones æquales eſſe, l. ſi ab eo, & l.
duodecim tabul. C. de leg. hæred. Gabriel libro
commun. de leg. & conſt. concluſ. 3. num. 24. &
id maximè inter liberos, cum huiuſmodi inter
eos inæqualitas, & diſſimilitudo atque varietas
tanto odio ſit imbuta, æquitatiq; naturali adeo
18 aduerſetur, & repugnet, vt filij ipſi grauius eam
ferant, quam ſi ad alienos aut inimicos bona, &
opes parentum peruenirent, aut deferẽtur, quaſi
frater is non ſit, quem nominis notatio inducat;
& ipſe dulcis ſonus refert, ideſt ferè alter, vt pul-
chrè diſſerit Crauet. videndus conſil. 683. num.
19. verſic. ea propter diſparitatem, & conſi. 628.
nu. 4. verſic. odioſa inæqualitas, & conſil. 677. nu
me. 12. & me hercle quid aliud eſt inæquale, quã
19 iniquum, vt ait idem Crauetta conſil. 972. num.
34. à quo legis ratio cuiuſlibetvè boni viri volun
tas ac iuſtitia ipſa longiſſimè abhorrent, vt com-
20 memorat idem Crauet. conſ. 972. nn. 35.

Cum igitur propter hanc vni adiectam, & al-
teri ademptam fideicommiſſi legem, cõditio ſuc
ceſſionis ſit inter deſcendentes facta inæqualis,
cõſequitur, vt noſtræ legis diſpoſitioni locus ſit,
21 atque hæc teſtatoris voluntas velut legis deſide-
rio repugnans irrita ſit, l. nemo poteſt de legatis
primo.

Nec his repugnat, vt hæc prohibitio tanquã
ad tempus dicatur potius prouiſio, quia cum tẽ-
dat ad vtilitatem alterius ſtipitis, ſcilicet Fran-
ciſci & deſcendentium, fatis inde dicitur melior
illius, & iſtorum deterior facta conditio, & dum
teſtator Franciſcum & alios vocat, dicitur onus
imponere, quod cum reciprocum non ſit, & mu-
22 tuum, lex noſtra improbat, vt egregiè declarat
Soc. ſen. in l. filiusfamilias, §. diui, ſub nu. 35. ver-
ſic. tu circa prædicta.

Rurſus licet hæc prohibitio ad tempus poſſit
dici fauorabilis, & ideo valeat etiam in legitima,
tamen vt euitaretur ſcopulus noſtræ legis, debe-
bat eſſe mutua, & reciproca ſaltem in perſona de
ſcendentium ipſius Franciſci cum vtriuſque vi-
geret eadem imbecillæ ætatis ratio, & periculi
ſuſpicio in profundendis pecunijs in eas res, qua
23 rum memoriam aut breuem, aut nullam eſſent re
licturi, quod eandem prouiſionis cautionem re-
quirebat, quandoquidem nihil ſit incertius, quã
adoleſcentium via, 12. quæſt. prima, cap. omnis
ætas, & Salomon prouerbiorum cap. 30. inquit
quartum penitus ignoro viam iuuenis in adole-
ſcentia ſua, vt refert, glo. optima, Inſtitu. de iuſt.
& iure, §. his, Igitur in verbo, auertit facile enim
verſat ſuam naturã, & regit ad tẽpus, atque huc
& illuc torquet, & flectit, & quos promiſerat bo-
na indoles fructus, tempeſtas malæ conſuetudi-
nis eripit, & quaſi temporum varietates, & cœli
mutationes, omnia quæ ab initio in adoleſcente
tranquilla, & ſerena videbantur, repente & ino-
pinato perturbãtur, & turbulẽta, & temeraria, &
periculoſa fiunt, & voluptatibus debiti nihil
viriliter agunt, ſed indecore, effœminatè, & mulie
briter omnia faciunt, & ſolum corporis cultum
curantes, animi curam negligunt, & libidinoſe
cum luxurioſis omnia conſumunt, vnde ſatis de-
teſtari, & execrari non poſſum eorum iuuenum
leuitatem, qui iuuenili licentia allecti, & puerili
conſilio, ducti viriliſq; dignitatis obliti iuuenili-
ter nimis exultantes, virilem ornatum exuunt,
& mulibrem cultum induunt, omneq; ſtudium,
quod in excolendo animo his artibus, quibus li-
berales doctrinæ atq; ingenuæ continentur, col-
24 locari deberet conſumunt in artificioſa corporis
expolitione, capillos capillata fronte, faciem ca-
lamiſtrata barba, cæteraſq; partes vnguẽtis ſum
ma, & acerrima ſuauitate conditis, delicatè adeo
componunt, & pretioſis veſtibus, aureatiſq; ſub-
cingulis exornant, vt tãquam effœminati & mol-
les ab omnibus notentur, & cum irriſione ludi-
brio habeantur, ſæpeq; etiam vulgus ipſum di-
cat, ſint procul à nobis iuuenes, vt fœminæ com-
pti, cum ad Narciſſi exẽplum aſſiduè in ſpeculo
ſe ipſos intuentes, & formoſa eorũ forma, & ſpe-
cie capti, & vanæ gloriæ retibus illaqueati, faci-
le ſe ipſos præcipitent in vaſtiſſimum leuitatis,
& luxuriæ lacum, & ſubmerſi inanium cupidita-
tum votaginibus, oleum & operam perdant, de-
mum miſerè fluctibus inanium impenſarum ia-
ctati, & necati ad litus nudi eijciantur, diſperſis
& amiſſis corporis & animæ facultatibus, vellẽ
equidem, vt ex Socratis ſententia iugiter in ſpe-
culo ſe ipſos inſpicerent, non ad luxum, & ad ina
nia hæc blandimenta, ſed ad mores conforman-
dos, & vt ſi formoſi eſſent, digni ea ſpecie fierent,
ſin autem deformes, eam deformitatem eruditio
ne, & optimorum morum velis protegerent, &
quemadmodum hi qui lapidea ſigna ſculpunt,
ſumma ope, nituntur, vt lapis homini quam ſimi
limus euadat, ita & ipſi diligentiſſimè curare de-
berent, ne ſimiles lapidibus, & videantur, & ſint;
caueantque dum immoderatè, & intemperatè
nimis corporis formam, quod tanquam terrenũ
quiddam, tandem vermium cibus erit exornare,
& expolire conantur, ne immortalis animæ, quæ
cæleſtis eſt, formoſam ſpeciem deturpent, & per-
dant, præclarum eſt mihi crede non componere
faciem, ſed bonorum artium ſtudijs animum ex
colere, atq; poſſeſſiones à maioribus relictas par-
ſimonia, & diligentia conſeruare, et honeſta rõ-
ne potius augere, q̃ turpiter, et inconſulto diſper
dere, ac diſſipare, atq; diſperſos et huc atq; illuc
paſſim vagãtes iuuenes magna diſperſione ac ꝓ-
fuſa

ſuſa luxuriæ profuſisvè epulis ac ſumptibus diſperſè nimis patrimonia diſpergere,quod ne eueniat,prudens pater familias prouidere,& præcauere ſolet,interdicta ad tempus bonorum alienatione,quæ interdictio æqualis vtriq; ſtirpi adhibenda erat cum in vtraq; eadem eſſet ſic faciendi ratio,& cauſa.

Præterea licet ambigant ſcribentes an prohi-
25 bitus alienare ad tempus,ſit poſt illud tẽpus permiſſus, tamẽ ſi adiecta ratio vigeat poſt tempus, fideicommiſſum adhuc ſubſiſtit, prohibitioq; ad tempus intelligitur,vel ratione legitimæ,vel quatenus non alienatio fiat, vt declarant ex alijs Mantica de coniectur. vltimarum voluntatum, lib.tertio,titu.17.ſub numero vndecimo, verſic. illud etiam. Simon à Prætis de interpretat. vltimarum voluntatum, lib.tertio, interpretatio.3. dub.prima,ſolut.decima,numero 15.fol.284.vnde cum proponatur teſtatorem in caſu noſtro ſe intra hos terminos prohibitionis ad tempus non continuiſſe, ſed in defectum filiorum Ioan.Baptiſtæ vocaſſe filios alterius fratris neceſſario cõſequitur, vt id onus cenſeatur,quod cum ſit ſcriptum ad vnius commodum,& ad alterius incommodum, nec mutuum ſit aut reciprocum, tanquam faciens, vt ſtirpes non ſint æquales,ſit omnino reijciendum, & aſpernandum ex ea noſtra lege municipali, atque ideo ea non aduerſante fideicommiſſaria ſubſtitutione permiſſa ſit alienatio deſcendentibus ipſius Baptiſtæ præſertim ex cauſa dotis, cum teſtator nominatim, & ex-
26 preſſe etiam ex cauſa dotis non valeat ex complurium ſententia huiuſmodi facere prohibitionem,quandoquidem hic alienationis(præſertim pro dote conſtituenda) caſus in deſcendentium perſona, quando aliunde dotari non poſſent, à teſtatore etiam aperte prohiberi nequeat, vti complectens cauſam valde neceſſariam, vt tradit Marzarius epito.fideicom.q.48.verſ.contrarium tamẽ.& magis com.ex alijs dicit Menoch. trac.præſum.lib.4.præſum.189.nu.116.verſ.cõtrariam,licet ſciam alios in eos cõmunem vtiq; affirmantes reclamare, vt tradunt Petrus à Petra de fideicom.ob prohibit.aliena. q.8.nu.435. Peregr.de fideicom.art.42.nu.6. ſed in præſenti ſpecie res ipſa nullam prorſus habet dubitationẽ in locoq; tutiori conſtituitur cum ex lege noſtra municipali teſtator ipſe impeditus fuerit hoc cõditionis onus imponere ſolis deſcendentibus ipſius Baptiſtæ,& non deſcendentib. Franciſci, vnde fit, vt iudex cuius arbitrio hoc equalitatis,vel
27 non equalitatis iudicium eſt commiſſum,arbitrari debeat irritam propterea eſſe debere hanc teſtatoris diſpoſitionem,vti noſtræ legi aduerſantem, vt docet Bar.in l.3.in princ.ff.de annuis legatis,& in l.cum pater,§.dulciſſimis,de leg.ſecũdo,& in l.Lucius,in princ.ad Trebell.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

CCLXV.

PRO CAMILLA CVRTIA, & Catanea.

ARGVMENTA.

Exilio vbi pater ſit multatus ob homicidium animo deliberato patratum, an filius, abſque eius conſenſu, teſtari poſſit, & an teſtando ei liceat patrem bannitum præterire

Tranſactio extra dominium facta cum patre bannito ſuper hæreditate filij an valeat.

In tranſactione vbi promiſſa ſit defenſio ab omni onere, an in ea ſtipulatione contineatur moleſtia, quæ exhibetur ratione dominij.

SVMMAE RERVM.

1 *Teſtamentum ex alieno arbitrio pendere nequit.*

2 *Bannitus retinet patriam poteſtatem, nec amittit libertatem, nec beneficia iuris communis, vnde potius relegato comparatur.*

3 *Filij tenentur hæredes inſtituere, vel exhæredare parentes.*

4 *Bannitus teſtamenti factionem paſſiuam habet, etiamſi impunè offendi poſſit,*

5 *Bannitus in contumaciam, potius comparatur relegato,quàm deportato.*

6 *Bannitus pater à filio videtur inſtituendus,ſaltem in caſum quo in gratiam reſtitueretur ex clementia principis.*

7 *Bannitus ob maleficium pro quo imponitur pœna mortis naturalis cum bonorum confiſcatione ſtãte ſtatuto quod impune offendi poſſit, factionem teſtamenti non habet.*

8 *Banniti non debent recipi, ſed potius eijci, & vitari.*

9 *Bannitus,an & quando deportato comparetur.*

10 *In Bannitorum receptatores elegans deteſtatio digna vt ſemel lecta relegatur.*

11 *Banniti noſtri temporis vbi nec relegatis, nec deportatis comparẽtur, ſed tertiam ſpeciem potius conſtituant ſeruandæ ſunt deciſiones in ea ſpecie loquentes.*

12 *Banniti amittunt iura communia quoad bona poſita in dominio bannientis.*

13 *Doctori de conſuetudine atteſtanti ratione curiæ in qua verſatus eſt,fides adhibetur.*

14 *Homicidæ imponitur pœna mortis naturalis, cum bonorum confiſcatione.*

15 *Filiusfamilias licet teſtari nequeat,etiam cum patris conſenſu,id tamen non procedit, quoties pater fuerit deportatus.*

16 *Teſtandi facultatẽ habere videtur filiusfamilias exiſtente*

exiſtente eius patre bānito reſpectu bonorum in territorio bānientium ſitorum.

17 *Vxor exiſtente marito bānito, an teſtari poßit.*

18 *Bannitus rectè in teſtamēto præteriri poteſt.*

19 *Teſtamentum filij in quo pater bānitus fuerit præteritus, iure defendi poſſe videtur.*

20 *Teſtari poteſt filius reſpectu bonorum in territorio exilium promulgantis ſitorum, quādo pater loco deportati habetur.*

21 *Bannitus ſi reſtituatur, nō tamen tollitur ius tertio interim acquiſitum.*

22 *Tranſactio fieri poteſt cum patre bānito ſuper hæreditate filij, præſertim ſi fiat extra dominium.*

23 *Bānitus interdum quod per ſe nō poteſt, per alium cui ceßit facere valet.*

24 *Tranſactio propter læſionem excedētem mediam rei æſtimationem conſiderato dubio litis euentu reſcindi poteſt.*

25 *Hæres impeditur impugnare factum defuncti.*

26 *Hæres cogi poteſt ad id quod tenebatur præſtare defunctus.*

27 *Hæres contrauenire nequit facto defuncti, etiam ex iure ſuperueniente.*

28 *Factum eius, ex cuius perſona quis lucrum ſentit improbare nequit.*

29 *Promißio pro dato & facto cōtrahentium, extēditur ad factum prædeceſſorum, & ſucceſſorum hæredum vniuerſalium.*

30 *Oneris oppellotione, cōtinetur omnis moleſtia, quæ fieri poteſt ſuper bonis.*

31 *Indefinita oratio vniuerſali æquipollet etiam in obligationibus.*

32 *Dictio aliquis etiam in minima parte comprobatur.*

33 *Hypotheca ius, licet non ſit ius dominij, eſt tamē ius tale, per quod res ipſa auocatur.*

34 *Hypotheca dicitur onus reale, quia per eam nō obligatur perſona, ſed res, & ſequitur fundum.*

35 *Actionem ad rem qui habet, rem ipſam habere videtur.*

36 *Promißio in forma communi, & iuris id agere videtur, vt res defendatur de iure, & de facto, & ſiue ſit euicta poſſeßio ſiue proprietas.*

37 *Promißio in forma communi, quam vim habeat.*

38 *Promittēs rem venditam defendere in forma communi tenetur id præſtare, tam ratione hypothecæ, quam dominij. & vbi dominus nō ſit, incurrit in pœnam dupli.*

39 *In contractibus mēs contrahētium eſt potißimum inſpiciēda, & proceditur de ſimilib. ad ſimilia.*

40 *Exceptio licet ſit contraria regula, debet tamē eſſe de genere ipſius regulæ.*

41 *Interpretatio eſt facienda, vt minus præiudicij fiat iuribus partium, quam fieri poteſt.*

42 *Ad augendum inducta non debent diminutionem afferre.*

43 *Stipulatio, habere licere, quam vim habeat.*

CONSILIVM CCLXV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

VIdetur prima facie, & primo quaſi aſpectu dicendum teſtamētum hoc, in quo pater fuit præteritus nullum & irritum cenſeri.

Primo, quia certum eſt filium familias, etiam cum patris conſenſu teſtari
1 non poſſe, ſiquidem teſtamentum tanquam ſuæ
mentis teſtatio, ex alieno arbitrio pendere nequit, l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. & commun. dicit Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 18.

Secundo quia licet Brunocus Cataneus pater fuerit exul factus, ſeu bannitus, tamen adhuc retinet patriam poteſtatem, cum nō amiſerit liber
2 tatem nec commoda, & beneficia iuris commu-
nis, & potius relegato comparetur, vt communē affirmat idem Clarus pratica crimi. §. fin. quæſt. 71. verſic. ſucceſſione.

Tertio exploratum eſt, ſicut parentes tenētur hæredes inſtituere, vel cohæredare filios, ita & contra, filij tenentur hæredes, vel exhæredes facere ipſos parentes, & præteriti ius habent dicen
3 di nullum teſtamentum, vt æqualitas adeo omni
rationi conſentanea ſeruetur, & vt comparatorū ſeu correlatiuorum, par ſit iudicium, l. nam & ſi parentibus, ff. de inofficio. teſtam. & §. ſiue igitur, verſic. & hęc quidem in auth. vt cum de appella. cognoſ. & §. emancipatos vbi amplè ſcribentes, Inſtitu. de exhæredat. liberorum communem affirmat Alexand. in l. nemo, in fine, C. qui teſtament. facere poſſunt. Ripa in l. centurio, nu. 43. ff. de vulgar. & pupillar. Clarus, §. teſtamentum, quæſtio. 48. quid enim habet filius quod à patre non acceperit, cum Dei beneficio ab eo ei vita ipſa, quæ eſt omnium rerum caput, tradita ſit.

Quarto receptum videtur, vt bānitus habeat factionem teſtamenti paſſiuam, etiamſi impunè
4 offēdi poſſit, quia retinet beneficia iuris commu
nis, etiam quod pertinet ad bona poſita intra territorium illius ciuitatis, à qua fuit in exilium pulſus, vt magis communem affirmat idem Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 29. verſic. & hæc quidem, & confirmatur, quia banniti maximè in contumaciam videntur potius comparari relegatis, quam deportatis, vel ſaltem tertiam conſtituere ſpeciem, vnde non amittunt iura communia ēt
5 quod ſpectat ad bona poſita ī dominio principis,
cuius iuſſu fuit ille in exilium eiectus, vt & verius & quandoq; ita ſeruari vidiſſe teſtatur ipſemet Clarus, §. fin. quæſt. 71. verſic. dixi autem prope finem, & idcirco cum ex teſtamento capere poſſet, præteritus, teſtamētum merito nullum dicit.

Quinto cum poſſet contingere, vt ex Principis benignitate, & indulgentia, atque clementia priſti-

priſtinum ſtatum recipiſt, & exules reſtituantur, & reducantur videtur quod iure cuiuſdam poſtliminij ius patriæ poteſtatis pendeat, & ex conſe
6 quenti nõn fuiſſet prętereundus, ſed in eum ſaltem caſum vocandus: & ſucceſſio iure naturæ debita ei reſeruanda erat, §.cum autem is, & §.ab hoſtibus, Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſta. ſoluatur.

His tamen minime refragantibus re diligentius conſiderata, & ad viuum reſecata, vt ſolent, qui ſubtilius diſputant, arbitror, ſecũdum ea quę proponuntur contrariam ſententiam veriorem, vt ſcilicet filius hoc caſu iure patrem potuerit præterire.

Primo, quia licet magna controuerſia inter legum peritorum ſententias in illo ſit, vtrum exules ſeu banniti comparentur deportatis, vel relegatis, tamen quãdo ſunt exilio mulctati propter maleficium, pro quo mortis naturalis pœna à iure cõmuni imponitur, & extat lex, vt eorum bona publicata cenſeantur, & ne ad petitionem iuris ſui admittantur, impunèque offendi poſſint, & ſint omnino extra tutelam, & protectionem, tunc videtur magis receptum, vt deportatis comparentur, & ex conſequenti reſpectu territorij à quo fuerunt in exilium proiecti amittũt nedum beneficia, & commoda iuris municipalis, ſed etiã
7 communis, atque ideo perdunt teſtamenti vtramque factionem actiuam, ſcilicet & paſſiuam, vt docet, gloſ. in §.cum autem in verbo, retinent. Inſtitu. quibus modis ius patriæ poteſt. ſoluatur, & magis communem ex alijs dicunt videndi Simõ à Pretis, tract. de interpret. vltimarum volunta. lib. ſecundo, interpret. ſecunda, dub. prima, num. 24. fol. 125. & Menochius trac. de præſump. lib. 5. præſumpt. 45. à num. 16. vſque ad finem, cum igitur Mediolani, adſit ſtatutum, cap. 18. volum. primo, vt banniti ad petitionem iuris ſui nõ admittantur & ex Cæſareis Conſtitutionibus, titu. de iure, & priuilegio fiſci, §.omnium, ipſo iure & facto pro homicidio imponatur pœna confiſcationis bonorum, & eędem cõſtitutiones, tit. de pęnis, §.homicidę velint mandantem fieri homicidium puniri velut mandatarium, atque adeo vehementer odio habeant, & abhorreant bannitos tanquam facinoroſos & factioſos homines, vagos, & errantes, atque iniurioſos, vt eis aut conſilium aut auxilium dari, aut opem ferri, aut eoſ
8 dem receptari omnino vetent, titu. de bãnitis, & receptat. adque idem ſeuerius, & ſtrictius ex principum iuſſionibus, & proclamationibus caueatur, grauiſſimis pœnis obſeruantiam ſanciẽtibus, atque etiam ex legibus noſtris municipalibus de criminibus agentibus, impunè eoſdem offendi, velut publicos hoſtes permiſſum ſit, nam vbi animus ſemel ſe cupiditatę pernicioſa, & diſſoluta deuinxit, mala neceſſe eſt conſilia conſequi conſimilia, fit hinc, vt ex relatis deciſionibus à Pręto & Menochio, deportatis magis cõparentur, vt cẽ
9 ſet Clarus, §.teſtamentum, quæſt. 22. verſic. ſi autem quæris qui ex communi Doctorum ſententia affirmat deportatum eſſe omnino incapacem omnis ſucceſſionis, optimaq; ratione introductũ eſt, ne intra domeſticos lares recipiantur, imo, vt pulſatis campanis ab ipſis ſpeculatoribus in altis turribus eorum aduentum, & motus ſpeculantibus, arceantur à finibus noſtris oppidanorum, & vicinorum, ac armatorũ ſigno cognito, facta manu, & multitudine coacta quæ in eos irruat, & impetum faciat.

Nam ſicut merces peſtifera labe infectæ ſi in aliquam deferantur vrbem, repentè dira per incautum ſerpunt contagia vulgus, atque vniuerſa ciuitas contaminatur, ita me hercle ſi latrones, fa
10 cinoroſique homines exilio mulctati, vel quia iuſtitiæ miniſtri eos comprehendere nequiuerint, vel quia exilium fuerit ſceleris pœna in prouinciam introducãtur exilij lege violata, latius equidem patet illius ſceleris contagio, quam quiſque putat: nam ſtatim aditus ad res peſtiferas aperitur, & comparatur, & quietus, & tranquillus Reipublicæ ſtatus horum maleficijs & ſeditionibus quotidiè magis perturbatur, vixque commercio locus eſſe poteſt, cum propter iſtorum nefandorum hominum vim, & iniuriam omnia inimica, & infeſta ſint, cum in vijs in quarum ſecuritate commerciorum libertas conſiſtit lateant offenſiones periculoſæ, cum cæteri manu promptι horũ præſentia, & con fidentia ac fiducia fiant ad nocendum audaciores.

Quod malum cum originem petat à peſſimorum genere receptatorum, ſine quibus nemo latere diu poteſt, merito, vt perinde puniantur atque latrones ſtatuit lex prima de receptatoribus, legeſque municipales, & principales iuſſiones grauiſſimas pœnas eiſdem peruerſis receptatoribus aſcripſerunt, quas ſubire etiam voluerunt parentes, & affines ſi receptatores eſſent, licet ciuilis lex non ita ſeuerè eos eſſe puniendos duxerit, cum par non ſit eorum delictum; Verum, vt tantum & frequens ſcelus, metu æqualis pœne conſtringatur, quandoquidem ad propiuquos, & affines frequentius exules diuertant, ſiquidem propter ſanguinis coniunctionem cuius iura dirimi nequeunt ei magis confidant, & confidentius eorũ fidei ſe credant, idcirco ſumma ratione ita neceſſitate publicæ quietis exigente factum eſt, vt par eſſet pœna (nam præmio, & pœnam Rempublicam contineri dixit Solon) ad hoc, vt receptator tam extraneus, quam ſuus, ſe abſtineret à tanto lapſu, & vt facilius peſtis hæc hominum omni ſcelere contaminatorum, ſalutari hoc receſſus, & fugæ remedio auerteretur, imo tanquam publici, & communes hoſtes, & capitales inimici, ac prædones publicæ quietis perturbatores omnib. eſſent inuiſi, odioſi, & extorres, & non ſit qui eos recipiat, aut eis panem frangat, aut potum præbeat, aut cum eis commercium, vel eos ſocios ad epulas habere velit, perinde ac ſi eſſent merces peſtiferæ, quarum contagium mortem afferret,

ſed

ſed dum iuſta ira inflammatus contendo, ne hæc funeſta peſtis ad nos pro bono publico redeat, vereor ego ne longius quam par ſit abeat reditus noſter ad propoſitum, à quo breuis facta fuerat declinatio, iam calamum finibus ſuarum rerum, quas de iure reſpondendo deſcribit, contineo; Siquidem dies, latera, & vox me deficerent, ſi ea quæ in hanc ſententiam dici poſſent coner exprimere.

Secundo eſto etiam quod banniti noſtri temporis, nec relegatis, nec deportatis comparentur, ſed potius tertiam conſtituant ſpeciem, & ſeruādæ ſint deciſiones in ea bannitorum ſpecie loquētes, vt ſentit Clar. relata, quæſt. 71. §. fin. attamē cum Iaſ. conſil. 166. verſic. quarto, lib. 2. & Alciatus noſter conſil. 6. num. 13. & 14. lib. 2. & Boſſius noſter, titu. de publicat. bonorum, num. 69. qui loquitur in bannito propter homicidium teſtentur Mediolani ſeruari; vt banniti amittant
12 iura communia, quo ad bona poſita in dominio, & quod comparentur deportatis, imo pro mortuis, & forenſibus habeantur, atque ideo attenta noſtrorum ſtatutorum, & conſtitutionum diſpoſitione, ad aliquam ſucceſſionem non admittantur, conſequitur, vt ab eorum deciſionibus ſpeciatim loquentibus non ſit recedendum præſertim cum viri optimi grauiſſimum teſtimoniū dicant ratione curiæ in qua verſati ſunt, & de his quæ vident, & plus ſit oculatus teſtis vnus, quam auriti decem, vt communem ex alijs dicit Gabriel. lib. commun. titu. de probatio. concluſ. quarta, &
13 quamuis Clarus, eod. §. fin. quæſt. 71. verſic. dixi autem, circa finem dicat, vidiſſe in diuerſis articulis, & caſibus diuerſo iure iudicari, tamen ex eis articulis is non erit, qualis noſter in quo hodie de iure communi imponitur pœna mortis naturalis, & olim in nobili conſtituta erat ex lege Cornelia, pœna deportationis, cum bonorum confi-
14 ſcatione, vt ſcriptum reliquit idem Clarus, §. homicidium, verſic. ſed quæro, quæ ſit pœna idem Boſſius noſter titu. de homicidio, in princip. & titu. de mandato ad homicidium, num. 2. & 3. & ante eos, Soc. conſ. 157. nu. 11. vol. 2.

Tertio licet filiusfamilias teſtari nequeat, etiā cum patris conſenſu, id tamen non procedit quo-
15 ties pater fuerit deportatus, vel pro deportato habeatur, vt decidit Bald. in l. 1. ſub num. 14. C. de hæred. inſtit.

Quarto & ſi non obſtante exilio ſeu banno retineatur patria poteſtas, attamen id procedit reſpectu territorij, quod eſt extra iuriſdictionem,
16 & dominium bannientium ſecus, videtur ratione territorij, & bonorum in eo territorio ſitorum, quia tunc cum huiuſmodi bannitus amittat, & municipalia, & communia iura, merito deficit ius patriæ poteſtatis, & ex conſequenti filius diſponendi habet liberam poteſtatem, & facultatē reſpectu bonorum in territorio bannientium ſitorum, vt ſcribit Borgninus tractat. de vſufructu mulieri relicto, num. 235. vbi inquit huiuſmodi patres bannitorum amittere etiam ius vſusfructus, quod in bonis filiorum haberent.

Quinto quamuis vxor teſtari prohibeatur ex ſtatuto noſtro, ſine conſenſu mariti de dote, & rebus dotalibus, & de his quæ maritus lucratur, vt
17 cauetur ex ſtatuto noſtro, ca. 300. volum. primo, tamen, quando maritus eſt bannitus huiuſmodi conſenſu non adhibetur, vt refert ibidem interpres, num. 35. & propterea Camilla Curtia rectè potuit teſtando filium inſtituere, maximè cū forte etiam bona ipſa eſſent hæreditaria & non dotalia.

Sexto ex prænarrata diſtinctione poſſe, & debere fieri bannitorum præteritionem ne fiſcus rapiat, quod illi tanquam indigni ad ſuam ipſorū
18 vtilitatem capere nequeunt, ponit idem Simon à Prætis iam excitato trac. lib. ſecundo, ſolu. prima, num. 32. & 34. adeo quod reſpectu bonorū poſitorum in dominio eorum, qui exilij pœnam ſtatuerunt, concludendum videtur ipſum teſta-
19 mentum ſuſtineri poſſe, vbi autem aliqua eſſent bona extra dominium, tunc aliud dicendum foret, & procederent omnino argumenta primo loco allata, quam diſtinctionem approbare videtur Clarus excit. quæſt. 20. §. teſtamentum, & licet eadem diſtinctione videantur aduerſa dilui, & euerti argumenta, attamen quo firmior, & munitior ſit hæc ſecunda pars ad ſe ipſam cuſtodiēdam, & quam puto veriorem ſingillatim reſpondendo.

Ad primum dicitur filium familias poſſe teſtari, quando loco deportati pater habetur, ſaltem reſpectu bonorum in territorio bannientis
20 ſitorum, vt probauimus in tertio fundamēto pro hac parte, & ita eſt intelligendus Baldus in d. l. prima, C. de hæred. inſtituen. vt ſcilicet contraria ſententia verior ſit, ratione bonorum extra territorium.

Ad ſecundum reſpondetur, vt dictum fuit in quarto fundamēto pro hac parte, vt ſcilicet quo ad quid patria poteſtas amiſſa cenſeatur, ſcilicet, quoad bona in territorio poſita.

Ad tertium dicitur regulam eſſe veram vbi parētes ſint capaces, ſecus ſi fuerint incapaces, qualem hunc fore iam probauimus.

Ad quartum cum aliqua bona non adſint extra territorium, ſed omnia poſita ſint in territorio attenta ſtatutorum diſpoſitione, rectè bannitos æquiparari deportatis, & ideo factionem teſtamenti etiam paſſiuam eoſdem non habere.

Ad quintum dicitur caſum hunc non eſſe ex his in quibus clementia principis ſeparari poſſit, cum agatur de animo deliberato, qui caſus indignus eſt principis gratia, ne ſit præmium his qui recta, praua faciunt, qui enim concitus ad rixam delinquit, dignus excuſatione, & principis benignitate videtur, non ſic qui ſedato, & deliberato animo peccat, nam grauius peccat, & cum mala mens maluſque animus, in eo ſitus eſſe videatur, ſæpe eius ſalus deſperatur, ſi enim cum reprehendas,

das, te non audit, verbaque fiunt mortuo, ſi repetas, vt tandem ſe reſpiciat, & aliquando reſipiſcat, laterem lauas, in eo denique luto hæſitat, prior autem ille, ſi eum obiurges, non reſpuit, nec aduerſum ſtimulum calcitrat, ipſemet ſe noſcit, & peccatum ſuum, tibique gratias agit, quod potius ei erranti viam monſtraueris, quàm quod paſſus ſis illum ruere, & per errorem, aut malitiam in deteriora flagitia ſe ingurgitare, & omni caſu, etiamſi reſtitutus fuiſſet, exilio mulctatus, non tamen interim tolleretur ius tertij, & ſic
21 hæreditas alteri quæſita, vt ſentit Clarus §. fina. quæſtio. 59. verſiculo, ſed quæro, & proſequitur Menochius de præſumptionibus, lib. 5. præſumptio. 46.

Quod verò pertinet ad ſecundum articulum, an tranſactio facta extra dominium à patre bannito ſuper hæreditate filij valeat, arbitror ſecundum ea, quæ proponuntur defendi poſſe, facta cum ſit in ciuitate Bergomi, & bannum non operetur aliquem effectum extra territorium eius, qui exilij legem promulgauit, ſeu bannientis, & pater tranſigens à dominio Mediolani exul factus, & bannitus eſſet in ciuitate Bergomi integra perſona, & maior omni exceptione, & admitteretur nedum ad omnes contractus, ſed etiam ad dignitates, & ad teſtimonium feren-
22 dum, cum extrá territorium bannientis gaudeat omnibus beneficijs iuris communis, vt tradit doctiſſimus Alciatus noſter conſilio 29. numer. 29. libro 6. & ſentit Clarus eadem quæſtio. 20. §. teſtamentum, verſicu. & hæc quidem, immo interdum quod per ſe non poteſt, per alium cui ceſſit,
23 etiam in territorio bannientium poteſt, vt ſcribit Boſſius noſter titulo, banniti quid amittant, nu. 15. & quia etiam bona poſt confiſcationem acquiſita ſunt occupantis, vt ſcribit Clarus §. finali, quæſtio. 78. verſiculo, vlterius quæro, eſt verum, quod ſubſiſtente opinione, quam nos ſuperius tenuimus, vt ſcilicet bannitus tanquam incapax, non eſſet inſtituendus, & ius non haberet in bonis in territorio ſitis, poſſet ea tranſactio ex beneficio legis ſecundæ, C. de reſcindenda venditio. reſcindi, cum eius legis beneficium habeat etiam locum in tranſactione, vt magis
24 communem dicunt Cagnolus in eadem l. 2. in 6. quæſtio. nume. 73. & Arius Pinellus in eadem l. 2. parte prima, cap. 4. num. 14. & quam vti receptiorem, iuſtiorem, & æquiorem ſemper ego ipſe libenter amplexus ſum, æſtimari tamen debet dubius rei euentus; & cum re ipſa articulus præcedens habeat propter Doctorum varietatem, & controuerſam opinionem multas probabiles dubitationes difficilioris æſtimationis, incertus ipſius litis euentus fieret, & cum is, qui acquiſiuit, ab ipſa Camilla acquiſiuerit, & tranſigentes media filij perſona ſint eius hæredes, non video equidem cur non debeant habere rata, quæ ab ea geſta ſunt, & ſicut ſi ab alienata euincerentur, ipſi tenerentur aduerſus extraneos euincentes, aut turbantes, defendere; ergo tanto magis
25 ipſi impediuntur eadem impugnare cum venire nequeant aduerſus factum illius cuius ſunt hæredes, & cuius perſonam ſuſtinent, & repræſentant, vt ex alijs proſequitur Gabriell. titulo, de regulis iuris, concluſione vndecima, numero 1.
26 & poteſt hæres cogi ad id, ad quod tenebatur defunctus, vt ſcribit Socinus ſenior conſilio 293. ante numerum primum, parte ſecunda, Romanus conſilio 18. prope finem, Calcaneus videndus conſilio 18. numero 12. cum pluribus ſequentibus. facit lex, vendicantem, ff. de euictionibus, & l. habere licere, ff. de verborum ſignificatio. Bartolus in l. cum vir, numero 14. ff. de vſucapionibus. quod etiam ad id porrigitur, vt hæres ipſe
27 contrauenire nequeat, etiam ex iure poſtea adueniente, vt ait Decianus conſilio 55. num. 90. & conſilio 121. numero 28. & nume. 34. libro 3. Michael Craſſus tractatu de ſucceſſion. §. hære-
28 ditas, quæſtione 12. numero vndecimo, fol. 21. nam quis non debet improbare factum eius, ex cuius perſona lucrum ſentit, vt inquit Bartolus in l. ſi cum dotem, §. ſi pater, numero 1. ff. ſoluto matrimonio.

Quod verò ſpectat ad tertium punctum, ſecundum ea, quæ proponuntur, arbitror promiſſionem defendendi bona relaxata, vbi reperiantur eſſe ſubiecta alicui oneri, aut hypothecæ in forma communi, & iuris comprehendere caſum filij naturalis, qui ius prætendit in ipſis bonis.

Primò, nam promiſſio pro dato, & facto contrahentium extenditur ad factum prædeceſſo-
29 rum, & ſucceſſorum hæredum vniuerſalium, vt docent Bartolus, & alij interpretes communi cõſenſu in l. ſtipulatio iſta habere, ff. de verborum obligation. & Tiraquellus de retractu conuentionali, Gloſſa 6. §. primo, numero 4. & 5. in verbo, eiuſve hæredis, ergo hoc ius venit ex vi præcedentis promiſſionis pro dato, & facto, et tanto magis ex forma ſecundæ promiſſionis in forma communi, et iuris.

Secundò, nam verbum onus, tanquam generale complectitur omnem moleſtiam, quæ ſuper
30 bonis fieri poſſet, et accipitur non ſolum pro pondere, ſed pro moleſtia, vt ex Liuio tradit Calepinus in verbo, onus.

Tertiò, indefinita oratio æquipollet, et comparatur vniuerſali, etiam in obligationibus, ma-
31 ximè quando eadem ineſt ratio, vt hic, l. ſi ſeruitus impoſita, ff. de ſeruitut. vrbanorum prædiorum, Iaſon in l. ſub prætextu, numero 5. C. de tranſactionibus, et in materia pignoris, et hypothecæ idem procedit, vt inquit excellenter, et egregiè Baldus videndus in l. finali. C. quæ res pigno. oblig. poſſunt.

Quartò, accedat dictio, aliquis, quæ compro-
32 batur etiam in minima parte, vt tradit Ruin. conſilio 60. num. 11. lib. 3.

Quintò, licet ius hypothecæ non ſit dominij,
33 eſt tamen tale ius, per quod res ipſa auocatur,

Jaſon in l.ſi domus.§.de euictione, numero 27.
& §.ſi fundus, nume.31.de legat.primo. conſti-
tuitur enim ſuper rebus,& ideo dicitur onus rei,
ſeu reale, quia per eam non obligatur perſona,
34 ſed res,& ſequitur fundum.l.eos, C.qui potiores
in pignore habeantur. Neguſant.tractatu pigno
rum,prima parte,nume.3. Pariſius conſil.57.nu
me.5.libro 3. ſi igitur expreſſus eſt caſus hypo-
thecæ,per quam ad dominium peruenitur, quia
35 qui actionem habet ad rem, videtur rem ipſam
habere,l.qui actionem,ff.de regulis iuris, vtique
caſus etiam dominij debet dici comprehenſus,
cum fine deſiderato ſint caſus ſimiles,

Sextò, mens contrahentium hæc fuit, vt res li
bera tradita cenſeretur, neminique ſeruiens; &
36 vt defenderetur de iure,& de facto,& ſiue euicta
ſit poſſeſſio,ſiue proprietas quomodocunque, &
qualitercunque, vt docet Bartolus in l. ſtipula-
tio iſta. ff. de verborum obligationibus, l. ſecun-
da.ff.de actionibus empti. Angelus in l.emptor,
de euictionibus. & dixi ego conſil.48.nume.12.
volum.primo, atqui ſi daretur rem euinci poſſe
ratione dominij, quomodo libera remaneret, a-
pud tranſigentem,maximè inſpecta promiſſione
in forma communi, & iuris, quæ facit vt res li-
bera intelligatur ab omni hypotheca, & obliga-
37 tione, & iure hypothecæ, & obligationis, & ab
omni, & quolibet alio iure, & nexu,vt declarat
Cabalinus in ſuo formulario,parte tertia,de ven
ditionis inſtru. fol.119. & tenetur facere eum,in
quem rem transfert,dominum, & ſic debet eum
defendere tam ratione hypothecæ, quam domi-
38 nij,& vbi non ſit dominus,incurrit in pœnam du
plæ, vt tradit Fabianus à Monte,tracta. de em-
ptione,& vendit.6.quæſtione princi.membro 8.
nume.58.& infra, & membro 12.nu.51.56.62.
& 79. vbi loquitur & de dominio,& de pigno.&
Papienſis in forma libelli in cauſa vendit.in ver
bo,promittens,de euic.

Septimò, in contractibus mens contrahentiũ
eſt potiſſimum inſpicienda, & in eis proceditur
de ſimilibus,ad ſimilia,& vna pars, alteram de-
clarat,& capitur ea interpretatio, quam contra-
hentes interrogati veriſimiliter feciſſent, & non
tantum ipſa verba, ſed cauſa verborum ſpectari
39 debet,& interpretatio diſpoſitionis ſemper de ne
ceſſitate ineſt, aut de veriſimilitudine,aut de ip-
ſius rei natura, vt eleganter tradit Decius viden-
dus conſil.555.num.6. & infra pluribus ſequen-
tibus.& conſil.492.num.6.& conſil.374. nume.
1.& 3.& conſil.442.num.3. Crauetta conſil.34.
num.21.& 22. Cum itaque mens contrahẽtium
eſſet, vt hæc bona eſſent libera ipſius tranſigen-
tis, cui relaxata fuerant, erit dicendum, vt à qua-
cunque moleſtia,quæ inferri poſſet, tam ratione
hypothecæ, quam dominij, vel aliter quomodo-
cunque, vnde libera dici non poſſent, deberent de
fendi, vt ſatis indicat ſequens clauſula ratione
moleſtiæ, quæ inferri poſſet à Collegio Caſtillio
neorum, quæ exceptio ad hoc, vt ſit de genere re-
40 gulæ, prout neceſſe eſt eſſe, licet ſit contraria re-
gulæ, Decius in l.prima, numero 20,& infra de
regulis iuris, eſt dicendum qđ onus intelligi de-
beat de moleſtia, quæ quoquo modo inferri poſ-
ſet ſuper dictis bonis, & cum caſus melioratio-
num prædicetur de dominio, & is nominatim ap
pellatione oneris fuerit comprehenſus, conſequi
tur ſpectata contrahentium mente, quæ ea fuit,
vt bona illa libera remanerent ipſis tranſigenti-
bus, vt defendi deberent etiam à moleſtia, quæ
per hunc filium naturalem dominium in eis bo-
nis prætendentem inferri poſſet, tum quia aliter
non dicerentur libera, tum quia aliorum caſuum
expreſſio, hunc includit vti ſimilem, tum quia, ſi
de hoc caſu interrogati fuiſſent contrahentes, v-
tique idem reſpondiſſent, tum denique, quia ſi
voluerunt, vt ea bona defenderentur ab hypo-
theca, quæ minus præiudicabat, ergo eſt veriſimi
le, vt magis comprehendere voluerint caſum
ipſius dominij, per quod magis tranſigenti cum
fuerat facta relaxatio præiudicabatur, & ſem-
per capi debet ea interpretatio, vt minus præiu-
41 dicij fiat iuribus partium quam fieri poteſt, &
vt deſeruiatur principali menti contrahentium,
quæ ea fuit, vt res ipſa ſeruaretur incolumis, li-
bera, & immunis ab omni iure, & moleſtia, ſi-
ue dominij, ſiue hypothecæ.l.tertia, ff.de ſuſpe-
ctis tutoribus, prout & fert natura ipſius promiſ-
ſionis in forma communi, & iuris, quæ ſcripta
fuit ad augendam priorem ſtipulationem pro
ſuo dato,& facto, & idcirco diminutionem af-
42 ferre non debet, ſed potius accretionem, vnde ſi-
cut prior illa obligatio vtrumque caſum compre
hendit, ita hæc poſterior idem præſtare debet.
l.mancipia, ff.de fundo inſtructo, & ita omnino
fieri, vt ei cui res ipſa data fuit, eam habere pe-
nitus liceat, vt ſentiunt Bartolus, & alij in l.ſtipu
latio iſta habere licere, ff.de verbor.obligat. Iaſ.
præſertim num.9.& 12.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO

PRO VENERANDIS Religioſis Patribus Sacræ Societatis Ieſu.

ARGVMENTA.

Voluntas teſtatoris in vnum vſum ſcripta, an & quando, & quomodo in alium vſum conuerti poſſit, multaque, & complura de huiuſmodi re, non minus doctè, & eleganter, quam acutè, & vtiliter explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Voluntas teſtatoris omnibus modis eſt ſeruanda etiamſi aliqua reprehenſione digna videatur.*

2 *Iudicia hominum ſuprema, publicè expedit, vt ſuũ exitum habeant.*

3 *Poteſtas alicui data etiamſi generalis ſit, intelligitur reſpectu eorum quæ mandata ſunt.*

4 *Executores teſtamenti loco procuratorum habentur.*

5 *Mandati clauſula generalis, reſtringitur ad ea tantum quæ in mandato continentur, & quæ ad eorum faciliorem executionem pertinent.*

6 *Voluntatis quæſtio admitti non debet, vbi in verbis nulla ſit ambiguitas.*

7 *Dictio vniuerſalis, omnis, nihil intactum relinquit.*

8 *Appellatione, ſuſpenſa non cenſetur iuriſdictio iudicis à quo, in iis quæ tendunt ad faciliorem appellationis executionem.*

9 *Clara vbi ſit res, opus non eſt alterius arbitrio, aut interpretatione.*

10 *Teſtator habet liberam de rebus ſuis diſponendi facultatem, & ideo decernere poteſt, vt religioſus admittatur ad rem ab eo legatam.*

11 *Legatum pro maritandis puellis, non poteſt tradi ingredientibus religionem, vel in alium magis pium vſum conuerti.*

12 *Voluntatem teſtatoris, an & quando ſufficiat impleri quoad effectum, licet non impleatur quoad modum.*

13 *Legantis nomen eſt inſcribendum, vt eius munificentia appareat.*

14 *Virtus eſt vitium fugere, & ſapientia prima, vitiis caruiſſe.*

15 *A voluntate teſtatoris recedi poteſt ex cauſa, quæ poſt eius mortem emerſerit, & quæ reſpiciat vtilitatem eius cui teſtator voluit conſulere.*

16 *Voluntas teſtatoris optimè intelligitur ex ea coniectura, ſi interrogatus fuiſſet vtiq; idem reſpondiſſet.*

17 *Veriſimilitudo ab effectu ipſo, cui magis cõſulitur, optime deſumitur.*

18 *Executor & cognitor ad aliquid delegatus interpretari poteſt*

19 *Teſtator ſicut poteſt ſuam voluntatem interpretari & mutare, ita etiam is cui ipſe id commiſit.*

20 *Declaratio facta ab executore, facta cenſetur ab ipſo teſtatore.*

21 *Executor declarare poſſe videtur, non requiſito etiam hærede.*

22 *Teſtatoris voluntatem attendere debemus, quatenus concedit, & quatenus prohibet.*

23 *Verbum moderatio iam diſpoſitorum diminutionẽ importat.*

24 *Modificari vbi aliquis poſſit, poteſt corrigere, & mutare, & quæ ſit eius verbi vis.*

25 *Modificatio dicitur, & modi & formæ impoſitio.*

26 *Cenſere idem eſt, quod iudicare, & cenſura, ac cenſor, quid ſignificet.*

27 *Modificatio facilius conceditur circa circunſtantias, quam circa actus ſubſtantiam.*

28 *Verbum emendare, vel reformare, quid importet.*

29 *Arbitrio alicuius, ſi aliquid committatur, quæ facultas ei tributa cenſeatur.*

30 *Iudicio alicuius vbi aliquid committatur, an liberum arbitrium tributum cenſeatur.*

31 *Teſtator quo propoſito aliquid fecerit, eſt maximè inſpiciendum.*

23 *Principi tanquam legi animatæ in terris, Deus leges ſubiecit.*

33 *Princeps poteſt adita etiam hæreditate interpretãdo corrigere voluntatem defuncti, modo id fiat aliqua cauſa publicam vtilitatem reſpiciente.*

34 *Teſtatoris voluntas in vnum vſum ſcripta, an poſſit in alium mutari.*

35 *Legatum reſpiciens publicum vſum, aut honorem ciuitatis an poſſit in alium vſum mutari auctoritate principis.*

36 *Teſtator quod mandauit, vbi non poſſit licitè fieri an poſſit auctoritate principis in alium vſum conuerti, cum conſenſu hæredis.*

37 *Legatum pium in alium vſum conuerti poteſt, accedente auctoritate Summi Pontificis.*

38 *Pium legatum ex cauſa, poteſt ab epiſcopo in alium vſum conuerti.*

39 *Voluntas teſtatoris vbi ſit inepta, vel à iure improbata non ſit commutatio, ſed pro non ſcripta habetur.*

40 *A teſtatore factum cenſetur, quod ſit ab eo, cui teſtator ſuæ diſpoſitionis correctionem commiſit.*

41 *Contra teſtatoris voluntatem fieri non dicitur, ſi aliquid fiat ex noua cauſa, quæ poſtea emerſit, & de qua ſi teſtator cogitaſſet ita, & ipſe ſtatuiſſet.*

42 *Dictio vniuerſalis reſtringi debet ad id quod rationis eſt, & ſecundum mentem proferentis.*

43 *Finem in vnaquaque re, maximè eſſe inſpiciendum.*

CONSILIVM CCLXVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PRæſens conſultatio viſa eſt
valde dubia, cum habeamus
claram Pauli Canobij teſta
toris mentem, vt in omni ca
ſu perſona Doctoris eligen-
di, ſit ſecularis, & non religio
ſa, aut ſacro ordine initiata, aut alicuius congre-
garionis, & teſtatoris domum habitet, & legẽdo
doceat in loco ad id egregiè extruendo, & qui iã
perbellè excędificatus dicitur, & demum eligatur,
& probetur à venerando Collegio I.C. Mediola
ni, in cuius protectione, & tutela perpetuò latere
voluit hanc eius diſpoſitionem, à cuius volunta-
te (cũ expreſſa, & manifeſta ſit) recedere ne latũ
quidem vnguẽ fas eſt, aut iura ſinunt, imo iubent
vt eius voluntas vti lex ſeruetur, & omnino, om-
nibuſq; modis teſtatoris præceptum impleatur,
& ei ſatisfiat, eiq; ſummo ſtudio pareatur, etiam
non obſtante Principis reſcripto, & etiãſi repre-
henſione digna videatur, & ſine ratione, & etiam
ſi diſpoſitio inutilis efficiatur, & etiamſi læderé-
tur cauſa fauorabilior; Siquidem nihil eſt, quod
magis hominibus debeatur, quàm vt quod nõ re
dit, arbitrium ſit liberum, & reipublicæ intereſt,
valdeq; pium videtur, vt ſupremę teſtantium vo
luntates, ſeruentur: eas autem impugnare iniquiſ
ſimum eſt, imo multæ, & complures pœnæ ſunt
his conſtitutæ, qui earum pietatem aſpernãtur,
aut executionem negligunt, & ne id ſequatur, de
bent ſumma ope, & omni contentione eniti hi
1 quorum fidei teſtator executionem commiſit, ne
in deteſtandum proditæ ſuſceptæ fidei, & tutelæ
vitium delabantur, & ea vituperatione, & igno-
minia inſigniter, & aſperè notentur. Additur vo
luntatem teſtatoris eſſe omnium interpretatio-
num fontem vberrimum, & cauſam cauſarum, &
tanquam reginã, & imperatricem principem lo-
cum obtinere, in latiſſimo vltimarum voluntatũ
campo; & vbi ea perſpicua, & aperta ſit, qualis
eſt hæc alia, non eſt exquirenda ratio, cur ita ſen
ſerit, cur ita voluerit, cum ſit pro ratione, & lege
voluntas, l. 1. C. de ſacroſac. eccleſ. §. diſponat, in
Authent. de nuptiis. l. in conditionibus primum
locum. ff. de condit. & demonſtrat. & multos, &
multa in idem referunt Cardinalis Mantica de
coniec. vltimarum voluntatum, lib. 3. tit. 3. à nu-
mero 1. vſque ad numerum 12. Simon a Prætis
de interpreta. vltimarum voluntatum, lib. 5. in-
2 terpret. 1. dub. 1. à nu. 1. vſque ad nu. 30. fol. 479.
publicè enim expedit ſuprema hominum iudi-
cia exitum habere. l. vel negare, ff. quemadmod.
teſtam. aperiantur.

Et quamuis magna videatur poteſtas, quę eſt
tributa ipſis executoribus, ſcilicet venerando, &
perilluſtri Collegio noſtro; attamen ea intelligi
tur circa præmiſſa, & pro executione contentorũ
in teſtamento etiamſi dictum foret, q̃ deceſt...
3 ab ipſo executore haberetur perinde ac ſi eſſet ab
ipſo teſtatore diſpoſitum, vt conſuluit Ruin. cõſ.
4 84. ſub nu. 12. verſ. in quantum, vol. 2. nam loco
procuratorum ſunt, vt ait Bal. conſ. 123. num. 5.
lib. 5. & clauſula generalis mandati reſtringitur
ad ea tantũ, quæ in mandato continentur, & quę
ad eorum faciliorem executionem pertinent, vt
com. dicit Iaſ. in l. quæ acta, nu. 21. & 22. ff. de of.
5 proconſul. & optimè conferunt, quæ idem ſcribit
conſ. 171. vol. 2. & quæ notantur in l. ſi de certa,
& l. age, & l. ſub prætextu, C. de tranſa. & hoc ma
ximè eſt dicẽdum cum teſtator hoc idem palam
fecerit, dum dixit in verſi. quanto à l'opera mia,
talem reformationem, & emendationem ſolum
concedi, dum prouideatur ad maiorem eius vo-
luntatis fauorem, & id etiam reſtringendum vi-
detur reſpectu eorum, quæ ambigua forent, ea
autem quæ clara ſunt, vt iacent ſeruari voluit, ſi
6 quidem vbi in verbis nulla ſit ambiguitas, non
debet admitti voluntatis quæſtio. l. ille, aut ille,
ff. de lega. 3. & idcirco cum omni caſu voluerit te
ſtator Doctorem ipſum eſſe ſecularem, nihil de-
bet admitti, in quocunque reformationis caſu,
contra hanc apertam eius voluntatem: cum tan-
7 ta ſit vis illius vniuerſalis dictionis, omni caſu, vt
trahatur ad caſum etiam improprium, & ad om-
nes partes teſtamenti, & ad omnes caſus etiã in-
opinatos, nihil enim intactum relinquit, ſed om-
nia quæ comprehendi poſſint, complectitur, vt
pulchrè proſequitur Crauet. conſ. 294. nu. 1. 2.
& 3. & ſi contrarium admitteretur, non diceren-
tur, quorum ſpectatæ fidei ſe commiſit teſtator,
executores, aut protectores teſtamẽti, ſed potius
oppugnatores, & oppreſſores, ac euerſores: hæc
enim eorum facultas procedit, in his quę tẽdunt,
& diriguntur, ad faciliorem exitum, & executio-
nem eorum, quæ à teſtatore præſcripta ſunt, vt
in ſimili dicitur de poteſtate iudicis à quo, cuius
iuriſdictio non cenſetur ſuſpẽſa circa ea exequẽ-
8 da, quæ fauent appellationi, quicquid ſit ratione
eorum, quæ ei nocent, vt ſcribit Lancellotus tra-
cta. attent. de attenta. appel. pend. limit. 4. nu. 1.
& 2. & hoc eſt preſertim concedendum cum non
deſint perſonæ inſignes, in quibus voluntas teſta
toris optimè comprobari poteſt. l. legatum, ff. de
admi. rer. ad ciui. Bar. in l. legatum, de vſufr. lega.
hæcque voluntas ſit magis perſpicua cum eo re-
ſpectu, an ſit Mediolanenſis, id temperauerit ca-
ſu quo eſſet vir eximius, & prope ſingularis, ex-
cellentis adeo virtutis, vt alter ei comparari non
poſſit, in quo verſatur arbitrium, & iudicium exe
cutorum, ſecus reſpectu illius qualitatis, an ſit ſe-
cularis, vel religioſus, quia hæc exceptio ita fir-
mat ſuperiorem diſpoſitionẽ, vt ab ea recedi non
poſſit, & cum res ſit clara, opus non eſt alterius ar
bitrio, aut interpretatione. l. nam quod liquidè,
9 ff. de penu lega. Alex. conſ. 64. nu. 1. vol. 4. & id vi
detur etiam factum nõ ſine aliqua iuſta ratione,
ne eius

ne eius diſpoſitio ad epiſcopum deferatur, vel ad
abbatem, aut prępoſitũ, quibus religioſi ſubſunt,
deuoluatur, aut authoritas executorum cum pro
fana, vel laica ſit, in eis inanis, & eluſoria fiat,
10 quod teſtatori permittitur propter amplũ, quod
in rebus ſuis habet arbitrium, vt tradunt Baldus
conſ. 301. nu. 6. lib. 2. & melius Signorolus Ho-
modeus noſter cõſ. 204. nu. 4. & Alex. conſ. 206.
nu. 6. & 7. lib. 6. adeoq; executorum poteſtas eſt
alligata, & conſtricta legibus voluntatis teſtato-
ris, vt relictum pro maritandis, & in caſtum, & le
gitimum matrimonium collocandis puellis, non
poſſit ab eis tradi ingredientibus religionem, vel
11 in alium etiam magis pium vſum conuerti, quia
hoc non habent in mandatis, & lex mandati fi-
deliter eſt obſeruanda, eiuſq; fines diligẽter ſunt
cuſtodiendi, l. diligenter, ff. manda. c. cum dilecta,
de reſcript. & decidit Bald. in auth. niſi, nu. 11. ad
Trebel. & conſuluere Angel. conſ. 328. col. 1. in-
cip. Anaſtaſius, Natta conſ. 211. num. 19.

Verum enimuero ſecundum ea quæ proponũ
tur arbitror, inſpecta etiam teſtatoris mente, de-
fendi poſſe contrariam partem.

Primò, quia (vt verum loquar) illud receptum
videtur, vt ſatis ſit voluntatem teſtatoris imple-
12 ri, quo ad effectũ, licet non impleatur quo ad mo
dum, & quamuis id non habeat locum in volun-
tariis conditionibus, attamen id non procedit,
quoties conſtet de mẽte teſtatoris, vt potius effe-
ctum reſpexerit. l. ſi mater, vbi Bal. C. de inſtit. &
ſubſtit. plenè notatur in l. Gallus, §. & quid ſi tan
tum, de lib. & poſthu. & communem dicit Pariſ.
conſ. 20. nu. 41. vol. 3. Mant. de coniec. lib. 11. tit.
16. nu. 4. & ante nu. 9. idem Pręt us relato tracta.
lib. 1. ſol. 14. nu. 22. fol. 77. & nu. 36. fol. 78. Ve-
rum in caſu noſtro conſtat teſtatorem in illud v-
num oculos ſuos coniecisse, illud vnum in eius
mentem veniſſe, omnemq́; eius cogitationem, &
animi motum in eo vno verſatum fuiſſe, vt ſcili-
cet Mediolanenſis iuuentus hac philoſophiæ o-
prima parte, his moralibus diſciplinis, ingenuo
viro dignis, imbuta, & erudita aptior euaderet
ad gubernandam rempublicam ad ciuitatis mu-
nia obeunda (ſolent enim mores, atq; vita ſpecta
ri in honoribus habendis, vel non habẽdis, & ad
capeſcendam, & fruendam perpetuam illam fęli
citatem, & ſempiternum illud ſummum bonum,
ad quod omnia referuntur bona, nec vt ſæpe fit,
hebeſcens, & languens in otio vitam inhonoratã
& ingloriam non egregijs, ſed turpibus factis vo
luptati obſequens traducat, & idcirco tantoperè
deſiderauit, vt Doctor ipſe, quod verbis profite-
retur, optimis moribus, ac vitæ exemplo, quod
eſt quoddam perpetuum, & aſſiduum docendi
genus, comprobaret, qui quidem effectus cũ ma-
gis, atq; magis conſequi poſſit, ex huiuſmodi ap-
plicatione. Nam ſi locum, & tempus legendi, &
occaſionem inſpiciamus, nulla eſt opportunior,
& magis idonea; nam poſtquàm ab humaniori-
bus litteris receſſerit, frequens adeò auditorum
copia, loci & temporis cõmoditate allecta, &
incitata facilè accedere poterit ad ſcholam Ca-
nobianam ad audiendos morales libros, vnde be
ne morata diſcedat, quod vnum bonum ante te-
ſtatoris oculos obuerſabatur, ſi etiam perſonam
Doctoris intueamur, quæ maior vitæ integritas
poterit deſiderari, quàm ea quæ mirificè quaſi ru
tilum lumen, ſplẽdet in his venerandis patribus
luce Chriſtianorum morum conſpicuis; ipſi igi-
tur effectui inſeruiamus, etiam ſi modus præſcri-
ptus aliqua ex parte læderetur, cum ille ſit ordi-
natus ad faciliorem executionem effectus, et ex-
periẽtia doceat, et re ipſa hoc ipſum reperiamus
nunc ſcholas ipſas Canobianas ob carentiam au
ditorum inutiles ferè, & penè infructuoſas eſſe, ra
tione. n. loci ſatis prouiſum erit, ſi nouæ, & hono
rificę ſcholę erigantur, prioribus vẽditis, quę Ca
nobianæ appellantur, vt in eis munificentia eius
qui legauit ſui nominis inſcriptione notetur, vt
13 meminit I. C. in l. legatam, in ſi. ff. de admi. rerum ad
ciu. pert. cogitauit. n. prudẽs teſtator ab hac opti
ma morum diſciplina, virtutis imperiũ, & vitio-
rum exilium facilè importari poſſe, nã duplex eſt
regnum, alterum virtutis, alterum vitiorũ, & cũ
inuicem cõtraria ſint, & contrario nomine oppo
nantur, merito inter ſe perpetuum bellũ gerunt;
& licet vtrunq; vim magnam habeat, & quaſi à
vi initium ipſius nominis ducat, tñ cum vitiũ ſit
maſculus, virtus autem fęmina, facilè illa ab iſto
14 cõmiſſa pugna ſuperatur; nam facilius eſt deſcen
ſus auerni, & voluptatũ blanditiis deliniti ad ea
omnia gerenda impellimur, quæ praua ſunt, & à
rectè factis deducimur; cum admouẽtur faces do
lorum, virtutis regnum eſt collocatum in altitu-
dine florentis montis, & idcirco aſſenſus eſt diffi-
cilis, & multo labore, & ſudore opus eſt, in eo cõ
ſequẽdo, ſiquidẽ nulla ſine labore virtus eſt, quia
labor proceſſus eſt uirtutis, regnum uero uitiorũ
humi iacet, & propterea uia præcipiti, & lubrica
facile ad illud deſcendimus, & cum mens non
poſſit habere regnum uirtutum, niſi prius excuſſe
rit iugum uitiorum, & cum uitium ipſum ſit tan
quam funeſta peſtis, cuius contagione bona infi
citur indoles, equidem uelut in peſte nullum eſt
ſalutarius remedium; ipſa celeri, et longa fuga,
unde uirtus eſt uitium fugere, et ſapiẽtia prima,
ſtultitia, uitijſq; caruiſſe: hocq; eſt uirtutis caput
maximum, multumq; intereſt, ut iã inde à puero
aſſueſcamus, ut et lętemur bonis rebus, et dolea-
mus contrarijs, et ab eo quod nimium, et parum
eſt nos abſtineamus, et in unaquaq; re ſeruemus
auream mediocritatẽ, cum ex Ariſt. lib. 2. Ethic.
virtus ſit habitus animi, ad agendum impellens
in mediocritate poſitus eaque nos attingit ratio
ne ſic rectus, & prudens præſcripſerit, hocque
habitu melior homo efficitur, & officio ſuo, ac
munere probè fungitur, id tantum vtile putans,
quod honeſtum ſit, turpe autem exiſtimãs, quod
ab honeſto alienum eſt, vnde, quæ recta ſunt, &
honeſta, facit, quæ vero flagitioſa, & turpia ſint,

prætermittit, & odit, & cum valde Reipublicæ 15
interſit, vt ciues bene morati, & inſtituti ſint, &
vt in officiocontinerentur, qui recti lineas tran-
ſire vellent, & ſua ſponte nollent rectas, vt de-
cet tenerè vias, Sacratiſſimæ leges latę fuerunt,
quibus virtuti præmia, vitijs ſupplicia conſtitu-
ta ſunt; hæcque iuris præcepta tradita ſunt hone
ſtè ſcilicet viuere, quod maximè ad mores, &
ad matrimonia pertinet; neminem lædere, quod 16
ad naturæ legem ſpectat, quæ nos docet alteri
non facere, quod nobis fieri nolimus; ius ſuum
vnicuique tribuere, quod iuſtitiæ proprium eſt,
& quod mehercle à Chriſtiana doctrina non di-
ſtat, quæ iubet, vt Deum ex toto corde diliga-
mus, & proximum ſicut nos ipſos, quæ ſacroſan-
cta mandata, ſi vt decet fideliter, vt promiſimus
in Sacro Baptiſmatis fonte ſeruauerimus, pro-
cul omni dubio, vitam beatam ingrediemur, &
æternæ gloriæ præmia aſſequemur, quæ iuſtis vi
ris tanquam benemeritis militibus fuerũt à Deo
Optimo Maximo propoſita, & promiſſa, dũ per
os Iſaiæ promulgauit, dicite iuſto, quoniam be-
ne; in quo bono cum cõtineatur ſummum bonũ,
ideſt ipſe Deus Opt. Max. ad quod omnia refe- 17
rũtur, equidem in eo vniuerſam bonorum affluẽ
tiam, quę deſiderari poſſit, cumulatè amplectitur
ſi te igitur nõ mouet virtutis bonitas, per ſe ama-
bilis, & deſiderabilis, ad eam concupiſcendam, &
conſectandam, & ad fugienda vitia, quorum vi-
tioſitas inanium voluptatum melle, & falſa recti
ſpecie delinita, & adumbrata eſt, intus valde ama
ra, & deteſtabilis; ſaltem te commoueat, & impel
lat hoc ingens præmium virtuti, & iuſtis, beneq;
moratis viris promiſſum, & ita promiſſum, vt mi
nimè deficiat, cum is qui promiſit ſit adeo largus
& liberalis, atq; munificus Rex regum potentiſ- 18
ſimus, & fideliſſimus, vt neſciat mentiri, cũ ſit ip-
ſa veritas, & lõgè plus præſtet, & exequatur, quã
promiſerit, & vt paucis verbis dicam quid eſt
quod te velim, difficilem primo aſpectu viã vir-
tutis ineas, quæ requiem præbet feſſis in vertice
ſummo, leuia enim ſunt ad extremum, quæ tu
grauia eſſe credis: vitiorum autem latam viã quę
primum ſpectantibus molle, & dulce oſtẽdit iter
derelinquas, cum vltima meta, quam vnam pe-
tis, præcipitet captos, voluatque miſerè per ar-
dua ſaxa ad inferos, gloriam tu iſtam obtine, nã
improbo nemini bene eſſę poteſt, tibi enim idem
conſilij do, quod mihimet ipſi, teſtatorq; noſter
vt bene ſuis eſſet ciuibus voluit hoſce Ariſtotelis
libros de moribus accuratè ad Nicomachum fi-
lium ſcriptos legi, & in aures adoleſcentum, ita
aſſiduè infundi, vt in animo inſcripti viderentur, 19
& infuſi nunquam effluerent, quem finem cum
aſſequamur à probatis his patribus, quorum col-
legia nihil viderũt niſi pudicum, niſi ex optimo
more, & Sanctiſſima diſciplina, non videtur hæc
mentis teſtatoris inuerſio, ſed potius obſeruatio 20
propter magiſtri laudabilem vitam.

Secundo à voluntate teſtatoris, recedi poteſt
ex cauſa, quę poſt eius mortem emerſerit, & quę
reſpiciat vtilitatem eius cui teſtator conſulere,
& proſpicere omnino voluit, l. in confirmando, l.
vtilitatẽ, ff. de confir. tut. ſiquidẽ diſpoſitio q̃libet
intelligitur rebus ſic ſtantib. & eundem ſtatũ te- 21
nentibus, & ea coniectura, ſi teſtator interroga-
tus vtiq; idem reſpondiſſet, multum in hac re va-
let, non eſt enim credẽdum, nec veriſimile ſi pru-
dens teſtator horum patrum ſuauiſſimũ, & opta-
tiſſimum aduentum, & fructum, qui hodie ex bo
na quam nauant opera in erudiendis liberalibus
& ingenuis artibus adoleſcentib. Mediolanẽſib.
præuidiſſet, quod ita diſponere voluiſſet, & idcir
eo hanc coniectam mentem is tenere debet, cui 22
eius rei iudicium, & arbitrium datum eſt ab ipſo
teſtatore, vt cõmemorat idem Mant. de coniect.
vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 19. & 20. interpreta-
mur enim volũtatem teſtatoris, vel quod ita ſen-
ſerit, vel quod ſi cogitaſſet ita veriſimiliter reſpõ
diſſet, l. penul. ff. de iure Cod. gl. in l. tale pactum,
ff. de pactis, & amplificat idem Mantica eod. lib.
titu. 19. à num. 1. vſq; ad num. 5. & tit. 2. num. 7.
Gabriel de reg. iuris, concluſ. 10. num. 6. hæcque
veriſimilitudo ab effectu ipſo cui magis conſuli-
tur optime deſumitur, vt affirmat Simon à Præ-
tis relato trac. lib. 1. fol. 14. à num. 1. vſq; ad nu. 23
6. fol. 76. & alibi ſæpe.

Tertio, teſtator conſiderans temporum, & re-
rum varietatem ſibi deligere voluit viros ſapien
tiſſimos, ſcilicet nobiliſſimos I. C. ex venerando
noſtro collegio Mediolani quorum prudentię, &
conſilio eius lecturæ, & inſtituti ſtudij diſpoſitio
nem, voluit ita eſſe commiſſam, vt omnino nedũ
eius tutela, & interpretatio omnis, ſed vt mode-
ratio, & ſimul cenſura, ad eos pertineret, & quod
ab eis ſancitum foret id obſeruari voluit, perinde
ac ſi ab eo conſtitutum foret, vnde fit, vt non dicã
tur meri executores, quorũ poteſtas eſt valdè re-
ſtricta, ſed miſti ſint quorũ facultas amplior eſt,
& latius patet, cum non ſolum in exequẽdo, ſed
in decernendo verſetur, vnus nudum habet mini
ſterium, alter ius in re, ſiue ratione cõmodi, quod
interdum percipit, ſiue ratione facultatis eligẽdi
perſonam, aut declarandi, vel interpretandi de-
functi voluntatẽ, quia is tunc vice iudicis fungi-
tur, eiuſq; partes ſuſtinet, vt docet Bart. in l. cum
quidã, la 2. nu. 11. de leg. 2. & ibid. Alex. in addit.
in verb. purgare, Abb. conſ. 110. nu. 2. lib. 2. Bal.
in l. id quod pauperib. nu. 35. C. de epiſc. & cleri.
& pulchrè, & fusè has, & alias proſequitur diffe-
rentias Prætus viden. eo. trac. lib. 5. dub. 2. à nu.
41. vſq; ad nu. 71. & ſicut teſtator poteſt ſuã volũ
tatem interpretari, & mutare, ita & is cui ipſe cõ-
miſit cum eius miniſterio idem ipſe id agere di-
catur, l. Theopompus de dote prælegata, l. quem
hæredi. ff. de condit. & demon. quo fit, vt declara
tio ab eo facta ab eo ipſo teſtatore facta intelliga
tur, vt inquit doctiſs. Alciat. noſter conſ. 62. nu.
13. lib. 9. & poteſt etiam declarare hærede nõ re-
quiſito, vt ait Bald. in repetit. l. 1. col. 7. verſ. 5. de
leg. 2.

21 leg.2.& optime confert idem Bal.conſ.301.à nu
me.2.vſque nu.6.vol.2. nam debemus attende-
re voluntatem teſtatoris quatenus concedit, &
22 quatenus prohibet, l.ſi plures, §.1.& §. pen. ff.de
adm.tut.& fusè aſſeuerat, vid. idē Prætus excita
to ſæpius trac.lib.1.fol.5.nu.9.& 23.fol.16.

Quod autem teſtatoris mens fuerit concedē-
di ipſi Venerando Collegio diſpoſitorum muta-
tionem ex multis percipitur, & maximè ex illis
verbis, non ſolū tutelam commiſit, ſed modera-
23 tionem, nam verbum illud, moderatio, importat
iam diſpoſitorum diminutionem, vt tradit Feli.
in cap.ex litteris contraxi ſub num.19.verſ.item
facit, quia in arbitrarijs, & num.21.verſic. tertia,
declaratio de conſtit. & vt poſſit modificari, idē
refert, quod corrigi, aut mutari, in clement.de e-
24 lect.cap.2. & hæc moderatio affert diſpenſatio-
nem, & diſponendi poteſtatem, l.in re mandata,
C.mandati, l.vltima, C.de modo multarum, l.
moderato, C.de officio rect. prouinc. facit, capit.
tranſmiſſæ, de verbor. ſignific. cap.cupientes, in
princ. de elect.in 6.& dicitur, & modi, & formæ
25 impoſitio ſecundum Archidiaconum, in c.quam
uis, de offic.ord.lib.6.cap.in ſcripturis diſtinctio,
96. & hoc idem confirmatur ex ſubſequenti ver
bo, cenſura, quod nouum quoddam ius inducit,
& nouum tribuit iudicium, nam cenſere eſt iudi-
care, iudicium conſtituere, & præcipere, l.cenſe-
26 re, de verbor. ſignificat. gloſ. optima in verbo, cē-
ſentes, & ibi Card.in §.ſecus, col.2. verſ.3. quæ-
ro in clement. prima, de conceſſ. præbendæ. Item
cenſor eſt iudex, inde cenſura, ideſt iudicium, &
propterea eis nedum ius declarandi, ſed diſponē
di illis verbis tributum fuiſſe omnino ſi veritatē
amamus fatendum eſt.

Quarto id adiuuatur ex ſubſequenti capite
incip. quanto all'opera mia, vbi expreſsè teſtator
inquit ſi aliquid circa tale opus ordinauerit, qđ
parum rationis aut vtilitatis haberet ad ſuum ip
ſius propoſitum adiuuandum ita, vt cum eo ma-
iori fructu, qui deſiderari poſſit, illud idem exe-
cutioni mittatur, illud omne remiſit arbitrio ip-
ſorū Iuriſconſ. quibus poteſtatē emendandi, & re
formādi conceſſit, vnde cum ex prædicta appli-
catione longè maior fructus percipi poſſit in cō-
muni, & vtilitas vberior conſequi poſſit propter
auditorum frequentiam, & vt effectui à teſtato-
re toties deſiderato magis atque magis inſeruia-
mus remittenda erit illa qualitas, vt ſecularis ſit
Doctor poſtquam hæc relaxatio eſt circa circū-
ſtantias, & non circa actus ſubſtantiam, quæ in
ſuo manet robore, imo ita cenſendo, & moderan
do cumulatius, impletur diligentiusque præſta-
tur, & induſtrius perficitur quod teſtator voluit,
vt ſcilicet huius ſtudij, & moralis diſciplinæ be-
neficio ciuitas noſtra optimè moratis ciuibus re-
pleatur, & ſi quos à recta ratione, & à virtutis tra
mite vitioſa natura detorqueret, & deflecteret
eoſdem tanquam ab exilio ad ſalutem, & ad bo-
nam frugem reuocatos hæc bonarum artium vti
lis exercitatio in bonam viam reportaret, atque
27 reſtitueret, facilius namque conceditur aliquid
moderari circa ipſas circunſtantias, quam circa
actus ſubſtantiam, l.hæredes palam, §.ſi quid, &
ibi notant omnes, ff.de teſt. late Gabriel. lib. cum
mun. titu. de regulis iuris concluſ.3. num.61. &
id maximè inferre videntur illa verba ammen-
28 darlo, & riformarlo, quæ ſupponunt eadem re-
manente cauſa principali aliquid tolli, aut addi
circa qualitates principali diſpoſitioni inhæren-
tes, vt notant Decius, & alij, in l.edita, num.17.
& infra, C.de edendo, & §.ſi minus Inſtitu. de a-
ctionibus, & cum id remiſſum ſit arbitrio Iuriſ-
conſultorum pro eorum animi inditio, & accom
modata intelligentia poſſunt hanc emendatio-
nem, & reformationem in ea parte facere; nec
29 offendi aut lædi videtur teſtatoris voluntas, cum
id ex eius mente, & tributa ab eo facultate fiat,
& illa verba eorum arbitrio importare videntur,
vt illud faciant quod in re ſua facerent, etiamſi
minus diligenter facerent, vt egregiè docet Bar-
tolus, in l.prima, num.5. de ſolut. & ait Decius
in l.in perſonam, §.generaliter, num.3. ff.de reg.
iuris, Bartolus in l.ſi ſic in principio, de lega.pri-
mo, vbi dicit ſi aliquid ſit commiſſum, vt hic, iu-
dicio alicuius importare liberam voluntatē mo-
do dolus abſit, & ſiue ex illis verbis velimus in-
ferri liberum arbitrium, vel à iure moderatum
30 de quibus plenè agit præſes Menochius de arbi-
trar. iudic. quæſt.7.& 8.& quæſt. prima, & 6. pre-
tus de interpret. vltimar. lib. primo, ſolut.10. nu-
me.4.& infra, fol.71. vtroque caſu dicemus lice-
re ipſis Iuriſconſultis tāquam arbitratoribus ad
id à teſtatore electis, vt probat Prætus, eo.folio
16.num.9.& 10. declarare quod Doctor non ſit
ſecularis, cum per id magis affectui ab eodem te-
ſtatore exoptato conſultum eatur, nam potiſſi-
31 mum eſt conſiderandum quo propoſito aliquid
teſtator fecerit, l.in fraudem, §.primo, ff.de mili-
ta.teſtam.

Quinto ad dilatandam, & amplificandā ipſo
rum executorum facultatem, quatenus opus ſit
adiungi poſſet, excelſa principis, vel præſidis au-
toritas, vel ſuprema illa Summi Pontificis ſiqui-
dem receptiſſimum eſt Principem tanquam le-
32 gem animatam in terris cui Deus leges etiā ſub-
iecit, §.vltimo, in authent. de conſulibus, l.verbis
legis, ff.de verbor. ſignific. Baldus conſil.373.nu-
me.2, volu. primo, poſſe etiam adita hæreditate
interpretando corrigere voluntatem defuncti au
toritate ordinaria modo id fiat ex aliqua cauſa
33 reſpiciente publicam vtilitatē, & etiam ſine cau-
ſa, ſi autoritate abſoluta vti maluerit, vt com-
munem teſtatur Pariſ. videndus conſil. primo,
num.89. lib. ſecundo, quem refert & ſequitur idē
Prætus memorato ſepius trac. lib. primo, fol.13.
num.20. fol.27. cui addo Gabriel. lib. commun.
titu. de iure quæſito non toll. concl.1 & 2. & vbi
34 agitur de mutāda teſtatoris voluntate, vel de cō
uertēda eius diſpoſitione ī aliū vſum, vt multa in

pauca conferantur cum breuiloquentem iã me
tempus ipſum faciat, diſtingui ſolet, aut legatũ
eſt factum in priuatũ alicuius uſum, & tunc au-
toritate principis ordinaria non mutatur, nã non
cenſetur princeps uelle ius tertij tollere, ut ſentit
35 Caſtr. in l. ſi teſtamentũ, C. de teſta. aut agitur de
legato reſpiciẽte publicũ uſum, aut ciuitatis ho-
norẽ, & decus, quale eſt hoc noſtrũ, & de quo agit
Iuriſconſultus in l. ciuitatibus, ff. de leg. 1. & cuius
legati, propterea actio dicitur popularis, vt ibi-
dem monet Bart. nu. 4. & tunc etiamſi licitè poſ
ſit fieri, quod teſtator mandauerit, poteſt tamen
26 Principis authoritate in alium vſum verti, cum
ipſe ſit dux, & author, & actor illarum rerum, vt
probat idem Bart. in l. legatam, de adminiſtrat.
rerum ad ciuit. pertin. & vbi licitè fieri non poſ-
ſet, vel legata pecunia in vſum à teſtatore præſcri
ptum non ſufficeret, poteſt etiam abſque Princi-
pis authoritate, cum ſolo conſenſu hæredis, & re
gentium rempublicam, conuerti in alium vſum,
vt cenſuit idem interpretum princeps Bart. in l.
legatum, de vſufruc. legato, & Alber. in l. liberto,
§. Lucius, de annuis legatis. ſi autem legatum ſit
pium, tunc ſummi Põtificis authoritate hæc mu
tatio fieri poteſt. Clemen. quia contingit, de reli-
37 gioſis domib. & id maximè conceditur ſi non om
nino, ſed tantum ex parte infringatur, vt hic ip-
ſa teſtatoris diſpoſitio, immo & in aliam fructuo
ſam, & vtilem conſimilem cauſam, ex iuſta, & ne
ceſſaria cauſa, authoritate epiſcopi poteſt com-
mutari, vt inquit Baldus in l. ab eo, prope finem,
C. de fideicommiſ. l. eum rem alienam, nu. 5. & 6.
C. de leg. Roman. ſingul. 475. incipien. legatum,
quos multis adiectis refert idem Pretus libro 4.
38 dub. 3. à num. 18. vſq; ad numerum 30. fol. 471.
nam, vt dixi, ex iuſta aliqua cauſa id poſſe ab eis
ordinaria authoritate fieri nemo eſt qui dubitet;
nam id dubitationem non recipit, vt cauetur ſa-
croſancto Concilio Tridentino ſeſſ. 22. cap. 6. de
reformatione, & ſine cauſa ex abſoluta horum
Principum poteſtate; illud tamen obſeruandum
putarem, vt vbi teſtatoris voluntas eſſet inepta,
39 vel aliàs à iure improbata, veluti bonis repugnãs
moribus, aut tanquam atra nix ridenda, non eſ-
ſet facienda commutatio, ſed pro non ſcripta tũc
potius haberetur. l. conditiones, la 1. & 2. ff. de cõ
dition. inſtit. l. ſeruo alieno, §. fi. & l. ſi quis inqui-
linos, §. penult. de legat. 1. & fuit de mente Barto
li in eadem l. legatum ciuitati, nu. 2. & 3. de vſu-
fruc. legato. & comprobat idem Pretus lib. 5. in-
terpret. 1. dubit. 1. à num. 63. vſque ad nume. 74.
fol. 481. vnde fit vt cum in præſenti ſpecie non
agatur de perimenda penitus, & omnino tollen-
da defuncti diſpoſitione, ſed de corrigenda quali
tate ipſius Doctoris, & id fiat ex iuſtiſſima cauſa,
quæ manat à publica vtilitate, & quæ etiam du-
citur à veriſimili mente teſtatoris, qui ſi de hoc
caſu, qui ſuperuenit, cogitaſſet vtique idẽ diſpoſi
turum fore pro comperto habendum eſt, erit om
nino hæc qualitas reſecanda, & de medio tollen-
da, vt teſtatoris voluntati magis pareamus, & af
fectui ab eo deſiderato, id eſt, publicæ vtilitati cũ
mulatius ſatisfaciamus, firmis in cęteris manen-
tibus reliquis à teſtatore diſpoſitis.

Nec quæ ſuperius ex contrario protulimus
tanti eſſe poſſunt, vt has poſteriores rationes lon
gè (meo iudicio) firmiores eneruent, aut infir-
ment.

Nam licet defunctorum volũtates dignæ ſint
multis fauoribus, & eas prætor quantum fieri po
teſt, tueatur, & eaſdem totis viribus, omnique co
natu ſuſtinere, & defendere debeant, quos ſibi te
ſtator adſciuit, protectores, vel executores, ne fi-
dem ſuſceptam, quod ſanè indignum eſt, fallere
videantur; attamen id primum dicam, deinde cę
tera eloquar, hoc non procedere vbi aliter à teſtã
tore diſpoſitum ſit, aliquorum arbitrio ſuæ diſpo
40 ſitionis correctionem committendo, quia quod
ab eis fit, ipſius teſtatoris voluntate fieri dicitur.
l. vnum ex familia, §. 1. & ibidem Bartol. & alij
de legat. 2. Crauet. conſil. 122. nu. 3. Item quan-
do noua & improuiſa poſtea emerſit cauſa, an-
tea celata, & ignorata, ob quam teſtator idem ve
riſimiliter ſtatuiſſet, ſi id cogitaſſet, quia tunc nõ
dicitur fieri contra eius voluntatem, ſed potius
41 ex eius mente, vt affirmat doctiſſimus Alciatus
noſter conſil. 15. num. 8. lib. 8. & ſatis probatum
eſt ſuperius in ſecundo argumento pro hac par-
te. Item quando ex ipſa correctione, aut muta-
tione magis conſulitur publicæ vtilitati, & reſpõ
detur effectui, & fini à teſtatore deſiderato, & ſu-
perioris authoritas accedit, nec omnino, aut peni
tus immutatur principalis diſpoſitio, ſed tantum
quædam potius accedens qualitas.

Non refragatur etiam vt poteſtas tributa exe
cutoribus debeat reſtringi ad ea, quæ proſint vo-
luntati teſtatoris, non autem ei obſint, quia re-
ſpondetur eiſdem nedum exequendi, vt contra-
ria loquuntur iura, ſed emendandi, & reforman-
di, minuendi, & iudicandi tributam eſſe amplam
poteſtatem, vt in quarto argumento demonſtra-
uimus; vnde ex cauſa hac publicum reſpiciente
bonum, & effectum à teſtatore deſideratum vbe
rius implente, iùre fieri dicitur hęc correctiõ non
aliena à teſtatoris voluntate, poſtquam idem ita
fieri voluit, & veriſimiliter hoc ipſe idem ſtatuiſ
ſet, ſi ſuperuenientem hanc publici boni cauſam,
quod unum ſpectauit, nouiſſet, & ex ſuperioris
authoritate tollitur omnis hæc diſceptatio, & al
tercatio, & cum latus ſit eius campus, in quo po-
teſt exultare oratio noſtra, & auctoritas ſua, ni-
hil eſt, quod eas in anguſtias, aut dumeta com-
pellamus.

Non aduerſatur utique conſideratio illa uni-
uerſalis illius dictionis, omni caſu, quia etſi ma-
gna ſit huius orationis uis, tamen reſtringi debet
42 ad id, quod æquum eſt, & ſecundum proferentis
mentem, & ab eo tributam authoritatem, & ne
inconueniens, aut abſurdum aliquod ſequatur,
& ad id, quod eſt ueriſimile, & concernit cauſam

ipſius

ipſius diſpoſitionis, & quoties ſubeſt ratio, cur ita fieri debeat, ut luculenter declarat Crauetta uidendus conſilio tertio, numero 6. & infra multis ſequentibus.

Quare vt vnde ortum eſt initium iam redeã, cum ex huius qualitatis circunſcriptione, & ex huiuſmodi applicatione, & publicæ vtilitati, & teſtatoris deſiderio plenius ſatisfiat, equidem in ea re concedenda propenſior eſſe debet, & executorum benignitas, & ſuperioris autoritas, quatenus neceſſaria ſit, retenta, & ſeruata in cæteris quantum fieri poteſt voluntate, & memoria pij ciuis, & optimi teſtatoris, qui nihil magis, & vehementius affectauit, quam publicum bonũ bene inſtituendæ, & egregiè ad maiorum Inſtituta erudiendæ Mediolanenſis iuuentutis quaſi Reipublicæ Seminarij, quæ opinio eo magis mihi arridet, cum intellexerim poſtea de hac re cõſultos Iuriſconſultiſſimos Viros Præſides Boſſium, & Menochium, idem reſpondiſſe, & hanc noſtrã ſententiam ſuis doctis ſcriptis, & eximia autoritate ſua confirmaſſe, & cum eadem publica vtilitas quę impulit hunc nobilem teſtatorem ad ita diſponendũ, hęc eadem oẽs bonos tenere debeat, & res ipſa, & temporum qualitas manifeſtè oſtẽdat huiuſmodi diſpoſitionem ferè inanem eſſe, & effectui ad quem inſtituta fuit minimè deſeruire, cum eidẽ ſatisfiat cumulatè in Braidenſi Collegio ab eiuſdem facultatis moralis, optimis magiſtris, & noſtrarum etiã legum finis præcipuus, is ſit, vt bene morati ſint ciues, quod vnum reſpexit teſtator ille, poſtquã habemus in ampliſſima hac noſtra ciuitate qui in ſcholis palatinis publi-
43 cè legunt inſtitutionum libros, meo iudicio valde vtilè, ne dicam neceſſarium eſſet, vt duo adderentur iuris ciuilis interpretes ex collegio noſtro vnus matutinis, alter veſpertinis horis lecturuſq; conuerſa ex ſuperiorum autoritate; quatenus opus ſit teſtatoris voluntate in hunc vtiliorem vſum ſic fier, vt multa præſtantium ingeniorum lumina, quæ ob olei inopiam in publicis gymnaſijs tamdiu militare non valeant, extinguuntur, ſplendidè eluceant, atque etiam non pupillaris, ſed prouectæ ætatis, & prudentioris conſilij adoleſcentes, ad Ticinenſem academiam ad perficienda ſtudia ſe conferant, cum longe minori impenſa, & periculo vitæ, cui quotidie exponitur imbecilla, & imberbis illa iuuentus, quam ſic munitam, & ſaturatam bonarum artium, & cogitationum epulis, ſpes pulcherrima fouebit, vt toto legitimo opere perlecto, & ſtudiorum curſu perfecto, poſſit Rempublicam in partibus ei credendis ſapienter gubernare, perilluſtreque collegium noſtrum præter tot alia ſingularia virtutum, & hæroum ornamenta, habebit ſemper præclaram copiam excellentiſſimorum iuris interpretum, qui iuris ciuilis veritatem patefaciẽt, & quaſi ardentes, & inerrantes ſtellæ, mirificè in multas ætates illuſtrabunt.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FRANCISCO Seronio.

ARGVMENTA.

Donatoris aſſertioni quod aliquid acquiſiuerit ex bonis in generali, & ampla donatione reſeruatis, an ſtetur.

Lex municipalis vbi diſponat aſcendentes non poſſe meliorem facere conditionem aliquorum deſcendentium, quia ſtirpes ſint æquales, an vbi aliquid fuerit vni filio à patruo donatum, ita vt paternæ hęreditatis portionem alijs ſuis fratribus dimittat, poſſit adhuc eam conſequi, vel quid magis in ea re, pro iuris ratione, ſeruari debeat.

SVMMAE RERVM.

1 *Dictio, ſaluo vt infra, præcedentia moderatur atq; reſtringit, & ex priori diſpoſitione eximit.*
2 *Donator vbi fructus, vel aliud quidpiam reſeruet de ijs poteſt diſponere.*
3 *Donatio facta de omnibus bonis præſentibus, & futuris, ita vt nihil reſeruatum ſit, de quo donator poſſit diſponere, minimè valet.*
4 *Donatio omnium bonorum facta, reſeruata vſufructu in vita tantum, minimè valere videtur,*
5 *Donatio omnium, & quorumcunq; bonorum præſentium, & futurorum, omnia comprehendit.*
6 *In eos qui diuitiarum commodis ſe ſpoliant, vt hæredes ditent.*
7 *Confeſſio cedentis non probat contra ceſſionarium, nec ei poteſt nocere.*
8 *Confeſſio etiam iurata, non probat in præiudicium tertij, maximè ſi non ſit veriſimilis.*
9 *Confeſſio facta in teſtamento, etiam iurata non probat in præiudicium tertij, præſertim ſi non ſit veriſimilis.*
10 *Aſſertioni patris, vel mariti affirmantis acquiſiuiſſe ex pecunia filij, vel vxoris, non ſtatur, præſertim ſi non ſit veriſimilis.*
11 *Sententia lata contra debitorem, non præiudicat creditori ſi ſit lata poſt pignus contractum, ſecus ſi ante.*
12 *Confeſſio alicuius, vbi etiam fidem faciat, admittit tamen probationem contrariam, & falſa in parte, habetur penitus & omnino falſa.*
13 *Probatio contraria excluſa non cenſetur, etiamſi lex permittat, vt credatur dicto alicuius, cum iuramento.*
14 *Aequalitatem inter filios ſeruari valdè conuenit.*
15 *Teſtator facere non poteſt, quin leges in teſtamẽto locum habeant.*

16 *Con-*

16 *Conditiones contra bonos mores, aut contro leges perinde habentur oc ſi odiectæ non eſſent.*

17 *Donata bono tanto minus æſtimantur, propter one re eis iniuncto.*

18 *Donatorius ſi non ſeruet conditiones in donotione ſcriptas, tenetur conditione ob cauſam, & detur donatorum repetitio.*

19 *In donatione alteri per alterum actio ſine ceſſione quæritur.*

20 *Actio ſine ceſſione quæritur, quotieſcunque contractus ſit iuratus.*

21 *Filius in bonis patris, dicitur quaſi dominus.*

22 *Extranei loco habetur, qui alium non habet in poteſtate.*

23 *Teſtator poteſt adijcere rebus ſuis quam velit legem modo ciuili legi non aduerſetur.*

24 *Donatarius vbi non ſeruet pactum, & conditionẽ in donatione ſcriptam, datur rei donata repetitio.*

25 *Cautio de vtendo arbitrio boni viri, licet vſufructuario remitti non poßit à teſtatore, tamen ob eius hæredibus recte remittitur.*

26 *Emphyteuta, & vaſallus ſi pacta non ſeruent cadunt à iure ſuo.*

27 *Donator ſi vſum fructum reſeruet, an tenetur ad exemplum vſufructuariorum, inuentarium facere, & cautionem præſtare, de vtendo arbitrio boni viri.*

CONSILIVM CCLXVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

LIcet Franciſcus Seronius, Franciſco vtique Seronio, nepoti ſuo in hæc verba donauerit generaliter, omnia, & quæcunq; bona mobilia, iura & credita, tam quæ de præſenti habebat, quam ea quæ in futurum habuiſſet vſq; ad eius mortem incluſiue, & ſeu etiam relinquet in eius hæreditate, & bonis, ita quod nihil pœnitus exceptuatum ſit ſaluo, vt infra.

Attamen cum vſumfructum dictorum omnium bonorum, & vt ſupra donatorum reſeruauerit, nec illum aliquo modo comprehendi voluerit, in ipſa donatione, vt ſatis indicat dictio
1 illa ſaluo, vt infra, quæ præcedentia moderatur,
reſtringit, & ex priori diſpoſitione eximit, l. ſi debitor, §. ſi in venditione, ff. quibus modis pignus, vel hypoth. ſoluitur, glo. in verbo, pure, in l. item Labeo, ff. famil. erciſcundæ dicendum videtur, vt quicquid ex ipſo vſufructu acquiſitum ſit ad donantem pertineret, & de eo diſponere potuerit, non obſtante ipſa donatione, nam quamdiu vixit donator vſufructuarius, fructus ad eum pertinent, & de eis poteſt arbitratu ſuo diſponere, tã inter viuos, quàm in vltima voluntate, & vbi deberent venire appellatione futurorum, ſequeretur quod in vita vtique diſponere non potuiſſet; quod tamen falſum eſt, & cum illi fuerint reſeruati, nihil eſt cur de eis non potuerit diſponere;
2 vt in terminis decidit videndus omnino Crauet.
conſil. 223. per totum, & conſil. 15. num. 8. additur, & alia ratio, quia ſi alia caperetur interpretatio ſequeretur, vt donatio eſſet nulla tanquam auferens liberam teſtandi facultatem, quam vni
3 cuique dandam eſſe Sacratiſſimæ voluerunt le-
ges, vt communi conſenſu notatur, in l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. & l. fi. C. de pactis, Clarus, §. donatio, quæſt. 19. verſic. ſed pone, vbi teſtatur eſſe communem opinionẽ, vt donatio valeat, quando ſimpliciter reſeruatur vſufructus, vt hic, ſecus ſi reſeruatus fuiſſet in
4 vita tantum, quia cum nihil ſupereſſet ad teſtan-
dum irrita eſſe deberet.

Verum arbitror ſecundum ea, quæ proponuntur, & iure quidem ſtandum non eſſe aſſertioni etiam ipſius donatoris factæ in teſtamẽto, quod notabiles emptiones, & acquiſitiones ab eo factæ & relictæ patri donatarij in eius teſtamento ſint factæ ex fructib. ſeu ex vſufructu reſeruato, quia cum iam in donatarium omne ius tam præſens, quam futurum tranſtulerit, amplius nõ fuit in ſua manu, atq; poteſtate, ne quid de eo diminuere ſola hac ſua aſſertione, quandoquidem ex pecunijs, & alijs rebus quas habebat, tempore donationis, & quarum proprietas donatario erat quæſita, & ſibi reſeruatus ſolum vſufructus, potuerit has facere emptiones, vnde cum libere diſponere non poſſet in detrimentum, & præiudicium tertij, ſcilicet ipſius donatarij, ſuæ confeſſionis etiam iuratæ non ſtatur maximè cũ mihi proponatur eam non eſſe veriſimilem, imò impoſſibilem, vt ſcilicet tantum paruo contẽtus cultu acquirere potuerit, ex ſolis ipſius fructibus, deducto quotidiano ſumptu ipſius neceſſarij victus, & veſtitus, & aliarum neceſſariarum impenſarum, quas exigit humanæ vitæ conditio, tanquam ſuæ charitatis mercedem, nam ſi aliquid ex ſua induſtria in mercimonio lanatum acquiſiuiſſet, vel ex alia extranea cauſa, quæ cum lætum lucris affeciſſet præter vſumfructum illud comprehendebatur in amplitudine verborum ipſius donationis, præſentium ſcilicet, & futuro-
5 rum quorumcunque bonorum, vt docet Bart.
in l. ſi forte, num. 5. de Caſtrenſi peculio, Baldus in l. ſi donatione, num. ſecundo, verſic. aut ergo, C. de collat. Decius conſil. 20. num. 3. & conſilio 366. num. 15. Maſcardus trac. probat. in verbo, enunciatiua verba concluſ. 623. num. 31. Alba conſil. 580. num. 30. ſolent enim multi, & complures ſui ſtatus obliti, ruſtica quadam, & inculta parſimonia vti, & ita ſobriè, & reſtricrè vitam ducere, vt ſine vita vixiſſe dici poſſint ad poſteros ditandos, ſed valde meo iudicio hi decipiuntur, qui tanta ſolicitudine tantiſque diurnis, & nocturnis curis ſtudent diuitias hæredibus parare, & vt illorum cõmodis ſeruiant, ſe ipſos omnĩ

laborum

laborum fructu, & honeſta commoditate priuāt, ſuntq; in ſeipſos nimis duri, & crudeles, vt mites, & dulces, atq; clementes ſint in hæredes, & vt ita dicam ſimiles aſello ſunt, qui vino onuſtus, aquam bibit, & ordinatæ charitati aduerſantes, quæ à ſeipſo incipit mox gradatim ad alios progreditur, pro coniunctionis ratione, vt bene ſe habeat poſteritas, non curant, an ſibi ipſis male ſit, & in perpetua miſeria parcè nimis degunt, vt poſteri læti, & gaudentes lautè, & ſplendidè viuāt, purpura, & biſſo induti, & in ſumma infœlicem vitam ipſi traducunt, & pauperes viuunt, vt diuites moriantur, atq; quod longè deterius eſt, infœliciſſimam etiam mortem ſæpe obeunt; nam in peccato morientes, ipſam animam, non lucis, ſed tenebrarum principi tradunt, vt hæredes partis per fas, & nefas diuitijs affluentes hilarem vitam ducant: quoties nimium parcus, & tenax pater, ſuum defraudat genium minimo, & tenuiſſimo cultu contentus, vt opulentum patrimonium poſteris relinquat, quod ſæpe ingrati, prodigi, & luxurioſi liberi, liberè nimis profundunt, quod ſępiſſime in cauſa eſt, vt ijdem voluptatibus delicijsque, vel potius ineptijs dediti, per luxuriam effundant, atque breui tempore conſumant, quæ fuere bona à maioribus longo tempore, multiſque vigilijs comparata, & quæ diuitiarum abundantia ſæpe id agit, vt omnino deſerant laudabilem virtutum curſum, quem magis tenere ſolēt quibus res domi anguſta eſt, nec adeo pinguis, & opulenta, & vt vitiorum latiſſimas ineant & conſectentur vias, qua facile perducuntur in ſemitas inopiæ deſertas, & incultas, atque interclaſas in frondibus, & ſpinoſis virgultis periculorū animæ, ſicque aliter, quam ille ſibi nimium ſeuerus paterfamilias putabat euenit, nam diuitiarū copia, qua viuens ſemper caruit, quæ ei ſemper obfuit, parum poſteritati, cui illas parauerat, profuit, imo potius nocuit, eoque hæredem ſuū perducit, vt ex amico fiat inimicus, cum effrenata dominandi cupiditate flagrans, & fruendi ſuauitate diem deſideret, tempus ſitiat, quo poſſit magna cum caterua liberè vagari per ampliſſimum hūc diuitiarum, & delitiarum campum, atq; valeat manum, quam ille nimis anguſtam, & reſtrictam tenuit effundere, & dilatare; vnde fit, vt illius mortem appetat, & licet eam oculis gemere, atque etiam magno eiulatu & ſuſpirio, lachrymis profuſis, de illius morte flere videatur, attamen corde gaudet, cum tandem is dies ſibi illuxerit, vt hęres, imo herus factus, nec amplius animi aut ſpe fallaci pendeat, foris plorat celans manifeſtam lætitiam, intus autem exultat, ridens, & irridens mortui illius hominis nimiam tenacitatem, quo fit, vt vulgo iactetur hæredis plangor, eſt ſub perſona riſus, eſt, & iterum beatus filius cuius pater, pro filij commodis apud inferos in magno Satanæ atrio ardet, qui præceps propter nefanda ſcelera ad poſteritatis vtilitatem admiſſa in ſceleratorum ſedem atque regionem actus perfert ſupplicia impijs cōſtituta, ſed meo iudicio vulgaris eſt hæc vox, Chriſtiano nomine, & homine indigna, felix, & beatus dicatur filius, cuius pater ita vixit, vt ſit perpetuum ſibi ipſi, poſterisvè, bonę imitationis exemplum, & vt pie credere queamus eum in cęleſti illa beatorum ſede collocatū, continenter orare D. O. M. pro ſuæ poſteritatis ſalutæ, patri quænam maior gloria eſſe poteſt ſapientia filij? parenſq; ita diuitijs fruatur, vt poſteritatis commoda curet, ſed nec ſua negligat, aut aliquid admittat vnde repræhendi queat, ſic agens poſteris amplum, & duraturum patrimonium relinquet, & cum is donator noſter nō fuerit in ſe ipſum ita ferus, crudelis, & inhumanus, qualis iſte fuit, vt vitæ commodis parcere voluerit, ſed potius cum lautitia, munditia, atque elegantia pro ſuæ conditionis qualitate, vitam traducere maluerit, eo minus veriſimilis eſt habenda eius aſſertio, vt ex vſufructu bonorum qui ad victum neceſſarium vix ſufficiebat, has emptiones facere potuerit, hæcque res penitus cognita planeq; perſpecta mihi affirmatur.

Et confirmatur, quia cōfeſſio cedentis nō probat cōtra ceſſionarium nec ei poteſt nocere, quia
alias eſſet in facultate cedentis confiteri, & dolo
7 aut fraude, vel mutata priori voluntate, quę iam
in contractum indiſſolubilem, & irreuocabilem
tranſiuit, tollere ius ei quæſitum, quod leges non
permittunt nec patiuntur, imo pleniſſimè vetāt,
vt latè fusèq; probat idem Maſcardus in verbo,
confeſſio cedentis, concluſ. 374. & in uerbo, confeſſio vnius, concl. 386.

Et roboratur, quia confeſſio etiam iurata, &
poſita in inſtrumento non probat in præiudiciū
8 tertij velut creditoris, aut filiorum reſpectu legi-
timæ, & id ſine aliqua dubitatione procedit, quā
do eſſet minimè veriſimilis, aut probabilis, vt tradit idem Maſcardus concluſ. 360. in verbo, confeſſio in inſtrumento, num. 11. & 12. & melius in verbo confeſſio patris, concl. 364.

Et quamuis confeſſio facta in teſtamento, ſi ſit iurata, fidē facere videatur, quia nemo præſumitur, vt de propinqua, & imminente morte cogitans immemor æternæ ſalutis peierare voluerit, vel falſum perſanctè deierare cum tanto animæ ſuæ detrimento, id tamen locum non habet,
quādo agitur de præiudicio tertij cui ius eſt quæ
9 ſitum, vel veriſimilis non eſt, vt hic, aut non ca-
rens fraudis ſuſpicione, vel aſtu, qui maioribus noſtris non placet, vt tradit in ſimili Alci. de præ ſumpt. regula prima; præſumpt. 16. num. 4. & ex alijs refert Menochius de præſumpt. præſumpt. 5. num. 17. & 18. & 20. & ſicut non ſtatur confeſ-
ſioni mariti aſſerentis, aut patris aſſerentis ſe ac-
10 quiſiuiſſe ex pecunia vxoris, uel filij, quando ueri
ſimilis non eſt, ut notat idem Maſcardus in uerbo confeſſio mariti, concluſ. 363. & conclu. 365. ita etiam donatoris aſſertioni, quod ex uſufructu ſibi in donatione reſeruato acquiſiuerit ſtandum non eſt, quando probabilis, atque ueriſimilis nō

eſt, vt

eſt, ut in noſtro caſu. Crauet. conſi. 134. num. 38. & conſ. 175. num. 5. & in terminis, ut teſtimoniũ donatoris non noceat donatario cuiſit iam ius quæſitum ex donatione, reſpondit idem doctiſſimus Alciatus noſter conſil. 2. num. 21. lib. 2. motus autoritate, l. ſi ſuperatus, ff. de pignoribus, vbi
11 ſententia lata contra debitorem, non præiudicat creditori, ſi fuerit lata poſt pignus contractũ, ſecus ſi ante, & optimè confert ſtatutum noſtrum, cap. 269. in primo, vbi acquiſita ab vxore, cenſentur quæſita marito, ita vt non valeat mariti teſtatio contraria in præiudicium tertij ideſt creditorum.

Omni caſu etiamſi illa confeſſio fidem faceret, cum non ſit præſumptio iuris, & de iure merito admittit probationem contrariam, & poteſt
12 doceri, quod falſa ſit, imo probata falſitate partis, penitus, & omnino falſa habebitur, vt tradit idem Maſcardus in verbo, confeſſio falſa, concl. 384. imo etiam quando leges permittunt, vt cre-
13 datur dicto alicuius cum iuramento, non tamen cenſetur excluſa probatio contraria, Abbas & cęteri, in cap. propoſuiſti de probat. Alba conſilio 368. num. primo, Plotus, in l. ſi quando, nu. 741. vbi dicit communem, & num. 763. vt veritatis defenſio ſæpe multorum improbitate intercluſa, reſpiret, & mutuo probationum conflictu, quaſi lapidum tritu elicatus ignis ſplendidior ſit.

Si igitur facta fructuum computatione, & deductis deducendis poterit conijci, vt mihi in facto proponitur, quod ipſa donatarij teſtatio, atque aſſertio vera non ſit, ea non obſtante res ipſa deducetur ad veritatis fontem, vt ſi qua ſit concepta macula lauetur, & deleatur, & id quod ſupererit, coll atis, & ſubductis ad nummum pro veritate rationibus, ſpectabit ad ipſum donatarium velut in donatione comprehenſum.

Quod vero pertinet ad alterum punctum in quo quæritur an minimè aduerſante conditione in donatione appoſita, quod ſcilicet ille, qui ordine primogeniturę ſuccedet in bonis donatis, non poſſit habere aliquid ex hæreditate patris ſui, vbi talis pater alios filios habeat, ſeu deſcendentes maſculos, ſed portio, quæ pertineret tali ſuccedenti ex bonis paternis, perueniat in alios fratres ſuos, & eorum deſcendentes. Poſſit inquã ipſe Franciſcus in bonis patris ſui Ambroſij conſequi portionem ſuam bonorum paternorum, in quibus à patre ſimul cũ alijs filijs inſtitutus fuit, hac tamen conditione adiecta, quod Franciſcus teneatur reſeruare conditiones appoſitas in ſupradicta donatione eidem facta; & ſecundum ea quæ proponuntur, arbitror fratribus ſuis ex vi recitatæ donationis teneri dimittere tantundem quantum à patris hæreditate conſequetur, atq; feret.

Nam licet ex ſtatuto noſtro, cap. 305. in primo, non poſſit pater, vt ſuis vtar verbis, per viã alicuius diſpoſitionis meliorare deſcendẽtes maſculos, nec directè, nec per indirectum, quin ſtirpes ſint æquales; atque ideo ea ſcripta conditio ſeruandarum conditionum in donatione appoſitarum videatur omnino irrita, tanquam inæquabilem ſucceſſionem, ſi nõ directè, ſaltem oblique inducens, & cum ſtatutum ſit conceptum verbis negantibus, videtur afferre formam, & tantam neceſſitatem, vt ea remitti etiam nequeat, cũ ad
14 publicam vtilitatem, & ad cõmune bonum pertinere videatur, quod poſtulat, vt communis paterna hæreditas æqualiter ad filios veniat, & æqualiter omnibus diſtribuatur; vt noſtra in eos beneuolentia, illorum erga nos beneuolentia pariter æqualiterque reſpõdeat, nec amicitia, quæ inter eos eſſe deberet perpetua, cõuertatur in graues, inimicitias à quibus iurgia maledicta contumeliæ gignuntur, eſtque graue dictu, quod grauiter de hac re conqueratur frater cum altero, & id ægrius fert quã ſi ad extraneum defertur ait ille, quid ſibi vult iſthæc inæqualis diſtributio, lõge à naturali diſtributione aberrans, me accuſat quod filius non ſim, aut indignus ſim filius, ah, vtrumque nimis iniquum mihi videtur: nam, primum matris pudicitiam, & fidẽ minimè ſuſpectam, ſed ſæpius probatã, dubiam facit, & quaſi in crimen, in iudicium, & in concionem vocat; alterum autem, me tanquam ſceleſtum, & nefariũ filium calumniatur atque criminatur, quod à patre, & ſimul à natura, & à uita deſciſcere auſus ſim; unde ille iuſto iræ dolore percitus & incẽſus, minus æqualiter agros hæreditarios mihi aſſignauit, dedit atque conceſſit, cum tamen filius ualde patri obſequens æqualitatem iuſtitiæ, & paternæ pietatis amicam potius meruerim, quã mirificè commendat, eius aduerſariam ideſt, inæqualitatem ipſam ualde deteſtans, doctiſſimus Alciatus noſter, ead. reg. prima, præſumpt. 7. nume. ſecundo, & notatur ad prædictum ſtatutum cap. 305. num. 4. & infra, & num. 18. & infra, dictum eſt uerè, & re ipſa fieri oportet.

Attamen quamuis concedam ipſum Franciſcum poſſe omnino conſequi portionem ſuam in bonis paternis propter uim memorati ſtatuti;
15 & Ambroſius eius pater non potuerit in eo teſtamento eam conditionem apponere, imo pro nõ ſcripta haberi debeat, tanquam ei municipali legi repugnans, l. nemo poteſt, de leg. primo, conditiones enim quæ contra bonos mores, aut cõtra
16 Imperatorum edicta, aut contra leges inſeruntur remittendæ ſunt, & perinde habentur, ac ſi adiectæ non eſſent, ut ſunt expliciti, tex. in l. conditiones, la prima, & melius, in l. conditiones, la 2. ff. de condit. inſtituti.

Nego tamen habere poſſe integra bona donata, in præiudicium fratrum, cui donator ea conditione proſpectum eſſe uoluit, & idcirco tanto minus feret, quanto pluris conſequetur ex paterna hæreditate, nam illa conditio à donatore appo-
17 ſita facit, ut tanto minus æſtimari debeant bona donata, l. fundi partem, ff. de contrahenda empt. & multa in idem ſcripſi ego conſil. 35. num. 3. &

dona-

donatarius ſi non obſeruat conditiones in dona-
18 tione ſcriptas, tenetur conditione ob cauſam, & poteſt donator, vel eius hæres rem donatam repetere, & vindicare, vel ille ad cuius beneficium pactum ſcriptum eſt, vel is in cuius gratiam adiecta eſt in donatione conditio, ad id agere poterit, cum ſpeciale, & ſingulare ſit in donatione, vt
19 alteri per alterum actio ſine ceſſione quæratur, vt eſt tex. in l. prima, & l. quoties, C. de donatio. quæ ſub modo. & l. ſecunda, C. de conditione ob cauſam, & hoc maximè eſt dicendum cum verſemur in contractu iurato, & ex ſtatuto noſtro alteri per alterum actio quæratur, vt cauetur ſtatu
20 to, cap. 337. in primo, & fuit quod ibi notatur, num. 56. & infra, & licet ipſa conditio reſpectu patris poſſit dici contra legem, non tamen ſic reſpectu donatoris qui in lege prohibente non continetur, cum ea loquatur de aſcendente, & is non ſit aſcendens, in cuius bonis deſcendens lege naturæ dicitur quaſi dominus, l. in ſuis, ff. de liber. &
21 poſthum. ſed ſit collateralis, & ex tranſuerſo coniunctus, qui loco extranei potius habetur, cũ do-
22 natarium in poteſtate non habeat, inſt. de hæredum, qual. & differ. in princ. & §. certi, & §. in extraneis fuſè declarat Signor. noſter conſil. 236. num. ſecundo, & ideo rei ſuæ potuit eum legem dicere, quam voluit, modo ciuili legi non repu-
23 gnet, l. legem, C. de donationib. l. in re mandata, C. mandati, l. ſi plures, §. primo, & §. penult. ff. de adminiſtrat. tutor. §. diſponat, in authent. de nuptiar. l. perfecta, C. de donation. quæ ſub modo, Ruinus conſil. 181. nume. 5. lib. primo, Pariſius conſil. 76. num. 3. volum. 3. & vbi donatarius pactum, & conditionem non ſeruet, poteſt res dona
24 ta repeti, l. prima, & l. quoties, C. de donatio. quę ſub modo, & licet teſtator non poſſit meliores, facere, ſeu meliorare deſcendentes, quin ſtirpes ſint æquales, tamen ipſi deſcẽdẽtes hoc inter ſe facere poſſunt, & ius ſuum remittere, vt dicitur
25 de cautione de vtendo arbitrio boni viri, quæ à teſtatore vſufructuario remitti non poteſt, ſed bene ab ipſo hærede, vt communem dicit Ripa ea. l. nemo poteſt, num. 40. verſic. ſecunda ratio, de lega. primo, & propterea ſentio donatarium ſi vult res donatas conſequi, teneri ſeruare conditionem in donatione ſcriptam, & facit, quia emphyteuta, & Vaſallus ſi non ſeruant pacta cadũt
26 ab emphyteuſi, & à feudo, vt ſingulariter tradit Iaſ. in l. prima, ſub num. 11. C. de iure emphyteutico, & vt donatarius non implens partium conuenta perdat res donatas, tradit Corneus cõſil. 179. num. primo, volu. ſecundo, dubitari poſſit an ipſe donator vſufructuarius teneretur facere inuentarium, præſtare cautionem, & alia ſeruare, ad quæ alij vſufructuarij aſtringuntur, & non eſſe obligarum puta, quandoquidem id omne à ſua liberalitate profectum ſit, vnde non debent hæc ingrati animi præmia, ne dicam vitia, ei pro tanto beneficio retribui, hique exitus eidẽ ſint, quos minimè meruerit eius liberalis, & mu-
27 nifica largitio, licet qualem qualem deſcriptionẽ facere deberet, cum deceat omnia ex bona fide agi, & ad hoc vt res non diminuantur, & probari poſſint, ita eleganter tradit idem Corneus videndus conſil. 267. maxime, num. 6. & 7. lib. 4. & ex his arbitror paucis, & pro veritate vtrique pũcto ſatisfactum eſſe.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Binius Mediol. I.C.

PRO GALEATIO, ET fratribus Doſſijs.

ARGVMENTA.

Vbi etiam inter priuatos agatur de reddità Camerali, aut de Vectigali Magiſtratus ordinariorum reddituum Mediolani an ſit iudex competens.

Minoris renuntiantis contractus quas ſolemnitates deſideret.

Mors quomodo probetur, & à quo probanda ſit.

SVMMAE RERVM.

1 Magiſtratus Ordinariorum redditũm iuriſdictionem habet etiam inter priuatos, vbi agatur de redditu ſuper aliquo datio, & eum fiſco agi videtur, etiamſi agatur cum eius conductore, vel alio, qui ab eodem cauſam ducat.

2 Magiſtratus ordin. redditũ eſt iudex in his, quæ habent dependentiam ob ipſis redditibus, & ratione annexionis eſt etiam iudex inter priuatos.

3 Conſuetudo fori eſt oſtendenda, cum ex eo deprehẽdatur qualis & quanto ſit iudicis iuriſdictio.

4 Iudex competens is dicitur, cuius iuriſdictionẽ partes prorogauerint.

5 Prorogatio iuriſdictionis licet dubitetur an fieri poſſit in preiudicium Reipublicæ, aut iudicum, tamen in partium præiudicium rectè fieri poteſt.

6 Petitionis loco habetur præceptum cum clauſula quã grauatoriam, aut iuſtificatoriam vocant, & Mediolani ſufficit qualis qualis petitio.

7 Abundans cautela non nocet.

8 Petitio poſterior priorem declarat.

9 Inſtrumentum publicum rem manifeſtam facit.

10 Approbatum quod eſt reprobari nequit.

11 Minor in iudicio eſſe poteſt ad ſui ipſius commodum.

12 Iudex vbi poſſit procedere ſola facti veritate inſpecta poteſt terminos dilatare, ſicut & coarctare ſi res poſtulet.

13 Mi-

13 Minor donare nequit, nec etiam renunsiare iuri ſuo cum id diſsimile non ſit.

14 Diſpenſatio principis non iuuat vbi eius forma nō fuerit ſeruata.

15 Conditionis in modum vbi aliquid exigatur, forma induci videtur, qua non ſeruata actus ruit.

16 Fraus præſumitur vbi non ſeruetur forma à lege, vel principe deſiderata, & obſeruari ſolita.

17 Fraudis ſuſpicionem auget nimia cautela.

18 Ad fraudem præſumendam multum valet perſonarum qualitas, conditio, & conſuetudo.

19 Mors cum ſit quid facti, eſt probanda ab eo qui in ea ſe fundat.

20 Teſtium fides ex eorum qualitate maxime augetur.

21 A primordio tituli poſterior formatur euentus.

22 Mors ſatis probata dicitur ſi defluxerit ſpatium decem annorum, & de prætenſa vita eius qui mortuus fertur, aliquod non fuerit allatum nuntium.

23 Demonſtrationes duæ ſufficiunt, & interdum vna ſi ſit neceſſaria ſatis eſt ad rei identitatem probandam.

24 Identitas perſonæ ſatis probatur, vbi aliqua ſit expreſſa qualitas vnde ea probetur.

25 Pluralitas præſumitur vbi aliquæ abſint coniecturæ, falſitasque cum ſit delictum, non creditur, niſi probetur.

26 Iudicij calor multum poteſt ad probationem faciendam, & in vna quaq; re.

27 Error magis præſumitur quam malitia.

28 Teſtium numerus vbi non ſit expreſſus duo ſufficiunt.

29 Monachus dicere poteſt teſtimonium, cum licentia ipſius Ordinarij, cui tantum obedire debet quantum Abbati.

30 Teſtimonium religioſi in ſacris conſtituti dicitur omni exceptione maius.

31 Sacerdotalis dignitas quæ & quanta ſit, & qualē vitam, & quantam venerationem requirat.

32 Monachus maximè ſi extra monaſterium degat poteſt ſine licentia Abbatis, ſed cum ea Epiſcopi teſtimonium dicere.

33 Teſtibus qui alias examinari non debuerint, ſi ita ei videatur, poteſt iudex fidem adhibere.

34 Familiaris poteſt eſſe teſtis.

35 Solicitator, & procurator cauſæ poſſunt eſſe teſtes, ſi ſint bonæ conditionis, & famæ.

36 Teſtimonium vnius ſuppletur dicto alterius.

37 Mors ſatis probatur teſtimonio eius, qui dicit vidiſſe aliquem agentem animā, & moribundum.

38 Teſtes interdum coniunguntur ad plenam fidem faciendam.

30 Relatio non attenditur, quando intentio diſponentis per ſe locum habere poteſt.

40 Vagabundus quis dicatur.

41 Pauper à teſtimonio non repellitur, niſi alias ſit ſuſpectus.

42 Nobilis an dicatur qui Cardinali, vel principi inſeruit.

43 Solicitator cauſæ in multis caſibus admittitur ad ferendum teſtimonium.

44 Teſtis ſi de tempore non deponat, probat vbi tempus non ſit de ſubſtantia, vel aliter certa eius ratio haberi poſſit.

45 Teſtes ſatis eſt ſi conueniant in facto principali, licet diſcordent in qualitatibus minimè ſubſtantialibus.

46 Corporis aſpectus ad probandam ætatem ex cuiuſque iudicio facile maior, & minor videri poteſt.

47 Teſtis amicus eſſe non prohibetur.

48 Teſtès dignitate, & numero longe ſuperiores alijs inferioribus præſtant.

49 Teſtis deponens per verbum credo, ſatis firmiter probat ſi rationem concludentem adducat.

50 Viuere vt quis præſumatur vſque ad centum annos non videtur procedere noſtris temporibus.

51 Iudex qui habet auctoritatem iudicandi ſola facti veritate inſpecta poteſt adhibere fidem probationibus, quæ ſibi veriſimiles videantur.

52 Pro ſententia præſumitur maximè ſi ſit lata à tribunali magnæ autoritatis.

CONSILIVM CCLXVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PAucis reſpondendo ad ſingula ea quæ afferuntur contra Galeatiū, & fratres Doſſios.

Ad primum dicitur Illuſtriſſimum Magiſtratum Ordinarium iuriſdictionem habuiſſe ſic iudicandi, cum ageretur de reditu ſuper datio viri de minuto, cuius cognitio ad Magiſtratum ſpectat ex Cæſareis conſtitutionibus de officio quæſtorum, §. cognoſcet, quæ licet loqui videantur inter fiſcum, & priuatos, tamen dicitur
1 hic agi etiam cum fiſco, poſtquam agitur de cogendo eius conductore, & qui ab eo habet cauſam ad ſoluendum, l. ſi à te, §. fin. ff. de except. rei iudic. l. exceptio, eod. titu. Crauet. conſil. 92. nume. 7. late Marianus Socinus in cap. quoniā frequenter, §. quod ſi ſuper, num. 32. vt lite non conteſtata, & hoc eſt maximè dicendum cum ſit iu-
2 dex in his quæ pendēt ab ipſis redditibus, vt eo. §. cauetur, & ratione connexionis eſt etiam iudex inter priuatos, vt in puncto decidit Boſſius, titu. de foro compet. num. 118.

Rurſus cum libri ſint ex vna perſona in aliā adaptandi, & vnius in alterius nomen conuertēdum, cuius cognitio ſpectat ad Magiſtratum, vt cauetur ipſis conſtitutionibus, §. curabuntq; quęſtores, et ſicut hæc cauſa coram iudice Datij vini à minuto potuiſſet tractari, ita etiam ea agitari potuit coram Magiſtratu qui eſt iudex appellationis, et ad quem reuerſus haberi poteſt. hocque iure vtimur vt in ſimilibus cauſis Magiſtra-

tus iudicat, & hæc fori conſuetudo eſt attenden-
3 da cum ex ea deprehĕdatur qualis, & quanta ſit
iudicis iuriſdictio, vt ſcribit Vantius tractatu nul
litat. ex defectu iuriſd. num. 40.

Omniſque tollitur dubitatio cum pars aduer
ſa prorogauerit nedum tacite, ſed expreſſe ordi-
4 nationes, & decreta obtinendo ipſius Magiſtra-
tus iuriſdictionem, l. prima, & ſecunda, ff. de iu-
dicijs, l. ſi conuenerit, de iuriſd. omnium iud. cap.
ſignificaſti, de foro compet. Maranta in ſuo Spe
culo, parte qarta, in verbo, ordinarium, vel pro-
rogatum, num. 10. & 11, & quamuis dubitetur,
an prorogatio fieri poſſit in præiudicium Reipu
5 blicæ, vel iudicium, tamen in partis præiudiciū
rectè fieri poteſt, nedum in cauſis ciuilibus, ſed
etiam in criminalibus, vt commun. dicit Clarus,
§. fin. quæſt. 42. in princ.

Ad ſecundum reſpondetur, præceptum illud
cum clauſula, vt ſi quis ſe grauari ſentiat, compa
reat, quam vocant iuſtificatiuam loco petitionis
6 haberi, maxime coram Magiſtratu, qui cum pro
cedat ſola facti veritate inſpecta, §. in omnibus
cauſis in conſtit. titu. de officio, quæſt. ordina. o-
pus non eſt libello, ſed quali quali narratione, vt
tradit Aſinius videndus §. 3. cap. 4. & Mediolani
ſeruatur, vt qualis qualis petitio ſufficiat ſi con-
tineat actoris, & rei perſonam, & ius quod peti-
tur, & cauſam petitionis, vt cauetur ſtatuto no-
ſtro cap. 21. in primo.

Alteraq; petitio cum hæreat primæ, clauſu-
laſq; habeat ſalutares, & facta ſit ad abundantē
7 cautelam, non inficit probationes antea factas
l. teſtamentum, C. de teſtamentis, cum eo directę
ſint, vt comprobent priorem petitionem in præ-
cepto contentam, & hæc poſterior priorem de-
8 claret, vt ſentit Decius, in l. edita, num. 24. C. de
edendo.

Ad tertium de tutela dicitur de ea cōſtare ex
publico inſtrumento, quod facit rem manifeſtā,
9 Decius, conſil. 536. num. 3. & cum ea fuerit ad-
miſſa à parte aduerſa, nequit nunc impugnare,
10 quod toties approbauit, §. ſemel inſt. quibus ex
cauſis manumitt. Additur minorem ad ſui ipſius
11 commodum in iudicio eſſe poſſe, l. nō eo minus,
C. de procurat. Vantius de nullitate, & defectu
inhabilitatis ſeu mandati, num. 36.

Ad quartum reſpondetur, ex probationibus
factis apparere ſententiam latam fuiſſe, & rite, &
rectè. Nec obſtare quod probationes illæ extra
tempus à conſtitutionibus limitatum factæ, &
præſentatæ dicantur, quia Magiſtratus non liga
tur huiuſmodi dilationibus, & temporum angu-
ſtijs, imo cauſæ ipſæ non habent inſtantiam, &
procedere poteſt de plano ſine ſtrepitu, & figura
iudicij, & ex facultate ſibi tributa, vt ſola facti ve
ritate inſpecta poſſit cauſas terminare, poteſt in-
12 ſtantias, & terminos dilatare, & prorogare ſicut,
& coarctare ſi res poſtulet, vt tradit Aſinius, vi-
dendus §. 3, cap. 9. num. 4.

Ad quintum, animaduertatur contractum re-
ſpectu ipſorum minorum nullum cenſeri, cum
13 non potuerint ius ſuum remittere, & renuntiare
cum id donationem præſeferat, quæ eis eſt inter-
dicta cum amiſſionem, & iacturam, afferat, l. ſi
quis delegauerit, & ibi Bartolus, ff. de nouat, l. vl-
tima, in princip. ff. quæ in fraudem creditorum,
Salicetus, in l. pactum curatori, in princ. C. de pa
ctis, l. prima, ff. de tut. & rat. diſtrahend. & eſt cō-
munis opinio, in l. fin. C. ſi maior factus aliena-
tionem ſine decreto, Bald. in l. prima, C. ſi aduer.
donat. & omni caſu in vim alterius contractus
non poſſet ſuſtineri, cum non ſit ſeruata diſpoſi-
tio, l. magis puto, §. paſſim, ff. de rebus eorum.

Nec obſtat aſſerta diſpenſatio Senatus, cum
14 eius forma non fuerit ſeruata, vt tradit Plotus,
in l. ſi quando, num. 865. C. vnde vi, Felynus in
cap. cum dilecta, num. 7. de reſcript. & licet inter-
uenerint illi duo cognati de Maynis illi interue-
nerunt ratione conſenſus matris ipſius Herculis,
qui erat de familia Maynorum, non autem re-
ſpectu ipſorum filiorum in quorum contractu
debebant interuenire agnati de Doſſijs, qui ade-
rant, vel ſaltem cognati, qui erant de familia Ia-
nuariorū, & aderant quatuor fratres matris ip-
ſorum minorum, qui intereſſe poterant; & cum
per modum conditionis eorum interuentum re-
15 quiſiuerit diſpenſatio Senatus, ea non ſeruata, a-
ctus ipſæ quaſi ex terræ motu corruit, vt tradit
Iaſ. in l. ſtipulatione, num. 9. & 13. de verborum
obligatio. Bellonus conſil. 59. num. 4. & cum præ
termiſſa fuerit forma à Senatu deſiderata, & paſ
16 ſim obſeruari ſolita, fraus potius præſumitur, &
dolus ad circumueniēdos iſtos minores tunc in-
fantiæ proximos, cap. qui cōtra iura. vbi late Di-
nus de regulis iuris, in 6. & quamuis amor pater-
nus ſoleat vincere eum extraneorum, tamē mul-
ti comperiuntur, qui ad profundendum nati, ſe,
filios, ac familiam ad ſummam inopiæ egeſtatē
deducunt, ob effuſos ſumptus quos faciunt cum
probro atque dedecore patrimonia ſua profun-
dentes, fortunaſque ſuas obligurientes, & omnia
temere ac imprudenter facientes, cum tamen ap
petitus omnes ita contrahendi, atque ſedādi ſint
ne quid inconſideratè, negligentervè, aut ſtulte
agatur, ſed diſcat vnuſquiſq; rite domui ſuæ præ
eſſe, pro vt in facto proponitur fuiſſe valde im-
prouidum Herculem Doſſium, cuius reuerentia
& timor, facilè potuit impellere volentes, & no-
lentes filios ad conſentiendum ipſi cōtractui ſeu
diſſipationi parū ipſis vtili, & ſub varijs com-
mentis quaſi vigilantiū ſomnijs cohoneſtato, &
ſub boni ſpecie, & imagine probitatis, & neceſ-
ſitatis colorib. & penicillo caritatis picta & adū-
17 brata, q̄ nimia cautela fraudis ſuſpitionē auget,
vt tradit Caſtr. cōſ. 337. p. 2. ver. ſimulatio vero,
& cum adductæ cauſæ cum ſimus inter perſonas
prohibitas eſſent aliter probandæ, quam earum
aſſertione, cum præſertim ex cumulo alienatio-
num factarum ab ipſo Hercule conſtet eum eſſe
natum ad fruges conſumendas, & ad capiendum
deterius,

deterius,& non ſalubrius conſilium pro filijs, & pro leui ſumma pecuniarum ad conficiendum quodlibet inſtrumentum,& ad fraudem hāc præ ſumendam multum valet perſonarum qualitas,
18 & conditio atque conſuetudo, vt probat Gratus conſil.81.viſo legato,num.24.

Ad ſextum, licet mors ſit quid facti, & probā
19 da videatur ab eo qui in ea ſe fundat, l.vltima, C.de ſacro.ſanc.eccleſ. Attamen in præſenti ſpe cie adeo legitime,& perfectè probata videtur,vt minime in dubium vocari poſſit,quandoquidem adſint tres teſtes conteſtes, & concordes oculati deponentes inter quos adeſt religioſus, & etiam
20 vnus I.V.Doctor,de quorum fide nefas eſt dubi tare,tex.in l.3. ff.de teſtib. & res ipſa caret omni prorſus dubitatione ex ſtatuto noſtro,cap.97.in primo, quo cauetur, vt ſatis ſit mortem probari publica voce, & fama, quæ etiam abundè pluribus teſtibus comprobata fuit. Accedat, ꝙ hæc eadem probatio ſit confirmata à teſtibus,& atteſtationibus exhibitis partis diuerſæ, quatenus omnes concedunt ipſum Herculem Doſſium ægrotum viſum fuiſſe Romæ in eo Hoſpitali loco Sā cti Spiritus, & à primordio tituli poſterior for-
21 matur euentus,l.1. C.de impe.lucra. deſcriptio. libro decimo.

Et dubium non eſt quin mors inde ſit plenè
22 probata maximè cum decurſum ſit ſpatium decem annorum, et de eius prætenſa vita aliquod nunquam allatum ſit nuntium, vt pulchrè proſequitur omnino videndus Maſcardus tract. probat.concluſ.1074. et quatuor alijs ſubſequentibus concluſionibus in verbo,mortem non præſumi,et fusè præſes Menochius de adipiſcenda poſ ſeſſione,remedio quarto,num.672.

Nec aduerſatur, quod fides illa exhibita à Doſſijs ſe referat ad libros Hoſpitalis, & in eis reperiatur deſcriptus Hercules de Dominicis de Como,quia reſpondetur, & in eis deſcriptū eſſe Herculem de Galeazijs de Doſſio de Mediolano, & dubitandum non eſt quin ſit is Hercules pater Doſſium, cum duæ ſingulares demonſtrationes concurrant ſcilicet,de Galeatijs,quia eius pater nominabatur Galeazius, & de Doſſio qđ non cōuenit alteri Herculi,ſicut nec ciuitatis nomen, & certum eſt, quod duæ demonſtrationes
23 ſufficiunt imo interdum vna ſola,ſi ſit certiſſima, vt hic, vt eleganter docet Bartolus in l.demonſtratio falſa,num.15.ff.de condit.& demonſtra. l.forma,ff.de cenſibus,l.patronus,§.primo,de legat.tertio, Alexander in l.ſi in nomine, num.ſecundo,verſic.licet antiqua, C.de teſtamen.l.duo ſunt Titij, ff.de teſtam. tutel.& Maſcardus eod. trac.probat.concluſ.875. in verbo identitas perſonarum,& ſatis eſt quod aliqua ſit expreſſa qua
24 litas,vt hic, vnde identitas perſonæ probetur, & quæ facit eum diuerſum ab alio,vt diſtinguit Iaſon in l.ſecunda,num.5.ff.de liberis & poſthum. & ceſſat omnis difficultas cum non vnus Hercules,ſed duo ſint in libris deſcripti,& plures, atque pluralis numerus,& ſeu pluralitas præſumitur ſi
25 extent aliquæ circūſtantiæ ac prout adſunt hoc in noſtro caſu.

Et cum falſitas ſit delictum, nunquam debet præſumi imo potius quælibet alia interpretatio eſt capienda, vt fusè explicat Iaſ. in l. iuriſgentium,§.quod ferè, ff.de pactis, cap.cum tu de teſtibus, Marſilius conſil.ſeptimo,num.21.Cæpol. conſil.21.num.28.

Et quicquid ſit,aduerſæ extra iudicium teſtationes debent cedere probationibus trium teſtiū conteſtium aperte mortem ipſius Herculis deponentium, multum enim tribuitur calori ipſius iu
26 dicij,vt ait Marſilius in rubrica, C.de probat.nume.91.& traditur,in l.prima, C.de confeſſis.

Et quatenus in ea fide dicitur entro alli 11.de Agoſto,& morſe alli 9.di detto meſe,vbi ita conſtet eſt dicēdum manifeſtum eſſe errorem,& velle dicere 29. & facile omiſſum fuiſſe numerum
27 antecedentem, ſcilicet ſecundū, vt notat Bartol. in l.non fatetur de confeſſis,& ſemper magis præſumitur error quam malitia, Decius conſil.451. num.13.præſertim in re, quæ ſatis manifeſta eſt ex ipſa euidentia, quæ id ita indicat, vt minimè celari poſſit.

Nec Hormazanus dicit fuiſſe vt pars aduerſa affirmauerat in capitulis ſubornatum, ſed quod ille religioſus ei dixerat quod neſciebat quomodo aliquis poſſet vere teſtari ipſum Doſſium viuere, cum ipſe, & alij cum mortuum vidiſſent, quod equidem mirificè iuuat probationem ipſius Doſſij.

Non officit quod ex multis teſtibus nominatis fuerint tantum examinati tres,quia hoc nihil eſt,nam nominatio facta fuit plurium,quia cum ageretur de negotio Romæ geſto, & interdum vnus abſit,alter varijs negotijs occupatus,vel aduerſo caſu, aut valetudinis moleſtia impeditus adeſſe nequit, voluit Doſſius ſibi conſulere nominatione plurium, & trium receptio ſufficit, l.vbi
28 numerus,ff.de teſtibus,& quæ abundant non nocent.

Non etiam obeſt temporis interuallum in eis examinandis adhibitum, quia cum eſſent examinandi in locis valde remotis,& longinquis,& ſeparatis ac diſtantibus, & ſæpe quibus negotium committitur negligant potuit facile tantum temporis intercedere ad negotium conficiendum,& qualitas teſtium examinatorum, & ipſorū Doſſiorum, qui minores ſunt,excludit omnem ſiniſtram,& malam ſuſpicionem.

Satisque videtur ſi ille religioſus Monachus
29 teſtimonium dixerit, cum licentia ipſius ordinarij,cui tantum obedire debet,quantum Abbati, maxime in re de qua agitur Innocen.in cap. quā to de officio ordinarij, Cardin.in clem.prima,§. quia vero,quæſt.8. de ſtatu monachorum, & gl. in allegato, §.cogitandum, in verbo,teſtes in authent.de monachis,admittit,vt teſtimonium maximè in cauſis ciuilibus,& criminalibus,in quib.

non

non agitur de pœna ſanguinis poſſit dicere, & e-
ius teſtimonium dicitur omni exceptione maius
propter ſacros ordines, & tantam dignitatem,
quæ omnes alias antecellit, vt affirmat Maſcar-
dus tractatu probationum, concluſio. 306. in ver
bo, clerico teſti quanta fides: quoties enim me-
cum ipſe repeto, quæ, & quanta ſit ſacerdotalis
dignitas, toties mihi offertur qualis ſacerdotum
vita, quantave aduerſus eos reuerentia eſſe de-
31 beat, cœleſtis eſt equidem dignitas, quæ, vt ait
Diuus Chryſoſtomus de dignitate ſacerdotali,
libro tertio, agitur in terra, ſed officium cœleſti-
bus negotiis continetur, hoc tantum munus non
homo, non Angelus, ſed ipſe ſpiritus Sanctus in-
ſtituit, per ipſos Chriſtum induimus, per ipſos
Dei filio coniungimur, per ipſos membra bea-
ti ipſius capitis efficimur; cœleſtem, & diuinam
exigit vitam, & venerationem tantæ dignita-
ti reſpondentem quotidie reminiſcatur ſacer-
dos, quam perſonam induit, & quæ digna ſint,
ea perſona præſtet, ſic cumulatè muneri ſuo ſa-
tisfaciet, ſi miniſter eſt verbi adiutor Dei oracu-
lum Spiritus ſancti, Chriſti quem habet ducem
diligenter veſtigia imitetur, & præcepta exequa-
tur, commiſſaſque ſibi oues velut diligens pater-
familias, & paſtor optimus paſcat pabulo præ-
dicationis, & exemplo vitæ, & ita omnes ſuas
componat actiones, vt omni iuſta reprehenſio-
ne careant, atque vt culpam ſic omnem ſiniſtram
ſuſpicionem vitent: nam non tantum mali eſt
peccare ſacerdotes, quantum illud, quod permul
ti imitatores ſacerdotum exiſtunt; benè enim vi-
uendo, & docendo populum inſtruit quomodo
debeat viuere; benè autem docendo, & malè vi-
uendo inſtruit Deum quomodo ipſum debeat ſe
uerè condemnare, vnius enim, vel alterius reli-
gioſi viri publicum peccatum totam quaſi infi-
cit & vituperat eius cœnobij religionem, cum
ſtatim ignarum vulgus dicat, ab vno diſce om-
nes, ſacerdotis enim officium, inquit Summus
Pontifex, eſt nulli nocere, omnibus autem vel-
le prodeſſe. cap. denique. decimaquarta quæſtio.
quinta. cap. cum ſacerdos, & in ſumma in omni
re ita ſe gerat, vt ſicut dignitate cæteros antecel
lit, ita etiam diuinarum virtutum luce ad Solis
inſtar cæteris præluceat, & ſale humanitatis, &
ſapientiæ aſpergat, & condiat perſonæ grauita-
tem, & eleganter ſermones, quos tanquam ci-
bos cœleſtes modo acres, modo dulces è camino
ardentis charitatis commiſſo gregi, & proximo
ſuppeditat, & demum ita benè morata ſit om-
nis eius vita, vt inde omnibus ſanctitas quædam
redoleat, vt inde omnes eum ipſum tanquam di-
uinum hominem è cœlo delapſum, omni hono-
re dignum putent; & cum venerationem iuſtam
habeat quidquid excellit, etiam ſi ſacerdos,
quod tamen faxit Deus, vt longè multum abſit,
vitæ improbitate, tantæ dignitatis lumen, quan-
tum in ſe eſt obſcurare quodammodo videre-
tur; attamen cum ea tributa ſit ordini, & non
perſonæ, apud omnes in magno honore habe-
ri debet quod in eo maximè elucet, ſacri ſcilicet
ordinis præſtantia, & tanti Sacramenti excellen-
tia, cuius vis & virtus minimè labefactatur, li-
cet tam ſolemne ſacrificium offeratur, & fiat
per manus impij, & facinoroſi hominis mini-
ſtri, qui ad exemplum ſolis, cuius radij quam-
uis luteam fęcem, & fœtidum os attingant, mi-
nimè tamen fœdantur, nequit tanti numinis lu-
cem, & vim ſplendidam, & perlucentem aliqua
in parte in ſe maculare licet, quantum attinet ad
ſuam ipſius acerbiſſimam damnationem, mirifi-
cè, non ſine aſtantium ſcandalo opprobrio eam
obturbare videatur, atque eam ipſam lucem qua
ſi obſcuratam nubibus ſuæ nequitiæ incitare ad
fulmina iuſtitiæ in ſe ipſum iacienda, & ſeue-
rè emittenda, quod diligenter, ſtudioſeque præ-
cauere ſacerdos debet, ne quod datum eſt ad ſa-
lutem in perniciem vertatur, & ne vnde clari-
tas lucis, & ſal ſapientiæ manare, & fluere debe-
ret, exoriatur tetra nequitiæ caligo, obſcurita-
tis latebra, atque inſulſitas, & ſtultitia, ita vt
ſacerdote qui oculatus valde eſſe debet, obcœca-
to rectè comprobetur ſacroſancta illa Euangeli-
ca veritas, Si cœcus cœcum ducit, ambo in fo-
ueam cadunt, ſed cum quilibet bonus præſuma
tur, eo magis huius venerandi religioſi fides eſt
recipienda, & propter dignitatem perſonæ in-
tegrior eſt habenda, & cum Abbas ſubſit Epi-
ſcopo, licentia Epiſcopi debet præſtare vti ſupe-
32 rioris principalis, & aduertatur quod multi ſunt
monachi, qui extra monaſteria degunt, vti e-
rat ipſe Gluſſianus, & ſubſunt iuriſdictioni Epi-
ſcopi, & tunc etiam ſine licentia poſſunt teſti-
monium dicere, vt voluit Speculator de teſt. §.
primo. incipien. opponitur, numero 36. & de fa-
cto receptus, non propterea vitiat iudicium, vt
tradit gloſſa in verbo, inconſulto, in capit. primo
de iuramento calumniæ, & eius fides ſuppletur
ab alijs, & iudex poteſt etiam adhibere fidem
teſtibus, qui aliàs examinari non debuerint, ſi ita
33 ei videatur, quia multa facta tenent, vt ait Præ-
ſes Menochius de arbitrariis iudicum, caſu 90.
maximè cum omnino non repellantur, vt ſcribit
Iulius Clarus §. finali. quæſtione 24. verſicu. vidi
etiam plerumque.

Quod Iulius Gluſſianus dicatur familiaris,
non eſt huiuſmodi, vt repellatur, vt tradit Ga-
briel libro communium, titulo de teſtibus, con-
34 cluſio. 10. & 11. immo & ſolicitator cauſæ ſi non
35 ſit bonæ vocis, conditionis, & famæ, pariter non
prohibetur eſſe teſtis, vt declarat idem Gabriel
concluſ. 12.

Nec ea inueriſimilitudo à diuerſitate tempo-
ris ducta nocet, quandoquidem nonnulla rema-
neant lineamenta, per quæ hominis forma, & fi-
gura dignoſcitur, iunctis maximè aliis circun-
ſtantiis, & circumferentiis ac qualitatibus ab
eodem recenſitis, cum non dicat, quod cum co-
gnouerit, niſi in pueritia, ſed quod incępit eum

cognoſcere à pueritia, & quod etiam adultum
poſtea ſæpius vidit, & cum eo verſatus eſt, eiuſ-
que fides maximè roboratur aliorum teſtimo-
nio, & de ea ſolida veritate, vt ipſe Hercules
in eo hoſpitali loco ægrotus tunc languens in le-
cto iaceret, & teſtimonium vnius ſuppletur di-
cto alterius, & quæ ſingula non proſunt, ſimul
36 coaceruata iuuant, ex traditione gloſſæ in l. ſe-
cunda, ff. de excuſatione tutorum, in verbo, legi-
timis, & notatis plenè per Doctores in lege, ad-
monendi, ff. de iureiurando, Baldus in lege, ſi
quis ex argentarijs, §. cogantur, in principio, de
edendo,

Et ſatis eſt, quod eum animam agentem, &
iacentem moribūdum viderit, vt ſcribit Maſcar-
37 dus relata concluſione 1076. in verbo, mors, nu-
me. 4. & tunc facilè coniungetur cum aliis teſti-
38 bus ad plenam fidem faciendam, vt fuſè probat
Gabriel lib. communium, tit. de proba. conclu. 1,
num. 1. & infra.

Et quatenus ſe ad librum refert, eſt aduerten
dum, quod ea relatio eſt non reſpectu omnium,
ſed tantum quoad quid, & ſic reſpectu tempo-
39 ris, de quo fortè certam memoriam non habe-
bat, ſed reſpectu eorum, quæ ipſe vidit ei ſtan-
dum eſt omnino, cum per ſe probet abſque re-
lato, nec attenditur relatio, quando intentio di-
ſponentis per ſe locum habere poteſt ſine alia re
latione, quia aliàs veniremus contra mentem,
quam vnam cæteris poſthabitis maximè ſpecta-
re, & magnifacere conuenit, vt pulchrè explicat
Socinus ſenior in l. finali, ad finem, de rebus du-
biis, Ruinus conſilio centeſimo trigeſimo ſexto,
nume. 5. lib. 3.

Nec obeſt illa fides, quod in libro morientium
ſcriptus non reperiatur, niſi ille Herculis de do-
minico Comenſis, quia aduertendū eſt, quod in
illis libris trium perſonarum genera deſcribun-
tur, ſcilicet illi, qui ingrediuntur, qui egrediun-
tur, & qui moriuntur; vnde cum deſcriptus repe
riatur in libro ingredientium, niſi doceatur quod
ſit ſcriptus in libro ingredientium, eſt neceſſario
dicendum, quod ibidem mortuus ſit, prout depo-
nunt ipſi teſtes, & facilè euenire poteſt, quod e-
ius mors ſcripta ſit in alio libro, vel omiſſa incu-
ria ſcriptoris, vel alio accidenti, quod non de-
bet veritati, de qua conſtat, per dictos teſtes no-
cere.

Ad obiectiones factas teſtimonio Troiani, re-
ſpondetur non conſtare, quod ſit errabundus, aut
vagabundus, quia immo in eo hoſpitali ſe con-
tinebat per modum prouiſionis, donec compe-
rijſſet (vt vulgo dicitur) vn partito: quod exclu-
dit vagabundi exceptionem, cum conſtet, quod
habuerit animum Romæ commorandi, prout
tempore depoſitionis morabatur in ſeruitio Il-
luſtriſſimi Cardinalis Florentini, & cum in par-
tibus domicilium retinuerit ſub matris guber-
40 nio, non poteſt dici, quod fuerit vagabundus,
vt explicat Iulius Clarus §. finali, quæſtione 39.
verſicu. ſed hic quæro, & quamuis, quod Romæ
nihil poſſideat, tamen cum habeat bona in par-
tibus, non poteſt dici pauper, qui etiam non re-
41 pellitur, niſi aliàs ſit ſuſpectus, quia lucri cauſa
contra veritatem deponat. l. teſtium, ff. de teſti-
bus, latè Gabriel titulo de teſt. concluſione 18.
nume. 1. & infra, & cum fuerit cubicularius ip-
ſius Cardinalis Florentini, qui potius nobilis di-
ci poteſt, cum ipſi Cardinales Principes habean
tur, immo Regibus comparati videantur, vt la-
tè probat in inſeruiente Principi. Tiraquell. tra-
ctatu de nobilitate, cap. 30. ante numerum 8. vſ-
que ad finem, & ſi ipſe Troianus degit aliquod
tempus in illo loco Sancti Spiritus, id fecit gra-
tia, & precibus ipſius prioris, qui erat eius con-
ciuis, & conterraneus, & vt ſæpè contingit, dum
quis ad longinquas alienas regiones ſe recipit;
nam libenter diuertit apud eum, qui ex eadem
patria eſt oriundus, cum homines plurimum
deuinciantur cognationibus primum, tum affi-
nitatibus, deinde amicitijs, poſt vicinitatibus,
& patria.

Nec quia in depoſitione non ſua ſpontè di-
xerit eum tetigiſſe mortuum, ſed interrogatus
id teſtatus ſit, eius fides diminuitur, quia do-
nec teſtis receſſerit, dicitur vnica depoſitio, &
veritas ſæpius agitata, ope, & diligentia inter-
rogatoris, cum vna & eadem ſemper ſit in idem
conueniens, & conſonans, magis atque magis
depulſa omni caligine, elucet ſplendidiſſimo
candore.

Nec redarguendus videtur, quod ſit verbo-
ſus, quia id euenit facto partis diuerſæ, quæ tot
& tanta inculcauit interrogationum capita ad
teſtes erratis irretiendos, & illaqueandos, & cum
vt iam præmonui, magna ſit patriæ vis, & ra-
tio apud eos, qui relicto patriæ ſolo in longin-
quis degunt regionibus, ita vt etiam eos, qui e-
rant inimici amiciſſimos faciat, ceſſat inueriſi-
militudo, quod eum mortuum tetigerit, poſt-
quam patria vicem quandam habet affinitatis,
& arctæ cuiuſdam coniunctionis, & conſuetu-
do ſeruiet, vt homines conterranei, & ciues comi
tentur ipſos conterraneos ad tumulum, & exe-
quias funeris pſoſequantur pietatis ergò, fluentis
a patriæ communi fonte.

Nec ea ratione, quod tranſmiſerit illam fi-
dem, poteſt dici ſolicitator cauſæ, vltra quod ſo
43 licitaror etiam admittitur in multis caſibus, qui
noſtro conueniunt, vt tradit Gabriel titulo de
teſt. concluſione duodecima, per rotam, & qua-
tenus coarguatur; quod ipſe aſſerat illum fuiſſe
mortuum die 15. Iulij, prout continebatur in
fide tranſmiſſa, eſt aduertendum, quod ipſe re-
ſpectu temporis dicit non recordari, nec ſe re-
fert magis ad fidem, quàm ad facti veritatem,
de qua in libris, ad quos ſe refert, nec eo mi-
nus teſti creditur, ſi de tempore non deponat,
44 quando tempus non eſt de ſubſtantia, vel poteſt
per alias coniecturas eius certa ratio haberi, vt
tradit

tradit Boſſius titulo de oppoſit.contra teſtes,numero 40. ſatis eſt enim, quod de veritate facti deponat.

Nec conſtat,quod illa fides ab eo tranſmiſſa, eſſet falſa, ſed potius errore imbuta ratione temporis, vt ſuperius dixi, quod nihil eſt, & omni caſu non valet argumentum, maximè in re odioſa,vt qui tranſmiſit ſcripturam ſuſpectam de falsò, quod tamen in caſu noſtro negatur, particeps fuerit falſitatis, & omni caſu ex dicto aliorum teſtium tollitur omnis ſuſpitio,nec ad libros ſe refert, niſi vt ſuperius dixi, quoad aliqua,quorum ipſe memoriam non habebat, non autem reſpectu facti principalis,ſcilicet mortis, de qua ipſe clarè deponit.

Ex fide exhibita per partem aduerſam conſtat ipſum Herculem Boſſium ingreſſum fuiſſe hoſpitalem locum, & licet neget non reperiri in libro mortuorum, ſatis eſt etiam, quod non comperiatur in libro egredientium, vt ſuperius dixi.

Nec magnifacienda eſt obſeruata illa ætatis repugnantia, tum quia ſcilicet hic teſtis dicat ipſum Boſſium fuiſſe ætatis annorum quinquaginta quinque, venerandus autem religioſus Alfonſus inquiat fuiſſe ætatis annorum quadraginta, quia cum qualitas iſta ætatis non ſit qualitas ſubſtantiam, & ſummam rei attingens, huiuſmodi
45 repugnantia non nocet, & ſatis eſt quod conueniant in facto principali, vt commun. dicit Alexand.videndus conſil.88.num. 13. volu.5. Alba conſil.529.num. 10. Gabriel tit.de teſtibus,concluſio.2.nu.64.& dictio illa, vel circa, tollit om-
46 nem repugnantiam, & aſpectus corporis ex cuiuſque iudicio, & maior,& minor poteſt videri, argumento eorum,quæ tradit Maſcardus in verbo, ætas,concluſio.668.num.5. nec quia dicat ſe fuiſſe eius amicum repellitur, quia amicus non
47 prohibetur eſſe teſtis pro amico, vt tradit Gabr. titu.de teſt.concluſio.11. & licet fuerit eius amicus, non tamen probatur, quod ſit amicus filiorum,qui ſunt in cauſa. & pro quibus deponit, & quos nunquam nouit.

Et his teſtibus de veritate deponentibus, iunctis teſtibus de fama cedere debent contrariæ teſtationes ipſius Burgi de ſimplici voce, & fama deponentes, cum teſtes ipſius Boſſij de veritate deponant,& ſint dignitate, & numero longè ſuperiores,& valde excellant,vt notatur in cap. in noſtra,de teſtibus, & latè probat Boſſius de oppoſitio.contra teſtes,num.13.& 15. & ſatis conſtare videtur de eadem ipſius Herculis perſona, & corpore ex tot,& tantis qualitatibus,indiciis, & coniecturis,quas ſuperius conſiderauimus, & retulimus,& ex patris nomine,de quo ſatis eſt ſi duo deponant, iuxta textum in l. vbi numerus. ff.de teſtibus, vltra quod etiam tertius teſtis deponens per verbum,credo, ſatis firmiter probat, cum rationem benè cognitam, & ſatis firmè conceptam adducat, & teſtimonio aliorum adiuue-
49 tur,ad Baldum in l.conuenticulam, C.de epiſcopis,& clericis. Quod vero dicatur religioſum illum depoſuiſſe ſine licentia, & non expreſſo ordine ſuæ religionis, iam ſatis ſuperius reſponſum eſt,nec præſumptio iuris, quod ſcilicet quis præſumatur viuere vſque ad centum annos vrget, cum noſtris temporibus videamus vitam hominis valde eſſe diminutam, paucosque eſſe, qui perueniant ad ætatem ſeptuaginta, aut octua-
50 ginta annorum,vt tradit Præſes Menochius præſumpt.49.lib.6.

Sublatis igitur admotis dubitationibus firma manet ſententia Illuſtris Magiſtratus, pro qua eſt pronunciandum, vbi res eſſet etiam dubia, tum quia ex quo habet authoritatem iudicandi ſola veritate inſpecta, potuit,& debuit fidem ad-
51 hibere proclamationibus ipſius Boſſij, vt tradit Aſinius in ſua praxi iudiciaria, cap.tertio.§.tertio,numero decimoquarto.tum quia ſemper præ-
52 ſumitur pro ſententia maximè lata à tribunali tantæ authoritatis, vt tradit Præſes Menochius in tractatu præſumptionum,præſumptione ſexageſimaſeptima,numero trigeſimoſexto, libro ſecundo, & quo magis hæc eadem veritas tot certiſſimis argumentis patefacta magis illuſtretur, offerunt Boſſij vbicunque legitimè probatum fuerit parentem ſuum adhuc vitam degere, nedum cauſæ cedere, ſed etiam duplum eius,quod contenditur, data idonea fideiuſſione perſoluere, & certè cum tantum temporis ſpatium defluxerit, nec de ius vita,& ſtatu aliquis vnquam rumor allatus ſit,adduci poſſim, vt credam eum adhuc viuere, vnde fit, vt tutius ſit adhæreſcere veritati teſtium ipſius Boſſij, vti veriſimiliora deponentibus, & quos merito ſecutus eſt integerrimus magiſtratus ordinariorum redditum vti iuſti,rectique cultor optimus.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO CAMILLO Caſtilloneo,

ARGVMENTA.

Remedium l.ſecundæ, C.de reſcinden. vend.an locum habeat in locatione bonorum,quæ erant penes tertium, & quæ induſtria, & opera conductdris recuperata fuerunt, & quomodo læſionis æſtimatio in ea te facienda ſit.

Legatum filio naturali factum,ita vt decedente ſine liberis ad hæredem perueniat,an ſi is ingrediatur religionem mendicantium adhuc debeatur, & an pro têporequo is fuit apoſtata, vel capituli pœna affectus, monaſterio debeat legatum præſtari.

SVMMAE RERVM.

1 *Legis ſecunda,C.de reſcind.vendit. remedium,in locatione locum habet.*

2 *Laſio debet probari ab eo qui eam allegat, nec praſumitur.*

3 *Laſio debet legitimè probari tẽpore initi cõtractus.*

4 *Laſionis probatio ad hoc,vt perfectè concludat,debet res aſtimari cum ſuis qualitatibus,honorib. & oneribus.*

5 *Diues eſt quis cenſendus, non tantum ex diuitijs, quantum ex oneribus,qua ſuſtinere debet.*

6 *Locata res cenſetur tanto pluris, vel minoris propter ſumptum quem facere,& onus quod conductor debet ſuſtinere.*

7 *Fideiuſſor conueniri debet principali non excuſſo, quando is eſt difficilis conuentionis.*

8 *Tranſigere licet nequeat Pralatus ſine conſenſu capituli, ita vt res eccleſia remaneat penes tranſigentem,id tamen non procedit vbi res ipſa ſit penes potentem.*

9 *Vltronea merces vileſcunt.*

10 *Valet tantum res,quantum communiter vendi poteſt ſcienti eius qualitatem.*

11 *Emi poteſt licite minori pretio res, qua apud emptorem plus valet,quam apud venditorem,*

12 *Ex reditu qui percipitur à conductore non bene infertur ad probandam locationis laſionẽ, ſi propter eius qualitatem ſit maioris fructus.*

13 *Qualitas vnius rei ſimul locata cum altera facit, vt & pluris,& minoris res ipſa locetur.*

14 *A dicto ſecundum quid ad dictum ſimpliciter fallacia eſſe ſolet.*

15 *Pretium iuſtum dicitur, non quod res in ſe valet, ſed illud quod dominus rei ab alio cõſequi poteſt qualitate rei,& perſona inſpecta.*

16 *Non probat adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

17 *Locatio conſtituit pretium,ſicut venditio reſpectu rei.*

18 *Poſſeſſionẽ nõ probat locatio,ſed fructuũ perceptio.*

19 *Penſio exigitur pro fructibus non pro rei locata aſtimatione.*

20 *Fructus dicuntur deducta impenſa.*

21 *Oneris ratio eſt habenda, tanquam pars pretij ad faciendam cuiuſq; rei aſtimationem.*

22 *Locata rei iuſtum pretium habetur ex vicinis alijs pradijs locatis.*

23 *Locator agere non poteſt ad penſionem rei locata, niſi probata traditione eiuſdem rei.*

24 *Mors ciuilis vbi eoſdem pariat effectus,quos mors naturalis,& ſtatutũ eſt ĩ vna habet locũ ĩ altera.*

25 *Apoſtata, vel fugitiuo monacho, an monaſterium bona ſua reſtituere teneatur,vel ſaltem neceſſaria ſubminiſtrare.*

26 *Monachus qui à religione receſſit,vbi ad eam redire velit,& pœnitentiã agere dẽs benigne recipi.*

27 *Legatum in cauſam alimentorum factum eorum onere ceſſante illud etiam abeſſe debet.*

28 *Legatum factum pro alimentis monaſterium conſequi non poteſt, vbi monachus à monaſterio abſens illud habuerit.*

29 *Monaſterio acquiſitum ingreſſu religioſi non amittitur eius receſſu,& fuga,cum ea ſuo delicto proceſſerit.*

30 *Monachus vbi per vim abſtulerit ab harede tantũ bonorum quantum fert legatum ei factum illud conſequi non poteſt monaſterium.*

31 *Identitas perſona ſicut & rei duabus demonſtrationibus ſatis probata cenſetur.*

32 *Pluralitas in dubio non praſumitur,& ab eam allegante debet probari.*

33 *Iudex ſacularis poteſt punire clericum in habitu non incedentem,& viarum graſſatorem.*

CONSILIVM CCLXIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

1 LIcet æquiſſimum l.ſecundæ, C. de reſcin.vend. auxilium locũ habeat in cõtractu locationis, cum is ſit bonæ fidei, & omnis æquitas poſtulet,vt hæc doloſa deceptio re ipſa contingens tollatur,etiam in contractibus ſtricti iuris, vt in locatione eſt text.in l.item ſi pretio, §. quemadmodum, ff.locati, & firmat Cagn.ea.l.2.nu.58. & ſequitur Alba vidend.conſ.395. nu.1.& 2.

Attamen in præſenti ſpecie in quęſtione atq;
in contentione verſatur probatio aſſertæ lęſionis
quę cũ ſit facti,& dolũ,& machinationẽ alterius
2 decipiendi cã præſeferat, nõ pręſumitur,niſi pro
betur, l.3. §.ſi minor, ff.de iure iur. Pariſ.cõſ.49.
3 nu.29.lib.1.& quidẽ legitimè, & tẽpore initi cõ-
tractus,l.ſi volũtate, C.de reſcin.ven.& vt pretij
ſeu valoris probatio vnde ipſa lęſio exoritur per
fectè cõcludat,dẽt res eſtimari cũ ſuis qualitatib.
4 & honoribus, ac oneribus, vt pulchrè proſequi-
tur Ripa poſt alios in l.1.§.ſi hæres,nu.25.& ſe-
quen.ff.ad Trebell.vbi eſt ſedes materiæ.idẽ Ca

gnol.

gnol.in ea.l.2.num.243.& num.247.& dixi ego conſ.35.num.3.& 4.& infra, & conſi.21.nu.11. vol.1.& additio ad Albam conſ.791.num.21.in lit.F.multos,& multa in idem vndiq, collecta aggregat. Verumenimuero ea minimè probatur,& tanto minus ſubeſt,ſi habeatur ratio qualitatum, & onerum rem ipſam extenuantium,& quæ vbi aliàs ex parte actricum ſimpliciter læſio probaretur tempore initi contractus, eſſent ſaltem in genere probanda,& obijcienda ad eam diminuendam, quod non ſolum confirmatur, ſed mirificè perſuadetur eo quo vtimur argumento ad dijudicandum,an quis ſit diues, necne; Diues namq; an quis ſit,nō tantum metimur ex prædiis,& for
5 tunis quas poſſidet,ſed ex ſumptibus,quos ex ſui ſtatus decentia,& dignitate facere debet. Romani diuitem eum hominē arbitrati ſunt, qui exercitum alere poſſet ſuis fructibus, alij diuitem eū dixerunt, cui tanta eſt poſſeſſio,vt ad liberaliter viuendum facilè contentus ſit,& ſic ex eo quantum cui ſat eſt,metiūtur diuitiarum modū, quod verius videtur,cum id omne iudicium ſit faciendum ex ſtatus conuenientia, qui cum varij ſint, merito non potuit in ea re ex communi omnium cōſenſu certa dari regula,ſed inter omnes conuenit,vt tota hæc diſceptatio ex perſonarum, & earum qualitate iudicis arbitrio tribuatur,vt fusè proſequitur Præſes Menoch.de arbitrar.iudicū, caſu 65. Princeps enim qui habet annuum cenſum centum millium aureorum, pauper cenſebitur habita ratione onerū, quæ ſuſtinere cogitur, & quotidianarum impēſarum,quas gradus qualitas,& numeroſa eius familia exigit.ex cōtrario ciuis nobilis, cui annuus ſit cenſus aureorum mille,& qui nimia nō ſit oneratus familia,diues prædicabitur, ruſticus verò qui agellum, vinetumve viticulis refertum,bouesq;,& cætera inſtrumēta ruſtica,ſua ipſius propria habeat,nec proinde aliquid cuiquam multum debeat ditiſſimus habebitur,etiamſi ei impoſitum ſit onus magnæ alendę familiæ,imo cum ea tota ſit,ad quæſtum faciendum apta, velut optimus patrimonij propugnator,& paterni iuris defenſor,& non expugnator, aut oppreſſor diuitiarum modum,& neruum nō minuit,aut eneruat, ſed valde auget, & potius in bonis, & lucro patrimonij, quàm in malis & in damno eſt reponēda, prout ea nobilium,quæ tanquam neceſſariū malum magis nata videtur, vt obſit,quàm proſit,&vt patrimonium effundat & diſſipet,quàm retineat,conſeruet,aut amplificet, ſta e igitur conſtās, & minimè in hoc ciuili pretio fugit ea ratio, vt ſicut ad ſtatum cuiuſque cognoſcēdum,debet inſpici nedum honor, ſed & onus, ita etiam in vnaquaque re æſtimanda conſiderari debet,& quaſi in ſtatera,& trutina examinari, & commodum,& incommodum, fructuſque & impenſa , nec aliter pretij probatio, aut rei æſtimatio concludit .

Primò enim eſt conſiderandum ipſas venerandas religioſas S. Agnetis Mediolani nunquā fuiſſe in poſſeſſione bonorum locatorum, quæ perdifficilis ſanè erant adeptionis,ſeu acquiſitionis propter nimiam potentiam poſſeſſoris,vnde cū conductoris opera, & authoritate, ac ſumpta fuerit res ipſa recuperata,tanto minoris res poterat locari,& tanto pluris hoc reſpectu ei,qui eam recuperauit,locata cenſeri debet, vt conſiderat Ripa eo.§.ſi hæres,& not.in l.in lege Falcidia,§.corpora,ff.ad leg.Fal. optimè cōſert quod ſcribit Caſt. in l.inter eos,§.credito, ff.de fideiuſ. Iaſ.in §.item ſi quis,nu.68.& 69.Inſtit.de act. quos ego retuli
7 conſ.62.nu.16. vt ſcilicet fideiuſſor etiam de iure communi conueniri queat principali nō excuſſo, quando is eſſet difficilis conuētionis, vel ratione perſonæ,quia eſſet potens ,& litigioſus, & ad rixam cōcitatus,vel ratione rei,quia haberet bona extra territorium,quæ facilè capi non poſſent,& confirmatur, quia licet præſul, ſeu prælatus ne-
8 quat trāſigere ſine capituli conſenſu, vt poſſeſſio eccleſiæ penes alium ſit, ſecus tamen ſi agatur de ea penes potentem exiſtentē ad ſe auocanda, vt docet Abb.in c.contingit,de tranſac.& nota.in l. præſes, C.eod. Alciat. noſter conſ.17.nu.8.

Secundò,cum ipſę nunc actrices tunc deſperarent de bonis ipſis recuperandis vltro, & illæ, & earum ſuperiores etiam, atque etiam rogauerūt ipſum conductorem,qui erat Senator magnæ authoritatis,vt ea bona conduceret, vt hoc modo illa conſequi poſſent, & nemini dubium eſt, quin
9 oblatæ,& vltroneę merces vileſcant,& longè minoris ideo extimentur, vt tradit Cagno.ead.l.3. num.25. & in pretio interdum ratio precum habetur,vt ait Tiraquell.de retrac.conuent.in præfat.num.25.

Tertiò, res tantum valet,quantum communi
10 ter vendi poteſt ſcienti eius qualitatem, Bat.in l. mortis cauſa capimus,§.ſi.ff.de donat.cau.mort. Feli.in c.cum Ioannes,de fi.inſtrum. & Cagnol. ea.l.2.nu.247. atqui in facto proponitur præter ipſum conductorem vix neminem compertum fuiſſe,qui illa conduxiſſet propter potentiā eius, qui illa bona vſurpabat,occupabat, atq; retinebat,ne cum eo inimicitias gereret, aut ei odioſus eſſet,quod ſua multum intererat,cum is eſſet homo potens,vel potentiſſimus potius, atq; factioſus,& in eo dignitatis gradu collocatus, vt facilè poſſet ſui cōmodi cauſa alteri nocere,&prodeſſe.

Quartò conſiderandum eſt,ſi alicui venditori ob aliquam cauſam id, quod venditur minus va
11 let, emptori autem plus licitè emi poſſet res illa minori pretio, vt firmat idem Cagnol.ea.l.2.nu. 36.Cū itaq; ex bonis ipſis nec locatrices aliquid perciperent, nec conductorem reperirēt, propter poſſeſſoris,ſeu detentoris formidoloſam qualitatem minori pretio conduci potuerūt,etiam in foro conſcientiæ ab ipſo conductore, qui minimè formidabat potentiam ipſius occupatoris,& qui vnus inuentus eſt poſt multas adhibitas diligentias,qui id auderet,quod omnium fugiſſet, & formidaſſet audacia.

Quintò, ex reditu, quo eadem bona fuerunt à conductore ſublocata non rectè, meo iudicio) argumentum quæritur propter inſignem qualitatē conductoris, res ipſa erat apud eum maioris red-
12 ditus, quam fuiſſet penes locatrices, aut alium quempiam qui eius qualitatis non fuiſſet, quod equidem, vt arbitror, eſt magna circunſpectione, & accurata conſideratione dignū, vt egregiè proſequitur idem Cagn. ea. l. 2. nu. 233. & cum eadē ſimul cum alijs ſuis bonis locata fuerint, conſequentia quæ fit ex redditu ad valorem, non videtur hoc caſu neceſſaria, quia aliud eſt pretiū eius rei, quæ ſimpliciter, aliud vero eius, quę permiſtè
13 locatur, quia qualitas vnius rei facit, vt alterius connexæ pretiū vel augeatur, vel minuatur, permiſtionis eſt enim tanta vis, vt vnam in alteram mutet naturam, acerbum fit lene, amarum dulce, potenſq; vinum aqua dilutum, & temperatum, fit leue, medicamentumve ſua natura veneficum aliis benignis admiſtum corrigitur, atque ſalubre euadit, & quod à ſanitate alienū videbatur, egroto perditam ſanitatem reſtituit, tantum poteſt ſalutaris hæc vnius rei cum altera permiſtio, vt & multa alia, quæ referre longum eſſet, cōprobant exempla, vt eſt tex. præclarus, & ibi bona gloſ. in verbo, pro bonitate, in l. ſi plura, ff. de ędil. edic. & in ſimili in materia retractus, quando vendita eſt vna res luibilis cum re non luibili, confert quod tradit Tiraqnel. de retrac. lega. §. 24. gl. vni. nu. 1.
14 nam fallacia eſſe ſolet, à dicto ſecūdum quid, ad dictum ſimpliciter. Bar. in l. hoc legatū, de leg. 3. facit Deci. conſ. 434. nu. 3. Gozad. conſ. 35. num. 16. & ideo regula eſt, vt miſta ſub ſimplicibus tāquam diuerſæ naturæ non contineantur, vt notatur ea. l. 2. ff. de verb. obliga. pretiumq́ue iuſtum dicitur, non quod res in ſe valet, ſed illud, quod
15 dominus rei ab alio conſequi poteſt, vt tradit Didac. variar. reſol. lib. 2. c. 3. nu. 4. & quod communiter percipi poteſt, attenta qualitate rei vēditæ, & declarat Burſat. conſ. 9. nu. 35. vol. 1. Inſuper conſiderandum eſt, quod non concludit argumētum, res tanti locata fuit, ergo tantum verè & in effectu, & re ipſa perceptum eſt, quia experientia ipſa rerum magiſtra, vſuſq́ue optimus rerum interpres ſæpe nos docet, vt propter ſubconductorum inopiam, vel egeſtatem, vel etiam propter ſubſidium, quod colonis comparandum eſt, vel propter perfidiam, quæ ſæpiſſimè in eis abūdat, multo minus locator percipiat, quàm ipſius locationis prima facies, & figura monſtret, & vultus, atque ſonus indicet, vnde fit, vt hoc non probet
16 adeſſe, quod ab hoc ſæpè contingit abeſſe, probatio enim debet eſſe neceſſaria, & non ambigua, quid enim ſtultius videtur, quàm obijcere aduerſario, quod ille ſi verbo negauerit, longius progredi non poſſit. qui obiecerit ita igitur conſiſtendū, & probandum, vt quod obijcitur, vel proponitur factum, minimè iure negari queat. l. neque natales, C. de probat. l. non hoc. C. vnde legit. locatio
17 ſt[illegible]nituit pretium, ſicut venditio reſpectu rei. Soci. conſ. 156. incip. pro fundamēto, verſ. ſecundo, in 2. par. nec regulariter probat poſſeſſionem, gl. in c. inter dilectos, de fide inſtrum. l. ad probationem, C. loc. ſed frugum, fructuumq́ue perceptio. l. 2. C. de acquir. poſſ. l. Titia, de ſolut. & Bald. videndus in l. ſi fundum, C. de rei vendica. & in huiuſmodi re potius hæc fructuum perceptio atten-
18 denda eſt, quàm valor rei, penſio namq; pro fructibus exigitur, non pro rei locatæ æſtimatione, quæ interdum lōgè multum fructuum rationem tranſilit. Alex. l. diui, nu. 6. ff. ad leg. Falcid. & fru-
19 ctus non dicuntur percipi, quando non eſt deducta impenſa, vel detractum onus, vel ratio nō eſt habita periculorum: quæ interdum ſubeuntur, vt puta amiſſionis colonici ſubſidij, & perfidiæ colonorum, quæ ſæpiſſimè ſpondent, promittunt, atque cum iuramento repromittunt, nihil præſtant, commentitias fabulas, & futiles excuſationes loco ſolutionis afferentes, immo impudenter deierantes fallunt, & decipiūt dominum, cui pro re verba dare ſolent, & quem tandem fruſtrātur,
20 & necant, poſtquàm diu inani ſpe lactauerunt. l. fructus, ff. ſol. mat. Bart. in l. ſi merces, §. ſi vis maior, ff. locati.

Sexto, cum in ipſa locatione facta, à venerandis ipſis religioſis adeſſet pactum, vt ibi contigiſſet proſperum Palauicinum, qui ſuper locatis bonis pretendebat ratione alimentorum quandam annuam penſionem, ſeu præſtationem obtinuiſſet, conductor ad id onus teneretur pro dimidia,
21 certè in hoc faciendo iudicio habenda erat ratio ipſius oneris, cum pars pretij eſſet. l. fundi partem ff. de contrah. empt. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. ff. de acti. emp. Tiraquel. iam excitatus de retrac. conuent. in præfat. nu. 25. Gabr. lib. commu. tit. de emp. & vend. concl. 1. nu. 51. cum præſertim eius litis periculo, egregia opera ipſius conductoris liberatæ fuerint locatrices, adeſt item aliud pactum, vt cōductor teneretur curare, vt in locis eius poſſeſſionis deſignandis plantaria, ſeu plantoni, & arbores plantarentur expenſis propriis abſque eo, vt ſuis vtar verbis, quod locatrices in aliquo tenerētur pro plantatione, & aleuatione ipſarum arborum, quod dubium non eſt, tāquam onus eſſe deducendum ad ipſius cōductoris commodum, qui cum multis modis ea bona meliora fecerit, & eorum partem incultam, & deſertam ad culturam, & ad bonam frugem redegerit, & ex inculto agro factus ſit cultiſſimus, non ideo mirandum, ſi ipſe eadem bona pluris ſublocauerit.

Septimo eiuſdem penſionis iuſtitia colligitur ex aliis vicinis prædiis, eodē pretio aſſium 30. in
22 ſingulā perticam locatis, quod mirificè valet ad iuſtū rei pretium iudicādum, vt latè proſequitur idē Cagn. ea. l. 2. paulo ante nu. 234. & cū poſſeſſio rei locatę nō eſſet penes locatrices, nec ad pē-
23 ſionē agere poſsēt, niſi re ipſa ꝓbaſſent rei locatę poſſeſſionē cōductori tradidiſſe. l. ex cōducto, ff. loca. & l. ad probationem, eo. tit. nec ſola locatio id probet, vt tradit Papienſ. de for. libelli ad

præſt.

præſt.& relax. in verbo, recuſauit, num.3. Oſaſcus Pedem. deciſ.51. num.10. quos ſecutus ſum ego conſil.165. num.7. vol. ſecundo, idque facere requirent propter poſſeſſionis potentiam, vel ſaltem cum magnis diſpendijs, & ſumptibus, & id facile obtinuerint opera ipſius conductoris, nec ſi alteri eadem bona locaſſent id conſecutæ fuiſſent, hinc ſatis probatur omnem læſionis ſuſpitionem longè multum abeſſe, & inemores tãti accepti beneficij, vnde factum eſt ea finita locatione cum quiete, tranquillè, & placidè poſſiderent eadem bona liberè cui voluerint locarint, quod alias eis non licuiſſet, deberent ingrati animi crimen horrere, nec pro beneficio maleficiũ vt ita dicam, reddere, cum tamen improbus homo ſit qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit, quod admiſſuras non puto has venerandas, Sanctæ Agnetis Religioſas, beneficientiæ atque probitatis luce conſpicuas.

Quod vero ſpectat ad alterum quæſtionis pũctum, quæ exiſtit cum Religioſis Sãcti Franciſci Mediolani. Cum legatum factũ à Senatore Camillo Caſtillioneo Andreæ filio ſuo naturali, ſit conceptum ſub ea conditione, vt vbi ipſe Andreas deceſſiſſet ſine filijs legitimis, & naturalibus, perueniret in ſcriptum hæredem ipſius Caſtillionei, conſequitur, vt ſtatim atque ipſe Andreas emiſit in ea religione profeſſionem, veritate ſit comprobata conditio ipſius legati, & per conſequens tantum abſit, vt hi Religioſi Sancti Franciſci poſſint legatum illud conſequi pro tẽpore quo ipſe Andreas abfuit ab ipſa Religione, vt potius quod is recepit, tanquam indebite ſolutum reſtituere teneatur, cum hoc caſu, mors
24 ciuilis eoſdem effectus pariat quos mors naturalis, maximè cum agatur de Religione ſua natura inhabili, & incapaci, vt in terminis comunem aſſerendo decidit Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.11. titu.7. num.8. ſtatimq; ſubſtitutus admittitur non expectata morte naturali.

Secundo cum hoc legatum videatur factum in cauſam alimentorum, non video qua ratione hi venerandi Religioſi poſſint aut debeãt illud conſequi pro eo tempore quo ipſe Andreas poſtea nuncupatus Frater Franciſcus abfuit ab ipſa Religione, quandoquidem certum ſit, vt ceſſante onere, debeat etiam ceſſare comınodũ pro eo onere iniunctum, & ſicut legatum alimentorum extincta perſona deficit, ita etiam deeſſe debet, ea aliter quomodocunque abſente, & alimẽta non conſequente, cum vnum gratia alterius ſit
25 comparatum; & quamuis poſſet dubitari an monaſterium teneatur Apoſtatæ, vel fugitiuo aut vago Monacho à religionis norma aberranti velut oui à grege diſpulſa bona ſua reſtituere, l. fin. §. huius, C. de epiſc. & Cler. attamen tenetur ſaltem monaſterium ei de ſuis bonis prouidere, & neceſſaria victus pocula miniſtrare, cap. de lapſis, 16. quæſt.6. cap. fi. de regularib. & tranſeunctib. ad religionem, & ibi videatur bona gloſſa in verbo, vitæ neceſſaria, Bal. in l. prima, §. ſed ſcimus, C. de lat. lib. tollenda, & hoc maxime dicendum videtur cum ipſe frater Franciſcus voluerit ad vitæ emendationem, & ad pœnitentiam redire,
26 & non fuerit receptus, cum tamen omni ſtudio, & arte debuiſſet perhumaniter, & benigne tanquam ouis diſperſa ad Religionis cætum reuocari, vt eſt text. in c. Abbates, 18. quæſt.2. & tradit Surdus tract. de aliment. quæſtio.35. titu.7. per totum, & id maximè eſt dicendum cum legatum hoc fuerit factum in cauſam alimentorum,
27 vnde onere ceſſante debet, & illud abeſſe, vt idem Surdus tradit titu.7. priuil.33. num. primo, & ſecundo, & infra, & titu. primo, quęſt.75. & quæſt. quinta, titu.5. num.1.2. & 3. & cum alimenta nõ præſtiterint, imo cum de manu hæredis indirectis etiam modis pecuniæ legatæ ab ipſo legatario extortæ ſint pro eius alimentis languet omnis ratio, vt monaſterium debeat conſequi hoc
28 legatum pro alimẽtis, & ſuffragio vitæ relictum, cum illa non præbuerit, vt in ſimilibus terminis, tradit Socinus Senior conſil.222. ſub num.3. verſic. quibus tamen non obſtantibus, lib. ſecundo, & tanto minus poteſt hoc perſonale legatum alimentorum conſequi ipſum monaſterium, cum ipſe Frater Franciſcus, fuerit capitali pœna damnatus, vnde ex diſpoſitione ſtatutorum noſtræ ciuitatis omnino pro noſtro habetur, & non admittitur ad petitionem alicuius iuris ſui.

Quæ cum ita ſint, non aduerſantur quæ aduerſarij ex aduerſo aduerſus ſcriptum hæredem proponunt, nempe, vt pro legato detur actio perſonalis, & in rem, quia fruſtra de actione quæritur, cum non ſubſit legatum nec ratio legati. 1.

Secundo non refragatur, vt acquiſitum monaſterio ingreſſu religionis, non amittatur eius
29 receſſu, & fuga, cum ea proceſſerit ſuo delicto, & ſceleris culpa, vt tradit Ancaranus conſil.424. quia Reſpondetur id procedere in alio legato, quam alimentorũ, quia cum id ſit ob cauſam factum, ceſſante cauſa debet etiã ceſſare legatum. Secundo non habet locum, quando legatum eſt factum ſub conditione cuius euentu alteri ſit illud idem quæſitum, & tributum, vt ſuperius diximus. Tertio id procederet vbi miniſtrata ei fuiſſent neceſſaria, vel aliter reſipiſcens ad pœnitentiæ gremium, & ad ſalutis portũ fuiſſet receptus, & in ea re non fuiſſet commiſſa negligentiæ culpa, quæ tamen euidens hoc in præſenti caſu percipi videtur ex precibus ab ipſo Franciſco oblatis generali religionis miniſtro, vt ſe ipſum declarat Ancharan. eod. conſil.424. num.4. & maxime id eſt, concedendum cum poſtea fuerit, vt iã dixi, capitali pœna affectus, & per vim abſtulerit tantum bonorum hæredis quantum ferret lega-
30 tum ipſum, vnde tanto magis monaſterij ius perimi videtur, vt eſt egregius text. in cap. quicunque vult quod eſt vltimum, 18. quæſt.4. prope finem.

Non obſtat, vt non conſtet de identitate (vt
aiunt) perſonæ, quia ea ſatis colligitur ex tem-
31 pore prolatæ ſententiæ,& ex illa qualitate il Fra
te,& ex alijs demõſtrationibus quarum duæ ſuf-
ficiunt, Bartolus in l.demonſtratio; ff.de condit.
& demonſtrat.l.forma, C.de cenſibus, & plura-
32 litas cum in dubio non præſumatur, qui eam al-
legat debet illam probare, l.duo ſunt Titij,ff.de
teſtam.tut.gloſ.ordinaria, in l.cum qui, §.in po-
pularibus vbi Iaſ.num.17.ff.de iureiurando.
Non nocet etiam,vt non potuerit condemnari à
iudice Regio, quia cum depoſito religionis ha-
bitu, & ſacra veſte nudatus, ſuique ſtatus obli-
tus,teter, truculentus atque terribilis aſpectu,ar-
matus paſſim incederet, & debacharetur,atque
fuiſſet tanquam graſſator in iudicium vocatus,
& eius facinoris reus factus, rectè potuit cõdem
33 nari,vt declarat Clarus practic.criminali,§.fina.
quæſt.36. verſic. quæro nunquid, & verſic.item
quæro.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO HOSPITALI LOCO Stellæ Mediolani.

ARGVMENTVM.

An præmium, & priuilegium conceſſum inuentori alicuius publici commodi ad eius hæredes tranſeat.

SVMMAE RERVM.

1 Inuentori alicuius rei ad publicam vtilitatem,præmium eſt tribuendum,ſicut inuentori ipſius theſauri,etiam in alieno loco reperti.

2 Virtus laudata creſcit,ſed dignè remunerata effloreſcit.

3 Præmio prouocari debet humana ſollicitudo, ad augendam publicam vtilitatem.

4 Clauſula,& non aliter,nec alio modo,conditionẽ,& formam inducit.

5 Fidei nihil eſt magis congruũ, quam vt ea,quæ inter contrahentes placuerint ſeruentur.

6 Pactum in rem potius,quam in perſonam cenſetur.

7 Contractus etiam ſi ad certam perſonam reſtrictus videatur, ad hæredes tranſit, quia idem iuris, quod eſt de aliquo idem eſt de eius hærede.

8 Promiſſio pro ſuo dato,& facto tantum,comprehẽdit etiam perſonam hæredis.

9 Priuilegia acquiſita præſumuntur etiam pro hæredibus.

10 Beneficia principum latiſſimè interpretari debent

11 Perſona an aliquid cohæreat intelligitur magis quando habetur reſpectus ad opus,quod ex facto reſultat,quam ad perſonam.

12 Induſtria perſonæ quando eligitur,perſonalis cenſetur contractus.

13 Societas ad hæredes tranſire nequit.

14 Ad hæredes tranſit iudicium communi diuidundo.

15 Actio vtilis datur in iudicio communi diuidundo etiam ſi à communione diſceſſum ſit.

16 Pro impenſa à ſocio facta datur actio negotiorum geſtorum,& item retentio.

17 Diuiſionem ſi non patiatur res communis quid ſeruandum ſit.

18 Communis res quæ diuidi nequit ſi locanda eſt,potius ſocio locari debet.

19 Iuriſdictionis diuiſio fit per eius vſum alternis annis.

20 Diuiſio rei vbi prohibita ſit,non cenſetur denegata fructuum & emolumentorum diuiſio.

21 Conuentio an intelligatur de primo actu.

22 Ad obligationem diſſoluendam ſufficit primum implementum.

23 Obligatus ex contractu ad rem tradendam, ſatiſfacit ſi ſemel tradiderit.

24 In contractibus ſequi debemus id quod actum eſt.

25 Priuilegij natura videtur,vt ſit perpetua.

26 Diſpoſitio de primo actu non intelligitur,ſed ad alios extenditur,ſi æquitas id ſuadeat.

27 Subrogatum ſapit naturam ſubrogati.

28 Cogitatum ita præſumitur, prout poſtea obſeruatum fuit.

CONSILIVM CCLXX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quæ proponuntur arbitror tertiam partem emolumenti,quod percipitur ex vẽditione,& conſeruatione niuis & glaciei facta in Xenodochio magno, & Stellæ Mediolani, ſpectare ad hæredes Hieronymi Frouæ.

Nam cum is fuerit eius rei autor,& inuentor,
æquum & iuſtum eſt,vt aliquid inuentionis præ
mium conſequatur, cum agatur non de re inuen
ta,ſed de re inuenienda,ſicut dicitur de theſauro
1 cuius portio datur inuentori, etiam ſi illum inue
niat in loco alieno, & qui aliquid in Reipublicæ
gratiam, vel priuatum cõmodum agit debet ali-
quod virtutis, & induſtriæ pretium habere, præ-
mio namque homines, vt in communibus pro-
uerbijs,& in ore vulgi verſatur,facilè inuitantur
ad huiuſmodi egregia facinora,& ad prodendas
nouas formas in hominum vtilitatem, & ad pau
perum ſubleuandam inopiam.Quemadmodum
ſegetes,& prata, & vineæ, & arbuſta ſolis igneo
2 calore, & pluuiarum temperato humore, felici-
ter creſcunt,& florent, & lætas fruges luxurioſa-
que

que frumenta, & florida copioſaque pabula, &
virgulta egregia, magnaſque & dulces vuas, cæte
roſque fructus vberrimos ad humani generis vti
litatem, & voluptatem abunde largiuntur, ita &
præſtantia ingenia, omni genere virtutis florent,
& quaſi præclarum lumen quoddam elucent, be
neficijſque maximis Rempublicam afficiunt, &
ornant, & diligenter ſtudioſeque quotidie conan
tur ſe inuictos à labore præſtare, & excellentis
cuiuſdã ingenij, & ſingularis, veriſſima dare teſti
monia vbi generoſa principis liberalitas, & ma-
gnificentia ad ipſum reſpiciat, in amore habeat,
alat, foueat, & quibuſcunque poterit rebus illud
idem augeat, gratijſque locupletet, & ad facien-
dum aliquid laudabile iuſtis virtutis premijs eli
ciat, & quotidie magis inuitet; virtus laudata cre
ſcit, ſed honeſta, honorum, & opum remunera-
tione efflorecſcit, & mirabilis vtilitatis fructus
vniuerſæ Reipublicæ præbet, ingenioſique hi vi
ri his ignibus, & flammis excitati, & rore quaſi
vitali vehementer commoti aſſiduè contendunt
virtutum armis, & liberalium artium exercita-
tionibus inter ſe gloriæ cauſa dimicantes certa-
ræ, & alter alterum autoritas pondere, & vtilita-
tis vbertate, imo ſe ipſos in dies magis longè mul
tumque ſuperare, & vincere contendit, quod val
de intereſt ad optimum Reipublicæ ſtatum con
ſeruandum, qui tanto eſt fœlicior quanto eſt in
eo copioſior ſapientum, & optimorum virorum
numerus, qui eam peritè moderentur, & guber-
nent; quid enim non poteſt hæc laudabilis æmu
latio, & virtutis imitatio, & excellentis ingenij re
cognitio, quæ admiſſa admouet acuta calcaria;
negata autem frenos adhibet, & qui acumine in
genij, & admirabili quodam lepore dicendi, ve-
lut lectiſſimi nobilitatis flores omni tempore an
ni florent, hoc modo neglecti iacent, & ſpes quæ
vigere deberet infringitur, & lãgueſcit induſtria;
quod incommodum ad maximum Reipublicæ
detrimentum ne eueniat cauere debet oculus ſo-
lis, id eſt optimi principis; qui in populo tanquã
ſpeculator altiſſimum locum, ex quo plurima cir
cumſpiciat obtinet, quod facilè aſſequetur, ſi vt
conuenit virtutum præmia tribuet merentibus,
l.fin. C.de ſtat. & imag. nam probitas, præmiorũ
mercedibus mirificè euocatur, omnique rationi
3 conuenit, vt benemerentem remuneremus, & vt
ſolicitudo humanæ indies magis præmio prouo
cetur, & beneficio vtrinque deuincta excitetur,
& benignitatis flamma incenſa inflammetur ad
augendam publicam vtilitatem, l.prima, C.qui-
bus ex cauſis ſerui pro præmio liber. accipiunt,
gloſ. in verbo, permiſſam, in l.iubemus, la grande,
§.ſcientes, C.de Sacro ſanctis Eccleſijs, §.theſau
ros, inſtitu.de rerum diuiſ. & videatur omnino,
Bartolus in l.falſus, §.qui alienum, num.6.ff.de
furtis, & egregiè diſſerens Iacobus de beluiſu in
ſua praxi iudiciaria, ſub titu.de furtis, & latroni-
bus, num.68.& infra, & optime facit præſes Me
nochius de arbitr.iudicum, cap.185.num.49.&
50.& idcirco cum non deceat, vt ſine ſumptu, ſi-
ne diſpendio hoc palmarium repertum ſit, & al-
ter inuentoris fructu gaudet, iuſta fuit eius pa-
ctio, & conuentio, vt tertia pars lucri, & emolu-
menti, quod inde profectum fuiſſet, ad ipſum fro
uam pertineret, & cum ſub ea conditione, cum
4 clauſula, & non aliter nec alio modo quæ condi-
tionem, & per conſequens formam oſtendit, glo.
prima, in l.ſiquidem, C.de except. Alexander cõ
ſil.3.num.4. lib.primo, Socinus iun.cõ ſil.181.
num.8.lib.ſecundo, Crauet.conſil.201.num.43.
& conſil.644.num.ſecundo, cum præpoſuerit e-
molumenti modum qui fuit ab Illuſtriſſimo Ar-
chiepiſcopo, & ab ipſis hoſpitalis loci præfectis
receptus, & approbatus, in contractum tranſiuit
ſtipulatione munitũ, cum præceſſiſſet interro-
gatio, & ſubſecuta ſit reſponſio, & humanæ fidei
5 nihil eſt magis congruum quam vt ea, quæ inter
eos placuerint ſeruentur, quod pulchrè meherclè
dictum eſt, & ſapienter, l.prima, ff.de pactis, l.pri
ma, ff.de verbor. obligatio. nec dubitandum vide
tur quin ad hæredes tranſeat, maximè ſi vt hoc
caſu verborum forma, natura contractus, & res
in contractum deducta hoc patiatur, nam hære-
dibus noſtris, qui iuſta iuris interpretatione, vna
& eadem perſona nobiſcum eſſe intelligũtur, ſem
6 per prouidere videmur, & propterea pactum in
rem potius, quam in perſonam ſcriptum cenſe-
tur Alba conſil.132.& perſona videtur adijci, vt
demonſtretur is cum quo fit conuentio, non vt
pactum perſonale conſtituatur, & nedum proce
dit actiuè, ſed etiam paſſiuè, & ſiue obligatio cõ-
ſiſtat in dando, ſiue in faciendo, & etiam ſi dictũ
7 eſſet pro ſe tantum, & etiam ſi obligatio eſſet re-
ſtricta ad perſonam certam proprio nomine no-
minatam, et etiamſi in vna parte eſſet facta men
tio hæredum in altera non; nam ſemper trãſit ad
hæredes, quia idem iuris quod eſt de aliquo, idẽ
eſt de eius hærede, text.ad litteram, in l.veteris
iuris, et l.fin. C.de contrahen.et committ.ſtipu-
latione, l.ſi pactum, ff. de probat. l.ſicut, §.ſi debi-
tori, ff.quibus modis pignus, vel hypothe.ſol.5.l.
neceſſarias, §.de vendendo, ff.de pignor.actio.l.
iuriſgentium, §.pactorum, ff.de pactis, l. poſtulã-
te, in principio, ff.ad Trebellian.l.eum qui ita, §.
te et Titium, et l.continuus, §.fin.ff.de verb.obli-
gatio. Bald.conſil.278.num.primo, parte ſecun-
da, Paulus Caſtrenſis, conſil.414.num.7.prima
parte, Baldus et Salyc. in l.fin. C.de actionibus
empti, et egregiè Iaſ. omnino videndus, quia pul
chrè loquitur, in l.ſtipulationum, la prima, §.itẽ
ſi in facto, num.primo, verſic.quæro, et num.2.et
5.ff.de verbor.obligat. et l.ſtipulatio iſta, col.3.
eod.titu.l.diuortio, §.interdum, ff.ſolut.matrim.
et l.ſi tibi decem millia, §.ſi quis, ff.de pactis, An-
gelus, in §.præterea inſtit.de except. Corneus cõ
ſil.2. volum.3. Alexander conſil.18. volum.5.
Præſes Menochius vtique videndus præſumpt.
47.lib.3. et propterea communi conſenſu rece-
8 ptum eſt, vt promiſſio pro ſuo dato, et facto tan-
tum

tum comprehendat etiam perſonam hæredis,
fusè Tiraquell.de contracta conuentio. glo.6.§.
primo,num.4.et 5.in verbo, eiusvè hæredis,hæc
9 quę principalis concluſio porrigitur etiam ad pri
uilegia, quæ acquiſita præſumuntur etiam pro
hæredibus,l.forma,§.quamquam,ff.de cenſibus,
10 et tanto magis ad beneficia principum,quæ ple-
niſſimè interpretantur, l.pen.de conſtit.princip.
Bartolus in l.qui in futurum, §.ſi ex altera, ff.de
pactis,hocque maximè procedit,quando agatur
de facto quod perſonæ non cohæreat, quod in-
telligitur, quando magis habetur reſpectus ad
11 opus ipſum,quod ex facto reſultat, quam ad per
ſonam ipſam, vt declarat Bartolus in l. ſi ſic,ff.
de verbor. obligat. ſequitur Iaſ.eod. §.item ſi in
12 facto,ff.eod.et non ſit electa ſola induſtria perſo-
næ,vel id poſtea poſſit per alium explicari, Ro-
manus ſingul.74. Albericus, ead.l.veteris, C.de
contrahen.vel committ.ſtipular. et Abbas conſ.
90.parte prima.

Nec refragatur, vt natura rei videatur repu-
gnare,ne ad hæredes tranſeat,quia agatur quaſi
13 de ſocietate quadam quæ tranſire nequit ad hæ-
redes,cum morte extinguatur, l.actione, §.mor-
te, ff.pro ſocio, quia Reſpondetur, hic non poſſe
agi de actione pro ſocio, quæ magis ad perſona-
les inuicem præſtationes pertinet,quam ad com
munem rerum diuiſionem, ſed potius communi
diuidundo iudicium, quod ad hæredes tranſit,lo
14 cum habere,l.prima,& l.in communi, ff.commu
ni diuidundo,& ſemper datur actio vtilis, etiam
ſi à communione diſceſſum ſit, l.ſi quis, eo.titu.
15 & ſi impenſæ factæ ſint ab altero ſocio negotio-
16 rum geſtorum actio erit, & datur retentio, l.in
hoc iudicium, ff.eod. & nedum ad vniuerſalem
ſucceſſorem, ſed etiam ad ſingularem hoc iudi-
cium tranſit, & cum nemo eſſe in communione
17 cogatur,ſi diuiſionem res ipſa non patiatur deue-
nitur exquiſitis palam pretijs ad licitationem ad
miſſo etiam extraneo emptore, & qui licitatio-
nis calor multum poteſt ad pretium augendum,
nam vbi res venalis ſub haſta ponitur,&pretium
noſcitur,licitator apponitur,ne illud minoris ve-
niat, & ſæpe animi & cupiditatis impetu certa-
rim quaſi æſtu efferueſcente plus pretij offertur,
quàm res ipſa ferat, vel iudicis arbitrio facta iu-
ſta æſtimatione tota adiudicatur ei qui maiorē
habet partem,l.prima,l.ad officium, & vbiq; vi-
de Barto.Bald.& Salyc. & l.fin.C.communi di-
uidundo, Alexand.in l.ſi idem §. fin.de iuriſdict.
òmnium iudic. Bartolus in l.cùm eorum, C.de
ſeutent. & interlocuto.omnium iudicum,vel po-
18 teſt cogi ad locandam partem ſuam conſocio, vt
larga ſerie explicat præſes Menochius de arbitr.
iud. caſu 442. & notatur ad ſtatutum noſtrum,
cap.379.num.101.in ſecundo,volum.vel poteſt
fieri diuiſio per vſum rei alterius temporibus,vt
fit in iuriſdictionibus, & ſimilibus rebus,quæ cō
19 mode diuidi non poſſunt, l.Lucio de aqua quoti
diana,& æſtiua,glo.in cap.licet, 16.quæſt.3.In-
nocentius,in cap. prudentiam de officio delegatī
vel emolumentorū, & fructuum fit diuiſio, quia
ea, vel legis, vel hominis diſpoſitione prohibita
ratione dominij intelligitur denegata, permiſſa
20 vero,quod pertinet ad fructus, & ad ius fruendi,
vt communem renuntiant, Socinus iun.conſilio
79.num.6.parte prima, Rolandus à Valle,conſ.
80.num.33. parte prima, & idcirco Froua,qui
hanc vſque à principio habuit intelligentiam,cō
uenit, vt eſſet facultas loco pio, ſe eximendi ab
ea præſtatione ſi ita placuiſſet,& inter partes cō-
ueniſſet.

Nec aduerſatur, quod prima fronte cogitaui
ego poſſe nocere intentioni hæredum Frouæ, vt
21 ſcilicet,ea cōuentio intelligeretur de primo actu
iuxta diſpoſitionē,l.Boues, §. hoc ſermone, ff.de
verbor.ſignific. ſiquidem ad rumpendum obliga
tionis vinculum, & ad liberationem interpretan
22 dam ſufficit primum atque vnicum implemen-
tum,l.dotis promiſſio, ff.de iure dotium, & obli-
gatus ex contractu ad rem tradendam, ſi ſemel
tradiderit perpetuo liberatus maneat etiamſi ite
rum reuiuiſcat obligatio,& res ipſa, ad illum de-
23 nuo reuertatur, vt explicat Tiraquellus, eod.§.
hoc ſermone,num.116.& 117. Bartolus in l.cū
qui ita,§.qui ita,ff.de verbor. obligat. & propte-
rea ad priuilegium primum conceſſum ab Illu-
ſtriſſimo Duce Terræ Nouæ, ad quindecim an-
nos, reſtringenda videbatur hæc conuentio,nec
trahenda ad aliam conceſſionem poſtea factam
à S.R.C.M.aliorum quindecim annorum.

Quia reſponderi poteſt, hanc ſecundam con-
ceſſionem ea etiam conuentione contineri, nam
mens contrahentium fuit,vt priuilegium perpe-
tuo obtineretur, & licet poſtea ad tempus fuerit
conceſſum, debebit ex mente contrahentium ad
id omne tempus quo obtineri continget, trahi,
24 quia in contractibus ſequi debemus id quod a-
ctum eſt,l.ſemper,in ſtipulationibus, ff.de regul.
iuris, & declarant Felyn.in cap.ſecundo, de tre-
gua, & pace, & fusè Tiraquellus eod.§.hoc ſer-
mone, lim.6.& 11.& 12.quia natura priuilegij,
25 quod haberi contendebatur tanquam principis
fauorabile beneficium,ea erat, vt perpetua eſſet,
vt idem explicat,limit.8.& quia æquitas ſuadet
vt diſpoſitio ad ſecundum actum extendatur. cū
æquum ſit,vt is qui fuit author eius emolumen-
ti habeat ſemper,& quandocunque tertiam par-
26 tem eius commodi,& lucri,quod inde factū fuiſ-
ſet, eum ſemper cauſa eius inuentionis, & ratio
diſpoſitionis ineſſet, vt enarrat idem Tiraquell.
lim.10.& indiffinite actum ſit,vt lucri tertia pars
ad eum pertineret, & ſic nedum in prima, ſed in
ſecunda, & deinceps conceſſione intelligeretur,
vt ait idem Tiraquellus limitat.25. & cum ipſe
Froua ad expenſas factas, & diligentias adhibi-
tas in obtinendo priuilegio à R.M.de quo à prin
cipio actum fuerat,concurrerit, & præſto fuerit,
& illius rei onus ſuſceperit ex conuentione,& ex
facultate ſibi tributa ab Illuſtriſſimo Archiepi-
ſcopo,

ſcopo, & à præfectis Xenodochij, atque etiam pro ſua portione impenſas ſuſtinuerit in exigendis Tugurijs, in quibus, & nix, & aqua conglaciata frigoribus, & niue pruinaque concreta aſſeruatur, vt tempore æſtatis glacies ipſa calore liquefacta, & dilapſa difundatur ad refrigerandum vinũ & fructus, vnde ardens palatus refrigeſcat, & recreetur, non tamen cum vino, vt in aliquorum more poſitum videtur, eſt miſcenda, nam id plurimum valet, & callet ad valetudinem amittendam, & perdendam, & ad corpus refrigerato, & extincto calore extinguendum, qui enim æſtu febrique, iactãtur ſi aquam gelidam biberint, prius releuari videntur, deinde multo grauius vehemẽtiuſque affligantur, & propterea cauendum eſt, ne leuem voluptatem, quam cæpimus conglaciata bibendo amittamus multa cruda digerendo, conſequitur itaque vt ex obſeruantia ſubſecuta declaratum ſit, partes ſenſiſſe nedum de primo illo priuilegio, ſed etiam de eius confirmatione, & prorogatione, maxime cum etiam ſubrogatum
27 ſapiat ſubrogati naturam, & locum obtineat eius
in quem fuit ſuffectum, Crauet. conſi. 101. num.
28 3. inquiens præſumi ita cogitatum, prout poſtea
obſeruatum fuit, facit Tiraquell. eo. §. hoc ſermone, limit. 14.

Et propterea mea eſſet ſententia, ſaluo ſemper ſaniori iudicio, vt poſtquam conuentum eſt de liberatione facienda, & res ipſa poſſit in eius diuiſione, & expenſarum contributione habere aliquas diſſenſiones, & difficultates negotium ipſum eo meliori modo, quo fieri poterit tranſigatur, ſemel tãtum data aliqua remuneratione pro omni & toto eo, quod quandocunq; ea occaſione prætendi aut peti poſſet.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IOAN. BAPTISTA Patienſi.

ARGVMENTA.

Teſtamentum ab ingrediente religionem factum, an reuocari poſſit poſt emiſſam profeſſionem, & an effectum conſequatur ſtatim ea morte ciuili ſecuta, vel mors naturalis ſit expectanda.

Si deſcendens ex linea maſculina vocetur, an fœmina in ea diſpoſitione contineatur, & an veniat eo in ſermone filius fœminæ, vel magis ipſius fœminæ ſoror à maſculo progenita.

SVMMAE RERVM.

1 *Teſtamentum factum ab ingrediente monaſterium ſtatim vires habet à die emiſſæ profeſſionis, ſiue monaſterium ſit capax in communi, ſiue non.*

2 *Monaſterium loco filij non habetur, quoties conſtet de contraria diſponentis mente.*

3 *Mors ciuilis eoſdem effectus parit, quos mors naturalis in eo, in quo ei comparatur.*

4 *Teſtamentum eius qui ingreditur religionem, irritum non fit quaſi natiuitate poſthumi, cum filij loco ſæpe monaſterium habeatur, ſi de ingreſſu cogitauit.*

5 *Teſtamentum ingredientis religionem, & profeſſionem emittentis reuocari non poteſt, maximè ſi ſuperiorum permiſſu confirmatum fuerit, & hæres ſcriptus poſſeſſionem adeptus ſit.*

6 *Teſtamentum morte naturali confirmatur, & quãdiu quis viuit, illud reuocare poteſt.*

7 *Mortis captandæ votum ne capiatur, aut libera teſtandi facultas præripiatur, & ne inſidiæ tendãtur interpretatio eſt facienda.*

8 *Inteſtabilis quis ſit, ſtatim atq; religionem ingreditur, etiam capacem bonorum in communi.*

9 *Teſtamentum ingreſſu monaſterij an quaſi natiuitate poſthumi rumpatur.*

10 *Ingreſſi religionem hæres videtur, quod bona aſſequi non poſſit, niſi ſecuta morte naturali.*

11 *Homo proponit, & Deus diſponit.*

12 *Teſtamentum ingreſſi religionem, ſi profeſſionem emiſerit, reuocari nequit ſi hæres poſſeſſionem apprehendiderit à die emiſſæ profeſſionis.*

13 *Teſtamentum minimè rumpi poteſt ingreſſu religionis, ſi de eo teſtator cogitauit.*

14 *Hæres ſcriptus ſi decedat ante teſtatorem caducũ fit teſtamentum.*

15 *A morte ciuili ad naturalem rectè argumẽtum fit in caſibus, in quibus mors ciuilis eundem effectũ parit, quem mors naturalis.*

16 *Ante ingreſſum religionis quis habet liberam de rebus ſuis diſponendi facultatem.*

17 *Alternatiua oratio in coniunctam, ſeu diſiunctam reſoluitur, pro ſubiectæ materiæ varietate.*

18 *Alternatiua aliquando ſtat demonſtratiuè, ſecundum ordinem ſcripturæ.*

19 *Teſtatoris mens optimè interpretatur ab obſeruantia ſubſecuta.*

20 *Superflua ne ſit diſpoſitio, interpretatio eſt facienda.*

21 *Dictio, vel diſpoſitionem ampliare videtur.*

22 *In alternatiua in vltimo voluntate ſcripta electio fit ad fauorem creditoris.*

23 *Fœmina ex maſculo nata, non dicitur eſſe in maſculina linea.*

24 *Lineæ ſignificatio quibus modis accipiatur.*

25 *Agnationi proſpicere videtur, qui maſculos vocat.*

26 *In emphyteuſi accepta pro ſe & deſcendentibus ex*

linea

linea maſculina fœmina ex maſculo procreata non ſuccedunt.

27 *Deſcendentes ex linea maſculina, ſi quis vocauerit, fœmina ex maſculo deſcendentes eo ſermone continentur.*

28 *Fœmina ex maſcula deſcendens rectè dicitur deſcendere ex virili, & maſculina linea.*

29 *Fœmina licet ſit finis agnationis, tamen, & ipſa rectè agnata dicitur.*

30 *Deſcendens dicitur pars corporis aſcendentis.*

31 *Fœmina licet ſit caput alterius nona linea, eſt etiã finis ſua ipſius.*

32 *Dictio ex ponitur interdum, vt excludat, & non includat.*

33 *Filia à maſculo deſcendens, quando dicatur de linea maſculina.*

34 *Ex linea maſculina deſcendens ſi quis vocatus ſit, licet maſculi filia veniat nan tamen comprehenditur maſculus ex ea fœmina natus, ſed potius eius ſoror admittitur.*

35 *Filij patris nan matris familiam ſequuntur.*

CONSILIVM CCLXXI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EXceptio Ioan. Baptiſtæ Patienſis aduerſus fratrem Heliam paganum religioſum profeſſum in cœnobio paſſionis, Mediolani Ordinis Sancti Auguſtini, & ſeu potius contra ipſummet monaſterium efficitur firma, ex ſolida ratione adducta ab integerrimo iudice, vt ſcilicet excluſum omnino eſſe debeat, cum in eius teſtamento anno 1586. condito, apertè dixerit, & repetierit tam in legaris, quam in ipſa inſtitutione, ſe velle, vt teſtãmentum ipſum effectum conſequeretur ſtatim atque ipſe paganus teſtator emiſiſſet profeſſionem, vnde cum teſtatoris voluntas principẽ locum obtineat cõſequitur, vt ſtatim à die factæ profeſſionis teſtamentum vires, & vim irreuocabilem habcat, perinde ac ſi mors naturalis accidiſſer, cum ex teſtatoris volũ

1 tate appareat vnam alteri comparatam ita fuiſſe, vt quod pertinet ad id de quo quæritur, nulla eſſet diſpar ratio aut diſſimilitudo, vt clarè diſtinguit Imola, in l. prima, col. 5. verſic. circa tertium ibi aut conſtat, quod ipſe diſponens, ff. de teſtam. & cum hæc ratio ducta, & collecta à fonte voluntatis teſtatoris ſit generalis idcirco procedit concluſio nedum in monaſterio incapace bonorum etiam in communi, quale eſt illud ordinis mendicantium, ſed etiam in capace bonorum in communi, quale eſt illud Ordinis Sancti Auguſtini, vt ibidem animaduertit, Imola verſic. quod videtur, & confirmatur, quia etiam in caſibus in qui-

2 bus monaſterium loco filij habetur id non procedit, quoties conſtet de contraria diſponentis mente, quod ſcilicet, voluerit monaſterium excludere, quia voluntas teſtatoris piæ etiam cauſę præſtat, vt cenſuit Baldus conſil. 407. num. 13. volum. primo, Marzarius epit. fideicom. ſecunda parte, quæſt. 31. quos ſequitur Cardinal. Mant. de coniectur. vltimatum volunt. lib. 11. titu. 7. num. 18. & infra, & confert Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 76. verſ. in vltimis, hocque caſu mors

3 ciuilis comparata morti naturali ex diſponentis voluntate eoſdemmet effectus cõſequitur in omnibus, & per omnia in eo in quo ſit comparatio quos habet mors naturalis, vt docet Iaſ. in l. ſi deceſſerit, num. 10. ff. qui ſatiſdare cogantur, commun. dicit Galiaula, in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 12. & Crotus ſub num. 5. & 13. & Socinus iun. num. 24. ff. de lib. & poſth.

Præterea hanc eandem veritatem roboro autoritate magis, commun. & receptæ illius ſententiæ, vt ſcilicet teſtamentum eius qui ingreditur monaſterium irritum non fiat, quaſi natiuitate

4 poſthumi, cum filij loco ſæpe monaſterium habeatur religionis ergo ſi ingreſſus antequam ingrederetur, vt actum eſt in caſu noſtro cogitauit de ipſo ingreſſu, ſæpius enim de eo in hoc noſtro teſtamento fecit mentionem teſtator, illiuſque contemplatione ſe teſtamentum condere, quod volebat robur habere à die ingreſſus, & emiſſæ profeſſionis, declarauit, quia tunc ſiue monaſterium ſit capax in communi ſiue non, quicquid aliquæ Doctorum cateruæ reclamantes contradicant, magis communis eſt ſententia, vt per ingreſſum religionis non rumpatur etiamſi in ipſo teſtamento nihil ipſi monaſterio relictum ſit, nam antequam ingrediatur habet liberam diſponẽdi de rebus ſuis facultatem, & poteſtatem, vt eſt tex. Clarus, in §. illud quoque decernimus, in authen. de Monachis & magis communem teſtatur idẽ Clarus omnino videndus, §. teſtamentum, quęſ. 28. verſicu. aut vero fecit, cui adiungo de magis communi opinione optimum etiam dicentem teſtimonium, quando teſtator, vt in caſu noſtro cogitauit de ingreſſu, Didacum de teſtamentis, cap. ſecundó, num. 5. & 6. & Viglium, in princip. Inſtitu. in titu. quibus modis teſtament. infirmẽt. & Vaſquium, lib. 3. illuſtrium controuer. capit. 102. nu. 2. & cum hæc re ipſa ſit crebior omnium ſententia, ab ea nuſquam in iudicando, & conſulendo eſt recedendum.

Rurſus cum ſtatim ſecuta profeſſione ipſius monachi, teſtamentum effectum plenum habuerit, & hæres ſcripta, & alij vocati poſſeſſionem bo-

5 norum adepti ſint in eaque triginta ferè annis perſeuerauerint ſciente ipſo Abbate generali, cõſequitur, vt adeo firmum factum ſit teſtamẽtum, vt nullo modo amplius reuocari, aut infirmari queat, tum præſertim hoc idem poſtea fuerit et permiſſu ſuperiorum confirmatum, vt elegantiſſimè in terminis conſuluit videndus omnino Gozadinus conſil. 41. per totum maximè, num. 10. & 11. & facit Rota Romana ſecundum poſtre-

mam impreſſionem, deciſ. 180. parte ſecunda, &
cum ſcriptæ hæredis tot tantaque officia, vel me
rita potius anteceſſerint, & toties eadem volũtas
repetita, & iureiurando confirmata fuerit gemi-
natioque ipſa magnam habeat vim, l. Baliſta, ad
Trebellian. Feliyn. in cap. ſi quando, num. 12. de
reſcrip. equidem non ſine nota ingrati animi po-
teſt hoc idem nunc in dubium vocari, & ad incer
tum reuocari, cum tamen nihil ſit quod tam de-
ceat, quam in omni re gerenda conſilioq; capien
do ſeruare conſtantiam.

His itaq; iactis fundamentis quaſi firmiſſimis
Vallis, & altiſſimis turribus bene munitis facile
refelluntur, & eneruantur, quæ cõtra allata ſunt,
& primo dum dicitur eam non valere conditio-
nem, vt ſcilicet teſtamentum robur habeat & ef-
fectum ſumat à die emiſſæ profeſſionis, nam cũ
teſtatoris voluntas liberè deambulet, non poteſt
quis eam ſibi dicere legem, vt teſtamentum re-
uocare nequeat, etiamſi iuramentum adhibitum
foret, confirmatur enim teſtamentum morte na-
turali, & niſi (vt ait vas ille electionis Paulus)
mors intercedat effectum nõ habet, & toties mu-
6 tari poteſt quoties teſtator ipſe voluerit, vſq; ad
vltimum vitæ ſpiritum, & confirmat, text. in l. 4.
de adim. lega. & latè Simon à Prætis, tractat. de
interpret. vltim. volunt. lib. 2. ſolu. 8. num. 1. & 2.
fol. 95. & ſi aliud diceremus in id vitij incidere-
mus, vt teſtandi libera facultas præriperetur, vel
7 captandæ mortis votum caperetur, aut hominũ
vitæ parandarum inſidiarum occaſio daretur, at
que demum hæreditatis auidæ libidines temere
ad potiundum ante diem incitarentur, non ſine
graui iactura animæ quotidiè rem alienam ad-
uerſus diuinum præceptum concupiſcentis, l. ne-
mo poteſt, de leg. primo, l. ſancimus, C. de teſta.
l. ſtipulatio hoc modo concepta, ff. de verborum
obligat. Decius conſil. 31. cui addo Clarum opti
me differentem, eod. §. teſtamentum, quæſt. 94.
verſ. ſed quid ſi teſtator.

Quia Reſpondetur id procedere quotieſcun-
que quidpiã aliud non fieret vnde quis pro mor-
tuo habeatur, quo caſu ſicut naturali morte te-
ſtamentum eo perducitur, vt reuocari nequeat
amplius, cum deficiat ſpiritus à quo retractatio
pendet, ita hac ciuili idem conſequitur, nam ſta-
tim atque quis ingreditur religionem etiam ca-
8 pacem bonorum in communis ſit inteſtabilis, au
then. ingreſſi, C. de Sacroſanctis eccleſijs, & de-
monſtrat Imola in cap. primo, verſic. quod autẽ
ſi aliquis, vbi communem dicit de teſtam. Dile-
ctus de arte teſtan. titu. 3. cautela 9. & cum mors
ciuilis eoſdem operetur effectus quos naturalis,
merito teſtamentum morte hac ciuili confirma-
tur perinde ac ſi caſus naturalis mortis interue-
niſſet, vt ſuperius probauimus, quod maximè
procedit cum ex iure noſtro municipali, ca. 284.
vol. primo, hæc perſona habeatur pro mortua,
& de ea iudicetur prout de vere mortua. An ve-
ro teſtamentum ingreſſu monaſterij quaſi natiui
tate poſthumi rumpatur, alia eſt quæſtio, & in
9 ea bene excitatum fuit à doctiſs. Domino Iudice
ex contraria mente teſtantis monaſterium ex-
cludi, vt rectè diſtinguit Imola relata, l. prima, ff.
de teſta. qui contradicentem non habet, & ſic
quæſtionum termini ſunt diuerſi, & quod contra
adducitur ex generalibus regulis non procedit
quando intercedit ciuilis hæc mors, quæ natura-
li comparata inteſtabilem efficit teſtatorem.

Non aduerſatur vtiq; vt non poſſit ſcriptus
hæres aſſequi bona ingreſſi religionem, niſi expe
ctata morte naturali, ex ratione quia poſſit acci-
dere, vt propter mortem hæredis ante teſtatorẽ
10 caduca, & irrita fiat diſpoſitio, contra eius cogita
tum, & optatum, l. vnica, C. de caducis tollendis,
& cum Bartolo hac vtuntur ratione complures,
qui eum ſecuti ſunt in authent. ſi qua mulier, nu-
mer. 14. C. de ſacroſanctis eccleſijs, quæ enim hu
mana res eſt quæ rerum viciſſitudines ordineſ-
que perpetuo conſeruet, ac conſtantiam, & ſta-
bilitatem retineat, & quæ varios motus, & agita
tiones, & perturbationes fluctuum amari maris
humanæ vitæ non ſentiat atque ſubeat, homo
namq; humana & terrena hæc inſpiciens iſta di-
ſpenſat, illa, non ſolum ordine, ſed etiam momẽ-
to, & iudicio quodam peragenda proponit, &
quaſi præſentia ante oculos conſtituit; Verum
11 quia homo proponit, & Deus diſponit ſæpe con-
tingit vt aliter eueniat, quam ipſe idem cogita-
uerit, vel propoſuerit, cum in Dei manu poſita
ſint omnia: nam vt ait Diuus Auguſtinus, Deus
totus oculus eſt, qui omnia videt, totus manus
eſt, quia omnia operatur totus pes eſt, quia vbi-
que eſt, diuino igitur iudicio acquieſcendum eſt,
quandoquidem in homine media, in Deo ſucceſ
ſus attendantur, qui ſatis fœlices habendi ſunt,
cum Dei nutu atque permiſſu proceſſerint, con-
ſoleturq; homo ſi quantum in ſe fuit omnem di-
ligẽtiam adhibuit, vt res bene ſuccederet, doleat
vero vbi aliquid eius culpæ, vel negligentiæ aut
ignorantiæ tribui poſſit, etenim legi ſatisfeciſſe
videtur, qui fecit quod potuit, nihilvè prætermi-
ſit quantum quilibet bonus, & diligens pater fa-
milias facere enitiq; potuit.

Quia Reſpondetur hoc non procedere in ca-
ſu noſtro in quo ſcriptus hæres à die emiſſæ pro-
feſſionis adiuit, & poſſeſſionem appræhendit, &
in ea continuauit fructus percipiendo ac ſi vere
12 teſtator mortuus fuiſſet, quia hoc caſu etiam ex
mente Bartoli teſtamẽtum amplius reuocari ne-
quit, ita in terminis hanc exorbet difficultatem,
Gozad. eo. conſ. 41. nu. 11.

Dicitur, & ſecundo hac ratione minime ſpe-
ctata, quoties hæres prouidit poſt emiſſam pro-
feſſionem, vt teſtamentum reuocari nequeat, tã-
quam morte naturali confirmatum magis rece-
ptum eſſe, vt iam ſuperius docuimus, & probat
Didacus relato loco. num. 9. Quod contra affer-
tur procedit, vel vbi ſcriptus hæres decederet an-
te emiſſam profeſſionem, vel vbi aliter teſtator

ante

ante ingreſſum non diſpoſuiſſet.

Non reſiſtit etiam, vt Imola loquatur, quando, quis ingreditur religionem incapacem, quia tunc cum mors ciuilis eundem effectum aſſequatur quem mors naturalis, habet, ei comparari videtur.

Quia reſpondetur non bene lectum fuiſſe locum ipſius Imolæ, qui ſi perlectus fuiſſet conſtaret eum loqui clariſſimè etiam in monaſterio capace, dum explicitè ait, quod videtur procedere ſiue ſit ingreſſus religionem mendicantium, ſiue etiam monaſterium non mendicantium, cum eadem ratio ideſt teſtatoris voluntas vtroq; caſu videatur concludere iſtud.

Nec officit, vt teſtamentum rumpatur ingreſſu religionis capacis, nec quod de incapaci dicitur, ſit abſolute verum propter eandem rationē, quia hæres ſcriptus præcedere poſſit, quia præ-
13 ter allatas reſponſiones palam eſt quoties teſtator de ingreſſu, vt hic cogitauit, etiam ſi nihil monaſterio relictum ſit, teſtamentum minimè rumpi, vt teſtatur Clarus ea. quæſt. 28. verſic. aut vero, & alij ſuperius relati, & ratio caduci iam ſublata eſt ex deductis ſuperius, in verſic. quia reſpōdetur hoc non procedere, nu. 12.

Non refragatur etiam vt non agatur de reuocando teſtamēto, ſed de eo caduco facto ob mor-
14 tem hæredis ſcriptæ ante naturalem mortem teſtatoris, quo caſu irritum ſit teſtamentum, l. vnica, C. de caduc. tollen. & l. ſi Auguſtæ de lega. ſecundo, & propterea cum hoc caſu mors ciuilis non pariat eum effectum quem mors naturalis,
15 non bene ex vna ad aliam inferatur, l. ex ea. §. inſulam, ff. de verb. oblig. l. 1. ff. de teſt. Soc. cōſ. 92. num. 2. lib. primo.

Quia iam reſponſum fuit id argumenti genus deficere, cum conſtet de contraria mente teſtatoris, vt ſcilicet teſtamentum aſſumeret vires ab eius morte ciuili, quia iam ſcripta hæres adiuit hæreditatem, eiuſq; poſſeſſionem adepta eſt tempore mortis ciuilis, vnde effectum eſt teſtamentum omnino irreuocabile, vbi enim ante euentū mortis ciuilis; id eſt ante emiſſam profeſſionem deceſſiſſet ipſa hæres, tunc poſſet locum habere argumentatio, vt in puncto diſtinguit ex mente Bartoli, & aliorum Gozad. excitato, conſil. 4. num. 11.

Non obſtat etiam vt teneretur idem teſtator aliquid monaſterio relinquere, iure cuiuſdam legitimæ, cum loco filij ducatur, quia quicquid alij qui ſenſerint, magis recepta eſt opinio, vt etiamſi nihil relinquatur monaſterio, nihil debeatur, cū
16 ante religionis ingreſſum habeat teſtator liberam facultatem, & licentiam diſponendi de rebus ſuis, & eis vtendi eo modo quo vult modo improbatus non ſit, vt ex tex. Clarus eod. §. illud quoq; decernimus in authē. de monachis, & magis communem dicit Clarus, eo. §. teſtamentum, quæſt. 28, verſ. aut vero fecit.

Ex his igitur iam clariſſimè elucet ſic diſponē di poteſtatem habuiſſe teſtatorem tantumq; abeſſe, vt eius diſpoſitio aduerſetur ipſis legibus, vt potius ad eas ſe conformet, & ſicut eius poteſtas ſic agendi certa eſt, ita etiam eius voluntas eſt perſpicua, cum apertè non ſemel dixerit, teſtamentum effectum ſumere debere ſtatim atq; emiſiſſet profeſſionem, vt ſatis probat vniuerſi teſtamenti contextus, & ipſa legata, quæ nulla facta mentione mortis naturalis, voluit preſtari ſecuta ciuili morte ſcilicet, emiſſa profeſſione.

Nec præterea mouere debet, quod cōtra mouetur nempe, vt in ipſa inſtitutione declarauerit vt hæres caperet ea quæ reliquiſſet die obitus ſui, & ſeu die quo ingreſſus fuiſſet monaſterium, & profeſſionem emiſiſſet, & agatur de alternati-
17 ua, quæ ſiue capiatur in coniunctam, ſiue diſiunctam, vt pro materiæ ſubiectæ varietate quando que capitur, ſit in electione ipſius diſponētis, l. ſi duo, & l. ſi ſtipulatus fuero decem, de verbo. obligatio. l. Lucio, ff. de legat. ſecundo, l. plerumq; in fin. ff. de iure dotium, Bartolus in l. ſi quis ita, ff. de auro, & argen. legato, Decius & Ripa in cap. inter cæteras ille, num. 9. iſte, nu. 44. de reſcript.
18 Nam reſpondetur, ipſam alternatiuam hoc caſu ſtare demonſtratiuè ſecundum ordinem ſcripturæ, vt eſt text. præclarus, & notabilis, in l. cum pater, §. à te peto, de legat. ſecundo, Bartolus in l. Gallus, §. primo, de lib. & poſthum. Alexand. in l. hæredes mei, §. fin. ad Trebell. Socinus ſen. conſilio 113. lib. primo, & ſcribit Felyn. in cap. inter cæteras, num. 2. de reſcript. vt ſcilicet, hic fuerit ſenſus, vt ex vtraq; morte ea ſpectaretur, quæ primo eueniſſet, naturali nempe, ſi ea cōtigiſſet ante ciuilem, id eſt ante emiſſam profeſſionem, vel ciuilis, ſi ea eueniſſet ante naturalem, poterat enim accidere, vt ante emiſſam profeſſionem mortuus eſſet teſtator, & ideo voluit teſtator de ea mētionem facere, vt inquam ea inſpiceretur, quæ primo loco accidiſſet, & effectum conſequuta fuiſſet & hoc modo ipſa alternatiua ſuum habet effectum, & tolluntur omnia cogitata abſurdā, quæ data contraria interpretatione conſequerētur, & quod hic ſit verus horum verborum ſenſus ſatis colligitur etiam ex ipſis legatis item, ex ſubſequuta obſeruantia à qua optimè habetur inter-
19 pretatio mentis teſtatoris, l. ſi de interpretatione, ff. de legat. Alexand. conſil. 107. lib. 2. Decius cōſil. 11. num. 10. Crau. pulchrè, conſi. 101. num. 5. & conſil. 201. num. 11. & 12. & cum ſtatim emiſſa profeſſione hæres ſcripta adiuerit hæreditatē, & poſſeſſionem adepta ſit ſciente & patiēte teſtatore, nihil eſt quod de veritate huius noſtri veriſſimi ſenſus ambigatur, cum præſertim ſi contrarius ſenſus concederetur, vna pars eſſet inanis,
20 quod nuſquam eſt dicēdum Iaſ. mox referēdus, & idem Grauet. conſilio 105. num. 7. nam ſi expectanda fuiſſet mors naturalis, ad quid de ciuili mētionem faceret, & omni caſu ex alijs declarationibus, & confirmationibus eiuſdem teſtamēti poſtea factis ab eodē teſtatore, prorſus omnis

hæc

hæc argumentatio diluitur, nec de voluntate te-
21 ſtatoris eſt dubitandum quin hæc fuerit, quam
ſuperius attulimus, cum ea dictio, vel ſit appoſi-
ta ad ampliandam diſpoſitionem, l.ſi quis ita, ff.
de auro & argento legato, Iaſ. videndum omni-
no, conſil.64.num.2. verſic.& de natura, lib.pri-
mo, & omni caſu cum verſemur in vltima volũ-
tate, electio ſit ad fauorem creditoris, vt explicat
Felyn.eo.cap.inter cæteras, num.2.verſic. fallit,
primo, & in tertia fallentia de reſcript.& hoc ma
ximè ne fauor in odium vertatur, vt in his termi
nis notat Bar. l.quamuis, in primo, de pign. Bal.
in l.fin.C.de pet.hæred.

Quod contra adducitur procedit, vel vbi ad
fauorem debitoris ſcripta ſit alternatiua, vel vbi
aliter ab ipſo diſponente non ſit declaratum, vel
vbi fauor in odium non retorqueretur, vel vbi
aliquod inane vitium non ſequeretur, vel vbi ad
amplificandum, & ad augendum ſcripta non fo-
ret, vel vbi effectum, & declarationem iam non
fuiſſet conſecuta, vel vbi ſcripturæ ordo attendẽ
dus non foret.

Et propterea cum clara fuerit teſtatoris mẽs,
vt teſtamentum robur, & effectum haberet, pro-
ut re ipſa habuit à die mortis ciuilis, ſcilicet a die
emiſſæ profeſſionis, nec eius poteſtas ſic diſponẽ
di in dubium venire poſſit, partes integerrimi D.
Iudicis ſunt in pronunciando ad fauorem ſcriptę
hæredis, & eius ſucceſſorum, cum magna ſit pie-
tas teſtatoris voluntati, quam hæres nedum ag-
greſſa, ſed iam executa eſt, ſeruire, nec de manu
conſanguineorum inſpecto eorum ſtatu paupe-
rum ſint capienda, quæ iure ſua ſunt, vt monaſte
rio opulento faueamus.

Quod vero pertinet ad aliud propoſitæ quæ-
ſtionis, caput primo aſpectu videtur dicendum
Margaritam Caſtillioneam Patienſis amitam
vti natu maiorem, & legitimè natam non eſſe ad
mittendam ad prænarratum domus fideicom-
miſſum, vocans deſcendentes teſtatoris ex linea
maſculina.

Nam fœmina nata ex maſculo, cum ſit caput
23 alterius lineæ femininæ nouamque faciat lineã,
non dicitur eſſe in linea maſculina, vt diſtingũt,
in l.Gallus, §.nunc de lege, ff.de lib.& poſthum.
Soc.ſen.num.3.& Ruin.num.7.

Secundo linea accipitur (vt noſtri aiunt(effe-
ctiuè, quando à parte ſumit initium, & ab eo gi-
gnitur, & in ea ſolum ſunt deſcendentes à parte,
24 contentiuè vero, quando pater cõtinetur in linea
habente initium à ſuperiore faciente agnationẽ,
& patris generationem, defectiue vero linea po-
nitur, quoties deceſſerint, qui faciunt lineam, vt
fusè hoſce terminos explicat Simon à Prætis tra
ctat.de interpretat.vltimar.voluntat.lib.3.ſolut.
11.num.43.& infra pluribus, ſequent. fol.291.
vnde cum fœmina ſit caput, & finis familiæ, vt
inquit Iuriſcõſultus, in l.pronuntiatio, §.mulier,
ff.de verbor, ſignifi.conſequitur, vt rectè non di-
catur eſſe de linea.

Tertio cum teſtator non ſimpliciter conſidera
uerit lineam, ſed cum qualitate, ſcilicet vt maſcu
lina eſſet ſit, vt agnationi proſpicere magis volue
25 rit, cum ea per maſculos propagetur, per fœmi-
nas autem perimatur, l.lege, C.de legitimis hære
dibus, §.cæterum inſtit. de legit.agnato.ſucceſſ.
Crauett.conſil.113.num.2.& 9.& ideo fœmina
non videtur admittenda, hinc ſit, vt ſi quis acci-
piat emphyteuſim pro ſe, & deſcendentibus ſuis
26 ex linea maſculina, & is decedat relictis tantum
fœminis, minimè ſuccedant, cum in eis maſculi-
na qualitas deficiat, vt tradit Caſtrenſis quẽ ibi-
dem ſequuntur Alexander, & Iaſ.in l. Maritus,
C.de procurator. Prætus vbi ſupra, fol.292.nu-
mero 54.

His tamen minime aduerſantibus, ſecundum
ea quæ proponuntur, arbitror Margaritam vo-
catam cenſeri.

Siquidem cum teſtator non vocauerit maſcu
los, ſed deſcendentes ex linea maſculina, fœminę
27 ex maſculo deſcendentes continentur, cum deſcẽ
dentium appellatione tam maſculi quã fœminę
veniant, l.cognoſcere, §.liberorum, ff.de verbor.
ſignif.l.fin.C.de ſuis, & legitimis Cardin.Mant.
de coniec.vlt.volunt.lib.8.tit.11.num.1.

Secundo fœmina ex maſculo deſcendens re-
ctè dicitur deſcendere ex virili, & maſculina li-
28 nea, vt eleganter tradit gloſ.in ea, l.Gallus, §.nũc
de lege in verbo, tametſi circa finem, ff.de lib.&
poſthum. cuius traditionem communi interpre-
tum aſſenſu eſſe receptam teſtatur ibidem, Iaſ.
videndus num.9.& 10. Mantica de coniec.vlti.
volunt.lib.6.tit.15.num.4.

Tertio licet fœmina ſit finis agnationis, atta-
men negari non poteſt, quin & ipſa rectè agnata
29 dicatur, l.voluntas, C.de fideicommiſſis, l.2.§.1.
de ſuis, & legitimis, §.nos vero Inſtitu.de legiti.
agnatorum ſucceſſ. Crauet. videndus conſi.180.
num.primo, atque ideo cum in caſu noſtro con-
currat in ea qualitas, ꝙ ſit deſcendẽs à teſtatore,
& ex linea maſculina cum ſit filia Franciſci, qui
fuit filius Ioannis, qui fuit filius teſtatoris, vtiq;
conuenire debet ipſa diſpoſitio, l.4.§. toties, ff.de
damno infecto, & cum teſtator habuerit affectio
nem, vt hęc ipſa domus tanquam inſignis, & val
de decora eſſet apud ſuos filios, & deſcendentes,
vtiq; de hoc ipſo caſu interrogatus reſpondiſſet,
vt eam magis haberet ipſa Margarita, tanquam
30 ex ſuo ſanguine deſcendens, & pars ſui corporis,
vt eleganter firmat Caſtreſ. conſil.164.nume.3.
parte ſecunda, Ruin.conſil.115. num.16.lib.3.
quam extraneus.

Nec aduerſantur, quæ contra ſuperius attuli-
mus: nam ad primum Reſpondetur quamuis fœ
mina ſit caput alterius nouæ lineæ, tamen eſt fi-
nis etiam ſuæ, vt ait Iuriſconſultus ea.l.pronun-
tiatio circa finem, ff.de verborum ſignificatio. &
per conſequẽs dicitur deſcendere de linea maſcu
lina teſtatoris.

Ad ſecundum dicitur mentem teſtatoris fuiſ-
ſe vo-

ſe vocandi etiam fœminas poſtquam vſus eſt nomine collectiuo deſcendentium, quod vtrumque ſexum complectitur, & negari non poteſt quin fœminæ dicantur, & ipſæ de linea cõtentiuo modo ſumpta: vnde licet in ea deficiat ſua ipſius linea, non tamen deſinit eſſe deſcendens ex linea, cum à maſculo prouenerit, & non conſiderauit teſtator, quod eſſet de linea, ſed quod deſcende-
32 ret à linea, quod eſt quid diuerſum, cum maxime dictio ex ponatur interdum, vt excludat, & non includat, l. quæſitum, §. idem Celſus, ff. de fundo inſtruc. l. dicimus, in fin. primi reſponſi, ff. de excuſat. tutor.

Ad tertium, Reſpondetur Caſtrenſem & ſequaces loqui in caſu longè diſſimili, nempe quãdo teſtator vocauit liberos ſuos deſcendentes ex linea maſculina, nam ſi decedat relictis tantum fœminis non admittuntur, cũ illæ non dicant deſcẽdere ex linea ex quo linea in eis incipit, & faciũt caput alterius lineę, ſecus eſt(vt in caſu noſtro) qñ teſtator habuit filios in quibus linea initium cæpit, quia tunc rectè filia à maſculo deſcendens dicitur à maſculina linea deſcendere, vt rectè diſtinguit Iaſ. videndus ea. l. Gallus, §. nũc, de lege ante num. 16. ff. de lib. & poſth. ſic eſt intelligendus Simon à Prætis ex citato tractatu, fol. 292. num. 54. & 55. & nu. 48. vbi allegat doctiſſimum Alciatum noſtrum, conſ. 46. num. 13. & infra plurib. ſeq. lib. 9. hoc idem confirmantẽ.

Admiſſa autem Margarita, an eius filius maſculus maior natu cenſeatur vocatus, vel potius Iſabella Margaritæ ſoror, & procul omni dubio arbitror filium Margaritæ excludi, & Iſabellam includi, cum certum ſit eum non deſcendere ex
34 linea maſculina, prout teſtator deſiderauit, ſed ex fœmina, quæ eſt caput alterius lineæ, vt vno ore ſentiũt Doctores, eo. §. nunc de leg. Iaſ. num. 11. Soc. ſen. nu. 2. Alex. conſ. 53. num. 2. lib. 6. & firmant Mantica, & Simon à Prætis locis proxi-
35 mè relatis, & ratio videtur optima, quia mulierũ filij earum nomina, & familiam non ſequuntur, ſed patrum ſuorum, vnde in eis nulla familiæ origo propagatur, ſed potius cum eis extinguitur, vt ſentit Alciatus ex l. pronuntiatio in verbo, mulier, num. 38. ff. de verborum ſignificat. atque ita paucis, & pro veritate omnibus propoſitis punctis reſponſum fuiſſe puto.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FRANCISCO Teſta.

ARGVMENTVM.

Lex municipalis, ſi diſponat mulierem dota à fratre paterno, contentá eſſe debere dote à fratre dicta, & conſtituta, etiã ſi minor eſſet legitima, nec poſſe admitti ab inteſtato ad ſucceſſionem paternam, vel maternam, ita tamen quod in dotatione facienda adhibeatur conſilium, & conſenſus duorum proximiorum agnatorum, & vnius ex proximioribus coniunctis ex parte matris, & vbi eſſent diſcordes ſtetur conſilio decorum, & reperiatur dotata abſque eo, quod in inſtrumento dotationis legatur, agnatorum conſenſus an is ex curſu longiſſimi temporis pręſumatur interueniſſe, & an teſtibus id probari poſſit, & an approbatio dotationis poſtea ſubſecutę adhibito conſenſu agnatorum ſororem excludat à ſucceſſione, & an ex eo quod permiſit fratrem bona paterna longiſſimo tempore poſſidere, & ab eo dotari petierit, an hæreditatem paternam repudiaviſſe cenſeatur adiunctis maximè non nullis alijs coniecturis.

SVMMAE RERVM.

1 Conſenſus, vel præſentia agnatorum vbi non requiratur ad integrandam perſonam, poteſt interponi oretenus.

2 Conſenſus agnatorum ſpatio decem annorum interueniſſe præſumitur.

3 Conſuetudo interpretatiua eſt omnino attendenda.

4 Solemnitas à ſtatuto requiſita, ſi fuerit omiſſa curſu temporis præſumitur, ſecus ſi fuerit ineptè nũtiata.

5 Contractus ſine conſenſu agnatorum factus, qui ex ſtatuto erat adhibendus iuramento cõfirmatur.

6 Conditionem impleri quo ad effectum ſufficit, quia non curamus de modo.

7 Conditio collata in vnum caſum impletur per aliũ cuius ſimilis ſit effectus.

8 Solemnitas conſenſus vbi reſpiciat fauorem partiũ ei poteſt renunciari, vel eo impleri poteſt per æquipollens.

9 Singula ſingulis ſunt reddenda, & referenda.

10 Clauſula appoſita ad aliquid qualificandum nunquam refertur ad omnia, ſed tantum ad qualificata.

11 Clau-

11 Clauſula vllo modo idem importat ac ſi dictum eſſet nulla caſu.

12 Agnatio conſeruatur, & propagatur à maſculis, & et lex duodecim tabularum ſanebat.

13 Stipulatia præſupponit præcedentem interrogationem, & petitionem.

14 Repudiauiſſe paternam hæreditatem cenſetur ſoror ſi permiſerit longo tempore à fratribus communem hæreditatem poſſideri, & aliquid ab eis petierit.

15 Aditionem hæreditatis ſicut probant verba ennuntiatiua per modum cauſæ prolata, ita etiam repudiationem.

16 Repudiationem magis infert geminatio, & replicatio actum.

17 Repudiationem inducit petitio dotationis facta à ſorore.

18 Repudiare hæreditatem cenſetur creditor petens totum debitum à cohærede, niſi aliter proteſtetur.

19 Pœnitentiæ locus non eſt ſi quis actum fecerit inducentem hæreditatis repudiationem.

20 Dictio vltra implicat.

21 Dotatio ad paternum officium pertinet.

22 Repadiationem hæreditatis affert actus aditioni contrarius.

23 Erroris excuſatia non admittitur, vbi agatur de lucro nec etiam reſtitutio in integrum datur.

24 Excuſatio nonpetita eſt accuſatio manifeſta.

25 Aditionis & immiſtionis ius tam in extraneo, quã in ſuo hærede triginta annorum ſpatio præſcribitur.

26 Excluſus à capite vnde liberi non tamen excluſus cenſetur à capite vnde agnati.

27 Repudiatio, & hæreditatis renuntiatio inducitur ex actis neceſſarijs, nec in eis ratio habetur bonæ, vel malæ fidei.

28 Non tranſmittit ſoror ad ſororem hæreditatem ab ea non aditam, cum non ſit ex ſuis hæredibus, ſed extranea.

29 Aditionis hæredicatis verba debent eſſe clara, & diſpoſitiua, vnde dicens volo adire, non cenſetur adire.

30 Aditionem non infert actus qui remanet inpendenti.

31 Conſenſus etiam ad integrandam perſonam poſt actum adhiberi poteſt.

32 Agnatum qui dicit adfuiſſe, probare debet.

33 Dot congrua, & decens quæ dicatur.

34 Statuti ratio ſi vnica ſit pro expreſſa habetur.

35 Statuti ratione ceſſante, ſtatutum & ipſum ceſſat.

CONSILIVM CCLXXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

NVnc quondam Frãciſcus Teſta vnicum habuit filium maſculũ Melchiorem, & duas filias, Iacobinam, ſcilicet Paneſiam, viuens collocauit in matrimoniũ Iacobinã, conſtituta ei dote librarũ 2200. eo autem anno 1556. inteſtato defuncto Melchion. eius filius, anno 1560. menſe Septemb. nuptui dedit Paneſiã eius ſororẽ Defendẽti Suardo feudatario Landionæ, & tanquã frater ei dotem conſtituit in libris 2200. ad ſtipulationem ipſius Paneſiæ, quæ vna cum eius viro dictam dotem acceptauit, & iureiurando eam perpetuo ratam habere promiſit.

E cũ ipſa dos nõ fuiſſet integrè ſoluta, pro eius reſiduo, quotãnis promiſsũ ĩtereſſe à fratre exigit.

Mortuo aũt eius fratre anno 1562. menſe Iun. inſtituto ſibi hęrede fratre patruele Laurẽtio de Teſtis, auo ipſius Franciſci rei cõuenti, & facto legato dictis eius ſororib. qñcunq; fuerint viduę de vſufructu aureorũ centum pro ſingula earũ vltrà earũ dotés, & q̃ poſſint diſponere pro ſumma aureorũ 50. in vltima volũtate, quãdiu ſeruauerint vitã honeſtam, & viduã, ipſa Paneſia medio ẽt literarũ Excell. Senatus conuenit in iudicio ipſum Laurentiũ ad ſolutionem dicti reſidui dotis, eãq; exegit. Anno vero 1571. ipſa Paneſia facta mentione creditorũ, & quod dicta dos fuerit à dicto fratre vti hęrede vniuerſali dicti eius patris ei cõſtitura, fecit ampliſſimã confeſſionẽ prædictæ dotis, & quietationem, pacẽ, finem, & pactũ de non petendo, renuntiando, &c. adhibito cõſenſu duorum agnatorũ, cum nullus cognatus adeſſet dictã dotationẽ re ipſa approbauit repetito iuramẽto, & quæ ſolennitas, vbi actum fuiſſet de ſimplici cõfeſſione non erat neceſſaria, attenta diſpoſitione ſtatutorum Vallis Varalli', quibus mulier non prohibetur contrahere à ſe ipſa. 1 2

Paneſia aũt viuens ſemper ratã habuit dictam dotationẽ nec verbũ fecit de hęreditate paterna.

Anno vero 1591. mẽſe Februarii fertur ipſam Paneſiã feciſſe teſtñ in quo hæredẽ inſtituit dictã Iacobinam, & Iacobina inſtituit dictã Paneſiã præcipuè ẽt in illis iurib. & actionibus quas dictę ſorores habẽt, & haberẽ prætendũt contra hęredẽ quond. Laurentij Teſtę de Varallo, occaſione bonorũ, & hęreditatis præfati quond. Frãciſci de Teſtis earũ patris, & p̃fati quond. earũ fratris.

Defuncta vero Paneſia, anno 1592. Iacobina velut eius hæres prætendens hæreditatẽ paternã ex perſona dictę Paneſiæ curauit delegari à Senatu Excell. prætorẽ illius Vallis, qui ſuper præfata eius prætenſione contra d. Franciſcũ iuniorẽ reũ conuentũ iuſtitiã faceret, liteq; corã eo cõteſtata, cũ videret aciẽ iudicij cõtra eã inclinare, habuit recurſũ ad Senatũ, vt ad ſe cãm auocaret, q̃ decreuit partes, & cãm remitti debere ad ſuũ pro- 3

rem,nunc aũt non facta mentione dicti decreti, ſub prætextu priuilegij viduarũ,q̃ in tutela principis latere videnť, obtinuit audiri, prout audita fuit corã Excell.Sen. &paucis rẽ perſtringendo.

Punctus eius prætenſionis verſatur ſuper eo, quod ſtatutum ipſius Vallis,diſponat mulierem dotatam à fratre paterno,contentam eſſe debere præfata quantitate,etiamſi minor eſſet legitima, & mulierem non admitti vllo modo ad ſucceſſionem paternam,vel maternam ab inteſtato exiſtente filio,vel fratre ex parte patris, vel nepote ex fratre,vel filio ipſius nepotis maſculis,ita tamen quod in dotatione facienda per fratrẽ adhibeatur conſilium,& conſenſus duorum proximiorum agnatorum,& vnius ex proximioribus coniunctis ex parte matris,& ſi eſſent diſcordes dicti tres, ſtetur conſilio duorum, vt latius legitur ex ipſo ſtatuto,cuius exemplum exhibetur; & propterea cum in ipſa dotatione anni 1560. non legatur adhibitus conſenſus illorum agnatorũ,prętendit ipſa Iacobina ipſam dotationem non potuiſſe excludere Paneſiam ab hæreditate paterna ſibi de iure cõi debita, perinde ac ſi dotata nõ fuiſſet, cum paria ſint aliquid factum non fuiſſe, aut factum fuiſſe, ſed legis neglecta forma, qua non ſeruata, ſemper prætendit ſtatutum ipſum aliquem effectum excluſionis non parere,

Contrarium autem longè verius eſſe contendit ipſe reus conuentus ex multis.

Primo,quia cum maximè is conſenſus non requiratur ad integram faciendam ipſam perſonã, ſed quia lex ita in dotatione non confidit de fratre,prout de patre, poteſt interponi oretenus, &
1 etiam ante,& poſt ipſum actũ.l.fi. C.ad Maced. & docet Bart. quem alij communiter ſequuntur in l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,col.2. verſi.nota quod dicit,ff.de acq.hęr.&conſequitur vt ſpatio
2 decem annorum is præſumitur interueniſſe,vt in terminis fortioribus ſtatuti etiam cõſenſum propinquorum requirentis ad integrãdam perſonã, com.dicit Alex.in l.2.§.voluntatem, nu.3.ff.ſol. mat. Tiraq.videndus de legib. connub.gloſ.7.in verbo,exprez,nu.39.& 44. vbi de cõmuniori atteſtatur Ceph.cõſ.47.& Gabr.de præſump.concdu.1.nu.5. idq; maximè eſt dicendum,cũ ex conſuetudine, & receptiſſimo ſtilo ipſius loci ſoleãt adhiberi oretenus ipſi agnati,&cognati ſi adſint, prout etiam probabitur ſi opus fuerit, & ſtatutũ ipſum ab vſu inueterato hanc ſemper interpretationem accipit,eoq; iure vtimur, vt in inſtrumentis iſte conſenſus non deſcribatur, prout multa exempla inſtrumentorum dotalium demonſtrãt, & huiuſmodi ſtylus,& conſuetudo ibidem notiſſima,& non egens probatione,plenius etiam pro
3 babitur,ſi opus fuerit,cũ iſta ſit mera veritas, & quæ conſuetudo interpretans eſt omnino attendenda,l.ſi de interpretatione,ff.de leg. Dec.conſ. 11.nu.10.etſi verum eſt,in curſu decem annorũ, quid dicemus in curſu trigintaocto annorũ, atq; ita non ex toto hoc argumenti genus eſt contemnendũ, ſed potius magnifaciendũ vti fortiſſimũ.

Nec dicatur quod cũ ex lectione dicti inſtrumẽti appareat,iſtam ſolẽnitatem fuiſſe emiſſam, prçſumptionẽ hanc ceſſare.

Quia reſpõdetur id procedere,vbi ſolemnitas requiſita enuntiata fuiſſet ineptè,aut minus perfectè,ſecus ſi omnino omiſſa ſit, quia tũc ſemper prçſumitur quod oretenus, vel aliter interuene-
4 rit,vt in puncto diſtinguẽdo decidit Redoa.trac. de reb.eccle.non alie.ſub tit.de his qui conſen.& de conſenſu c.fin.nu.30. & 31. fol.197. & frater dotando cenſetur dotaſſe, ex cauſa neceſſaria, & vt eam excluderet,non ex voluntaria,vt ſuum iactaret,ſtatutum loquitur ſimpliciter,quando dotatio facta fuiſſet à fratre abſq; interuentu ipſius ſororis, ſecus ſi ea preſente acceptante, vnà cum eius viro,quia tunc ſcienti, & conſentienti nõ fit iniuria,neq; dolus,& id difficultatẽ habere nõ vr̃, cum interuenerit iur̃m, prout acceſſit in caſu noſtro,ex quo volunt magis cõiter Doct.contractũ
5 etiam nullum defectu nõ adhibiti propinquorũ conſenſus firmari,c.quamuis,de pact.in 6. auth. ſacra pub. C.ſi aduerſ.vendit. Abb.in c.cum contingat,ſub nu.9.de iureiur. Tiraq.vidend. in verbo, Peuul.gl.4.nu.28. Goza.vtiq; viden.cõſ.16. nu.5. Seraph.de priuil.iura.priuil.61.nu.1.interpres ad ſtatutum noſtrum cap.328.nu.423.in 1. vbi de communiori atteſtatur, & ideo qui hoc ſacroſancto iuramenti præſidio eſt communitus in vtranque aurem ocioſè dormit.

Nec obſtat, quod acutè admodum mouetur, aduerte,quod ſtatutum præſupponit etiam dotationem,quæ reſpectu dotationis poſſit ſuſtineri, & quæ tamen non operabitur effectum excluſionis ab hæreditate,cum non ſit facta,prout requiritur ex forma dicti ſtatuti,quãdoquidem factũ, ſed nõ eo modo quo lex requirit,perinde habeatur, ac ſi factum non foret, quoad effectum excluſionis à ſtatuto cogitatum.

Quia reſpondetur mentem ſtatuti eam præcipuam fuiſſe, vt prouideretur dotationi ipſius ſororis,quæ cum fuerit validè facta, ſiue vno.ſ.medio,ſiue altero modo, nempe adhibito agnatorũ conſenſu dicitur ſatisfactum effectui ipſius ſtatu-
6 ti,& certum eſt ſufficere conditionẽ impleri quo ad effectum,quia non curamus de modo, vt latè tradit Crauet.conſ.59.nu.5. Mant.de coniec.vlt. vol.lin.3.tit.3.nu.9.& propterea conditio etiam
7 collata in vnum caſum,impletur per alium,cui ſi miliis ſit effectus.l.ſi mater. C.de inſtit.& ſubſtit. vbi Bal.nu.9.l.mulier.ad Treb. Rui.conſ.55.nu. 7.lib.1. Ale.conſ.100.lib.4. & propterea ſicut ſi interueniſſet ille conſenſus ſtatutum operaretur excluſionẽ, ita etiã idem debet agere iur̃m,quod eorum defectũ ſupplet,& id ſine difficultate procedit, cum fuerit decentiſſimè dotata, atque in matrimonio honorifico, & condecenti collocata, quod vnum maxime ſpectaſſe videtur ipſum
8 ſtatutum, & cum iſta conſenſus ſolemnitas reſpiciat fauorem partium ei poteſt renunciari,atque

ei ſatisfieri acta qui æque polleat,& ſic per iura-
mentum,vt tradit Fel.in c.cum dilecta,num.47.
de reſcript. & licet dotatio reſpicere videatur fa-
uorem publicum, tamen hoc in caſu non agitur
de renuntianda aut diminuenda dotatione,quia
præſupponitur illam valere,ſed de tollenda ſuc-
ceſſione quam certum eſt poſſe remitti,cum reſpi
ciat merum priuatum fauorem.

Tertio poteſt dici ſtatutum duplicem habere
inſpectionẽ,vnam reſpectu dotationis alterã re-
ſpectu ſucceſſionis, quo ad dotationẽ vult illam
valere etiamſi eſſet minor legitima, ita tñ quod
adhibeatur illę conſenſus,& hoc ſatis colligitur,
quia licet illa clauſula,ita tñ,ſit poſita in fine,tñ;
cũ loquatur de dotatione, vr̃ eſſe prolata ad eius
declarationem,& ad eam(vt aiunt)qualificandã
9 nec aliud referri debet, cum ſingula ſingulis ſint
reddenda,& referenda prout ita ipſum ſtatutum
dicit,gl.in §.tutor aũt in verb.epiſtolam, inſti.de
aucto.tuto. Crauet.conſ.328.nu.17. & clauſula
appoſita ad aliquid terminandum,ſeu qualificã-
dum,vt eſt conditio, vel modus nunquã refertur
10 ad omnia, ſed tantum ad terminata,ex doctrina
Bar. in l.filium, ff.quando dies legat.cedat.l.fi.ff.
de reb.dubijs Gab.tit.de clauſulis, cõcl.9.nu.11.
Quod vero ad ſucceſſionẽ pertinet, ſtatutum vr̃
generaliter eam mulierẽ excludere reſeruata ſibi
dotatione, quæ ſi adhibebitur,conſenſus ibidem
requiſitus poterit eſſe minor legitima,ſin minus
habebit legitimam,iſq; ſenſus comprobatur,tum
11 quia ſtatutum generaliter loquitur, tum quia eſt
conceptũ,& incipit à negatione non admittatur,
tum quia adſunt illa verba, vllo modo, quæ idẽ
important,ac ſi dictum eſſet nullo caſu,vt decidit
Bal.in l.non põt,in 2. lectu.de adopt. Alba vidẽ.
conſ.763.nu.18.tum quia mens ſtatuti fuit fauẽ
di ipſi agnationi, quæ à maſculis conſeruatur,&
propagatur,& prout fauebat, lex 12.tabul.& fa-
12 uent omnia ſtatuta,quę vigent ferè in tota Italia
noſtra totius orbis flore excludẽtia fęminas ipſas.

Nec reſiſtit, quod ſtatutum incipiat à dotatio
ne,quia cũ determinet eam vno modo,& ſucceſ-
ſionem altero modo, non bene ex vno capite ad
aliud infertur,præſertim cum ſtatutũ non dicat ſi
in dotatione non adhibeatur conſenſus,eam de-
bere ſuccedere,ſed tantum valere etiamſi minor
eſſet legitima.

Quarto cum multifariam multiſq; modis con
ſtet Paneſiã repudiauiſſe dictam hęreditatẽ,& ei
renuntiaſſe Iacobina ipſa prætẽſa hæres non po-
teſt plus iuris habere, quã ipſa haberet, & debet
vti iure,quo illa vteretur,recuſatio aũt inducitur
manifeſta ex eo, quia ipſa ſoror nedum permiſit
totam hæreditatẽ remanere penes ipſum fratrẽ,
38.anni à die mortis patris,& 32.annis à die do-
tationis,ſed ẽt à fratre petierit dotationem,vt ſa
tis probat inſtrumentũ dotationis, quatenus legi
tur factum ad ſtipulationem ipſius Paneſiæ,quę
neceſſario præſupponit præcedẽtem eius inter-
13 rogationem,& petionem, l.1.ff.de verbor. oblig.
& etiam ex petitione facta in iudicio contra hæ-
redem ipſius fratris petendo reſiduum dictæ do-
tis vnde ſuccedit doctrina. Bart.com.cõſenſu re-
cepta, in l.recuſari,ff.de acq. hæred. vt ſcilicet, ſi
ſoror permiſerit á fratribus paternam hæredita-
tem cõmunem poſſideri,& aliquid ab eis petierit
14 cenſeatur hæreditatem repudiauiſſe, & egregiè
proſequitur viden. Soc.ſen. conſ.45.nu.3.lib.4.
Alex.conſ.88. nu.2. lib.2.tum ẽt quia ipſa ſoror
in inſtrumento confeſſionis anni 1571. enuntia-
uit ipſum fratrẽ ſuum vniuerſalẽ hæredem, quæ
verba enunriatiua prolata per modum cauſæ, ſi-
15 cut aditionem probant,ita etiam repudiationem
Rom.conſ.96.nu.4. Crau.cõſ.28. vbi videatur,
nu.2.& id tanto magis eſt dicendum,qñ interceſ
ſit interuallũ temporis,vt tradit Alba conſ.254.
& tot actuum aptorum ad repudiationẽ inſeren
dam geminatio,& replicatio, l.baliſta,ad Treb.
16 tum etiam quia eligendo vnũ ex contrarijs cenſe
tur aliud remittere,l.fi. C.de Codic. & ideo cum
petitio dotis non poſſit ſimul ſtare cum petitio-
ne hæreditatis conſequitur neceſſario,vt ex ipſa
17 dotis petitione,& conſecutione recuſatio induca
tur,l.illud, ff.de acq.hæred. ſicut creditor petens
à cohærede totum debitum, cenſetur hæreditatẽ
repudiare,quod ita fateor,vt tñ negem vbi aliter
declaret & proteſtetur, prout tamẽ ipſa Paneſia
18 nunquã eſt proteſtata, l.ſi præteritus, C.de bon.
poſſeſ.contra tabul. Soc.eo.conſ.45.lib.4. Caſtr.
19 & Iaſ.in l.debitori,de pactis, in fi.gl. in l.vt debi-
tum, C.de hæred.actio.nec locus eſt pęnitentiæ,
licet mulieres ſint fermè,vt pueri leui ſñia,l.ſicut
C.de repud.hęred.accedit etiam,quod ipſa Pale
20 ſia ex acceptatione legati fratris,in quo contine-
tur ipſa dos, cum dictio vltra implicet Bart.in l.
cum ita, ff.de dote prælegata cenſetur dotem ip-
ſam approbaſſe,& hæreditatem repudiaſſe.

Nec aduerſatur, ſi diceretur iſtud poſtremum
non habere locum in caſu noſtro,cum ipſa Pane
ſia nihil petierit, tanquam creditrix eius patris,
quia reſpondetur, quod cum à fratre petierit do-
21 tationẽ,& ea ad officiũ paternum ſpectaret dr̃ de
bitum hæreditarium, l.fi. C.de dot.præmiſſ.atq;
cenſetur ius hæreditatis remiſiſſe,cum præſertim
capita ſint inter ſe diſſidentia conſiderata, etiam
in perſona fratris iuxta doctrinã Bart. in ea.l.re-
22 cuſari, C.de acq.hæred. quia ſi vult habere ratã
dotationem neceſſario infert hæreditatis abdica
tionem,cum vtrumq; habere non poſſit.

Nec refragatur ea excuſatio quod errauerit,
quia cum agatur de lucro, nempè de hæreditate
non admittitur hæc erroris excuſatio, cum præ-
ſertim in eo loco adſit magna copia peritorum
23 quos facillimè potuerit conſulere, vnde etiã ceſ-
ſat remediũ reſtitutionis in integrum,vt eſt text.
expreſſus, in l.1. C.de in integ.reſt. l.error facti,ff.
de iur.& facti ignor.l.fin. C.eo.& tradit Sfortius
Oddo de in integ.reſtit.quæſt.10. artic.4.& 5.&
quamuis multi,& complures etiam in delictis fla
gitiorum, & errorum ſuorum tegumenta quæ-

rant,excuſationum alis,quaſi pennarũ contextu,
quas ſæpe etiam non laceſſiti vltro ad ſe excuſan
dos in medium proferunt, tamen hac executio-
nis arte,magis ſui erroris,& turpitudinis ſtultitiã
meo iudicio patefaciunt. nam magna eſt equidẽ
vis,& ſtimulus conſcientiæ,quę vbi peccauit ſen
tiens peccati onere valde premi,percupit tã gra-
uem ſarcinam deponere, & idcirco qui deliquit,
agnoſcẽs nunquã vtile eſſe peccare, quia ſemper
turpe eſt, ſæpe ẽt non laceſſitus, aut prouocatus
peccati excuſationẽ afferre conatur,quę cum ac-
cuſationẽ ſupponat, & accuſatio peccatum infe-
24 rat,inanibus excuſationib.tegendo conditas inſi-
dias,peccatũ detegit, & quo ſtudioſius excuſatio
nũ tegumentis illud ab eo opprimitur,& aſcõdi-
tur,eo magis eminet,& apparet:& propterea vul
go iactari ſolet excuſatio non petita,accuſatio eſt
manifeſta,eſt enim huius ſeculi labes,& macula,
vt quis libens, & gaudens peccatum committat,
& cõmiſſum negando abſcondat, & cõuictus ex-
cuſatione defendat, peccatumq; peccato addat,
dum culpæ,quam contraxit,patrocinium defen-
ſionis,& excuſationis confugium adiungit, cõfeſ
ſioniq; non pęnam dans,ſed defenſionem,delicti
ſuppliciũ mirificè auget,quandoquidem ſicut mi
tigat iudicem pudor reorũ,ita etiam excitat per-
tinacia denegantium,nam proximum ad innocẽ
tem locum tenet peccati confeſſio, deſperationẽ
vero emendationis,& nocentis damnationẽ prę
ſefert,& poſtulat,impudens negantis,& deieran-
tis impudentia;nihil eſt igitur,vt quis ſua ſpontè
& vltro excuſationes, quæ ſæpe eum ſuſpectum
vbi non ſit,faciũt afferat,ſed vbi accuſetur,ſi pro
babiles & iuſtas habet excuſationes, tunc ſingu-
las proferat, nã nõ omnis qui accuſatur eſt reus,
ſed qui conuincitur, & vbi ſe erraſſe manifeſtum
eſt, potius errati veniam petat, quam velit ma-
gnum, & impudens mendacium dicendo, magis
ſe reum facere prout,& euenit ei, qui cum alium
inſcientem offenderit,ſtatim atq; ille caſu etiam
ei obuius ſit,conſcientia illatæ iniuriæ commotus
certiſſima argumenta, & indicia ſceleris dat pal-
lorem vultus,ruborem,& titubationẽ,nam nun-
quam ſecutus eſt reus animus, & quemadmodũ
mens malæ conſcientiæ proprijs agitatur ſtimu-
lis, & frontis tranquillã ſerenitatẽ perturbat,ita
vultus magna hilaritate decoratur ſi viſceribus ſa-
nis grauitatẽ non ſentiat alicuius læſionis,vel ſce
leris,& per conſequens fruſtra aduerſaria defen-
dit,quod deliberatè,& ex propoſito geſſit erroris
excuſatione conſenſum excludentis, quæ mini-
mè recipienda videtur,cum non ſit veriſimilis,&
magis atque magis eius errorem ad alterum cir-
cumueniendum patefaciat.

Quinto cũ elapſi ſint 30.anni,ius ipſius aditio
nis,& immiſtionis eſt præſcriptũ,tã in extraneo,
quam in ſuo herede,l.licet, C.de iure delibe. vbi
25 Iaſ.dicit oẽs ita tranſire, Rom.conſ. 149.num. 1.
Gab.qui dicit cõem,tit.de præſcri.concl.9.nu.1.
& ita eſſe cõi conſenſu receptum, & pro indubi-
tato haberi in decidendis cauſis teſtatur Corne.
vidend.conſ.305.num.6.lib.3.& id tanto magis
eſt dicendũ ſtãte ſtatuto ipſius Vallis diſponente:
quod ſi quis tenuerit aliquam rẽ iuſto titulo, vi-
ginti annis continuis,non poſſit amplius inquie-
tari, vnde cũ Laurentius hæres melchionis iuſto
titulo teſtamenti ea bona poſſederit 30.annis,&
eo amplius tutus eſt hac præſcriptione.

Nec obſtat ſi diceretur,licet ſit Paneſia excluſa
ex vno capite vnde liberi,non tñ cẽſeri excluſam
26 ex alio capite vnde agnati, quia illud procede-
ret,ſi alios fratres non haberet, vt declarat Gab.
relata concl.9.nu.4. Soc.iun.videndus conſ.14.
lib.3.

Nec refragatur malę fidei allegatio,tum quia
ea deficit,cũ frater iuſtè potuerit credere ex præ-
dictis ipſam ſororem eſſe excluſã, tum quia Lau
rentius tanquã ſucceſſor in alterius locũ iuſtam
habet ignorantiæ cauſam, tũ quia Curſus iſtius
temporis maximè iunctus alijs actis poſitiuis,de
quib.ſupra ſcilicet enunciationes Fratris, ꝙ eſſet
hæres in ſolidũ, petitionis, & cõſecutionis ipſius
27 dotis, operatur effectũ renũtiationis,hęreditatis,
iuxta doctrinam Bar. in ea.l.recuſari in qua non
cadit diſtinctio bonæ,vel malæ fidei.

Sexto id eo magis dicendũ eſt,cum ipſa Pane
ſia viuens non adiuerit ipſam hæreditatẽ, & ex-
ploratiſſimi iuris ſit eã non poſſe tranſmitti ad ip
28 ſam ſororem,quæ non eſt ex ſuis hæredibus, ſed
extranea,l.qm ſororem, C.de iur.delib.l.ſi infan
ti,verſ.ſin vero,eo.tit. l.vnica, §.in nouiſſimo, C.
de iur.delib.l.ſi ex plurib.ff.de ſuis legi. hæred.&
com.dicit Ant.Gom.var.reſol.titu.de vltim.vo-
lunta. ſub titu. de tranſmiſſione hæredita.cap.9.
num.1.

Nec officit, ſi diceretur ex teſtamẽto facto ab
ipſa Paneſia,in quo inſtituit dictã Iacobinã in il-
lo iure,quod ſibi cõpeteret occaſione hęreditatis
paternę,cenſeri adiuiſſe,quia contrarium,eſt lon
gè verius, qñquidem verba aditionis hęreditatis
debeant eſſe talia, quæ nullã habeant dubitatio-
29 nẽ,ſed ſint clara, & diſpoſitiua, vnde ſi quis dice-
ret, volo adire hæreditatẽm,non cenſetur eã adi-
re,vt tradit Barto.in eãd l.gerit, num. 10.l.ſerui
electione,vbi Ripa num.17.Alc. num.7. de leg.
1.& tradit Guliel. Bened.in repetit.cap. Raynu-
tius,in verbo,mortuo itaque teſtatore, el primo,
num.357.

Rurſus illa verba cum ſint ambigua reſpectu
iuris,quod ſibi competeret, non ſunt apta ad in-
ferendam aditionem, imo magis præſupponunt
prætenſionẽ ſupplementi ipſius dotis, cum ipſa
Iacobina, quæ non habebat aliquod ius ſucceſ-
ſionis, quia fuerat à patre dotata,fecerit ſimilem
inſtitutionem,& diſpoſitionem,& ſic cum verba
ſint dubia, & ad aliud referri poſſint, non apta
ſunt ad inferendam aditionem, imo etiam ex
mandato dato ad adeundum non videtur eſſe
inducta aditio, ſed requiritur actus executio,
& ſic cum interim actus in pendenti, & ancipiti
ſtatu

Digitized by Google

30 ſtatu remaneat aditionem nõ infert, vt latiſſimè
comprobat Franchus videndus deciſ.60. per to-
tam additur præterea iam ante ipſum teſtamen-
tum ius ipſius aditionis eſſe præſcriptũ, vnde nec
adiri, nec tranſmitti poterat, cum non ſubeſſet, &
cum teſtamẽtum ipſum vires ſumat à die mortis
non poteſt dici, quod hæreditas fuerit ab ipſa Pa
neſia adita dum viueret, prout requiritur ad effe
ctum tranſmiſſionis.

Septimo cum anno 1571. ipſa Paneſia cum
conſenſu agnatorũ, & ſeruata forma recitati ſta-
tuti, verbis, & facto dictam dotationem approba
uerit, cenſetur omnino excluſa ab ipſa ſucceſſio-
ne, quia ſicut ſi à principio agnatorum ipſe cõſen
ſus interueniſſet eſſet omnino excluſa, ita & pa-
ri ratione idem dicendum eſt, cum ille poſtea ſu-
peruenerit, cum ſemper dicatur factus cum cõ-
ſenſu dictorum agnatorum, & ſeruata ſolẽnitate
31 ſtatuti, vt in fortioribus terminis ſtatuti requiren
tis cõſenſum ad integrandã perſonam, vt ſcilicet
poſtea poſſit adhiberi, ex l.fi.ad Maced. cenſuit
Tiraq.de legibus connub.in verbo, de ſoi marit.
gl.8.quæſt.10.nu.91. & quamplures alios refert
interpres ad ſtatutum noſtrum Mediola. c.328.
num.470. alias ſequeretur, quod inductum ad fa
uorem, retorqueretur in odiũ, & hoc præſertim
cum ſtatutum ipſum velit, quod ſimplex etiam
oblatio dotationis ſufficiat ad excluſionem. vnde
iſte conſenſus, quandocunq; adhibeatur, validã
faciet iſtam dotationem etiam ad effectũ exclu-
ſionis, cum maximè conſtat ex dicto inſtrumẽto
anni 1571. eam approbationẽ ita ſolemniter fa-
ctam fuiſſe ad effectum excluſionis, tum quia ad-
miſit, & teſtata eſt fratrem hæredem vniuerſalẽ,
& quia ſimplex confeſſio non egebat tali conſen
ſu, & tanta ſolẽnitate, quæ ſuperuacanea cũ tan
to miniſterio, & appatatu adhibita fuiſſet, & pro
pterea diligẽter vidẽdũ eſt, quid cũ his mulierib.
agas, quæ neq; ius neq; bonũ neq; æquũ ſciunt,
melius peius, proſit, obſit, nihil vidẽt, niſi quod lu
bet. Nec reſiſtit, quod non interuenerit cõſenſus
32 cognati, quia ille non aderat, & qui dicit illum
adfuiſſe tenetur id probare, vt tradit Lamber.de
contrac.mul.glo.12.quæſt.1.& 2.

Nec nocere debet, quod id actum ſit non cum
fratre, ſed cum hærede fratris, quia cum facta ſit
ſub cõmemoratione prioris dotationis, illã con-
firmat, & ſtatutum ſolum conſiderauit, quod cõ-
ſenſus ille interueniret ad tollendam ſuſpicionẽ
ne congrua dos ſine agnato authore diceretur, vn
de ſufficit, quandocunq; interuenerit, cum ratio
ſtatuti ea fuerit, quia de fratre non confidebat in
dotãda ſorore, quæ tamen in caſu noſtro, tam ex
ea ſumma dotis, quæ confecta fuerat à patrè al-
33 teri ſorori, quam ex qualitate ipſius viri, & more
ipſius regionis aptè, & cõgruenter, & valdè decẽ
ter dotata dignoſcitur, vt tradit Dec. conſil.26.
vnde videtur plene ſatisfactum rationi ipſius ſta
tuti, quæ tanquam vnica pro expreſſa habetur,
34 ex traditione, glo. in l.quamuis, C.de fideicomm.
Atque ideo ceſſante ratione ſtatuti, debet ceſſare
etiam ipſum ſtatutum, vt in ſimili tradit Alexã.
videndus conſil.97.nu.5. vol.1.& latiſſimè Plo-
tus in l.ſi quando, nu.330.& nu.367. C.vnde vi,
35 & quæ ratio, vt etiam viua voce in cõcertatorio
iudicio coram Excellent. Senatu dixi, debet plu-
rimum valere apud ampliſſimum hunc ſenato-
rium ordinẽ qui maximè æquitatem ipſam ante
oculos habet, cum ius ſummum ſæpe ſumma ma
litia ſit, & qui illud etiam ſpectabit quod ſcilicet,
bona ipſa ſunt penes agnatum; cui ſtatutum ip-
ſum maximè voluit eſſe proſpectum.

Quare precatur ipſe Teſta, vt dignetur idem
ſapientiſſimus, & æquiſſimus ordo, vel cauſam
ad eius fauorem decidere, cum maximè ipſa Ia-
cobina prole careat, & propter ætatem de ea ſu-
ſcipienda omnino deſperet, & ſit ſeducta ad hãc
litem iniuſtam intendendam, à nonnullis inimi-
cis ipſius adoleſcentis Teſtæ, vel ſaltem cauſam,
& partes remittere ad iudicem delegatum, qui vi
ſis videndis, & probatis probandis iuſtitiam inter
partes faciat, vel ad arbitros, poſtquam inter cõ-
pulſos agitur eligẽdos, vel in dicto loco Vatalli,
vel in præſenti ciuitate, vbi dicta mulier aduer-
ſaria maluerit.

Laus vni & Trino Deo

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO IOAN. ANTONIO Gaffurio.

ARGVMENTA.

Damnum ex incendio, vel aliter vbi illa
tum ſit, an & quando communitas te-
neatur, ſi ex iure municipali maleficium,
ſeu malefactorem non conſignet.

Pœna legis, vel conuentionis, an & quã-
do à iudice minui, vel augeri poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Incendium qui dicit caſu, vel fortuitu eueniſſe id probare debet.*

2 *Incendium ſine culpa non cenſetur regulariter factum.*

3 *Damni emendatio non obtinetur ex ſola culpa præſumptione, ſed ea probari debet.*

4 *Ad damnum agens ſatis fundatam habet intentionem ex illato damno, ad communitatem autem pertinet, vel malefactorem conſignare, vel damnum reſarcire.*

5 *In fortuito caſu, qui ſe fundat, debet duo probare, ſcilicet caſum, & quod nulla eius culpa præcedat.*

6 *In culpa lata is eſſe dicitur, qui id attentat, quod alij omnes non feciſſent.*

7 *Lata culpa ad damnum reſarciendum obligat.*

8 *Culpa reus eſt, qui ad id non proſpicit, quod facilè accidere poſſet.*

9 *Culpa leuis, quæ ſit, quavè lata.*

10 *Culpa leuis in committendo admiſſa ad damnum reſarciendum obligat.*

11 *Ignis ſi egreſſus fuerit agrum alicuius, & comprehēderit frugem vicini debet damnū emendari.*

12 *Inſtantiam non habēt iudicia criminalia, nec quæ eorum vices ſuſtinent.*

13 *Incendium euenire poteſt vi vētorum, & fulgoris.*

14 *In negatiua propoſitione etiam improbabili, qui ſe fundat pbare tenetur, vel ſe à iudicio abſtinere.*

15 *Exceptionem, vel executionē qui proponit eam probare debet maximè ſi verſemur in genere prohibitorum.*

16 *Qualem quis ſe facit, vel alium dicit pro ſuæ intentionis fundamento probare tenetur.*

17 *Statuti qualitates probare debet, qui ex ſtatuto agit.*

18 *Statuti tempus qui non ſeruat, cenſetur eius formam negligere.*

19 *Incendiū caſu fortuito qui dicit eueniſſe debet probare, itemq; quod culpa caſum non præceſſerit.*

20 *Conductor non tenetur ex natura contractus de caſibus fortuitis.*

21 *Locator tenetur ſucceſſiuam patientiam præſtare, vt conductor poſſit vti, & frui.*

22 *Conductor ēt ſi caſum fortuitum in ſe ſuſcepiſſet adhuc tamen non teneretur, quando caſus eſſet inſolitus.*

23 *Caſus vnius ſpeciem in ſe ſuſcipiens tenetur ad ſimilem, in quo eadem inſit ratio.*

24 *Ex incendio, & fulgore orto tanquam valdè inſolito, tenetur villa reſarcire damnum ſi ſtatutū velit, vt emendet damnum, ex incendio datum.*

25 *Pœna conuentionis tollit pœnam legis.*

26 *Pœnam ſi ſtatutum imponat pro aliquo delicto à iure cōi diuerſam cenſetur illa iuris cōis abrogata.*

27 *Iudicata res pro veritate habetur.*

28 *Iuramento res deciſa, & longo vſu obſeruata vim tranſactionis obtinet.*

29 *Inſtrumenta ex ſuis ſuperinde ſecuta, & ex obſeruantia partium tranſeunt in perpetuam fidem.*

30 *Pœna legis nouiter inducta cenſetur, ſi conuentum fuerit, ne exigatur pœna maior conuenta.*

31 *Iudex inferior nequit legis pœnam augere, tanto minus conuentiones.*

32 *Pœna vbi ex aliqua cauſa ſit mutanda, conſulēdus eſt princeps.*

33 *Fundum alienum ne quis ingrediatur prohiberi poteſt, & ſi cōtra fiat tenetur actione iniuriorum, quæ iudici arbitrario videtur.*

34 *Arbitrium iudicis ceſſat in determinatis à iure.*

35 *Prouiſio hominis cenſetur appoſita ad nouandam iuris communis diſpoſitionem ſi id appareat.*

36 *Expreſſum dicitur quod venit per relationem ad aliud, quod certum ſit.*

37 *Legis, & proclamationis natura eſt futuris prouidere negotijs.*

38 *Conuentionis proprium eſt imponere, vel tollere pœnam non natam, ſed naſcituram.*

39 *Negans oratio ſignificat priuationem, & affirmat poſitionem.*

40 *Negatiua præcepta obligant ſemper, & ad ſemper affirmatiua non item.*

41 *Pœna appoſitio legis prohibitionem nō tollit.*

42 *Arbitrium ſuum iudex nequit grauiter excedere, ſed debet eſſe rationis ſale conditum, & decentiæ vinculis conſtrictum.*

43 *Communitati qui ſeruit, nemini ſeruit, & cur ſæpe adeo ſoleat eſſe in ea confuſio.*

CONSILIVM CCLXXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SAtis præclarè fundatam, & accuratè extructam habet eius actionem Io. Antonius Gaffurius aduerſus cōmunitatē Abbiati, vel ad reſarciendū damnum paſſum in nemoribus ob graue incendium ſecutum, vel cum eadem communitas nemora locauerit ad faciendam mercedis debitam remiſſionem.

Nam ex iure noſtro de criminibus agente, ca.
97. & ciuili, cap. 375. in 2. vol. cauetur vbi dam-
num datum, vel factum ſit noctu, vel interdiu
per incendium, teneatur communitas intra tri-
duum conſignare maleficium, ſeu malefactorem,
quod ſi non præſtiterit, compellatur reſtituere, &
reſarcire damnum iuxta memoratorum ſtatuto-
rum diſpoſitionem, vnde cum conſtet de ipſo in-
cendio ex inſpectione, & viſitatione à prætore fa-
cta, & ex alijs probationibus tenetur ipſa cōmu-
nitas, ſiquidem incendium oritur, aut facto ho-
1 minis, aut facto naturæ, aut dubitatur, & propte-
rea cōmunitas tenebitur, niſi legitimè doceat id
cōtigiſſe facto naturæ, nempè ictu fulminis, & ſic
vi diuina, cum nubium ardor vehemēter expreſ-
ſus, ſe terribili aſpectu emittat, & repentè percu-
tiat, vel aliter caſu fortuito, quem aliqua tamen
non præceſſerit culpa, vt acutè admodum in ter-
minis diſtinguit Bal. omnino viden. cōſ. 174. lib.
2. vbi enim facto hominis id euenerit, vel dubite-
tur, ſemper vniuerſitas tenetur, & cum incendiū
ex regulis iuris præſumatur ab homine factum,
quia eſſet quodammodo mirabile miraculū ſum-
ma admiratione dignū, vt incendiū fiat, & à nul-
lo fiat, idq; crebrius accidat, & lex ad ea, quæ fre-
quentius contingunt ſe accommodet merito, qui
agit cōtra cōitatem ſatis ex hac ipſa regula, & iu-
ris præſumptione firmas habeat ſuæ intentionis
vires, & vbi vniuerſitas excipiat de caſu fortui-
to, ei id probationis onus imponitur, cum ſtatu-
tum ad id eam obliget, etiam ſi incendiū fuerit
occul-

occultum, quia noctu factum ſit, & ſic ignoretur,
à quo excitatum ſit maximè, quia incendio pro
bato eſt fundata data intentio contra incolas, &
habitatores loci, in quo factum eſt incendium,
2 quod deflagrauerit, cum ex iure regulari ſine cul
pa non cenſeatur factum incendium, vt commu.
dicit ex alijs Maſcardus tractat. probationum in
verbo, incendium concluſione 893. num. primo,
& quamuis crebrius videatur, vt ex ſola hac cul-
3 pa præſumptione actoris intentio non ſit funda-
ta, quod pertinet ad obtinendam damni emẽda-
tionem, cum ſit præſumptio indeterminatæ per
ſonæ, quæ non ſufficere videtur, vt fatetur preſes
Menochius de arbitrarijs iud. caſu 390. num. 4.
attamen cum lex noſtra municipalis obliget cõ-
munitatem ad cuſtodiam, & ad conſignandum
4 malefactorem, & ceſſet difficultas indeterminatę
perſonæ, quia lex id onus vniuerſitati imponit, re
ctè fundata videtur intentio actoris ex facti pro
batione, vt reſpondit in terminis Baldus eod. cõ-
ſil. 174. lib. ſecũdo, & alij complures relati à Me
nochio, & Maſcardo iam excitatis locis, & ab in-
terprete ad ſtatutum noſtrum, cap. 375. numero
23. volum. 2.

Et cum tempus, quo conflatum dicitur hoc in
cendium, non ſoleat terris tonitrus, & fulmina
mittere, cum menſe Februarij id eueniſſe dicatur
ceſſat ratio vis diuinæ propter fulgoris fulmen,
& eo magis præſumendum eſt id eueniſſe facto,
5 & culpa hominum, & qui ſe fundat in caſu for-
tuito duo probare debet ſi ad cuſtodiam ignis,
vel alterius maleficij aduigilare tenetur nempè
caſum, & quod nulla eius culpa præcedat, vt pro
bat idem Maſcardus in verbo, caſum fortuitum,
concluſione 271. num. 6. & in verbo, caſus nau-
fragij concluſione 272. num. primo, & quarto, &
ideo licet feratur id contingere impetu, & vi ven-
torum, qui ignem extra nemora excitatum intu-
lerint in nemora, tamen cum hunc caſum præce-
dat culpa, & quidem in committendo, tum quia
eo tempore ignis fieri non debebat, atque ideo
cum id factum ſit quod alij omnes non feciſſent,
is qui inconſultè, & temerè, adeoque negligenter
6 id attentauit, & egit, dicitur eſſe in lata culpa, vt
tradit Alba videndus conſil. 309. num. 15. tum
quia ita moderatè ignis faciendus erat, & ita lon
gè procul ab ipſis nemoribus ne ſerperet in pro-
ximos lucos cum præſertim tunc grauis inciderit
vehementi flamine ventus, quibus caſibus, cum
non agatur de ſimplici, aut leuiſſima culpa in o-
mittendo, ſed potius de lata culpa, rectè ad dãni
7 emendationem tenetur, vt latiſſimè probant re-
lati à Maſcardo in verbo, culpa an præſumatur,
concluſione 478. num. 5. & facit l. latæ culpæ, ff.
de verbor. ſignific. glo. in l. quod nerua, ff. depoſi-
ti, & pulchrè proſequitur doctiſſimus Alciatus
noſter conſi. 133. num. 5. & 6. lib. 5. & culpæ reus
eſt, qui belluarum more, quæ ante oculos habet,
8 tantum inſpicit, & ad id non proſpicit, quod acci
dere facilè poſſet, vt ait Crauet. conſil. 353. num.
28. & 262. num. 30. & culpa leuis dicitur, quãdo
ſit, vel non ſit, quod diligentes homines feciſſent,
vel non feciſſent, lata vero, quando id ſit, quod
9 communiter homines non feciſſent, vt affirmat
Corneus conſil. 103. num. primo, & ſecundo, vo-
lum. primo, & quamuis culpa leuiſſima non ſo-
leat obligare ad damni emendationem, tamen id
intelligitur ſi fuerit in omittendo, ſecus in com-
mittendo, & tanto magis ſi fuerit leuis, vel lata
10 prout hæc eſt, vt diſtinguit Didacus epit. ſponſa-
lio. ſecunda parte, cap. 6. num. 14. & cum com-
munitas intra triduum ad formam ſtatuti male-
ficium non conſignauerit ad formam ſtatuti, non
videtur dubium, quod ipſa tenetur pro indeter-
minata, & incerta perſona, quę incendium admi
ſerit, vel fecerit, & ideo ſacra ſcriptura exod. ca.
22. dicit ſi egreſſus ignis inuenerit ſpinas, & com
prehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes
11 in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit,
vt refert idem Maſcardus eo caſu 390. num. 14.
quod magnam habet rationem, cum damni occa
ſionem is ipſe dederit, atq; ideo damnum dediſſe
rectè cenſeatur, ad ipſamque vniuerſalitatẽ ma-
ximè pertinet curare ne homines nequam malæ
que conditionis in ea verſentur, & propter hanc
excitandam cuſtodiam ſtatutum in factum fuiſ-
12 ſe videtur, & cum hæc iudicia, iudiciorum crimi-
nalium participent naturam, non videntur habe
re inſtantiam, vt ſcribit in terminis Alba conſil.
285. num. 3. & 5. & ibidem eius additio complu-
ra, & complures addit, quæ cum ita ſe habeant.

Minimè obſtant, quæ contra afferuntur de-
ſumpta ex additione interpretis ad prenarratum
ſtatutum noſtrum, cap. 375. vol. 2.

Et primo dum dicitur id potuiſſe euenire ful-
gure, vel vi ventorum ex relatis ab interprete,
13 num. 24. quia reſpectu fulguris id ceſſat propter
temporis, vt dixi, qualitatem, ratione ventorum
debet doceri, vt ſuperius diximus, quod culpa ca-
ſum non præceſſerit, quam tamen præceſſiſſe po
tius dicendum eſt, cum eo tempore, & in loco a-
deo nemoribus propinquo non eſſet incendium
excitandum, idque demum procedit, vbi caſus
ſine culpa probaretur, qui minimè hoc caſu pro-
batur, imo magis culpa conuincitur ex temporis
& loci qualitate.

Ad ſecundum, quod debeat culpa probari, di-
citur in dubio præſumi ex magis communi, imo
cum communitas ſuæ excuſationis fundamentũ
faciat in caſu fortuito, tenetur eum nulla præce-
dente culpa probare, & ſatis fundatam habet
actor intentionem ex incendij probatione, debet
que vniuerſitas, quæ ad cuſtodiam tenetur de-
monſtrare ſine culpa id eueniſſe, & cum termino
à ſtatuto præfixo nec malefactorem conſignaue-
rit, nec tale quid docuerit vnde excuſetur, dilui-
tur argumentatio.

Ad tertium iam ſatis abundè ſuperius demõ-
ſtratum eſt ex ſtatuto, & incendij probatione, a-
ctorem ſatis firmam habere intentionem, vnde

ſi communitas vult ſe tueri eo excuſationis caſus
fortuiti tegumento, debet eum legitimè probare,
Ad quartum pertinet ad cõmunitatem, quæ
vult ſe defendere ea etiã excuſatione, quod ma-
lefactorem capere non potuerit probare hãc qua
litatem; nam crebrius eſt, vt qui ſe fundat agen-
14 do, vel excipiendo etiam in negatiua improbabi
li teneatur eam omnino probare, vel ſe abſtinere
ab huiuſmodi excuſatione, & allegatione, & po-
tius tacere, cum melius ſit aliquid non attenta-
re, quam inconſideratè attentatum ob non præ-
uiſam, magnam difficultatem impudenter deſe-
rere, & poſtea dolentem exclamare eheu quam
ſcopuloſo, difficiliq; loco verſor, ab initio id non
cogitaui, an neſcis ſapientis non eſt dicere non
putarum, vt tradunt Abb. in cap. bonæ il primo,
num, 14. de electione, & electi poteſtate. Imola
poſt alios in l. in illa colum. 4. de verbor. obligat.
& cum ſimus in genere prohibitorum, eo inſpe-
cto quod frequentius euenire ſolet, qui excuſa-
15 tionem proponit, vel exceptionem debet eam
probare, vt fusè proſequitur Maſcardus de pro-
bation. concluſione 686. in verbo exceptio, vbi
eſt fundamentum, & concluſione 706. in verbo,
excuſatio,
Ad quintum ad communitatem ſpectat ex
ſtatuti lege conſignare maleficium, vel eum talẽ
indicare, & probare, vt non teneatur conſignare
propter qualitatem in eo exiſtentem, puta, quia
ſit clericus, & qualem quis ſe facit, vel alium di-
16 cit pro ſuæ intentionis fundamento tenetur pro-
bare, Bartolus in l. non ignorat. C. de accuſat. &
probat idem Maſcardus concluſ. 1253. in verbo,
qualem quis ſe, num. 1.
Ad ſextum licet verum ſit, vt qui agit ex ali-
17 quo ſtatuto debeat probare qualitates ſtatuti, l.
4. §. docere vi bonorum raptorum, Curtius ſen.
conſil. 60. num. 7. Maſcardus concluſione 1254.
in verbo, qualitas, num. 9. attamen cum ſtatutũ
non obliget actorem niſi ad probandũ damnum,
& illud propter incendium euenisse viſitatio lo-
ci, & res ipſa, & teſtes recepti comprobauerint,
videtur obligationi ſibi impoſitæ ſatisfeciſſe, vn-
de ſi communitas pro eius defenſione aliquas ex
cuſationes proponat, tenetur illas legitimè pro-
bare, cum illę ſint ſuæ exceptionis, & intentionis
fundamentum, & cum ex ſtatuti diſpoſitione in-
tra triduum deberet fieri conſignatio, debeat ea
etiam probatio intra illud tempus fieri, vnde qui
tempus ſtatuti non ſeruat cenſetur eius formam
18 negligere, vt ait Baldus in authent. quæ ſupplica
tio, C. de precibus imper, offerend. & tradit Ale-
xand, in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de ver-
borum obligat,
Quatenus igitur communitas excipit incen-
dium caſu fortuito eueniſſe, cum ſtatutum eam
obligare videatur ad cuſtodiam debet id proba-
re, & ſimul, & ſemel, quod aliqua culpa caſum
19 non præceſſerit, vt ſcribit Baldus eod. conſi. 174.
ſub num. 2. lib. ſecundo, & alij complures relati à

Maſcardo ead. concluſione 271. num. 6. niſi ado-
do Boſſium titu. de remiſſione mercedis conduc.
num. 81. Carotium, trac. locati ſub titu. de caſib.
quæſt. 11. ſecundum vltimam impreſſionem fol.
174. ſin minus tenetur ex ipſius ſtatuti decreto
damnum reſarcire, vt quotidiè paſſim ſeruatur,
& alias in ipſamet vniuerſitate obſeruatum fuit,
dum anno 1594. eadem communitas condemna
ta fuit ad ſoluendas libras octocentum Capita-
neo Pompeio Mirabiliæ ratione incendij ſecuti
in tugurio ſeu, vt dicitur capſina Mirabiliæ, &
quæ poſtea ſolutæ fuerunt ex ſententia Diony-
ſij Oldoni cauſidici Mediolanenſis arbitri à par
tibus electi.
Sed ſi caſus etiam fortuitus probaretur, quem
aliqua non præcederet culpa, adhuc communi-
tas deberet Gaffurio conductori remiſſionem pẽ
ſionis facere cum apud omnes receptiſſimum ſit,
20 vt conductor non teneatur ex natura contractus
de caſibus fortuitis cum ſit fata prudẽtia, minor,
mutari enim facta non poſſunt, vt notatur in l.
in rebus, ff. commodati, l. quæ fortuitis, C. de pi-
gno. act. Decius in l. contractus, num. 33. ff. de re-
gul. iuris, & locator tenetur nullo temporis inter-
miſſo puncto pati, vt conductor poſſit vti & frui,
21 l. ex cõducto, & l. ſi quis domum, ff. locati, & hoc
eſt maximè dicendum, quando damnum eſt gra-
ue, & ferè intolerabile, vt eſt hoc quia etiam ſi cõ-
22 ductor ſuccepiſſet in ſe caſum fortuitum, tamen
adhuc non teneretur, quia caſus eſſet inſolitus, vt
tradit Boſſius, eod. titu. de remiſſione mercedis à
num. 56. vſq; ad numerum 87. & Carotius trac.
locati, ſub. titu. de caſibus, num. primo, & ſecũdo,
ſecũdum vltimam impreſſionem fol. 170. & ſub
titulo. de incendio vbi videatur, quia multa ad
rem latè congeſſit, fol. 178. ſecundum vltimam
impreſſionem, maximè num. 46. 47. & num. 55.
& num. 78. 79. & 80. & ſecundum primam im-
preſſionem, fol. 53. & 54. & hoc ſine dubitatione
videtur recipiendum, in præſenti caſu, cum con-
ductor ſibi lege pacti cauerit, vt vbi propter vena-
tiones in ipſis nemorib. vel corũ parte illatũ eſſet
aliquod damnum teneretur communitas loca-
trix, ei, vt ſuis vtar verbis, illud debitum facere re-
ſtaurum, quod per duos amicos communes adiu
dicatum fuiſſet, vnde ſit, vt ſicut ſuſcipiens nomi-
natim vnam caſus ſpeciem, ad ſimilem tenetur,
23 in quo eadem inſit ratio, ita & pari ratione paci-
ſcens, vt ſibi fiat remiſſio in aliquo ſingulari caſu,
eam obtinere debebit in caſu ſimili, & tanto ma-
gis maiori, qualis eſt propriè hic noſter, vt tra-
dit Rapa trac. de peſte, parte ſecũda, num. 77. præ-
ſes Menochius de arbitr. Iud. caſu 80. vbi num. 5.
ait villam teneri ex incendio exorto ex fulgure,
24 tanquam valde inſolito, ſi extet ſtatutum, vt vil-
la teneatur emendare damnum datum ex incen-
dio, & Carotius relato trac. locati, ſub titu. de ca-
ſibus, quæſt. 3. per totam, fol. 171. ſecundum vlti-
mam impreſſionem, & fol. 53. ſecundum primã
impreſſionem.

Quæ

Quæ cum ita ſint vniuerſitas ipſa alterum de
duobus effugere nequit, vel reſarciat damnum ex
ipſa municipali, l. vel ſaltem vbi ad id non teneri
contendas, quia agatur de caſu fortuito faciat lo-
catori eam penſionis remiſſionem, quæ pro dam
ni qualitate digna iudicabitur cum bonæ fidei
conueniat, vt à tanti damni iactura, & calamita
te, quæ præter conductoris culpam euenit, & vn-
de ſubſtantia rei locatæ quaſi perijt, integer, in-
columis, & ſaluus ſeruetur.

Quod vero pertinet ad alium punctum in quo
idem Gaffurius vti procurator vniuerſitatis Vn-
gij quærit an præceptum conceſſum à prætore
Intri ad fauorem hominum Cambiaſcæ effectus
vt ſcilicet, homines Vngij non audeant excedere
aut præterire Vallem magnam cum eorum be-
ſtijs, & hoc ſub poenis iniuriarum turbatæ poſſeſ
ſionis, vis moleſtatiuæ, & alijs poenis iuris, & ſta
tutorum, nec non & ſcutorum centum auri pro
qualibet perſona contrafaciente, & excedente, vt
ſupra, & qualibet vice, ac etiam ſcutorum decem
pro qualibet beſtia dictorum de Vngio excedẽte,
vt ſupra, pro qualibet vice, vt ſupra applican-
da comitali cameræ in caſu inobedientiæ, hacte-
nus verba præcepti eſt meo iudicio omnino abro
gandum, nam ſi ius noſtrum municipale inſpicia
mus ſub tit. de poenis ordinatis contra damnum
dantes, cap. 364. in ſecũdo, imponitur poena pro
qualibet beſtia groſſa, & pro qualibet vice aſſium
quinq; & pro beſtia minuta ſolidorum duorum
applicanda damnum paſſo, & ex antiquiori ſta-
tuto, a quo hoc nouiſſimum fuit deſumptum erat
impoſita poena ſolidorũ trium tertiolorum pro
qualibet beſtia groſſa, & pro minuta ſolidi vnius
tertiolorum.

Si vero intueamur, quod magis ſpectandum
eſt, ſcilicet tranſactionem initam anno 1481. in-
ter homines vtriuſq; cõmunionis apparet fuiſſe
conuentum, vt homines Vngij poſſent, vt ſuis
verbis vtar, paſculare cum eorum beſtijs tã groſ-
ſis, quam minutis vſque ad vallem magnam Lu
giaſcam ſine aliqua menda, & ſi prætererint, qđ
poſſint accuſari per ipſos de Cambiaſca videli-
cet in ſolido vno pro qualibet perſona, & quali-
bet vice vltra damnum datum, & ſic poena ipſa
legis municipalis fuit partium conuentione dimi-
nuta, quod cum ageretur tantum de priuato cõ-
25 modo potuit rectè fieri, nam poena conuenta tol
lit eam quam lex conſtituit, l. fin. C. de pactis cõ-
uentis, & latè probat Gabriel libro commun. tit.
de regulis iuris, concluſ. 8. num. 1. & in proprijs
terminis poenæ legis, & conuentionis, vt hæc il-
lam tollat, communem probãt videndi Octauius
Vulpellus, trac. de tregua, & pace, quæſt. 52. nu.
3. Ancharanus conſil. 420. num. 2. Burſatus con-
ſil. 233. num. 5. & conſ. 323. num. 26. lib. 1.

Et confirmatur, quia ſi ſtatutum imponat pro
aliquo delicto pœnam à iure communi diuerſam,
26 cenſetur abrogata illa iuris communis, cum non
conueniat, vt quis duplici poena afficiatur, & ex
conſequenti poenam ſuſcipiat, & ſuſtineat ſuo ſce
lere minimè dignam, vt magis commun. vſu recẽ
ptam dicit Clarus §. fin. quæſt. 85. verſicu. debet
etiam.

Et tollitur meo iudicio omnis dubitatio ex in
ſtrumento anni 1509. quo fuit inter partes in cõ
tradictorio, & contentioſo iudicio declaratum, vt
maior poena illa iam conuenta non poſſet erigi,
etiam per viam generalis proclamationis, vnde
duplex manat concluſio ad fauorem Vngiaten-
27 ſium, vna ſcilicet rei iudicatæ, quæ pro veritate
habetur, l. res iudicata, ff. de reg. iuris, Crauetta,
conſil. 79. num. 1. & quæ cum fuerit deciſa iura-
mento partium, vim habet firmiorem, imo cum
28 partium mutuo conſenſu approbata ſit, & longo
adeo vſu obſeruata vim trãſactionis obtinet, nec
amplius reſilire licet, aut pedem referre, l. 1. ff. de
iureiurando Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulia-
nus, num. 11. & l. eum qui, §. ſi iura vero ante nu-
merum 9. eod. tit. & inſtrumento ex ſententia ſu
29 perius ſecuta, & ex obſeruantia partium tranſeūt
in perpetuam fidem, & firmitatem, ac conſtan-
tiam, vt affirmat Crauett. conſil. 101. num. 3. &
conſil. 158. num. 1. altera eſt, quod nouatio pœ-
næ à lege aſcriptæ facta nominatim intelligitur,
poſtquam prohibetur, ne maior poena exigatur,
30 l. fin. C. de nouat. Gabriel lib. commun. tit. de no
uat. concluſion. 1. num. 1. & num. 53. & num. 60.
61. & 67. præſes Menochius præſumptione 134.
lib. tertio.

Quæ cum ita ſe habeant, conſequitur certa
illa iuris aſſertio, vt ſcilicet iudex inferior qualis
31 eſt intri Prætor, nequeat augere poenam legis, &
tanto minus conuentionis, & maximè in adeo
grandi ne dicam extraordinario exceſſu, ſcilicet
ſolidi poenam, augendo ad aureos centum, & ad
aureos decem pro ſingula beſtia, nequit enim in-
ferior tollere legem ſuperioris, nec debet eſſe ſe-
uerior ipſa lege, & vbi aliqua iuſta cauſa adfuiſ-
ſet, quare id fieri deberet multi interdum eueniũt
caſus digni, vt ſacrarũ legum cateniæ magis con-
ſtringantur, aut laxentur, & à ſeueritate paulliſ-
per ad hilaritatem, & lenitatem traducantur, cõ-
ſulendus erat princeps, & Mediolani hoc iure
vtimur, l. prima, §. primo, in fin. ff. ad S. C. Turpil.
32 Decius in cap. de cauſis, num. 18. vbi vide de of-
ficio delegati, & magis communem fatentur Ti-
raquellus de poenis legum in præfat. num. 1. & 2.
& num. 15. & Clarus §. fin. quæſt. 85. verſic. vlte
rius quæro, & verſi. non omitto in fin. præſes Me
nochius videndus de arbitr. iud. quæſt. 96. num.
18. male enim res tunc agitur cum ſeruus, qui ſer
uiendo Domini imperio parere debeat, domino
imperans idem ipſe vult dominari, & verecundia
amiſſa turbato decentiæ ordine ſibi ſumit quod
ſuum non eſt.

Nec offendere valent, quæ acuta admodum
conijciuntur tela; nam primum refellitur ex ra-
tione, vt licet ex iure communi poſſit quis prohi-
33 beri ne alterius fundum ingrediatur, & ſi contra
fiat

ſe vocandi etiam fœminas poſtquam vſus eſt no
mine collectiuo deſcendentium, quod vtrumque
ſexum complectitur, & negari non poteſt quin
fœminæ dicantur, & ipſæ de linea cõtentiuo mo
do ſumpta: vnde licet in ea deficiat ſua ipſius li-
nea, non tamen deſinit eſſe deſcendens ex linea,
cum à maſculo prouenerit, & non conſiderauit
teſtator, quod eſſet de linea, ſed quod deſcende-
32 ret à linea, quod eſt quid diuerſum, cum maxime
dictio ex ponatur interdum, vt excludat, & non
includat, l. quæſitum, §. idem Celſus, ff. de fundo
inſtruc. l. dicimus, in fin. primi reſponſi, ff. de ex-
cuſat. tutor.

Ad tertium, Reſpondetur Caſtrenſem & ſe-
quaces loqui in caſu longè diſſimili, nempe quã-
do teſtator vocauit liberos ſuos deſcendentes ex
linea maſculina, nam ſi decedat relictis tantum
fœminis non admittuntur, cũ illæ non dicant̃ de
ſcẽdere ex linea ex quo linea in eis incipit, & fa-
ciũt caput alterius lineę, ſecus eſt(,put in caſu no
ſtro) qñ teſtator habuit filios in quibus linea ini
tium cæpit, quia tunc rectè filia à maſculo de-
ſcendens dicitur à maſculina linea deſcendere, vt
rectè diſtinguit Iaſ. videndus ea. l. Gallus, §. nũc,
de lege ante num. 16. ff. de lib. & poſth. ſic eſt in-
telligendus Simon à Prætis ex citato tractatu,
fol. 292. num. 54. & 55. & nu. 48. vbi allegat do-
ctiſſimum Alciatum noſtrum, conſ. 46. num. 13.
& infra plurib. ſeq. lib. 9. hoc idem confirmantẽ.

Admiſſa autem Margarita, an eius filius ma-
ſculus maior natu cenſeatur vocatus, vel potius
Iſabella Margaritæ ſoror, & procul omni dubio
arbitror filium Margaritæ excludi, & Iſabellam
includi, cum certum ſit eum non deſcendere ex
34 linea maſculina, prout teſtator deſiderauit, ſed
ex fœmina, quæ eſt caput alterius lineæ, vt vno
ore ſentiũt Doctores, eo. §. nunc de leg. Iaſ. num.
11. Soc. ſen. nu. 2. Alex. conſ. 53. num. 2. lib. 6. &
firmant Mantica, & Simon à Prætis locis proxi-
35 mè relatis, & ratio videtur optima, quia mulierũ
filij earum nomina, & familiam non ſequuntur,
ſed patrum ſuorum, vnde in eis nulla familiæ ori
go propagatur, ſed potius cum eis extinguitur, vt
ſentit Alciatus ex l. pronuntiatio in verbo, mu-
lier, num. 38. ff. de verborum ſignificat. atque ita
paucis, & pro veritate omnibus propoſitis pun-
ctis reſponſum fuiſſe puto.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FRANCISCO Teſta.

ARGVMENTVM.

Lex municipalis, ſi diſponat mulierem dota à fratre paterno, contentã eſſe debere dote à fratre dicta, & conſtituta, etiã ſi minor eſſet legitima, nec poſſe admitti ab inteſtato ad ſucceſſionem paternam, vel maternam, ita tamen quod in dotatione facienda adhibeatur conſilium, & conſenſus duorum proximiorum agnatorum, & vnius ex proximioribus coniunctis ex parte matris, & vbi eſſent diſcordes ſtetur conſilio decorum, & reperiatur dotata abſque eo, quod in inſtrumento dotationis legatur, agnatorum conſenſus an is ex curſu longiſſimi temporis prę ſumatur interueniſſe, & an teſtibus id probari poſſit, & an approbatio dotationis poſtea ſubſecutę adhibito conſenſu agnatorum ſororem excludat à ſucceſſione, & an ex eo quod permiſit fratrem bona paterna longiſſimo tempore poſſidere, & ab eo dotari perierit, an hæreditatem paternam repudiauiſſe cenſeatur adiunctis maximè non nullis alijs coniecturis.

SVMMAE RERVM.

1 Conſenſus, vel præſentia agnatorum vbi non requiratur ad integrandam perſonam, poteſt interponi oretenus.

2 Conſenſus agnatorum ſpatio decem annorum interueniſſe præſumitur.

3 Conſuetudo interpretatiua eſt omnino attendenda.

4 Solemnitas à ſtatuto requiſita, ſi fuerit omiſſa curſu temporis præſumitur, ſecus ſi fuerit ineptè nũtiata.

5 Contractus ſine conſenſu agnatorum factus, qui ex ſtatuto erat adhibendus iuramento cõfirmatur.

6 Conditionem impleri quo ad effectum ſufficit, quia non curamus de modo.

7 Conditio collata in vnum caſum impletur per aliũ cui ſimilis ſit effectus.

8 Solemnitas conſenſus vbi reſpiciat fauorem partiũ ei poteſt renuntiari, vel ea impleri poteſt per æquipollens.

9 Singula ſingulis ſunt reddenda, & referenda.

10 Clauſula appoſita ad aliquid qualificandum nunquam refertur ad omnia, ſed tantum ad qualificata.

11 Clau-

11 Clauſula vllo modo idem importat ac ſi dictum eſſet nullo caſu.

12 Agnatio conſeruatur, & propagatur à maſculis, & et lex duadecim tabularum ſanebat.

13 Stipulatio præſupponit præcedentem interrogationem, & petitionem.

14 Repudiauiſſe paternam hæreditatem cenſetur ſoror ſi permiſerit longo tempore à fratribus communem hæreditatem poſſideri, & aliquid ab eis petierit.

15 Aditionem hæreditatis ſicut probant verba enunciatiua per modum cauſæ prolata, ita etiam repudiationem.

16 Repudiationem magis infert geminatio, & replicatio actum.

17 Repudiationem inducit petitio dotationis facta à ſorore.

18 Repudiare hæreditatem cenſetur creditor petens totum debitum à cohærede, niſi aliter proteſtetur.

19 Pœnitentiæ locus non eſt ſi quis actum fecerit inducentem hæreditatis repudiationem.

20 Dictio vltra implicat.

21 Dotatio ad paternum officium pertinet.

22 Repudiationem hæreditatis affert actus aditioni contrarius.

23 Erroris excuſatio non admittitur, vbi agatur de lucro nec etiam reſtitutio in integrum datur.

24 Excuſatio non petita eſt accuſatio manifeſta.

25 Aditionis & immiſtionis ius tam in extraneo, quã in ſuo hærede triginta annorum ſpatio præſcribitur.

26 Excluſus à capite vnde liberi non tamen excluſus cenſetur à capite vnde agnati.

27 Repudiatio, & hæreditatis renuntiatio inducitur ex actis neceſſarijs, nec in eis ratio habetur bonæ, vel malæ fidei.

28 Non tranſmittit ſoror ad ſororem hæreditatem ab ea non aditam, cum non ſit ex ſuis hæredibus, ſed extranea.

29 Aditionis hæreditatis verba debent eſſe clara, & diſpoſitiua, vnde dicens volo adire, non cenſetur adire.

30 Aditionem non infert actus qui remanet in pendenti.

31 Conſenſus etiam ad integrandam perſonam poſt actum adhiberi poteſt.

32 Agnatum qui dicit adfuiſſe, probare debet.

33 Dos congrua, & decens quæ dicatur.

34 Statuti ratio ſi vnica ſit pro expreſſa habetur.

35 Statuti ratione ceſſante, ſtatutum & ipſum ceſſat.

CONSILIVM CCLXXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

NVnc quondam Frãciſcus Teſta vnicum habuit filium maſculũ Melchiorem, & duas filias, Iacobinam, ſcilicet Paneſiam, viuens collocauit in matrimoniũ Iacchinã, conſtituta ei dote librarũ 2200. eo autem anno 1556. inteſtato defuncto Melchion. eius filius, anno 1560. menſe Septemb. nuptui dedit Paneſiã eius ſororẽ Defendẽti Suardo feudatario Landionæ, & tanquã frater ei dotem conſtituit in libris 2200. ad ſtipulationem ipſius Paneſiæ, quæ vna cum eius viro dictam dotem acceptauit, & iureiurando eam perpetuo ratam habere promiſit.

E cũ ipſa dos nõ fuiſſet integrè ſoluta, pro eius reſiduo, quotãnis promiſſũ itereſſe à fratre exigit.

Mortuo aũt eius fratre anno 1562. menſe Iun. inſtituto ſibi hęrede fratre patruele Laurẽtio de Teſtis, auo ipſius Franciſci rei cõuenti, & facto legato dictis eius ſororib. qñcunq; fuerint viduę de vſufructu aureorũ centum pro ſingula earũ vltrã earũ dotẽs, & ꝙ poſſint diſponere pro ſumma aureorũ 50. in vltima volũtate, quãdiu ſeruauerint vitã honeſtam, & viduã, ipſa Paneſia medio ẽt literarũ Excell. Senatus conuenit in iudicio ipſum Laurentiũ ad ſolutionem dicti reſidui dotis, eãq; exegit. Anno vero 1571. ipſa Paneſia facta mentione creditorũ, & quod dicta dos fuerit à dicto fratre vti hęrede vniuerſali dicti eius patris ei cõſtitura, fecit ampliſſimã confeſſionẽ prædictæ dotis, & quietationem, pacẽ, finem, & pactũ de non petendo, renuntiando, &c. adhibito cõſenſu duorum agnatorũ, cum nullus cognatus adeſſet dictã dotationẽ re ipſa approbauit repetito iuramẽto, & quæ ſolennitas, vbi actum fuiſſet de ſimplici cõfeſſione non erat neceſſaria, attenta diſpoſitione ſtatutorum Vallis Varalli', quibus mulier non prohibetur contrahere à ſe ipſa.

Paneſia aũt viuens ſemper ratã habuit dictam dotationẽ nec verbũ fecit de hęreditate paterna.

Anno vero 1591. mẽſe Februarii fertur ipſam Paneſiã feciſſe teſtã in quo hæredẽ inſtituit dictã Iacobinam, & Iacobina inſtituit dictã Paneſiã præcipuè ẽt in illis iurib. & actionibus quas dictę ſorores habẽt, & haberẽ prætendũt contra hęredẽ quond. Laurentij Teſtę de Varallo, occaſione bonorũ, & hęreditatis præfati quond. Frãciſci de Teſtis earũ patris, & p̃fati quond. earũ fratris.

Defuncta vero Paneſia, anno 1592. Iacobina velut eius hæres prætendens hæreditatẽ paternã ex perſona dictę Paneſiæ curauit delegari à Senatu Excell. prætorẽ illius Vallis, qui ſuper præfata eius prætenſione contra d. Franciſcũ iuniorẽ reũ conuentũ iuſtitiã faceret, liteq; corã eo cõteſtata, cũ videret aciẽ iudicij cõtra eã inclinare, habuit recurſũ ad Senatũ, vt ad ſe cãm auocaret, q decreuit partes, & cãm remitti debere ad ſuũ p̃to

rem,nunc aũt non facta mentione dicti decreti,
ſub prætextu priuilegij viduarũ,q̃ in tutela prin-
cipis latere videñt, obtinuit audiri, prout audita
fuit corã Excell. Sen. &paucis rẽ perſtringendo.

Punctus eius prætenſionis verſatur ſuper eo,
quod ſtatutum ipſius Vallis, diſponat mulierem
dotatam à fratre paterno, contentam eſſe debere
præfata quantitate, etiamſi minor eſſet legitima,
& mulierem non admitti vllo modo ad ſucceſ-
ſionem paternam, vel maternam ab inteſtato e-
xiſtente filio, vel fratre ex parte patris, vel nepo-
te ex fratre, vel filio ipſius nepotis maſculis, ita ta
men quod in dotatione facienda per fratrẽ adhi
beatur conſilium, & conſenſus duorum proximio
rum agnatorum, & vnius ex proximioribus con
iunctis ex parte matris, & ſi eſſent diſcordes dicti
tres, ſtetur conſilio duorum, vt latius legitur ex
ipſo ſtatuto, cuius exemplum exhibetur; & pro-
pterea cum in ipſa dotatione anni 1560. non le-
gatur adhibitus conſenſus illorum agnatorũ, prę
tendit ipſa Iacobina ipſam dotationem non po-
tuiſſe excludere Paneſiam ab hæreditate pater-
na ſibi de iure cõi debita, perinde ac ſi dotata nõ
fuiſſet, cum paria ſint aliquid factum non fuiſſe,
aut factum fuiſſe, ſed legis neglecta forma, qua
non ſeruata, ſemper prætendit ſtatutum ipſum
aliquem effectum excluſionis non parere,

Contrarium autem longè verius eſſe conten-
dit ipſe reus conuentus ex multis.

Primo, quia cum maximè is conſenſus non re
quiratur ad integram faciendam ipſam perſonã,
ſed quia lex ita in dotatione non confidit de fra
tre, prout de patre, poteſt interponi oretenus, &
1 etiam ante, & poſt ipſum actũ. l. fi. C. ad Maced.
& docet Bart. quem alij communiter ſequuntur
in l. ſi quis mihi bona, §. iuſſum, col. 2. verſi. nota
quod dicit, ff. de acq. hęr. & conſequitur vt ſpatio
2 decem annorum is præſumitur interueniſſe, vt in
terminis fortioribus ſtatuti etiam cõſenſum pro-
pinquorum requirentis ad integrãdam perſonã,
com. dicit Alex. in l. 2. §. voluntatem, nu. 3. ff. ſol.
mat. Tiraq. videndus de legib. connub. gloſ. 7. in
verbo, exprez, nu. 39. & 44. vbi de cõmuniori at-
teſtatur Ceph. cõſ. 47. & Gabr. de præſump. con-
clu. 1. nu. 5. idq; maximè eſt dicendum, cũ ex con
ſuetudine, & receptiſſimo ſtilo ipſius loci ſoleãt
adhiberi oretenus ipſi agnati, & cognati ſi adſint,
prout etiam probabitur ſi opus fuerit, & ſtatutũ
ipſum ab vſu inueterato hanc ſemper interpreta
tionem accipit, eoq; iure vtimur, vt in inſtrumen
tis iſte conſenſus non deſcribatur, prout multa e-
xempla inſtrumentorum dotalium demonſtrãt,
& huiuſmodi ſtylus, & conſuetudo ibidem notiſ-
ſima, & non egens probatione, plenius etiam pro
3 babitur, ſi opus fuerit, cũ iſta ſit mera veritas, &
quæ conſuetudo interpretans eſt omnino atten-
denda, l. ſi de interpretatione, ff. de leg. Dec. conſ.
11. nu. 10. etſi verum eſt, in curſu decem annorũ,
quid dicemus in curſu trigintaocto annorũ, atq;
ita non ex toto hoc argumenti genus eſt contem
nendũ, ſed potius magnifaciendũ vti fortiſſimũ.

Nec dicatur quod cũ ex lectione dicti inſtru-
mẽti appareat, iſtam ſolẽnitatem fuiſſe emiſſam,
pręſumptionẽ hanc ceſſare.

Quia reſpõdetur id procedere, vbi ſolemnitas
requiſita enuntiata fuiſſet ineptè, aut minus per-
fectè, ſecus ſi omnino omiſſa ſit, quia tũc ſemper
pręſumitur quod oretenus, vel aliter interuene-
4 rit, vt in puncto diſtinguẽdo decidit Redoa. trac.
de reb. eccle. non alie. ſub tit. de his qui conſen. &
de conſenſu c. fin. nu. 30. & 31. fol. 197. & frater
dotando cenſetur dotaſſe, ex cauſa neceſſaria, &
vt eam excluderet, non ex voluntaria, vt ſuum ia
ctaret, ſtatutum loquitur ſimpliciter, quando do-
tatio facta fuiſſet à fratre abſq; interuentu ipſius
ſororis, ſecus ſi ea pręſente acceptante, vna cum
eius viro, quia tunc ſcienti, & conſentienti nõ fit
iniuria, neq; dolus, & id difficultatẽ habere nõ vr̃,
cum interuenerit iuſm, prout acceſſit in caſu no-
ſtro, ex quo volunt magis cõiter Doct. contractũ
5 etiam nullum defectu nõ adhibiti propinquorũ
conſenſus firmari, c. quamuis, de pact. in 6. auth.
ſacra pub. C. ſi aduerſ. vendit. Abb. in c. cum con-
tingat, ſub nu. 9. de iureiur. Tiraq. vidend. in ver
bo, Peuul. gl. 4. nu. 28. Goza. vtiq; viden. cõſ. 16.
nu. 5. Seraph. de priuil. iura. priuil. 61. nu. 1. inter
pres ad ſtatutum noſtrum cap. 328. nu. 423. in 1.
vbi de communiori atteſtatur, & ideo qui hoc ſa
croſancto iuramenti præſidio eſt communitus in
vtranque aurem ocioſè dormit.

Nec obſtat, quod acutè admodum mouetur,
aduerte, quod ſtatutum præſupponit etiam dota
tionem, quæ reſpectu dotationis poſſit ſuſtineri,
& quæ tamen non operabitur effectum excluſio
nis ab hæreditate, cum non ſit facta, prout requi-
ritur ex forma dicti ſtatuti, quãdoquidem factũ,
ſed nõ eo modo quo lex requirit, perinde habea-
tur, ac ſi factum non foret, quoad effectum ex-
cluſionis à ſtatuto cogitatum.

Quia reſpondetur mentem ſtatuti eam præci
puam fuiſſe, vt prouideretur dotationi ipſius ſo-
roris, quæ cum fuerit validè facta, ſiue vno. ſ. me
dio, ſiue altero modo, nempe adhibito agnatorũ
conſenſu dicitur ſatisfactum effectui ipſius ſtatu
6 ti, & certum eſt ſufficere conditionẽ impleri quo
ad effectum, quia non curamus de modo, vt latè
tradit Crauet. conſ. 59. nu. 5. Mant. de conie. vlt.
vol. lin. 3. tit. 3. nu. 9. & propterea conditio etiam
7 collata in vnum caſum, impletur per alium, cui ſi
milis ſit effectus. l. ſi mater. C. de inſtit. & ſubſtit.
vbi Bal. nu. 9. l. mulier. ad Treb. Rui. conſ. 55. nu.
7. lib. 1. Ale. conſ. 100. lib. 4. & propterea ſicut ſi
interueniſſet ille conſenſus ſtatutum operaretur
excluſionẽ, ita etiã idem debet agere iuſm, quod
eorum defectũ ſupplet, & id ſine difficultate pro-
cedit, cum fuerit decentiſſimè dotata, atque in
matrimonio honorifico, & condecenti colloca-
ta, quod vnum maxime ſpectaſſe videtur ipſum
8 ſtatutum, & cum iſta conſenſus ſolemnitas reſpi
ciat fauorem partium ei poteſt renunciari, atque

ei

Digitized by Google

ei ſatisfieri acta qui æque polleat,& ſic per iura-
mentum,vt tradit Fel.in c.cum dilecta,num.47.
de reſcript. & licet dotatio reſpicere videatur fa-
uorem publicum, tamen hoc in caſu non agitur
de renuntianda aut diminuenda dotatione,quia
præſupponitur illam valere,ſed de tollenda ſuc-
ceſſione quam certum eſt poſſe remitti,cum reſpi
ciat merum priuatum fauorem.

Tertio poteſt dici ſtatutum duplicem habere
inſpectionē,vnam reſpectu dotationis alterā re-
ſpectu ſucceſſionis, quo ad dotationē vult illam
valere etiamſi eſſet minor legitima, ita tñ quod
adhibeatur illę conſenſus,& hoc ſatis colligitur,
quia licet illa clauſula,ita tñ,ſit poſita in fine,tñ;
cū loquatur de dotatione, vr̄ eſſe prolata ad eius
declarationem,& ad eam(vt aiunt)qualificandā
9 nec aliud referri debet, cum ſingula ſingulis ſint
reddenda,& referenda prout ita ipſum ſtatutum
dicit,gl.in §.tutor aūt in verb.epiſtolam, inſti.de
aucto.tuto. Crauet.conſ.328.nu.17. & clauſula
appoſita ad aliquid terminandum,ſeu qualificā-
dum,vt eſt conditio, vel modus nunquā refertur
10 ad omnia, ſed tantum ad terminata,ex doctrina
Bar. in l.filium, ff. quando dies legat.cedat.l.fi.ff.
de reb.dubijs Gab.tit.de clauſulis, cōcl.9.nu.11.
Quod vero ad ſucceſſionē pertinet, ſtatutum vr̄
generaliter eam mulierē excludere reſeruata ſibi
dotatione, quæ ſi adhibebitur,conſenſus ibidem
requiſitus poterit eſſe minor legitima,ſin minus
habebit legitimam,iſq; ſenſus comprobatur,tum
11 quia ſtatutum generaliter loquitur, tum quia eſt
conceptū,& incipit à negatione non admittatur,
tum quia adſunt illa verba, vllo modo, quæ idē
important,ac ſi dictum eſſet nullo caſu,vt decidit
Bal.in l.non pōt,in 2. lectu.de adopt. Alba vidē.
conſ.763.nu.18.tum quia mens ſtatuti fuit fauē
di ipſi agnationi, quæ à maſculis conſeruatur,&
propagatur,& prout fauebat, lex 12.tabul.& fa-
12 uent omnia ſtatuta,quę vigent ferè in tota Italia
noſtra totius orbisflore excludētia fęminas ipſas.

Nec reſiſtit, quod ſtatutum incipiat à dotatio
ne,quia cū determinet eam vno modo,& ſucceſ-
ſionem altero modo, non bene ex vno capite ad
aliud infertur,præſertim cum ſtatutū non dicat ſi
in dotatione non adhibeatur conſenſus,eam de-
bere ſuccedere,ſed tantum valere etiamſi minor
eſſet legitima.

Quarto cum multifariam multiſq; modis con
ſtet Paneſiā repudiauiſſe dictam hęreditatē,& ei
renuntiaſſe Iacobina ipſa prætēſa hæres non po-
teſt plus iuris habere, quā ipſa haberet, & debet
vti iure,quo illa vteretur,recuſatio aūt inducitur
manifeſta ex eo, quia ipſa ſoror nedum permiſit
totam hæreditatē remanere penes ipſum fratrē,
38.anni à die mortis patris,& 32.annis à die do-
tationis,ſed ēt à fratre petierit dotationem,vt ſa
tis probat inſtrumentū dotationis, quatenus legi
tur factum ad ſtipulationem ipſius Paneſiæ,quę
neceſſario præſupponit præcedētem eius inter-
13 rogationem,& petionem, l.1.ff.de verbor. oblig.
& etiam ex petitione facta in iudicio contra hæ-
redem ipſius fratris petendo reſiduum dictæ do-
tis vnde ſuccedit doctrina. Bart.com.cōſenſu re-
cepta, in l.recuſari,ff. de acq. hæred. vt ſcilicet, ſi
ſoror permiſerit à fratribus paternam hæredita-
tem cōmunem poſſideri,& aliquid ab eis petierit
14 cenſeatur hæreditatem repudiauiſſe, & egregiè
proſequitur viden. Soc.ſen. conſ.45.nu.3.lib.4.
Alex.conſ.88. nu.2. lib.2.tum ēt quia ipſa ſoror
in inſtrumento confeſſionis anni 1571. enuntia-
uit ipſum fratrē ſuum vniuerſalē hæredem, quæ
verba enuntiatiua prolata per modum cauſæ, ſi-
15 cut aditionem probant,ita etiam repudiationem
Rom.conſ.96.nu.4. Crau.cōſ.28. vbi videatur,
nu.2.& id tanto magis eſt dicendum,qn̄ interceſ
ſit interuallū temporis,vt tradit Alba conſ.254.
& tot actuum aptorum ad repudiationē inſeren
dam geminatio,& replicatio, l.baliſta,ad Treb.
16 tum etiam quia eligendo vnū ex contrarijs cenſe
tur aliud remittere,l.fi.C.de Codic. & ideo cum
petitio dotis non poſſit ſimul ſtare cum petitio-
ne hæreditatis conſequitur neceſſario,vt ex ipſa
17 dotis petitione,& conſecutione recuſatio induca
tur,l.illud, ff.de acq.hæred. ſicut creditor petens
à cohærede totum debitum, cenſetur hæreditatē
repudiare,quod ita fateor,vt tñ negem vbi aliter
declaret & proteſtetur, prout tamē ipſa Paneſia
18 nunquā eſt proteſtata, l.ſi præteritus, C.de bon.
poſſeſ.contra tabul. Soc.eo.conſ.45.lib.4. Caſtr.
19 & Iaſ.in l.debitori,de pactis, in fi.gl. in l.vt debi-
tum, C.de hæred.actio.nec locus eſt pęnitentiæ,
licet mulieres ſint fermè,vt pueri leui ſnīa,l.ſicut
C.de repud.hęred.accedit etiam,quod ipſa Pale
20 ſia ex acceptatione legati fratris,in quo contine-
tur ipſa dos, cum dictio vltra implicet Bart.in l.
cum ita, ff.de dote prælegata cenſetur dotem ip-
ſam approbaſſe,& hæreditatem repudiaſſe.

Nec aduerſatur, ſi diceretur iſtud poſtremum
non habere locum in caſu noſtro,cum ipſa Pane
ſia nihil petierit, tanquam creditrix eius patris,
quia reſpondetur, quod cum à fratre petierit do-
21 tationē,& ea ad officiū paternum ſpectaret dr̄ de
bitum hæreditarium, l.fi. C.de dot.præmiſſ.atq;
cenſetur ius hæreditatis remiſiſſe,cum præſertim
capita ſint inter ſe diſſidentia conſiderata, etiam
in perſona fratris iuxta doctrinā Bart. in ea.l.re-
22 cuſari, C.de acq. hæred. quia ſi vult habere ratā
dotationem neceſſario infert hæreditatis abdica
tionem,cum vtrumq; habere non poſſit.

Nec refragatur ea excuſatio quod errauerit,
quia cum agatur de lucro, nempè de hæreditate
non admittitur hæc erroris excuſatio, cum præ-
ſertim in eo loco adſit magna copia peritorum
23 quos facillimè potuerit conſulere, vnde etiā ceſ-
ſat remediū reſtitutionis in integrum,vt eſt text.
expreſſus,in l.1. C.de in integ.reſt. l.error facti,ff.
de iur.& facti ignor.l.fin. C.eo.& tradit Sfortius
Oddo de in integ.reſtit.quæſt.10. artic.4.& 5.&
quamuis multi,& complures etiam in delictis fla
gitiorum, & errorum ſuorum tegumenta quæ-

rant,excuſationum alis,quaſi pennarũ contextu,
quas ſæpe etiam non laceſſiti vltro ad ſe excuſan
dos in medium proferunt, tamen hac executio-
nis arte,magis ſui erroris,& turpitudinis ſtultitiã
meo iudicio patefaciunt. nam magna eſt equidẽ
vis,& ſtimulus conſcientiæ,quę vbi peccauit ſen
tiens peccati onere valde premi,percupit tã gra-
uem ſarcinam deponere, & idcirco qui deliquit,
agnoſcẽs nunquã vtile eſſe peccare, quia ſemper
turpe eſt, ſæpe ẽt non laceſſitus, aut prouocatus
peccati excuſationẽ afferre conatur,quę cum ac-
cuſationẽ ſupponat, & accuſatio peccatum infe-
24 rat,inanibus excuſationib.tegendo conditas inſi-
dias,peccatũ detegit, & quo ſtudioſius excuſatio
nũ tegumentis illud ab eo opprimitur,& aſcõdi-
tur,eo magis eminet,& apparet:& propterea vul
go iactari ſolet excuſatio non petita,accuſatio eſt
manifeſta,eſt enim huius ſeculi labes,& macula,
vt quis libens, & gaudens peccatum committat,
& cõmiſſum negando abſcondat, & cõuictus ex-
cuſatione defendat, peccatumq; peccato addat,
dum culpæ,quam contraxit,patrocinium defen-
ſionis,& excuſationis confugium adiungit, cõfeſ
ſioniq; non pęnam dans,ſed defenſionem,delicti
ſuppliciũ mirificè auget.quandoquidem ſicut mi
tigat iudicem pudor reorũ,ita etiam excitat per-
tinacia denegantium,nam proximum ad innocẽ
tem locum tenet peccati confeſſio, deſperationẽ
vero emendationis,& nocentis damnationẽ pr
ſefert,& poſtulat,impudens negantis,& deieran-
tis impudentia;nihil eſt igitur,vt quis ſua ſpontè
& vltro excuſationes, quæ ſæpe eum ſuſpectum
vbi non ſit,faciũt afferat,ſed vbi accuſetur,ſi pro
babiles & iuſtas habet excuſationes, tunc ſingu-
las proferat, nã nõ omnis qui accuſatur eſt reus,
ſed qui conuincitur, & vbi ſe erraſſe manifeſtum
eſt, potius errati veniam petat, quam velit ma-
gnum, & impudens mendacium dicendo, magis
ſe reum facere prout,& euenit ei, qui cum alium
inſcientem offenderit,ſtatim atq; ille caſu etiam
ei obuius ſit,conſcientia illatæ iniuriæ commotus
certiſſima argumenta, & indicia ſceleris dat pal-
lorem vultus,ruborem,& titubationẽ,nam nun-
quam ſecutus eſt reus animus, & quemadmodũ
mens malæ conſcientiæ proprijs agitatur ſtimu-
lis, & frontis tranquillã ſerenitatẽ perturbat,ita
vultus magna hilaritate decoratur ſi viſceribꝰ ſa-
nis grauitatẽ non ſentiat alicuius læſionis,vel ſce
leris,& per conſequens fruſtra aduerſaria defen-
dit,quod deliberatè,& ex propoſito geſſit erroris
excuſatione conſenſum excludentis, quæ mini-
mè recipienda videtur,cum non ſit veriſimilis,&
magis atque magis eius errorem ad alterum cir-
cumueniendum patefaciat.

Quinto cũ elapſi ſint 30.anni,ius ipſius aditio
nis,& immiſtionis eſt præſcriptũ,tã in extraneo,
quam in ſuo hęrede,l.licet, C.de iure delibe. vbi
25 Iaſ.dicit oẽs ita tranſire, Rom.conſ.149.num.1.
Gab.qui dicit cõem,tit.de præſcri.concl.9.nu.1.
& ita eſſe cõi conſenſu receptum, & pro indubi-
tato haberi in decidendis cauſis teſtatur Corne.
videnđ.conſ.305.num.6.lib.3.& id tanto magis
eſt dicendũ ſtãte ſtatuto ipſius Vallis diſponente:
quod ſi quis tenuerit aliquam rẽ iuſto titulo, vi-
ginti annis continuis,non poſſit amplius inquie-
tari, vnde cũ Laurentius hæres melchionis iuſto
titulo teſtamenti ea bona poſſederit 30.annis,&
eo amplius tutus eſt hac præſcriptione.

Nec obſtat ſi diceretur,licet ſit Paneſia excluſa
ex vno capite vnde liberi,non tñ cẽſeri excluſam
26 ex alio capite vnde agnati, quia illud procede-
ret,ſi alios fratres non haberet, vt declarat Gab.
relata concl.9.nu.4. Soc.iun.videndus conſ.14.
lib.3.

Nec refragatur male fidei allegatio,tum quia
ea deficit,cũ frater iuſtè potuerit credere ex præ-
dictis ipſam ſororem eſſe excluſã, tum quia Lau
rentius tanquã ſucceſſor in alterius locũ iuſtam
habet ignorantiæ cauſam, tũ quia Curſus iſtius
temporis maximè iunctus alijs actis poſitiuis,de
quib.ſupra ſcilicet enuntiationes Fratris, ꝙ eſſet
hæres in ſolidũ, petitionis, & cõſecutionis ipſius
27 dotis, operatur effectũ renũtiationis,hęreditatis,
iuxta doctrinam Bar. in ea.l.recuſari in qua non
cadit diſtinctio bonæ,vel malæ fidei.

Sexto id eo magis dicendũ eſt,cum ipſa Pane
ſia viuens non adiuerit ipſam hæreditatẽ, & ex-
ploratiſſimi iuris ſit eã non poſſe tranſmitti ad ip
28 ſam ſororem,quæ non eſt ex ſuis hæredibus, ſed
extranea,l.qm ſororem, C.de iur.delib.l.ſi infan
ti,verſ.ſin vero,eo.tit. l.vnica, §.in nouiſſimo, C.
de iur.delib.l.ſi ex plurib.ff.de ſuis legi. hæred.&
com.dicit Ant.Gom.var.reſol.titu.de vltim.vo-
lunta. ſub titu. de tranſmiſſione hæredita.cap.9.
num.1.

Nec officit, ſi diceretur ex teſtamẽto facto ab
ipſa Paneſia,in quo inſtituit dictã Iacobinã in il-
lo iure,quod ſibi cõpeteret occaſione hęreditatis
paternę,cenſeri adiuiſſe,quia contrarium,eſt lon
gè verius, qñquidem verba aditionis hęreditatis
debeant eſſe talia, quæ nullã habeant dubitatio-
29 nẽ,ſed ſint clara, & diſpoſitiũa, vnde ſi quis dice-
ret, volo adire hæreditatem,non cenſetur eã adi-
re,vt tradit Barto.in eaſđ l.gerit, num.10.l.ſerui
electione,vbi Ripa num.17.Alc. num.7. de leg.
1.& tradit Guliel. Bened.in repetit.cap. Raynu-
tius,in verbo,mortuo itaque teſtatore, el primo,
num.357.

Rurſus illa verba cum ſint ambigua reſpectu
iuris,quod ſibi competeret, non ſunt apta ad in-
ferendam aditionem, imo magis præſupponunt
prætenſionẽ ſupplementi ipſius dotis, cum ipſa
Iacobina, quæ non habebat aliquod ius ſucceſ-
ſionis, quia fuerat à patre dotata,fecerit ſimilem
inſtitutionem,& diſpoſitionem,& ſic cum verba
ſint dubia, & ad aliud referri poſſint, non apta
ſunt ad inferendam aditionem, imo etiam ex
mandato dato ad adeundum non videtur eſſe
inducta aditio, ſed requiritur actus executio,
& ſic cum interim actus in pendenti, & ancipiti
ſtatu

30 ſtatu remaneat aditionem nõ infert, vt latiſſimè comprobat Franchus videndus deciſ.60. per totam additur præterea iam ante ipſum teſtamentum ius ipſius aditionis eſſe præſcriptũ, vnde nec adiri, nec tranſmitti poterat, cum non ſubeſſet, & cum teſtamẽtum ipſum vires ſumat à die mortis non poteſt dici, quod hæreditas fuerit ab ipſa Paneſia adita dum viueret, prout requiritur ad effectum tranſmiſſionis.

Septimo cum anno 1571. ipſa Paneſia cum conſenſu agnatorũ, & ſeruata forma recitati ſtatuti, verbis, & facto dictam dotationem approbauerit, cenſetur omnino excluſa ab ipſa ſucceſſione, quia ſicut ſi à principio agnatorum ipſe cõſenſus interueniſſet eſſet omnino excluſa, ita & pari ratione idem dicendum eſt, cum ille poſtea ſuperuenerit, cum ſemper dicatur factus cum cõſenſu dictorum agnatorum, & ſeruata ſolẽnitate
31 ſtatuti, vt in fortioribus terminis ſtatuti requirentis cõſenſum ad integrandã perſonam, vt ſcilicet poſtea poſſit adhiberi, ex l.fi.ad Maced. cenſuit Tiraq.de legibus connub.in verbo, de ſoi marit. gl.8.quæſt.10.nu.91. & quamplures alios refert interpres ad ſtatutum noſtrum Mediola. c.328. num.470.alias ſequeretur, quod inductum ad fauorem, retorqueretur in odiũ, & hoc præſertim cum ſtatutum ipſum velit, quod ſimplex etiam oblatio dotationis ſufficiat ad excluſionem. vnde iſte conſenſus, quandocunq; adhibeatur, validã faciet iſtam dotationem etiam ad effectũ excluſionis, cum maximè conſtat ex dicto inſtrumẽto anni 1571.eam approbationẽ ita ſolemniter factam fuiſſe ad effectum excluſionis, tum quia admiſit, & teſtata eſt fratrem hæredem vniuerſalẽ, & quia ſimplex confeſſio non egebat tali conſenſu, & tanta ſolẽnitate, quæ ſuperuacanea cũ tanto miniſterio, & apparatu adhibita fuiſſet, & propterea diligẽter vidẽdũ eſt, quid cũ his mulierib. agas, quæ neq; ius neq; bonũ neq; æquũ ſciunt, melius peius, proſit, obſit, nihil videt, niſi quod lubet. Nec reſiſtit, quod non interuenerit cõſenſus
32 cognati, quia ille non aderat, & qui dicit illum adfuiſſe tenetur id probare, vt tradit Lamber.de contrac.mul.glo.12.quæſt.1.& 2.

Nec nocere debet, quod id actum ſit non cum fratre, ſed cum hærede fratris, quia cum facta ſit ſub cõmemoratione prioris dotationis, illã confirmat, & ſtatutum ſolum conſiderauit, quod cõſenſus ille interueniret ad tollendam ſuſpicionẽ ne congrua dos ſine agnato authore diceretur, vnde ſufficit, quandocunq; interuenerit, cum ratio ſtatuti ea fuerit, quia de fratre non confidebat in dotãda ſorore, quæ tamen in caſu noſtro, tam ex ea ſumma dotis, quæ confecta fuerat à patre al-
33 teri ſorori, quam ex qualitate ipſius viri, & more ipſius regionis aptè, & cõgruenter, & valdè decẽter dotata dignoſcitur, vt tradit Dec. conſil.26. vnde videtur plene ſatisfactum rationi ipſius ſtatuti, quæ tanquam vnica pro expreſſa habetur,
34 ex traditione, glo.in l.quamuis, C.de fideicomm. Atque ideo ceſſante ratione ſtatuti, debet ceſſare etiam ipſum ſtatutum, vt in ſimili tradit Alexã. videndus conſil.97.nu.5. vol.1.& latiſſimè Plotus in l.ſi quando, nu.330.& nu.367.C.vnde vi,
35 & quæ ratio, vt etiam viua voce in cõcertatorio iudicio coram Excellent. Senatu dixi, debet plurimum valere apud ampliſſimum hunc ſenatorium ordinẽ qui maximè æquitatem ipſam ante oculos habet, cum ius ſummum ſæpe ſumma malitia ſit, & qui illud etiam ſpectabit quod ſcilicet, bona ipſa ſunt penes agnatum; cui ſtatutum ipſum maximè voluit eſſe proſpectum.

Quare precatur ipſe Teſta, vt dignetur idem ſapientiſſimus, & æquiſſimus ordo, vel cauſam ad eius fauorem decidere, cum maximè ipſa Iacobina prole careat, & propter ætatem de ea ſuſcipienda omnino deſperet, & ſit ſeducta ad hãc litem iniuſtam intendendam, à nonnullis inimicis ipſius adoleſcentis Teſtæ, vel ſaltem cauſam, & partes remittere ad iudicem delegatum, qui viſis videndis, & probatis probandis iuſtitiam inter partes faciat, vel ad arbitros, poſtquam inter cõpulſos agitur eligẽdos, vel in dicto loco Varalli, vel in præſenti ciuitate, vbi dicta mulier aduerſaria maluerit.

Laus vni & Trino Deo

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO IOAN. ANTONIO Gaffurio.

ARGVMENTA.

Damnum ex incendio, vel aliter vbi illatum ſit, an & quando communitas teneatur, ſi ex iure municipali maleficium, ſeu malefactorem non conſignet.

Pœna legis, vel conuentionis, an & quãdo à iudice minui, vel augeri poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Incendium qui dicit caſu, vel fortuitu eueniſſe id probare debet.*
2 *Incendium ſine culpa non cenſetur regulariter factum.*
3 *Damni emendatio non obtinetur ex ſola culpa præſumptione, ſed ea probari debet.*
4 *Ad damnum agens ſatis fundatam habet intentionem ex illato damno, ad communitatem autem pertinet, vel malefactorem conſignare, vel damnum reſarcire.*
5 *In fortuito caſu, qui ſe fundat, debet duo probare, ſcilicet caſum, & quod nulla eius culpa præcedat.*

6 *In culpa lata is eſſe dicitur, qui id attentat, quod alij omnes non feciſſent.*
7 *Lata culpa ad damnum reſarciendum obligat.*
8 *Culpa reus eſt, qui ad id non proſpicit, quod facilè accidere poſſet.*
9 *Culpa leuis, quæ ſit, quævè lata.*
10 *Culpa leuis in committendo admiſſa ad damnum reſarciendum obligat.*
11 *Ignis ſi egreſſus fuerit agrum alicuius, & comprehẽderit frugem vicini debet damnũ emendari.*
12 *Inſtantiam non habẽt iudicia criminalia, nec quæ eorum vices ſuſtinent.*
13 *Incendium euenire poteſt vi vẽtorum, & fulgoris.*
14 *In negatiua propoſitione etiam improbabili, qui ſe fundat ꝓbare tenetur, vel ſe à iudicia abſtinere.*
15 *Exceptionem, vel executionẽ qui proponit eam probare debet maximè ſi verſemur in genere prohibitorum.*
16 *Qualem quis ſe facit, vel alium dicit pro ſuæ intentionis fundamento probare tenetur.*
17 *Statuti qualitates probare debet, qui ex ſtatuto agit.*
18 *Statuti tempus qui non ſeruat, cenſetur eius formam negligere.*
19 *Incendiũ caſu fortuito qui dicit eueniſſe debet probare, itemq; quod culpa caſum non præceſſerit.*
20 *Conductor non tenetur ex natura contractus de caſibus fortuitis.*
21 *Locator tenetur ſucceſſiuam patientiam præſtare, vt conductor poſſit vti, & frui.*
22 *Conductor ẽt ſi caſum fortuitum in ſe ſuſcepiſſet adhuc tamen non teneretur, quando caſus eſſet inſolitus.*
23 *Caſus vnius ſpeciem in ſe ſuſcipiens tenetur ad ſimilem, in quo eadem inſit ratio.*
24 *Ex incendio, & fulgore orto tanquam valdè inſolito, tenetur villa reſarcire damnum ſi ſtatutũ velit, vt emendet damnum, ex incendio datum.*
25 *Pœna conuentionis tollit pœnam legis.*
26 *Pœnam ſi ſtatutum imponat pro aliquo delicto à iure cõi diuerſam cenſetur illa iuris cõis abrogata.*
27 *Iudicata res pro veritate habetur.*
28 *Iuramento res deciſa, & longo vſu obſeruata vim tranſactionis obtinet.*
29 *Inſtrumenta ex ſũis ſuperinde ſecuta, & ex obſeruantia partium tranſeunt in perpetuam fidem.*
30 *Pœna legis nouatio inducta cenſetur, ſi conuentum fuerit, ne exigatur pœna maior conuenta.*
31 *Iudex inferior nequit legis pœnam augere, tanto minus conuentiones.*
32 *Pœna vbi ex aliquo cauſa ſit mutanda, conſulẽdus eſt princeps.*
33 *Fundum alienum ne quis ingrediatur prohiberi poteſt, & ſi cõtra fiat tenetur actione iniuriarum, quæ iudici arbitraria videtur.*
34 *Arbitrium iudicis ceſſat in determinatis à iure.*
35 *Prouiſio hominis cenſetur appoſita ad nouandam iuris communis diſpoſitionem ſi id appareat.*
35 *Expreſſum dicitur quod venit per relationem ad aliud, quod certum ſit.*
37 *Legis, & proclamationis natura eſt futuris prouidere negotijs.*
38 *Conuentionis proprium eſt imponere, vel tollere pœnam non natam, ſed naſcituram.*
39 *Negans oratio ſignificat priuationem, & affirmat poſitionem,*
40 *Negatiua præcepta obligant ſemper, & ad ſemper affirmatiua non item.*
41 *Pœna appoſitio legis prohibitionem nõ tollit.*
42 *Arbitrium ſuum iudex nequit grauiter excedere, ſed debet eſſe rationis ſale conditum, & decentia vinculis conſtrictum.*
43 *Communitati qui ſeruit, nemini ſeruit, & cur ſæpe adeo ſoleat eſſe in ea confuſio.*

CONSILIVM CCLXXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SAtis præclarè fundatam, & accuratè extructam habet eius actionem Io. Antonius Gaffurius aduerſus cõmunitatẽ Abbiati, vel ad reſarciendũ damnum paſſum in nemoribus ob graue incendium ſecutum, vel cum eadem communitas nemora locauerit ad faciendam mercedis debitam remiſſionem.

Nam ex iure noſtro de criminibus agente, ca. 97. & ciuili, cap. 375. in 2. vol. cauetur vbi damnum datum, vel factum ſit noctu, vel interdiu per incendium, teneatur communitas intra triduum conſignare maleficium, ſeu malefactorem, quod ſi non præſtiterit, compellatur reſtituere, & reſarcire damnum iuxta memoratorum ſtatutorum diſpoſitionem, vnde cum conſtet de ipſo incendio ex inſpectione, & viſitatione à prætore facta, & ex aliis probationibus tenetur ipſa cõmunitas, ſiquidem incendium oritur, aut facto ho-
1 minis, aut facto naturæ, aut dubitatur, & propterea cõmunitas tenebitur, niſi legitimè doceat id cõtigiſſe facto naturæ, nempè ictu fulminis, & ſic vi diuina, cum nubium ardor vehemẽter expreſſus, ſe terribili aſpectu emittat, & repentè percutiat, vel aliter caſu fortuito, quem aliqua tamen non præceſſerit culpa, vt acutè admodum in terminis diſtinguit Bal, omnino viden. cõſ. 174. lib. 2. vbi enim facto hominis id euenerit, vel dubitetur, ſemper vniuerſitas tenetur, & cum incendiũ ex regulis iuris præſumatur ab homine factum, quia eſſet quodammodo mirabile miraculũ ſumma admiratione dignũ, vt incendiũ fiat, & à nullo fiat, idq; crebrius accidat, & lex ad ea, quæ frequentius contingunt ſe accommodet merito, qui agit cõtra cõitatem ſatis ex hac ipſa regula, & iuris præſumptione firmas habeat ſuæ intentionis vires, & vbi vniuerſitas excipiat de caſu fortuito, ei id probationis onus imponitur, cum ſtatutum ad id eam obliget, etiam ſi incendiũ fuerit occul-

occultum, quia noctu factum ſit, & ſic ignoretur, à quo excitatum ſit maximè, quia incendio probato eſt fundata data intentio contra incolas, & habitatores loci, in quo factum eſt incendium,
2 quod deflagrauerit, cum ex iure regulari ſine culpa non cenſeatur factum incendium, vt commu. dicit ex alijs Maſcardus tractat. probationum in verbo, incendium concluſione 893. num. primo, & quamuis crebrius videatur, vt ex ſola hac cul-
3 pa præſumptione actoris intentio non ſit fundata, quod pertinet ad obtinendam damni emẽdationem, cum ſit præſumptio indeterminatæ perſonæ, quæ non ſufficere videtur, vt fatetur preſes Menochius de arbitrarijs iud. caſu 390. num. 4. attamen cum lex noſtra municipalis obliget cõmunitatem ad cuſtodiam, & ad conſignandum
4 malefactorem, & ceſſet difficultas indeterminatæ perſonæ, quia lex id onus vniuerſitati imponit, rectè fundata videtur intentio actoris ex facti probatione, vt reſpondit in terminis Baldus eod. cõſil. 174. lib. ſecũdo, & alij complures relati à Menochio, & Maſcardo iam excitatis locis, & ab interprete ad ſtatutum noſtrum, cap. 375. numero 23. volum. 2.

Et cum tempus, quo conflatum dicitur hoc incendium, non ſoleat terris tonitrus, & fulmina mittere, cum menſe Februarij id eueniſſe dicatur ceſſat ratio vis diuinæ propter fulgoris fulmen, & eo magis præſumendum eſt id eueniſſe facto,
5 & culpa hominum, & qui ſe fundat in caſu fortuito duo probare debet ſi ad cuſtodiam ignis, vel alterius maleficij aduigilare tenetur nempè caſum, & quod nulla eius culpa præcedat, vt probat idem Maſcardus in verbo, caſum fortuitum, concluſione 271. num. 6. & in verbo, caſus naufragij concluſione 272. num. primo, & quarto, & ideo licet feratur id contingere impetu, & vi ventorum, qui ignem extra nemora excitatum intulerint in nemora, tamen cum hunc caſum præcedat culpa, & quidem in committendo, tum quia eo tempore ignis fieri non debebat, atque ideo cum id factum ſit quod alij omnes non feciſſent, is qui inconſultè, & temerè, adeoque negligenter
6 id attentauit, & egit, dicitur eſſe in lata culpa, vt tradit Alba videndus conſil. 309. num. 15. tum quia ita moderatè ignis faciendus erat, & ita longè procul ab ipſis nemoribus ne ſerperet in proximos lucos cum præſertim tunc grauis inciderit vehementi flamine ventus, quibus caſibus, cum non agatur de ſimplici, aut leuiſſima culpa in omittendo, ſed potius de lata culpa, rectè ad dãni
7 emendationem tenetur, vt latiſſimè probant relati à Maſcardo in verbo, culpa an præſumatur, concluſione 478. num. 5. & facit l. latæ culpæ, ff. de verbor. ſignific. glo. in l. quod nerua, ff. depoſiti, & pulchrè proſequitur doctiſſimus Alciatus noſter conſi. 133. num. 5. & 6. lib. 5. & culpæ reus eſt, qui belluarum more, quæ ante oculos habet,
8 tantum inſpicit, & ad id non proſpicit, quod accidere facilè poſſet, vt ait Crauet. conſil. 353. num. 28. & 262. num. 30. & culpa leuis dicitur, quãdo ſit, vel non ſit, quod diligentes homines feciſſent, vel non feciſſent, lata vero, quando id ſit, quod
9 communiter homines non feciſſent, vt affirmat Corneus conſil. 103. num. primo, & ſecundo, volum. primo, & quamuis culpa leuiſſima non ſoleat obligare ad damni emendationem, tamen id intelligitur ſi fuerit in omittendo, ſecus in committendo, & tanto magis ſi fuerit leuis, vel lata
10 prout hæc eſt, vt diſtinguit Didacus epit. ſponſalio. ſecunda parte, cap. 6. num. 14. & cum communitas intra triduum ad formam ſtatuti maleficium non conſignauerit ad formam ſtatuti, non videtur dubium, quod ipſa tenetur pro indeterminata, & incerta perſona, quę incendium admiſerit, vel fecerit, & ideo ſacra ſcriptura exod. ca. 22. dicit ſi egreſſus ignis inuenerit ſpinas, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes
11 in agris, reddet damnum qui ignem ſuccenderit, vt refert idem Maſcardus eo caſu 390. num. 14. quod magnam habet rationem, cum damni occaſionem is ipſe dederit, atq; ideo damnum dediſſe rectè cenſeatur, ad ipſamque vniuerſalitatẽ maximè pertinet curare ne homines nequam malæque conditionis in ea verſentur, & propter hanc excitandam cuſtodiam ſtatutum in factum fuiſ-
12 ſe videtur, & cum hæc iudicia, iudiciorum criminalium participent naturam, non videntur habere inſtantiam, vt ſcribit in terminis Alba conſil. 285. num. 3. & 5. & ibidem eius additio complura, & complures addit, quæ cum ita ſe habeant.

Minimè obſtant, quæ contra afferuntur deſumpta ex additione interpretis ad prenarratum ſtatutum noſtrum, cap. 375. vol. 2.

Et primo dum dicitur id potuiſſe euenire fulgure, vel vi ventorum ex relatis ab interprete,
13 num. 24. quia reſpectu fulguris id ceſſat propter temporis, vt dixi, qualitatem, ratione ventorum debet doceri, vt ſuperius diximus, quod culpa caſum non præceſſerit, quam tamen præceſſiſſe potius dicendum eſt, cum eo tempore, & in loco adeo nemoribus propinquo non eſſet incendium excitandum, idque demum procedit, vbi caſus ſine culpa probaretur, qui minimè hoc caſu probatur, imo magis culpa conuincitur ex temporis & loci qualitate.

Ad ſecundum, quod debeat culpa probari, dicitur in dubio præſumi ex magis communi, imo cum communitas ſuæ excuſationis fundamentũ faciat in caſu fortuito, tenetur cum nulla præcedente culpa probare, & ſatis fundatam habet actor intentionem ex incendij probatione, debetque vniuerſitas, quæ ad cuſtodiam tenetur demonſtrare ſine culpa id eueniſſe, & cum termino à ſtatuto præfixo nec malefactorem conſignauerit, nec tale quid docuerit vnde excuſetur, diluitur argumentatio.

Ad tertium iam ſatis abundè ſuperius demõſtratum eſt ex ſtatuto, & incendij probatione, actorem ſatis firmam habere intentionem, vnde

ſi communitas vult ſe tueri eo excuſationis caſus
fortuiti tegumento, debet eum legitimè probare,
Ad quartum pertinet ad cõmunitatem, quæ
vult ſe defendere ea etiã excuſatione, quod ma-
lefactorem capere non potuerit probare hãc qua
litatem; nam crebrius eſt, vt qui ſe fundat agen-
14 do, vel excipiendo etiam in negatiua improbabi
li teneatur eam omnino probare, vel ſe abſtinere
ab huiuſmodi excuſatione, & allegatione, & po-
tius tacere, cum melius ſit aliquid non attenta-
re, quam inconſideratè attentatum ob non præ-
uiſam, magnam difficultatem impudenter deſe-
rere, & poſtea dolentem exclamare eheu quam
ſcopuloſo, difficiliq; loco verſor, ab initio id non
cogitaui, an neſcis ſapientis non eſt dicere non
putarum, vt tradunt Abb. in cap. bonæ il primo,
num. 14. de electione, & electi poteſtate. Imola
poſt alios in l. in illa colum. 4. de verbor. obligat.
& cum ſimus in genere prohibitorum, eo inſpe-
cto quod frequentius euenire ſolet, qui excuſa-
15 tionem proponit, vel exceptionem debet eam
probare, vt fusè proſequitur Maſcardus de pro-
bation. concluſione 686. in verbo exceptio, vbi
eſt fundamentum, & concluſione 706. in verbo,
excuſatio,

Ad quintum ad communitatem ſpectat ex
ſtatuti lege conſignare maleficium, vel eum talẽ
indicare, & probare, vt non teneatur conſignare
propter qualitatem in eo exiſtentem, puta, quia
ſit clericus, & qualem quis ſe facit, vel alium di-
16 cit pro ſuæ intentionis fundamento tenetur pro-
bare, Bartolus in l. non ignorat. C. de accuſat. &
probat idem Maſcardus concluſ. 1253. in verbo,
qualem quis ſe, num. 1.

Ad ſextum licet verum ſit, vt qui agit ex ali-
17 quo ſtatuto debeat probare qualitates ſtatuti, l.
4. §. docere vi bonorum raptorum, Curtius ſen.
conſil. 60. num. 7. Maſcardus concluſione 1254.
in verbo, qualitas, num. 9. attamen cum ſtatutũ
non obliget actorem niſi ad probandũ damnum,
& illud propter incendium eueniſſe viſitatio lo-
ci, & res ipſa, & teſtes recepti comprobauerint,
videtur obligationi ſibi impoſitæ ſatisfeciſſe, vn-
de ſi communitas pro eius defenſione aliquas ex
cuſationes proponat, tenetur illas legitimè pro-
bare, cum illæ ſint ſuæ exceptionis, & intentionis
fundamentum, & cum ex ſtatuti diſpoſitione in-
tra triduum deberet fieri conſignatio, debeat ea
etiam probatio intra illud tempus fieri, vnde qui
tempus ſtatuti non ſeruat cenſetur eius formam
18 negligere, vt ait Baldus in authent. quæ ſupplica
tio, C. de precibus imper. offerend. & tradit Ale-
xand. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de ver-
borum obligat.

Quatenus igitur communitas excipit incen-
dium caſu fortuito eueniſſe, cum ſtatutum eam
obligare videatur ad cuſtodiam debet id proba-
re, & ſimul, & ſemel, quod aliqua culpa caſum
19 non præceſſerit, vt ſcribit Baldus eod. conſi. 174.
ſub num. 2. lib. ſecundo, & alij complures relati à
Maſcardo ead. concluſione 171. num. 6. etiã ad-
do Boſſium titu. de remiſſione mercedis conduc.
num. 81. Carotium, trac. locati ſub titu. de caſib.
quæſt. 11. ſecundum vltimam impreſſionem fol.
174. ſin minus tenetur ex ipſius ſtatuti decreto
damnum reſarcire, vt quotidiè paſſim ſeruatur,
& alias in ipſamet vniuerſitate obſeruatum fuit,
dum anno 1594. eadem communitas condemna
ta fuit ad ſoluendas libras octocentum Capita-
neo Pompeio Mirabiliæ ratione incendij ſecuti
in tugurio ſeu, vt dicitur capſina Mirabiliæ, &
quæ poſtea ſolutæ fuerunt ex ſententia Diony-
ſij Oldoni cauſidici Mediolanenſis arbitri à par
tibus electi.

Sed ſi caſus etiam fortuitus probaretur, quem
aliqua non præcederet culpa, adhuc communi-
tas deberet Gaffurio conductori remiſſionem pẽ
ſionis facere cum apud omnes receptiſſimum ſit,
20 vt conductor non teneatur ex natura contractus
de caſibus fortuitis cum ſit fato prudẽtia minor,
mutari enim facta non poſſunt, vt notatur in l.
in rebus, ff. commodati, l. quæ fortuitis, C. de pi-
gno. act. Decius in l. contractus, num. 33. ff. de re-
gul. iuris, & locator tenetur nullo temporis inter-
miſſo puncto pati, vt conductor poſſit vti, & frui,
21 l. ex cõducto, & l. ſi quis domum, ff. locati, & hoc
eſt maximè dicendum, quando damnum eſt gra-
ue, & ferè intolerabile, vt eſt hoc quia etiam ſi cõ-
22 ductor ſuſcepiſſet in ſe caſum fortuitum, tamen
adhuc non teneretur, quia caſus eſſet inſolitus, vt
tradit Boſſius, eod. titu. de remiſſione mercedis à
num. 56. vſq; ad numerum 87. & Carotius trac.
locati, ſub. titu. de caſibus, num. primo, & ſecũdo,
ſecũdum vltimam impreſſionem, fol. 170. & ſub
titulo. de incendio vbi videatur, qui ea multa ad
rem latè congeſſit, fol. 178. ſecundum vltimam
impreſſionem, maximè num. 46. 47. & num. 55.
& num. 78. 79. & 80. & ſecundum primam im-
preſſionem, fol. 53. & 54. & hoc ſine dubitatione
videtur recipiendum, in præſenti caſu, cum con-
ductor ſibi lege pacti cauerit, vt vbi propter vena-
tiones in ipſis nemorib. vel eorũ parte illatũ eſſet
aliquod damnum teneretur communitas loca-
trix ei, vt ſuis vtar verbis, illud debitum facere re-
ſtaurum, quod per duos amicos communes adiu-
dicatum fuiſſet, vnde fit, vt ſicut ſuſcipiens nomi-
natim vnam caſus ſpeciem, ad ſimilem tenetur
23 in quo eadem inſit ratio, ita & pari ratione paci-
ſcens, vt ſibi fiat remiſſio in aliquo ſingulari caſu
eam obtinere debebit in caſu ſimili, & tanto ma-
gis maiori, qualis eſt propriè hic noſter, vt tra-
dit Rapa trac. de peſte, parte ſecũda, num. 77. præ
ſes Menochius de arbitr. Iud. caſu 80. vbi num. 5.
ait villam teneri ex incendio exorto ex fulgure,
24 tanquam valde inſolito, ſi extet ſtatutum, vt vil-
la teneatur emendare damnum datum ex incen-
dio, & Carotius relato trac. locati, ſub titu. de ca-
ſibus, quæſt. 3. per totam, fol. 171. ſecundum vlti-
mam impreſſionem, & fol. 53. ſecundum primã
impreſſionem.

Quæ

Quæ cum ita ſint vniuerſitas ipſa alterum de
duobus effugere nequit, vel reſarciat damnum ex
ipſa municipali, l. vel ſaltem vbi ad id non teneri
contendat, quia agatur de caſu fortuito faciat lo-
catori eam penſionis remiſſionem, quæ pro dam
ni qualitate digna iudicabitur cum bonæ fidei
conueniat, vt à tanti damni iactura, & calamita
te, quæ præter conductoris culpam euenit, & vn-
de ſubſtantia rei locatæ quaſi perijt, integer, in-
columis, & ſaluus ſeruetur.

Quod vero pertinet ad alium punctum in quo
idem Gaffurius vti procurator vniuerſitatis Vn-
gij quærit an præceptum conceſſum à prætore
Intri ad fauorem hominum Cambiaſcæ effectus
vt ſcilicet, homines Vngij non audeant excedere
aut præterire Vallem magnam cum eorum be-
ſtijs, & hoc ſub pœnis iniuriarum turbatæ poſſeſ
ſionis, vis moleſtatiuæ, & alijs pœnis iuris, & ſta
tutorum, nec non & ſcutorum centum auri pro
qualibet perſona contrafaciente, & excedente, vt
ſupra, & qualibet vice, ac etiam ſcutorum decem
pro qualibet beſtia dictorum de Vngio excedē-
te, vt ſupra, pro qualibet vice, vt ſupra applican-
da comitali cameræ in caſu inobedientiæ, hacte-
nus verba præcepti eſt meo iudicio omnino abro
gandum, nam ſi ius noſtrum municipale inſpicia
mus ſub tit. de pœnis ordinatis contra damnum
dantes, cap. 364. in ſecūdo, imponitur pœna pro
qualibet beſtia groſſa, & pro qualibet vice aſſium
quinq; & pro beſtia minuta ſolidorum duorum
applicanda damnum paſſo, & ex antiquiori ſta-
tuto, a quo hoc nouiſſimum fuit deſumptum erat
impoſita pœna ſolidorū trium tertiolorum pro
qualibet beſtia groſſa, & pro minuta ſolidi vnius
tertiolorum.

Si vero intueamur, quod magis ſpectandum
eſt, ſcilicet tranſactionem initam anno 1481. in-
ter homines vtriuſq; cōmunionis apparet fuiſſe
conuentum, vt homines Vngij poſſent, vt ſuis
verbis vtar, paſculare cum eorum beſtijs tā groſ-
ſis, quam minutis vſque ad vallem magnam Lu
ciaſcam ſine aliqua menda, & ſi præterierint, qđ
poſſint accuſari per ipſos de Cambiaſca videli-
cet in ſolido vno pro qualibet perſona, & quali-
bet vice vltra damnum datum, & ſic pœna ipſa
legis municipalis fuit partium conuentione dimi
nuta, quod cum ageretur tantum de priuato cō-
25 modo potuit rectè fieri, nam pœna conuenta tol
lit eam quam lex conſtituit, l. fin. C. de pactis cō-
uentis, & latè probat Gabriel libro commun. tit.
de regulis iuris, concluſ. 8. num. 1. & in proprijs
terminis pœnæ legis, & conuentionis, vt hæc il-
lam tollat, communem probāt videndi Octauius
Vulpellus, trac. de tregua, & pace, quæſt. 52. nu.
3. Ancharanus conſil. 420. num. 2. Burſatus con-
ſil. 233. num. 15. & conſ. 323. num. 26. lib. 1.

Et confirmatur, quia ſi ſtatutum imponat pro
aliquo delicto pœnam à iure communi diuerſam,
26 cēſetur abrogata illa iuris communis, cum non
conueniat, vt quis duplici pœna afficiatur, & ex
conſequenti pœnam ſuſcipiat, & ſuſtineat ſuo ſce
lere minimè dignam, vt magis commun. vſu recē
ptam dicit Clarus §. fin. quæſt. 85. verſicu. debet
etiam.

Et tollitur meo iudicio omnis dubitatio ex in
ſtrumento anni 1509. quo fuit inter partes in cō
certatorio, & contentioſo iudicio declaratum, vt
maior pœna illa iam conuenta non poſſet erigi,
etiam per viam generalis proclamationis, vnde
duplex manat concluſio ad fauorem Vngiatten-
27 ſium, vna ſcilicet rei iudicatæ, quæ pro veritate
habetur, l. res iudicata, ff. de reg. iuris, Crauetta,
conſil. 79. num. 1. & quæ cum fuerit deciſa iura-
mento partium, vim habet firmiorem, imo cum
28 partium mutuo conſenſu approbata ſit, & longo
adeo vſu obſeruata vim trāſactionis obtinet, nec
amplius reſilire licet, aut pedem referre, l. 1. ff. de
iureiurando Iaſ. in l. ſi duo patroni, §. idem Iulia-
nus, num. 11. & l. eum qui, §. ſi iura vero ante nu-
merum 9. eod. tit. & inſtrumento ex ſententia ſu
29 perius ſecuta, & ex obſeruantia partium tranſeūt
in perpetuam fidem, & firmitatem, ac conſtan-
tiam, vt affirmat Crauett. conſil. 101. num. 3. &
conſil. 158. num. 1. altera eſt, quod nouatio pœ-
næ à lege aſcriptæ facta nominatim intelligitur,
poſtquam prohibetur, ne maior pœna exigatur,
30 l. fin. C. de nouat. Gabriel lib. commun. tit. de no
uat. concluſion. 1. num. 1. & num. 53. & num. 60.
61. & 67. præſes Menochius præſumptione 134.
lib. tertio.

Quæ cum ita ſe habeant, conſequitur certa
illa iuris aſſertio, vt ſcilicet iudex inferior qualis
31 eſt intri Prætor, nequeat augere pœnam legis, &
tanto minus conuentionis, & maximè in adeo
grandi ne dicam extraordinario exceſſu, ſcilicet
ſolidi pœnam, augendo ad aureos centum, & ad
aureos decem pro ſingula beſtia, nequit enim in
ferior tollere legem ſuperioris, nec debet eſſe ſe-
uerior ipſa lege, & vbi aliqua iuſta cauſa adfuiſ-
ſet, quare id fieri deberet multi interdum eueniūt
caſus digni, vt ſacrarū legum catenæ magis con-
ſtringantur, aut laxentur, & à ſeueritate paulliſ-
per ad hilaritatem, & lenitatem traducantur, cō-
ſulendus erat princeps, & Mediolani hoc iure
vtimur, l. prima, §. primo, in fin. ff. ad S. C. Turpil.
32 Decius in cap. de cauſis, num. 18. vbi vide de of-
ficio delegati, & magis communem fatentur Ti-
raquellus de pœnis legum in præfat. num. 1. & 2.
& num. 15. & Clarus §. fin. quæſt. 35. verſic. vlte
rius quæro, & verſ. non omitto in fin. præſes Me
nochius videndus de arbitr. iud. quæſt. 96. num.
18. male enim res tunc agitur cum ſeruus, qui ſer-
uiendo Domini imperio parere debeat, domino
imperans idem ipſe vult dominari, & verecūdia
amiſſa turbato decentiæ ordine ſibi ſumit quod
ſuum non eſt.

Nec offendere valent, quæ acuta admodum
coniiciuntur tela; nam primum refellitur ex ra-
tione, vt licet ex iure communi poſſit quis prohi-
33 beri ne alterius fundum ingrediatur, & ſi contra
fiat

fiat teneatur actione iniuriarum, quæ iudici ar-
bitraria videtur, l. 3. ff. de acquiren. rerum domi-
nio, §. beſtiæ, & ibi glo. in verbo ingrediatur inſti
tuta de verſar. diuiſione Clarus §. iniuria, verſic.
quæro nunquid, & verſ. ſed quæro.

Attamen hoc in caſu non conſtat, quod hoc
territorium à principio eſſet Cambiaſcorum, vn-
de inter eos deuentum fuit ad illam tranſactio-
nem ſub illis pactis, & modis, quæ pro lege ſer-
uanda eſt, maximè cum conuentum ſit, vt Cam-
biaſci poſſent & ipſi impunè ingredi territoriū
Vngiatenſium, modo loca circumſpecta non fo-
rent, aut ſepibus munita.

Secundo reſpondetur tam ex ſtatutis ipſis,
quàm ex inita tranſactione, & ſubſecuta tam diu
obſeruantia pœnam aliàs ex iure communi arbi
trariam determinatam fuiſſe, vnde merito ab ea
non eſt recedendum, præſertim, vt iam probaui-
mus ab inferiore iudice, cum arbitrium ceſſet in
34 definitis à iure, vt explicat Præſes Menochius in
procemio tracta. de arbitrariis iudicum, nume. 1.
& infra.

Ad ſecundum reſpondetur, ſi etiam ſpectemus
legis diſpoſitionem non potuiſſe iudicem inferio
rem, vt ſuperius probauimus, eum abrogare, &
idcirco eius pręceptum eſſe omnino de medio tol
lendum, tanquam iuſti, rectique moderatam me
tam longè multum tranſiliens, vnde fit, vt pecca
tum inſit, cum peccet, qui iuſtitiæ fines, tanquam
lineas tranſit, quod cum fecerit culpa commiſſa
eſt. Secundo dicitur cum ex inſtrumento anni
1509. conſtet de aperta mente contrahentium,
quod nouare voluerint legis diſpoſitionem, qua-
tenus iudicatum fuit, vt vltra ſolidum non poſſet
pœna exigi, nec per viam generalis proclamatio
nis, nec aliter, non poteſt locum habere diſpoſitio
gloſ. l. ſecundæ. in verbo, repellere, circa medium,
C. de iure emphyteu. quia illa procedit in dubio,
35 ſecus ſi verſemur in claris, quod ſcilicet prouiſio
hominis fuerit appoſita ad nouandam etiam iu-
ris communis diſpoſitionem, vt declarat Iaſ. ibi-
dem nume. 143. verſicu. inter cætera, & Gabriel
libro communium, titu. de regul. iuris. concluſio.
8. nume. 5.

Ad tertium reſpondetur conuentionem anni
1481. reſpicere tempus futurum, & ſententiam
anni 1509. vtique continere pœnam tam præte-
ritam, quam futuram, cum ſe referat ad recitatū
inſtrumentum anni 1481. quod, vt dixi, continet
vtrumque tēpus, & ſatis expreſſum dicitur, quod
venit ex re ad aliud quippiam, quod certum ſit
36 relata, etiam vbi de pœna agatur, vt probat Tira
quellus de legib. connubialib. glo. 7. in verbo, ex-
prez. num. 186. & id fit clarius poſtquam irritam
facit proclamationem, ſeu edictum ſuperinde fa
ctum, quod cōtinebat tempus futurum, prout eſt
37 natura legis, & proclamationis, cuius ſunt præci-
puè partes futuris prouidere negotiis, facta iuſto
rum, iniuſtorumque diſtinctione, & ſupplicio im
probos afficiendo, bonos autem defendendo, &
tuendo. l. leges, la 2. C. de legibus. Imo proprium
conuentionis eſt non tantum imponere, vel tollē
38 re pęnam non natam, ſed naſcituram, vt inquit
Iaſon ead. l. 2. num. 143. verſ. aliter etiam limitat
Bal. in d. l. fi. C. de pact. conuen.

Ad quartum dicitur pęnam fuiſſe indictam ad
nouādam diſpoſitionem legis, & per conſequēs,
vtriuſque fauorem conſiderari, maximè cum pę
na legalis eſſet maior, & compenſatio poſſet ex-
cogitari, ex quo Vngiatenſes etiam de ſuo conce
dant Cambiaſcatēſibus, vt ſcilicet poſſint in ſuū
territorium beſtias abigere, & depaſcere, quod a-
lias non licuiſſet, quod cōtra adducitur, maximè
procedit, vbi ex conuentione pęna legis fuerit au
cta, & non diminuta.

Ad quintum, & vltimum reſpondetur, tranſa
ctionem anni 1481. non eſſe conceptam verbis
prohibentibus, ſed affirmatiuis, nempè poſſint, &
valeant &c. & ſi præterierint, ſoluant dammum,
39 & ſolidum, & ex conſequenti termini ſunt valde
diuerſi, quia negans oratio ſignificat priuationē,
ſed affirmans poſitionem, & in caſu noſtro quali
ficatam, vt ſentit Bart. in l. ne codicillos, C. de co-
40 dicillis. & facit, qui præcepta negatiua obligant
ſemper, & ad ſemper, affirmatiua non item, Bar
tol. in repet. l. creditores, ſub num. 2. C. de pigno.
Abb. in c. nouit, ante num. 35. de iudic. præterea
41 concedimus pęnæ appoſitionem non tollere le-
gis prohibitionem, vt inquit Salycetus ea. l. vſur-
pationem. C. de vectigal. & commiſ. ſed conten-
dimus, & iuſtè quidem pęnam ſi contra prohibi
tionem fiat, non ſubiri, niſi ad præſcriptum mo-
dum legis, vel conuentionis, à quo cum prætor i-
ſte adeo grauiter vltra centuplū exceſſerit, quod
42 fieri nec potuit, nec debuit, vt ſcribit Præſes Me-
noch. de arbitr. iud. caſu 260. num. 4. merito eius
præceptum vti iniquum eſt, omnino à clariſſimo
appellationis iudice reuocandum, declarādo ma
lè iudicatum, & benè appellatum, aduerſarijque
hanc ipſam veritatem agnoſcentes minimè mu-
tare deberēt, quæ tamdiu obſeruata fuere, & qui
vniuerſitatis negotium gerunt, id imperitæ multi
tudini, quæ ſæpè fluctuans huc, & illuc impelli-
tur, faciliuſque folio, & pluma mouetur, & con-
trariis quaſi ventis iactata circunducitur, omni
ſtudio perſuadeant, etiamſi nonnulli rerum no-
uarum ſtudioſi cum vtriuſque vniuerſitatis detri
mento reclament. Quod mirum non eſt, nam ſi-
cut variæ ſunt hominum ideæ, ſpecieſve, atque
formę, vnde inter mille duo vultus, duęve facies,
atque figurę inter ſe vix conueniant, ita etiam di
43 uerſa ſunt mentis ſenſa, & conſilia, atque diſſen-
tientes inter ſe, & multum diſiunctæ, & diſparēs
voluntates, quo fit, vt vulgo iactetur, quot capi-
ta, quot ſententiæ ſtat ſuus cuiq; mos, & ſenſus,
& propterea mirum eſſe non debet, ſi in vniuerſi
tate, atque, vt aiunt, communitate adſit confu-
ſio, nam cum ex hominum multitudine conſtet,
neceſſe eſt, vt diſſimilitudo, & diſparitas, nedum
vultuum, ſed etiam animorum adſit, hinc fit, quo

celerior

celerior negotiis finis imponatur, vt ad vniuerſos referatur, quod fit per maiorem partem, hinc fit, vt vulgus bellua dicatur multorum capitum, hinc fit, vt qui vniuerſitati, ſeu communi ſeruit nemini ſeruiat, ſi quidem tantæ ſenſuum varietati cumulatè ſatisfacere vix nemo poteſt, & cum quilibet ad rem ſuam ſit attentior, ſuaque ipſius commoda reſpiciat, nihil, aut parum curat commoda, quæ nō ad ſingulos, ſed ad vniuerſitatem ſpectant, qui alicui Principi, vel nobili, aut honeſto viro ſeruit, præter conuentam mercedem, ſi bonam in commiſſo negotio nauauerit operam, ita vt ex ſententia illud confecerit, dominus beneficij memor palmaria quædam præmia perſoluit, atque vt beneficio deuinctum eundem perpetuo habeat, hoc idem teſtatur, vulgus autem nec grati animi fidelem memoriam, nec gratiam, nec amorem habet, inquitq, ſi communi beneficium contulit, quid ad me, ſi vniuerſitati inſeruiuit promiſſum, & meritum præmium recepit, imo ſæpe ingrata fex populi addit tantum ille ex communi auertit, ne dicam furatus eſt, vt alia remuneratione non egeat, & vbi ille vt has calumniæ accuſationes effugiat, conetur omnibus placere id in ſumma agit, vt ob ingentem opinionum varietatem, omnibus diſpliceat, & idcirco bonum non eſt ancipiti contentione in duas contrarias partes diſtrahi, & dubium & fluctuantem vacillare, & claudicare; ſed oportet ad amicitiam, fidemq; vnius partis ſe applicare, & adiungere, aut omnino nullarum partium hominem neutram in partem moueri, nam qui vtriuſque partis non fidenter, ſed dubitanter eſſe vult, nemini gratus, aut certus amicus, vtriq; parti eſt odioſus, igitur aut ad calidam, aut ad frigidam naturam accedas, nec tepeſcas, nec patiaris, vt tibi obijciatur te hominem nullius eſſe, & potius accipitris ſtercus dici poſſe, quod nec bene, nec male olet, deligas igitur prudenter partem, quam velis, illamque omnibus velis & remis ſequaris, aut omnino extra omnem aleam te conſtituas, caueaſque ne dum vtrique parti morem gerere cupis vtrique iniucundus ſis.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Biminus Mediol. I.C.

PRO ISABELLA Burſana.

ARGVMENTVM.

Filius ſi æs alienum contraxerit ſub hypotheca bonorum ſuorum, conſtituendo creditorem procuratorem in rem ſuam irreuocabilem, & poſtea alienet tot bona, quæ eius legitimam abſorbeant, an in eius legitimam imputari debeant bona in ſolutum data creditori ratione eius hypothecæ, vel tantum quæ cum translatione dominij alienata fuerunt.

SVMMAE RERVM.

1 *Legitima ius venit in generalem obligationem, & ius de ea excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem.*

2 *Creditor ex perſona ſui debitoris poteſt obijcere ea omnia quæ poterat ille opponere.*

3 *Pignus eo magis cōſtitutum intelligitur, ſi pactum adiectum ſit ad executionem iuris realis.*

4 *Creditor ſi fuerit conſtitutus procurator irreuocabilis, & in rem ſuam poteſt vtiles, & directas actiones intendere.*

5 *Creditor non impeditur vti iuribus ſuorum debitorum, vt ſuum creditum conſequatur.*

6 *Legitimam non poteſt filius ſua auctoritate eligere, ſed ei aſſignanda eſt iudicis arbitrio.*

7 *Legitima eſt aſſignanda filio à iudice non de ſingulo corpore, ſed in duobus, vel tribus corporibus eius arbitrio ex communi doctorum ſententia.*

8 *Creditor alicuius filij an poſſit ex illius perſona eligere rem quam malit pro legitima, ſicut ille poſſet.*

9 *In legitimam imputari debent alienata.*

10 *In legitimam imputantur alienata quatenus fert legitima æſtimatio.*

11 *Alienationis appellatione, an contineatur ipſa obligatio cum hypotheca.*

12 *Legitima ratione filius creditor dicitur, & illa tāquam æs alienum deducitur.*

13 *Legitima ius, item nomen debitoris poteſt alteri obligari.*

14 *Creditor qui eſt prior tempore, eſt etiam potior in iure habendus.*

15 *Creditor anterior poteſt auocare bona poſt eius obligationem alienata.*

16 *Creditor anterior, an repelli poſſit à fideicommiſſario ea exceptione, quod filius hæres grauatus tot alienauerit bona etiam poſt contractam obligationem, quæ legitimam abſorbeant.*

17 *Creditor anterior cui, vi ſuæ prioris obligationis facta ſit datio in ſolutum, an à fideicommiſſario repelli poſſit ea exceptione, poſt illam obligationem contractas.*

18 *Creditor anterior ſi poſtea ei facta ſit datio in ſolutum, an in iure legitimæ à filio ſibi obligato debeat præferri ei in quem à filio poſt contractam obligationem facta ſit obligatio, & an à fideicommiſſario repelli poſſit ea ratione, quod alienationes abſorbeant legitimam.*

19 *Loca-*

19 Locationi ſucceſſor ſingularis ſtare non tenetur.
20 Locationi ſucceſſor ſingularis ſtare tenetur vbi locator, bona locata obligauerit pro locationis manutentione.
21 Hypotheca ſpecialis facit vt conductor expelli non poſſit etiam ſi res vendita ſit,
22 Creditor anterior ratione ſortis principalis, vtiq; anterior eſt ratione eius, quod intereſt.
23 In legitimam, vt alienata imputentur procedit ex quadam æquitate.
24 Hypotheca res obnoxia tranſit cum ſuo onere.
25 In debitores verſuram facientes elegans deteſtatio.
26 Legitima ratione, quæ ſit alienatarum imputatio omnem actum complectitur per quem poſtea ventum ſit ad alienationem, & traditionem.
27 Alienaſſe, quando dicatur debitor, qui poſt factam ampliſſimis verbis obligationem, ſe conſtituerit poſſidere omnia bona iure pignoris nomine creditoris.
28 Legitima detrahendæ ius comprehenditur ſub generali, & vniuerſali obligatione omnium rerū, & maximè earum quæ non veniunt in generali obligatione.
29 Datio in ſolutum facta an retrotrahatur ad tempus præcedentis obligationis, in qua contineatur ius legitima.
30 Offerendi ius extraneo ceſſum videtur in quem facta eſt alienatio.
31 Offerendi ius habet poſterior creditor, & tanto magis anterior.

CONSILIVM CCLXXIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

Filius tunc dicitur legitimam
conſumere quoties æs alienū
contrahit cum generali hy-
potheca, & cum pactis execu-
tiuis, nam creditor, qui virtu-
te harum clauſularum et in
eius locum ſucceſſit, poteſt ius legitimæ deduce-
re, quādoquidem illud veniat in generalem ob-
ligationem, & maximè in eam, quæ comprehē
dit illa, quæ de iure non veniunt, atque etiam tā-
quam ius excipiendi tranſeat in ſingularem ſuc-
ceſſorem, vt tradit Peregrinus ex contrario alla-
tus, trac. de fideicommiſſis, art. 39. ſub num. 4. &
firmat Paulus à Monte Picco, in l. in quantam,
num. 44. verſic. ſed æquum eſt, ff. ad leg. Falcidiā,
Alba videndus conſil. 468. & conſil. 502. num. 5.
2 poteſt enim creditor ex perſona ſui debitoris obij
cere ea omnia, quæ poterat ille opponere, atque
etiam omni eius iure vti Caſtrenſ. in l. ſi cui, C.
3 de non numer. pecun. Bulgarinus, in reper. l. pri-
ma, num. 29. ff. ſoluto matrim. & cum ſit adiectū
pactum ad executionem iuris in rem ſeu realis,
tanto magis pignus conſtitutum intelligitur Bal
dus in l. creditores, in fin. C. de pignor.
Et id præſertim dicendum eſt, quando fuit cō
ſtitutus procurator irreuocabilis, & in rem ſuam,
4 quia tunc poteſt vtiles, & directas actiones inſti-
tuere ad ſui ipſius commodum, Bartolus in l. ſi
quis rem, ff. de procurator. ſpeculator, de procu-
ratoribus. §. fin. nec prohibentur creditores vti
5 iuribus ſuorum debitorum, vt ſuum creditum cō
ſequantur Alba conſilio 447. numero 32. &
33.
Et cum filius non poſſit auctoritate ſua elige-
6 re legitimam, ſed ei ſit aſſignanda iudicis arbitrio
vt communem dicit præſes Menochius de arbi-
trarijs iudicum caſu 163. num. 16. iudex ipſe de-
bet æſtimationem curare totius patrimonii, &
7 deducto ære alieno filio aſſignare legitimam in
duobus, vel tribus corporibus, multoque rectius
id enim eſt, & nihil hac in re vidi melius, ne ſin-
gulorum corporum bonorum diuiſio fiat, cum tā
to omnium damno, & detrimento, vt commun.
dicit idem Paulus à Monte Picco in ea. rep. l. in
quartam, num. 48. & 51. & infra pluribus ſequē.
Craſſus lib. commun. §. legitima, quæſtio. 17. nu-
mero 7. & quæſtio. 48. num. ſecundo, Alba con-
ſil. 377. num. 11.
Cum itaq; filius ea obligatione cum hypothe
ca, & cum pactis executiuis, dicatur legitimam
alienaſſe quantum capit ſumma contracti æris
alieni, ſequitur, vt legitima ſit diminuta, & per
conſequens ei non liceat alienare tot corpora bo
norum, quæ faciant integram ſummam, ſed tan-
tum, quantum ſupererit detracto ære alieno iam
contracto pro quo obligauit ius legitimæ, & ſi di
catur cum non tranſtulerit dominium ſola hypo
theca, debitor non impeditur alienare cum domi
nium penes ipſum remanſerit, reſpondeo hoc ius
fuiſſe ab eo tranſlatum in creditorem, & ei licitū
eſſe ex perſona ipſius filij debitoris eligere, quam
velit ex rebus, quas continget filium habere pro
ſua legitima, l. creditoris arbitrio de diſtractione
8 pignorum, & Cæphalus ex contrario adductus
hoc ipſum minimè diffiteri videtur.
Et quamuis in legitimam debeant imputari
alienata, ad inanem ambitum, & circuitum eui-
ctionis euitandum, & effugiendum, l. Marcellus,
9 §. reſque, ff. ad Trebellia. & commun. dicunt ijdē
Paulus à Montepicco, ead. l. in quartam, nume.
44. præſes Menochius Craſſus mox relati, qui-
bus addo Gabriellium, lib. commun. titu. de legi-
tima, concluſ. 4. num. 8. Albam conſil. 503. num.
2. & eius additio, ibidem concordantes adducit,
& ſecutus ſum, ego conſil. 75. nu. 5. vol. 1.
Attamen alienata imputantur quatenus fert
10 legitima ipſa Decius conſil. 236. in ſeptimo du-
bio num. 3. Roland. à Valle conſil. 78. num. 21.
lib. primo, vnde cum iam illud ius eſſet in Burſa-
nam pro ſumma illius debiti trāſlatum, amplius
ius non erat ipſi Braſchæ alienandi niſi pro ſum-
ma quæ ſupererat, & cum agatur de diſpoſitio-
ne fauorabili dicemus ſub alienatione contineri

ipſam

ipſam obligationem, cum hypotheca, & cum pa
11 ctis executiuis, & cum conſtitutione irreuocabi-
lis procuratoris in rem ſuam, quæ ius conſtituit
in creditore, l. vltima, vbi vide, C. de rebus alienis
non alienandis, & diſtinguit Neguſantius, tract.
pignor. tertio membro, ſecundæ partis principa-
12 lis, num. 73. & cum filius ratione legitimæ dica-
tur creditor, quia legitima tanquam æs alienum
detrahitur, vel ſit quotæ partis bonorum domi-
nus, l. Papinianus, §. quarta, autem, ff. de inofficio
ſo teſtamen. l. omnimodo, C. eod. titu. Baldus in
l. creditoris, ff. de diſtractione pignorum rectè po
13 ſuit nomẽ debitoris, & bona ſua, & ius ſuum Bur
ſano obligare, l. nomen, C. quæ res pignor. oblig.
poſſunt, & minimè ambigendum eſt, quin Burſa
14 nus tanquam creditor, qui eſt prior tempore, ſit
potior in iure habendus, C. qui prior de regulis
iuris in 6. l. potior, ff. qui potio. in pigno. Negu-
ſantius relato tractat. ſecundo membro 5. partis
princip. num. primo, & in pluribus ſequentibus,
& in hoc nulla eſt difficultas, nam Burſanus de-
bet præferri alijs quibuſque creditoribus poſte-
15 ſterioribus, & poterit auocare bona alienata poſt
eius obligationem, vt concedit pars aduerſa, &
Peregrinus eod. artic. 39. num. 9. verſic. quarto.
Id ſolum dubitationem afferre videtur, vt ſcilicet
cum non ſit translatum hypotheca dominium,
fideicommiſſarius rectè repellat creditorem ex
ſimplici obligatione docẽdo factas fuiſſe tot alie
16 nationes, quæ legitimam exhauriant, & abſor-
beant, vt ſentire viſus eſt Cæphalus conſil. 189.
ſed meo iudicio in præſenti ſpecie hæc argumen
tatio facilè proſternitur, funditur, atque demum
occiditur.

Primo, quia id non procedit in obligatione cũ
pactis executiuis, & cum conſtitutione procura-
toris in rem ſuam, quia tunc tanto minor reddi-
tur portio legitimæ, & alienandi facultas, & ſub-
ductio alienationum quanta eſt ſumma iam con
tracti debiti.

Secundo dicitur Cæphalum, eod. conſil. 189.
loqui in ſimplici creditore cum hypotheca, cui
non ſit facta aliqua datio in ſolutum prout eſt fa
cta in caſu noſtro, quia tunc maximè ſi ſit adiun-
ctum pactum non recedendi à primæuis iuribus,
ſed illa retinendi & conſeruandi, poteſt ſe defen
dere creditor, cui eſt facta datio in ſolutum ad-
uerſus fideicommiſſarium bona auocantem ſub
17 prætextu, quod legitima ſit à grauato iam con-
ſumpta medio aliarum alienationum, vt elegan
ter docet Bartolus videndus in l. ſi quis aliam,
num. primo, ff. de ſolut. & quamuis Peregrinus
trac. de fideicommiſſis, eo. art. 39. num. 8. videa-
tur id ampliare, quando etiam eſſet facta in eun-
dem alienatio, attamen meo iudicio recipienda
18 non videtur eius opinio, maximè ſi adſit iurium
priorum reſeruatio, quæ id agit, vt creditor poſſit
rem ipſam retinere, donec ei integrè ſatisfiat de
omni eius credito, vt tradit videndus Alba conſ.
296. num. 4. & conſil. 531. num. 56. & conſ. 452.
num. 11. & infra, & attentis pactis executiuis, res
non habet difficultatem, vt ait Neguſantius 4.
parte princip. num. 9. & confirmatur, quia licet
locator facta vẽditione rei locatæ poſſit expelli,
19 quaſi ſit finita locatio. & ſucceſſor ſingularis loca
tioni ſtare non teneatur, attamen id non proce-
dit quoties obligata ei fuerint bona ab ipſo loca
20 tore, pro locationis defenſione ex doctrina Bart.
in l. emptorem, num. ſecundo, C. locati, l. ſi filio
fam. §. ſi vxor, ff. ſolut. matrim. & vbi adeſſet ſin-
gularis, & ſpecialis hypotheca, non poſſet condu-
21 ctor expelli, etiamſi empta paratus eſſet ſoluere,
id quod intereſt Oſaſcus Pedem. deciſ. 156. nu-
me. 3. & nedum pro ſorte principali, ſed etiã pro
intereſſe poſtea debito dicitur anterior, quia qui
22 eſt prior tempore, ratione ſortis principalis eſt,
etiam prior ratione eius, quod intereſt tanquam
quod ſit pars, & ſequela prioris, obligationis, vt
eſt egregius textus in l. Lucius, ff. qui potiores in
pigno. habeãntur.

Tertio conſidero, vt bona fide alienata à gra-
23 uato in legitimam imputentur procedere ex qua
dam æquitate, ne emptores vexentur, & vt tollã-
tur circuitiones inutiles, longivè anfractus, vt ſen
tiunt vno conſenſu iam relati Doctores, & præ-
ſertim Paulus à Montepicco, ead. l. in quartam,
num. 44. verſic. ſed æquum, ff. ad leg. Falcid. ve-
rum ſi hoc daretur, quodnam ſuperuacanei ope-
ris aucupium, atque venatio fieret, nam deberet
is fideicommiſſario dimittere bona data in ſolu-
tum mox agere contra alios, in quos fuit facta a-
24 lienatio poſt eius contractam hypothecam, cum
res hypothecæ obnoxia trãſeat cum ſuo onere,
l. ſi debitor, C. de diſtractione pignorum, & ſic
deberet is modo victor, modo victus alienata, ab
vno auocare, & mox eadem alij reſtituere, & de-
mum ab altero, quod ſuum eſt, recuperare, & ſe-
cuto hoc, longo euictionis circuitu res eo tãdem
produceretur, vt non inſpecto eo, cui res primum
vendita ſit, ſed qui anteriorem, & potiorem ha-
buerit hypothecam, & iurium obligationem, is
vnus, cui res ipſa primo obligata eſſet, cæteris an-
teferri deberet, & vbi omnes ſimul iunctæ obliga
tiones, & alienationes non abſorberent legitimæ
ſummam id adiungere, & ſupplere deberet fidei
commiſſarius, vbi vero quaſi ſorbendo abſume-
rent, deberet, qui poſterior eſt tempore non ra-
tione alienationis, ſed obligationis damnum fer
re, & ſi quid vltra vires legitima is poſtremus tu
liſſet, ab eo fideicommiſſarius poſſet id repente
omiſſo hoc inani circuitu. Qui enim ære alieno
opprimitur, vt ſe liberet, debet diligenter cauere
ne aliena alienet, nam ridiculus homo is habe-
tur, qui ſe exire ære alieno putauit poſſe, cum vẽ-
deret aliena, an ignorat ſtatim rem alienatam à
vero domino reperi, & proinde multitudinem, &
varietatem litium inferri, ſiquidem creditor re
vendita orbatus, & priuatus grauiter de debito-
ris prauitate, & iniuria conqueritur, quod ſcili-
25 cet dum metueret, ne ſibi æs alienum creſceret,

in

in longè maius inciderit, & loco pecuniæ ei lites & controuerſias dederit, & quaſi ſui æris alieni vindicem eum eſſe voluerit, vnde ipſimet debitori magnus etiam moleſtiarum, & ſolicitudinum, quæ eundem miſerrimum habeant, cumulus acceſſerit, dum cogitur damna, & detrimenta & id quod intereſt ob rem euictam, reſarcire, & interdum ſi in ære non habeat luat in corpore neceſſe eſt, & iam iam mihi videtur dum cunctatione, & tarditate ſæpius metiendo creditorē, fruſtratus eſt nō multum à carcere atque à vinculis abeſſe, nam poſtquam ex die in diem procraſtinando fidem datam ſæpiſſimè, fefellit repentè nihil huiuſmodi cogitans comprehenditur, & ligatis manibus in carcerem ducitur in cuſtodiā traditur, atque ibidem multis diebus, & mēſibus cōditur, nec eximitur, aut inde exit niſi vſq; ad quadrantem cumulatiſſimè creditori ſatisfecerit, & propterea, cum maius damnum minori ſit antepονendum, diligenter curabit debitor ne has verſuras faciat, & ne magis ære alieno obruatur, dū quaſi aliena agens alienat aliena, quæ ſæpè ſuo etiam corporis cruciatu redimit, atque dum peccatum, quod à ſe ortum eſt corrigere contendit maius ne illud faciat, memini legiſſe apud Baldeſſarem Caſtellioneum cum quidam haberet ante fores ingentem aceruum terræ conſultum fuiſſe ab egregio quodam viro, vt curaret foſſam fieri vbi ea terra defoderetur, at dum is obijceret vbi reponetur terra, quæ è fouea excauabitur, illico bonus vir ille audacter reſpondit in altera noua fouea deponetur, non animaduertens ſemper eundem terræ aceruum ſuperfuturum, quid rides? hiſtoria de te narratur, qui cogitas æris alieni contractam molem ære alieno diſſoluere, an num vides ſicut is nihil agit, quam foueæ mutationē, ita & tu nihil facta verſura præſtas, quā creditoris conuerſionem, & mutationem, idemq; debitum adiecta ſæpè vſurarum, & litium iactura ſemper ſubeſt, atque ſimul illa, quę tu ſcire credas, neſcias, hoc tibi vno caſu concederem, ſcilicet, quando ſoluendæ pecuniæ neceſſitas repentè tibi imponeretur, nec tūc parata eſſet pecunia, nam vt aliquam moram, & dilationem habeas, ad eam parandam poteris verſuram facere, ſed id ita demum, vbi de tuo, breui poſtea poſſit, aut ſperes verſuræ foueam obturare, ita vt circuitus is ad aliquam partem vtilis, non ſit omnino inutilis, qualis eſſet is noſter ſpectato fine ipſo ad quē omnis actio noſtra dirigitur.

Nec aduerſatur Cæphali conſultatio, eo. conſil. 189. quia is loquitur vbi creditor vellet agere contra fideicommiſſarium, qui iam legitimam ſoluiſſet, ſecus vbi fideicommiſſarius velit à creditore, anteriori auocare rem in ſolutum datā ſub prętextu aliarum alienationum antea factarum, quia debet agere, ſi plus legitima alienatum ſit, contra eum, qui poſterior ſit tempore ratione obligationis.

Nam aduerſantur vtique rationes adductæ à Peregrino eod. artic. 39. num. 8.

Nam ad primam dicitur, l. Marcellus, §. reſq; ff. ad Trebellian. habere locum in omni actu, ex
26 quo poſtea ventum ſit ad alienationem, & traditionē prout ſecuta eſt in caſu noſtro, & pro quo datur retentio, l. oratio, ff. de ſponſalibus, & ſatis eſt quod inde dicatur legitima cōſumpta, & ei ius ius conceſſum creditori.

Item attentis maximè clauſulis ampliſſimis ipſius obligationis, & præcipuè cum ſe conſtituerit debitor poſſidere omnia eius bona, & iura mo
27 bilia, & immobilia iure pignoris nomine creditoris rectè dicitur alienaſſe, vt inquit Alciatus noſter in l. alienatum, ff. de verborum ſignificatio. & dubium non eſt quin ius detrahendæ legitimę comprehendatur ſub ampla, & generali clauſula
28 omnium bonorum, & etiam eorum, quæ de iure non comprehenduntur in generali obligatione, vt tradit Neguſantius, ſecundo membro, ſecundæ partis principalis, nu. 41. & admittere etiam videtur Cæphalus eo. conſ. 189. num. 31.

Ad ſecundam quatenus vis ſit ſuper ea ratione, ne ſcilicet, emptores indebitè vexentur, quæ non viget in ſimplici hypotheca reſpōdetur, maiorem hoc caſu circuitum, & magis infeſtam vexationem verſari, cum tamen doceat amputata, & circumciſa inanitare, & omni errore finem rei ſpectare, & aſſequi, vltra quod cum creditor habuerit datum in ſolutum, & hic poſſideat, datur retentio, & videtur potior eius alienatio inſpecta
29 cauſa, & origine præcedentis obligationis ex cuius neceſſitate facta fuit, & ad quam videtur retrotrahi, & referri poſtea ſubſecuta datio in ſolutum, vt in terminis ſimilibus conſuluit Hieronymus Gabriel videndus conſil. 141. num. 8. volu. primo, & ſatis eſt ſi inde filius fideicommiſſo onerãtus diminuerit ius legitimæ, ita vt non poſſit alienare niſi pro parte quæ ſupereſt, cum fecerit pro alia parte obligata creditorem procuratorē irreuocabilem,

Ad tertiam negatur alienationes legitimè factas fuiſſe cum non ſupereſſet ius id faciendi propter iam conſumptam legitimè partem medio obligationis hypothecariæ cum prædictis clauſulis ampliſſimis, & iſta alienatio licet nomine poſterior videatur, effectu tamen, & re ipſa eſt habēda potior inſpecta, vt dixi obligationis cauſa, & neceſſitate, quæ facit, vt cæteris potior habeatur atque eis longè plurimum præſtet, & antecellat, & creditor anterior iure dicat, vnum quodque quod quidem erit belliſſimū, & vtiliſſimum, carpam, donec mihi ſatisfiat.

Ad quartam, nihil intereſſe an res alienata auocetur ab ipſo fideicommiſſario, vel potius ab ipſo creditore habente hypothecam cui po-
30 terit creditum offerre, quia in concurſu emptorum is præferendus videtur, qui potiorem, & antiquiorem habet cauſam prout habet Burſanus, & cum is alteri extraneo alienauerit, ceſſat ius offerendi Neguſantius tertio membro, quintæ

quintæ partis, numero quarto, item ius offerendi quod habet poſterior creditor illud tanto ma
31 gis habet etiam anterior, ſi vult eo vti, & ipſe idẽ poſſideat, vt probat idem Neguſantius, eo. tertio membro, quintæ partis princip. numero 17. atque ita confutatis argumentis Peregrini firma, & ſtabilis videtur concluſio firmata tot rationũ præſidijs pro Burſana habente rem ex cauſa potiori.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO I.C. EX COLLEGIO Mediolani Franciſco Maria de Medicis de Serenio.

ARGVMENTVM.

An propter vnius odium poſſit quis probare, ne eius hæreditas ad alterum perueniat.

SVMMAE RERVM.

1 *Mater ſi priuet hæreditate ſua filium infantem, vel poſthumum id cenſetur feciſſe odio mariti.*
2 *Odio alterius quis non debet offici.*
3 *Odio alterius, vt quis hæreditate non priuetur, non ſolum procedit in filijs, ſed etiam in extraneis.*
4 *Pœna debet tenere ſuos auctores.*
5 *Filius, vel nepos non debet excludi à bonis matris ex perſona, vel odio patris.*
6 *Voluntas teſtatoris pro lege eſt obſeruanda, vbi non ſit contra bonos mores.*
7 *Teſtatoris voluntas dicitur irrationalis, & contra bonos mores, quoties continet, vt quis alterius odio grauetur.*
8 *Peccat qui odio aliquem proſequitur, etiamſi iniuria ſit affectus.*
9 *Offenſus debet odium emittere ex animo, & rancorem malum.*
10 *Odium bonum, & malum datur.*
11 *In iracundos iuſta ira metam tranſeuntes elegans deteſtatio.*
12 *Inimicitia ratio habenda non videtur, ſi reconciliatio ſecuta ſit.*
13 *Odij cauſa ceſſante odium excluſionis ceſſare videtur.*
14 *Inimicitia attendenda non videtur, quotieſcunque illa ſuſcipitur facta ipſius teſtatoris, ſine culpa legatorij, vel hæredis.*
15 *Lites boni viri deteſtantur, & ideo prohiberi poſſe non videtur ne tranſactio fiat.*
16 *Litem execrari laudabile, & non vituperandum videtur.*
17 *Litem qui fruſtratur ne ad exitum perueniat, punitur.*
18 *Læſus quis non dicitur, ſi aliquid facit, vt litem euitet.*
19 *Iuret ſi quis ad pacem cum proximo non venire, nõ tenetur huiuſmodi iuramentum ſeruare.*
20 *Diuiſio an perpetuo prohiberi poſſit.*
21 *Conditioni bonis moribus aduerſanti impunè non paretur.*
22 *Conditio continens votum captandæ mortis irrita eſt.*
23 *Voluntas teſtatoris pro lege ſeruari debet, & eam non implens priuatur omni commodo ei relicto.*
24 *Diſpoſitio inepta, & deriſoria obſeruanda videtur quando per modum conditionis requiritur.*
25 *Hæreditas vni adimi poteſt alterius odio.*
26 *Odioſa perſona teſtatori ne in eius diſpoſitione cõtineatur, interpretatio eſt facienda.*
27 *Plus cui licet, licet vtique quod minus.*
28 *Interpretatio eſt ſemper facienda in re dubia, quæ habeat minus vitij.*
29 *Cauſam vnicam dicenti fuiſſe, quo teſtator impulſus fuit probandi onus incumbit.*
30 *Poſt mortem cuiuſdam tertij relictum nõ debetur, niſi mortis conditione ſecuta, & ſi legatarius interea decedat relictum non tranſmittitur.*
31 *Pia cauſa, quæ fauet opinio in dubio eſt tenenda.*
32 *Argumentum à ſtatuto ad teſtatorem valet.*
33 *Pœna pecuniaria vt quis officiatur pro altero tenet lex.*
34 *Mater non poteſt exhæredare filium, niſi vbi adſit ingrati animi nota.*
35 *Filijs eſt quaſi debita hæreditas.*
36 *Filio relinqui poteſt aliquid, ita vt patri vſufructus non quæratur.*
37 *Inſtitutio facta de duobus ſub conditione quam teſtator voluit per vtrumque impleri, ſi vnus non impleat, alter vtique priuatur.*
38 *Teſtator propter vnius odium poteſt omnes aliquando priuare.*
39 *Amicis magis quam inimicis gratificari debemus, niſi neceſſitatis caſus aliter poſtulet.*
40 *Hoſpitalium locorum gubernatores poſſunt compoſitionem, & pacta facere.*
41 *Tranſactio ne fiat ſuper aliqua re, à teſtatore poteſt prohiberi.*
42 *Tranſigere an poſſit prælatus.*
43 *Mortis captandæ votum ita demum conſiderandum eſt ſi, principale ſit, ſecus ſi in conſequentiam veniat, velut in ſubſtitutionibus, & fideicommiſſis.*
44 *Legatum alicui relictum poſt mortem Titij valet, & tenet.*

CON-

CONSILIVM CCLXXV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

IN propoſito caſu, in quo quęritur, an vſusfructus relictus loco pio Miſericordiæ à Iacobo Philippo de Medicis de Serenio per annos viginti quinque, & pro illo pluri tẽpore quo D. Blanca Cecilia Confaloneria mater nepotum ſuorum, quos nõdum agentes decimum annum hæredes ſcripſerat, ſuperuixerit, debeat extingui tranſactis illis vigintiquinque annis, nõ expectata morte ipſius Confaloneriæ.

Videtur dicendum id maximè, nã quemadmodum ſi mater priuet hæreditate ſua filium infan
1 tem, vel poſthumum, cum is nequeat in ingrati animi crimẽ vocari, videtur hoc feciſſe odio mariti, & cum iniquum videatur, vt quis innocens alieno odio quaſi iniquo iudicio opprimatur, & ſimul impium, & crudele ſit, vt is ingratus cenſeatur, qui non ſentit, & eſt conſilij expers, ſancitum eſt inanem eſſe huiuſmodi iniquam diſpoſitionẽ vt eſt tex. celebris in l. ſi quis in ſuo, §. legis autẽ, & ibi plenè interpretes omnes. C. de inoffi. teſta. Soc. iun. conſi. 59. num. 17. lib. 3. ita idem eſt dicendum in caſu noſtro cum euidenter appareat id factum fuiſſe nõ in odium ipſorum nepotum, qui ob teneram ætatem non poterant ingratitudinis cauſas admittere, & quę etiam ſuſpicio omnis deletur, cum eoſdem hæredes fecerit, ſed in odium ipſius Confaloneriæ, ne viuens de commodo filiorum participaret, aut videns eoſdem hoc beneficio affectos gauderet, & per conſequens cũ
2 eadem ratio, ne quis alieno odio afficiatur, & quę maximè ab Imperatore eo. §. legis autem, ſpectatur, & ex qua deſumpta eſt iuris regula in c. non debet, de regu. iur. in 6. vigeat, hoc in noſtro caſu vtique idem dicendum videtur.

Secundo huius rationis vis tãta eſt, vt nedum procedat in filiis, quibus magis eſt debita paren-
3 tum hæreditas, ſed etiam in extraneis, in quibus licet res inepta ſit, & minimè veniat exhæredatio. l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. tamen quando extraneus etiam eſſet inſtitutus, videtur quod non poſſit hęreditate priuari odio alterius, vel quia alter obediẽtiam, & obſequium reliquerit, & abiecerit, vt eſt tex. ſolennis in l. paterfamilias teſta. ff. de hæred. inſtit. & tradit gl. in l. ſi certarum, §. ſi eodem, de teſt. mili. & ad multa infert Bal. videndus in l. vnica, ff. de his, quæ pę. nomi. nu. 10. & commendat Iaſ. ea. l. ſi quis in ſuo, n. 4.

Tertio magis receptum videtur, vt pęna debeat tenere ſuos authores, ne quis debeat alte-
4 rius ferre culpas iuxta illud, Filius non portabit iniquitatem patris, l. ſancimus, C. de pęnis. & eſt tex. in l. diui fratres, ff. de iure patronatus, vbi expreſſe dicitur nepotem non debere excludi à bo-
5 nis matris ex perſona, vel nota patris, & facit tit. ne filius pro patre, vbi videatur Alberic. ad multa inferens in rubrica.

Quarto licet voluntas teſtatoris ſit pro lege
6 obſeruanda, §. diſponat, in authen. de nuptijs, tamen id non procedit vbi ſit irrationalis, aut contra bonos mores. l. nemo poteſt, de leg. 1. l. ſi quis inquilinos, §. fin. de leg. 1. irrationalis autem videtur cum contineat, vt quis alterius odio graue-
7 tur, contra bonos mores etiam dicitur quoties peccatum inducit, vt declarant Iaſ. & Deci. in l. quæ contra. C. de pactis. Simon à Prętis de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. 1. num. 58. & infra plurib. ſequent. fol. 481. vehementer enim peccat, qui ea ratione, quia iniuria affectus ſit, vel alia de cauſa aliquem odio habet, & indignatione, &
8 maleuolentia proſequitur, c. ſi quis contriſtatus. 90. diſtinc. c. fin. de pœn. diſtinc. 5. imo quilibet offenſus tenetur ex animo emittere odium, & vt aiunt, rancorem malum, & ad non concipiendũ
9 illum contra ſuum offenſorem, aut inimicum, quantalibet fuerit iniuria, vt docet Summus Põtifex eod. cap. fin. dixi, malum rancorem, quia interdum datur bonus rancor, qui naſcitur ex iuſta ira, qua quis appetit, vt per iudicem delictum ca-
10 ſtigetur, debet tamen abeſſe animus vlciſcendæ iniuriæ, ſed id tãtum deſiderium, quod conducit ad ſalutem ſpiritualem offendentis, vel ad Dei obſequium, aut ad reipublicæ vtilitatem, cap. ſi is qui. cap. eſt iniuſta miſericordia. cap. diſplicet, 23. quæſt. 4. & tradit Nanar. in ſuo manuali confeſſariorum, cap. 14. num. 25. ſunt enim quędam teſte Ariſtot. 2. Ethicorum, quæ ſuo etiam nomine vitioſa declarari videntur, vt maleuolẽtia, vt
11 impudicitia, vt inuidia, & in factis, vt adulteriũ, furtum, cędes, inter hæc nulla poteſt dari mediocritatis laudabilis virtus, cum quicquid geſtum ſit, in vitio ſit: alia autem ſunt, quæ ob eam cauſam vitioſa ſunt, quia inſit nimium, vel parum, in his medius quidam reperitur terminus, qui ab extremis diſcedens inuenit, & ſeruat mediocritatem, in cuius ſolio ſedet ipſa virtus, quæ eſt habitus animi ad agendum impellens, in mediocritate poſitus, ea quæ nos attingit ratione, ſic rectus vt prudens præſcripſerit, eiuſmodi eſſe videtur ipſa ira, quæ interdum eſt bona, interdum eſt mala, mala inclinat ad appetitum vindictæ inordinatum, bona, cum ſecundum rationem rectam iraſcimur contra peccatum, & ex iuſtitiæ zelo, vel amore, virtutis contra vitioſos, vt hoc quaſi laudabili medio ad bonam frugem redeant, ſed hac in re cauẽdum eſt ne deflectamus ad id, quod nimium eſt, vel ad id quod parum; qui vltra modum progreditur, iracundus, & vitium iracundiæ appellatur, qui autem parum iraſcitur, lentus, vitium lenitudo dicitur, vt probat Ariſtoteles relato loco; ne igitur in hæc extrema, quæ vitioſa ſunt incidamus diligenter obſeruemus, quonam modo, quibus hominibus, quibus de cauſis, & quan-

quamdiu ſit iraſcendum. hac aurea mediocritate
optimè ſacrę illę ſententiæ conciliantur, quarum
vna dicit iraſcimini & nolite peccare, altera in-
quit, deſine ab ira, & derelinque furorem, nam
quid eſt inſaniæ ſimilius quam ira, cum qua ni-
hil recte fieri, nihil conſiderare poteſt, quando-
quidem iracundia quæ eſt vlciſcendi libido, ini-
mica ſit conſilio, nec iraſci cadat in ſapientem, &
iratos proprie dicimus exiuiſſe de poteſtate, ideſt
de conſilio, de ratione, de mente, & iccirco aca-
demici iracundos morboſos appellant, & putant
nullum vitium eſſe fœdius iracundia: & quam-
uis Peripatetici iracundiam laudent, & dicant
vtiliter a natura datam fuiſſe, attamen id intelli-
gendum eſt ex ſuperiori diſtinctione, de ea ira
quæ ſeruatis ſeruandis rationem boni habet, nō
de ea cui ineſt ratio, ſeu potius libido mali, quia
velut ab iniqua matre ex Diui Thomæ ſenten-
tia, cui alij ſacri Theologi conſentiunt ſecunda
ſecundæ quæſtio. 158. peruerſæ ſex illę filiæ pro-
deunt, ſcilicet indignatio, tumor mentis, clamor,
contumelia, blaſphemia, ſeu maledictio, & rixa.
Quare cum iracundus ab irato, quemadmodum
anxietas ab angore, eo nomine diſtet, vt ira de
cauſa ſit, iracundia de vitio multum iraſcentis, &
ideo iratus quis aliquando eſſe poſſit, & non ira-
cundus, iracundus autem & non iratus, & natura
iracundus facile ad eam iram accendatur quę vi
tioſa eſt, curet omni ſtudio, & præcipue manſue
tudinis & temperantiæ freno hunc motum, hanc
concitationem, hunc appetitum rationi parum
obedientem cohibere, & hanc naturalem inclina
tionem vi rationis reprimere conetur, ne immo-
derate & intemperate inſurgat, & furioſe præci-
pitet, maxime in iudicando vel puniendo; quod
facilius aſſequetur, quam ille qui tardius ad iram
accenditur, nam qua facilitate mutatur, eadem
concitatus vt decet, ſe ipſum agnoſcens, ſe ipſum
colliget, ad ſe redibit & iracundiam remittet, quo
fit vt omnium conſenſu melior ſit illius quam i-
ſtius natura, cum illa lenis ſit & dulcis, ac accepta
rum iniuriarum obliuioſa, iſta vero pertinax, &
acerba nimis, ac vlciſcendę iniurię memor, quod
chriſtianæ pietati mirifice aduerſatur cum Dux
& magiſter noſter Chriſtus ſol iuſtitiæ, fidei no-
ſtræ auctor nos docuerit, vt pro maleficio bene-
ficium demus, & faciles ſimus in condonandis
iniurijs, ab eius benignitate expectantes largam
remunerationem eius quod in ipſius gratiam fra
tri noſtro remiſerimus. Quare ſi volumus dice-
re id factum fuiſſe aliquo odio quo proſequere-
tur hanc nobilem matronam, & tunc ſi cum eo
odio deceſſit dicitur in peccato obijſſe, & diſpo-
ſitio non valet vti peccatum nutriens; ſi vero
magis dicamus tempore mortis omne odium &
rancorem, eiusve memoriam depoſuiſſe quod
veriſimilius eſt & magis pium & chriſtianum, &
12 tunc nulla eius conditionis ratio habenda vide-
tur, vti manans ab odio, quod poſtea ſedatum &
remiſſum fuit, & ab iniuria quæ fuit extincta, &
ad veterem amicitiam, & conſuetudinem tradu-
cta ex ſententia Baldi in l. id quod pauperibus,
numero 34. C. de epiſcop. & clericis, & odij cau-
ſa ceſſante odium excluſionis ſilere cōuenit. Cra-
uetta conſil.... Imo quando inimicitia ſuſcipere-
13 tur facto ipſius teſtatoris ſine culpa eius cui relin-
quitur, non videtur attendenda ad relictum peri
14 mendum, vt communem fatetur Cotta in ſuis
memorabilib. in verbo, inimititiæ capitales, ver
ſiculo, vltimo iſtam limitationem.
Quinto cum teſtator vetuerit ipſis præfectis
Miſericordiæ ſuper memorato vſufructu aliquā
conuentionem, aut tranſactionem facere poſſe
cum ipſis nepotibus ſuis hæredibus ſcriptis, hinc
eo magis irrationalis videtur eorum diſpoſitio
tanquam litium, & diſcordiarum nutritia: nam
boni viri execrantur lites, & noſtra valde inter-
15 eſt eis non vexari & earum extinctioni quātum
fieri poteſt iura fauent, l. in ſumma, §. 1. de condi
ctio. indebiti, l. minoribus 25. annis, ff. de mino-
ribus, l. prima, ff. de inoffic. teſtamen. l. filio quem
pater, ff. de lega. primo, clemen. prima, in fine, &
ibi Cardinalis de conceſſ. prebendæ, c. finem, de
dolo & contumacia. & l. litibus, C. de agricolis &
cenſitis. vbi Lucas a Penna verſiculo item nota,
quod lis, inquit votum eſt laudabile execrātium
lites, cap. 2. de verb. ſignificat. lib. 6. & litem exe-
16 crari verecunda & laudanda non vituperanda eſt
cogitatio, l. item, §. fin. de ali. iudi. & ideo qui li-
17 tem fruſtrantur ne ad exitum veniat, puniuntur,
l. fin. ff. de procurat. imo, vt ait Cicero ſecundo
officiorum, conuenit bono viro interdum de ſuo
iure decedere, a litibus vero quantum licet & ne-
ſcio an paulo plus quam liceat abhorrere, & pro-
pterea læſus quis non dicitur ſi aliquid facit vt li
18 tem euitet, & iurgijs ſe abſtineat, l. item ſi res, §.
fin. ff. de alien. Iud. mut. Abbas in capitulo pri-
mo, de appella. Crauetta conſilio 167. numero
ſexto, & Speculator videndus titulo de præpara-
torijs iudiciorum, numero nono, & decimo. cuili
bet conſuluit bona fide vt pronior ſit ad compo
nendum, quàm ad contendendum, & procli-
uior ad diſcordiam diſſipandam, quam ad eam
inducendam, & litigans qui iurat ad pacem cum
proximo non venire, non tenetur huiuſmodi ſa-
19 cramento. Sicuti igitur voluntas teſtatoris ob-
ſeruari non debet quæ occaſionem, & mate-
riam delinquendi præbet, veluti ſi perpetuam
diuiſionem prohibeat, cum diſcordias, & rixas
20 communio interdum concitare, & afferre ſo-
leat, vt affirmat Crauetta conſilio ſexcenteſimo
decimoquarto, numero tertio. ita & pari ratione
huic teſtatoris præcepto tanquam bonis mori-
bus contrario, & aduerſanti cum diſcordiarum
morbum alat, & maiorem facere videatur, natu-
ralivè æquitati, & communi opinioni valde re-
21 pugnet impunè non paretur, vt ait idem Crauet-
ta conſilio 977. numero decimotertio, & con-
ſilio quingenteſimo vigeſimo primo, numero
quarto.

Sexto videtur etiam hæc eadem conditio ne-
dum irrita facienda tanquam offerens diſcordia
rum occaſionem inter matrem, & filios, & quaſi
vacuas aures præbens quotidianis maledictis,
ſed etiam tanquam continens, & præſeferens vo
22 tum,& timorem captandæ mortis,l.fin.vbi De-
cius num.2.C.de pactis.

His tamen minimè aduerſantibus ſecundum
ea quæ proponuntur arbitror contrariam ſentē-
tiam probabiliorem.

Primo,quia voluntatem defuncti ſeruari om
23 nia iura clamant cum pro lege habeatur, & pri-
mum locum obtineat, & vbi eſt clara non admit
titur interpretatio,nec debet ludibrio eſſe ſed ra-
tum,& firmum eius ſupremum iuſſum,imò eam
non implens venit relicto commodo orbatus
priuandus, l.in conditionibus primum locum,ff.
de condirio.& demonſtratio. cap. voluntas, 13.
quæſt.ſecunda, & late proſequitur Mantica de
coniectur.vltimarum volunt.lib.3.tit.3.num.pri
mo,& infra,& à nullo eſt violanda, vt inquit Pa
riſius conſil.19.num.43.& 44. lib.ſecundo,& cō
ſil.26.num.21.lib.4.& id tanto magis eſt hic di
cendum cum id exquiratur non per modum ſim
plicis diſpoſitionis, ſed conditionis, quo caſu, &
24 inepta diſpoſitio, & etiam digna, vt derideretur
obſeruanda videtur, vt tradit gloſſ.in verbo, in
mare,& l.Mæuius,& ibi Bar.ff.de cond.& demō
ſtrat.nam defendenda ſunt quantum licet teſta-
menta,& voluntates defunctorum.

Secūdo quoties conſtat de clara,& certa teſta
toris mente omnibus denegantur actiones pro-
pter vnius malum,& tunc vnus,qui cauſam indu
ctionis præbuerit omnibus obeſt, ſicque hæredi-
tas adimi poteſt alijs vnius odio,quando à prin-
25 cipio conſtat quod alias facturus teſtator nō fuiſ
ſet,vt eſt tex.egregius,in l.cancellauerat,ff.de his
quæ in teſtamento delentur.

Tertio ſemper fit interpretatio ne perſona te
ſtatoris odioſa aut ei non bene accepta, ſed po-
26 tius inuiſa commodum ſentiat,aut in eius diſpoſi
tione cōtineatur,l. Lucius la vlt.§. Lucius Titius
Damā. de le.2. Mantica de coniec.lib.8.tit.4.nu
me.6.& Simon à Prætis de interpretat.vltimar.
volunt.lib.primo, fol.4.num.10.fol.59. nec ha-
bet vnde doleat, aut conqueratur ſcriptus hæres
27 quia poterat etiam teſtator ſi voluiſſet nihil ei re
linquere, & cui licet quod eſt plus, vtique licet,
quod eſt minus,cap. cui licet, de reg.iur.in 6.

Quarto teſtator poteſt eſſe motus nedum ra-
tione odij,quod dicitur habuiſſe in illam matro-
nam, ſed ea ratione (aut alia nobis minimè no-
ta) quia quatenus illa viueret nepotibus magis
conſultum erat, & ideo voluit bona in pios illos
vſus conuerti,matre autem defuncta conſultius
voluit prouidere,& quando pluribus rationibus,
vel cauſis aliquid factum cenſetur, ſemper debet
capi ea interpretatio,etiamſi à verborum impro
28 prietate recederetur, quæ minus habet vitij,pro-
pter eam nobilem iuris præſumptionem, vt quis
bonus cenſeatur, & ſemper propendendum ſit
in eam partem, quæ facit, vt actus ſtet, & mini-
mè corruat,l.merito,pro ſocio,l.tertia,de teſt.mi
litis,l.quoties,ff.de rebus dubijs,l.quoties,de ver
bor.obligat.& cum in dubio præſumatur teſtato
rem motū fuiſſe ex pluribus cauſis, vt tradit Iaſ.
in l.quamuis,num.8. C.de fideicommiſſis, Alba
conſ.232.num.13.& conſ.74.num.11.merito di
centi illam vnicam fuiſſe incumbit onus proban
29 di, vt ſcribit idem Iaſ. in auth. quas actiones, nu-
me.21. C.de ſacroſ.eccleſ.& in terminis ſimilib.
conſuluit omnino videndus Pariſius conſ.41.nu
me.74.& ſupra,& infra,lib. 3.

Quinto nulli dubium videtur quin aliquid re
linqui poſſit alicui poſt mortem cuiuſdam tertij,
nec illud debetur tanquam ſub conditione ſcri-
30 ptum niſi mortis conditione ſecuta, & ſi legata-
rius interea decedat non tranſmittitur,vt eſt tex.
in l.quibus diebus, §.quidam Titio, ff.de condi-
tione & demonſtratio. vbi inter cæteros videa-
tur Socinus ſen. & in l.ſi cui legetur, §.hoc au-
tem, de legat.primo, vbi Alexander, & Iaſ.quos
refert,& ſequitur Prætus relato trac. lib.3.ſolut.
4.num.47.fol.217.

Sexto ſi aliqua eſt cauſa fauore digna, ea eſt
piæ cauſæ, cum agat de anima, quæ cunctis re-
bus eſt præferenda,& idcirco eam tot tantiſque,
priuilegijs, & fauoribus pollere potioremque eſ-
ſe leges voluere,& inter cætera illud habet priui-
legij, vt pœnalis diſpoſitio facta in fauorem pię
cauſæ valeat,quamuis impediatur libera teſtan-
di facultas, ſiquidem in dubio eam tenere de-
31 beamus opinionem, quæ piæ cauſæ fauet, l.ſan-
cimus in fine, C.de ſacroſanctis eccleſijs, & fir-
mat Tiraquellus de priuileg.piæ cauſæ,priuileg.
98.& priuil.17.

Septimo cum in iure noſtro argumentum va
32 leat à lege & ſtatuto ad teſtatorem, l.ſi ita fuerit
ſeruis duobus,§.fin.& ibi notant omnes,ff.de ma
numiſſis teſtamento, & eod.§.diſponat in authē.
de nuptijs, late Euerardus in ſuis centum locis
arguendi, in loco à lege ad teſtatorem, ſicut te-
net lex qua vnus pecuniaria pœna afficitur pro
33 altero: nam ſæpe quis acriter torquetur, dum
coniuncta perſona contorquetur, & dolore cru-
ciatur vehementerque de eius ſalute ſolicitus, il-
lius calamitatem ſuam putans in communibus
miſerijs præcipuo quodam dolore angitur, vt cō
mun.dicit Albericus à Roſate,in Rubrica, C.ne
filius pro patre,ſub numero tertio, verſicu.com-
muniter, ita etiam debet poſſe teſtator,qui eſt ar
biter, & moderator in re ſua,l.in re mandata,C.
mandati, alicui non relinquere propter alterius
factum,maximè,quando nō verſamur in his per
ſonis, quibus eſt neceſſitas aliquid relinquendi.

Quę cum ita ſint ad contraria reſpondetur,&
primo,ad l.ſi quis in ſuo, C.de inof.teſt.ꝗilla pro
cedit in matre,quę tenetur filiū hęredē,vel exhæ
redē facere, & quē nequit exhęredare niſi aliqđ
34 inſuerit ingrati animi crimen, vel nota, authē.vt
cum

cum de appellatiõne cognoſcitur, §.aliud quoq;
filijs eſt enim hæreditas quaſi debita, l.in ſuis,ff.
35 de liber. & poſthum.& quamuis id non procedat
vltra legitimam, quia parentes liberè diſponere
poſſunt de eo quod ſupereſt,attamen cum ita nõ
diſpoſuerit q̀ de parte dr̃,de toto eſt dicẽdum, cũ
quis non poſſit pro parte teſtatus,& pro parte in-
teſtatus decedere, l.pen. ff.de iniuſto teſtam.imò
cum textus admittat, vt emancipatione poſſit pa
trem priuare, ſicut & poteſt aliquid relinquere
36 filio, ita vt patri vſusfructus non quæratur au-
then.excipitur, C.de bonis quæ liberis videtur,
& concedere, vt teſtator liceat ita diſponere ne
res ſua ad talem quouis modo, aut directè aut in
directè perueniat.

Ad Secundum dicitur, in l.pater familias agi,
quando inſtitutio facta ſit de duobus pure,& ad-
emptio facta fuit ſub conditione,& in odium cõ-
tumacis, & non obedientis,quo caſu pœna priua
tionis non imputatur obedienti propter alterius
contemptum,vel inobedientiam, & ſatis eſt qđ
factum à teſtatore deſideratum perfectè implea-
tur, ſecus ſi inſtitutio fuiſſet facta de duobus ſub
conditione,quam teſtator voluiſſet per vtrumq;
37 impleri,quia tunc altero non implente neuter ad
hæreditatem inuitabitur,vel perueniet, l.ita fuit
de manu.teſtam.ut declarant Bartolus Angelus,
& Imola videndi ead.l.pater familias,& propte-
rea, quando ſumus certi de mente teſtatoris, &
idem effectus non ſequitur, vt hic, tunc in forma
ſingulari ſeu ſpecifica actus eſt implendus.

Ad tertium, Reſpondetur non conſtare,quod
hoc ſit inductum in pœnam, imò alia ratione fa
ctum præſumi poteſt, & contrarium procedit in
38 dubio,ſecus ſi de mente teſtatoris appareat,quia
poteſt propter vnius odium omnes priuare,vt ha
betur,ea.l.cancellauerat.

Ad Quartum dicitur cum teſtator deceſſerit
confeſſus,& contritus,potius præſumendum eſt,
quod odij cauſa id non fecerit, ſed alia iuſta ra-
tione,forte etiam nobis ignota, & illud maximè
procederet, quando quis aliquem priuaret debi-
to commodo propter odium,ſecus ſi debitum nõ
ſit,quia quis poteſt magis amicis,quam inimicis
39 gratificari,quando abeſt caſus neceſſitatis, & ra-
tio,& vſus obtinet neminem,qui non vult contra
vtilitatem, & rationem cogi de proprio facere
beneficium, cap.precariè, 10.quæſt.ſecunda, &
quis non tenetur ſigna amicitiæ oſtendere niſi
tempore neceſſitatis, & ſatis eſt habere animum
ad talia ſigna oſtendenda eo tempore, vt docet
Diuus Thomas ſecunda ſecundæ, quæ.25.art.9.

Ad Quintum, licet gubernatores hoſpitalium
40 locorum, fraternitatum poſſint facere compoſi-
tionem,et pacta, l.item magiſtri, ff.de pactis,ta-
men id non procedit,quando aliter eorum pote-
ſtas eſt limitata,ergo non eſt omnino improba-
tũ,vt quis nequeat tranſigere, vt ſcribit Caccia-
lupus, tractat. de tranſaction. quæſtio. ſeptima,
num.vndecimo, ad tempus diuiſio poteſt prohi-
beri,ita etiam tanto magis tranſactio,et compo-
ſitio,& quemadmodum teſtator poteſt prohibe
re ne res ſua alienetur, ita etiam ne tranſigatur,
cum tranſactio ſit alienationis ſpecies, & poteſt
intelligi de ea tranſactione, qua res ipſa poſſeſſa
alteri admittitur, quod & in præſule ſeu prælato
42 prohibetur, l.nulli de tranſac. & ſcribit Cacialu-
pus vbi ſupra, num.8.

Ad Sextum, Reſpondetur votum captandæ
mortis,ita demum eſſe conſiderandum, quando
principale eſt, ſecus quando in conſequentiam
venit,item propter arctam coniunctionem, quæ
viget inter matrem, & filios excluditur, & dele-
tur hæc omnis mala ſuſpicio,& coniectura, alias
43 ſi ita generaliter, & indiſtinctè votum captandæ
mortis conſideraretur contra communem om-
nium voluntatem ſubſtitutiones, & fideicommiſ
ſa atque donatio poſt mortem donantis vires
non haberent,vt late proſequitur Pariſius viden
dus conſil.26. num.114. lib.ſecundo, nec etiam
valeret legatum alicui relictum poſt mortem ter
44 tij,quod tamen vim habere omnino voluit, I.C.
in legibus in quinto fundamento pro hac parte
relatis.

Et propterea cum magna ſit vis claræ mentis
teſtatoris atq; piæ cauſæ, arbitror hanc ſecundã
partem vti veriorem eſſe magis reſpiciendã,prio
riq; illi longè multum præſtare.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO ANTONIO Airoldo.

ARGVMENTA.

Promittens dotem pro alio,qui efficaciter non ſit obligatus,an teneatur,& ſi affirmauerit habere diſpenſationem,quàm non habeat,an ad id quod intereſt conueniri queat.

In generali vſusfructus legato,an veniat bona primogenituræ, & fideicommiſſaria,& an & quando, hæres cum beneficio legis, & inuentarij, poſſit defuncti factũ impugnare.

SVMMAE RERVM.

1 *Promittens pro eo qui efficaciter non ſit obligatus ex promiſſor dicitur.*

2 *Fideiuſſor dicitur, qui alienam obligationem in ſuam fidem recipit.*

3 *Dotandi onus pertinet ad patrem, & eo deficiente ad matrem.*

4 *Dotem extraneus conſtituens, non animo donandi, ſed potius gerendi patris aut matris negotium, cenſetur conſtituiſſe.*

5 *Dos promiſſa ab extraneo, & ſoluta à patre filiæ tã quam illius fideiuſſore repeti nequit.*

6 *Fideiuſſor an dicatur, qui pro alio ſe principalem debitorem conſtituit.*

7 *Fideiuſſor dicitur, ſi quis altero in ſolidum ſe obliget, ſed negotium ad eum non ſpectet.*

8 *Dictio quouis modo id agit, vt contineantur, quæ alias non continentur.*

9 *Credens graui, & fide digno viro, excuſatur.*

10 *Mentiens in cõtractu tenetur ad id quod intereſt, & ideo, qui facit ſe alicuius procuratorem, cum legitimus non ſit, ad id præſtandum cogi poteſt.*

11 *Doli præſumptio in mentiente ineſſe videtur.*

12 *Contractum ſi quis nõ ſeruet, poteſt agi ad idquod intereſt.*

13 *Mendacium eſt ſignificatio falſi, vel putati falſi pro vero.*

14 *Mendax multis pœnis afficitur.*

15 *In blaſphemos elegans deteſtatio.*

16 *Dotem conſtituens, caſu quo matris obligatio ſit inanis, perinde habetur, ac ſi dotem de ſuo donaret.*

17 *Statutum prohibens quem eſſe fideiuſſorem debet intelligi de eo, qui pro alio intercedit, qui ſit obligatus, ſecus ſi obligatio ſit nulla.*

18 *Legari poſſunt bona primogenituræ, ſi poſtea primogenitus ſit hæres, quia teſtator poteſt de ſui hæredis bonis diſponere prout de proprijs.*

19 *Voluntas, & poteſtas in quocunq; actu exigitur.*

20 *Dictio, vt ſupra, & prout ita diſpoſitionem refert ſicut ſi nominatim expreſſa eſſet.*

21 *Expreſſum ſatis dicitur, quod ſit per relationẽ ad aliud, quod ſit certum.*

22 *In vſufructu legato bona fideicommiſſi, & primogenituræ comprehenduntur, ſi conſtet de mente teſtatoris tacitè, vel expreſſè.*

23 *Fideicommiſſi, vel primogenituræ bona, an in legato comprehendantur, ſi teſtator bona ſua legare dixerit.*

24 *Bona ſua dicuntur etiamſi ſint reſtitutioni obnoxia ſi ita teſtator ſenſerit, vel intelligere conſueuerit.*

25 *Hæreditas adita, an dicatur hæreditas ſi ſit fideicommiſſo ſubiecta.*

26 *Primogenitus non poteſt ſi ſit hæres in dubium reuocare diſpoſitionem factam à teſtatore de bonis primogenituræ.*

27 *Hæres, teſtatoris mentem poteſt declarare facto, vel verbis, & eius declaratio obeſt eius ſucceſſoribus.*

28 *Fideicommiſſarius ſi ſit hæres, non poteſt impugnare alienationem factam de bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

29 *Hæres cum beneficio legis, & inuentarij, ſi hæreditas non ſit ſoluendo, poteſt venire contra factum defuncti, & rem ſuam vindicare.*

30 *Hæres ſi inuentarium non conficiat, tenetur de iure pontificio vltra vires hæreditarias.*

31 *Inuentarium quomodo conficiendum ſit.*

32 *Hæres ſi non exequatur teſtatoris voluntatem, priuatur omni eius commodo, & ad hæredes defertur.*

33 *Factum eius perſonæ, quis tenetur approbare ex qua fructum capit.*

34 *Legitimam non amittit filius, etiãſi in inuentariũ non conficiat.*

35 *Hæres tanto minus poteſt factum defuncti impugnare ſi ei reliquerit, quod de iure ei relinquere tenebatur.*

CONSILIVM CCLXXVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SI verum fateri velimus, vt bonorum conſultorem decet, arbitror obligationem Ferrarij eſſe inanem.

Nam licet propriè loquẽdo expromiſſor dici poſſit, cũ promiſerit pro ſorore, quæ ipſa, efficaciter obligata non eſſet, vt explicat Doctiſſimus Alciatus noſter libro Parerga, cap. ſecundo, & dixi ego conſi. 108. num. 57. lib. 2.

Attamen negari non poteſt, quin largo modo
fideiuſſor dicatur, cum alienam obligationem in
2 ſuam fidem ſuſceperit, §. primo, inſtit. de fideiuſſ.
& dixi ego conſil. 108. num. 40. onus enim dotã-
3 di neptem pertinebat ad patrem, & eo deficiente
ad matrem, l. fin. C. de dotis promiſſione, Plotus,
in l. ſi quando, num. 343. verſic. nam etiamſi pater, C. vnde vi Alba conſil. 674. num. primo, &
probaui ego conſil. 114. num. primo, & infra volum. ſecundo, & ideo videtur dotem conſtituiſſe,
non animo donandi, ſed gerendi patris aut ma-
4 tris negotium, vnde fit vt profectitia dicatur, l.
cum poſt, §. primo, ff. de adminiſtratio. tutor. &
commun. dicit Alciatus noſter conſil. 46. nume.
tertio, lib. 8. imò dos etiã promiſſa ab extraneo,
5 & ſoluta parte filiæ tanquam fideiuſſore extra-
nei promittens repeti non poteſt, l. profectitia, §.
ſi vero pater, ff. de iure dotium.

Nec iuuare videtur, quòd principalem ſe
Ferrarius conſtituerit, quo caſu verſari videmur
extra terminos fideiuſſionis, Bal. in l. ſi prædium
6 num. 5. verſ. ſed ſi vis, C. de iure doti. & probaui
ego conſilio 98. ſub num. 10. tum quia cum nego
7 tium ad eum non ſpectaret, adhuc dicitur fideiuſ
ſor. gloſ. in Authen. de fideiuſ. in princ. Deci. con
ſil. 268. num. 2. & fusè dixi in conſ. 150. num. 23.
vol. 2. tum quia eadem lex clarè verbis negantibus, & ampliſſimis vetat, vt poſſit ſe obligare, etiam

tiam principalem ſe conſtituendo, & in ſoli-
dum.

Non prodeſſe etiam videtur, vt caſus dotis tã
quam præcipuo priuilegio donatus in illa gene-
rali prohibitione non contineatur, quia niſi no-
minatim priuilegiatus ſit, contineri videtur in ge
nerali legis diſpoſitione, maximè ſi adſint qualia
ſunt in caſu noſtro verba ampla, & apta ad om-
nia comprehendenda, ſcilicet quouis modo, quæ
dictio id agit, vt contineantur, quæ aliàs mini-
8 mè continerentur, vt notatur eodem ſtatuto cap.
353.num.2.vol.2. & comprobaui ego eo.conſil.
150.num. 32.vol.2.

Verum alia ratione puto cauſam Airoldi iu-
ſtè defendi poſſe, & in tutiſſimo collocari loco, re
ctèque agere poſſe ſaltem actione in factum, aut
de dolo.

Siquidem cum Ferrarius enuntiauerit ſe ha-
bere diſpenſationm à Senatu eo die obtentam,
& quæ aduerſus memoratum ſtatutum in for-
ma concedi ſolet, & tamen ea non reperiatur, cõ
ſequitur, vt niſi doceatur eam adeſſe, & legiti-
mam, ita vt obligari poſſet, prout enuntiatum
9 fuit ratione mendacij, ad id quod intereſt aduer-
ſus eius hæredes actio detur, nam potuit, & de-
buit ei Airoldus credere, cum vir eſſet grauis, &
fide dignus, gloſ. notabilis in verbo, actiones, pro
pe finem, in l. Titio, §. fundus, ff. de condi & dem.
Soc.iun. videndus conſ. 37.num.20.vol.2. & pro
bat Bart. in l. qui fundum, §. procurator, & l. vlti.
ff. pro empt.

Eſt quoque exploratiſſimum eum qui in con-
10 tractibus mentitur, teneri ad id quod intereſt, vt
dicitur de eo qui ſe aſſerit alterius procuratorem,
& tamen non ſit, vel minus idoneus, nota & cele
bris eſt doctrina Bartoli communi conſenſu re-
cepta in l.1. nu.1. C. creditorem euict. pignoris.
Alciat. conſ.16.num.1. lib.5. & conſi.119. lib.8.
& dixi ego conſil.12.num.10.lib.1. & conſ.185.
nu.2. lib.2. & quotieſcunque ex mendacio quis
commodum conſequitur, & alteri incommodum
affert, puta quia detecto mendacio obligatio ab
11 eo facta, irrita fiat, ſemper doli præſumptio ineſ-
ſe videtur, cum pernicioſum ſit, & rectè conueni-
tur ad id quod intereſt, l. ſi quis affirmauerit, §.1.
& l. quod venditor, & l. & elegãter, ff. idem Pom-
ponius, ff. de dolo. Crauet. conſ.936.num.31. præ
ſes Menochius videndus tract. præſumpt. lib.5.
præſump.3.nu.53. & infra plurib. ſeq. Maſcard.
trac. probat. in verbo, dolus regulariter, an præſu
matur, concluſ.532.num.19. Corbu. trac. ex qui
bus cauſ. emph. iure ſuo priue. de cauſa priuatio
nis ob mẽdacium, nu.1. Alba conſ.388.nu.10.
poteſt & agi contra eum, quia non impleuerit fi-
12 dem, & promiſſa, atque promiſſis minimè ſtete-
rit, vt aliis ſcriptum reliquit idem Maſcard. vbi
ſupra num.38. eſt enim mendacium ſignificatio
falſi, vel putati falſi pro vero, nec eſt neceſſariũ
13 ad eſſentiam mendacij, quod aliqui addunt, ani-
mo fallendi, quia conſideratur tantum, an no-
ceat, necne, imo etiam promiſſionem non im-
plens, dicitur committere ſpeciem mendacij no
tabiliter pernicioſi, nam venerabile eſt fidei nu-
men, atque nomen, vt tradit Nauarrus in ſuo ma
nuali confeſſo. cap.18.num.2. verſ. ſecundo pec-
14 cat, & num.5. verſic. quinto peccat. & quibus pę-
nis mendax afficiatur, pluraque in mendaces,
quæ rei noſtrę deſeruiunt, ſcribit Cotta noſter in
verbo, mendax, & Albericus à Roſate in eius di
ctionario, in verbo, mendacium, & cum quis (ò
facinus audax) adeo ſceleſtus eſt, vt Deo, aut glo
rioſiſſimæ Virginis, & Matri Mariæ, & Sanctis
aliquid tribuere audeat, quod tanto numini non
conueniat, vel adimere contendat, quod eidem
congruat, nedum mendax, ſed valde impius; equi
dem ſeuerius eſt puniendus, nam ſi atrox eſt iniu
15 ria principi maledicere, propter excellentem eius
perſonam, grauiterque punienda ſit, equidem lõ
gè atrociſſima, & grauiſſima ea eſt habenda, quę
infertur in Deum, & eius Sanctos, cum inter cœ-
leſtem, & terrenum principem nulla ſit compa-
ratio, nullavè proportio, & iccirco grauiſſimè
peccant ſceleſti, & maledici illi conuitiatores, qui
impura, & ſacrilega lingua audent, vt iam dixi
Deo tribuere, quod non conuenit, vel auferre
quod conuenit, vel date creaturæ, quod ſolius
Dei proprium eſt. Quæ inſignis hæc eſt temeri-
tas, qui effrenatus, & præceps furor ſummum il-
lud bonum, ad quod omnia referuntur, & a cuius
prouidentia, & benignitate omnia pendent, vita-
que ipſa ducitur, & ſpiritus alitur maledictis lace
rare, & tantũ numen, cui omnia parent, ab abie-
cto homunculo, imo verme proteri, & quaſi
pedibus conculcari, quæ te dementia cœpit, vn-
de in tantam furoris audaciam perueniſti, vt ar-
roganter, & turpiter nimis audeas tantam ma-
ieſtatem omnibus contumeliis, probriſvè vexa-
re, & impudentia impudica impudenter, & aſpe-
rè nefandis maledictis lædere, an fortè te excuſa-
bit conſuetudo peccãdi, num vides hæc ipſa pec-
catum auget, vel te iuuabit iræ cęcitas, vel ebrie
tas te defendet, hęc ipſa tuam habent culpã, cur
his peccãdi occaſionib. te toties obiicis, an neſcis
ſeruum peccati te facis, dum periculis peccãdi te
vltro offers? inanis eſt mihi crede, hæc tua leuis
excuſatio, licet fortè aliquantulum pœnam mi-
nuat, fugias occaſiones crebras, & iã propè quo-
tidianas, & præſertim ludos euites, qui hac pec-
candi, & maledicendi in Deum frequenti licen-
tia abundant, in aliis peccatis quædam ineſt vo-
luptas, qua ſenſus depaſcitur, ſed magno empta
dolore, cum animam perdat, at ex blaſphemia,
quodnam capitur delectationis aucupium, quæ-
nam oblectatio, nulla prorſus, an fortè, vt tibi a-
genti militem glorioſum, maior fides adhibea-
tur falleris, nam aliunde petenda ſunt tuæ forti-
tudinis, tuę in re militari ſcientiæ teſtimonia, for
tia facta non ficta hoc indicant, non autem hæc
maledica dicta, non ſine auditorum offenſione
prolata, & licet blaſphemia exterior, neque inte-

rior ſecundum ſe tãtum,dicenda ſit hæreſis,nam
aliud eſt credere,aliud dicere,& blaſphemia in di
cendo,hæreſis in credendo cõſiſtat, vt tradit Di-
uus Thomas 2.2.quæſt.93. art.1.2.3. quem re-
fert,& ſequitur Nauarrus in ſuo manuali confeſ
ſo.cap.12.num,82.attamen cum larga ſumpta ſi
gnificatione quodammodo hæreſim præſeferre
videatur,quandoquidem confeſſioni fidei,& cha
ritati diuinæ ſit contraria, & diuino honori vi-
deatur derogare quodammodo, vt ſcribit præſes
Menochius de arbitr.iudic.cap.375.num.1.me-
rito ſeuerè eſt puniẽda & eo grauius, quo eſt pec
catum frequentius,& magis in ore vulgi vſitatũ,
pœnaque nouarum conſtitutionum, titu.de pœ
nis, §.ſeuerè punienda, eſſet omnino ſine aliqua
perſonarum acceptatione repetenda, vt cæteri à
tanto lapſu contineantur, & vt peruerſis homini
bus hæc mala adimatur conſuetudo, imo vt hæc
peſtifera,& deteſtabilis peſtis,ac pernicies ciuita
tis facilius auertatur,eſſet pena augenda,& ea e-
tiam vltimi ſupplicij, ex caſuum qualitate infli-
genda,vt ſanxit Summus Pontifex in ca.1. & 2.
de maledicis,& ſcribit Clarus §.blaſphemia.ver.
ſed quæro, mentiri igitur non licet, & tanto mi-
nus in Deum, qui eſt via,veritas,& vita, cuiquã
ne audiſti factam iniuriam cõtumelioſius, quàm
hæc eſt,quæ Deo fit.

Conſiderabam etiam an potuiſſet dici, quod
cum ipſe Ferrarius dotem ipſam conſtituerit, ca-
ſu quo matris obligatio inanis eſſet, quod vide-
6 tur habendus perinde,ac ſi dotem de ſuo donare
voluiſſet propter ſanguinis coniunctionem, cum
eſſet patruus, vt magis communem,contra alios
ſuperius allegatos ſcribit Alba id iure, vt vanum
repudians, videndus conſ.12.num.1; ſtatutumq;
ſit intelligendum, vbi pro alio qui eſſet obliga-
tus interueniret,vel tanquam fideiuſſor, vel tan-
quam principalis,ſecus ſi nulla eſſet eius obliga-
tio,quia tunc fruſtra agitur de acceſſoria obliga-
17 tione,corruente principali,& cui non exiſtenti ac
cedere nequit.l.cum lex.ff.de fideiuſ. & commu-
nem dixi ego conſil.48.num.6. lib.1. ſicut igitur
Ferrarius potuiſſet dotem conſtituere huic nepti
non obſtante ſtatuto, prohibente eum pro alio
obligari, nec huiuſmodi dotalis donatio tanquã
facta ob cauſam egeat ſolennitate noſtrorum ſta
tutorum, vt notatur ad ſtatutum ca.324. nu.48.
in 1.vol. Ita & pari ratione idem eſt dicendum,
quando conſtituit dotem in caſu,quo alter ad id
non potuerit ſe obligare,quaſi ſtatutum voluerit
tantum conſiderare caſum, quando ſe obligaue-
rit pro alio,qui ſit efficaciter obligatus, ſed tamẽ
ſit non ſoluendo: & quamuis hæc ſubtilis argu-
mentatio ſatis arrideat interpretationi ſtatuti, vt
minus deuiet à iure communi, magis tamen pla-
cet prior illa mendacij, vti æquitatis,& rationis
plena.

18 Quod vero pertinet ad alium punctum, quin
teſtator potuerit legare vxori vſumfructum bo-
norum primogenituræ ſuppoſitorum, nihil eſt
quod dubitemus,cum is habeat eam diſponendi
de rebus hæredis facultatẽ, quam de ſuis habet.
l.vnum ex familia,§.ſi rem.& ibi eſt optima gloſ
ſa in verbo, faciliores, ff. de legat.2. l.filiusfami-
lias,§.cum pater, ff.de legat.1. & in terminis ca-
ſus noſtri communem dicit Didacus in cap.filius
noſter, num.3. de teſtamentis, poſtquam igitur
ſatis clara eſt poteſtas teſtatoris ſic agendi,ſuper-
eſt, vt videamus, an in caſu noſtro ea facultate
19 vti voluerit,& in ſumma an ſicut ei poteſtas eſt,
ita adfuerit voluntas, quæ ſunt duo capita præci
pua, in quacunque hominis diſpoſitione, vt re-
fert Menochius de præſumptio.lib.4.præſumpt.
194.num.1. & eam ſubeſſe omnino arbitror, &
tacitam,& expreſſam,tacitè quidem, quia diſpo
ſuit de vſufructu eius rei, quæ hæredi à ſe inſti-
tuto reſtituenda erat, & quia legatariæ perſona,
eſt dilectiſſima, ſcilicet vxor, & hæredis mater,
expreſsè vero, nam palam fecit ſe primogeni-
tum inſtituere, ne dum in bonis ad ſe liberè perti
nentibus,ſed etiam in aliis, quocunque iure, vel
cauſa ad ſe etiam iure poſſeſſionis,vel quaſi ſpe-
ctantibus,exprimendo etiam ſpeciatim bona pri
mogenituræ,de quibus nunc agitur,& dum poſt-
ea legauit plenum vſumfructum vxori omnium,
& quorumcunque bonorum ſuorum iurium, &
actionum,ſe retulit ad bona, de quibus iam men
tionem fecerat; & ſic ad bona etiam primogeni
turæ ſubiecta,cum adiecerit dictionem illam, &
vt ſupra, & prout ſupra;cuius referentis clauſu-
ſulæ vis eſt,vt ita præcedentia referat,ſicut ſi no
20 minatim in referente diſpoſitione expreſſa fo-
rent,vt explicant Decius conſil.182. nume. ..
Curtius iunior conſil.156.num.7.& latè Simon
à Pretis tractatu de interpretatione vltimarum
voluntatum,lib.2.interpretatio.4. dubit.2. ſolu-
tio.1.nu.205.fol.171. & cum hæc tota ſit volun
tatis quæſtio quemadmodum hæc bona primo-
genituræ ſuppoſita in vſufructu legato certum
eſt contineri,ſi nominatim expreſſa fuiſſent, ita
& pari ratione idem dicendum eſt,ſi ea nomina
21 tio facta ſit verbis relatiuis,quandoquidem ſatis
expreſſum ſit, quod fit per relationem ad aliud
quod certum ſit, vt fusè proſequitur Tiraquel-
lus de legibus connubial.gloſ.ſeptima, in verbo.
exprez. numero 182. cum pluribus ſequentibus,
quam teſtatoris mentem cum certo teneamus,
ceſſat omnino ea quæſtionis controuerſia in qua
variè ex factorum varietate quandoque reſpon-
derunt ſcribentes, an teſtator legando vſumfru
ctum omnium, & quorumcunque bonorum ſuo
rum cenſeatur voluiſſe etiam relinquere vſum-
fructum bonorum primogenituræ, vel fideicom
miſſo ſubiectorum, quia quoties probetur teſta-
toris, voluntas aut tacita, aut expreſſa, vt de eis
22 etiam diſponere voluerit,tunc omnes in eam ſen
tentiam conueniunt, vt nunquam ab eius vo-
luntate, quæ tanquam Regina dominatur, &
omnia poteſt,recedendum ſit, vt ſenſere ex alijs
Mantica ex contrario adductus, eod.tract.vltim.
volun-

volunt.lib.9. titu.6. num.8. & 9.& infra Meno-
chius videndus de præſumpt.lib.4. præſumptio.
142.nu.12. Borgninus excitato tractatu de vſu-
fructu ante nume. 100. verſicu. niſi de contraria
mente teſtatoris.

Nec aduerſatur teſtatorem ſe reſtrinxiſſe ad
bona ſua,& ex conſequenti non venire hæc bona
23 primogenituræ ſuppoſita, vt reſponderunt in ter
minis non diſſimilibus allegati Syluanus, conſil.
14.num.ſecundo, Cæphalus conſi.326.num.80.
volum.5. quibus addo Simonem à Prætis eo.tra
ctat.de interpret.vltim.volunt.lib.3.interpretat.
prima,dub.prima,ſol.prima,num.55.fol.183.&
lib.4.dubit.3.num.8.& 9.fol.378. Borgninus tra
cta.de vſufructu mulieri relicto num.99. Manti-
ca de coniect.vltim.volun. lib.9.titu.6. nume.8.

Quia reſpondetur id non procedere, quando
teſtator ſua appellauit bona etiam illa in quibus
habebat ius tantum poſſeſſionis, vel quæ obno-
xia erant reſtitutioni,quia meum etiam dicitur
ex mente proferentis, & ex conſuetudine vulga-
rium id quod ad me pertinet ratione poſſeſſio-
nis, licet ſit poſtea alteri reſtituendum, & verba
debent intelligi ſecundum communem vſum
loquendi, & ſecundum conſuetum, aut aliter de
claratum teſtatoris ſenſum, vt in puncto quæ-
24 ſtionis noſtræ ita declarat. Marzarius epitome
fideicommiſſ. parte ſecunda, quæſtio. quarta,&
licet adita hæreditas dicatur adhuc hæreditas,
quando eſt alteri reſtituenda, tamen non poteſt
negari quin interim donec eſt penes hæredem,
non dicatur largo modo, vel ſaltem impropriè
25 hæredis patrimonium,quia eius qualitas non pa
titur, vt ſit amplius hæreditas, tanquam con-
fuſa cum patrimonio, ſed bene qualitas fideicō-
miſſarii, vt docet poſt alios, Alexand.in l. prima,
§. veteres,num.quinto, ff.de acquiren.poſſeſ.& l.
filiusfam.num.quinto,ff.ad leg.Falcid.ſed in ca-
ſu noſtro tollitur omnis prorſus dubitatio, cum
expreſſe teſtator in hæredis inſtitutione declara-
uerit ſe accipere bona emphyteutica,& feudalia,
& reſtitutionis oneri alligata, & etiam quæ iure
quaſi poſſeſſionis ad eum quouis modo ſpecta-
rent tanquam ſua, & in eis velle habere locum
ius inſtitutionis, & ſui teſtamenti, exprimendo
etiam nominatim hæc primogenituræ bona;vn
de cum poſtea generale, & amplū legatum vſuſ-
fructus ad qualitatem eorum bonorum,vt ſupra
& prout expreſſorum retulerit nulli dubium eſt,
quod inde clariſſimè conſtat eum voluiſſe omni-
no ea etiam in vſufructu legato venire, nec pri-
mogenitus hæres poteſt id recuſare, aut detrecta
26 re, cum vltra ea bona, & legitimam iure naturæ
debitam pater alia ei reliquerit bona, vt vno ore
ſentiunt iam relati ſcribentes, & qui ab eis refe-
runtur interpretes.

Idque eo magis concedendum eſt, & ſic tran-
ſeo tertium propoſitæ quæſtionis punctum,cum
hæres ipſe primogenitus facto ſaltem,per longā
adeò obſeruantiam,hanc fuiſſe teſtatoris mētem
declarauerit, vnde nunc impugnare nequit,quod
ſemel approbauit, quandoquidem eius declara-
tio etiam tacita, quatenus ſuum tangit præiudi-
cium,& ſibi ſucceſſoribusque ſuis nocear,nulluſ-
que ſit qui magis coniunctus ſit teſtatore, & ex
27 conſequenti, qui magis eius voluntatem noſcat,
atque eam ambiguam declarare queat, vt plenè
ex alijs explanant Mantica de coniect. vltimar.
volunta.lib.tertio,titu.primo, a nume.26.vſque
ad numerum 30. Simon à Prætis adducto tra-
ctatu,lib.tertio,ſolut.12.fol.295.num.19.& pul
chrè Crauetta videndus conſil.101.num.tertio,
& conſil.201.num.11.& conſil.754. nume.15.
Rota Roman.deciſ.100.num.5.parte 2.ſecundū
nouiſſimam impreſſionem.

Quæ cum ita ſe habeant,nihil eſt,quod quar
tum,& poſtremum punctum attingamus,quan-
doquidem iam liqueat teſtatorem, & potuiſſe,
& voluiſſe diſponere de vſufructu bonorum one
ri ipſius primogenituræ ſubiectorum; quo fit, vt
hæres etiam cum beneficio legis,& inuentarij,id
reuocare nequeat, ſi tamen ei ex ciuitatis more,
in qua eſt confectum teſtamentum, liceat, quia
Mediolani id beneficium non eſt; ratio eſt ſatis
aperta,quia adeundo quaſi contraxiſſe cum lega
tarijs,& diſpoſita à teſtatore(cuius perſonam ſu-
28 ſtinet) approbaſſe cenſetur, vt in terminis bono-
rum fideicommiſſo ſubiectorū conſuluere Rom.
conſil.18.num.4.& conſil.158. in fine, Bertran-
dus conſil.15.num.31. vol.primo, Crauet.con-
ſil.593.num.14.eſt verum quod confecto inuen
tario,quando hæreditas non eſt ſoluendo,poteſt
29 filius hæres inſtitutus venire contra factum de-
functi, & rem ſuam à patre venditam vindicare,
commun.dicit Rolandus à Valle de inuent.quar
ta parte,quæſt.41.poſt num.4. ſecus ſi inuenta-
rium non confeciſſet, vt commun. dicit Oſaſcus
deciſ.179.num.22. quia etiam de iure pontificio
tenetur vltra vires hæreditarias, vt decidunt D.
de Rota, qui etiam tradunt formam conficiendi
inuentarium,deciſ.72.num.41.parte ſecunda,&
quod conſequutus fuiſſet filius hæres, vltra legi-
timam iure naturæ debitam, teneretur omnino
32 reſtituere ſiue in teſtatoris ſuprema iuſſa pecca-
uerit non exequendo, vel aliter illa impugnan-
do;omneque emolumentum hæreditatis,merito
aūt ab eo tanquam indigno aufertur & deferē ad
alios cohæredes, vt ait Crauet. conſil.1. num.2.
& plene ex alijs explicat videndus omnino Si-
mon à Prætis relato ſæpius tractatu de interpre.
vltimarum voluntatum,lib.quinto, interpretat.
prima,dub.prima, per totum,maximè, num.30.
cum pluribus ſequentib. fol. 479. & id magnam
33 equidem habet æquitatis rationem, nam ex qua
perſona quis fructum capit eius factum præſta-
re debet, l.ex qua perſona vbi Decius & Cagno.
de regulis iuris, & cap.ex eo non debet quis fru-
ctum de regulis iuris, in 6.cum igitur factum te-
ſtatoris non ſit contra leges, atque is idem reli-
querit hæredi, quod de iure relinquere teneba-

tur legitimam ſcilicet, quam etiam conſequitur
34 filius inuentarium non conficiens, vt commun. dicit Alciatus noſter conſil. 481. num. ſeptimo, lib. nono, nec cum fraudauerit teſtator, tanto minus ſcriptus hæres poteſt eius factum improbare præſertim collatum in perſonam valde benemeritã,
35 qualis eſt vxor dilectiſſima, & ipſius hæredis mater præſtantiſſima, l. ſecunda, C. ſi quid in fraudem patro. Bartolus in l. ſecunda, C. de inofficio. dote, vulgata lege, cum à matre, C. de rei vendicatione, Alexand. conſil. 29. num. 11. & conſilio 57. in fine, volum. quinto, Decius conſil. 185. numero primo, & fusè Gabriel lib. commun. titu. de regul. iuris, concluſ. 11. vbi multa in hanc rem conſcribit, cui adiungo Crauet, conſil. 722. num. quinto, & conſil. 735. num. 8. & 745. num. 33. & id quod præter ſpem, & iuris obligationem venit, omne id, deputet filius eſſe in lucro.

Et ex his arbitror breuiter, & pro veritate omnibus propoſitis quæſtionum punctis ſatisfactũ fore, ſalua tamen ſemper ſententia cuiuslibet melius ſentientis, &c.

Laus vni & Trino Deo

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO LOCO PIO Conuenij Modoetienſis.

ARGVMENTA.

Teſtamentum minus ſolemne, & perfectum an, & quando, & quomodo inter liberos, vel fauore piæ cauſæ defendi poſſit, maximè ſi factum ſit tempore peſtis, multaque in huiuſmodi re ſatis ſcitè explicantur.

Hæres ſi decedat ante mortem teſtatoris, an facta ſubſtitutio, ſiue ea vulgaris ſit, vel alia quæuis an euaneſcat.

SVMMAE RERVM.

1 *Teſtamentum minus ſolemne valere non vidatur fauore piæ cauſa ſi ea immediate non ſit inſtituta, ſed ſubſtituta.*

2 *Caducum ſit teſtamentum, ſi hæres inſtitutus decedat ante ipſum teſtatorem.*

3 *In teſtamentis ad pias cauſas, cum regantur iure naturali, & diuina duo teſtes ſufficiunt, cateraque ſolemnia remiſſa intelliguntur.*

4 *Mulieris teſtimanium admittitur in teſtamentis ad pias cauſas.*

5 *Teſtamentum ad pias cauſas valet, ſi ſit ſcriptum notis, vel ſignis inuſitatis, & etiamſi nutu factũ ſit, multaque alia habet priuilegia.*

6 *Piæ cauſa fauare diſpaſitio ſuſtinetur, etiamſi inſtitutia pro non ſcripta habeatur, quia res deuoluitur ad vexientes ab inteſtata cum ſuo onere, nec aliam quartam detrahere poſſunt ex magis commun. Doct. ſentent.*

7 *Opiniones plures vbi quis referat, vltimam approbare cenſetur.*

8 *Pia cauſa fauore vbi aliqua diſpoſitio ſuſtineatur, quaad omnes ſuſtinetur.*

9 *Pia cauſa fauare relictum ſuſtinetur, etiamſi inſtitutia deficiat, aut minimè valeat.*

10 *Vtile per inutilè nan vitiatur in ijs, quæ diuidi poſſunt, quad maximè praecedit in vltimis voluntatibus.*

11 *Inſtitutio hæredis amiſſa in teſtamẽto ad pias cauſas, eius effectum non impedit.*

12 *In teſtamento inter liberas ſufficit ſi duo tantum teſtes adhibeantur.*

13 *Teſtamentum imperfectum licet non paſſit ſuſtineri etiam inter liberos, tamẽ quoad piam cauſam rectè defendi poteſt,*

14 *Statutum diſpanens, vt in teſtamentis ad pias cauſas duo teſtes non ſufficiant, minimè valere videtur.*

15 *In teſtamentis ad pias cauſas ſola voluntas attenditur, & omnis ſolemnitas remiſſa eſſe intelligitur, & ſuſtinetur, etiamſi omiſſa ſint illa verba, ore proprio nominanda hæredem.*

16 *Dictia, vt ſupra facit, vt expreſſa in vno loco, intelligantur repetita in alio, ad quem ſit relatio.*

17 *Clauſula illa quæ paſſim apponitur in inſtrumentis ſcilicet actum, quam efficaciam, & vim habeat.*

18 *Teſtamentum licet lectum non ſit fauore pia cauſa ſuſtinetur, & an id pracedat inter liberos.*

19 *De forma illud dicitur, ſine quo actus aliquo modo valere nan poteſt.*

20 *Peſtis tẽpore multa iuris ſolemnitates remittũtur.*

21 *Peſtis tempore teſtamentum valet coram duobus teſtibus ſine ſcriptura.*

22 *Legum ardinem interdum nan ſeruare, ſi res poſtulet, orda ſalutaris eſt.*

23 *Teſtium numerus ſupplet defectum.*

24 *Teſtamentum iuſſu teſtatoris ſcriptum à Notario, rectè probari poteſt, ſi de eo deponent ſeptem teſtes cannumerato Natario.*

25 *Teſtatar, ſi voluerit teſtari ſecundum ius commune, eius diſpoſitia non ſuſtinetur ex priuilegio inter liberos aut pia cauſa vel peſtis.*

26 *Superflua in teſtamentis non vitiant.*

27 *Actus ſi non valet vt agitur, an valeat, vt valere poteſt.*

28 *Clauſula Codicillaris, an appoſita intelligatur in clauſula caterata.*

29 *Clauſulas ſalitas, & canſuetas cenſetur Natarius rogatus apponere in teſtamentis.*

30 *Clauſula cadicillaris, & apponi ſolita ſemper ſubintelligitur fauore pia cauſa, & liberarum.*

31 *Actus pia cauſa fauare, & liberorum, omni meliori moda debet ſuſtineri.*

32 Clau-

32 *Clauſula omni meliori modo facit, vt ſi actus non valet, & modo, quo geritur, valeat eo meliori modo, quo valere poteſt codicillarisq. clauſula eidē comparatur.*

33 *Scriptura imperfecta dicitur potius quadam præparatio ad teſtamentum, quam ipſum teſtamentum.*

34 *Correctionis vitium, vt effugiatur ſemper interpretatio eſt facienda.*

35 *Falſa demonſtratio non vitiat, vbi de corpore conſtet.*

35 *Dictio quo quid importet.*

37 *Omiſſa in teſtamentis aliquando diſcreto iudicis iudicia ſuppleri poſſunt, ne teſtator ineptè locutus eſſe videatur.*

38 *Grammatica falſa non vitiat, quando aliquo modo poteſt diſponentis voluntas percipi.*

39 *Superfluus potius dici debet teſtatoris ſermo, quā quod aliquid inducatur contra teſtatoris voluntatem.*

40 *Dictum plus eſt interdictum, quam ſcriptum.*

41 *Incertitudo tam in legatis, quam in contractibus non vitiat, ſed arbitrio iudicis declarari debet maximè fauore piæ cauſæ.*

32 *Pretium vbi ſit incertum ſit certum, iudicis arbitrio.*

43 *Ad arbitrium boni viri confugitur, vbi tertius, cui aliquid à teſtatore remiſſum ſit non declaretur.*

44 *Miſſarum numerus legatus vbi ſit incertus, arbitrio iudicis declarari debet habita legati ratione.*

45 *Pluralis locutio duorum numero eſt contenta.*

46 *Teſtium dicta, quantum fieri poteſt ſunt concilianda, nec debent intelligi cauilloſè, ſed adaptanda ſunt ad id, quod teſtis dixit ſcire.*

47 *Obliuio veriſimilis inducitur ex curſu longi temporis.*

48 *Contrarietas, aut repugnantia non attenditur in teſtibus, quando non eſt ſuper principali negotio & principale non dicitur, quod in capitulo non continetur.*

49 *Teſtes eſſe concordes in facto principali ſufficit.*

50 *Teſtium varietas in tempore non attenditur, quādo tempus non eſt de ſubſtantia.*

51 *Aetas an ex aſpectu probetur.*

52 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in facto principali, licet in verbis diſcordent.*

53 *Teſtis ſemel examinatus, ſi velit repeti poteſt ſe referre ad primum dictum, ſed demum interrogari debet, ſi pars id poſtulet.*

54 *Teſtes recipiuntur non citata parte vbi intendatur ſumariſsimum poſſeſſorium, ex l. fin. C. de edict. D. Adria. tollend.*

55 *Subſtitutio vulgaris corruit, vbi hæres decedat ante teſtatorem.*

56 *Hæres ſcriptus vbi decedat ante teſtatorem caducum, non ſit teſtamentum ſi adiectus ſit ſubſtitutus.*

57 *Inſtitutio ſi caduca fiat, quia hæres decedat ante teſtatorem ſubſtitutio tamen, & fideicommiſſum ſuſtinetur fauore piæ cauſæ.*

58 *Subſtitutio fauore piæ cauſæ defenditur ex clauſula codicillari, & omni meliori modo, etiamſi hæres ſcriptus ante teſtatorem decedat.*

59 *Teſtatus quis pro parte decedere poteſt, & pro parte non fauore piæ cauſæ ad exemplum militis.*

60 *Hæreditas ſi tanquam caduca deferri deberet ad venientes ab inteſtato tranſire tamen deberet, cum onere fideicommiſſi ad fauorem piæ cauſæ ſcripti.*

61 *Subſtitutio vulgaris expreſſa non expirat, ſi inſtitutus decedat viuo teſtatore.*

62 *Vulgaris ſubſtitutio expreſſa, quando inducta cenſeatur.*

63 *Vulgaris tacita in fideicommiſſaria comprehenſa robur accipit à ſola vulgari, & locum habet etiā ſi hæres decedat viuo teſtatore.*

64 *Vulgaris tacita comprehenſa in pupillari, an expiret ſi hæres ſcriptus viuo teſtatore decedat.*

65 *Teſtamentum poteſt incipere à tacita vulgari extincta expreſſa ſiue ea pupillaris ſit, ſiue alia quæuis.*

66 *Piæ cauſæ fauore teſtamentum poteſt incipere, & robur accipere ab ipſa ſubſtitutione, quæ etiam ſine inſtitutione conſiſtere poteſt.*

67 *Piæ cauſæ fauore in dubijs quæſtionibus pronunciandum eſt.*

68 *Pia cauſa etiam ſi actrix ſit, in dubio pro ea iudicandum videtur, cum vbique ſit præcipua.*

CONSILIVM CCLXXVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

Aduerſus teſtamentum Ioſephi Molteni, in quo inſtituit hæredem filium ſuum, & vbi ſine filijs decederet, ſubſtituit locum pium Conuenij Modoetiæ in totum, duo potiſſimum obijciuntur, vnum ſcilicet, vt cum teſtamē-
1 tum deficiat in pluribus ſolemnitatibus, non debeat valere fauore piæ cauſæ, cum eadem immediate non ſit inſtituta, ſed ſubſtituta ex doctrina Bartoli in l. fin. C. de his, quæ pro non ſcriptis habentur, alterum quod cum hæres inſtitutus deceſſerit ante ipſum teſtatorem, caducum ſit factum
2 teſtamentum, & ad inteſtati cauſam deuenerit ex, l. quidam, ff. de iure Codicil. & §. 2. inſtit. quibus modis teſtamenta infirmentur.

Ad primum reſpondeo in teſtamentis inter liberos, & ad pias cauſas, longè multū abeſſe omnem falſitatis ſuſpicionem tum propter commune parentum votum, tum propter cauſæ pietatem, neminem præſumendum ſit velle tanti maleficij crimen, & facinus committere abſque ſuo commodo, quamobrem communi doctorum cō-
3 ſenſu receptum eſt, vt in relictis ad pias cauſas, cum regantur iure naturali, & diuino ſufficiant duo teſtes, cæteraque alia iuris ſolemnia intelliguntur

guntur remiſſa, cap.relatum, il primo, & capit.
cum eſſes de teſtamentis, atque etiam valeat ſi ſit
ſcriptum ſignis, vel notis inuſitatis, mulierumq;
4 teſtimonium admittatur, & etiam nutu fieri poſ-
ſit, vt egregiè probat Mantica videndus de con-
iecturis vltimarum voluntatum, lib.6.titu.3.nu-
me.2. & 4. & 5.num.15.& complura enumerat
5 alia priuilegia, Tiraquellus tract. de priuilegijs,
piæ cauſæ, maximè priuilegio ſecundo, & Clar.
videndus §.teſtamentum, quæſt.6.per totam, vn
de conſtito de voluntate prout hic, pro comper-
to conſtat, tum ex ſcriptura fide tabellionis com-
munita, & ſuo ipſius ſigno ſignata, & inter alias
de quibus rogatus fuit repoſita, & cuſtodita, vt
probat Maſcardus trac.probat. concluſ.1102, in
verbo Notarium præſumendum rogatum, num.
13. tum ex teſtimonio quatuor teſtium, qui ipſi
teſtamento interfuerunt, & aſſerunt eam fuiſſe
præciſam mentem ipſius Moltenij, & de ea fuiſ-
ſe tunc rogatum Ioan. Petrum Villam Notariũ,
debet eſſe facilis iudex in fauendo huic ſupremæ
teſtantis voluntati, l.prima, C.de Sacroſanctis
eccleſijs, poſthabita omni iuris ſolemnitate, poſt-
quam pia cauſa, & liberorum, omnem expurgat
& dimouet falſitatis ſuſpitionem, ob quam meri-
to introducta fuit laudabilis hæc conſuetudo, vt
tanta in ea re adhibeatur diligentia, cum valde
periculoſa, & lubrica ſit, & ſæpe fiat, vt mortui,
aliena voce interpoſita, & ſimulata loquantur ad
aucupandum, & capiendum hæreditatis com-
modum.

Secundo dicitur deciſionem Bartoli, in ea.l.fi.
ff.de his pro non ſcriptis, velle, vt diſpoſitio fauo
re piæ cauſæ ſubſtineatur, etiamſi inſtitutio pro
6 non ſcripta habeatur, quia res deuoluitur ad ve-
nientes ab inteſtato, cum ſuo onere, vt expreſſe
ibi dicit textus, & Bartolus, & quamuis hæredes
ab inteſtato, tanquam fideicommiſſi onere one-
rati deberent poſſe detrahere quartã, tamen hoc
non procedit fauore piæ cauſæ, vt magis comm.
dicit Iaſ.in l. Marcellus, num.20.ad Senatuſcon-
ſultum Trebell. & quamuis hic articulus in ma-
gna controuerſia, & contentione verſetur, atta-
men iſtam eſſe magis commun. opinionem, vſu
etiam receptam fatetur Tiraquell. de priuileg.
piæ cauſæ, priuileg.27.in fine, verſi.verum, adeo,
quod nihil intereſt an directo ſine medio ſit reli-
ctum, vel obliquè fideicommiſſi iure.

Tertio contraria concluſio non eſt omnino ex
pedita, quia multi contrarium tenuerunt, vt in-
quit Tiraquell.eo.priuileg.ſecundo, verſic.ſed cõ
tra, imo ipſe videtur hanc poſtremam opinionẽ
ſequi, vt dicitur de gloſſ. plures referente opinio-
nes, quia vltimam ſemper approbare cenſetur, l.
7 qui filium, §.primo, ff.ad Trebell. Alexand.conſi.
55.num.12.lib.4. Iaſ.in l.pacta nouiſſima, C.de
pactis, & in doctore referente plures opiniones,
vt vltima ſit attendenda tradit Curtius Sen.con
ſil.primo, ſub num.12. imo receptiſſimum eſt ſi
agatur de diſpoſitione in qua pia cauſa ſit inſti-
tuta, vt eius fauore etiam alia relicta, quæ pieta
tem non habent, vti adiuncta ſuſtineantur, vt cõ-
8 mun.dicit Clarus eod.§.teſtamentum, quæſt.6.
verſic.ſed quæro, & quamuis vbi inſtitutio non
valeat irrita etiam debeant eſſe alia relicta, vti eã
ſequentia, & ab ea robur habentia, tamen adhuc
9 ea quæ facta ſunt ad pias cauſas debent ſuſtine-
ri, vt defendit Tiraquellus eod.priuileg.ſecundo,
verſic.contrarium tamen voluit, & Didacus vi-
dendus in cap.relatum & primo num.3. verſicu.
ego puto contrariam de teſtamentis, quod ma-
gnam habet rationem, cum in rebus quæ diuidi
poſſunt, ex communi doctorum ſententia vtile
10 per inutile non vitietur, vt commun. dicit Iaſ.in
l.ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogonus, nume.49. ff.de
verbor.obligat.poſt Dinum in regula vtile, de re
gulis iuris, in 6.& notatur, in l.prima, §.ſed ſi mi-
hi, ff.de verbor. obligat. quod maximè procedit
in teſtamentis, & in vltimis voluntatib. circa reli
cta, l.ſecunda, de his, quæ pro non ſcriptis, l.hac
conſultiſſima, §.ex imperfecto, C.de teſtament.
quod ego confirmo ex recepta illa ſententia, vt
11 inſtitutio hæredis omiſſa in teſtamento ad pias
cauſas eius effectum non impediat, vt ſcribit Ti-
raquel.eo.trac.priuil.15.

Quarto cum inſtitutus ſit filius, verſamur vtri-
que in caſu, qui eſt priuilegio donatus, & in quo
duo teſtes tantum ſufficiunt, vt communem dicit
12 Clarus, §.teſtamentum, quæſt.8. verſic.hinc in-
fertur imo cum pia cauſa dicatur præſtantior, &
fauorabilior cum faueat aĩæ, quæ cũ immortalis
ſit, & ĩmortalẽ quæſtũ afferat, cunctis reb. eſt præ
ferẽda, & licet teſtamentũ imperfectũ ratione vo
luntatis non poſſit ſuſtineri etiam inter liberos,
13 tamen quoad piam cauſam defendi poſſe vide-
tur quatenus circa illam ſit perfecta, vt exemplũ
affert Didacus, eod.cap.relatum, el primo, num.
10.& magis communem fatetur Tiraquel.priui-
leg.ſeptimo, verſic.tutum, quicquid contra dicat
Clarus, quæſt.7.verſic. aliquando, & quarto ex
Aretino, in l.ſi is qui prope finem, ff.de teſtamen
tis. Sed intelligi debet, vt loquitur, quando con-
ſtat, quod teſtator voluit aliquid amplius circa
illud caput piam cauſam concernens ſtatuere, ſe-
cus ſi illud expediuerit, & ad alia prorſus extra-
nea ſe contulerit, vel aliter cõſtare poſſet de eius
perfectione circa illud caput, & quod illud ha-
buerit pro abſoluto, & ideo Aretinus dicit, quia
teſtator non habuit teſtamentum pro abſoluto,
ſed cum vellet diſponere impeditus eſt, & res nõ
videretur habere difficultatem, quando conſta-
ret, quod teſtator eius voluntatem explicauerat,
ſed dum legeretur animam efflauit, quia reſpe-
ctu eorum quæ lecta fuiſſent imo etiamſi adhuc
lecta non fuiſſent, quatenus in fauorem piæ cau-
ſæ diſpoſita ſint, debet diſpoſitio ſuſtineri, vt ſen
tit Didacus relato, cap.relatum, el primo, nume.
11.verſiculo nono. Quare ſi id conceditur in te-
ſtamento imperfecto quanto magis conceditur
in teſtamento omni ex parte perfecto ratione
volun-

voluntatis, & in quo ſeptem teſtes adhibiti ſunt, cum duo tamen ſufficiant, & Tabellionis etiam authoritas acceſſerit.

Quinto etiam omnis dubitationis vox conticet, & obmuteſcit, tum ea iure noſtro municipali, cap. 322. in primo, cautum ſit, vt in teſtamento inter liberos, & ad pias cauſas duo tantum teſtes ſufficiant, vno ſi ſtatutum vellet inducere maiorē numerum reſpectu piarum cauſarum, cum regātur iure gentium, & diuino non valeret, vt notat
14 Cacialupus, in reg. l. cunctos populos, num. 161. C. de ſumma Trinitate, & fide Cathol. & tradit Tiraqu. de pia cauſa in princ. & priuil. 1. & 2.

Nec aduerſatur, vt omiſſa ſit nominatio hæredis ore proprio, quæ requiritur ex diſpoſitione ſtatuti, cap. 321. quia reſpondetur ex ſequenti ſtatuto, cap. 325. limitari generaliter præcedentia ſtatuta, vt non procedant in relictis ad pias
15 cauſas, & id optima ſuadente ratione, quia in huiuſmodi diſpoſitionibus ſola voluntas attenditur, & omnis ſolemnitas remiſſa intelligitur, vt ſcribunt Clarus, §. teſtam. & quæſt. 6. in princip. verſic. eſt tamen Didacus eod. cap. relatum, el primo, num. 9. de teſtam. Tiraquell. priuil. 3. præterea dicitur huic ſolemnitati ſatisfactum eſſe, quia licet illa verba, ore proprio nominando, non ſint appoſita in prima inſtitutione, tamen fuerunt appoſita poſt ſubſtitutionem, &c. ore proprio nominādo, vt ſupra ita vt reſpectu loci pij de quo nos agimus neceſſario, & ſpeciatim ea inſit, reſpectu vero primæ inſtitutionis ea adſit propter relationē illā, vt ſupra, quæ facit, vt expreſſa in vno loco intelligantur repetita in alio ad quem oratio refertur, vt tradit Curtius Sen. conſil. 51. nume.
16 18. Crauet. conſil. 135. num. 17. Rurſus dicitur in oppido Modoetiæ alia adeſſe ſtatuta, quæ illud non exigunt.

Nec officit, quod deſit clauſula illa actum, quæ eſt magni momenti cum primo oſtendat locum,
17 Secundo teſtamenti promulgationem, tertio voluntatis perfectionem, Alexand. conſil. 59. num. 5. lib. ſecundo, præſes Menochius conſi. 288. Bartolus in l. fideicommiſſa, §. primo, de lega. tertio, & notatur, in l. ex imperfecto, C. de teſtam.

Quia reſpondetur, quod licet teſtamentum lectum non ſit, tamen inde probatur volūtas teſtatoris, quæ ſufficit ad multa, & ideo dicit ibi Bartolus quod forte ſufficeret ei in teſtamento inter liberos, & quamuis id habeat oppugnatores, tamen in pia cauſa receptum videtur, cum ſit fauorabilior, & metu etiā relinqui poſſit, vt ſuperius probauimus in primo fundamento pro hac noſtra parte, vt tradit Clarus ead. quæſt. 6. verſicu.
18 quinto, infertur, & ita in terminis hanc dubitationem tollit Tiraquel. priuil. 6. & Corneus conbl. 77. in fine, lib. primo, Decius conſil. 488. item cum adſit (vt aiunt) abbreuiatura Notarij, quæ loco eius Sigilli habetur, & reperiatur inſtrumētum inter alia deſcriptum, & vt dicitur regiſtratum aliunde apparet lectum fuiſſe, vt ſentit Didacus, eod. cap. relatum, num. 11. verſic. prima, quidem aſſerit circa finem. Verum omnis hæc diluitur argumentatio, cum ex receptis teſtibus de loco appareat, & ſimul conſtet lectum fuiſſe teſtamentum, & à teſtatore habitum fuiſſe pro abſoluto & perfecto, mandaſſeque vt de eo rogatus eſſet Notarius, teſtatumque fuiſſe quod eā ipſa erat ſua bona, & vltima voluntas

Non pungit nec ferit etiam illud, quod acerrimum putatur telum magna vi & contentione coniectum, vt ſcilicet cum ſtatutum noſtrum ca. 322. in primo, velit in teſtamentis ad pias cauſas duos teſtes ſufficere, quorum vnus, ſi ſciat ſcribere, ſe ſubſcribat, & an ſciant ſcribere ſtetur dicto Notarij, & tamen ex teſtibus receptis, & Protonotarijs aliqui ſcirent ſcribere vnde forma non ſeruata eneruatus actus ruit.

Quia reſpondetur, id pro forma nō exigi, quia cum teſtamentum ſine ea ſubſcriptione poſſit valere, vt quando neſciunt ſcribere: ergo non poteſt dici formam afferre, quia de forma illud dicitur, ſine quo actus aliquo modo valere non poteſt,
19 quia forma diuidi nequit, vt declarat Felyn. in c. cum dilecta, ſub num. 6. de reſcript. commun. dicit Iaſ. in l. prima, §. ſed & ſi mihi, numē. 6. ff. de verbor. obligat. Secundo dicitur huiuſmodi ſtatutum, quatenus in legatis pijs iuriſgentium formam immutat, poſſe dici eſſe viribus tenuibus atque infirmis, vt ſuperius probauimus; Tertio eſt tunc temporis funeſta peſtis per ipſum oppidum eiuſque agrum fuſa, & diſperſa vagaretur, interdictumque foret comercium, vſus atque familiaritas, & contactus, merito id fuit omiſſum, quia nulli dubium eſt, quod ſimili tempore multa remittuntur de ſolemni iuris rigore, vt late probat,
20 videndus Rolandus à Valle, conſil. 81. num. 14. 47. & 57. lib. primo, & ſicut ſine ſcriptura coram duobus teſtibus valet teſtamentum tempore peſtis ex præenarrato ſtatuto, cap. 322. in primo, vt
21 ibidē probat interpres, in verbo, nec tempore peſtis, à num. 35. vſque ad nu. 48. ita etiam illa ſubſcriptio formam non affert; atque ideo omiſſa nō vitiat attentis maximè Senatuſconſultis ſuperindeeditis ad fauorem huiuſmodi teſtamentorum tempore peſtis factorum, vt ſcilicet valerent poſt habita omni iuris ſolemnitate, modo de voluntate aliquo modo poſſet conſtare, idque optima cō probatur ratione nā licet lex ipſa omnia, ita per bellè diſponat, vt eius ordinem non tenero, ſit æqui, & recti lineas tranſire attamen interdum, ſi
22 res poſtulat, ordo eſt, non ſeruare ordinem, Ecce, vt in vrbe quietè viuatur, Princeps qui præſentit beneque informatam habet eius conſcientiā, aliquorum iniuria, vel potentia eius bonum ſtatum perturbari poſſe, iubet hoc ad carceres ſiſſere graui in dicta poena, illos mādat capi, & in carceres conijci, hæc res licet videatur præcipiti cur ſu, & legum neglecto ordine facta, attamen interdum plurimum iuuat ad facinoroſos homines in officio continendos, ſi enim iuris ordo ſeruaretur

facile

facile horum calliditate iuſtitiæ leges eludi, &
ſperni poſſent, quod vnum malum eripit celeri-
tas improuiſæ executionis, quæ ex iſtorum peri-
culo alijs timorem, & metum incutit, vnde fit, vt
magis tranquillè, & placidè vita in vrbe traduca
tur; verum cum id legum ordini aduerſetur, eſt fa
ciendum niſi ex magna cauſa, & vbi principi hoc
iuſtis aliquibus rationibus exploratum ſit, nec
ſemper expedit, vt in lege adſit conſtantia, nam
ſicut prouidus nauta ad maris volubilitatem, vt
ventos ſecundos habeat, nauigationis curſum
mutat, & tempeſtati obſequitur, atque ſicut pru
dens medicus ad morbi varietatem remedia quo
que variat, & ita etiam cum ſapientis ſit conſiliũ
mutare, princeps ipſe qui eſt animata lex in ter-
ris, qui eſt ſubditorum refugium, §. fina. verſi. om
nibus, in authen. de conſulibus colu. 8. ex rerum
euentibus debet legum vela modo pandere, mo-
do contrahere, & in ea cogitatione curaq; totus
verſari, vt Reipublicæ moles tot aduerſis fluctib.
oppoſita, & ſuæ fidei concredita in tutum, & trã-
quillũ portũ inuehatur atq; pro cauſæ, perſona-
rũ, locorũ, temporumq; varietate mutatis legi-
bus, ciuitas incolumis ab omni damni iniuria ſer
uetur, & idcirco, vt ait I. C. in l. aut facta, §. fin. de
pœnis valde interdum conducit, vt aliquorum
malefactorum ſupplicia exacerbentur, quoties
nimirum multis perſonis graſſantibus, exemplo
opus eſt, varietas namque temporum varietatẽ
conſtitutionum inducit, cap. non debet de con-
ſanguin. & affin. & ex conſequenti cum tempore
peſtis multa omnibus modis propter propinquũ
mortis periculum confuſa, & variata verſentur,
conſentaneum eſt, vt à præſcripto legis ordine di
ſcedamus, iſque diſceſſus à recta iuris orbita mi-
nimè diſcedit, cum pro temporum qualitate, &
caſuum varietate deceat huc, & illuc mutatis, &
variatis vijs curſitare, vt facilius perueniamus ad
ſacrũ iuſtitiæ domicilium quo legislator dirigit
greſſus ſuos, omnemque eius actionem, ſed vt iã
tandem in viam redeamus à qua paululum deſte
xiſſe videmur, in præſenti ſpecie ſatis conſtat de
manifeſta cauſa quare ea ſubſcriptio omiſſa ſit,
ſcilicet, quia erat contactus, & commercium in-
terdictum, & ſic dabatur acceſſus ad res ſaluta-
res, receſſus vero à peſtiferis, ne fluctus à commu
ni peſte depulſi in nos met ipſos redundarent, &
idcirco teſtes dicunt vno ore, quod ſeparatim in-
ter ſe interfuerunt ipſi teſtamento, & hæc ratio
vti veriſimilis, & iuſtiſſima debet omnem pror-
ſus euellere, & funditus eximere ſcrupulum, tan-
to magis cum ex Notarij præſentia qui vnius te
ſtis vice fungitur. & ex numero tot aliorum te-
ſtium ſuppleatur omnis defectus, & ſi qua eſt ma
23 cula deleatur, vt in ſimili tradit Clarus, §. teſta-
mentum, quæſt. 57. verſic. ſed pone, & Didacus,
eo. cap. relatum, el primo, ante num. 12. verſicu.
tertia concluſio, vbi eam firmat concluſionem, &
dicit communem, vt teſtamentum etiam à No-
24 tario ſcriptum iuſſu teſtatoris poſſit tanquam nũ
cupata voluntas probari ſi ſeptem teſtes de ea de
ponant connumerato Notario loco teſtis, & fa-
cit quia generale eſt, vt numerus ſuppleat omnẽ
defectum ex traditione gloſſæ, in l. tertia, §. eiuſ-
dem, in verbo, numerus, ff. de teſtam. Alexand.
conſil. quinto, num. ſeptimo, volum. primo, latè
fuſèque ſcribit Alba conſil. 35. num. 6. cum igi-
tur in caſu noſtro quatuor teſtes deponant de cõ
fectione ipſius teſtamẽti, cui tot adminiculorum
ordines præſto ſunt, ſcilicet (vt aiunt) Notarij
abbreuiatura, & ſignum, repoſitio inter alia pro-
tocolla, & eius regiſtratio, & pietas cauſæ, hanc
vnam veritatem quam quaſi manibus tenemus
oſculãtes omnino amplectemur, & mirificè cæ-
teris omnibus poſthabitis, etiam atq; etiam eam
in ſinu fouentes amplexabimur.

Nec officit, vt cum teſtator voluerit teſtari ſe-
cundum ius commune, non poſſit ſuſtineri diſpo-
ſitio ex priuilegio inter liberos, & peſtis ac piæ
25 cauſæ, quia ſi non valet, vt ago valere etiam non
debet, vt valere poteſt, l. prima, de codicillis, quia
26 Reſpondetur, ea quæ abundant in teſtamentis,
non vitiare, vt eſt pulcher tex. in l. teſtamentum,
C. de teſtamentis. Secundo dicitur regulam eſſe,
vt ſemper actus ſuſtineatur, & ideo ſi non valet,
vt ago, valet, vt valere poteſt; quod contra dici-
tur, procedit vbi apertè conſtaret de mente diſpo
27 nentis quod aliter actum valere noluerit, vt tra-
dit Iaſ. poſt alios in l. prima, ff. ſi quis ita, nu. 23.
de verbor. obligat. Tertio erigitur omnis dubitan
di occaſio, quia licet non legatur in hoc teſtamẽ-
to clauſula codicillaris, tamen poteſt dici, quod
28 ſit comprehenſa ſub illo verbo, nempe ab hoc ſe-
culo, &c. cum de Stylo apponi conſueuerit, & ta
bellio cenſeatur rogatus apponere clauſulas ſoli
tas, & conſuetas, & id maximè cum poſſit com-
prehendi ſub illo verbo, &c. vt ſcribit Cæphalus
29 conſil. 88. num. 4. Crauett. conſil. 612. & fauore,
piæ cauſæ, & liberorum dubiũ non videtur quin
ſemper ea clauſula intelligatur, vt ſentiunt Man
30 tica videndus de coniectur. vltimarum voluntat.
lib. primo, titu. 9. num. ſecundo, & 6. & Gabriel
vtique omnino videndus libro commun. de con-
ſuetudine concluſ. 3. num. 2. vbi contrariam con-
cluſionem declarat, vt non procedat fauore piæ
cauſæ, quia ſemper actus debet defendi, & ſuſti-
31 neri eo. meliori modo quo fieri põt, præſes Meno
chius lib. 4. præſumpt. 31. num. 18. & idcirco etiã
temperatur contraria, & ſibi ipſi repugnans re-
gula, vt ſi non valet, vt ago, non valeat, vt vale-
re poteſt, vt nõ procedat, quando apponitur clau
32 ſula omni meliori modo cui hæc codicillaris cõ-
paratur, vt ſcribit Soc. Iun. ea. l. prima, §. ſi quis
ita, num. 50. de verbor. obligat.

Non reſiſtit etiã, vt hæc dicatur ſcriptura po-
tius manca, & mutila, & quædam præparatio ad
33 teſtamentum, ſeu vt vulgo aiunt teſſera, quam ip
ſum teſtamentum, vt in ſimili ſcribit Clarus §. te
ſtamentum, quæſ. 7. verſ. aliquando, & tertio, ſed
meo iudicio nulla adeſt plaga inſanabilis, imo ſi

quid morbi aut vitij ineſt facile ſine graui cura,
& mora curari,& remoueri poteſt,nam dum di-
citur deeſſe clauſulas ſolitas,hoc nihil eſt cum cõ
prehendi facilè poſſint ſub illo verbo,&c. Secun-
do iuſta iuris interpretatione appoſitæ intelligũ-
tur,maximè fauore piæ cauſæ; Tertio conſtat de
veritate,& teſtimonio quatuor teſtium affirman
tium ſub iuramenti religione eam fuiſſe volunta
tatem ipſius Molteni, & fuiſſe habitam pro per-
fecta,& abſoluta.

Ad illa verba, & ipſis recuſantibus dicitur,qđ
optimè conueniunt, quia voluit vbi ipſi fratres
S.Petri Martiris recuſarent, quod Cadauer in
eorum Eccleſia ſepeliretur, vel agnoſcere,& ſubi
re nollent onus annuæ celebrationis pro defun-
ctis, quod legatum eſſet applicatum Eccleſiæ
Sancti Ioan.Baptiſtæ,& hæc intelligentia fit cla
riſſima cum primum legatum ſe ad ſecundum re
34 ferat,& ſemper ſit capienda interpretatio,vt cor
rectionis vitium effugiatur, & vnum ſit factum
ſub alterius commemoratione,& contemplatio-
ne,l.non ad ea vbi eſt tex.clarus, ff.de conditi.&
demonſtrat.cap.cum tu de teſtibus Card.Mant.
de coniec.vlt.volunt.lib.3.titu.5.num.9.

Ad illud qđ in legato Magdalenæ dixerit per
præfatum hæredem, cum tñ nullus præcederet,
ſed ſequatur,dicitur hoc nihil eſſe,quãdo de cor-
35 pore conſtat, l.falſa demonſtratio vbi Bartolus,
ff.de condit. & demonſtrat. & cum antea orete-
nus iam declarauiſſet quinam eſſet ſuus hæres
hoc reſpectu potuit dicere præfatum.

Ad legatum filiæ modo quo viuat, vt conti-
neat falſam grammaticam dicitur illa verba mo
do quo poſſet intelligi aduerbialiter,vt dicitur in
ea elocutione, quo magis diuino cultui incũbas
36 tibi lego,& ſic importat,vt viuat,vel quando vi-
uat,vt tradit Albericus in ſuo dictionario in ver-
bo, quo, vbi plures affert ſignificationes ad rem
facientes, & ſic voluit legare quatenus illa viue-
ret, & ex morbo peſtis quo vehementer labora-
bat, & maximo cruciatu angebatur euaderet, &
poteſt eſſe quod deficiat,litera D.omiſſa propter
nimiam ſcribendi,vt ſæpe fit celeritatem, & ve-
locitatem, & voluit dicere modo quod viuat, &
tunc id ſuppleri debet à diſcreto, & prudenti iu-
37 dicantis iudicio, ne teſtator dicatur aliquid ine-
pte protuliſſe,vt ait gloſ.magna, in l.quidam te-
ſtamento, ff.de vulgar.& pupillar. & iſte eſt illo-
rum verborum veriſſimus ſenſus,nec falſa gram-
38 matica vitiat,quando poteſt aliquo modo perci-
pi teſtatoris voluntas,cum tabellionis imperitia,
aut ſcriptoris incuria non debeat obeſſe volunta
ti diſponentis,l.Imperator,la prima, de ſtatu ho
minum,l.ſi in teſtamento,de legat.ſecundo,& in
terminis multa conſcribit Simon à Prætis de in-
terpretat.vltimar.volunt.lib.ſecundo, ſol.ſecun-
da,fol.141.num.26.& ſupra, & infra, Mantica,
lib.3.titu.13.per totum, & lib.8.titu. primo,nu-
mer.3. vbi vide ex quorum ſcriptis facilè refelli
poterunt argumentationes, quæ contra afferun-
tur ad euertendum hoc ipſum teſtamentum.

Ad id, quod dicitur in ſubſtitutione dictum
fuiſſe filiabus fœminis, & ſic dictio vna abundet,
reſpondetur, quod iſta replicatio magis enixe o-
ſtendit mentem teſtatoris,vt quando dixit ſuper
uiuẽtes, & ſuperſtites, & omni caſu potius vana,
& ſupervacanea dici debet oratio, quam quod
39 aliquid inducatur contra voluntatem defuncti,
vt explicat Mantica relato tractatu,lib.3.tit.6.
num.9.& 10.& Prætus locis proximè excitatis.

Ad Conuetij ſubſtitutionem,quatenus dictũ
fuit ore proprio nominando, vt ſupra, & tamen
relatio videatur falſa reſpondetur, vt iam dixi,
quod debet dici,vt ille primus hæres fuerit,& ip-
ſe nominatus,licet ſcriptum non ſit, quia ſatis di
ctum conijcitur ex hac denominatione, & plus
40 ſit dictum, quam ſcriptum, l.vnum, §.penult.l.
cum pater,§.imperfecta,de legat.ſecundo,l.ver-
bum,volo,C.de fideicom.

Abſurda non videtur etiam ea diſpoſitio lega
ti domus facta Gerardo Molteno conſobrino, vt
ſuis verbis vtar, modo nõ poſſint illam diuidere,
ſed eo in caſu ſortiatur inter ipſos, quia ſi nulla
alia perſona adiecta foret,magis vrgeret argumẽ
tatio,ſed cum dixerit teſtator Conſobrino,& ſeu
filijs ſuis apparet, quod optimè verba conueniũt
cum tunc eſſent plures,& voluit,quod domus in-
diuiſæ eſſet penes vnum, & penes illum quem cõ
iecta ſors obtuliſſet, & quẽ caſus ipſe prætuliſſet.

Ad illud quod in legato parẽtaliorum pro fa-
cienda quotannis re ſacra pro mortuis ſit omiſſus
numerus miſſarum, & id arguat inchoatam teſ-
ctam fuiſſe ſcripturam, & ſic imperfectam, quia
alio tempore eſſet is apponendus, Reſpondetur
id quod incertum eſt non vitiare tam in legatis,
41 quam in contractibus, ſed arbitrio iudicis eſſe de
clarandum Alba videndus conſil.437. num.4.&
ideo vbi pretium ſit incertum ſit certum arbitrio
42 iudicis,præſes Menochius de arbitrarijs, iud.ca-
ſu 143.num.primo, & hoc maximè eſt dicendũ
fauore piæ cauſæ,vt egregiè ſcribit videndus Mã
tica,lib.8.cap.4.num.20.& 21.& cum dictum ſit
& extendatur cum onere annualis cum miſſis vi-
detur hoc remiſſum declarationi tabellionis, qui
ſi non declarauerit, confugitur ad arbitrium bo-
43 ni viri, id eſt iudicis Simon à Prætis, lib.primo,
interpret. prima, dub.3. fol.prima,num.primo,
fol.10. & ſicut ſimpliciter relictum pro celebra-
tione miſſæ intelligitur quãtum ſufficiat pro ea,
ita etiam legatum pro annuali cum miſſis intel-
ligi debet pro eo numero, qui arbitrio iudicis re-
44 ſpondeat pecuniæ legatæ, vt ſcribit Simon à Præ
tis,lib.4.dub.4.fol.455.num.76.& omni caſu il-
45 lud non dicitur omnino incertum, quia pluralis
locutio duorum numero eſt contenta, l.vbi nu-
merus,ff.de teſtam.

Ad id vero, quod pro Notarios notanos ap-
pellauerit, & quod omiſſa ſit habitatio teſtium,
reſpondetur hanc inſcriptionem denotare actus
perfectionem,quia non ſcribuntur nec Pronota-

rij nec teſtes niſi re perfecta, nam ſi res differtur
in aliud tempus vix certi eſſe poſſumus, vt omnes
ijdem interuenire poſſint. Secundo cum ſimus in
materia priuilegio donata, ſufficiunt duo teſtes,
& hic adhibiti fuerunt quatuor. Tertio cum om
nes illi teſtes fuerint noti, ſatis probabile vide-
tur, quod omnes habitarent in ipſo oppido Mo-
doetiæ, & id non videtur omnino neceſſarium,
quando ſunt noti, vt cauetur ex ſtatuto noſtro,
cap. 319. in primo, num. 67. hacque in re Nota-
rio creditur, & cum illi qui ſcripti ſunt pro Nota-
rijs, non ſint repoſiti ſub nomine teſtium con-
ſtat quod ſunt pro Notarij, & hæc expreſſio non
eſt neceſſaria, modo de veritate conſtet, vt hic
conſtat integro teſtimonio receptorum teſtium
in cauſa.

Quibus non aduerſatur obiecta inter eos repu
gnantia, quia ſcilicet Miſſalia videatur depone-
re quod Ioſeph Moltenus quando deceſſit eſſet,
annorum 10. & tamen pater, quando confecit te
ſtamentum teſtetur fuiſſe annorum 21. & deceſ-
ſit anno poſteriori, quia reſpondetur, quod Miſ-
ſalia non dicit, quod quando deceſſit eſſet anno-
rum decem, ſed quando incepit eum cognoſcere,
vnde ne aduerſetur dicto patris, eſt eo magis hic
46 veriſſimus recipiendus ſenſus, cap. cum tu de te-
ſtibus vbi Felyn. num. 8. & commun. dicit idem,
Felyn. in cap. cum contingat, num. 7. de officio de
legati, & dicit Alexand. in conſil. 43. lib. quarto,
quod verba teſtium non debent cum cauillatio-
ne intelligi, vt eſt antiquus mos, vetusvè inſtitu-
tum eorum, qui non iuſtitiæ, ſed litigãdi vias tra-
dunt, ſed adaptari, vt conueniant ad id quod te-
ſtis dixit ſcire, & id maximè eſt faciendum, quan
47 do propter longum temporis interuallum eſt ve
riſimilis obliuio, l. in agris, ff. de acquir. rerum do
min. Alba videndus conſi. 231. num. 5. memoria
enim ſæpe vacillat, & labitur, atque concidit eã-
que ſenſim fugaces anni furantur, & in flumen
lethes mergunt, præterea repugnantia non atten
ditur, quando non eſt ſuper principali negotio,
quia ſatis eſt, quod concordent in ſumma rei, &
principale non dicitur, quod non continetur in
48 capitulo, vt in noſtro caſu in quo actum non fuit
de probanda ætate ipſius Ioan. Baptiſtæ, vt com
mun. dicit Alexand. omnino videndus conſil. 88.
48 num. 13. volum. 5. Alba conſil. 529. num. 10. Ga
briel videndus titu. de teſtib. conclu. ſecunda, nu-
me. 64. quia ſatis eſt ſi ſint cõcordes in facto prin
cipali, licet diſcordent in circumſtantijs.

Rurſus varietas in tempore non attenditur,
quando tempus, vt hic, non eſt de ſubſtantia, vt
ſcribit Boſſius noſter titu. de oppo. contra teſtes,
num. 40. Ad hæc licet vnus teſtium dicat quem
eſſe annorum decem, alter vero affirmet eſſe in-
50 tra annos quatuordecim, non tamen diſcordes
ideo dicuntur cum in minori numero conueniãt,
& cum ætas ſæpe colligatur ex aſpectu, qui inter
dum eſt fallax. & mentitur, vt experientia rerum
magiſtra longuſque vſus docet, ſæpe enim ado-
leſcens ex aſpectu multæ, & prouectæ, ſenex ve-
ro viridis, & robuſtæ ætatis apparebit, nam cre-
bro ante diem, vel poſt dies moroſa canicies ad-
uentat, & inuadit, ex vario naturæ temperamen-
to, & antipathia, & ideo id non eſt in caſu no-
51 ſtro ſpectandum, quia non eſt principalis quali-
tas, quæ deſideraretur, vt ex alijs declarat Maſc.
in verbo, ætas, concl. 680. incipiente communia
quædam, de teſtib. num. 3. & 4.

Non eſt etiam magnifacienda ea repugnan-
tia, quod ſcilicet Peregus, & Caſtellus inquiant
veniſſe domum Molteni ante alios, & tamen cũ
fuerint diuerſis temporib. vocati alterum falſum
neceſſe videatur, quia facilè poſſunt conciliari,
quod ſcilicet, diuersè fuerint vocati, ſed poſtea
conuenerint ante domum Molteni ante alios de
ſeruiuntque mox allatæ reſponſiones.

Colluſionis etiam iniectum telum, eo quod ſe
remittant priori dicto facilè depellitur, quia imò
id de iure facere tenebantur ne facilè ob tempo-
ris interuallum in aliquam repugnantiam pelle-
cti, & attracti fuiſſent, vt luculenter docet Boſſius
noſter omnino videndus titu. de oppoſitionibus
contra teſtes, nu. 8. & cum poſtea diligẽter adhi-
bitis varijs interrogationibus fuerint vẽtilati ab
interrogatore partis aduerſæ deletur omnis pror
ſus ſuſpicio, quæ eo magis diluitur cum agatur
de pia cauſa, & fauore filij, quibus caſibus, vt ſu-
perius ex communibus doctorum ſententijs pro-
bauimus, omnem prorſus ſuſpicionem falſitatis
dimoueri exploratum eſt; etenim quis dicet quẽ
velle mentiri aut deierare abſque aliquo ſuo cõ-
modo, cum eius ſpes, & cupiditas ſit cuiuſque de
licti incenſio, & autrix ſuaſio, nec in viri pruden-
tis mentem venire poteſt, vt præfecti ipſi hoſpi-
tali loco, Deo ſeruientes, & opus pietatis nauan
tes, & efficientes, vellent animam ſuam nefariè,
& impiè perdere, vt locupletent, & diuitijs au-
geant ipſum Xenodochium.

Nec ea ratione quod ſe referant ad primum
dictum, dici poteſt quod præmeditato ſermone
vtantur, quia illa dicta ad quæ ſe referunt non
52 ſunt eiſdem verbis, ſed diuerſis confecta, imò re
ipſa, & effectu ſimul vna concordes conueniant,
quod ſufficit, vt inquit Baldus in l. conuenticulã,
C. de epiſcop. & cler. & egregiè tradit idem Boſ-
ſius de oppoſ. cõtra teſt. nu. 24. & Theſ. allegata,
deciſ. 255. num. 8. non diſſentit, imò idem appro-
bat quatenus vult, vt teſtes ſemel examinatus ſi
velit repeti, poſſit petere, vt ſibi primum dictum
53 legatur integrè, & poſtulante parte poteſt de-
nuo interrogari abſque eo quod ſe referat ad
primum dictum ſimpliciter, ſed id fit parte petẽ-
te, quod in caſu noſtro petitum non fuit, & cum
fuerint etiam diligentiſſimè interrogati, hoc ſatis
eſt & validæ ſunt etiam illæ priores depoſitiones,
quia poſſunt recipi non citata parte, vt traditur
in l. fi. C. de edicto diui Adriani tollendo ex quo
de ſummarijſſimo agitur iudicio non magni præ
iudicij, & ita in foro quotidie ſeruatur, vnde fit,
vt ſu-

vt ſuper primo hoc capite bellatis ſuperatiſque
oppoſitionibus contra teſtes factis, & confutatis
aduerſis argumentationibus firma, & ſtabilis ſtet
concluſio ad fauorem loci pij, vt ſcilicet teſtamẽ
tum ſuſtineri debeat, maximè ad fauorem piæ
cauſæ, poſtquam apparet ex multis rerum argu-
mentis, & ſane perſpicuis hanc fuiſſe teſtatoris
voluntatem, quam vnam ſequi debet integerri-
mus D. iudex poſthabita omni iuris ſolemnita-
te, quam tamen non fuiſſe omnino neglectam in
caſu noſtro dici poteſt.

Quod vero ſpectat ad alterum punctum qua-
tenus dicitur ob mortem primi hæredis ſcripti,
ante ipſum teſtatorem euanuiſſe, & caducam fa-
55 ctam fuiſſe ſubſtitutionem ipſius loci pij tanquã
ei accidentem, quia ruente principali vtique ea
ipſa ſublato cui inhærebat fundamento corrue-
re debet, quia vulgaris locum habet poſt mortẽ
teſtatoris, l. quidam, ff. de iure codicillorum, l. pri
ma, ff. de vulgari, & pupilla. & addi poteſt opti-
mus textus, in l. ſi Auguſtæ, ff. de legat. ſecundo,
& in §. poſteriore inſtitu. quibus modis teſtamẽ.
infirmentur.

Reſpondetur id non procedere, quotiſcunque
aliquis adiectus eſt ſubſtitutus, nam is præferri
56 debet venientibus ab inteſtato propter veriſimi-
lem teſtatoris mentem, quæ cæteris omnibus prę
ſtat, vt eſt tex. clarus, in l. vnica, §. & cum triplici
iuncto, §. pro ſecundo, C. de caducis tollendis, &
ſequitur Cæpola cautela 58.

Secundo dicitur fauore piæ cauſæ huiuſmodi
ſubſtitutiones, & fideicommiſſa non deficere, &
in nihilum occidere, quia illa debentur, etiamſi
57 inſtitutio hæredis omiſſa ſit, & etiam non adita
hæreditate, quia viuo teſtatore deceſſerit ſcri-
ptus hæres, vt communem profitetur Didacus
videndus in cap. Raynaldus, §. tertio, de teſtam.
num. 11. verſic. quartus caſus, & verſiculo octa-
uus caſus, Tiraquellus priuileg. 33. & 34. in prin-
cip. & in terminis noſtris videatur priuileg. 38.
& 76. & priuileg. 15.

Tertio ex clauſula codicillari, & omni melio-
ri modo contentis in clauſulis, vt aiunt, cætera-
58 tis, & ſubintellectis fauore piæ cauſæ, optimè ip-
ſa ſubſtitutio defenditur, vt omnes tenere inquit
Decius conſil. 242. num. ſecundo, & Alexander
conſil. 17. num. 17. lib. 3. quos refert, & ſequitur
multis adiectis Fabius Turretus tractatu de effe-
ctibus, & defectibus clauſulæ codicillar. quæſtio.
83. effectu 54.

Quarto fauore piæ cauſæ, quis ad militis exẽ
59 plum poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro
parte inteſtatus, vt affirmat idem Tiraquellus eo
dem tractatu priuileg. 13.

Quinto etiamſi hæreditas hæc deferri debe-
ret ad venientes ab inteſtato, tanquam caduca,
60 attamen fauore piæ cauſæ deberet tranſire cum
onere fideicommiſſi, nec Trebellianica poteſt de
trahi fauore piæ cauſæ, adeo quod quocunque
pars aduerſa ſe vertat, & huc atque illuc volitãs
vagetur debet ſe victam dare, & pati, vt piæ cau
ſæ fauor, qui vbique præcipuus eſt potior ſit, vt
ſuperius probauimus in exordio huius conſulta-
tionis in ſecundo fundamento.

Sexto vulgaris expreſſa non expirat aut obſo
leſcit, imo ei eſt etiam locus ſi inſtitutus decedat
61 viuo teſtatore, l. ſi pater filium, vbi Bartolus, &
alij, ff. de vulgar. & pupillar. & Aretinus inſtit. de
vulgar. ſubſt. col. 3. verſic. quæro an ſubſtitutio
vulga. Mantica de coniect. vltim. volunt. qui cõ-
mun. dicit lib. 5. titu. 5. num. 4. expreſſaque indu-
62 cta intelligitur in caſu noſtro ex illa clauſula cæ-
terata ſubſtitui, &c. ſcilicet, vulgariter pupillari-
ter, & per fideicommiſſum, vt notatur, in l. recu-
ſare, §. Titius, ff. ad Trebellia. præſes Menochius
lib. 4. præſumpt. 63. num. primo, & 6. poſt Gal-
liaulam, in l. Centurio, num. 105. ff. de vulgar.
& pupilla. Sed ſi etiam ageremus de vulgari ta-
cita comprehenſa in fideicommiſſaria, vtiq; po-
teſt robur accipere à ſola vulgari, etiamſi primus
gradus fieret caducus, & irritus, quia hæres de-
63 ceſſit viuo teſtatore, vt ſcribit idem Mantica,
eod. num. 4. & eodem, lib. quinto, titu. tertio, nu-
me. 10. vbi videatur.

Nec reſiſtit, vt vulgaris exareſcat mortuo in-
ſtituto hærede viuo teſtatore, quia id procedit nõ
in expreſſa vulgari de qua nos agimus, vel in ta-
cita comprehenſa in pupillari, in qua Bartolus
diſtinguit an ſtatim deceſſerit teſtator poſt mor-
tem pupilli, & tunc continuatur, aut ex interual-
lo, & non habeat effectum, ſecus ſi verſemur in
tacita vulgari comprehenſa in fideicommiſſaria
64 de qua nos agimus, quia quando teſtator condi-
dit teſtamentum iam hæres inſtitutus exceſſerat
pupillarẽ ætatẽ, cũ eſſet annorum viginti vnius,
& ſic ſimus extra terminos diſtinctionum Barto-
li, in l. lex Cornelia, verſic. ſed quæro vtrum, & l.
prima, colum. 8. verſic. vlterius quæro, an teſta-
mentum, ff. de vulgari, & pupilla. quamquam
ſciam etiam ſine differentia, & diſcrimine teneri
65 poſſe, vt teſtamentum queat incipere à tacita
vulgari extincta expreſſa, ſiue ea pupillaris ſit, ſi-
ue alia, vt defendit Didacus, in cap. Raynaldus,
§. quinto, ante num. ſextum, verſic. tertia ſentẽ-
tia, de teſtam. & latè proſequitur idem Mantica
eod. titu. quinto, lib. quinto, num. vndecimo, ſed
id eo magis, & procul omni ſcrupulo eſt in hoc
noſtro caſu recipiendum cum fauore piæ cauſæ
teſtamentum poſſit ſemper incipere, & robur ha
bere, & vires aſſumere ab ipſa ſubſtitutione, quæ
66 etiam ſine inſtitutione conſiſtere poteſt, vt tradit
Tiraquell. priuil. 15.

Verum ſi etiam res ipſa non eſſet ad fauorem
piæ cauſæ ita perſpicua, & clara, prout eſt om-
ni ex parte clariſſima, adhuc in dubio pro ea eſ-
ſet pronuntiandum, tum quia pro teſtamento
67 eſt ſemper iudicandum, vt inquit Tiraquellus
priuilegio ſecundo, verſiculo, hoc autem intelli-
go, vt videlicet ſufficiant duo teſtes de eo depo-
nentes, tum etiam quia in dubio eſt inclinandum
& toto

Digitized by Google

& toto capite propendendum in fauorem piæ
68 cauſæ, etiamſi actrix eſſet, cap. vltimo, de re iudicata. & probat Tiraquellus relato ſæpius tractatu de priuilegijs piæ cauſæ, priuileg. 146. & 165. & Mantica de coniectur. vltim. volunta. eod. lib. 6. titu. 3. nume. 45. atque ita ſenſurum arbitror præclariſſimum D. iudicem, virum religionis, & pietatis amantiſſimum, & ſingulari virtute præditum.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO PRECIVALLE Bulla.

ARGVMENTA.

In legato domus à nobili an contineatur domuncula ei vicina, quam teſtator locauerat colono, & qua aliquando vtebatur pro vſu domus à nobili.

Iudicium vbi cœptum eſt non ſemper ibidem finem accipere debet, & in decidenda cauſa an debeant attendi ſtatuta loci conttactus, vel ſolutionis, & contractæ moræ.

SVMMAE RERVM.

1 *Legatum domus ſi fiat, & teſtator plures habeat domos, pertinet ad heredem dare quam maluerit, niſi adiecta ſit qualitas per quam appareat, quæ domus legata ſit.*

2 *Legato res ſatis demonſtrata dicitur ſi ipſa pronunciatione, vel aliquibus apparentibus qualitatibus deſignata ſit.*

3 *Teſtatoris voluntas principem locum tenet in interpretandis vltimis voluntatibus.*

4 *Hortus ad vſum domus deſtinatus licet ſequatur legatum domus, tamen id non procedit quotieſcunq; appareat contraria teſtatoris voluntas.*

5 *Domum à nobili ſi quis leget, excludere videtur domum à ruſtico.*

6 *Verba ſpecialia plus operantur, quàm generalia.*

7 *Principale prædicatur de acceſſorio, & intelligitur vnum ex multis.*

8 *Domus maior prædicatur de minori.*

9 *Hæres, vt granatus non intelligatur, interpretatio eſt facienda.*

10 *In legato domus comprehendi videtur etiam domuncula ei adhærens, niſi conſtet de contraria mente teſtatoris, & ſint ad diuerſos vſus deſtinata.*

11 *Principaliter quod agitur in vnaquaq; re ſpectari debet.*

12 *Domus villico locata contineri non videtur in legato domus à nobili.*

13 *Principalis vſus, & non ſecundarius inſpici debet.*

14 *Tranſitus per vicinas domos ſæpe fit iure familiaritatis.*

15 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

16 *Horti, vt plurimum fiunt ad amœnitatem, & voluptatem.*

17 *Vtilis rei, vel voluptariæ in concurſu, ea quæ vtilis eſt præſtat.*

18 *Teſtis aliquid dicens ſuper interrogatorijs rei an probet pro actore.*

19 *Teſtis auritus contra producentem non probat.*

20 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*

21 *Teſtis de credulitate contra producentem probat.*

22 *Teſtis debet dicere veritatem ſuper tota cauſa, maximè cum iuramentum ſit indiuiduum.*

23 *Veritas alicuius poteſtatis metu non eſt occultāda.*

24 *Seruit nemini res ſua.*

25 *Domus duæ, quando dicantur ſeruitutem inuicem habere, vt in legato domus ſimul, & ſemel comprehendantur.*

26 *Iudicium vbi eſt cœptum, ibi finem accipere nō debet in cauſis executiuis.*

27 *Iudex vbi ſit incompetens, alter competens adiri poteſt.*

28 *Sequeſtratio fieri debet vbi res eſt ſita.*

29 *Inſtantia cauſæ vbi ſit perempta poteſt iudicium inchoari coram alio iudice.*

30 *Exceptio pendentiæ litis poſt litem conteſtatam, coram alio iudice an opponi poſſit.*

31 *Lis poteſt inſtitui coram diuerſis iudicibus, vbi capita ſint diuerſa.*

32 *Statuta loci contractus debent ſpectari circa eius deciſoria.*

33 *Statuta loci ſolutionis, & contractæ moræ potius ſunt ſpectanda circa deciſoria cauſæ, quam ſtatuta loci contractus.*

34 *Statutum ſiue ſit conceptum in rem, ſiue in perſonam, locū non habet in ſequeſtrādo re alibi ſita.*

35 *Statutum in perſonam conceptum forenſes non cōplectitur, ſicut nec bona extra territorium ſita.*

36 *Statutum vires nō porrigit extra iuriſdictionem, & territorium ſtatuentium.*

37 *Statutum odioſum ſtrictè eſt intelligendum, & ſemper propendendum in eam partem, quæ fauet ipſis ſubditis.*

CONSILIVM CCLXXVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quæ proponuntur arbitror, Domunculam hanc vicinam ſeu contiguam domui magnæ non venire *in* legato domus facto à I.C. Ludouico Beſutio Daneſio vtiq; Beſutio, nam conſtat ex teſtibus etiam ab actore productis teſtatorem duas tantum domos in oppido

pido Beſutij habuiſſe, vnam à nobili, alteram à ru
ſtico, vel villico, & vt vulgo dicitur à maſſario, &
cũ eius mentis fuerit legare tantum domũ à nobi
li, vt id indicaret, & palã faceret adiecit eam qua
litatem, & demonſtrationem ac notã, ſcilicet do-
mum meam à nobili quam habeo in loco de Be-
ſutio, ad differentiã alterius domunculæ, quæ nõ
erat à nobili, ſed à maſſario, & quã noluit in le-
gato cõprehendi, ſed ad hęredem pertinere, cũ &
ea quodammodo diceretur neceſſaria pro cultu-
ra bonorũ in hęreditate in eo loco relictorum, vt
ſcilicet in ea habitaret villicus, & colonus qui co-
leret perticas 80. & eo amplius terrę ibidẽ ſitę, ita
probat tex. inſignis, in l. ſi domus, ff. de leg. 1. vbi ſi
1 fiat ſimpliciter legatum domus, & teſtator plures
habeat domos, tunc ad hæredẽ pertinet eã dare,
quã maluerit, niſi adiectũ ſit inquit I. C. quæ do-
mus, id eſt aliquid per ꝗ appareat, quæ domus ſit
legata, vt in caſu noſtro actũ eſt, vt ibidẽ inter cæ
teros animaduerterũt, viden. oĩno Ang. & Caſtr.
& optimè cõfert tex. in l. qui ex plurib. ff. de ver.
oblig. quatenus in eo dr̃ ſi quis ex plurib. fundis,
quib. idem nomen ſit impoſitũ, vnum fundũ ſine
vlla nota demonſtrationis ſtipulatus ſit, incertũ
ſtipulatur, & ſic apparet vbi nota demõſtrationis
ſit adiecta, vt in noſtro caſu tunc ceſſare oẽm am
biguitatẽ, quod & comprobat tex. in l. ſtipulatio
num, quædã, & in l. vbi aũt, & l. ita ſtipulatus, ff.
eo. quatenus in eis legibus dr̃ rem legatã ſatis di-
2 ci demonſtratã ſi ipſa pronuntiatione, vel aliqui
bus perſpicuis qualitatib. deſignata ſit, quia tunc
certo ſtamus, l. Labeo, ff. de ſuppel. lega. & in ſimi
lib. terminis, Soc. iun. conſ. 159. nu. 10. lib. 1. cum
3 voluntas teſtatoris in vltimis voluntatib. princi-
pẽ locum teneat, l. in cõditionib. ff. de cond. & de-
mon. & optimè confirmat, l. ſed & ſi ſuſcepit, §. ſi
liberis, ff. de iud. quẽ ad hoc expendit in hiſce ter
minis, Iaſ. ea. l. ſi domus, nu. 9. qualitas. n. adiecta
à teſtatore, eſt potiſſimũ ſpectãda cum per eã di-
catur conſtare de corpore, & ſit fortior longeque
præſtet alijs qualitatib. ẽt ſi adeſſet error in noĩe
proprio, vt probat Iaſ. in l. ſi quis in fundi voca-
bulo, nu. 3. ff. de leg. 1. & in hiſce terminis fusè ex
plicat Pariſ. vid. conſ. 58. lib. 3. quẽ cum alijs re-
fert Simon à Prętis, de interp. vlt. vol. lib. 9. tit. 2.
nu. 36. vbi probat licet hortus ad vſum domus di
4 catus & deſtinatus ſequatur legatum domus, ta-
men id non procedit quotieſcunq; appareat con
traria voluntas teſtatoris, vt puta, quia fuerit ex-
ceptus, vt affirmant, gl. & Bar. videndi in l. Olym
pico, in princ. ff. de ſeruit. vrban. præd.

Cum igitur legatũ ſimpliciter domus prædice
tur tanquam genus de domo & à nobili, & de do
mo à ruſtico cõſequitur, vt teſtator adijciẽdo qua
litatem illã à nobili voluerit deſcẽdere ad ſpeciẽ,
5 quæ dr̃ eſſe magis certa, & ex cõſequenti voluerit
excludere aliam domũ ruralem ſeu à ruſtico, ar-
gumento eorũ quæ ſcribit Fel. in c. qm̃, nu. 2. de
officio iud. Matth. de Afflic. trac. de iure protomi
ſeos, in prin. l. ſub nu. 14. ſpecialia. n. & ſingularia
verba magis mouent, & plus operantur quã ge-
6 neralia, quia non egent aliqua declaratione ſicut
generalia, l. itẽ apud Labeonem, §. & hoc edictũ,
de iniur. l. cũ Aquiliana, vbi Iaſ. ff. de tranſ. l. 2. C.
de ſeruo pignori dato manumiſſo, vbi Bal. dicit,
qđ id quod ſpecialiter declaratur, validius opera
ri, quam quod in genere prædicatur, & quatenus
adiecit illã qualitatem à nobili ſupponit aliã ad-
eſſe domum, quæ non eſſet à nobili ſicut dicimus
7 principale, & acceſſoriũ. Item principalẽ, & fide-
iuſſorẽ, l. cũ principalis, ff. de reg. iur. & ſicut prin-
cipale intelligitur vnum ex multis, c. principali,
in princ. 63. diſt. ita ẽt qualitas à nobili prædica-
tur de alijs quæ non habeant illã qualitatem, &
8 ſic, quæ ab ea differãt, vt dr̃ de domo maiori, quæ
prędicatur de minori, vt eſt tex. optimus, in l. pa-
ter, §. Iulius Agrippa, ff. de leg. 3. Tiraq. de nobil.
c. 37. nu. 22. inquiẽs nobiles eſſe anxios, & ſollici-
tos ne principalis eorum domus extra eorum fa-
miliarem alienetur, quod non curant, de alijs, &
ſi aliter diceremus ſuperfluo eſſent appoſita illa
verba à nobili, ſi habuiſſet niſi vnicã domũ, prout
ex aduerſo pręſupponiĩ contra regulã, l. ſi qñ, de
leg. 1. Mant. de coniec. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. lib. 1.

Rurſus vbi ẽt daretur rem eſſe dubiã prout tñ
re ipſa eſt euidens propter adiectã illam demon-
ſtrationem à nobili in dubio eſſet ſemper faciẽda
interpretario ad fauorẽ hæredis qui præſumitur
magis dilectus, & per conſequens ſtricta in lega-
9 tis ſemper capienda eſt interpretatio, vt cẽſeatur
hæres minus oneratus quã fieri poteſt, l. numis,
de leg. 3. & in iſtis terminis declarat vid. oĩno Pa
riſ. allegato, conſ. 58. nu. 27. lib. 3. Crau. conſ. 25.
num. 24. & conſ. 86. num. 7. inquiens legata eſſe
ſtrictè interpretanda, vt minus cenſeatur hęres
grauatus, quam fieri poſſit.

Nec his firmiſſimis rõnib. aduerſatur, quæ cõ-
tra doctè mouentur, vt. ſ. in legato domus cõpre-
10 hẽdatur ẽt domũcula quaſi ei accedat, l. prędijs, §.
balneas, de leg. 3. quia ꝓcedit vbi aliter nõ cõſta
ret, de volũtate teſtatoris prout in caſu noſtro per
illã adiectam qualitatẽ à nobili cõſtat, vt probãt
leges ſuperius allegatę maximè, l. ſi domus, de le-
ga. 1. gl. & Bar. ea. l. Olympico, ff. de ſer. vrb. pręd.

Secundo reſpondetur hoc non procedere vbi
domus ſint diſtinctæ facto hominis, nẽpe interie-
cto pariete diuerſiſq; portis patefactis, vt in caſu
noſtro, & vbi pro ſeparatis habitæ fuerint, & lo-
catæ, & ad diuerſos vſus deſtinatæ, vt probant
Suidus allegato conſ. 207. & Alba eo. conſ. 316.
qui reſpectu iſtius ſeparationis in proprijs termi
nis loquuntur, & confirmant alij auctores conge
ſti ab additione ipſius Albæ, eo. conſil. 316. quos
non refero cum videri facilè poſſint, & apprehen
ſio facta ab hærede vri de duabus domibus ſepa-
ratis, & diſtinctis hoc idem confirmat.

Non obſtat ſecundo loco dum dicebatur do-
munculam illam conſtare eſſe deſtinatam ad v-
ſum domus magnæ tũ ex vſu cuſtodis viridarij,
tum ex vſu immediato domus magnæ, tũ ex vſu

accidenti, vt de vno quoq; egregiè diſſeruit inte-
11 gerrimus iudex, quia Reſpondetur in vnaquaq;
diſpoſitione potiſſimum ſpectari, quod principa-
liter agitur, l.ſi quis nec cauſam, & ibi Iaſ.nu.3.
ff.ſi cert.petat.& per conſequens, cum ea domus
fuerit locata villico, qui in ea habitat cũ bobus,
& curru, vt incũbat culturæ bonorum ſecundum
ordinẽ intellectus, & ordinem cõis obſeruantiæ
cenſetur deſtinata principaliter ad culturã bono
rum, & vt ex ea annuũ penſionis cõmodum perci
12 piatur, vt rectè diſtinguit Bar.l.ambitioſa, nu.19.
ff.de decretis ab ordine faciẽdis, Alba, conſ.271.
nu.11. vbi inquit principaliter illud cenſeri, in ꝙ
primo loco confertur cõmodum ipſius diſpoſitio
nis, & inſpici debere principale propoſitũ, & pri-
mordia cauſæ, quaſi præcurrentia, non aũt quæ
in conſequentiam quandã veniunt, vt cenſet idẽ
13 Alba conſ.752.nu.14.& debet inſpici vſus prin-
cipalis & non ſecundarius, vt inquit Ambroſius
de Vignate, trac.de vſur.nu.47. & propterea cũ
domuncula iſta parata ſit principaliter gratia ha
bitationis ipſius coloni, agrivè colendi cauſa, &
gratia reponẽdorũ fructuũ, nullo modo debet ve
nire in memoratũ legatum domus à nobili, quæ
eſt quid ſeparatũ, & diuerſum, argumẽto l.ſi ha-
bitatio, §.vſus, ff.de vſu, & habi.gl.in l.pen.in ver
bo, in villa, ff.eo.& licet qñq; teſtator vſus fuerit
opera ipſius coloni ad cuſtodiã domus magnę, &
ad culturã viridarij domus magnæ, id nõ dẽt mo
uere, cũ principaliter actum non ſit, & ẽtſi fuiſſet
illa domuncula extranei, vtiq; teſtator propter
vicinitatẽ vſus fuiſſet opera ipſius habitatoris, vt
in ſimilib.ſæpe fit, nam cũ ꝓpter vicinitatẽ faci
lè ſciamus vicini mores, magis noſtra intereſt eo
rum cũ quib. propter vicinitatẽ totos dies ſimul
iuncti ſumus, & finitimam quaſi coimus ſocieta-
tẽ, opera: vti, quã prorſus extranei, eadem ẽt re-
ſponſione tollitur vſus furni, qui vſui publico ẽt
eſt deſtinatus, & putei, & ẽt tranſitus per eam do
munculam, quia in villa pręſertim cõſtat paſſim,
ex quadam generali conſuetudine hoc ẽt fieri in
alienis domib.iure cuiuſdã familiaritatis, & ami-
citiæ, gratia breuioris, & cõmodioris viæ, l.qui iu
re familiatitatis, ff.de acq.poſſeſ. Cæpol.trac.de
ſeruit.ruſt.pręd.c.1.de ſeruit.itin.nu.25.& diſpo
ſitio l. prædijs, §.balneas, de legat.2. conſiderat
neceſſitatẽ vſus vnius domus ad alterã, vt cõem,
dicit Iaſ.l.beneficium, nu.14.de conſti.princ.quę
in caſu noſtro deeſt, cum præſertim adſint duæ
portę, & diuerſi principales aditus interiectis pa-
rietibus, quæ demõſtrat domuum ſeparationem,
& vnam principaliter deſeruire habitationi do-
mini nobilis, alterã habitationi ruſtici, & villici.

Sed meo iudicio tollitur omnis dubitatio ea
firmiſſima rõne, vt ſcilicet, ſi ẽt domũcula hęc do
mui magnæ inſeruiuiſſet, tñ in legato adhuc non
contineretur, cum teſtator id noluerit propter
adiectam illã qualitatem à nobili, qua vnã inclu
ſit, alteram vero excluſit, cum præſertim nullam
aliam haberet domũ in qua ea qualitas à nobili,
vel contraria ab ignobili ſeu ruſtico comprobari
poſſet, vnde neceſſario eſt dicendum eum id ideo
expreſſiſſe, vt ea domuncula in legato non cõpre
henderetur, cũ limitata cauſa limitatũ producat
15 effectum, l.in agris, de acq.rer.dom. Iaſ.l.3. C.de
tranſa. Fel.in c.cum ordinem, nu.5. verſ.limitata
de reſcrip. Soc.iun. cõſ.18.nu.15. cõſ.20.nu.37.
vol.1. & actus agentiũ non debent operari vltra
eorũ intentionem, l.non omnis, ff.ſi cert.petat.

Non aduerſatur ẽt quatenus dr̃ principaliter
ipſam domum deſeruire habitationi cuſtodis ip-
ſius viridarij, & debere ante oculos haberi id qđ
principaliter agitur, Natta conſ.554. nu.23. de-
liciarum.n.voluptatis cauſa Horti parantur ma-
ximè fontibus irrigati, & deambulationib.exor-
nati, quo inuitemus amicos, & vbi nos iam vrba
nis tricis defeſſos ſine interpellatoribus oblecta-
re valeamus, vbi varietate florum, & fructuũ, ac
herbarũ, quarum vires, & vtilitates longinqui tẽ
poris vſu, & periclitatione maiores noſtri perce-
perunt, & poſteris mandarunt, animũ diu defati-
gatũ relaxemus, & modo per iſtã, modo per illã
partem deambulando, naturæ miracula admirã-
tes, & olitoris induſtriã cõmendãtes, oppreſſas vi
res reficiamus, & mentẽ elegãti aſpectu, & corpus
dulci cibo paſcamus, quod bonum (mihi crede)
aberit ſi diligentia agricolę abfuerit, cũ ea in hor
tis aſſidua requiratur, & domus præſertim rura-
lis ſi hãc hortorũ amęnitatẽ non ſuppeditet hoc-
vè ſolatio careat, cuius eſt pretij? vix ullius.

Quia reſpondetur contrariũ in facto longè ve
rius eſſe, tũ ex eo quia colonus penſionẽ pro do-
mo ſoluebat, quod factum non fuiſſet, ſi virida-
rio ſolum inſeruiuiſſet, & cum agrorum cultura,
quæ ſupponitur eſſe perticarũ, 80.& eo am plius
16 vtilitatem, & quidem magnã afferat, viridarium
aũt ſit valde exiguum cõparatum ad agros, & vt
plurimũ fiãt ad amęnitatem, & ad voluptatem,
ea.l.prædijs, §.balneas, ff.de leg.3. Cæpo.de ſer-
uit.vrba.pręd.ſub tit.de horto.c.76.nu.4.& in cõ
curſu rei vtilis, & voluptariæ principalior dica-
tur, ſecundum ordinem (vt iam dixi) bene intelli
17 ligentis intellectus, ea quæ vtilis eſt, cũ ſine ea nõ
conſiſtat voluptaria, tex.optimus, in l.impenſæ,
§.fin.ff.de verb.ſignific.hoc ipſum argumentatio
nis telum in aduerſarium reflectitur.

Non refragatur etiam non videri probatũ do
munculam illam locari ſolere, niſi teſtimonio v-
nius ex teſtibus receptis pro actore, quo caſu nõ
18 videtur probare maximè cum id dixerit ſuper in
terrogatorijs ipſius rei, Borgn.deciſ.12.num.19.
parte prima, & etiam quia ſit teſtis auritus, qui
19 contra producentem non probat, vt tradit Ioſę-
phus Ludouicus, concluſ.70.

Quia Reſpondetur imò duos adeſſe teſtes, qui
de ea re concordes deponunt quartus nempè, fo-
lio 55. qui dicit qđ ipſe Ludou.teſtator ante eius
mortẽ locabat ipſam domunculã, & cauſã ſciẽtię
ſatis ꝓbabilẽ affert, nẽpe quia vicinus, qui pſumi
tur ſcire facta vicini, maximè habentia tractũ ſuc

ceſſiuum

20 ceſſiuū, Bar. l. 1. nu. 9. ff. ſi cer. pet. preſes Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 24. nu. 10. & 27. & quatenus dicit, q quantū ītellexit ſoluebat quotā pus tm̄ de ficto, dēt intelligi reſpectu pēſionis, nō aūt reſpectu locationis in genere, alter aūt teſtis, qui eſt quintus, fol. 66. & ipſe bene deponit ipſū Ludouicum teſtatorem in ea domuncula tenere inquilinum Ioan. Mariam Caratum, & ſic præſupponit, eam ei locatam fuiſſe, & ratio ſcientiæ affertur optima, quia erat ſotorius, & ſic coniunctus, qui præſumitur ſcire factum affinis, l. cōſenſu, C. de repudijs, & Menoch. vbi ſupra, & quatenus addit credere eum ſoluere libras quindecim annuas hoc eſt reſpectu ſummę pēſionis, non aūt ratione locationis in genere, de qua nos quærimus, & propterea indubitatam faciunt fidem cō tra ipſum producentem, etiamſi eſſet vnus tantū

21 teſtis, & qui ēt deponeret de credulitate ſecundū receptiorem Doc. ſent. de qua teſtatur Gabr. lib. com. concl. 1. nu. 14. vbi vide, & maximè cum iurauerint dicere veritatē ſuper tota cauſa, quo caſu cum iuramentum ſit indiuiduum, non poſſunt dicta teſtiū ſcindi, cum præſertim actor interrogatus reſponderit ſe velle eis vti in omnib. Boſ.

22 tit. de oppoſitionib. contra teſtes, nu. 25. & tit. de falſ. nu. 155. & infra, & Mediol. ſeruat, vt teſtes iurent ſuper tota cauſa, & ſuper ea tenentur oīno reſpondere, licet poſſet dici capitula eo principaliter non tendere, vt notat interpres ad ſtatutum, c. 85. nu. 34. & 35. vol. 1. & id maximè eſt dicendum cum ipſa interrogatio, & reſponſio attingat ſubſtantiam negotij, nec poſſit dici extranea aut extra capitulū, imò valde ad illud pertinēs, & neceſſaria, & in vnaquaq; re veritas ipſa non māca ſed perfecta, ſit ante omnia ſpectanda, & magnifaciēda cæteriſq; cunctis reb. præponenda, maximè ſi iuramenti ſacroſancta religione fuerit elicita, qui. n. ſpe, aut metu aliquarum poteſtatum veritatem occultat, vel paludibus iniquitatis demerſam latebris mendacij obtegit, Deū, qui eſt

23 ſumma veritas prouocat, eiuſq; iram in ſe ipſum vehementer incitat, cum demonſtret atq; ſimul oſtendat magis timere hoīes quam iuramenti religionem, & Deum ipſum qui in teſtem vocatur eiuſq; diuinam iuſtitiā, quæ cæteris omnib. longè multum præſtat. Si vir es tātæ virtutis, vt tibi obeſſe velis, dum alijs proſis, alteriusq, commoda tuis proponas, hoc perfectę virtutis officium ita agas, ne tuæ animæ turpē iacturam facias, equidem nimis incautus, ne dicā ſtultus mihi ſanè vī qui vt vinculis alter leuetur, & è carcere emittatur, ſe ipſum, ideſt aīam ſuam falſo eius teſtimonio quaſi ſatellitū duce in tetrū carcerem mittit, & includit, atq; vt nocentis hominis vincula rūpat, ſuam ipſius aīam iiſdem vinculis quib. ſceleſtus ille colligatus erat conſtringit atq; idem ipſe eandem miſerè tradit in cuſtodiā, & dutiſſimam ſatanæ ſeruitutē; te queſo cōmoueant exēpla tot virginum, & martyrū, qui vt hāc ipſam veritatē in aperto cōfiterentur, & probarent, tyrānorum minas, vincula, verbera, cęteroſq; animi, & corporis cruciatus atque mortis horrendū patibulū paruifecere, ſolum Deum, & eius excelſam poteſtatē magnifacientes; bonorum. n. mens, quo duriora pro veritate tolerat, eo ęternitatis prēmia certius ſperat; ſi propter timorem mortis tacere veritatē impietas eſt, non ne maior eſt impietas propter miſerum ventrē, & vani honoris ſpem, aut humanum timorem tacere veritatē de qua ſcandalum ſumatur? vtilius permittitur illud naſci quam veritatē relinqui, aut mendoſis cātilenis obrui: proditor. n. veritatis non ſolū is eſt qui mendacium pro veritate loquitur, ſed qui non liberè pronuntiat veritatē quam pronuntiare oportet, aut qui veritatem aperte non defendit, quā defendere oportet. non amat veritas angulos, non ei placent diuerſoria, & circuitiones: ſimplicem puritatē, vt ſolis ſplendidam lucem deſiderat, nūquam latet, ſed in medio ſtat bellatrix fortiſſima, nec metuit, nec erubeſcit, quę rectè ſentit liberè loqui, & pro palam in medium omnibus, poſthabitis proferre, non curans, an ille doleat, vel iſte clamore obſtrepat, aut minas iactet, vel formidines opponat, ſolam diuinā iuſtitiam formidans, quæ verū amat. verum vult omnib. dici, & quæ mendacem odit, & eo producit, vt odioſus ſit ēt iis in quorum gratiam mentitus eſt, cū parum ei cōfidentes iuſtè timeant ne eadem perfidia, qui mendacio, aut occultata veritate alium prodidit, eoſdemmet ipſos ſi crediderint prodat, & propterea maximè in teſtimonijs dicendis vnuſquiſq; comitē habere debet vnam ipſam veritatem à qua ne latum quidem vnguē diſcedat. fremat iſte, ploret ille, plaudat, & blandiens magna promittat vterque.

Poſtremo non obſtat quod domus magna ſit ſaltem adiudicanda legatario, cum illis ſeruitutibus, & vſibus, quibus vſus fuit viuens teſtator.

Quia Reſpondetur, iſtos vſus nō poſſe ſonare

24 ſeruitutē, cum res ſua nemini ſeruiat. §. ſic itaque inſt. de action. & quatenus ſeruitutis ius aliquod præſeferrent, cum ſint ſeruitutes, & vſus habētes cauſam minimè continuā non debentur, nec trā-

25 ſeunt cum proprietate domus vicinæ ſeu cōtiguæ venditæ, vel legatæ, præſertim cum ſine eis nō ſit altera domus inutilis, vt docet Bar. l. 1. ff. de ſer. leg. & com. dicit Burſat. vidend. conſil. 57. num. 12. lib. 1. & omni caſu idem ius imo fortius haberet hæres erga domum magnam.

Verum enimuero, vt iam præmonui, meo iudicio præripitur omnis prorſus iuſtæ dubitationis occaſio, ea ſtabili rōne quod teſtator noluerit eam domunculā in legato contineri, aut ſub nomine alterius domus magnæ venire, cū adiecerit qualitatem illam à nobili, qua patefecit, vt ea domuncula tanquam a ruſtico, & villico, & ab ignobili non veniret, etiā ſi alias ipſe ea aliqua in parte vſus fuiſſet ad commodum, & vtilitatem alterius domus, & quod eſt etiam veriſimilius ne hæres ipſe, qui fuit magis dilectus careret domo à ruſtico, ſi non neceſſaria, ſaltem valde vtili ad bo

nam culturam agrorum ea in regione poſitorum
& ita puto ſenſiſſe teſtatorẽ, & iuris omnino eſſe.
Quod vero ſpectat ad aliud punctum notiſſi-
ma ea regula, l. vbi cæptum, ff. de iudic. multis me
dijs temperatur quorum aliqua optime ad ca-
ſum noſtrum accommodantur. &
26 Primo, quia ea non procedit in executiuis in
quibus ſuper eadem re poſſunt plura, & diuerſa
remedia intentari, nec poteſt opponi litis pendẽ-
tia, quia in eis nihil magis curatur, quam vt eo ce
leriori, & meliori modo quo fieri poteſt ſatisfiat
creditori, vt docet Bart. in l. conſentaneũ, nu. 17.
C. quomodo, & quando iudex Iaſ. viden. conſil.
28. nu. 3, lib. 1. Gabr. lib. com. tit. de iudic. conclu.
1. nu. 33. & melius, tit. de actio. concl. 4. nu. 9. vbi
innumeros congerit Lancellot. trac. attentatorũ,
de attentatis, pendente lite, cap. 4. limi. 2. nu. 50.
& nu. 76. & limit. 30. interpres ad ſtatutum no-
ſtrum, c. 8. nu. 42. & c. 166. a num. 1. vſq; ad nu. 9.
Secundo locum nõ habet vbi prior ille iudex
27 non poſſet cognoſcere, quia tunc alter competẽs
adiri poteſt, vt firmat idem Gabr. relata concl. 1.
nu. 30. Iaſ. in l. nulli, nu. 6. C. de iudic. idem inter-
pres, c. 8. nu. 68. verum cũ ſequeſtratio non poſſit
28 fieri niſi coram iudice vbi res eſt ſita; hinc cõſtat,
vt iudices Bononienſes nullã habeant iuriſdictio
nem in re Mediolani exiſtente, & per conſequẽs
rectè adiri potuerit, ẽt ratione forenſis rei conuẽ-
ti, iudex Mediol. vt habetur ſtatuto, c. 213. in 1.
& eſt optimus tex. in l. 3. ff. de bonis auctorit. iud.
poſſid. vbi dicitur, contractum autem non vtiq;
eo loco intelligitur quo negotium geſtum ſit, ſed
quo ſoluenda eſt pecunia.
Tertio cum lis illa Bononiæ cępta ſit extincta
attento lapſu inſtantiæ, & morte vtriuſq; litiga-
toris, potuit altera lis Mediolani, vbi res exiſtit
intendi, vt declarãt interpres ad idem ſtatutum,
29 cap. 8. nu. 23. & idem Lancello. vbi ſupra, limita.
6. & in præfat. num. 263. & num. 287.
Quarto hæc exceptio cum dicatur propoſita
poſt litis conteſtationem, non debet amplius ad-
mitti, quaſi iã in iudicẽ Mediolanenſem conſen-
30 ſum ſit, vt ex alijs explicat idẽ interpres excitato
c. 8. nu. 97. Lanc. ea. lim. 2. c. 4. lite pẽdente, n. 75.
Quinto cum lis Bononię ſuſcepta complecte-
retur, & ſortem principalem, & id quod intereſt,
& multa diuerſa capita, quorum aliqua, cũ ſint li
31 quida, & clara, pro eis potuit Mediolani execu-
tio peti, vt decidit idẽ Lancel. vbi ſupra, limit. 28.
An vero debeant in decidenda cauſa ſpectari
32 ſtatuta loci contractus, & ſic ciuitatis Bononiæ,
ex communi opinione de qua fidem facere vide-
tur Roland. allato conſ. 100. num. 13. lib. 3. & de
lucro dotis, quæſt. 15. & complures refert inter-
pres in præludijs ad ſtatutum, num. 683.
Reſpõdetur id procedere ratione eorum, quæ
oriuntur ſecundum ipſius contractus naturam tẽ
pore contractus, ſecus reſpectu eorum, quæ oriũ
tur ex poſt facto propter negligentiam, & morã,
quia tunc ſpectatur locus in quem collata eſt ſo-
lutio, maximè ſi vnicus, limitatus, & deſignatus
33 fuerit, vt ſpeciatim in caſu noſtro actum eſt, nam
cum ibi ſit contracta negligentia, ſeu mora, meri-
to is locus inſpiciendus eſt, l. vinum, ff. ſi certum
petat. l. 1. in princ. ff. de vſuris, & diſtinguit Bar.
quem cæteri communi conſenſu ſequuntur, in l.
1. nu. 16. & 18. C. de ſum. Trinit. & fide Cathol.
vbi videatur, Iaſ. nu. 66. & Seuerinus, nu. 121. do
miniq; de Rota, deciſ. 404. nu. 3. & 580. num. 2.
parte 1. & Praticus Papienſis de forma libelli, in
actione hypothecaria, in verbo, an reſtituere, nu
me. 1. & 2. ſicq; ſe ipſum declarat Roland. exci-
tato conſil. ſub. nu. 13. ex Anchar. & Barba. cum
itaq; nunc agatur de his quæ orta ſunt poſt mo-
ram debitoris, an ſcilicet debeat creditor cũ alijs
cõcurrere, vel per ſe poſſit experiri de iurib. ſuis,
erit ſpectandus locus vrbis Mediol. in qua ex cõ-
uẽtione facienda eſt ſolutio, itẽ iudiciũ faciendũ.
Præterea cum res de qua agitur ſit Mediolani
34 ſequeſtrata, & ex conſequenti extra territorium
ſita ſit, defectu poteſtatis ſiue ſit conceptum in
rem, ſiue in perſonam, vim non habet, nec vires
habet, vt ex alijs probat idem interpres in præ-
ludijs, num. 687.
Rurſus cum ſtatutum de quo agitur non ſit
35 conceptum in rem, ſed potius in perſonam, qua-
tenus præſcribit legem ſeruandã in concurſu crẽ
ditorum eius, qui decoctus fidem fregerit, ſit, ex
theorica Bartoli, ea. l. cunctos populos in 6. & 7.
quæſt. maximè num. 42. C. de ſum. Trini. & fide
Cathol. vt afficere non poſſit Priciuallum Bullã
hæredem I. C. Ludouici Beſutij originarios, & in
colas Mediolanenſes, & forenſes ratione fori Bo
nonienſis, ſicut etiam non poteſt cõprehendere
bona extra territorium ſita, & ſequitur Alex. cõſ.
44. nu. 3. lib. 5. & quamuis aliqui videantur con-
tradicere vbi bona ſint ſita in territorio ſtatuẽn-
36 tium, tamen, quando agitur de re in aliena ditio-
ne ſita, tunc omnes conueniunt, vt lex municipa-
lis non liget, cum nõ porrigatur extra iuriſdictio
nem, & territorium eius conditorum, vt com. di-
cit Gozad. conſ. 49. nu. 8. & alij quos refert addi
tio Alex. eo. conſ. 44. in litera B. Gabr. lib. com.
tit. de ſtatutis, conc. 9. nu. 8. Ioſeph. Ludou. deciſ.
76. nu. 8. quare cum res de qua agitur, & perſona
non ſit ſubiecta poteſtati ſtatuentiũ conſequitur,
vt illius diſpoſitio nocere nequeat Bullæ cũ ſpe-
ctandæ ſint potius noſtræ ciuitatis leges vbi ſolu
tio eſt facienda, vbi mora cõmiſſa eſt, vbi res ex-
tat, & vbi iudicium faciẽdum eſt, præſertim, quia
etiam in caſu dubio debet iudex ad commodum
ſubditorum ſua ſponte inclinare, & propendere
37 mentem, maximè cum ſtatutum Bononienſe tã-
quam à iure communi alienum, ſit odioſum, atq;
ideo quantum fieri poteſt coarctandum, & mini-
mè dilatandum, vt inquit idem Rol. conſ. 72. nu.
35. vol. 3. Sed ne plura. cętera ſuppleat ſingularis
integritas, & doctrina Domini Iudicis.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I. C.

PRO

Conſilium CCLXXIX.

PRO IOANNE PETRO Decio.

ARGVMENTVM.

Socer qui promiſit pecunias dotales ſoluere genero conuertendas in proprietatis emptionem, quæ idonea eſſet, ad eius guſtum ſi interim vxor decedat non oblata proprietate, in quā pecunia erat implicanda an ſocer in mora dicatur, ita, vt gener lucrari poſſet dotem ex iure municipali Mediolani, cap 298 in primo. multaq; de huiuſmodi moræ culpa doctè, & eleganter traduntur.

SVMMAE RERVM.

1 *In mora quis non dicitur niſi alter, è latere ſuo implenda impleuerit.*
2 *Mora in conflictu deterior illa habetur creditoris, quàm debitoris.*
3 *Creditoris negligentia in veniendo ad accipiendas pecunias ſemper debitorem excuſat.*
4 *In mora debitor non conſtituitur quoties debitor debet declarare an pecuniam velit conuertere in emptionem prædy, vel magis malit id quod intereſt.*
5 *Debitor in mora non conſtituitur per lapſum diei quoties factum creditoris debet præcedere.*
6 *A mora excuſatur debitor quoties impeditur ſoluere facto, vel non facto, creditoris, nec alia debitoris interpellatio, aut oblatio exigitur.*
7 *Vnum quoties dicitur, & aliud ſupponitur nunquā dictum poteſt habere locum niſi probetur ſuppoſitum.*
8 *Pecunia numeratio licet debeat præcedere executionem, & effectum implicationis tamen ipſam numerationem debet præcedere actus inuentionis, & declarationis ſuper idonea qualitate proprietatis.*
9 *Mora non eſt, vbi petitio eſſe non poteſt.*
10 *In moram non incurritur, niſi vbi contrahens perfectè impleuerit pro parte ſua.*
11 *Exceptione qui repelli poteſt dicitur obligatus ad non petendum.*
12 *Implicationis gratia, qui pecunias dare debet non dicitur in mora niſi oblata implicatione.*
13 *Implicare qui tenetur pecunias ab alio recipiendas, an pecuniæ debitor debeat eam afferre, vt moram depellat.*
14 *Deponenda eſt pecunia quoties vterq; contrahentium non confidit.*
15 *Tradi non debet res vendita niſi prius recepto pretio.*
16 *Vſufructuarius incipere debet à præſtatione cautionis, & non proprietarius à traditione.*
17 *Actor in mora non conſtituitur, vbicunq; rei conuenti implementum debet præcedere.*
18 *Interpellatio etiam extraiudicialis maximè geminata omnem moræ culpam tollit.*
19 *Lucro dotali ne locus ſit, in dubio eſt pronunciandum.*
20 *Statuti beneficium, qui implorat debet legitimè eius qualitatem probare.*
21 *In mora non dicitur qui pecuniam ſoluere debet conuertēdam in implicationem proprietatis, niſi implicatio afferatur.*
22 *Mora regularis per interpellationem affertur, irregularis autem per implementum.*
23 *Intereſſe debetur etiamſi mora non ſit propter onera matrimony.*
24 *Conceſſum in vno, in altero negatum videtur.*
25 *Clauſula ſubſequens debet reſtringi ad ea, quæ congrua ſunt, & quæ commodè venire poſſunt ex intentione diſponentis.*
26 *Singula ſingulis ſunt pro iuris ratione, & ex diſponentium mente reddenda.*
27 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit niſi ad limites verborum directorum.*
28 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, quando in eo eſſet eadem ratio, vel maior.*
29 *Sub conditione caſus ſcriptus fauore etiam piæ cauſæ ad alium non porrigitur.*
30 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
31 *Dos mortua vxore debet inſpecto iure communi ad dotantem redire.*
32 *Factum legitime non fit irritum etiamſi ad eum caſum perueniat, à quo non poſſit inchoare.*
33 *Indefinita oratio vniuerſali comparatur.*
34 *Ratione vna ceſſante, non deficit diſpoſitio, cum altera ſubeſſe poſſit.*
35 *Ceſſante cauſa impulſiua an ceſſet diſpoſitio.*
36 *Terminus ad ſoluendum præſtitutus nō currit quoties aliqua liquidatio præcedere debet.*
37 *In contractibus adhibenda eſt cautio, & diligenter inſpicienda, perſona cum qua contrahas.*
38 *Modus poteſt impleri poſt factam ſolutionem, conditio autem antea impleri debet.*
39 *Conditionem vbi habeat obligatio, neceſſaria videtur interpellatio ad conſtituendam moram.*
40 *Implicatio pecuniæ vbi ſit facienda debet eius diligentia fieri ab eo qui pecunias eſt recepturus.*
41 *Dictio dum conditionem facere videtur.*
42 *Modus vbi ponatur pro cauſa finali loco conditionis habetur.*
43 *Modus, & conditio æquiparantur ſpectato fine, & exitu maximè, quia licet modus poſt impleri poſſit tamen debet adhiberi cautio de eo implendo.*
44 *Contractum debet quis re ipſa implere vbi ſit vltro, citroque obligatorius ad hoc, vt agere poſſit.*
45 *Exceptio non implementi ſemper opponi poteſt tanquam oriens ex ventre inſtrumenti.*

46 Vt ematur fundus ſi quis centum promiſerit prius agitur ad centum, deinde praſtatur cautio de modo implendo.

47 Mora non cadit vbi non eſt petitio.

48 Liquidum vbi non ſit debitum, mora culpa non committitur.

49 In mora, & in obligatione quis non debet vno tempore conſtitui.

50 Mora ceſſante lucrum propter eam à ſtatuto allatum ceſſat.

CONSILIVM CCLXXIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CONTRA Cernuſchium agẽtem
ad hoc dotis lucrum illud mi
rificè meo iudicio vrget, quod
Ioannes Petrus Decius non
poteſt dici in mora eius par-
tis ſoluendæ, nam ex lege no-
ſtra municipali, cap. 298. in 1. ei lucro locus non
eſt, eo qui eam promiſit, non exiſtente in mora.

Quod autem Decius in mora nõ fuerit, aper-
tè colligitur, quia contrahentes ordinem aſſigna
runt, vt primo loco proprietas inueniretur à Cer
nuſchio, & ea Decio proponeretur, & interroga-
retur, an ei placeret, & dein vbi placuiſſet in eam
rem numeraretur ab eo pecunia, vnde cum præ-
cedere debuerit Cernuſchij factum in inuenien-
da proprietate, & in ea Decio proponenda, & in
eo interrogando, an ei placeret, & vbi diſcordes
fuiſſent in eo, an proprietas idonea eſſet boni vi-
ri, id eſt iudicis expectandum foret iudicium. Sę-
pè enim nouum interuenit vitium, & calamitas,
quæ noua indigent animaduerſione; in mora nũ
quam poterat dici Decius, niſi hæc quæ ſui mu-
1 neris erant, prius præſtitiſſet ipſe Cernuſchius. l.
ædiles, la 1. in fi. & ibi glo. in verbo, præſtet. ff. de
ædil. edic. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empti.
Bar. in l. ſi ſoluturus, nu. 3. & l. ſi debitor, & l. qui
decem, ff. de ſolution. & in conflictu moræ ſem-
per inſpicitur, & deterior habetur illa creditoris
2 cum melior ſit conditio debitoris. l. ſi & per em-
ptorem, vbi vide Bart. ff. de actio. empti. l. illud,
ff. de pericu. & commo. rei vend. Ang. & Alex. in
l. ſi ſeruum. §. ſequitur. vbi Iaſ. num. 7. ff. de verb.
obligat. Alexand. conſil. 49. num. 3. vol. 2. Iaſ. in
l. prætor ait, §. vltimo. ff. de operis noui nuncia-
tione.

Et propterea negligentia actoris in veniendo
3 ad recipiendas pecunias ſemper debitorem excu
ſat. Bart. in l. item illa. ff. de conſtitu. pecun. Soci.
ſen. conſi. 158. num. 3. vol. 3. Ruin. conſ. 32. nu. 5.
vol. 5. Corbul. de cauſa priuat. ob non ſolut. cano
nem, limit. 15.

Secundo, cum promiſſio ſoluendi pecunias ſit
facta ſub conditione, quãdo ſcilicet Cernuſchius
voluiſſet illas implicare, & in emptionem fundi
conuertere, & pendente dilatione eſſet loco one-
4 rum matrimonij promiſſum id quod intereſt ad
hoc, vt Decius in mora conſtitueretur, erat faciẽ
da prius à Cernuſchio declaratio voluntatis, an
mallet eas implicare, vel intereſſe conuentum re
cipere, nec antea in mora dicebatur, vt ſcribit vi-
dendus Alexan. in conſi. 45. num. 5. vol. 5. quem
ſequitur, & commendat Natta, quem vide conſ.
451. num. 34. & 35. & conſ. 670. nu. 14. & quam
5 uis pactum loqui videatur, quando voluiſſet in-
tra terminum trium mẽſium exigi pecunia, ſecus
ſit dicendum lapſo termino, cuius dies interpella
re videbatur, quia cum adhuc factum creditoris
præcedere deberet in præparanda proprietate, in
mora non cõſtituebatur debitor per lapſum diei,
vt pulchrè diſtinguit Pariſius conſi. 34. num. 24.
lib. 1. Gabr. lib. commun. de verbor. obligat. con-
cluſ. 9. num. 31.

Tertiò, quando debitor ex perſona creditoris,
vel eius facto, aut nõ facto impeditur ſoluere ſem
6 per excuſatur à mora, nec requiritur aliqua debi
toris interpellatio, aut oblatio, quod ſolueret, ſi
creditor impleuiſſet, quia ſatis tutus eſt facto cre
ditoris, quod præcedere debet, vnde fit, vt ex cre-
briori Doctorum ſententia huiuſmodi oblatio,
aut proteſtatio non ſit neceſſitatis, ſed tantũ con-
ſilij, vt firmat idem Corbulus videndus de cauſa
priuationis, ob non ſolutum canonem, *limita. 9.
& 15. & 16.*

Quartò vbicunque in conuentione vnum di-
citur, & aliud ſupponitur nũquam dictum poteſt
7 habere locum, niſi probetur ſuppoſitum, Curtius
iun. conſ. 76. nu. 3. doctiſſimus Alci. noſter conſ.
184. nu. 2. lib. 9. atqui ſi vniuerſa chirographaria
conuentio legendo percurratur, id ſemper expreſ
ſum, & repetitum dicetur, vt Cernuſchius gener
teneretur implicare dotalem pecuniã in proprie
tate ad guſtum ipſius Decij Soceri, quod neceſ-
ſario ſupponit ex parte Cernuſchij, cui onus im-
plicationis impoſitum fuerat debuiſſe præcedere
inuentionem proprietatis, & eius præpoſitionem
ac interrogationem, & ſuperinde declarationem,
vt ſuperius in primo fundamẽto pręmonuimus,
& ſatis colligitur ex verbis claris ipſius conuẽtio
nis ibi, nel atto del sborſo de tali danari detti Cer
nuſchij ſiano tenuti impiegarli in qualche ꝓprie
tà idonea à guſto di detti Cernuſchij, & di Diece,
& in ſecundo pacto paulò poſt additur, ſeguito
detto matrimonio ogni volta, che detti Cernuſ-
chij vorranno impiegare dette lire 6000. che det
to Gio. Pietro di Dieci ſia obligato pagarli, & in
tertio pacto ſubiungitur, & non eſſendoſi fatto il
sborſo, perche nõ ſi ſia trouata proptietà idonea
& in alio chirographo quatenus dicitur, che ſia-
no tenuti impiegare le lire 1200. già hauute al tẽ
po ſi ſarà l'impiego della reſtante dote, ouero re-
ſtituirle al detto Gio. Pietro ad ogni ſuo piacere,
quia ſi præcedere nõ debuiſſet proprietatis diſcuſ
ſio, quorſum pecunię habitæ reſtitutio? & quam
uis numeratio debeat præcedere executionẽ, &
8 effectum implicationis, tñ ipſam numerationem
debet

debet procedere actus inuentionis, propoſitionis, & declarationis ſuper idonea qualitate vbi de ea dubitetur, l.ſi ab arbitro, & l.ſi vero, §.qui pro rei, & ibi glo.in verbo, dubitetur, & Barto.& Iaſ.num.ſecundo, ff.qui ſatiſda.cogantur, Maſc. trac.probat. in verb. fideiuſſorem eſſe idoneum, concl.782.& in ver. idoneus an quis, concl.878. num.4.& 5.& dixi ego conſil.64.num.17. & per conſequens niſi hæc prius Cernuſchius præſtitiſſet, & è ſuo latere perfectè impleuiſſet agere non poterat, l.Iulianus, §.offerri, ff.de actio.empti, l. quæro.§.inter locatorem, ff.locati, & infinitos cõgerit Carot.trac.locati, ſecundum poſtremã impreſſionem, titu.de emptione, num.29.& nu.57. & 58.folio 198.& 199. ſi igitur Cernuſchius niſi impletis, ex parte ſua recitatis qualitatibus per modum etiam conditionis requiſitis agere poterat, & ſuperinde nulla fuerit, aut eſſe potuerit, niſi eis impletis petitio, vtique nulla potuit eſſe mora, vt ſunt expliciti text.in l.nulla, intelligitur, ff. de regul.iur.l.ſi pupillus, ff.de verborum obligat. & cap.non eſt in mora, de regul. iuris in 6.nam quis non incurrit in moram niſi vbi contrahens

9

10 perfectè impleat pro parte ſua, l.qui pendentem vindemiam, ff.de actio.empti Alciatus conſi.10. num.5.lib.8. Ruin.conſil.152. num.15.volu.5. & Corneus videndus conſil.246.num.6.lib.3.& conſil.312.num.4. in4. & qui poteſt exceptione

11 repelli dicitur obligatus ad non petendum, vt egregiè docent, glo. Bartolus Innoc.& alij, in l.meuia, §.fundus, ff.ſol.matrim. & notatur, in l.lecta; & l.quod te, ff.ſi certum petatur, Bald.in l.acceptam in ſexta oppoſ. C.de vſuris, Crau.conſi.89. num.5.Becius conſil.38.num.7.Natta conſi.76. num.4. vol.primo, præſes Menochius de arbitr. caſu 220.num.48. cum itaq; Cernuſchius, ſi dotem petijſſet ante oblatam, & probatã proprietatis præparationem, ad guſtum Decij potuiſſet repelli, à Decio velimus nolimus erit omnino fatendum, vt nunquam fuerit in mora, atque ideo

12 Cernuſchius dotem lucrari, ex ſtatuto noſtro nequeat, cum illud includat moram, quæ in præſenti ſpecie longè multum abeſt, vt in ſimilibus terminis implicationis faciendæ cõſuluit, Craue. videndus conſil.609. num.5.& num.6.

Nec aduerſatur, vt debuerit Decius ſaltem offerre pecunias ad effectum implicandi ad hoc, vt à ſe omnem moræ ſuſpicionem, & pœnam depelleret, Soc.ſenior conſil.vltimo, num.3.lib.3.& in

13 puncto conſuluit Bartol.conſil.184.nu.48.quia in diuerſis ſanè caſibus loquuntur, quando ſcilicet implementum omne fieri debebat, poſt habitum pretium, & ideo emptor, qui pretium dare tenebatur ſi volebat rem ſibi tradi, debebat illud offerre tanto magis, quia conuentum fuerat, vt vẽditor poſtquam illud habuiſſet deponeret, aut inueſtiret; ſecus, quando conuentum fuit, vt creditoris factum præcedere debeat, vt in caſu noſtro: nã nõ fuit ſimpliciter dictũ, vt habitam pecuniam gener conuerteret in proprietatem, ſed quod proprietas idonea eſſet ad guſtũ debitoris, quod vt iam diximus præcedentem diſcuſſionẽ, & diligentiam requirit, vt emptor ſit potius in otio, quam in negotio, propter malè rem emptam & vt gaudens dicere queat, nunquam quidquam iam diu, quod magis euenire vellẽ, mihi euenit; emi enim agrum frugiferum, & ab optimo, & diuite viro, & propterea cum ordo à contrahentib. ſcriptus ſeruari debeat, vt concedunt Soc.& Bur

14 ſatus, Argumẽtatio reflectitur tanto magis, quia in caſu Socini depoſitum erat faciendum, quod fit, quando vterq; non confidit, vt docet Felyn.in cap.in tantum, col.ſecunda, verſic.in ea.glo.in fine, de Symonia. Rurſus ipſi loquuntur in contractu emptionis, & venditionis. In quo res tradi nõ

15 debet niſi prius recepto pretio, ne quis gaudeat re, & pretio, l.curabit, C.de actio.empti, & in caſu noſtro intereſſe perciperet gener pendente dilatione propter onera matrimonij, ceſſante omni compenſationis æquitate ſeruandus eſt ordo conuentionis, vt ſcilicet, pecunia non eſſet danda niſi prius reperta idonea proprietate ad guſtum debitoris, & ea ei oblata, & ab eo probata, qui certè eſt caſus longè diuerſus ab eo Socini, & Burſati, præterea eorum ſententia eſt fundata ſuper dicto Baldi volentis, quod proprietarius debeat incipere à traditione, & vſufructuarius à cautione præſtanda, & tamen eius dictum crebriori doctorum conſenſu reprobatur, quia imò debet vſu

16 fructuarius incipere à præſtatione cautionis, vt magis commun.dicit Borgninus trac. de vſufructu num.89. circa medium, & ſic corruente eorũ fundamento corruit etiam ſuæ concluſionis ædificium; ad hæc Burſatus præſupponit cõuentum fuiſſe, vt primo loco pecunia ſolueretur creditori, & poſtea in pacto diuerſo fuerit ille oneratus ad pretium inueſtiendum ſeu implicandum, vt

17 ſatis probat, nu.48.dum ait, primo loco erat pretium ſoluendum, & poſtea inueſtiendum, & nume.49. dum inquit, implemento actoris præponebatur implementum rei; idem vbique præſupponit, num.50.& maximè 54.& num.58.& nume.65.verſic.at in caſu noſtro item actor egerat ad pretium, & reus nihil oppoſuerat de implicatione faciẽda, vt ibidem animaduertit, num.63. in caſu autem noſtro aliter conuentum eſt, nempè, vt proprietatem inuenire teneretur ipſe Cernuſchius ad guſtum ipſius Decij, nec interim ſoluere cogeretur, vt clarè dicitur in tertio pacto ibi non eſſendoſi fatto il sborſo d'eſſi danari perche non ſi ſia trouata proprietà idonea, quod maximè iunctis alijs ſuperius in eã re conſideratis ſupponit debuiſſe præcedere factum generi creditoris in inuenienda à genero ipſa idonea proprietate, & ea offerenda Socero ad hoc, vt ab eo probaretur, quia aliter eius guſtus in conditione poſitus haberi non potuiſſet, poterat enim dicere ſine me quoque in hac re mihi morem gerere: tu tota erras via, plagas, quas noui pati nõ poſſum, quod non requirebatur in caſu Soc. & Burſati,

imò contrarium videtur fuiſſe conuentum quate
nus dictum fuit, vt pecuniam habitam poſtea in
ueſtiret,& ex cõſequenti ex diuerſis non infertur,
vt ipſemet Burſatus fatetur, num.56.qui totum
fundamentum ſui conſilij facit, quia inter par-
tes conuentum fuerat, vt ſolutio præcederet ipsã
implicationem;ſecus vbi aliter de mente contra-
hentium conſtaret, vt ſatis clarè apparet in caſu
noſtro cum proprietas deberet eſſe ad guſtum ip-
ſius Decij,l.fin. C.de pac.conuentis:item vbi o-
blatio deſideraretur illa per modum conſilij re-
quiritur,vt tradit Corbulus relato trac.de cauſa
priuationis ob non ſolutum canonem, limita.9.
15.& 16.

Poſtremo oblationẽ interueniſſe vbi ea opus
fuiſſet mihi veriſſimum in facto proponitur,quã
doquidem ipſe ſocer ſæpius interpellauit ipſum
generum ad inueniendam,& præparandam ido-
18 neam proprietatem, quia ipſe ſine cunctatio-
ne pecunias ſoluiſſet,& dubium non eſt cum hęc
interpellatio etiã extraiudicialis,& maximè ge-
minata tollat omnem moræ culpam, vt teſtatur
præſes Menoch.de arbit.iudic.c.220.num.25.&
26.& vbi etiam res ipſa haberet aliquid dubita-
tionis cum tamen vndiq; perſpicua videatur,pro
ſocero in dubio eſſet proferenda ſententia,ne hu-
iuſmodi lucro iuri communi aduerſanti locus ſit,
19 vt ſcribit Rol.trac. de lucro dotis, q. 19.nu.9. &
in his terminis dixi ego conſil.150. num.85.lib.
1.in quam ſententiam adeo iuſtam puto facilè
venturum D. Iudicem, cum equidem valde ini-
quum videatur,& acerbum ſit nimis,vt mœrens
& lugens pater intra ſex menſes, & filiam,& do-
tem amittat, hæcq; iam ſatis ſint apud virũ do-
ctiſſimum,& integerrimum.verbum nõ amplius
addam, verum enimuero, quia poſt hæc ſcripta
non nullæ adhuc mouentur dubitationes,vt illas
omnino è medio tollamus,dicimus

Ex prioribus allegationibus ſatis firmam eſſe
Decij exceptionem, vt ſcilicet hoc lucrum non
debeatur Cernuſculo,cum in mora ſoluendæ do-
tis non fuerit Decius,cum Cernuſculus nunquã
declarauerit, nec exhibuerit proprietatẽ in quã
conuerti debere dandam pecuniam conuentum
eſt;nec aliter in mora dici poterat Dec. niſi prius
hoc implemento ſecuto ex parte Cernuſculi, &
facta debita interpellatione per quam poſſet di-
ci Decium in moram incurriſſe,aut moram feciſ
ſe,quam vnam ad lucrum faciendum conſiderat,
& exquirit noſtra lex municipalis, c.298.in pri-
20 mo,& niſi Cernuſculus hanc qualitatem moræ à
ſtatuto requiſitam legitimè,& neceſſario probet
ſuccumbere omnino debebit, l.4.§.docere, ff.vi
bonorum raptor. Plotus in l.ſi quando, nu.355.
C.vnde vi, ſed tantum abeſt, vt Cernuſculus id
probauerit,quod potius Decius demõſtrat ei ali-
quam moram non fuiſſe allatam, & iniectam, cũ
pecunia dotalis non eſſet exſoluenda niſi pro im
21 plicatione faciẽda in actu eius numerationis,nũc
ad lo ego Crau. idem in ſimilibus terminis ſen-
tientem, conſil.609. num.7.& ſupra, & infra,&
Sfortium Oddum videndum conſil.87. nu.13.
nunc tantum ſupereſt, vt paucis confutemus, &
refellamus,quæ doctè,& ſubtiliter contra adhuc
obijciuntur.

Ad primum itaque reſpondeo,licet conuentũ
ſit,vt durante termino ad ſoluendum conceſſo et
ſi Magdalena Decia vxor deceſſiſſet, tamẽ Cer-
nuſculus lucraretur ſtatuto prænarrato non ob-
ſtãte dotis medietatem, vnde elapſo eo termino,
qui erat menſium trium videatur tacitè actum,
vt totum lucraretur per regulas notiſſimas nẽpè,
qđ idẽ iudiciũ ſit de parte ad partẽ,qđ de toto ad
totũ, & qđ diſpoſitio plura reſpiciẽs determina-
tione digna illa debeat æqualiter terminare,& q
eadẽ res non debeat diuerſo iure cẽſeri, & quod
qñ vnum ab altero pendet ſtatutum in vno cen-
ſeatur in alio repetitum.

Primo Reſpondeo, terminum illum ſoluendi
tanquam generalem,& indefinitum prędicari de
omni termino, qui ex præcedenti diſpoſitione di
ci poſſet ad ſoluendum præſtitutus,vnde cum du
plex terminus præcederet,vnus nempe trium mẽ
ſium ratione intereſſe, alter autem ratione tẽpo-
ris ſoluendæ ſortis dotalis ſcilicet,vbi oblata fuiſ
ſet à Cernuſchio proprietas idonea ad guſtum
eiuſdem Cernuſchij,& Decij,quod vbi etiam fa
ctum fuiſſet ante dictum terminum trium men-
ſium pacti ſunt, vt pecunia ipſa ſolueretur, & ſic
conſtat partes ſenſiſſe, vt ita demum mora ſoluẽ
dæ pecuniæ fieri intelligeretur ſtatim atq; pro-
prietas à Cernuſchio fuiſſet oblata Decio,& quę
guſtui vtriuſq; ſatisfeciſſet, vnde conſequitur, vt
pactum lucri medietatis, non obſtante quod poſ
ſet dici nõ incursã fuiſſe morã, quia terminus ſol
uendæ pecuniæ nõ eueniſſet, debeat intelligi nõ
de termino trium menſium ſcripto ratione tem-
poris,à quo curſus intereſſe debuiſſet incipere,ſed
de termino moræ incurrendæ ob retardatam ſo-
lutionem ſortis principalis, qui is vnus ex partiũ
cõuentione erat, vbi Cernuſchius proprietatem
idoneam ad guſtum Decii inueniſſet, & cum in-
terpellatione, Decio eam obtuliſſet,quia tũc per
implementum Cernuſchij in mora irregulari,&
per interpellationẽ in mora regulari Decius con
22 ſtitutus fuiſſet,atq; ita ſubſiſtente mora, quã vnã
conſiderauit ſtatutum noſtrum,factus locus fuiſ-
ſet lucro dotis, vt hoſce terminos moræ, vel rea-
lis, vel perſonalis diſtinguit Ripa videndus in l.
quod te, num.1.& nume.34.ff.ſi certum petatur
Menochius vtriq; videndus de arbitr. iudic.caſu
220. num.22. & num.25. Maſcardus videndus
de probat.in verbo, mora, concluſ.1071.nu.10.
& 11 quatenus igitur conuentum fuit,vt vbi du-
rante termino ſolutionis faciẽdæ vxor deceſſiſſet
non obſtante ſtatuto Cernuſchius medietatem
dotis lucraretur,& ad hunc effectum ex eo tẽpo-
re tunc ipſe Ioannes Petrus Decius proteſtaba-
tur eſſe in mora ſoluendi,eſt neceſſario id intelli-
gendum non de termino trium mẽſium qui fuit
præſcri-

præſcriptus ad hoc vt ſciretur, quando curſus intereſſe incipere deberet ſi ſolutio vltra tres menſes defectu non inuétæ proprietatis dilata, & procraſtinata fuiſſet, quia etiam ſi mora non fuiſſet
23 adhuc tamen propter onera matrimonij intereſſe videtur, quod potuerit conueniri, vt notatur, in c.ſalubriter de vſuris. Surdus de aliměts, tit. . . . . quæſt.42. nume.23. ſed de termino in quo ſolutio erat facienda, & ſic de eo tempore, in quo facta fuiſſet oblatio proprietatis, vt ſupra, adhibita interpellatione, vnde mora fiebat, quæ vna, & à ſtatuto, & à contrahentibus, qui ad illud ſe retulerũt ſpectata fuit, vt ſcilicet non noceret ratione lucri medietatis, quod manifeſtè oſtendit, vt ratione alterius medietatis ſtatuti diſpoſitio ſer-
24 uari deberet, quia quod in vno conceditur in altero negatum videtur iuxta traditionem gl. communiter receptæ in verbo, videtur, in l.cũ pretor, ff.de iudicijs, & hic meo iudicio, eſt germanus, & verus huius rei ſenſus, qui cõprobatur, quia quoties plura præcedunt, & ſubſequitur aliqua circa illa diſpoſitio, tunc debet referri, & reſtringi ad
25 ea, quæ congrua ſunt, & quæ venire commodè poſſunt ex intentione, & mente diſponentis, vt eſt celebris glo. in verbo, prioratibus, in cap. cum ſinguli, de præbend. in 6. & tradit Socin. ſen. videndus in l. plures teſtamento, num.3. ff. de rebus dub. Iaſ. in l.1. ante num.9. C. de liber. præterit. & eſt ratio, nam ſingula ſingulis ſunt pro iuris ra-
26 tione, & ex diſponentium mente reddenda, gloſ. in §. tutor autem, in verbo, epiſtolam, Inſtitu. de auth. tut. & Ang. in l. fin. C. de fideicommiſ. Crauet. conſil.328. nu.17. & optimè conferunt, quæ ſcribit Simon à Pretis de interpretatio. vltimar. voluntatum. lib.2. ſolut.1. num.266. verſic. præterea. fol.173.

Secundo dicitur aduerſum argumentum tanquam à contrario ſenſu non poſſe procedere, niſi
27 ad limites verborum, vt ſcilicet denotet quod in ſenſu contrario ceſſat, & illud quod in ſenſu directo diſponitur, non autem vt inducatur noua diſpoſitio, vt declarat Deci. conſi.364. nu.2. quem ſequitur Alba conſil.413. num.13. prout hic induceretur, & contra iuris diſpoſitionem, & contrahentium mentem, propterea id locum habet, quando in ſenſu contrario adeſſet contraria ratio, ſecus ſi in ſenſu cõtrario eſſet eadem ratio, vel maior, quia tunc non ſumeretur huiuſmodi argu-
28 mentum, ſed caſus ille remaneret ſub iuris diſpoſitione, ita in ſimilibus terminis dotis probat tex. in l. ſi extraneus, ff. de condic. ob cauſam, & declarat Iaſ. in l. pecuniam, num.1. ff. ſi cert. peta. contrariæ regulæ non procedunt, quando diuerſa ratio, vt hic, poteſt afferri, vt probant iura ex aduerſo allegata, & tradit Euerardus in loco à toto ad partem, num.7. & in loco à contrario ſenſu, numero 25.

Ad ſecundum reſpondetur, conditionem implicationis reſpicere ſolutionis moram, vt iam probauimus, quæ cum lucrum impediat, neceſſario faciendi, vel non faciendi lucri determinationem reſpicit, l.2. de iuriſdic. om. iudic. poſtquam conſtat ex claris verbis conuentionis, vt ſupra trimeſtris dilationem ſcriptam fuiſſe ratione intereſſe, non autem ratione ſolutionis dotis, quę erat ſub caſu implicationis, vt ſupra, ſtipulata, qui cũ non euenerit, nec moræ, nec conſequenter lucro locus eſſe poteſt, lege noſtra aduerſante, quando-
29 quidem caſus ſub conditione ſcriptus fauore etiam piæ cauſæ ad alium caſum non porrigatur. Abb. conſil.17. num.1. lib.1. Ruin. videndus con-
30 ſil.66. num.17. vol.1. limitata enim diſpoſitio, limitatum producit effectum, vulgata l. in agris. ff. de acquir. rer. domin.

Nec obſtat vtique ea ſecunda conſideratio, vt dotis implicatio ſcripta ſit pro dotis cautione, quæ ceſſat mortua vxore, quia cum agatur de lucro odioſo, & cõtra ius commune, ex quo dos ad
31 dotantem mortua vxore redire debeat. l. ſoluto matrimonio, ff. ſolu. matrimo. & notatur ad prænarratum ſtatutum, cap.298. num.1. & infra pluribus ſequen. nobis ſatis eſt, quod non comprobetur qualitas à ſtatuto deſiderata, quod ſcilicet dotans non fuerit in mora ſoluendi, nec curatur ex qua cauſa mora proficiſcatur, modo ea ſubſit, vt hic, nec ſtatutum reſpicit moram poſt mortẽ vxoris, quia conſiderat tempus eius mortis, quo lucrum confertur, vnde ſatis eſt, quod eo tempore ſubeſſet mora, & cauſa implicationis, nec cura-
32 tur, an res ad eum peruenerit caſum, à quo non poſſet inchoare, cap. factum legitimè, vbi Dynus de reg. iur. in 6. & debet ſtatuti tempus obſeruari. Bald. in authen. quæ ſupplicatio, in fine. C. de precib. Imperat. offeren. præterea negatur, quod illa implicationis conditio fuerit adiecta ob ſolam mulieris cautionem, ſed fuit etiam poſita ad omnes alios iuris effectus, & maximè ne maritus interim lucraretur dotem, quod ſatis comprobat contraria pactio lucri medietatis, vbi etiam Decius in mora ſoluendi non fuiſſet, eo quia non reperta fuiſſet proprietas, vt ſupra fuſius explicauimus, & hic ſenſus eo magis eſt recipiendus, cum non fuerit expreſſum, quod pro ſola mulieris cautione id factũ foret, ſed indefinitè prolatum ſit, vnde omnes caſus, qui poſſint conſiderari venire
33 debent, cum indefinita oratio vniuerſali comparetur etiam in contractibus. l. ſi pluribus. de lega. 2. Alexand. conſil.63. num.3. vol.6. Crauet. conſil.105. num.1. & per conſequens fit, vt vna ceſ-
34 ſante cauſa, non deficiat diſpoſitio, cum altera ſubeſſe poſſit, §. affinitatis, Inſtit. de nupt. Tiraq. trac. Ceſſante cauſa, limi.22. num.1. & limit.34. & agatur de cauſa impulſiua, & quæ fundatur in ſola præſumptione, & quæ ceſſat culpa eius, qui
35 aliquid facere debeat, vt Tiraquel. ſcribit limi.1. num.1. & limit.29. & limit.33. & fusè in alijs limitationibus, quæ facilè accommodatæ ad hanc noſtram ſpeciem omnem eneruant huius argumentationis vim, & quatenus ex illis verbis, che ogni volta, che vorranno detti Cernuſchij impie

gare

gare dette libre 6000. che detti dieci ſia obligato
sborſarli ancora che nõ foſſero paſſati li detti tre
meſi, infertur, moram quoad effectum non lucrã
di pendere à termino trimeſtris, reflectitur conie
cti vnius, & ſolius finis argumentum, vt ſuperius
diximus, nam ex ſubſequenti pacto lucrandi co-
gnoſcitur qualis fuerit partium intelligentia in
caſu non lucrandi, vt ſcilicet non ſpectaretur ter-
minus trimeſtris, ſed cõditio implicationis, quia
ſi conſideratus fuiſſet terminus trimeſtris ille ſta
bilis fuiſſet, & non fuiſſet ex ſubſequenti pacto
immutatus, & limitatus, quod demonſtrat con-
trahentes ſenſiſſe, & voluiſſe, vt id totum pende-
ret ab implemento implicationis, vnde mora fie
bat, & ſatis id etiam conijcitur cum dicatur eum
terminum conceſſum fuiſſe, non vt cauta redde-
retur ipſa mulier, quia de hoc nec verbum qui-
dem factum eſt, ſed vt mos gereretur ipſi Decio,
qui pecunias fortè paratas non habebat, & ſciẽs
qua ſumma difficultate inueniantur idoneæ pro
prietates tum ratione perſonæ venditoris, tum
rei, voluit ita conuenire, vt longam ad ſoluendũ
haberet dilationem, quod etiam comprobatur
ex alijs verbis, vt proprietas eſſet ad ſuum guſtũ,
& propterea omiſſa omni inani inueſtigatione
cauſæ, qua contrahentes impulſi fuere ad ita pa-
ciſcẽdum, attendendum eſt illud vnum an mora
ſubſit, nec ne, quæ nullo modo adeſt cum oblata
non fuerit proprietas cum interpellatione, vt pe-
cunia ſolueretur, cum terminus ad ſoluendũ præ
ſtitutus non currat quoties alicuius rei explica-
36 tio, & declaratio, vt hic, præcedere debeat, niſi il-
la antecedat, Crauet. conſil. 12. num. 3. Quoties
enim euenit, vt promiſſa non fiant, non ſtetur cõ
uentis, non reddantur depoſita, vtq; fundus emẽ-
dus tibi proponatur, qui omnes eas habet par-
tes, quæ in ea re magis deſiderari poſſunt; at eum
venditor, qui euictionem promiſit, & communi
opinione diuitiarumque oſtentatione ſoluendo
habebatur repentè poſtquam multis artibus, &
latebris ſe diù texit, & occultauit, illico detega-
tur, & in vulgus peruulgetur atq; tandẽ cõuincat
in magno, & graui adeo ęre alieno eſſe, vt euictio
nis periculũ, quod iá adeſſe; atq; impendere vi-
detur, minimè defendere queat, ſæpe fit, vt vno
quaſi tempore, & rei emptæ, & pretij ſoluti im-
manem facias iacturam, & quod gloriabaris par
uo, vel honeſto pretio emiſſe, doleas poſtea per
magno comparaſſe: quare cum hominum inge-
nia ſint ad fallendum valde parata, atque ratio-
ne inita, ſubductave ſcelera frequenter mediten-
tur, diligenter eſt potiſſimum inſpicienda perſo-
na cui rem tuam, vel pretium credas; nam licet
acutè admodum pacta, & leges contractus deſcri
bas, quibus contra perfidiam promiſſoris te ar-
mes, attamen id nihil eſt niſi adſit perſona fidelis
& diligens, quæ vigilet, vt conuenta illa exequa-
tur, ſed hoc etiam adhibito cuſtode nõ ſatisfacis
tum propter exequutionis difficultatem, quæ ali
37 ter ſcribitur aliter executioni mitti poteſt; tũ, quia
hic peruerſus homo cuſtodi inſidias tẽdit, & dor
mientem aliquando, decipit, quod ſi ille vigilan-
ter omnibus horis rem tuam tueatur, adhuc non
eſt tibi plenè cõſultum, ſiquidem iniquus hic pro
miſſor, qui omnino te fallere in animum induxit
ſuum à fide contractus diſcedens, ſi conquerаris,
& rationem petas commiſſum negotium infectũ
dimittet, ſicque tibi erit noua cura, vt illud idem
quod iam confeciſſe putabas alteri committas,
ſed id tibi integrum non erit, vel cum magna ia-
ctura tua fiet, ſiquidem & temporis præſentis, &
ipſius rei conditio longè diuerſa ab ea, quæ erat
tempore contractus, aliud poſtulabit cum tuo de
trimento pretium, vel ſi malueris, vt ille perſeue-
ret, & contractum ſeruet, lis à te ei intendenda e-
rit qua pendente ſæpe interim rei diſtrahẽdæ oc-
caſio, quæ celeritatem deſiderabat præcipiti cur-
ſu labitur, ſicque velis nolis tibi erit ſuccumben-
dum, malèque res agitur cum perfidioſo homi-
ne, & nequam: has dicas leges, illas apponas con
ditiones, illos adhibeas cuſtodes, nunquã tibi cu-
mulatè conſules, nam te ipſum ſemper fallet. Ad
hoc propulſandum malum mea eſt ſententia, vt
bono homini tutum negotium, fidemque contra
ctus committas, vel ſaltem tibi caueas ne debito
ris inopia tuam excludat actionem, quod facilè
aſſequeris, ſi vel præſente pecunia vendas, vel ſal
tem ſi cum eo contrahas, qui ſoluendo ſit, vel qui
idoneè ſatiſdet; his adhibitis cautionibus res eſt
ſemper pluris vendita: ſine his mihi crede eſt
longè minoris diſtracta, cum non ſit ſpectandum
pretium, quod conſtitueris, ſed quod tuto (hoc
accidat, illud eueniat) exigere poteris, vigilandũ
eſt ſemper, multæ inſidiæ ſunt bonis, quas facilè
vitabis hoc ſalutari conſilio, & propterea diffici-
lè eſt poſſe tuto aliquid emere præſente pecunia,
vel vendere habita fide de pretio.

Ad Tertium, quod implicationis conuentio
magis modum quam conditionem afferret, qui
38 non poterat impleri niſi poſt factam ſolutionem
Bartolus in l. quibus, §. Termilius, ff. de condit. &
demonſtratio. Crauet. conſil. 59. num. 1. Cæpha.
conſil. 80. & ideo debuit prius fieri ad euitãdam
moram ſolutio, vel oblatio, Soc. ſen. conſil. vltim.
num. 3. lib. 3. Ruin. conſil. 64. num. 1. lib. 1. reſpõ-
detur iam cumulatè multis firmis rationibus pro
batum fuiſſe factum Cernuſchij in perquirenda
proprietate, in ea Decio proponenda, & in eo in
terpellando ad eam probandam, & ad pecuniam
ſoluendam, debuiſſe præcedere actum ſolutionis,
& per conſequens argumentatio retorquetur,
& eſt dicendum omnino, vt cum ageretur de obli
gatione conditionem habente, neceſſaria foret
39 interpellatio fienda à Cernuſchio aduerſus De-
cium, Bartolus in l. quoties in diem, ff. de verbor.
obligat. & communem dicunt Maſcardus Mar-
cus Antonius Bauerius, trac. de mora, parte ſecũ
da, num. 5. verſic. ſexto tempera. Vgo Donellus
de mora, ca. 3. per totum, & probant in proprijs
terminis, Sfortius Oddo, eod. conſil. 87. num. 13.

&

& Crauet. conſil.609. num.7. & quod pecuniæ numerationem deberet præcedere inuentio idoneæ proprietatis, & admonitio, aperte probatur ex verbis pacti incipientis di più ſi conuengano, che paſſato li ſudetti tre meſi di ſopra cõceſſi, &c. ibi, & non eſſendoſi facto il sborſo di eſſi perche non ſi ſia trouata proprietà idonea, &c. & iſta in quiſitio, & diligentia fieri debet ab eo, qui pecu-
40 nias erat recepturus, vt conſiderat Crauet. eo.cõſil.609. & ſic moræ aliqua culpa non potuit ſuſtineri ſiue, vt aiunt, irregularis, ſiue regularis à Decio niſi præcedente impleměto ipſius Cernuſculi in exhiběda proprietate, & in interpellãndo ipſo Decio, quod cum factum non fuerit, onus omnis moræ Decij alleuatur, & illud omne imponi tur Cernuſchio, & quod conditionem habuerit diſpoſitio, & non modum, ſatis demonſtratur ex verbis illis in primo pacto poſitis, ſcilicet ſia obligato dare, lire 6000. nel termine di tre meſi, &c.
41 mentre, che nel atto del sborſo tali danari ſiano tenuti impiegarli, dictio.n.illa, dum, conditionem facit, l.ſi quis ita legauerit, & ibi vide Bartolum ac Socinum ſen.& alios, ff.de cond. & demonſtr. l.qui concubinam, §.vxori, ff.de legat.3. Bartolus in l.1.num.17.ff.de condit.& demonſtr.

Præterea quotieſcunque modus, vt hic ponitur pro cauſa principali, ſeu finali, tunc loco con-
42 ditionis habetur, vt declarat idem Crauet.eodem conſil.59.num.4.

Rurſus ſpectato fine, & exitu modus, & conditio comparantur, quia licet conditio ante ſit implenda, & modus poſt, debet tamen adhiberi cau
43 tio de eo implendo, Simon de Prætis, de interpretat. vltim. volunt.lib.5.interpretat. ſecunda, concl.2.num.117.fol.516.

Ad hæc cum verſemur in contractu vltro, citroque obligante, non admitteretur cautio implẽdi, ſed debet quis prius re ipſa implere cõtractũ, alias ab actionis limine repellitur, l.Iulianus, §.of
44 ferri, de actio.empti. Bartolus eo.§.termilius, nume.15.M.Antonius Bauerius, trac.de mora, parte ſecunda, ante num.11. quia hæc dicitur exceptio, quæ ab eodem quaſi parente genita oritur ex ventre inſtrumenti, Carotius trac.locati ſecũ
45 dum vltimam impreſſionem de euictione. quæſ.17.num.40.fol.198.à tergo, & quamuis, quando quis promittit centum, vt is fundum emat alicui
46 videatur dicendum, vt prius agatur ad cẽtum deinde præſtetur cautio de implendo modo, l.1.de donatio. Bartolus eo.§.termilius, num.15.tamen id in præſenti caſu minimè nocet, quia cum proprietas eſſe deberet idonea ad guſtum Decij debebat prius Cernuſculus ex parte ſua implere, nec aliter agere potuiſſet ad dotem, & per conſequens nunquam poterat dici in mora Decius niſi facta à Cernuſchio declaratione, quod ſcilicet, maluiſſet implicare pecunias, & non recipere id quod intereſt, quodque inueniſſet proprietatem idoneã, quam offerre debebat Decio, vt videret an ſibi placeret, & an guſtui, & genio ſuo indulgeret, & vt eam probaret, vel reprobaret, quod conſiderauerunt Oddus, & Crauet.& Bauerius, locis citatis, & probaui abundè iam in prioribus
47 ſcriptis, vbi enim non eſt petitio ibi non cadit mora, Alexand.in l.ſi pupillus, de verbor.obligatio. nec mora vnquam committitur, vbi quid, vt hic,
48 non eſt liquidum, & clarum, Iaſ.in l.prætor ait, §.ſiue autem de oper.noui nuntiat. Alexand.conſil.49.volum.ſecundo, Crauet.conſil.12.num.3. & confirmatur, quia hoc in caſu obligatio, & exactio videtur in diem ſcilicet, implicationis collata quo caſu ad committendam moram requiritur monitio, petitio, & implementum ex parte agentis, & ſic Cernuſculi cum abſonum ſit, vt quis
49 eo tẽpore obligetur, & in mora conſtituatur Bartolus, & Angelus, in l.ita ſtipulatus, ff.de verborũ obligat. Bauerius, eod.trac.de mora parte ſecunda, num.7. ſed meo iudicio caſus noſter eſt extra omnem probabilem dubitationem cum non in vim modi conditionis ſit facta promiſſio, ne dum tacite, quia factum Cernuſculi debeat præcedere cum monitione, & interpellatione Decij, ſed maniſeſtè propter dictionem, dum, quæ conditionẽ affert, atque ideo ceſſante omni mora Decij debeat etiam lucrum Cernuſchij de medio tolli, cũ ſtatuti qualitas de lucro loquentis deficiat, & cuiſne locus ſit in dubio eſt ſemper iudicandum prout pro comperto habeo pronũtiaturum fore Doctiſſimum, & integerrimum D.Iudicem.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO POMPONIO Cauenago.

ARGVMENTVM.

Si ob aliquam cauſam fuerit vendita, & deliberata res eccleſiæ, an à contractu recedi poſſit ſub prætextu, quod ea cauſa poſtea ceſſauerit. Et res eccleſiæ, ex qua cauſa alienari queat, & quas deſideret ſolemnitates, & quales eſſe debeant tractatus.

SVMMAE RERVM.

1. *Eccleſiæ res recte alienatur, vel propter cauſam neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis.*
2. *Vtilitas eſt iuſta cauſa alienationis rerum eccleſiæ, ſicut & neceſſitas.*
3. *Eccleſiæ vtilitas ſola ſufficit, vt valeat contractus.*
4. *Alienatio rerum eccleſiæ non valet, vbi cauſa ob quam facta eſt ceſſet.*

4 *Cau-*

5 Cauſam ſubeſſe tempore contractus ſufficit licet poſtea ceſſet.

6 Fraudem committere cenſetur, qui indirectis modis vtitur.

7 Fraus arguitur ex actuum varietate, & ex his quæ præcedunt, & quæ ſubſequuntur, & ex breuitate temporis, & ex actu in alterius locum ſubrogato.

8 Fraus contra fidem dicitur.

9 Fraudi occurrere debet iudex omni conatu.

10 Tempus contractus inſpici debet, & ſufficit ſi eo tẽpore cauſa ſubſit, licet poſtea ceſſet.

11 Vtilitas, vel neceſſitas propter quas permittitur alienatio rerum eccleſiæ, ſufficit, ſi tempore contractus inſit, licet poſtea non durauerit.

12 Læſionem abeſſe tempore contractus ſufficit ad eũ reſcindendum.

13 Pretij iuſtitiam oſtendunt repetitæ licitationes, & ſubhaſtationes.

14 Contractum firmitatem qui contemnit, is vincula iudiciorum, & publicæ vtilitatis reuellit.

15 Fides hoſti etiam ſeruanda eſt.

16 Tractatus ante conſenſum debent interuenire in alienatione rerum eccleſiæ.

17 Vendendi tarditatem ſibi comparat, qui intempeſtiuè nimis aliquid emit.

18 Contractus eccleſiæ vtilis, quando dicatur.

19 Tractatus vbi ſubſit vtilitas eccleſiæ ſufficit ſiue præcedant ſiue ſubſequuntur.

20 Tractatus loco habetur diſcuſſio à iudice facta de neceſſitate, & vtilitate alienationis rerum eccleſiæ.

21 Tractatus eſt cauſæ quædã diſcuſſio, & indagatio.

22 Tractatus in alienationibus rerum eccleſiæ requiſitus impleri poteſt medio, quod æquipolleat.

23 Tractatus dicitur principium rei, & propoſitũ eius qui quærit emptorem declarans ſe velle vẽdere.

24 Tractatus vnus requiritur in alienandis rebus eccleſiæ ex commun. doctor. ſent. licet aliqui velint tres exigi.

25 Tractatus non videtur eſſe neceſſarius in alienatione rerum eccleſiæ, quando interuenit licentia Summi Pontificis, vel alterius ſuperioris, & itẽ Epiſcopi, & capituli.

26 A contractu recedere non licet, vbi res non ſit amplius integra.

27 Venditor ad tradendum cogi poteſt, vbi cõtractus venditionis ſit perfectus, vel pro perfecto habitus.

28 Venditionis perfectio quando inducta cenſeatur.

29 Contractus ſubſtantia non videtur poſſe poni in voluntate tertij.

30 Contractus accidentalia poſſunt arbitrio vnius ex contrahentibus remitti.

31 Contractus ſubſtantialia licet in volũtatem vnius ex contrahentibus videantur non poſſe remitti, tamen in tertij voluntatem id fieri poſſe videtur, quia eo non arbitrante, res reducitur ad arbitrium boni viri.

32 Venditio vbi poſſit attingere debitum finem ſecũdum naturam ei datum, reputatur perfecta.

33 A contractu legitimè facto diſcedere non licet.

34 Aequalitatem in vnaquaq; re ſeruari decet.

CONSILIVM CCLXXX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CVm hæc bona vẽdita ſint pro exſoluendo pretio aliorum bonorum magis vtilium emptorum à Iuriſconſulto Ferdinando, & Pomponio fratribus, Lampugnanis, vt ſatis colligitur ex licentia ſuperinde obtenta à R. D. Vicario Generali, & ab inſtrumentis debiti, con-
1 ſequitur, vt ſatis de cauſa appareat etiam à ſuperiore approbata: nam res eccleſię rectè alienatur, vel propter cauſam neceſſitatis, puta æris alieni, l. ob æs, C. de prædijs minorum, Gemin. cap. primo, ſub num. 20. de rebus eccleſiæ alien. vel non alien. in 6. Vel euidentis vtilitatis cum hæ duæ cauſæ à pari procedant, cap. primo, de rebus eccleſiæ non alien. in 6. & docet Abbas videndus in cap. nulli, num. 5. & cap. vt ſuper de rebus eccleſiæ alienan. vel non alienand. gl. in verbo, alimentarius, in l. cum hi, §. eam tranſactionem, vbi notant omnes, ff. de tranſac. Pariſius, conſil. 24. num. 2. & infra, lib. 4. & quamuis ambigant Doctores an huiuſmodi alienatio vtilis valeat ſine debitis ſolemnitatibus, attamen omnes conue-
2 niunt, vt vtilitas ſit iuſta alienationis cauſa, ſicut neceſſitas, vt firmat Fabianus à Monte, tract. de emptio. & venditio. parte quinta principali, ſub rubrica, rerum eccleſiaſticarum alienat. nu. 212. Maſcardus trac. probatio. in verbo, alienatio rei eccleſiaſticæ, concl. 75. num. 6. & late, Raudenſis noſter videndus trac. de contractibus emphyteuticis eccleſiarum ſub tit. de validitate contractus ob vtilit. num. primo, & ſecundo, vbi etiam atteſtatur magis commun. eſſe, vt ſola vtilitas eccleſiæ ſufficiat, vt valeat contractus, quod videtur
3 aliquam habere rationem ne id quod pro eccleſia excogitatum eſt contra eam retorqueatur, l. 3. §. diuus in fine, ff. de Carboniano edicto.

Nec huic veriſſimæ concluſioni refragatur, vt cauſa ipſa ceſſauerit, quia debitum ipſum fuerit exſolutum, & ſic alienatio non poſſit ſuſtineri tã-
4 quam ſine cauſa facta, cum tamen ea etiam ſolẽnitas requiri videatur, vt dicit commun. Decius conſil. 142. & tradit Redoa. trac. de rebus eccleſiæ non alienand. in rubrica conditiones quibus annu. cenſ. licite, emi. poſſ. num. 10. & quæſt. prima, an prælati poſſint diſponere, §. res vero mobiles, num. 9. & ſub rubr. de cauſis incõmodi, nume. 68. & 93. & quæſt. ſeptima, de infeud. rerum eccleſ. per Papam, num. 25. quia cum ſubeſſet tẽ-
5 pore licitationis, & ſubſequutæ deliberationis, quæ pro irreuocabili contractu eſt habenda, vt ſentit

ſentit idem Fabian.relato trac.par.5. ſub rubri-
ca ſubſtitutionum,num.89.& 90. & 91. ſufficit ;
nec iuuat,quod poſtea ceſſauerit,quia aliunde id
debitum exſolutum ſit.

Primo, quia fuit ſacta per duos menſes poſt,
& non ſine fraudis aperta ſuſpicione ad eluden-
dum Cauenagum, & proinde alio contracto de-
bito, vnde interpretatione iuris idem ſubeſſe cen
6 ſendum eſt.& procedens his indirectis modis cẽ
ſetur fraudem committere.l.vlt.de ritu nup.l.nõ
exiſtimo,de adminiſt.tuto. l.pupillus obligari,§.
item ipſe tutor,ff.de autho.tuto.l.nomen,§.filio,
de lega.3. Craue.conſ.733.num.6.& ſatis etiam
7 arguitur ex actuum varietate, Crauet.conſ.154.
nume.9.& ex his,quæ præcedunt, & quæ ſubſe-
quuntur, maximè ſi poſtea breui tempore fiant,
idem Crauet.conſ.143.num.12. & conſ.100.nu
me.8. & in actu in locum alterius ſubrogato,op-
timè confirmat Crauet. conſil.862. nume.13.&
8 cum fraus dicatur contra fidem, Bart.& Alexan.
in l.iuriſgentium,§.ſi fraudandi, ff.de pact. Bald.
in l.quæ fortuiris,num.5. C.de pigno.actio. non
licuit ipſis Religioſis Virginibus,ſeu earum agẽ-
tibus fidem datam ſallendo pecunias à Curtis,
qui ad eadem bona nunc aſpirant, & cõducti no
mine retinent, & auctores his rebus ipſi ſunt, &
cum quibus litẽ habet Cauenagus, pecunias ſub
annuis pẽſionibus,ſeu fictis accipere, vt Cauena
go imponant, & ad recedendum à contractu ſub
hoc commenro ceſſantis cauſæ debiti;& ideo in-
teger,& religioſiſſimus iudex debet quantum fie
ri poteſt huic euidenti ſraudi occurrere,atq; ob-
9 ſiſtere, vt pulchrè enarrat videndus omnino Cra
uetta conſilio 764.quia multa in hanc rem con-
ſcribit.

Secundo ſufficit, quod ipſa neceſſitatis cauſa
adfuerit tempore ipſius deliberationis,quo actus
fuit confectus, & perfectus,nec curamus quid in
de poſtea ſubſequutum ſit,nam legitimè factum
non debet retractari etiã ſi poſtea caſus eueniat,
à quo non poſſet inchoari, aliàs facilè omnia ad
incertum reuocarentur, cum poſitum eſſet in ma
nu cuiuſque poſt celebratos contractus ab eis re
cedere, ſub inani prætextu, quod poſtea cauſa
propter quam ad contractum deuentum fuerit,
defecerit, & tamen omnia iura volunt tẽpus con
10 tractus inſpici debere.cap.factum legitimè, de re
gul.iur.in 6.fusè pro antiquo more Tiraqu.trac.
ceſſante cauſa,in verbo,neceſſitatis,num.179.&
num.183.& limitatione 12. vbi plenius agit, &
limit.40. Archidiaconum addo 12.quæſt.2.cap.
ſine exceptione,num.5.& facit optima gloſ.in l.
ex parte.ff.famil.erciſcun. Bald.& Saly.in l.etiã,
num.1. C.mand. & ſatis eſt,quod cauſa neceſſi-
11 tatis,vel euidentis vtilitatis adfuerit tempore cõ
tractus,licet poſtea non durauerit, vt tradit Pa-
riſ.eod.conſil.24.num.7.lib.4. Soci.ſen.conſ.15.
num.27.lib.1.& Paleaez de maioratibus,par.4.
vol.10.tract.nouorum,fol.466.par.1. Bald. No-
uellus trac.de dote,par.7.priuil.7.num.7.& aliis
adiectis probaui ego conſ.201.nu.11. & 12.vol.
2. & confirmatur ex receptiſſima illa ſententia.
12 vt vbi læſione, contractus reſcindi velit, debeat
inſpici tempus contractus.l.ſi voluntate. C.de re
ſcind.vendi.cap.ad aures,de rebus eccle.non alie
nand. cap.cum dilecti, de empt. & vendit.com-
munem fatetur Cagnolus in l.2.num.213.C.de
reſcind.vend.& Pinellus ibidem par.3.num.15.
& dixi ego conſ.35.num.12.

Tertio licet minor & eccleſia multis digni ſint
ſauoribus, atque priuilegiis, tamen à contracti-
bus ab eis bona fide geſtis, & ſine læſione, vt hic
propter toties repetitas licitationes,& ſubhaſta-
13 tiones,quæ iuſtitiam pretij arguit, & oſtendit, vt
cenſuit Fabian.eod.trac.de empt. & vendit.par.
5.ſub rubrica,ſubhaſtat.materia, nume.89. non
docet eos recedere, quia nullus reperiretur, qui
vellet cum eis contrahere, & eis quodammodo
interdicta eſſent commercia,quod ſanè eis valdè
14 pernicioſum foret, nam qui contractuum firmi-
tatem contemnere putat, is vincula reuellit non
modo iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, commu-
niſque vitæ.l.quod ſi minor.§.ſi minor.ff.de iure
iuran.l.non neque adeo.ff.ſi quis a parente.& la
tè Gabriel lib.commu. ritu.de in integ.reſt.con-
15 cluſ.1.& conuenit, vt etiam hoſti fides ſeruetur,
aitque prætor, pacta ſeruabo; & Saluator dicit,
Nonne ex denario conueniſti mecum? & fidem
non ſeruare eſt fallaciæ, & ſraudis ſpecies, quæ
religioſas perſonas maximè dedecet, qua enim
fronte,aut vultu religioſum eum dicemus,aut pu
tabimus qui alterum fallere contendit,cuius vita
& mores alieni ſunt, ab ea quam ſuſtinet perſo-
na, & quam induit veſte, ita re ſe gerat, vt qui
eum intuetur, tanquam probitatis exemplar
intueatur.

Nec obſtat, quod in deliberatione non ſit ſer-
16 uata ſolennitas tractatuum, qui ante conſenſum
debent interuenire, Redouan. in rubr. de tract.
num.1.2.10.11.& in Abbatiſſa loquitur cap.cõ
tinebatur,de his quæ fiunt à prælato.cap.1.§.ab
batiſſa,qui feud.dare poſſ.in vſib.feudo. Alexan.
conſ.17.nu.5.lib.4. Hique tractatus optima ra-
tione introducti fuere,vt exploretur quid maxi-
mè conueniat, quandoquidem ſuper cauſa con-
tractuum ſæpe oriantur difficultates, quæ egent
cognitione, & diſputatione, cuius bono veritas
in conuentu, & comitiis agitata ſplendidior elu-
cet vno ſupplente, & in memoriam redigente,
quod alter omittit,ita vt rectè dici poſſit, &ſi iã
dudum ſuerat, ambiguum hoc mihi nũc non eſt,
qui enim prædium,vel aliam quamcunque rem
benè emere contendit,in quas magnas difficulta
tes ſæpè incurrit, tum ratione perſonæ, tum ra-
tione rei; nam inſpiciendum eſt,an ager ſitus ſit
17 in ſaluberrima aeris temperie,an frugifer,& fru-
ctuoſus,& bonis agricolis,& colonis,ac iumentis
pinguibus abundet,nam cum ex eis fundi quali-
tas coniiciatur, qui agrum venalem propoſitum
inuiſit,primùm ſtabula,equoſque,boues, & vac-

eas

eas inſpicit, mox colonorum qualitatem ſpectat,
& an magno ſint ære alieno oppreſſi, an adſint
prata aquis perennibus irrigata, an emenda poſ-
ſeſſio ſit arboribus, cæteriſque dotibus locupleta-
ta, an apta ſit, & idonea ad ferendam conſtitutã
colonis, vel conductoribus penſionem; nam ſæpe
qui agrum vendere intendit impoſturam facit, e-
mentita per colluſionem conductoris penſione,
quam maioris in locatione ſcripſit, quàm ſit rei
veritas, ſolet enim emptor ex reditu valorem ra
tiocinari, in quo cum adſit deceptio, facilè ex fal
ſa ratione in pretio idem ipſe circumuenitur, fru
ſtraque poſt perfectum contractum, veritate de-
tecta dolet, vnde non tantum poſtrema locatio,
ſed priores ſunt ſpectandæ, & an fructus eis re-
ſpondeant, eſt demum peruestigandũ, quod mul
tum referre ſemper arbitratus ſum, an emenda
villula bonos habeat vicinos, vel malos, cum qui
bus quotidie de aquis, vel de finibus, vel aliter ri
xari, & iurgio contendere cogamur; eſt etiam di-
ligenter conditio venditoris, eiuſve qualitas con
ſideranda, an ſit lege fideicommiſſi, aut ære alie-
no obſtrictus, an in caſu euictionis ſit ſoluendo,
ita vt illius periculum ſuo, & non emptoris peri-
culo ſubire poſſit, multæque ſunt in emendo ha-
bendæ inſpectiones, & adhibendæ diligentiæ, &
cautiones ne circumueniaris, quod prudens pa-
ter familias animaduertens præceps ad emendũ
non ruit, ſed cuncta bene rimari vult, & diligen-
ter ſingula quæque inquirere, & licet nihil detur
quod perfectum dici poſſit, & quod in multis non
ſit mancum, & imperfectum, tamen ſatis erit, ſi
principales qualitates non deficiant, & quo quis
eſt ſapientior, eò eſt in emendo perſpicacior, &
in deliberando tardior, memor illius triti iam ve
tuſtate prouerbij, vt ſcilicet qui intempeſtiuè ni-
mis, & inconſultò aliquid emit, tarditatem, & o-
dioſam procraſtinationem in ea vendenda ſibi
comparet, niſi multum de ſoluto pretio remittat,
quod ſua non intereſt: tanta igitur vtamur inqui
ſitione, & inueſtigatione, quanta opus eſt, & quę
nimia non ſit; nam qui totum vult, ſæpe nihil cõ-
ſequitur, & quæ interdum offertur capillata oc-
caſio, ſi moram feceris in ea arripienda, aliò indi
gnata fugit, & te mœrentem, & dolentẽ relinquit,
& propterea dicendum videtur, vt ob omiſſam
hanc tractatuum diligentiam inanis fiat contra-
ctus, ſed multis modis, & verè meo iudicio, hæc
lepida argumentatio diluitur,

Primo enim reſpondetur ante deliberationem
tractatam interueniſſe; nam cum ſchedulæ eam
expreſſam conditionem haberent, vt ſcilicet bo-
na deliberarentur, ſi ita delegato placuiſſet, & an
tequam daliberaret, ſuperinde habitus fuerit ab
his religioſis tractatus, & deliberatio, cõſequitur,
vt ille præceſſerit ipſam actus abſolutionem, &
ſeu conſummationem.

Secundo dicitur, quod cum contractus vtilis
ſit eccleſiæ, tum quia vtilior ager emptus fue-
18 rat à Lampugnanis, tum quia non eſt reper-
tus, qui meliorem fecerit conditionem, tum quia
ſi ex reditu arguatur ad valorem eſt ſolutũ plus
iuſto pretio, tum quia illud pretium ſi conuerta-
tur in aliquos cenſus, vel alia bona, pendet longe
multo plus, Alba conſ. 97. num. 19. & commemo
raui ego eod. conſil. 101. nume. 12. lib. 2. & tradit
Bald. Nouellus eod. trac. de dote, par. 7. nume. 6.
& tunc hac vigente vtilitate ſufficit ſiue præce-
dant, ſiue ſequantur tractatus, cum ſatis ſit ſi fi-
nem ipſum, in quem illi oculos conijciunt, aſſe-
19 quantur, vt declarat idem Fabian. ead. par. 5. ſub
rubr. de rer. eccleſ. alien. num. 115.

Tertio cum fuerit electus commiſſarius, qui
plus offerenti deliberationes faceret, ſi ei ita vide
20 retur, non opus erat alio tractatu, cum eius diſcuſ
ſio loco tractatus habeatur, vt tradit Abb. conſi.
41. ante num. 3. lib. 1. Capicius deciſ. 16. num. 4.
& ſe ipſum declarat idem Redoan. relato tracta.
ſub tit. de cauſæ cognit. nu. 54. & nu. 79. fol. 153.
& tit. de trac. nu. 66.

Quartò cũ tractatus nihil aliud ſit, quàm cau-
21 ſæ quædam diſcuſſio, & indagatio, ac perueſtiga-
tio, circa rem diſponendam in futurum. cap. tua
nuper, vbi Abb. nume. 6. & cap. cum apoſtolica,
de his, quæ fiunt à prælato. cap. ſine exceptione.
12. quæſt. 2. & cap. 1. de reb. eccleſ. non alienand.
22 in 6. videtur quod poſſit eo medio, quod æquè
polleat impleri, vt ait Redoan. eod. num. 66. er-
go ſchedulæ de conſenſu, & mãdato ipſarum mo
nialium, & delegati ter poſitę, & repetitæ debent
loco ipſorum tractatuum haberi, nam tractatus
dicitur principium rei, & propoſitũ eius, qui quæ
23 rit emptorem, declarans ſe velle vendere. Bal. in
cap. in cauſis, num. 1. de elec. Tiraquel. de retrac.
legali, §. primo. gloſ. 14. num. 22. & de conuentio
nali, ad fin. num. 31.

Quintò ex receptiori ſentẽtia ſufficit vnus tra
ctatus quicquid aliqui dicant, vt tres exigantur,
24 vt notat communem dicens Abbas eo. c. tua nu-
per, ante num. 4. de his, quæ fiunt à prælato, &
ſequitur Geminia. cap. 1. de reb. eccle. non alien.
num. 8. in 6. Redoan. eod. tit. de tractatu. nu. 28.
atque is ſolennis interuenit antequam delibera
retur, vt ſuperius diximus: ergo ſufficere debet, cũ
maxima etiá cauſæ cognitio medio ſcedularum,
& delegati inueſtigatiunc iam præceſſerit.

Sexto hodie videtur, ꝙ in alienatione rerum
eccleſiæ ſufficit conſenſus Epiſcopi, & capituli,
& tractatus non ſit neceſſarius, maximè quando
interuenit, vt hic, licentia Papæ, ſeu alicuius ſupe
rioris, qui vicem eius ſuſtinet in ea re, de qua agi
25 tur, vt in Vicario Epiſcopi conſuluit videndus
Alba conſil. 342. à num. 31. vſque ad num. 38. vt
ſeipſum explicat Redoanus eod. titu. de tracta.
num. 19. & 20. & Raudenſis excitato tractatu,
fol. 228. nume. 20. & infra, & facit Simoncellus
tractatu de decreto, libro primo, tit. primo: inſpe
ctio. 7. num. 104.

Nec reſiſtit, ꝙ antequam obtenta ſit licentia
vendendi à ſuperiore in delegatione ſibi reſerua

ta cauſa, ceſſauerit, quia ſi videatur cõmiſſio ſeu
delegatio facta, concedit, vt deliberationes fieri
poſſent, quæ perfectionẽ actus deſignant, & quæ
faciunt, vt res non ſit amplius integra, & vt non
26 liceat recedere, vt ait Fabianus, eod.tract.parte
quinta, ſub rubrica ſubhaſtationum materia, nu-
89. 90.& 91.& quatenus dixit, vt omnia in ſcri-
ptis redacta ad eum tranſmitterentur, vt suppli-
cantibus opportune prouidere valeret, non fuit
dictum ratione iam deliberati contractus, ſed ra-
tione executionis, & vt pecuniæ ſoluerentur, &
ſolutæ in prædictam cauſam conuerterentur, qđ
eſt quid diuerſum, nec res dicitur adhuc integra
cum interuenerit deliberatio, quæ loco conditio-
nis eſt, & quæ cum perficiatur ſolo conſenſu per-
fectione eſſentiæ etiam ante traditionem poteſt
27 cogi venditor ad tradendum, vt ſcribit Tiraquel
lus, de retractu legali, §.primo, glo.ſecunda, nu-
me.50. & 51.& 52.& cum iam pars pretij ſolu-
ta ſit, neceſſario pręſupponitur venditionis perfe
28 ctio, cum interuenerit conſenſus, res, & pretium,
& partis eius numeratio, quæ facit, vt res deſinat
eſſe integra, vt eſt text.clarus, in l.ſecunda, C.quã
do liceat ab emptio.diſcedere, & in puncto deci-
dit Fabianus Montius, eo.trac.de empt.& ven.
parte quinta, principali, nu.56.& 67.

Non officit etiam, vt per eam reſeruationem
factam à R. domnino Vicario Generali dicatur
29 in eius voluntate poſita ſubſtantia contractus,
quæ res improbari videtur, l.in vendentis, C.de
contrahend.empt.& vend. Montius, trac.de em-
ptio.& vend.in fi.num.36.

Quia reſpondetur ſubſtantialia contractus,
quæ conſiſtunt in conſenſu, re, & pretio, non fuiſ
30 ſe remiſſa; iam enim erant abſoluta; & perfecta,
ſed bene accidentalia, quod fieri conceditur, vt
diſtinguit Baldus ead.l.in ementis, num.3.& Fa-
bianus à Monte, eo.tract.parte quinta, num.72.
& ex ipſa reſeruatione liquide conſtat, quod ac-
cidentalia fuerunt reſeruata, vt iam diximus in
priori fundamento, & non ſubſtantialia, quia il-
la iam fuerant à partibus deliberata, & ita peſe-
cta etiam medio ſolutionis partis pretij, vt res de
ſineret eſſe integra. ſecundo, reſpondetur licet ſub
ſtantialia non poſſint in voluntatem vnius ex
contrahentibus remitti, tamen in voluntatẽ ter-
31 tij optime id fieri poteſt, quia eo non declarante;
aut arbitrante res reducitur ad arbitrium boni vi
ri, id eſt diſcreti iudicis, vt declarat Caſtrenſ. qui
hanc conſtituit differentiam inter vltimas volun
tates, & contractus, ead.l.in vendentis, in ſecun-
da oppoſitione, C.de contrahend.emptio.& vno
ore ibidem diſtinguunt omnes ſcribentes, & com
probat Fabianus loco proximè excitato; vnde cũ
32 venditio poſſit attingere debitum finem ſecun-
dum naturam ei datam, reputatur perfecta, vt ait
Bald.ea.l.in vendentis, ſub.nu.2.

Et propterea cum conſtet cauſa cognita de-
uentum fuiſſe ad eam deliberationem, & ex cau-
ſa neceſſatia atque vtili, nuncque moniales, ſeu
earum adminiſtratores, vt morem gerant Cur-
tijs aduerſarijs Cauenaghi, & cum quibus collu-
dere videntur velint à fide, ſpreta iuramenti reli-
gione deficere, Integerrimus, d. Iudex vti iuſtitię,
& æquitatis cultor optimus id nullo modo pati
debet, ſed eas omnino cogere ad obſeruandã cõ-
tractus legẽ, poſtquam ipſe Cauenagus eo aſtri-
33 ctus non potuiſſet diſcedere, l.ſicut, C.de actio. &
obligat. & omnia è latere ſuo, ex bona fide cu-
mulatè præſtiterit, & æqualitatem ſeruari inter
34 ipſos contrahentes rationi valde conſentaneum
ſit, l.fin. C.fructibus, & litium expenſis.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO LVCRETIA Cariana.

ARGVMENTA.

Datio in ſolutum quas ſolemnitates de-
ſideret, & quibus rationibus euerti poſ-
ſit.

Creditori debitoris habẽtis facultatem
luẽdi rem venditam, an competat in intę
grũ reſtitutio aduerſus tempus debitori
præſtitum ad redimendum.

SVMMAE RERVM.

1 *Forma non ſeruata actus corruit.*

2 *Datio in ſolutum debet fieri pro debito liquido, & claro, & quod non patiatur probabilem exceptionem, ito vt ſi adeſſet exceſſus in vno tontum numo inonis efficiatur.*

3 *Clauſula, & ſeu decretum irritans formam inducit.*

4 *In ſolutum datio debet incohore primo à mobilibus, poſtea ab immobilibus, deinde à nominibus debitorum.*

5 *Datio in ſolutum non vitiatur ſi non inchoetur à mobilibus deinde ab immobilibus, poſtea à nominibus debitorum.*

6 *Minorum bono debent diſtrahi primo mobilia, poſt immobilia.*

7 *Mobilia non extare ſotis probatum videtur, ſi ſtatuto termino eo indicoto non fuerint.*

8 *Appellatio aduerſus dationem in ſolutum datur, ſi modus exceſſus ſit.*

9 *Correctio out reformato iuris diſpoſitio cenſetur, ſi ea à ſtatuto vel conſtitutione immutata ſit.*

10 *Verbum poteſt, neceſſitatem non inducit.*

11 *Aeſtimatio debet fieri eo tempore quo datio in ſolu tum fit, & non ante, nec poſt.*

12 *Aeſti-*

12 Aeſtimatio eſt facienda per peritos legitimè electos.

13 Pretia variantur temporum mutatione, atq; hominum opinione.

14 Probatio vnius temporis ad aliud non porrigitur, & maximè de præterito ad præſens.

15 Non probat hoc adeſſe quod ab hoc contingit abeſſe.

16 Aeſtimatores ſunt eligendi à partibus iuſſu iudicis.

17 Coram ſuſpecto iudice, quam iniquum ſit litigare.

18 Pro meliorationibus probatis datur retentio, & nõ admittitur fideiuſſio.

19 Reſeruans iudex quod declarare poteſt, dicitur grauare partem.

20 Compenſatio ipſo iure datur ſi à parte opponatur, vbi liquida ſit.

21 Intimatio facta familiæ, non nocet principali, ſi ipſe rei notitiam non habuiſſe.

22 Intimatio vbi requiritur, non ſufficit citatio, aut ſimplex ſcientia.

23 Appellatione pendente, vel tempore ad appellandũ, quod factum, vti attentatum eſt reuocandum.

24 Diffinitiua dicitur ſententia, ſi finem negotio imponat, & aliam ſuper ea re poſt ſe non expectet ſententiam.

25 Sententia ſuper æſtimatione, & liquidatione fructuum dicitur diffinitiua.

26 Sententia ſuper declaratione fructuum lata principaliter, & non incidenter dicitur diffinitiua.

27 Attentata in præiudicium appellationis ſunt tollenda.

28 Redimendi facultas conceſſa ſi lapſa ſit alicui, an eius creditor poſſit reſtitutionis in integrum auxilio adiuuari.

29 Reſtitutionis in integrum auxilium ex capite ignorantiæ quis fruſtra implorat, ſi neglexit è latere ſuo facere, quæ facienda erant, vbi primum ſciẽs fuit.

CONSILIVM CCLXXXI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CReditor vbi velit ſibi ſatisfieri ope, & medio dationis in ſolutum, ſeruare debet formam à noſtris conſtitutionibus præſcriptam, tit. de bonis in ſolutum dandis, vt ſcilicet debeat ſtatuere terminũ viginti dierum debitori ad ſoluendum in pecunia numerata, & ſi id omittatur
1 actus redditur nullus, cum forma non ſeruata actus corruat. ad Felyn. in cap. cum dilecta, nu. 6. & infra de reſcriptis.

Rurſus ad hoc, vt datio huiuſmodi in ſolutum valeat, debet fieri pro debito liquido, & claro, quod non patiatur probabilem exceptionem, ita vt ſi adeſſet exceſſus in vno tantum nummo ina-
2 nis omnino efficeretur, vt iubet noſtra lex municipalis, cap. 168. in primo, & ibi notatur, num. 6. & 7. quæ cum habeat decretum, irritum faciens
3 quod contra geſtum ſit, eo magis formam inducit, vt tradit Fely. loco proxime relato, & perſpicuè ad ſenſum patet.

Quæ forma cum in præſenti caſu neglecta fuerit, conſequitur, vt hæc datio in ſolutum nullius momenti ſit declaranda, vel ſaltem appellationis fauorabile oppreſſorum auxilium benigne dandum ſit.

Nec aduerſatur, vt creditor cui ſatisfaciendũ erat in numerato potuerit renuntiare fauori ſuo, & accipere bona in ſolutũ pro iuſto pretio, quia
4 licet in huiuſmodi re primo ſit inchoandum à bonis mobilibus, deinde ab immobilibus, poſtea à nominibus debitorum, l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicata. Attamen ſi hic ordo omit-
5 tatur, non propterea ipſo iure vitiatur datio in ſolutum, vt de magis communi atteſtatur ibidem Iaſ. num. 18.

Quia reſpondetur hanc ordinis perturbationem, & inuerſionem concernentem etiam debitoris fauorem, cum noſtra interſit potius mobilia, quam immobilia diſtrahi, vt in bonis minorum
6 ſeruatur, l. magis puto, §. non paſſim, ff. de reb. eorum. ſi omittatur, tribuere iuſtam appellandi cauſam, nam ſatis grauatus dicitur appellans, cum is modus à iure præſcriptus fuerit omiſſus, & neglectus: nam etiam iure communi inſpecto debebat ad hoc, vt deueniretur ad dationem bonorũ immobilium, ſtatui terminus debitori ad oſtendendum mobilia, quo elapſo, & eis non indicatis ſatis probatum, & diſcuſſum videretur mobilia nõ
7 extare, ad effectum deueniendi ad immobilium diſtractionem, vt eleganter docet Bart. quẽ omnes ſequuntur, eod. §. in venditione, & atteſtatur Iaſ. eod. num. 18. vbi vide, & propterea cum in caſu noſtro non fuerit debitori ſtatutus is termi-
8 nus, conſequitur, vt aduerſus hanc dationem in ſolutum detur appellatio, cum modus exceſſus videatur; nec abſonum aut abſurdũ eſt, vt aliquid nullum non ſit ipſo iure, ſed tamen ope exceptionis, vel appellationis, & parte opponente reſcindi debeat, aut (vt noſtri aiunt) annullari, vt fuſè hoſce terminos diſtinguit Vantius videndus tractatu nullitat. ſub tit. quot, & quibus modis nullitas proponi poſſit, num. 47. & infra pluribus ſequentibus maximè, num. 55.

Secundo reſpondeo, quod quicquid ius commune diſponat, conſtitutio noſtra eſt ſeruanda, quæ ex quadam formæ neceſſitate requirit terminum ſtatui debitori ad ſoluendum in pecunia numerata, antequam deueniatur ad aliquam dationem in ſolutũ, & inde negari non poteſt quin
9 ſit correcta, vel ſaltem reformata, aut nouata iuris cõis diſpoſitio, vt magis com. vſu etiam receptam fatetur Clarus, §. fi. q. 85. verſ. debet etiam iudex, & cum creditor adiuerit iudicẽ pro ſatiſfactione,

factione, & poſtea pro datione in ſolutum ſeruã-
da erat conſtitutionis forma, maximè, quia ſe-
quens caſus dandi bona in ſolutum, non proce-
dit niſi volente debitore, cum verbum, poſſit, in
conſtitutione poſitum affirmatiuè non importet
10 neceſſitatem ad Bartol. in l. Gallus, num. 3. ff. de
liber. & poſthum. vnde merito poteſt etiam dici,
quod hæc datio in ſolutum manifeſtè nulla ſit
ob non ſeruatam formam, à noſtris conſtitutio-
nibus traditam, nec opitulari poſſe videtur iuris
communis auxilium, cum illud ſublatum ſit ab
ipſis conſtitutionibus.

Præterea cum hæc datio in ſolutum facta ſit
pro debito non liquido, nulla eſt ipſo iure, ex me
morato ſtatuto, cap. 168. in primo.

Iniqua vtiq; multifariam, multiſq; modis o-
ſtenditur.

Primo, quia æſtimatio nulla præceſſit ſal-
11 tem legitima, nam ex communi omnium ſen-
tentia æſtimatio debet fieri eo tempore quo da-
tio in ſolutum fit, & non ante nec poſt, quia qui
non obſeruat tempus legis, dicitur eam neglige-
re, & paria ſunt aliquid non fieri, vel extra tem-
pus, l. ſi voluntate in fine, C. de reſcind. vendit. &
com. dicit Cagnol. videndus in l. 2. num. 213. qõ.
47. C. eo. tit. & id maximè eſt dicendum in æſti-
12 matione, quæ fit per peritos, quia illi eligi debẽt,
& æſtimationem facere ſeruatis ſeruandis tem-
pore ipſius dationis in ſolutum, vt tradit idẽ Ca-
gnola videndus vbi ſupra, nu. 258. & 264. & Ma
ſcardus in verbo æſtimatio an probari poſſit per
peritos, concl. 654. nu. 3. & quamuis bonum ſit,
& maximè rationibus cauſæ cõducat, ſi teſtes de
ponant de valore & ante & poſt, tñ id nihil eſt,
niſi ẽt deponãt de tẽpore cõtractus, & in æſtima
tore ſecus eſt, quia cũ eius iudiciũ pendeat ab ocu
lo viſus, debet ſe referre ad tempus contractus,
quia quod oculus non videt teſtificari nõ poteſt,
referreque debet, hæc eſt ipſa veritas. quam ipſe
partim perſpexi his oculis partim accepi auribus
ego ipſe, cum maximè temporum mutatione, &
caſuum varietate, atque hominum opinione va-
13 rientur valde etiam pretia rerum, l. pretia re-
rum, ff. ad leg. Falcidiã, poteſt enim mutari agri
facies, atque arbores, & vites plantari, domus ędi
ficari, veteres reparari, & recõcinnari, multaque
alia fieri adiuncta meliori cultura, vel ea prorſus
neglecta ex quibus pretia ipſa ſint mirificè va-
14 rianda atque mutanda; quo fit, vt probatio vnius
temporis, ad aliud porrigi nequeat, & maximè
ex præterito in præſens tempus, vt eſt text. in l.
tertia, §. diui, ff. de iure fiſci, & licet id præſtet con
iecturam, non tamen per ſe facit plenam proba-
tionem, & propterea cum æſtimatio iſta ſit facta
per annum ante dationem in ſolutum, & ad aliũ
finem, non poteſt iuuare, quia non probat hoc
15 adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, l. neque Na
tales, C. de probatio. & omni caſu cum æſtima-
tores ſint eligendi à partibus iuſſu iudicis, vt tra
dit Cagnolus ead. l. ſecunda, numero 259. non
poteſt ſuffragari æſtimatio facta ab illo æſtima-
tore anno ante dationem in ſolutum, tum quia
potuit interim pretium variari, & noua res ori-
ri porro, quæ illum ab eo iudicio abſtraheret;
tum quia potuit ille, qui tunc tanquam confi-
dens fuerat electus fieri ſuſpectus, vnde val-
de intererat alium habere æſtimatorem cui
fidentius hoc ipſum negotium committeretur,
quis enim non nouit, quam iniquum ſit coram
iudice ſuſpecto litigare, & aſperis iudicijs con-
flictari: nam ſi voluntatis inclinatione in vnam
magis, quam in alteram partem propensè pro-
pendeat quomodo ea quæ fiunt, certo iudicio
ponderare poterit, debet iudex non ſolum quid
poſſit, ſed etiam quid deceat appendere, & æ-
ſtimare; ſicut lancem in libra ponderibus im-
poſitis deprimi neceſſe eſt, ita iuſtitiæ ſtatera;
quæ conſtans ſtat ad ius ſuum vnicuique tri-
buendum, ſi ſuſpecta iudicis propenſione, &
procliuitate huc atque illuc torqueatur, non ne
iudicium ipſum, quod æquum eſſe debet flecti-
tur, & contaminatur, & compoſitio rerum, quæ
ſit aptis, & accommodatis locis perturbatur; ad
vnam quamque rem æſtimandam momento
ſuo eſt ponderanda, & ſtateræ ordo non eſt trã-
ſiliendus, atque extremus de duplici cardine ver
tex, ac polus ita rectus retinendus eſt, vt par, &
æqualis ſit rebus ipſis, Prætor offenſionẽ vitat æ-
qualitate decernẽdi; at ſuſpectus iudex, q aduer-
ſario amicus, mihi vero inimicus eſt in rebus
cauſiſque ciuium, quam æqualitatem conſer-
uabit? ſi animi affectione interdum cæcum, &
præcipitem ſe ferri ſinat altera poſthabita in eã
partem, quam nimis valde adamauerit, vt libræ
polo contorto æquam iuſtitiæ lãcem ad terram
deprimat: & propterea neminem voluerunt ma-
iores noſtri, quod & nunc ex noſtræ ciuitatis iu-
re ſeruatur dum cõfidentium ſchedulæ exhiben-
tur, ne pecuniaria quidem de re minima eſſe iu-
dicem niſi qui inter aduerſarios conueniſſet: no-
lo tamen, vt is iudex tantam æqualitatem ſer-
uet, vt nec ad ſiniſtram, nec ad læuam inclinans
ſemper animi pendens ſtet ſuſpenſus, & in-
certus in ſtatera, & paribus quaſi examina-
tis ponderibus nullam in partem moueatur
ſuſpenſos longe multum detinens litigatores,
ſed in æqua lance poſitis vtriuſque partis iuri-
bus, eiſque diligenter ponderatis, & trutina iu-
ſtitiæ diligentiſſimè probatis tãdem ad eam par-
tem ſe applicet, & adiungat, quæ maius iuſti-
tiæ pondus habuerit, eoque verticem ſtateræ
vertat, non quo motus animi, & ſenſus impellit,
ſed quo ius trahit, apertoque ore dicat; mihi du-
bitanti, quid facere par ſit permagnum pondus
affert beneuolentia erga illum, ſed longè maior
eſt iuſtitiæ vis, & grauitas cui eſt parendum. ſic
fiet, vt omnem iniqui iudicis ſuſpicionem de-
leat, ſic Deo per quem iurauit ſatisfaciet, ac ſi-
mul conſcientiæ, à qua ne tranſuerſum quidem
vnguem diſcedere oportet; ſic demum æqui iu-

dicis ſuſceptum munus,quod vnum ſpectare de-
bet ex data fide explebit, memineritque ſtate-
ram doloſam abominationem eſſe apud Deum,
& pondus æquum voluntatem ejus, pondus, &
ſtatera iudicia domini ſunt,& propterea ſi me au
diet non affectabit quis iudex fieri inter eos, qui
de eo diffidunt.

Secundo cum oppoſita fuiſſet compenſatio
impenſarum factarum in re ipſa meliori facien-
18 da,& pro quibus oppoſitis, & non ſpeciatim, ſed
in genere probaris erat præſtanda ſaltem fideiuſ
ſio,& pro quibus nominatim,& ſingulatim pro-
batis datur retentio, & non admittitur fideiuſſio
Gozadinus conſil.100.num.21.Ruin.conſil.84.
circa finem libro primo, Tiraquellus de retractu
conuent.§.7.glo.prima, num.13. & cum nec fi-
fideiuſſio,nec hæc meliorationum diſcuſſio facta
ſit,ſed reſeruatio, eo magis, & grauius onerata cẽ
19 ſetur ipſa mulier, vt egregiè ſcribit Baldus viden
dus conſil.153.lib.primo, inquiens propter hu-
iuſmodi reſeruationem, quæ dicitur cautela, &
negotij intricatio appellationem dari etiam vbi
alias remota dici poſſet.

Tertio cum multis modis perſpicuum ſit ip-
ſam Lauram Caſatam plurimum affectam, &
oppreſſam fuiſſe in ipſis fructibus liquidandis,&
in datis bonis in ſolutum, vt à ſolerti cauſidico
excitatum fuit, & maximè, quia non conſtabat
fructus ad manus reæ conuentæ perueniſſe, ſed
potius ad aduerſarios, & multas compenſatio-
nes attuliſſet, quæ ex communi doctorum ſen-
tentia ipſo iure dantur, quando à parte oppo-
20 nuntur,vt communem dicit Salycetus, in l.ſi con
ſtat, & l.fina. C.de compenſat. & ex quibus fie-
bat, vt eo minus de aduerſariorum credito con-
ſtaret,non eſt omnino auferendum, ſed potius fe
rendum appellationis præſidium, cuius tempus
adhuc durat, etiamſi probaretur alter ſcientia,
cum ex noſtris conſtitutionibus ea detur à die
intimationis ; vnde non ſufficit etiam intimatio
ad domum principalis, ſi ipſe iure iurando affir-
met non habuiſſe notitiam, quia forte fuit inti-
mata familiæ ; nam requiritur & intimatio, &
21 ſcientia,cum ſit actus magni præiudicij,vt tradit
Tiraquellus de retractu legali,§.trigeſimo ſexto,
gloſſ.ſecunda,numero 26.Oſaſcus Pedemontan.
deciſio.142.numero 36. Alba conſilio 252.nu-
mero octauo, Plotus videndus in repet.l.ſi quã-
do,C.vnde vi ſub rubr. de appellat. verſic. octa-
uo, incipiente decretum volens tempus quatuor
dierum, & dixi ego in terminis dationis in ſolu-
tum,conſilio tertio,nume. 21.nec ſatis eſt, quod
22 quis fuerit citatus,ſed requiritur intimatio, quæ
ſi omittatur actus vitiatur cum ſit de forma, &
pro forma exigatur.

Imò ipſa datio in ſolutum tanquam attentata
pendente tempore ad appellandum, eſt omnino
23 de medio tollenda, & reuocanda, vt tradit Lan-
cellottus excitato tractatu de attenta. pendente
tempore ad appellat.numero 15.& licet id tem-
perare videatur in ſententia habente vim defi-
nitiuæ, tamen appellationem dari cõcedit. Item
dicitur hanc declarationem, & ſeu liquidationẽ
24 eſſe merè definitiuam,cum finem negotio impo-
nat, & non expectet ſuper ea re aliam ſentẽtiam
poſt ſe, vt declarat Aretinus ad quem hac in re
ſoleo recurrere,conſilio vigeſimo,numero ſecun
do; ſententia enim ſuper æſtimatione, & liqui-
datione fructuum dicitur definitiua, quia conti-
25 net condemnationem æſtimationis rei, & ex ea
oritur actio in factum, vt decidit Baldus in l.fin.
num.ſecundo, C.de fideicom. libert. quem refert
& ſequitur Francus videndus in cap.cum ceſſan-
te.num.56.de appellat.& interpres ad ſtatutum,
cap.41.num.96.in primo, & id ſine dubitatione
concedendum videtur, cum iudicatum ſit ſuper
exceptionibus reæ conuentæ,idem Francus,eod.
cap.cum ceſſante, num.61. & ſuper articulo illo
26 fructuum fuerit tunc non incidenter, ſed princi-
paliter pronuntiatum quo caſu dicitur diffini-
ua, vt tradit Felynus videndus in rubrica de re iu
dicata,num.10.& in cap.qualiter, & quando,nu
mero ſeptimo,de accuſat. idem Francus vbi ſu-
pra, num.63.Seijrana ſingulari 39.numero 25.
quamobrem cum tot tantiſque rationibus iam
propalam in aperto, & propatulo loco colloca-
tum ſit vitium ipſius liquidationis,& dationis in
ſolutum, debet integerrimus iudex inclinare in
eam partem,quæ habet minus præiudicij,vt ſci-
27 licet, appellationi locus eſſe poſſit,eaque detur
metuenti ne morbus in quem incidit,culpa prio-
ris iudicis magis graueſcat, ſublatis his, quæ in
eius præiudicium attentata ſunt, vt tradit Con-
tardus,in l.vnica,limitatio.27.in verbo, ratione
dubij, num.9. C.ſi de momentanea poſſeſſione,
ita vt Lucretia Caſatæ filia hoc appellationis ſo
latio ſubleuata dicere queat, animus mihi rediit,
& cura ex corde exceſſit,cum alter iudex ſit de ea
re iudicium facturus.

Quod vero ad illud ſpectat, an ſcilicet facul-
tas redimendi bona vendita,quæ erant vendito-
ti,& quæ poſtea curſu tẽporis periit ſit illius cre-
ditori in præiudicium ipſius Caſatæ quæ bona
emerat cum pacto luendi ſaltẽ ope reſtitutionis
in integrum,& non eſſe ; ſecundũ ea quæ propo-
nuntur,arbitror,quandoquidem ius datoris reſol
uatur ex cauſa antecedenti, & ſeu antiquiori,&
neceſſaria,cui locus fiebat ex lege contractus,qui
licet à principio fuerit voluntatis,ex poſt facto ef
fectus eſt neceſſitatis,& ex conſequenti, reſoluto
iure datoris reſolutus eſt ius acceptoris, vnde fru
28 ſtra agitur de reſtitutione in integrum aduerſus
id quod iam reſolutum eſt,vt in his terminis pa-
cti de retrouendendo, com.dicit Cagn. viden.in
l.2.nu.120.& nu.121.& 122.& qõ.12.C.de re-
ſcind.vend.& probaui ego reprobato Alexã. vel
contra com.vel in diuerſis caſibus loquente,cõſi.
128.vol.2.Nunc addo Albã hoc idem ſentientẽ,
& ad Alexan.reſpondẽtem,conſi.397.vnde cum
in iudicando non ſit à communi recedendum,nõ

aduer-

aduerſatur aduerſa Alex.& Alciati conſultatio quorum caſus, vt iam dixi diuerſas habent rationes, & ſi aliter diceretur, ſequeretur, vt nunquam aliqua pacta redimendi laberētur, cum vix nemo ſit qui non habeat aliquos creditores, qui ſemper ex capite ignorantiæ aduerſus lapſum illius temporis reſtituti redimerēt iam diu tempore ad redimendum deſluxo, & plus iuris haberent, quam haberet principalis, atque dominia rerum in incerto iacerent, quod publicæ vtilitati valde aduerſatur.

Præterea tollitur meo iudicio omnis dubitatio, ex firmiſſima ratione, quod ſtatim atque creditor hic ſciuit pactum redimendi ſubeſſe, non redemit faciendo oblationem, & depoſitum, & alia ſeruando ad quæ tenebatur, vnde tanquam ſciēs & negligens, fruſtra implorat auxilium reſtitu-
29 tionis in integrum ex capite ignorantiæ, l. ab hoſtibus. §. fina. l. non enim, ff. ex quibus cauſis maiores, & ipſemet Alexand. concedit, eod. conſil. 45. nume. 4. lib. 5. & ita alias in contingentia facti inter quoſdam Palauicinos ſcio iudicatum fuiſſe, & executioni miſſum, quod cum ſit omni rationi & iuſtitiæ conſentaneum, certo ſcio amplectetur conſultiſſimus iudex.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Biminus Mediol. I.C.

PRO MAVRITIO Maſſio.

ARGVMENTA.

Poſſeſſoris cauſa primo loco eſt tractanda; & an cum petitorio cumulari poſſit, & an conductor quæſtionem dominij mouere queat.

In ſocietate vniuerſali, an actionis redditio locum habeat, & an & quando ſemel confecta ratio iterum reddi debeat.

A contractu emendi, & vendendi, quando quis diſcedere poſſit ob non ſeruatas conditiones.

SVMMAE RERVM.

1 *Poſſeſſorij cauſa, ante cauſam petitorij eſt tractanda.*

2 *Conductor ſi negat rem reſtituere locatori, dicitur eum ſpoliare*

3 *Conductor quæſtionem dominij, etiam ſi eſſet patrō obijcere nequit.*

4 *Locatori ſicut non poteſt obijci exceptio dominij à conductore, ita etiam ei, qui ab eo cauſam ducit.*

5 *Poſſeſſorium non trahit ad ſe petitorium, licet ſecus è contrario.*

6 *Poſſeſſorium, & petitorium, an & quando cumulari poſſint.*

7 *Petitorium non poteſt coacervari cum poſſeſſorio retinendæ, & ſi ſuper vtroq; vellet procedi, non valeret proceſſus.*

8 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes non admittuntur in ſummarijs iudicijs.*

9 *Societas etiam vniuerſalis morte vnius ex socijs diſſoluitur.*

10 *Poſſeſſionem eſſe niſi momentaneam elegantiſſimè explicatur.*

11 *Societas vniuerſalis conuentione initur.*

12 *Rationem, vt vnus ſocius alteri reddat vniuerſali ſocietati repugnat.*

13 *Res mea non poteſt eſſe magis mea, nec mihi ſeruire.*

14 *Præpoſitio non venit in generali ſocietate, ſecus in ſingulari, & vbi negotiationes ſeparatim fiant in diuerſis regionibus.*

15 *Socius adminiſtrans ſicut & tutor rationem reddere debet alijs ſocijs, & tutoribus.*

16 *Inſtrumentum publicum rem manifeſtam facit.*

17 *Diligens, & induſtrius, qui olim fuit, etiam nunc & in poſterum eſſe præſumitur.*

18 *Seniores præſumuntur prudentiores, idq; elegantè probatur ratione.*

19 *Diuiſio vbi ſit facienda, frater natu maior facit partes, & minor elegit.*

20 *Rationem reddere debet is, ad quem adminiſtratio pertinet.*

21 *Societas inita non præſumitur cum ſocio minus idoneo, quia eſſet ſpecies ameſtionis.*

22 *In ſocietate plurimum conſideratur induſtria perſonæ.*

23 *Teſtium in concurſu qui præferri debeant.*

24 *Teſtis deponens per verbum credo probat contra producentem.*

25 *Falſus in vno, falſus in omnibus habetur, ſi falſitas ſubſtantiam negotij tangat.*

26 *Euidentia rei vincit omne genus probationis.*

27 *Socius vterq; vbi adminiſtret, vel ratio nō eſt reddenda, vel vterq; reddere debet.*

28 *Compenſatione mutua paria delicta tolluntur.*

29 *Rationem reddere ſicut defunctus tenebatur, ita etiam eius hæres.*

30 *Debitum fruſtra petit, qui quod debet non impendit.*

31 *Socius adminiſtrans tenetur alteri rationem reddere.*

32 *Socius vterq; ſi adminiſtret, ratio eſt vtrinq; reddenda, vel tanquam confuſa omittenda.*

33 *Socius adminiſtrans in diuiſione ſocietatis, poteſt petere ſalarium ſuæ adminiſtrationis.*

34 *Societas morte ſocij extincta, per hæredes poteſt continuari.*

35 *Calculi, & ſcriptura mercatorum, probant contra ſcribentem.*

36 *Ratio ſemel reddita, iterum reddi non debet, niſi probato dolo aut errore.*

37 *Error, & dolus, qui in calculis commiſſus allegatur debet perſpicue probari.*

38 *Probatio coniecturalis, non admittitur contra veritatis præſumptionem.*

39 *Mutatio non præſumitur.*

40 *Dominus & poſſeſſor, qui olim fuit etiã hodiè præſumitur, & ex titulo præcedenti.*

41 *Patrimonialis res potius præſumitur, quam acquiſititia.*

42 *Pluralitas factorum & rerum, an & quando præſumatur.*

43 *In pluralitate fundamentum faciens, debet eam legitimè probare.*

44 *Identitas coniecturis etiam probatur.*

45 *Inter mercatores proceditur ex bono & æquo, ſola facti veritate inſpecta.*

46 *Ratio ſatis reddita intelligitur ſi probetur tot in bonis non fuiſſe, quæ ad quotidianum ſumptum ſuppeterent.*

47 *Intereſſe non debetur niſi propter moram.*

48 *Ratio non perfectè confecta iterum reddi debet.*

49 *Rationis redditio, quæ continere debeat, & ex facta diuiſione reddita præſumitur.*

50 *Ratio ſemel inita iterum ſubduci non debet.*

51 *Rationem qui dicit redditam fuiſſe id probare debet.*

52 *Errorem, & dolum alleganti interueniſſe in calculis probandi onus imponitur.*

53 *Ad diuiſionem deueniri non ſolet niſi re diligentiſſimè excuſſa, & quod inæquale videbatur, conſenſu ſociorum æqualiter diſtributum cẽſeri poteſt.*

54 *Error & dolus ab allegante ſunt probandi.*

55 *Diuiſio ſcripturam non requirit, ſed ſufficit veritatem facti probare.*

56 *Rationis mutua redditio repugnat naturæ ſocietatis vniuerſalis, ſecus ſi fuerit particularis.*

57 *Rationes qui reddit tenetur libros reſtituere illi, cui dat rationem, ex communi Doctorum ſententia.*

58 *Deceptionem, & fraudem qui dicit in calculis interceſſiſſe probare debet.*

59 *Deliquiſſe nemo in dubio præſumitur.*

60 *Dolus, & fraus non præſumuntur niſi probentur.*

61 *Læſum qui ſe dicit, etiam ſi eſſet minor probare debet.*

62 *In contractibus etiam nominatis habet locum conditio ob cauſam, ſi non præſtetur quod promiſſum eſt.*

63 *Contractui quod cauſam dat ſubſtantiale cenſetur.*

64 *Clauſula, & non aliter, nec alio modo contractum reſoluit.*

65 *Conditione deficiente actus habetur perinde ac ſi factus non fuiſſet.*

66 *Quotam habenti conceditur tempus triginta annorum ad retrahendum.*

67 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*

68 *Determinatio æqualis debet eſſe omnium determinandarum.*

69 *Tempus vbi non ſit expreſſum præſens intelligitur.*

70 *Tempus vbi actus exigit, illud tribuitur, quod diligentiſſimo neceſſarium foret.*

71 *Interpellatio neceſſaria non eſt, vbi quis aliquid ſimpliciter promiſerit, quia præſenti die debere intelligitur.*

72 *Clauſula illa, eo caſu, tempus deſignat, & diſpoſitionem ad illum vnum caſum reſtringit.*

73 *Dictio, &, indicat temporis qualitatem.*

74 *Stipulatio committitur ſtatim poſt diei lapſum, licet poſt diem conditio exiſtere poſſit.*

75 *Dies interpellat pro homine.*

76 *Contractum qui implere debet, id præſtare tenetur abſq; alia interpellatione quam primum poteſt.*

77 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

78 *In contractibus fit interpretatio ex coniectura voluntatis.*

79 *Contractus ſunt ſtricti iuris, & ideo non fit extenſio de caſu ad caſum.*

80 *Conditiones plures vbi exiguntur, qualibet deficiens producit effectum reſolutionis contractus.*

81 *Iuramentum quod præſtare debet, Iudex commiſſarius, an ordinarius ſi debeat, præſtare cauſa ab ea decidenda ſit.*

82 *Nullitati in fauorem alicuius introductæ renunciari poteſt.*

83 *Iudices qui iurarunt in ingreſſu officij, in ſingulis cauſis iurare non tenentur.*

84 *Forma ſubſtantialis dicitur, ſine qua actus ſubſiſtere nequit.*

85 *Nullum quod eſt non reuocatur, quando de bono iure conſtat.*

86 *Nullitas ſtatuti non attenditur, quando de facto ita obſeruatur.*

87 *Stipulatio aſſumit naturam contractus ſuper quo interponitur.*

88 *In contractibus etiam nominatis, locus eſt pœnitentiæ ſi promiſſa ſub clauſula reſolutiua non impleantur.*

89 *A contractu an recedatur ex capite pœnitẽtiæ, vel cauſa non ſubſequuta multum intereſt.*

90 *Pacto quod alter non implet, certum eſt alterum non teneri.*

91 *Vendendi promiſſio, aliud eſt quam ipſa venditio, & propterea licita eſt pœnitentia.*

92 *In contractibus etiam nominatis locus eſt pœnitentiæ ex defectu implementi, maxime ſi ita conuentum ſit.*

93 *Contractus reſolutioni locus eſt, ex capite cauſæ nõ ſecuta, quæ contractui cauſam dedit.*

94 *Dominus directi poteſt ſuam partem acquirere omiſſis cæteris, vbi agatur de re indiuidua.*

95 *Paria in iure ſunt aliquid nõ fieri, vel extra tẽpus.*

96 *Fieri ſero, vel non fieri nihil intereſt, quando ex tarditate præiudicium alteri oritur.*

97 *Plura vbi ſint copulatim facienda, non ſufficit vnum fieri.*

98 *Mora*

98 Moræ purgatio, an in contractu iurato concedatur.

99 Plura determinabilia debent æqualiter determinari ſi in hominis diſpoſitione verſemur, eſto quod poſſet dici maiorem eſſe in vno quam in altero rationem.

100. Interpretatio eſt ſemper facienda, quæ vtrique caſui deſeruit, & per quam plenius omnibus proſpicitur.

101. Relatio, quando fit vnius ad alterum, qualitates vtriuſq; diſpoſitionis debent æqualiter intelligi determinata, & inſpicienda eſt perſona cuius cõtemplatione aliquid fit.

102. Contrahentes ſe voluiſſe conformare ad ius ſtatutorum eſt præſumendam.

103. Clauſula præcedens ad declaranda ſubſequentia eſt maioris efficaciæ quam contra.

104 Conditione deficiente contractus reſolutus cenſetur.

105 Bromittens ſe facturum, & curaturum tenetur facere quam primum poteſt abſq; interpellatione.

106 Intereſſe licet dicatur pœna, tamen cum inſit, abſque interpellatione committitur.

107 Mora cenſetur commiſſa abſque interpellatione, vbi adſit iuramentum.

108 Interpellatio extraiudicialis an quem in mora cõſtituat.

109 Conditio voluntaria ſi non impleatur abſq; interpellatione committitur id quod intereſt, ſecus ſi fuerit caſualis, vel mixta.

110 Temporis obſeruatio quantum momenti in vnaquaq; re habeat.

111 In moram incuriſſe, vt quis dicatur, an requiratur declaratio.

112 Negligens is dicitur, qui in tempore non vtitur opportunis remedijs, & legum auxilijs.

113 Conſequens qui vult cenſetur etiam velle neceſſarium antecedens.

114 Facere qui debet aliquid, vt accipiat, debet prius implere pro parte ſua faciendo.

115 Verba ſunt in potentiori ſignificatu accipienda.

116 Conſenſus vbi requiritur debet eſſe expreſſus, & non ſufficit tacitus.

117 In contractibus fit ſtrictior interpretatio, & caſus omiſſus pro omiſſo habetur.

118 Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates quando procedat.

119 Contractus verba ſunt forma contractus, & forma dat robur rei.

120 Conditio voluntaria ea dicitur, quæ poterat à cõtrahentibus omitti.

121 Regula, non curamus de modo, non habet locũ vbi idem effectus omnino non ſubſequatur.

122 Conſentiat quis tacite, vel expreſſe multum intereſt.

123 Tacite eorum quæ inſunt explicatio alio modo facta quam inſit multum operatur, & forma à contrahentibus præſcripta debet ex toto obſeruari.

124 Moræ purgatio non admittitur, quando poſt terminum facta eſt contractus reſolutio.

CONSILIVM CCLXXXII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CAuſa hæc poſſeſſionis, ſeu poſ
ſeſſorij ſeparatim omnino
tractari debet à cauſa prætẽ-
ſæ ſocietatis ſeu cõmunionis.
Nam ordinarij iuris eſt,
vt cauſa poſſeſſorij primo lo-
1 co tractetur ante cauſam petitorij, vt eſt text. in
l. ordinarij iuris, C. de rei vendicatione, & cum
conductor ſi neget reſtituere rem locatori, dica-
2 tur eum ſpoliare, l. ſi quis rem, ff. de acqu. poſſeſſ.
Alexand. conſ. 90. num. 2. lib. 5. Crau. conſ. 107.
num. 3. idcirco non poteſt obijcere quæſtionem
3 dominij, l. ſi quis conductionis, C. locati, quod
ampliatur etiamſi eſſet exceptio patens, l. natura
liter, §. nihil commune vbi Alexand. nume. 33.
& Ripa, num. 79. ff. de acq. poſſeſ. & Contardus,
videndus in l. vnica, C. de moment. poſſeſ. in am-
pliationibus, num. 71. & infra, fol. 119. vbi aper-
tè firmat conductorem finito tempore ſuæ loca-
tionis teneri reſtituere poſſeſſionem, non obſtan-
tibus exceptionibus, quæ reſpiciant petitorium,
non ſolum hoc beneficium cõpetit locatori, ſed
4 etiam cuicunque alij qui ab eo cauſam habeat,
vt ſcribunt Salyc. ea. l. ſi quis conductionis, Crau.
conſil. 157. num. 1.

Et id tanto magis eſt dicendum cũ ex ſtatuto
noſtro, c. 398. vol. 2. teneatur conductor rẽ loca-
tam reſtituere elapſo termino, nulla prorſus ob-
ſtante exceptione.

Idque corroboratur atq; mirificè confirma-
tur, quia ſub poſſeſſorio non venit petitoriũ, nec
5 poſſeſſorium trahit ad ſe petitorium; licet ſecus,
è contrario, l. ſi de proprietate, C. ſi non à cõpet.
iud. Alexan. conſil. 76. num. 4. lib. 2. & poſſeſſoriũ
& petitorium non poteſt cumulari, & ſimul ad-
6 augeri, quando non poteſt comprobari niſi ex
probatione dominij, vt inquit Bal. in l. edita, nu.
87. C. de edendo, & cum hoc caſu agatur de poſ-
ſeſſorio retinendæ, indubitatum eſt petitoriũ non
7 poſſe coaceruari: imo ſi ſuper vtroq; vellet proce
di, non valeret proceſſus, & ſententia, cum inui-
cem & mutuo repugnent, vt docet Bar. quem cæ
teri communiter ſequuntur, in l. naturaliter, §. ni
hil commune. in ſecunda quæſtio. principali, ff.
de acq. poſſeſ. & firmat idem Contardus, ead. l.
vnica, C. ſi de momentanea, in verbo, ratione mi
ſturæ, limit. 2. num. 17. & infra, fol. 262. & in ſum
marijs iudiciis, quale eſt hoc de quo nos agimus
nunquam admittuntur exceptiones altiorem in-
8 daginem requirentes, Bartolus num. 20. & Ripa
in l. quarta, §. condemnatum, ff. de re iudic. idem
Contard. verbo, ratione nullitatis, limi. 7. nu. 62.
Fely. in c. exceptionem, nu. 24. de except. & cum
conſtet hãc ſocietatis ſeu communionis vniuer-

ſalis exceptionem eſſe admodum friuolam,& fu
tilem, quandoquidem ea morte fratris iam diſ-
9 ſoluta ſit,l.verum,& l.adeo, ff.pro ſocio,& etiam
ex multis actibus poſtea ſubſequuris eo magis in
tegerrimus iudex hanc ſummarii poſſeſſorii cau-
ſam decidere debet, reſeruata hac exceptione pe
titorium concernente, & maiorem inueſtigatio-
nem,& maiorem diſquiſitionem poſtulãte, cum
vulgo iactetur liquidum pro eo,quod non liquet
non eſſe retardandum,nec decet, vt expediti mi-
litis curſum remoretur tarditas,& dubia fides mi
litis impediti, & claudicantis ex accepto vulne-
re propoſitæ à reo conuento exceptionis, præſer
tim in hoc poſſeſſorio iudicio, quod celeritatem
deſiderat; & licet multæ ſint poſſeſſorii huius iu-
dicii ſpecies,ſcilicet plenarii,ſummarii,& ſumma
riiſſimi, & momentanei,attamen mehercle ſi ad
veritatem loqui voluerimus, nulla eſt apud nos
poſſeſſio niſi hæc momentanea: quid.n. aliud eſt
hominis vita quam tẽporis punctum,& momen-
10 tum quoddam, quod celerrima adeo mobilitate
agitatur,& mouetur, vt ſemper mobiliter palpi-
tet,& mobili curſu fugiat; hoc quod loquor inde
eſt,ſæpe enim id quod magna cupiditate, & im-
menſo labore auidus homo ſeruit, & ſeminauit,
& diligenti cultura coluit, tanquam agreſtem &
immaturam meſſem inuida & pallida mors,quę
æquo pulſat pede pauperum tabernas, regumq;
turres,de repente,& improuiſo adunca, & radẽti
falce ſuccindit atq; omnia ęquat.Quo fit,vt mul
ti egregiè geſtorum glorioſa fama putarint mor-
tis fatum effugere,verum,& hanc quam ſecundã
dicimus mortem vetuſtas obruit,& obliuio delet
& tempus edax rerum ita conſumit, vt priorum
memoria non ſit,ſicut nec eorum quæ poſtea fu-
tura ſunt erit recordatio apud eos qui futuri ſunt
in nouiſſimo.Quid igitur habet iſte famę curſus?
quid vincti ante currum duces?quid perbellè con-
texta opuſcula? quid alta palatia, quid am-
pliſſimi dignitatum gradus, & regna ipſa? quid
argentum? quid aurum? quid clamor poſtero-
rum, quid tota illa pompa? cum hæc ipſa con-
ſeneſcant,& prætereundo pereant, & de iis quo-
que tempus ipſum triũphet,& incitato curſu tũ
equis,tũ velis oẽm corrigat tarditatẽ. Cũ igitur
ſub ſole nihil ſit ſtabile,et firmũ, & eũtes fugati
pede,& pcipiti curſu anni ſingula de nobis pden
tur,repentinũ,grauem,& miſerabilem noſtrũ ca
ſum reſpicientes non in arenario ſolo,ſed in ſoli-
da diuinitatis petra noſtræ gloriæ fundamenta
iaciamus, quam nulla temporis circũſcriptio me
tieť, & quę regali ornatu in aureo ĩmortalitatis
curru,& in ſublimi æternitatis ſolio ſedens omni
bus dominatur, omnia inexplicabili prouidentia
adminiſtrat,regit, & gubernat,& ſecum ducit tã
quam victoriæ trophęa,& monumenta equos tẽ
poris, alas famæ,& falcem mortis,& de illis im-
mutabili æternitate ſumma cum laude, & gloria
triumphat;vnde fit,vt Sapiẽs merito dicat: In me
moria æterna erit iuſtus. In Deo itaque qui in ſe
fidentes nunquam fallit, & promiſſa cumulatè
ſoluit,omnem ſpem noſtram his terrenis bonis
conculcatis collocemus, & hic ita viuamus, vt
iſtic in eius vitæ libro deſcribamur, quam nul-
la mortis aut temporis facta vnquam periment.
Regnum igitur Dei & eius iuſtitiam quæramus,
& oĩa adijcientur nobis;in eo enim eſt certa ſecu
ritas, & ſecura æternitas, & æterna tranquilli-
tas, & tranquilla fœlicitas,et fœlix ſuauitas, &
ſuauis iucunditas. quid hic moramur? omni-
bus neruis ad beatam illam, & æternam vitam
aſpiremus, hocque poſſeſſionis expedito pun-
cto, iam aſpiro, & ſpiritum iam in poſſeſſorio
hoc iudicio victorem conuerto ad explican-
dam petitorii quæſtionem,in qua cum inter Ioã.
Petrum, & Mauritium fratres Maſſios contra-
11 cta ſit ſocietas vniuerſalis omnium bonorum, vt
publico legitur documento, quo id mirificè pro-
batur,l.tertia.§.primo,ff.pro ſocio, Maſcardus vi
dendus tract.probat.in verbo, ſocietas,concluſio
ne 1315.numero 5. & 21.quem vnum affero,cũ
is alios referat,conſequitur,vt fruſtra quæratur,
quod vnus alteri reddat rei adminiſtratæ ratio-
12 nem,nam hoc repugnaret naturæ ipſius vniuer-
ſalis ſocietatis, & conuentioni inter eos ampliſ-
ſimis verbis initæ, vt apertè ſenſit idem Maſcar-
dus ead.concluſione numero 38. & in verbo,ra-
tionis redditio, concluſione 1262. numero pri-
mo,& infra; Item quod vnus dicatur præpoſitus,
alter non,quia præpoſitio non venit inter ſocios
vniuerſales.& ea eſt ratio,quia res mea non po-
13 teſt eſſe magis mea, nec põt mihi ipſi inſeruire;
& dominus,& ſeruus tanquam ſeparati termini,
& antiqua ſimultate contrarii nequeant ſimul,
& ſemel ſibi ipſis præeſſe, et ſubeſſe, §.ſic itaque
Inſtit.de actionib. Rota Genuenſ.videnda omni
no,deciſ.14.numero 66.et infra pluribus ſequẽ-
tibus.maximè quando in diuerſis regionibus ſe-
paratim non fiant negotiationes,quia tunc in ſin
gulari ſocietate cenſentur inuicem inſtitores, et
14 vnus cenſetur alteri ſeruire, Iaſ. in l.eius, qui in
prouincia,§.quod ſi ſtipulatus, nu.5.ff.ſi cer.pet.

Hoc itaque bene iacto fundamento facilè op
poſitæ argumentationum machinæ deijciũtur,et
funditus euertuntur.

Nam ad primum Reſpondendo,negatur poſ-
ſe Mauritium dici negotiationi præpoſitum, cũ
15 eſſent inuicem ſocii omnium bonorum; et quam
uis ſocius adminiſtrans teneatur reddere ſociis
rationem, l.1.§.officio, ff.de tute.et rationib.di-
ſtrahend.quæ licet loquatur in tutore,trahitur ta
men ad alios quoſcunq; adminiſtratores, cũ ea-
dem inſit ratio, vt decidit Rota Genuenſ. deciſ.
173.nu.17.et deciſ.183.num.5. Borgn.de tutore
et curatore,nu.202. attamen id procedit in ſocie
tate particulari ſeu ſingulari, ſecus in ſocietate
vniuerſali,qualis eſt hæc noſtra; Itẽ qñ alter ſo-
cius gerit,et negotiatur,alter nõ;ſecus in caſu no
ſtro,in quo apparet Io. Petrũ Mauritij fratrẽ æ-
què adminiſtraſſe,et fuiſſe ĩ ea lanarũ mercatura
valdè

valdè induſtrium, vt ſatis eius iurata confeſſione
probatur qua nulla eſt ſanè melior probatio, Bar
to. in authen. ſed neceſſe, C. de donar. ante nupt.
& eo publico inſtrumenro generalis ſocietatis,
16 quod facit rem manifeſtam, Dec. conſil. 36. nu.
2. nam in eo conuentum legitur, vt ipſe Ioã. Pe-
trus contemplatione laborum præteritorum, &
eorum quæ in præteritum ſua induſtria, & dili-
gentia quæſiuit, ipſe ſolus ſine aliquo ipſius Mau
ritij adminiculo, & adiumento rempore diuiſio-
num deberet habere ante partem libras mille
quinque centum, & ſi olim Ioan. Petrus fuit ſo-
17 lus diligens vigilans, & induſtrius, atque laborio-
ſus, idem eſt dicendum fuiſſe tempore initæ ſocie
tatis vniuerſalis, text. optimus, in l. non omnes, §.
à Barbaris, ff. de re militari, cap. mandata, de
præſumpt. & tradit Alexand. videndus in l. præ-
tor, §. prætor ait, num. 4. verſic. in ea ibi, quia ei,
num. 9. ff. de edendo, quem refert, & ſequitur Ma
ſcardus ſingulari ſuo 74. in fine, & conſil. 77. nu-
me. 12. & 13. & in l. maritus, num. 39. ff. de quæſt.
Crauet. videndus conſil. 559. num. 9. vbi ait prò
certo credendum eſſe eum qui olim vigilans fuit
vtique in poſterum diligentem, & in gerendis re-
bus acrem fore: nam talis quis deinceps præſumi
tur qualis antea fuit, & cum ipſe Io. Petrus eſſet
frater natu maior, & à teneris (vt Greci dicunt)
vnguiculis illi mercaturæ deditus, eſt præſumen-
dum, quod eſſet in ea re peritior magisque exper
tus, & edoctus, ſiquidem ſeniores præſumuntur
18 prudentiores, & ſapientiores, & quod in eis inſit
maior rerum cognitio, longa enim ætas mulra vi
det, noſcit, obſeruar, atque experitur; experientia
vero non verbis, ſed re ipſa, non alieno teſtimo-
nio, ſed ſua fide hoc probat, illud reprobar, hoc re
cipit, illud reiicir, & aſpernatur, quod plurimum
valet in gerendis negotiis, & ad cuiuſque rei ve-
ritatem habendam: quoties enim repentinus ali-
quis caſus euenit, rem non aggreditur nouã, ſed
veterem, & iam diu cognitam, & perſpectam, in
temporeque ſalutaria, ſi quæ ſinr adhibet reme-
dia, facileque præſagit an timoris meſtiria, vel
ſpei lætitia ſit expectanda, inquiens ne timeas,
vel magis trepides; experto crede Roberto, ſicut
antiquitas habet in exemplis auctoritatem, ita
etiam ſenectus in ætatibus, vetuſtas enim peri-
tiores nos facit, & veterum hominum ſermo ma
gnam autoritatem habet ætatis ſpatio probatã,
& propterea inquit Poeta, magna fuit quon-
dam capitis reuerentia cani, adde, quod eſt ſeni-
bus rerum prudentia maior, ſolus & artifices, qui
facit vſus adeſt Lacedemonij que publicum con
ſilium appellant, ſenes, cum ſit eis maior prudẽ-
tia rerum, & iura dabar populis ſenior, & opem
patriæ conſilio ferebat, & ætatis nomen mire ſe-
natus habet: & propterea cum Mauritius eſſet
Petro ætate minor, eſt dicendum, vt ille ei præeſ-
ſet, & non illi ipſe 20. diſtio. cap. de quibus, Do-
ctiſſimus Alciatus noſter de præſumptio. regula
prima, præſumptio. 45. num. primo, & ſecundo,
præſes Menochius præſumptio. 47. num. primo,
& infra, lib. 6. facir, quia ſi agatur de diuiſione in
rer fratres facienda, maior natu tanquam pru-
19 dentior, & magis verſatus debet diuiſiones face-
re, & dare eligendi facultatem fratri minori, Iaſ.
l. prima, num. tertio, ff. ſi certum petatur, & ipſe
tanquam is ad quem vti natu maiorem pertinet
20 adminiſtrario, rationem reddere debet, Decius
conſil. 255. num. ſecundo, nec eſt præſumendum
quod ipſe Mauritius cum inæqualitate diuiſio-
nis, & diſparibus partibus, quod arguit, vt iam
dixi maiorem induſtriam in ipſo Ioan. Petro, cui
propterea maior portio erat aſſignanda, volue-
rit ſocietarẽ inire cum fratre minus apto, idoneo
& induſtrio, quod equidem fuiſſet ſpecies quæ-
21 dam donarionis, quæ nunquam præſumitur. l. ex
parte, §. filius, ff. familiæ ercíſcundæ. Bartolus in
l. Titium, & Męuium, §. altero, num. 5. ff. de ad-
miniſtratio. tutor. l. ſi patruus, num. 9. C. commu
nia vtriuſq; iudicij, & commun. dicit Iaſ. conſ. 5.
col. 1. vol. 1. Maſcardus eo. tractatu probat. con-
cluſ. 1315. in verbo, ſocietas, num. 37. & in ſocie-
tate plurimum conſideratur induſtria, Pariſius
22 conſil. 86. num. 12. lib. 1. & propterea iure meri-
to pro veritate concludunt quinque reſtes ipſius
Mauritii, nempe Hieronymus Meltius, fol. 85.
Baptiſta Bereta, fol. 60. & 71. Io. Petrus Cruce
ius, ſol. 160. Iacobus Brippius, fol. 173. & 179.
Io. Angelus Paliarius, fol. 137. quod negotiũ ip-
ſum gerebatur viciſſim per manus vtriuſq; imo
Brippius inquit, quod ei principaliter præerat ip
ſe Io. Petrus, quod vr iam diximus eſt longè veri
ſimilius, & ideo his teſtibus locum dare, & cedere
debent quatuor alij in perſonis etiam defectus
23 patientes ipſorum aduerſariorum, vti veriſimi-
liora, & pro reo deponentibus, & numero, & pon
dere longè ſuperioribus, l. 3. in princ. ff. de teſtib.
c. in noſtra, eod. titu. & ibi optima, glo. in verbo,
ſed aduerſa, Iaſ. in l. 5. §. creditum, num. 12. & De
cius num. 9. ff. ſi certum petatur. imo Gaſpar Val
torius teſtis partis aduerſæ, fol. 42. à tergo affir-
mat ipſum Mauritium incumbere, vt vulgo dici-
tur alla draparia, & Ioan. Petrum alla cimaria,
ſic vterque erat principalis, & inter eos non erat
aliqua præeminentia, vel præpoſitio aut præro-
gatiua, prout etiam fert natura ſocietatis vni-
uerſalis.

Item Io. Petrus Carcanus vtiq; teſtis partis
aduerſæ, fol. 72. inquit ipſum Io. Petrum emere,
& vendere delli drappi toccando delli danari.

Item Horatius Bonus teſtis, vt ſupra. fol. 97. ait
quod in eius apotheca renebant Bernardũ Maſ-
ſam fratrem ipſius Io. Petri, & Mauritij, & quod
quandoq; ipſi fratres veniebant ad eius apothe-
cam, & inuicem negotia ſua cõmunicabant, vn-
de fit, vt etiam ex ore teſtium partis aduerſæ ap-
pareat vtrumque æque negotiari, merces vende
re, pecunias recipere, & rationes conficere, cum
inuicem conferrent, quæ iam geſta erant, quæ
gerebantur, & quæ gerenda forent; nam memo-

ria præteritorum,eſt futurorum prudentia,& id-
circo bonum eſt ad bifrontis Iani exemplũ præte
rita renere,& futura prouidere,& complecti præ
24 ſentia; & nulli dubium eſt, quod vnus etiam te-
ſtis deponens p r verbum,credo,plenè probat cõ
tra producen n, & tãto magis ſi plures fuerint,
qui conuenientes cum teſtibus rei conuenti eos
mirificè adiuuent;vnde fit,vt omnino infirmetur
fides aliorũ teſtium ſi quis ſunt qui contradicant,
vt ex alijs communem dicit Gab. lib.com.tit.de
teſtib.concl.1.num.14. imo cum aliqui ex teſti-
bus actoris auſi ſint affimare improbabilem quo
dammodo negatiuam, nempe quod Ioã.Petrus
ſcribere neſciret,& tamen nedum teſtimonio, a-
liorum teſtium coarguitur, ſed ipſius rei euiden-
tia vrgetur, & ſua confeſſione de falſo conuinci-
tur, quia multæ, & complures proferuntur cer-
tæ, & indubitatæ ſcripturæ cõfectæ manu ipſius
Io.Petri,hic facilè intelligere poteſt ĩtegerrimus
judex quam fidem debeat habere, & tribuere ijs
egregiis teſtibus, & quam iniqua lite is Patruus
ab eius nepotibus exagitetur; falſus enim in vno
25 falſus in omnibus habetur, maximè,quando fal-
ſitas verſatur circa ſubſtantiam negotii, idem
Gabriel titu. criminal. concluſione quarta, nu-
mero nono, & euidentia rei vincit omne genus
26 probationis, & teſtem de falſo tenet Iaſ.in l.pri-
ma,num.10.ff.de oper.noui nunciatione, Clarus
§. falſum,verſiculo, conuincitur. Boſſius titu. de
conuictis,num.5.

Quæ contra adducuntur procedunt in diuer-
ſis prorſus terminis nempe in ſocietate particu-
lari, ſingulari, ſeu in qua vnus ſolus admini-
ſtret, vel aliter conuentum foret, aut quando,
quis alicui negotiationi quæſtuariæ præpoſi-
tus fuiſſet, vel diuerſæ eſſent negotiationes in di-
uerſis prouinciis geſtæ, quæ omnia in præſenti
ſpecie deficiunt, & cum appareat Codicem ra-
tionarium, ſeu calendarium, vel librum vulgo
appellatum il libro Maſtro fuiſſe confectum ma
nu Ioan. Antonii del Comite, qui ei rei ab ipſis
ſociis fratribus præpoſitus fuerat, magis confir-
matur ea veritas,vt ſolus Mauritius non ſcribe-
27 ret,& adminiſtraret,ſed vterque,& ex conſequẽ
ti petitæ adminiſtrationis ratio vbi reddenda eſ-
ſet in aduerſarios retorquetur,quibus idem onus
impoſitum eſt, l.habebat quis, §.ſi duo plures,ff.
inſtitu.Rota Genuenſ.deciſ.59.num.tertio,& fa
28 cit,quia paria delicta mutua compenſatione tol-
luntur, l.ſi ambo, in primo, ff.pro ſocio,l.ſi duo,
ff.de dolo,l.viro,& vxore,ff.ſoluto matrimonio,
l.ſi ambo,ff.de compenſat. & in puncto tradit vi
dendus Maſcard.in verbo, rationis redditio, nu-
me,primo,& ſecundo,concluſ.1262.& Ioſephus
Ludou.concl.53.verſic.& an quãdo, & ideo dici
ſolet, Nil Iudæus Iudæo, nil Catilina Cethego,
glo.in l.quoniam,in verbo,introducere, C.de hę
reticis, & ſicut defunctus ita etiam eius hæres
30 reddere tenetur rationem, Decius conſil.110.nu
me.ſeptimo, maximè cum Io.Angelus filius tũc
natu maior Ioan. Petri viuente etiam patre, &
ipſe in apotheca ſe exerceret, & data,& accepta
ſcriberet,& negotium poſtea continuauerit: vn-
de hinc conſequitur,vt idem Ioan.Petrus filij mi
niſterio, & vicaria eius opera etiam adminiſtra-
ret,& idcirco mutua eſt hæc rationis petitio,quę
inuicem confunditur, vt ait Maſcardus vbi ſu-
pra ead, concluſione 1263. & quæ ſimul, & ſe-
mel debet terminari:nam fruſtra petit debitum,
qui quod debet non impendit;& eadem lege cõ-
30 uenitur quis, qua ius ſibi tribui poſtulat, & ſi a-
ctor nollet reſpondere, iudex debet ei iuſtitiam
denegare, nec audire ipſum ſuper cauſa ſua, vt
inquit gloſſ.in cap.primo, in verbo, reſpondere,
prope finem, verſicu.item eſt argumentum de
mutuis petitionibus. ſicut enim quando vnus
31 ſocius adminiſtrat,tenetur alteri ſocio de geſtis,
& adminiſtratis rationem reddere, l. quædam
ſunt perſonæ,in principio,ff.de edendo,ita etiam
viciſſim id præſtandum eſt, quando vterque ad-
miniſtrat, cum actio pro ſocio ſit bonæ fidei, &
ex parte omnium ſociorum directa,§.ex quibuſ
dam Inſtitu.de pœna tempor.litig.gloſſ.in l.con
ſenſu,in verbo, conſentire,ff.de actionibus, & o-
bligationibus, & quando duo exercent promiſ-
cuis,& confuſis actibus aliquam artem, vel mer-
caturam, & quandoque vnus, quandoque alter
in eadem taberna,& ſtatione,videtur vnus ſub-
ſtitutus alterius, & alter alterius, ſicque vnus o-
bligat alterum, & alter alterum, maximè ſi ali-
32 ter conſtet de contracta viciſſim ſocietate, & in-
uicem ratio eſſet reddenda, vel tãquam inuicem
confuſa omittenda, l.ſi tamen plures, ff.de exer-
citatoria, Baldus conſilio 125. numero primo,li-
bro quinto, l.ſi quis ex argentariis, §.rationem,
ff.de edendo, & ibi videatur, gloſſ. Baldus Ca-
ſtrenſ. & alii vbi tñ non ageretur de vniuerſali
ſocietate, quia illa non admittit hanc redditio-
nem rationis. Sed eſto, citra veri præiudicium,
quod eſſemus in caſu eius reddendæ, & quod
ſolus Mauritius adminiſtraſſet, quod tamen
omnino negatur, & à veritate eſt longe alie-
num, eſt, quod meo iudicio diligenter animad-
uertatur ad vnum quod eſt mirificè obſeruan-
dum tanquam memoria dignum, vt ſcilicet ſo-
cius adminiſtrans, etiamſi eſſet conuentum de
modo diuidendæ ſocietatis iuſte poſſit à ſociis
33 poſcere mercedem, & ſalarium petere atque
aſſequi ſuæ adminiſtrationis, & laboris, quia
alias non diceretur æqualis diuiſio, imo æqua-
litatis leges, & iura, quæ in huiuſmodi re exi-
gitur, valde labefactarentur, vt egregiè deci-
dit Corneus videndus conſilio 116.numero pri-
mo, volumine quarto, facit Alba conſilio 343.
numero octauo,et ita paſſim etiam ſeruari vide-
mus cum his, qui negotiationes regunt, et gu-
bernant, quibus ratione maioris operæ à ſocijs
ſalarium perſoluitur,et ſic caueant aduerſarij ne
ſe ſuo quaſi gladio iugulent dum in ſcyrpo no-
dum quærunt.

Verum

Verum hæc omnis rationis petitio tollitur ex
ſubducta calculis ratione, & ex diuiſione om-
nium rerum ſecuta mutuo partium cōſenſu poſt
mortem ipſius Petri, cuius morte extincta ipſa
34 vniuerſalis ſocietas per aliquot dies continuata
fuit. l. actiones, §. morte, ff. pro ſocio. l. ſoluitur. In
ſtit. cod. Bald. in l. ſi fratres. §. idem reſpondit, nu-
me. 1. ff. pro ſocio. In facto enim conſtat quod
Mauritius Patruus, & Angelus, & fratres eius ne
potes diuiſerunt merces, & credita, & debita, &
& alios quoſcunque eius ſocietatis effectus, reuo
catis ad calculum ſingulis rebus, & deductis de-
ducendis, vt par eſſet acceptorum, & datorum ra
tio, quod neceſſario ſupponit hinc inde plenè red
ditam fuiſſe rationem, & hoc vltra teſtes pro-
batur per ſummulas rationum, vulgo bilancia,
& computa nuncupatas, & per alias ſcripturas
manu Angeli nunc aduerſarij conſcriptas, in qui
bus adnotatæ ſunt ſummæ, & ſeu parcellæ tam
ſortis & ſeu capitalis, quā merciū, & creditorum
cuique obuentorum; & non eſt dubium, quod il-
li calculi cum ſint confecti manu ipſius Angeli,
35 contra eum probant. l. exemplo. C. de probat.
Rota Genuenſ. deciſ. 28. num. 1. & deciſ. 176. nu
me. 4. & num. 22. Marſil. ſingul. 429. num. 1. Ale
xan. conſ. 186. num. 1. vol. 2. vbi firmat libros, &
36 ſcripturas ſociorum inter ſocios probare, & ſe-
mel reddita ratio iterum reddi nō debet. l. ſemel.
vbi Bart. C. de apoch. lib. 10. cap. 1. vbi vno con-
ſenſu id omnes interpretes notāt de clerico ęgro
tante. Deci. conſ. 94. num. 4. Præſes Menochius
de arbitrar. iudic. caſu 209. num. 37. Pariſius vi-
dendus conſ. 99. nume. 79. vol. 1. Rota Genuenſ.
deciſ. 165. num. 9. & quamuis malè reddita ra-
tione agi poſſit, ad eam iterum conficiendam, vt
probant iam relati Doctores, & Rota Genuenſ.
deciſ. 148. nume. 1. tamen debet perſpicuè error
37 probari & dolus, doloq; aliquid eſſe ſubtractum,
quod nullibi hoc in caſu probatum eſt, aut pro-
bari poteſt, vt ex aliis declarat Maſcardus ead.
concluſ. 1262. num. 16. & 19. & concluſ. 152. nu
mero 25. & tunc probatio huiuſmodi debet eſſe
certa, & vera, nec coniecturalis admittitur, cum
38 habeat hanc veritatis præſumptionem cōtra ſe,
vt affirmant Maſcardus, & Menochius locis pro
ximè excitatis.

Nec nocere poteſt, vt ſcilicet hæc pannorum,
& iurium communium diuiſio, & conſignatio in
uicem facta inter Ioannem Angelum filium Pe
tri & fratres, & ipſum Mauritium debeat intelli-
gi de his quæ erant communia cum eo, non quæ
erant communia cum quondam patre ſuo Ioan
ne Petro, quod cum ſit quid facti, probari debet,
quia facilè meo iudicio hoc argumenti genus re-
fellitur ea reſponſione, ꝙ ſcilicet mutatio non
39 præſumatur, ſed potius continuatio ex traditio-
ne gloſſæ in l. ſi vero, §. qui pro rei qualitate, ff.
qui ſatiſdare cogantur, & qui olim fuit dominus
& poſſeſſor, præſumitur etiam hodie dominus,
40 & poſſeſſor, vt firmat doctiſſimus Alciatus no-
ſter regula ſecunda, præſumptio. 20. & 21. nu. 1.
& quis præſumitur poſſeſſor ex titulo præceden-
ti, præſumpt. 23. & præſumitur quod olim fuit
41 hodie eſſe, præſump. 25. & idcirco res in dubio
ſemper pręſumitur potius eſſe patrimonij, quàm
nouè comparata, & qui huiuſmodi eam eſſe aſſe
rit, id probare debet, Tiraquel. de retrac. legali.
§. 32. gloſ. vnica, nume. 91. hoc idem comproba-
tur ex teſtibus etiam aduerſarij, nempè Ioanne
Petro Carcano fol. 77. 78. 79. Gaſpare Valtor-
tio fol. 53. & Horatio Boſſio fol. 112. 113. & e-
tiam ex teſtibus ipſius Mauritij, nempè Hiero-
nymo Villa, fol. 114. Iacobo Brippio fol. 177.
affirmantibus mortuo Ioanne Petro patre aduer
ſariorum in negotiatione, & communione eoſ-
dem perſeueraſſe per aliquod tempus, poſtea-
que factam fuiſſe diuiſionem ipſorum pannorū,
& creditorum, & ſic neceſſario probant, vt noſtri
aiunt, identitatem negotij. Maſcardus in verbo,
ſocietas, concluſ. 1316. nume. 8. vſque ad finem;
& interpres ad ſtatutum cap. 483. nu. 65. vol. 2.
& cum ipſi aduerſarij aliàs non haberent mer-
ces, aut bona, eſt amplectenda ipſa veritas, quam
vnam, cæteris poſthabitis, in cauſis iudex ſequi
debet, vt. ſ. illud quod fuit diuiſum, fuerit pater-
num, & à patre profectum; & miror quin pars ad
uerſa, quæ hanc ipſam veritatem optimè nouit,
conſcientiæ rubore incenſa, qui pudorem conſe-
quitur, non erubeſcat eam in dubium vocare cō-
tra bonā fidem, quæ inter mercatores debet ma-
ximè exuberare, poſtquam etiam a ſuiſmet teſti-
bus de hac re idem Ioannes Angelus cōuincitur.
Item ex libris, & calculis, ac diuiſionum partibus
factis, & conſcriptis manu ipſius Angeli aduerſa
rij, apparet nomina debitorum paternorum, &
pannorum, quæ tunc erant, fuiſſe inter eos ipſos
diuiſa factis hinc inde debitis calculis, & expun-
ctis minutatim rationibus ad quadrātem vſque
& emendatis, & correctis erroribus ſi qui accidiſ-
ſent. Item ex ea iuris aſſertione, vt ſcilicet plura-
litas factorum, nec etiam rerū præſumatur quan
42 do deficit præſumptio multiplicationis, cum ſci-
licet ipſe Angelus & fratres eſſent admodū pau-
peres ſine patris facultatibus, idem Maſcardus
in verbo, pluralitas, concluſ. 1179. nume. 1. & in-
fra, maximè num. 20. Rota Genuenſ. deciſ. 196.
num. 6. & cum aduerſarij ſe fundent in pluralita
43 te, debent eam probare, idem Maſcardus nu. 58.
imo identitas etiam coniecturis probatur, idem
Maſcardus in verbo, identitas, conclu. 874. nu. 6.
44 & tanto magis tot legitimis, & neceſſariis proba
tionibus, & ſcripturis, & ipſa rei veritate, quam
vnam, vt dixi, Iudex integerrimus ſpectare de-
bet, omnibus cauillationibus, & tergiuerſationi-
bus reiectis, maximè inter patruum, & nepotes
ſocios, & mercatores, inter quos proceditur ex
bono, & æquo, & ſola facti veritate inſpecta, quę
ſi negaretur, facilè negotiationes humano gene-
45 ri adeo neceſſariæ necarentur, Bart. in l. ſi fideiuſ-
ſor, §. quædam, ff. mand. & l. Quintus, ff. eod. Ro-

ta Genuenſ.deciſ.195.nume.12.& deciſ.31.nu.
101.quam ſæpe attuli cum de huiuſmodi nego-
tiis perbellè agat, & cui addo Socinum ſenio.con
ſil.40.num.2.& 3.lib.4. his accedant ſeptem te-
ſtes ipſius Mauritij hāc ipſam, & totius negotij,
& reliquorum diuiſionem confirmantes, quippe
Franciſcus Crippa fol. 42. Thomas Caſtoldus
fol.89. Ioſeph Crippa fol. 106. Nicolaus Villa
fol.119. Ioannes Angelus Paliarius fol. 141.&
142. Iacobus Brippius fol. 183. Ioan. Baptiſta
Shiſlanzonius, fol.192.

Et quamuis ex forma initæ ſocietatis Petrus
debuiſſet ad ſui ipſius commodū detrahere an-
te partem libras bis mille quingentas, tamen
ſatis conſtat in ipſa diuiſione eius res habitam
fuiſſe opportunam, & congruentem rationem;
quandoquidem Ioānis Petri Carcani opera par
tes ipſæ in id conuenerint, vt ipſe Angelus, & fra
tres haberent tres partes ex quinque, ipſe Mau-
ritius ſolum duas ferret partes, cum tamen ipſe
debuiſſet habere duas partes cum dimidia, & ſic
ratione illius iuris ipſi habuerunt mediam illius
partis portionem, quod etiam comprobatur cal-
culo confecto manu ipſius Angeli, quæ contra
eum, vt ſuperius oſtendimus, certiſſimam fidem
facit, & etiam eis remiſit Mauritius ius librarum
nouemcentum, quas ipſe habuerat ex donatio-
46 ne Antonij Maſſæ eius fratris. Additur ēt, quod
ei deberetur ſalarium ratione adminiſtrationis,
vt ſupra præmonuimus, & cum abundè probata
ſit exilitas, & exiguitas patrimonij, & expenſa-
rum magnitudo ſatis inde probata cenſeri debet
rationis redditio, vbi eſſemus in caſu, vt egregiè
probat videndus Plot.in l.ſi quando, num.250.
C.vnde vi. fruſtraq; agitur de eo quod intereſt,
tum quia nullum debitum ſubeſt, tum quia ſi ad-
eſſet, illud veniret, niſi à die motæ litis citra, quia
47 intereſſe propter moram debetur, Rota Genuen
ſis deciſ.151.num.4.& deciſ.163.nu.4. Sed hoc
ſit dictum abundanter cum non ſimus in caſu ali
cuius redditionis rationis, quia in ſocietate vni-
uerſali verſamur, & quia vterque adminiſtrauit;
& quia factis debitis calculis omnia fuerunt de
communi cōcordia diuiſa, & cum Angelus ſciat
hāc eſſe veram veritatem, deberet ab iniuſta hac
lite deſiſtere, nec patruum adeo benemeritum ve
lut malè meritum exturbare, atque ex his puto
omnibus dubitationibus abundè ſatisfactum fo-
re: ſi quid deeſt ſuppleāt D. Iudex, cui hunc Mau
ritium iuſtam habentem cauſam de meliori nota
commendo, nec pars aduerſa hanc inſtituiſſet li-
tem conſcia veritatis, ſi ei voluiſſet domum loca-
re, qua cum ipſe indigeret, non potuit ei morem
gerere, cum charitas ordinata incipiat à ſeipſo,
mox gradatim ad alios proficiſcatur. Nec demū
vrgere debet, quod adhuc inculcatum eſt, vt ſci-
licet ratio, quæ non fuerit perfectè confecta ite-
48 rum contrahi debeat.cap.1. §. præſenti, de cleri-
co ægrot. Rota Genuenſ.deciſ.187.cum aliis co-
pioſè ſuperius excitatis; nam licet id verum vi-
deatur. Attamen, vt iam præmonui, procedit
vbi legitimè probetur error, aut dolus, aliàs præ-
ſumitur omnium plenam habitam fuiſſe ratio-
nem, & reliqua ſi quæ erant fuiſſe inuicem reſti-
tuta, & compenſata, præſertim cum conſtet ſecu
tam fuiſſe poſtea diuiſionem bonorum commu-
nium, quæ oſtendit & patefacit prius hinc inde
redditas fuiſſe rationes, de adminiſtratis & ge-
ſtis, quandoquidem huiuſmodi reliquorum diui-
ſio in neceſſarium iuris antecedēs ſupponat iam
antea perfectam omnium redditam fuiſſe ratio-
nem; nam res incipit quidem à facto, mox per-
49 uenit ad dationem, & ad pecuniam, & ad redden
da reliqua.l.cum ſeruus. & ibi notant omnes.ff.
de condit.& demonſtr. Rota Genuenſ. deciſ.81.
num.7.nec conſentaneum eſt, vt ſemel hinc inde
50 inita ratio iterum ſubducatur. Bart.l.ſemel. C.de
apoch.lib.10. ita aduerſam concluſionem decla-
rant omnes vno conſenſu Doctores, Rota Ge-
nuenſ.deciſ.98.num.2.& 3.& deciſ.165.nume.
8.& 9.& deciſ.176.nume.16. alleganti enim ra-
51 tionem non fuiſſe plenè, & legitimè redditam o-
nus imponitur probandi, vt tradit Rolan.à Val-
le conſ.49.num.50.& nu.54.verſ.vlterius, lib.1.
& cum quilibet præſumatur bonus, manifeſtis
mehercle probationibus, erit hic error, hicq; do-
lus probandus, ad hoc vt iam acceptæ rationes
52 iterum inferantur, vt declarant videndus Meno-
chius de arbitrat.iudic.caſu 209.num.39.& 40.
Maſcard.vtique videndus tract. probation.con-
cluſ.1262.in verbo, rationis redditio, nume.16.
& 17. immo pretij ipſius domus emptæ ab ipſo
Mauritio habitam fuiſſe rationem ſatis conſtat,
tum ex ſcientia quam aduerſarij habuerunt, &
ex edictis, ſeu proclamationibus ſuperinde voce
præconis euulgatis, quæ ex noſtris conſtitutioni-
bus, titu. de bonis ad cridas ponendis perimunt,
ac delent omnino aduerſariorum ius ſi quod eſt,
& vim obtinent perpetuæ liberationis; vnde fe-
rendum non eſt, vt ſemel deciſa, & compoſita
negotia iterum retractentur, & ad incertum reuo
centur, maximè cum, vt iam dixi, facta ſuperinde
diuiſio adhibitis etiam communibus, & peritis
amicis, vt probant vno ore teſtes vtriuſque par-
tis, hoc idem à communiter accidentibus confir
met. nam ad huiuſmodi diuiſionis actum deue-
53 niri non ſolet, niſi diligentiſſimè hinc inde tracta
tis, & ad nummum vſque ſubductis rationibus,
maximè inter ſocios, & quæ videbatur inæquali
tas, poteſt eſſe ſenſu partium æqualiter diſtribu-
ta, & conſeruata, vt notat Salyc.in l.penult.ſub
numero 2.C.communi diuidundo, & facit Go-
zadin.conſ.94.ſub num.21.verſ.quinto, & miri-
ficè confert videndus omnino Præſes Menoch.
de præſumptionib.præſumpt.60.lib.3. Maſcar-
dus vtique videndus eadem concluſione 1262.
num.14.& 15.

Cum itaque nullibi aduerſarij probent, quod
ſuæ intentionis præcipuum eſt fundamentum,
ſcilicet omiſſionem, vel errorem, aut dolum, quæ
tamen

tamen ſunt probanda ab allegante. l. quoties, §.
qui dolo, ff. de probat. l. ſi poſt diuiſionem, C. de
iuris, & fac. ignoran. Maſcar. trac. probationum,
in verbo, dolum, num. 1. conclu. 532. & in verbo,
error an probetur, concluſ. 642. nu. 1. debebunt
omnino tanquam iniuſta petentes obaudiri.

Cum præſertim ipſe Mauritius ad eius bonã
fidem magis, atque magis demonſtrandam do-
ceat eius pretij domus habitam fuiſſe rationem
in mercium, & creditorum diuiſione, quorum ma
ior ſumma fuit data aduerſariis loco pretij præ-
narratę domus, vt ipſimet veritatis conſcij facilè
poſſunt eſſe teſtes apud ſeipſos, nec equidem cõ-
tra hanc veritatem deberent moleſtiam exhibe-
re ipſi patruo in re, in qua ius non habeant, cum
bona fides non patiatur, vt idem bis exigatur; &
licet non fuerit facta ſcriptura ſolemnis, tamen
55 cum in ea re non ſit neceſſaria, debet facti veri-
tas ſpectari, vt egregiè animaduertit idem Saly.
videndus ead. l. penul. num. 1. C. communi diuid.
cum inter mercatores præſertim ſanguine iun-
ctos agatur ex bono, & æquo omni ſcrupuloſa ra
tione reiecta. Bart. in l. ſi fideiuſſor, §. quædam, ff.
mandati.

Nec aduerſatur, quod ipſe Mauritius teneatur
libros exhibere adminiſtrationis, quia, vt iam ſu
perius dixi, cum verſemur in ſocietate vniuerſali
56 ceſſat hæc mutua redditio rationis cum eius na-
turæ aduerſetur, vt probat Maſcardus in verbo,
ſocietas, concluſ. 1315. num. 23. Menoch. de præ
ſumpt. lib. 3. præſumpt. 56. num. 37. Nam nõ eſt
ſocietas vniuerſalis, vbi de lucris ratio reddere-
tur. Secundo reſpondetur id procedere in ſocieta
te ſingulari, & quando diuerſæ eſſent ſocietates,
& menſæ, in diuerſis prouinciis poſitæ, & vnus
adminiſtraſſet, alter non, Craue. conſ. 149. nu. 6.
Rota Gen. deciſ. 14. nu. 66. & 72. Prætetea & ter
tio loco poſſet & ipſe Mauritius dicere, atq; ad-
uerſarijs obijcere: vos qui adminiſtraſtis libros
vtiq; exhibeatis, & reddatis rationem. Quarto,
cum is qui rationes reddit, teneatur reſtituere li-
57 bros illi cui rationem reddit, vt eſt communis opi
nio cum Bar. in l. 1. §. officio, vbi eſt tex. clarus ff.
de tut. & ratio. diſtrah. Dec. cõſ. 179. & cõſ. 192.
Soc. in l. quamuis, nu. 1. ff. de cõd. & demon. ea. l.
cum ſeruus, vbi Paul. Caſt. ff. de cond. & demon.
idem Bart. in l. vlt. §. 1. ff. de liberat. leg. cenſendũ
eſt ſocios inuicem libros reddidiſſe, & ſic fruſtra
petitur quod intus habetur.

Nec demũ officit, vt adminiſtratio diſpar fue
rit, quia ſi aliqua diſpar & diſſimilis ratio conſi-
derari poteſt, illa viget ex parte aduerſariorum,
tum quia conſtat eorum patrem tanquam na-
tu maiorem, & in negotiis magis verſatũ eis ne-
gotiationibus præfuiſſe, & magis incubuiſſe, at-
que ideo voluiſſe, vt eius induſtria pinguius re-
cognoſceretur, atque remuneraretur; tum etiam
quia cum ipſi eſſent plures, maiorem etiam par-
tem negotiationis, vt ipſimet aſſerunt, explica-
bant, atque ſuſtinebant, quo fit, vt hoc ipſum ar-
gumentationis telum in aduerſarios reflectatur.
Et quatenus non iure, ſed potius ſecundũ ea, quę
proponuntur iniuria contendunt in ea diuiſione
non fuiſſe habitam rationem pretij domus, atq;
ideo deceptionem, & fraudem interueniſſe, cum
58 Mauritius ſatis fundatam habeat intentionem
ſuam ex ſecuta diuiſione præcedentibus calculis,
debent id perſpicuis, & neceſſarijs probationibus
docere, vt ex communi Doctorum ſententia ſu-
perius probauimus, vt ſentit Accurſ. in l. omnes,
§. Lucius, in verbo, vniuerſa, ff. quæ in frau. credi,
propter eam nobilem iuris pręſumptionem, qua
quilibet bonus putatur. l. omnimodo, vbi gloſ. in
59 verbo, non licebit, C. de inoffic. teſta. nec idcirco
deliquiſſe quis creditur, niſi manifeſtè doceatur.
l. merito. ff. pro ſoc. atq; ideo cum dolus, & fraus
60 delictum pręſeferant, non pręſumuntur niſi pro-
bentur. l. dolum. C. de dolo. & explicat atq; am-
plificat Menoc. de præſump. lib. 5. pręſump. 1. 2.
& 3. hinc fit etiam, vt qui ſe læſum fuiſſe conque
ritur, aut deceptum fuiſſe doleat, debeat id legiti
mis probationibus oſtẽdere, etiamſi eſſet minor,
qui propter incertam & lubricam ætatem facilè
61 circũueniri ſolet, vt plenè adnotatur in l. 2. C. de
reſcin. vend. l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iure
iur. niſi igitur aduerſarij doceant, & legitimè qui
dem, quod eſt ſuæ aſſertionis fundamentum, nẽ-
pe vt malè hincinde ſit reddita ratio, nec omnia
ex bona fide fuerint diuiſa, aut reliqua reſtituta,
ſeq; fuiſſe (vt aiunt) læſos, & deceptos, nuſquam
erit negotium iam quaſi amica tranſactione ſo-
pitum, reſtaurandum, aut quis vrgẽdus, vt quod
ſemel cumulatè præſtitit, iterum ſubeat, atque
perſoluat. Quod nec mercatorum fides, quæ in-
tegra, & incorrupta eſſe debet, nec ſanguinis ra-
tio patitur. Hæcque iam ſatis ſint circa pũctum
huius redditionis rationis, & domus, quæ cõmu-
nis prætenditur, cum tamen ſit præcipua ipſius
Mauritij Maſſij.

Quod vero ſpectat ad contractum emendę, &
vendendæ alterius domus initum inter eundem
Maſſium, & Pinum duplicem habet hæc pactio
emendi, & vendendi conditionem. Vnam caſu
quo habentes ius quotę intra menſem non decla
rauerint velle emere: alteram vbi & quatenus ac
cedat conſenſus dominorum directi, & Senatus
diſpenſatio ratione vitij litigioſi, & vbi venditor
his conditionibus non ſatisfecerit, cõtractus red
ditur nullus, & inanis, licitumque eſt pœnitere,
& ab eo recedere; tum quia non attendenti, non
eſt attendendum, & non exaudienti vocem con-
tractus obdureſcendum eſt. l. Iulianus, §. offerri,
ff. de actio. emp. tum etiam quia in contractibus
etiam nominatis, licet hic huiuſmodi non videa-
62 tur, habet locũ condictio ob cauſam, ſi non pręſta
tur, quod promiſſum eſt, & ſine quo quis nõ fuiſ-
ſet aliàs contracturus. l. ſi, vt proponis, C. de con-
di. ob cau. vbi ſi placita non obſeruentur, contra-
ctus reſoluitur, & in terminis melius probat tex.
in l. cum te fundum, C. de pact. inter emp. & ven.

vbi

vbi ſi non ſeruatur pactum negotii ſubſtantiam
& ſummam tangens,reſcinditur quicquid actum
eſt.ſubſtantiæ autem eſt, quod cauſam dat con-
63 tractui,& vbique videantur Bartolus, Baldus, &
Salyc.'qui in memoratis legibus multa in hanc
rem conſcribunt,& dixi ego conſil. 15.volum.1.
tum etiam quia ita expreſſe actum fuit, dum ap-
64 poſita fuit clauſula illa, nec alio modo teneatur
acquirere,quæ actum reſoluit, vt communem di
cit Clarus,§.emphyteuſis,quæſt.13. verſic.item
quæro: tũ deniq; quia actus conditionẽ habens
ita demum effectum ſortitur,& conſequitur ſi cõ
ditio comprobetur, & ea deficiente perinde ha-
65 betur ac ſi factus non fuiſſet, vt ait Crauett.con-
ſil,170.num.8,

Cum itaque Pinus non doceat integrè pa-
ruiſſe conditionibus contractus, rectè Maſſa rece
dere poteſt.

Nec aduerſatur, qđ Pino debeat eſſe tempus
66 triginta annotum ad retrahendum, vt ſcribit Ti-
raquellus de retractu legali,§.primo,gloſſ.10.nu
me.11,& 16.quia reſpondetur ex ſtatuto noſtro.
cap.434.vol.primo, id tempus eſſe redactum ad
triginta dies, vbi tamen conſorti denuntietur; &
cum contrahentes hanc elegerint viam videtur
eis terminus menſis ad contractum perficiendũ
præfixus,intra quem ſi illi negantes acquirere re
ſponderint Pinus perficere tenetur, & Maſſa
exequi,ſin minus vbi ſtatim elapſo menſe ipſi re
ſpondeant ſe velle acquirere,contractus diſſolui-
tur, quia deficit eius ſubſtantia, ſcilicet pars do-
mus empta, ſine qua Maſſa alias non fuiſſet em-
pturus,& etiam aliæ conditiones, conſenſus ſci-
licet domini directorum, & vitii litigioſi diſpen-
ſationis ſunt eo tempore implendæ,tũ quia qua-
67 litas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tẽ-
pus verbi,l.in delictis,§.primo,ff.de noxalib.tum
68 etiam quia æquali terminatione debent omnia
concludi,l.iam hoc iure,ff.de vulg.& pupill.

Præterea vbi etiam tempus menſis ad habeu-
dum conſenſum,vel diſſenſum eorum, ſine quib.
contractus explicari non poterat, appoſitus non
fuiſſet, adhuc tantum tempus eſſe diffiniendum
arbitrio iudicis, quantum neceſſe eſſet ad actum
explicandum, qui cum perfici poſſit medio denũ
tiationis intra menſem, is idem conſtituendus e-
rat, ne tandiu dominia rerum, & contractus ſu-
ſpenſus,& incertus expectatione conditionis vo-
luntariæ in ambiguo ſtatu iacerent, & ideo vbi
69 tempus non reperiretur deciſum,præſenti die de-
beri intelligitur,vt eſt tex.notiſſimus, in l.cũ, qui
Calendis,§.quoties,ff.de verbo.obligatio. & vbi
actus exigat aliquod tempus ad eius explicatio-
70 nem illud tribuitur, quod diligentiſſimo neceſſa-
rium foret, l.continuus, §.cum ita de verb.oblig.
71 & Crauetta in terminis qui vult, non eſſe etiam
neceſſariam interpellationem,conſil.192.nume.
17.ac fusè probat Menoch. de arbit. iud.caſu 2.

Cum igitur Pinus intra menſem in contractu
præſtitutum nõ curauerit,quod ſui numeris erat
ſcilicet,conſenſus eorum, qui neceſſarii erant ad
perficiendum contractum nec intra tempus con-
gruum operam dederit, vt conditiones implerentur, imo nec nunc id præſtare poſſit ſi volet,cum
diſſentiant., conſequitur, vt iuſtè Maſſius à con-
tractu recedere poſſit.

Nec his veriſſimis rationibus refragantur al-
latæ à Pino reſponſiones, q; ſcilicet conditio re-
ſoluens contractum non habeat effectum quouſ-
que conditio exiſtere poſſit, l.ita ſtipulatus, ff.de
verbor.obligatio.quia replicatur id non procede
re quoties dies ſcripta ſit ad actum peragendum,
& ad comprobandam conditionem, vt ſatis præ
ſtituta eo in caſu cenſetur, dum dictum fuit in-
tra menſem: & paulo infra, eo caſu lapſo dicto
menſe,& ſic ſtatim poſt menſem tenebatur con-
tractum facere,quo non impleto commiſſa eſt ſti
pulatio diſſoluens, & reſoluens, vt probant illa
72 verba eo caſu,tẽpus deſignantia,& reſtringentia
diſpoſitionem ad illum vnum caſum, vt inquit
Baldus conſil.57.num.ſecundo,lib.ſecundo, De-
cius conſil.63.num.3.Soc.conſil.21. num.35.&
73 confirmat copula illa,& eo caſu,quæ implicat tẽ
poris qualitatem ſuperius expreſſam,id eſt men
ſis, Alexand.conſil.116.num..4. lib.ſecundo,vn
de ſtipulatio rectè committitur ſtatim poſt diei
74 lapſum, licet poſt diem conditio exiſtere poſſet, vt
contrariam concluſionem ita declarat Alexand.
ead.l.ita ſtipulatus,quem alii ſequuntur, nu.15.
ff.de verbor.obligat. & cum ne dum ille dies, ſed
multi,& complures menſes elapſi ſint, intra quẽ
conditionum implementum,vel expreſſe, vel ta
citè haderi poterat,tollitur omnis dubitatio.

Nec refragatur,vt exigeretur interpellatio ad
eam reſoluentem ſtipulationem committendam
75 tum quia dies menſis interpellabat, l.optimam,
C.de contrahend. vel committenda. tum etiam
quia ſi dies ab homine ſcriptus non fuiſſet dies
ſubintellectus à lege, vt ſcilicet, ſtatim id perfici
debuiſſet quamprimum fieri poterat,eum,qui fa
cere debebat in mora conſtituit abſque alia inter
pellatione,cum non agatur de committenda ali
76 qua pœna, vnde pars tenebatur implere quam-
primum poterat ſine alia interpellatione, vt cõ-
muni ore diſtinguunt Doctores, quos adducit
Crauet. videndus eod.conſil,192.nume.17.tum
etiam quia verum non eſt, q; conditiones exige-
rent maius tempus,quia diſpenſatio ſtatim mi-
nori etiam tempore menſis poterat curari,& con
ſenſus dominorum eo tempore expreſſus haberi,
vel ſaltem eorum certa voluntas explorari pote-
rat,quod cum nedum intra menſem,aut duos, vt
pars aduerſa autumat atque putat, ſed nec intra
annum fere curatum ſit, quis non dicet Pinum
in negligentiæ atque moræ culpa fuiſſe? & ideo
ſtipulationem rectè commiſſam cenſeri? tum
etiã quia ſi interpellatio deſiderata foret,ea ad-
hibita fuit, cum multoties fuerit Pinus requiſi-
tus ad implendum promiſſa.

Nec reſiſtit, q; illa verba accedente conſenſu

debeant

debeant intelligi de tacito, qui reſultaret ex de-
nunciatione, & intra duos menſes non ſubſequu
ta reſponſione. Quia aduertendum eſt, quod li-
cet iure communi dati ſint duo menſes; tamen in
caſu noſtro id temporis reſtrictum eſt ad vnum
menſem, vt cauetur diſpoſitione ſtatuti noſtri ca
pit. 434. vol. 1. quod loquitur nedum de quota,
ſed de directo dominio, & ſic ceſſat contraria ar-
gumentatio, quæ etiam retorquetur cum lapſi
ſint nedum duo, ſed vndecim menſes. Rurſus cũ
77 prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem le-
gis, vt eſt text. in l. fin. C. de pactis conuent. & vo
luerint contrahentes intra certum tempus acce-
dere conſenſum, ſtatim lapſo menſe cõſtat, quod
voluerint intelligere de expreſſo, quia aliter con
uentum fuiſſet, vt in primo capite quotæ, vt ſcili
cet denunciatio tranſmitteretur, & ſic ex diuerſo
modo paciſcendi hæc conijcitur voluntatis con-
78 iectura, quæ etiam fit in contractibus. l. fi. C. quæ
res pignor. obliga. poſſint, & cum ipſi contractus
ſint ſtricti iuris, non fit extenſio de caſu ad caſum.
l. quidquid aſtringendæ, de verborum obligatio.
& docet, Bald. in l. 1. col. 1. in fine. C. de rer. per-
79 mutat. & Alexand. conſ. 46. num. 4. lib. 2. verum
cum nec expreſſus, nec tacitus is conſenſus habi-
tus ſit, nec diſpenſatio à contrahentibus in modũ
conditionis deſiderata, ceſſat omnis dubitatio-
nis occaſio, & cauſa Maſſij locatur in tutiſſimo
80 loco, quandoquidem qualibet conditionis quali
tas deficiens producat effectum reſolutionis, vt
tradit Deci. conſ. 661. num. 4.

Nec demum officere debent, quæ denuo lon-
ga ſerie in cauſa appellationis obijciuntur ad or
dinem iudicij euertendum, & ad merita cauſæ ex
tinguenda: nam

Ad primum de omiſſo iuramento à D. Vica-
rio prætorio dicitur illud procedere vbi cõſilium
ſapientis petitum foret, ſed non debito tempore,
& ipſe iudicens cauſam decidere vellet, vt clarè
diſponit conſtitutio eod. titu. de iudic. §. poſſunt,
vbi autem à partibus petitum non ſit, vel ei taci-
81 tè perſeuerando in litigando coram ordinario,
vel expreſsè ambarum partium conſenſu renun
tiatum ſit, tunc poteſt ipſe iudicare, nec requiri-
tur aliud iuramentum, hocque iure vtimur, & ita
conſuetudo ipſa ſeruat, vt cauetur ſtatuto ca. 31.
vol. 1. & ibi interpres num. 89. & infra. Secundo
non eſt dubium huic nullitati renunciari poſſe,
82 cum ſit fauore priuato introducta, Iaſ. in l. ſi quis
in conſcribendo, num. 20. C. de pactis. Tertio
cum in principio officij iudices ordinarij iurent,
illud iuramentum ſufficit; & ideo ſeruatur, vt in
83 ſingulis cauſis non iurent, vt declarat Fely. viden
dus in cap. propoſuiſti, num. 9. in tertia concluſio
ne, in 5. fallentia, de probation. Quartò, cum de
forma non fiat mentio, nec adſit decretum, irri-
tum faciens, quod contrà geſtum ſit, non videtur
quod hæc dicatur forma ſubſtantiam rei reſpi-
84 ciẽs, cum ſine ea actus ipſius ſententiæ ſubſiſtat,
vt explicat Felyn. in cap. cum dilecta, num. 6. ver
ſic. quartum ſignum, & verſic. quintum ſignum,
de reſcript. Quintò etiam quod nullum eſt, non
85 reuocatur, quando conſtat de bono iure, vt com
munem dicit Crauet. conſ. 179. num. 6. Sexto,
nullitas ſtatuti non attenditur, quando de facto
86 ita obſeruatur, idem Crauetta conſilio 137. ſub
num. 9.

Ad ſecundum, vt à contractu etiam innomina
to recedi non poſſit, & non liceat penitere quan-
do interuenit ſtipulatio, reſpondetur, licet poſ-
ſet ea concluſio in dubium reuocari, quia ſtipula
87 tio aſſumit naturam contractus, ſuper quo inter-
ponitur, vt communem dicit Alex. in rub. de ver
bor. obligat. nu. 17. & probat in his terminis So-
cin. ſenior ibidem, num. 14. verſi. ſed contrarium,
quod ſit locus penitentiæ.

Attamen etiamſi verſaremur in contractu no
minato, cum tempore conuento non fuerit imple
tus à Petro contractus, recedi iure potuit; magnã
eſt enim vis ipſius exceptionis non implementi,
quæ tanquam manans à fonte contractus, & o-
riens à ventre inſtrumenti ſemper obijci poteſt,
& facit, vt eo non ſequuto, licita ſit penitentia,
maximè cum verſemur in cõtractu iurato, & ſub
88 clauſulis reſoluentibus ita fuerit conuentum, vt
ſuperius cumulatè probaui, adducendo tex. præ-
clarum in l. cum te fundum, C. de pact. nunc ad-
do Carotium, qui ad multa infert tract. locati, ſe
cundum vltimam impreſſionem, ſub titu. de eui-
ctione, à num. 29. vſque ad nume. 67. fol. 198. &
199. & de recuſat. num. 1. fol. 189. à tergo; aliud
eſt enim, vt recedatur à contractu ex capite peni
tentiæ, aliud, vt quis reſiliat, atque refugiat ex ca
pite cauſæ non ſequutæ, & non aſſequuti conuen
89 to tempore implementi, de quo nos agimus, vt
Alexand. eod. conſi. 16. & eius additio in litera a,
90 lib. 1. & pacto quod alter non implet, certum eſt
alterum non teneri, Alciatus conſilio 110. num.
2. lib. 8.

Ad tertium, vt in hoc contractu locum nõ ha
beat penitentia cum ſit ordinatus ad cõtractum
nominatum, dicitur in promiſſione emendi, & vẽ
dendi locum eſſe penitentiæ ex parte ementis,
quicquid ſit ex parte vendentis, quia cum aliud
91 ſit promiſſio vendendi, aliud ipſa venditio, meri-
to donec venditio fiat, licita eſt penitentia, vt e-
gregiè diſtinguit Caſtren. in l. ſi hæres, §. ſi tamẽ,
ff. de eo quod certo loco. Tiraquel. de retrac. con
uentionali, ad finem tit. num. 45. verum in cõtra-
92 ctibus etiam nominatis locus eſt pœnitentiæ ex
defectu implementi, & ex capite non ſequutæ
cauſæ, maxime ſi ita inter partes conuentum ſit,
vt vno conſenſu declarant Bart. Bald. Angel. &
Salyce. in l. ſi vt proponis, nu. 3. C. de condic. ob
cauſam. idem Caſtrenſ. ead. l. cum te fundum, C.
de pactis, Baldus in l. in ciuile, C. de rei vendicat.
Alexand. & Iaſon in l. ſi pecuniam, in principio,
ff. de cõdictione ob cauſam. & plenè probaui ego
eodem conſil. 15. nu. 7. 8. & 11. vol. 1. ſecundum
quod ita fuit iudicatum.

Ad

Ad quartum dum dicitur conuentum eſſe vt
non ſit locus pœnitentiæ, facilè reſpondetur, vt
vnam partem ad alteram concordemus id ita in-
telligendum eſſe, modo debito tempore promiſ-
ſa implerentur, imo eis non impletis ſtatuto tem
pore videtur inducta contractus reſolutio, cum
dictum ſit ita demum Maſſium emptorem tene-
ri emere ſi intra menſem vtraq; conditio, & re-
ſpectu quotæ, & directi dominij purificata fuiſ-
ſet; quod cum ſecutum non ſit, equidem reſolu-
tioni contractus locus eſt ex capite non ſecutæ
cauſæ, quæ contractui cauſam dedit, vt peritè di-
93 ſtinguit Alexand. videndus in ea. l.ſi pecuniam,
num.8.de condit.ob cauſam.

Ad quintum nihil refert etiamſi conſtaret
Maſſium locaſſe domum, quia id egit nomine Pi
ni, non autem tanquam domus dominus, omni
caſu etiamſi id actum foret, ſub ſpe effectus con-
tractus geſtum eſt, vnde eo deficiente vtiq; infir-
matur, & exhauritur vis, quę ſumitur ex eo actu.

Ad ſextum reſpondetur licet etiamſi à princi-
pio vnicum fuiſſet directum, cum tamen poſtea
fuerit diuiſum, & cadat ſuper re etiam diuidua
cõſequitur, vt Homodeus dominus directi queat
partem ſuam acquirere omiſſis cæteris, vt ſcribit
in puncto, quando etiam à principio vnicum fuiſ
ſet directum, & poſtea diuiſum Tiraquellus exci
tato §.23.gloſ. ſecunda, num.5.& omnis difficul
tas tollitur ex ſtatuto noſtro, cap.436.volu.pri-
mo, & rectè reſpondit Homodeus ſe velle acqui-
94 rere. ſed quidquid ſit quod pertinet ad Maſſium
ſatis eſt, quod intra menſis tempus pręſtitutũ ad
comprobandas conditiones, non præſtiterit Pi-
nus, quod ſui erat officij, imo earum adfuerit de-
fectus, cum dixerit dominus directus ſe velle ac-
quirere quo caſu ex capite cauſæ non ſecutæ lo-
cus eſt reſolutioni contractus, imo ſi etiam nunc
vellet aut poſſet Pinus implere, non eſſet audien-
dus, cum paria in iure ſint aliquid non fieri, vel
95 extra tempus fieri, vt latiſſimè in caſu non diſſi-
mili proſequitur Tiraquellus videndus de retra
ctu conuentionali, §. primo, gloſ. ſecunda, à num.
43.vſq; ad num.56.& nihil intereſt aliquid non
fieri, vel ſero; vnde ortum eſt à Phrygum tardita
te prouerbium, ſero ſapiunt Phryges, & hoc ma-
96 ximè quãdo ex ea tarditate iam incepit alterius
oriri præiudicium, vt hic, quia Maſſius aliam e-
mit domum, l.ſi ita quis promiſerit decem, ff.de
verbor.obligatio.l.non omnes, §.à Barbaris, ff.de
re mili.l.ſi tenetur, §.fin.ff.de priuil. credit. l.2.§.
ſi ſimul, ff.de adult. Albericus Roſatius, in l.ſi di-
uiſio, C.de diuidenda tutela, & quando legis, vel
hominis diſpoſitio aliquid requirit certo tempo-
re fieri, intelligitur formam præſcribere nec po-
teſt poſtea fieri, & vbi multa ſint facienda nõ ſuf
97 ficit vnum fieri, vt tradit Felyn. in cap.cum dile-
cta, num.6. verſic.octauum ſignum de reſcriptis,
Oſaſcus ead.deciſ.164.num.5.& melius, num.8.
& 9.& id præſertim eſt dicendum ſi verſemur in
contractu iurato, quia tunc non auditur qui poſt
98 tempus offerat implere, quia mora purgari ne-
quit, maximè cum nedum menſis, ſed plures men
ſes, & anni defluxerint, vt tradit Borgn.deciſ.43.
nu.66. quem refert, & ſequitur compluribus ad-
iectis Carotius trac.locati, ſub titu. de euictione,
num.64.fol.199.

Ad ſeptimum quatenus dicitur verba contra-
ctus loquentia de menſe debere reſtringi ad ca-
put quotæ, non autem directi dominij, reſponde
tur contrarium eſſe verius, tum iam adductis ra-
tionibus, tum quia diſpoſitio duo reſpiciens ter-
minatione digna debet illa æqualiter definire,
99 etiam ſi poſſet dici maiorem in vno quam in al-
tero verſari rationem, maximè ſi verſemur in di-
ſpoſitione hominis, l.iam hoc iure vbi Alexand.
num.5. Iaſ. num.10.& infra, ff.de vulgari & pu-
pillar. & capienda eſt ſemper ea interpretatio,
100 quæ vtriq; caſui deſeruit, & per quam plenius
omnibus proſpicitur, vt ait Crauett. conſil.396.
num.5. & 12. & 13. & quando fit relatio vnius
ad alterum, qualitates vtriuſque diſpoſitionis
æqualiter debent intelligi determinatæ, & quan-
101 do aliquid fit contemplatione alterius, reſpici-
tur illud cuius contemplatione fit actus, Crauet.
conſil.231. num.11. & 16. tum quia ex iure no-
ſtro municipali, ca.436.volum.primo, terminus
triginta dierum, qui præfigitur in caſu quotæ idẽ
ſtatuitur in caſu directi, & cum hi caſus inuicem
102 comparentur merito cenſendum eſt, vt contra-
hentes voluerint ſe ad ius illud conformare, Bar
tolus, & alij, in l.hæredes, mei, §.cũ ita ff.ad Tre-
bellianum, l.iuriſiurandi, §. ſi liberi, ff.de operis
libert.& communem dicit in contractibus, Cur-
tius iun. videndus conſi.171.num.2. & 3.tum de
nique, quia clauſula præcedens eſt maioris effica
103 ciæ, & roboris ad declaranda ſubſequentia, quã
contra, Iaſ.l.prima, num.5. C.de liber. præteri-
tis.tum etiam demum, quia non conuenit, vt res
ſemper pendeant atque incertis ventis agitata
fluctuent, argumento, l.primo, de vſucapionibus.
& cum is contractus conditiones ſcriptas habue
rit, quatenus intra menſem adhiberetur conſen-
ſus, & conſortum, & ſeu quotariorum, & domino
rum directorum, & id non fuerit præſtitum, con-
104 ſequitur, vt quaſi conditione deficiente contra-
ctus reſolutus cenſeatur, Alexan.in l.pecuniam,
num.4.ff.ſi certum petatur. & in hiſce terminis
optimè deſeruit Curt. Iun. conſ.76.nu.2.& infr.

Ad octauum de mora, quæ interpellationem
requirebat cum ageretur de pœna nullitatis con
tractus, dicitur, nos verſari in mora regulari, cum
fuerit appoſita dies, quæ interpellabat. Secundo
dicitur etiam irregularem moram committi abſ-
105 que interpellatione, quamprimum qui promiſit
ſe facturum, & curaturum facere potuit, vt fuit
ſingularis Baldi deciſio, in cap.primo, §.ad hæc
verſicu.& nota, quod ſi quis, titu.hic finitur lex
Corradi, & quamuis aliqui illud impugnent, ta-
men cum ſit frequentiori aſſenſu receptum, non
eſt ab eo in iudicando recedendum, vt quicquid
ipſe

ipſe teneat, fatetur Marcus Antonius Bauerius
tractatu de mora, parte 2. num. 17. vbi videatur.
Tertio dicitur diſtinctionem, quæ affertur dicto
Baldi, vbi vera eſſet non quadrare, nec aptè con-
uenire caſui noſtro, quia loquuntur Doctores de
pœna, quæ ſit extra contractum, non de ea, quæ
venit ex natura contractus, vel ex vi legis; nam
ſi non impletur contractus ex cauſa non ſecuta,
vt iam dictum eſt, datur receſſus, quod cum à iu-
re inſit, non dicitur id pœnam continere, in quã
106 velut odioſam, non incurritur abſque interpella
tione, & id ſatis conſtat, quia intereſſe dicitur pe-
na, & tamen cum inſit, committitur abſque inter
pellatione, vt inquit Crauetta eod. conſilio 192.
num. 17. & Socin. ſenior videndus conſilio 133.
num. 4. & ſub num. 13. & 14. vbi communem di-
cit lib. 1. qui loquitur in fortioribus terminis, &
vult etiam pœnam conuentionalem committi
propter moram irregularem abſque interpella-
107 tione. Quarto, cum adſit iuramentum, quod præ
ciſè obligat, mora cenſetur commiſſa abſque in-
terpellatione, vt communem dicunt Decius in l.
quod te, num. 11. & 12. ff. ſi certum petatur, Go-
zadin. conſ. 31. num. 7. Oſaſcus videndus Pede-
monta. deciſ. 49. num. 7. ſed etiam ſi deſiderare-
tur interpellatio ea non deeſſet cum ſæpius mihi
ſupponatur in facto interpellatum fuiſſe Pinum,
108 ſaltem extra iudicium, quod ſufficit, vt tradit idẽ
Iaſ. ea. l. quod te, num. 20. & 21.

Ad nonum, quod opinio Baldi non procedat
in obligatione faciendi ſub conditione concepta
dicitur generalem eſſe Baldi conclusionem, & cõ
muniorem, & ab ea non eſſe recedendum. Secun-
do reſpondetur aduerſam concluſionẽ poſſe pro-
cedere in conditione caſuali vel mixta, ſecus in
poteſtatiua pendente à facto illius qui promiſit;
ratio eſt aperta, quia cum id pendeat à voluntate
ſua, ſibi aſcribat ſi non implet ſtatim, atque po-
teſt, vt ſibi acquirat actionem contra alium con-
109 trahentem ad contractus obſeruationem; & ſi
quod inde ſentit damnum, vel ex temporis cur-
ſu, vel aliter ſuæ negligentiæ, & culpæ id tribuat,
vt optimè diſtinguit Tiraquellus videndus de re
trac. lega. §. 1. gloſ. 10. num. 57. & facit Mantica
de coniec. vltimarum volunt. lib. 11. tit. 16. num.
14. verſicu. ſed hoc debet temperari, & quamuis
conſenſus iſte penderet à facto tertij; tamen de-
bebat Pinus in tempore vti debitis remediis, &
diligentiis à iure conceſſis, ſcilicet denunciando,
& vtendo beneficio ſtatuti cap. 436. vol. 1. quod
cum non fecerit ſibi id aſſignet, & ſuæ negligen-
tiæ adiungat, nec amplius audiendus eſt, etiamſi
vellet implere, cum res non ſit amplius integra
110 ex parte Maſſij, qui declarauit velle recedere, &
qui aliam emit domum; obſeruatio enim tempo-
ris tanti eſt, vt ſalutaria etiam remedia vno tem-
pore adhibita multum proſint, altero vero admo
ta valde obſint: dum dies eſt, & opportuna offer-
tur occaſio, atque res eſt integra operosè operari
oportet, nec ſinamus nos noctis tenebris, & tetra
Plutonis caligine obrui, atque opprimi, ſed ad
Horologij exemplum aſſiduè vigilãtes rotemus,
atque tympanum pulſemus, ne ſine linea tem-
pus eat, & præceps occaſio fugitiua facta abeat,
ac nos dolentes, & gementes in mœroris ſede di
mittat fruſtra accuſantes ignauiam noſtram.

Ad decimum, quod quando dies eſt incerta
arbitrio iudicis ſit certa facienda; Reſpondetur
diem in caſu noſtro non eſſe certum, tum conuen
tione partium, tum iuris interpretatione, ſcilicet
intra tantum tempus, quanto actus explicari po-
tuiſſet, & cum id intra menſem fieri poſſet, ſatis
dicitur in mora Pinus, qui abſque interpellatio-
ne tenebatur, quod ſuæ obligationis erat præſta-
re, vt iam ſuperius monuimus, & probat viden-
dus Menochius de arbitrar. iudic. caſu 200. nu.
20. 21. 22. & infra, & licet num. 6. dicat, requiri
111 declarationem, non ea exigitur ratione moræ, in
quam ipſo iure, & facto incurritur, ſed vt talis is
declaretur, iuxta notata in cap. cum ſecundum,
de hæreticis, in 6. & idcirco ita declarauit domi
nus Vicarius prætorius, & eius iuſtiſſima ſenten
tia confirmanda eſt; & cum ſatis inde aperta elu-
ceat eius Pini negligentia cum in tempore vſus
112 non ſit opportunis remediis, & auxiliis, vt diſtin
guit. Bartol. in trac. de teſte, in verbo, lata culpa,
& leuis, num. 110. 112. & 115. Socin. ſenior con-
ſil. 31. num. 21. vol. 1. Crauet. conſil. 270. num. 3.
Abbas in cap. extirpandæ, §. qui verò, de præben
dis, Felyn. in cap. 2. nume. 5. de magiſtris, & idem
Crauet. conſ. 151. num. 22.

Ad vndecimum dicitur, vt ſupra, quia non re-
quiritur ratione moræ, ſed vt quis talis dicatur,
& quæ mora hic non deeſt.

Ad duodecimum, quod illa verba accedente
conſenſu exigere videantur duo, vnum ex parte
Pini, id eſt habere conſenſum, alterum ex parte
Maſſij, nempè ſoluere laudemium, vt ait Clar.
§. emphyteuſis, quæſt. 23. verſic. vlterius quæro.
Reſpondetur primo, poſſe dici ex conuentione id
oneris ſpectare ad Pinum, qui promiſit vende-
re in valida, & legitima forma, & accedente con
ſenſu; & cum dominus conſentire non ſoleat, niſi
113 ſoluto laudemio, videtur ex neceſſario conſequẽ
ti ad illud obligatus. l. illud, ff. de acquiren. hære.
Crauet. conſil. 164. num. 2. & conſ. 186. nume. 7.
& conſil. 266. num. 3. Rurſus & ſecundo dicitur,
quotieſcunque quis debet aliquid facere, vt acci
114 piat, debet prius implere pro parte ſua faciendo,
ad hoc vt recipere queat. ead. l. Iulianus, §. offer-
ri, gloſ. optima in l. ædiles, §. fin. de ædil. edic. pul-
chrè videndus Simon à Pretis trac. de interpret.
vltimarum volunt. lib. 5. interpre. 2. dubitatio. 2.
fol. 516. à num. 125. vſque ad nume. 134. vnde
cum Pinus quod ſuæ erat prouinciæ, non curaue-
rit, ſcilicet conſenſum, qui præcedere deberet lau
demium, fruſtra agitur de imponẽda aliqua mo
ra Maſſio, qui erat admonẽdus à Pino de habito
conſenſu, & interpellandus ad laudemium ſol-
uendum. Tertiò cum dominus directus reſpon-
de-

Digitized by Google

derit ſe velle acquirere,quo caſu contractus cō
ditio defecit, quid opus erat Laudemio ? quo ſit
vt hæc argumentario tot grauibus acceptis vul-
neribus exanimata in hoc ciuili prælio concidat,
& in terram defluat.

Ad duodecimum dum dicitur ſtatutum, cap.
434.vol.1.nihil de tempore ad habendum cōſen
ſum domini diſponere, replicatur inciuile eſſe ni
ſi tota lege perſpecta iudicare.& propterea,ſi ſta
tuta de eodē loquētia lecta fuiſsēt,inueniſſet pars
aduerſa ſtatutū,c.436.q terminum menſis ad id
præſtituit,vnde occaſio admirationis ceſſaſſet cū
cauſatū ignoratio in re noua mirationem faciat,
& eadem ignoratio ſi in rebus vſitatis ſit,non mi
remur.

Ad vltimum de conſenſu, vt.ſ.is expreſſus eſſe
deberet quaſi voluerit Pinus certus de domini
115 directi voluntate id oneris ſuſcipere, & eo non
habito intra menſem Maſſius emere noluerit,di-
citur id ſatis probari, tum quia verba ſunt acci-
pienda in potentiori ſignificatu, l.1. §.1.ſi ager
vectigalis, Alciat.conſ.128.num.2. & 3. lib.5.&
idcirco conſenſus vbi requiritur debet eſſe expreſ
116 ſus,& non ſufficit tacitus,maximè ſi per modum
conditionis, vt hic,exigatur,vt egregiè explicat,
videndus omnino, Tiraquel.de legib.connubial.
in verbo,exprez.gloſſ.7.à num.71. vſq; ad num.
81.& non eūdo per emendicata ſuffragia aut di-
uerticula in terminis noſtris eſt gloſ.optima, in l.
3.in verbo,conſenſum, C.de iure emphyteutico,
nec refragatur, qđ per æquipollens id impleri
queat, quia contraria regula procedit in vltimis
117 voluntatibus in quibus latior, ſecus in contracti
bus in quibus ſtrictior ſit interpretatio,&caſus o-
miſſus pro omiſſo habetur,l.quicquid aſtringēde
de verb.obligat.l.veteribus vbi plene Iaſ.ff.de pa
ctis, Alex.conſ.204. num.9.lib.2.nec admittitur
argumentatio ab vltima voluntate ad contractū
118 affirmatiuè, vt hic, ſed tantū negatiuè, vt tradit
Euerardus in locis argumentandi in loco à con-
tractu ad vltimas voluntates, ſub num.ſecundo,
119 & contractus verba, ſunt forma contractus, &
forma dat robur rei, vt tradit Decius in conſilio
552. numero primo, Reſpondetur, & ſecundo,
id habere locum in neceſſaria cōditione, ſecus eſt
in voluntaria:& voluntaria hoc caſu dicitur,quę
120 poterat omitti à contrahentibus:po terant enim
contrahentes ſi voluiſſent id omittere, & dicere,
quod tacitus conſenſus medio tranſmutandæ de
nuntiationis ſufficeret, vt commun.dicit Rolan.
à Valle,conſ.56.num.22.& 23.vol.3. Dicitur,&
quarto aduerſam argumentationem defendi poſ
ſe quando verè idem effectus conſequitur ex æ-
quipollenti modo,quia tunc habet locum regula
121 non curamus,de modo,&c. Bald.in l.ſi mater, C.
de inſtit.& ſubſtit. ſecus ſi idem effectus omnino
non ſubſequatur, vt hic,quia tunc modus præſcri
ptus omnino ſeruandus eſt, longè enim multum
diſtat an dominus conſentiat expreſſe,vel tacitè,
quia ille prior fortior iſte, poſterior eſt debilior,
122 vt obſeruat Tiraquell.de retractu legali, §.1.gl.
9.nu.118.& num.155. & optimè confert, quod
notatur,in l.ſi ita legatum,§.illi.ſi volet.ff.de leg.
1. vbi explicatio eorum quæ tacitè inſunt facta
alio modo,quam inſit multum operatur, & ideo
123 forma à contrahentibus præſcripta perfectè, &
ex toto obſeruari debet,& non obſeruata deſide-
rato tempore vitiat diſpoſitionem, cum id cōtra
ctui cauſam dederit, vt com. dicit Alexand.in l.
vltima, nu.8.ff.de condict. ob cauſam,& in l.pe-
tens,num.13.vbi Curtius,nu.27.C.de pactis, Pi
nellus in ſecunda parte Rubricæ,cap.2.num.19.
C.de reſcind.vend.idq; tanti eſt, vt moræ purga
tio non admittatur, quādo poſt terminum facta
eſt, vt hic,reſolutio, vt affirmat Decius conſilio,
452.numero 17.

Cum itaque Pinus conditiones in contractu
appoſitas,& certo tempore requiſitas non imple
uerit,merito Maſſius rectè poteſt dicere nolle cō
tractum exequi, cum præſertim res non ſit am-
plius integra,attenta eius declaratione, & aliam
domum proinde emerit; vnde cum mercator ſit,
non eſt è re ſua, vt tantam pecuniarum ſummā
in congeriem lapidum qui ſolent eſſe exigui fru-
ctus conuertat,& quaſi profundat,atque ideo cō
firmanda videtur iuſtiſſima ſententia Clariſſi-
mi Domini Vicarij Pretorij,cum optimè defen
datur ab allatis impugnationibus, & tuta in Sa-
croſancto iuſtitiæ domicilio ſedeat.

Laus vni,& Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO COMITE PAVLO Camillo Marliano.

A R G V M E N T V M.

Annatæ onus an ſoluendum ſit pro cō-
ceſſione facta partim interueniente pre-
tio,& partim pro meritis titu. donationis.

S V M M AE R E R V M.

1 *Conſuetudo centum annorum magnam vim habet.*
2 *Præſcriptio centum annorum multa habet priuile-
gia.*
3 *Obſeruantia interpretatiua non exigit longi tem-
poris ſpatium,ſed ſufficit aliquando ita obſerua-
tum fuiſſe.*
4 *Principis confeſſio in tertij præiudicium, & tanto
magis in ſuum ipſius, fidem facit.*
5 *Benemerita ſpeciatim enumerata magis confirmāt
eorum confeſſionem.*
6 *Benemerita quam exigant remunerationem,iudi-
cis arbitrio relinquitur.*

7 Bene-

7 Benemeritorum æſtimatio iudicis arbitrio fit, & quid in ea re inſpicere debeat.

8 Dux Mediolani habet plenitudinem poteſtatis, ſicut Imperator.

9 Donum, an magnum, vel paruum ſit dijudicatur ex qualitate donantis.

10 Medicus Principis eſt magna remuneratione dignus, cum in eius ſalute inſit vita populorum.

11 Principis cura magnam exigit remunerationem.

12 Studiorum cauſa eſt, vbique præcipua.

13 Diuitias, & lucrum qui aſſequi intendit inſignes vrbes adeat, nec in patrio ſolo deliteſcat.

14 Subditus licet cogi poſsit à Principe, vt in patrio ſolo munus, vel legendi, vel medendi, vel aliud quidpiam exerceat, tamen debet ab omni damni iniuria ſeruari.

15 Princeps, vbi aliquem cogat ad legẽdum in patria ſua, digna vox eſt, vt ei reſarciat damnum, quod proinde is ſenſit, ad idque Princeps tenetur, nedum naturali, ſed etiam ciuili iure.

16 Beneficiũ alteri quis facere non tenetur, contra eius propriam vtilitatem.

17 Damnum pati is dicitur qui perdit vtilitatẽ quam habuiſſet.

18 Mutuo qui dat coactus pecunias, poteſt licitè conſequi intereſſe, tam dãni, quam lucri, etiamſi nulla mora interceſsiſſet.

19 Damnum pati is etiam dicitur qui impeditur votum animĩ ſui implere, & damnum infert qui naturalis arbitrij libertatem coarctat.

20 Damni, & lucri ceſſantis æſtimatio iudicis arbitrio relinquitur.

21 Confeſsio Principis facta ſuper re notoria, & motu proprio, & ex certa ſcientia, & alias omni meliori modo pleniſsimam facit fidem.

22 Medici excellentes dona conſecuti ſunt ingentia, ob diligentem Principis curam.

23 Beneficium qui accipit, tenetur nedum naturali, ſed etiam ciuili iure ad antidora.

24 Medico ſalarium, & ſeu honorarium debetur, etiã ſi illud conuentum non ſit arbitrio boni viri inſpecta perſonarum qualitate.

25 Medicus iuſte mercedem accipit ſanitatis, imò loco honoris habetur.

26 Medicus qui ægrotum, etiam inuitum curauit, iuſtè poteſt ſalarium ſuum petere.

27 Annatæ onus præſtatur ratione liberalitatis obtentæ ab eo cui præſtanda ſit.

28 Onerosus dicitur titulus ſi deficiat liberalitas.

29 Meritorum ſpecifica expreſsio onerosum titulum demonſtrat.

30 Onerosus dicitur titulus, quando Princeps tenetur non tantum naturali, ſed etiã ciuili obligatione.

31 Conceſsio habens, cum re conceſſa perpetuam menſuram reuocari nequit, nec ſuper ea onus imponi poteſt.

32 Donationis coniectura excluditur, quando aliquid fit ex neceſsitate p̃cedẽtis obligationis, ẽt ciuilis.

33 Contractus qualitas magis cognoſcitur ex pactis, quàm ex verbis.

34 Denominatio non attenditur, quando effectui repugnat, vel conſtat de contraria diſponentis mente.

35 Arbitrio iudicis, ſi aliquid cõmittatur, & is ſemel arbitratus ſit, arbitrari iterum non poteſt.

36 Aeſtimatio rei fit melius ab his qui potuerunt eſſe ſcientes, & rei notitiam habuere, quam ab alijs.

37 Geminatio rei iudicatæ tollit omnem deceptionis ſuſpicionẽ, & demonſtrat mentis perſeuerantiã.

38 Exceptio aliqua opponi non poteſt tribus conformibus ſententijs, de iure communi, & duabus quæ ex iure municipali habeant vim trium, ſed debent mitti executioni.

39 Sententias ſufficit eſſe conformes in ipſo effectu licet in verbis diſſentiant.

40 Exceptio rei iudicatæ locum habet ſi eadem cauſæ qualitas ſit, & perſonarum conditio.

41 Sententia quæ in iudicatum tranſiuit, habet vim trium, vel duarum conformium, & executioni mittitur etiam contra fiſcum.

42 Sententiæ approbatio facit vt in vim pacti ſuſtineri poſsit.

43 Sententia ne in iudicatum tranſeat impedit manifeſta iniuſtitia per relationem ad acta.

44 Sententiæ tranſitum in iudicatum, vt iniuſtitia impediat debet eſſe huiuſmodi notoria, vt diſputatione non egeat.

45 Iniquitas ſententiæ notoria dicitur ſi ad acta ſe referat, ſecus ſi tacitè.

46 Sententiæ iniquitas, & notoria non poteſt deduci, quoties à ſtatuto, aliquod tempus præfigitur ad dicendum de nullitate, & ad appellandum.

47 Iudicatam rem in dubiũ, adhuc vocari valde odioſum eſt, et id maximè, ſi ita nõ ſemel iudicatũ ſit.

48 Iudicata res pro veritate habetur, & ei omnino ſtandum videtur.

CONSILIVM CCLXXXIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EXceptio Comitis P. Camilli Marliani, ne teneatur ſubire onus, quod annatæ vocãt, ratione vectigalium Variſij, & Borſani, ſatis ſuperque firma redditur ex priuilegij natura, quæ eſt oneroſa, & ex ſubſecutis rebus iudicatis, & ex diuturna hac cõſuetudine centum annorum, & eo amplius; à qua cum ita tandiu interpretatum ſit, etiam in valde controuerſo iudicio nefas eſt recedere, ne in id vitij prolabamur, vt nihil vnquam certi detur, ſed ſemper fluctuantes in incerto titubanter iaceamus,
1 l. minimè, ff. de legibus, Dec. conſil. 469. nume. 13. Bartol. in l. 1. ſub num. 23. C. quæ ſit longa conſuetudo, & Bal. in ea. rubrica, Doctiſſimus Alciatus noſter conſil. 7. nume. 3. lib. 2. & conſilio 113. numero 16. lib. 9. facit tex. in l. 1. ff. de vſucap. &

2 quod ex alijs ſcribit Gab.lib.com. titulo de præſcript.concl.1.nu.1. vbi enumerat complura huius antiquiſſimæ poſſeſſionis priuilegia, & optimè confert Rochus Curtius tract.de conſuet.nu.24.27.35.& num.250.& quod ſcribit Crauet. conſil.118.numero 2. dum vult talem obſeruan-
3 tiam interpretantem non exigere longi temporis ſpatium, ſed ſufficere, aliquando fuiſſe, ita obſeruatum: quia obſeruatio ſubſecuta interpretatio dicitur optima, idem Crauet.conſil.127. nu 20.

Nunc tantum ſupereſt, vt paucis refellamus, quæ eruditiſſimus fiſci patronus adduxit ad confutanda ea, quæ contra eum non minus doctè quam grauiter mota fuere.

Et primo non obſtat dum cõtendit hanc conceſſionem, quatenus excedit merita puram cenſeri donationem, & etiam inter non prohibitos diſponere exigi meritorum ſingularem mentionem, vt ſciatur, an adſit exceſſus meritaque ipſa eſſe debere inſignia, & minimè leuia.

Quia Reſpondetur merita, de quibus agitur huiuſmodi eſſe, & nominatim ita expreſſa, vt clarè appareat nullam prorſus adeſſe poſſe exuperantiam, ſeu exceſſum: nam reſpectu librarum octingentarum, & ipſe fiſcus nullam facit cõtrouerſiam; ratione verò aſſiduæ curæ præſtitæ ab excellentiſſimo, & magni nominis protophyſico illo Ioanne Marliano nobiliſſimoq; Philoſopho Illuſtriſſimo Duci Galeatio, & Io. Galeatio eius filio Sfortiadis, & ratione damnorum ei illatorum ob priuationem eorum, quæ eidem offerebantur à Summo Pontifice diuerſisq; Regibus, & republicis, qui omnes certatim tanti viri fama allecti, eum in eorum obſequijs etiam pro bono publico apud ſe habere maioribus oblatis præmijs, & conditionibus longè melioribus, quotidie magis contendebant, vtique vix aliquis exceſſus dari poteſt.

Siquidem quoad benemerita attinet minimè eſt dubitandum, quin ea cumulatè probata ſint aſſertione ipſius ducis, poſtquã verſamur in perſona quæ libere poteſt diſponere, poſtquam ſpeciatim enunciata ſunt, poſtquam ſunt veriſimi-
4 lia, poſtquam agitur de Principis cõceſſione, cuius inſignis fides etiam in tertij præiudicium in dubium venire minimè poteſt, vt com.dicit Clarus, §.donatio quæſt.3.verſic.ſed hic, & verſ. ſed nunquid, & cõfirmat Maſcardus videndus tract. probat.concluſ.184.num.5.in verbo, benemerita, & quamuis reſpectu valoris, & æſtimationis benemeritorum, an ſcilicet paria ſint rei donatæ, & reſpondeant donationi, dubitari poſſet, an ſtãdum eſſet ſimplici aſſertioni ipſius Principis ad cognoſcendum, an pura ſit donatio, vel ob cauſam, cum ſemper fere ad collocãdum donationẽ ſoleat benemeritorũ mentio fieri; attamẽ in præſenti caſu omnis prorſus tollitur dubitatio, tum
5 quia ſpeciatim enumerata ſunt ipſa benemerita, vt cenſuit Ripa in l.ſi vnquam q.16. C.de reuocand. donat.tum etiam, quia ſi hoc ipſum à iudi-
6 cis arbitrio faciendum eſſet iudicium, vt com.dicit Iaſon in conſ.154.num.5.vol.2. quem refert Maſcardus eo. tractatu probat.concluſ.186. nu. 11. & ſequitur Menochius de arbitrarijs iud. caſu 132.num.7. & admittit etiam idem fiſci periti ſſimus aduocatus, vtiq; dicendum eſſet omninò, illa tantundem valere, ſeu æquiualentia penitus cenſeri, & hoc vnum argumentum meo iudicio omnes euellit dubitationis fibras, nam in hoc faciendo iudicio Iudex ipſe tanquam vir bonus illud maximè in perſonis diſponere permiſſis inſpiciet, qualitatem, ſcilicet donãtis, nempe, an ſit nobilis, & diues, ſeruitij præſtitiq; qualitatem ſpectabit, nam benemerita non excedet
7 donatio, ſi non excedat quod in ea re facere ſolebat, & debebat donans, vt cenſuit Corneus conſ. 144.col.2.lib.2. Tiraq. in ea.rep. l.ſi vnquam in verbo, donatione, nu.84. quos cum alijs afferunt Maſcardus relata concluſ.186. nu.15.16.& 17. & Menochius excitato caſu 132.num.9.

Si igitur qualitatem concedentis inſpiciamus
8 is fuit Dux Mediolani, qui habet plenitudinem poteſtatis, ſicut Imperator, vt tradit Dec.conſil. 403.nu.7. & cuius Imperio tot ciuitates, & loca ſuberant, vt regis nomen potius haberet, & qui iccirco, cum tantis diuitijs affluerct, more Principum tenebatur largiſſimè pro acceptis beneficijs parem gratiã referre, & benemerentibus opitulari, vt dicitur de Alexandro Magno, qui cum à Perillo rogatus fuiſſet, vt eum iuuaret in dan-
9 da dote filiæ, ei numerari iuſſit quinquaginta talenta; & cum is decem ſibi ſatis eſſe diceret, reſpõdit, quanquam tibi, qui ea accepturus es, decem ſatis eſſe poſſint, mihi à quo dantur ea non ſufficiunt, & cum diſpenſatori ſuo: idem Alexander mãdaſſet Anaxarcho philoſopho dari quantum propoſuiſſet petijſſetq; centum talenta, verituſq; eſſet diſpenſator tantam ſummam dare, niſi id regi ſignificaret, reſpondit Alexander Anaxarcũ noſſe eum ſe habere amicum qui hãc ſummam, & longè maiorem dare, & poſſet, & vellet.

Si etiam qualitatem ipſorum obſequiorũ expendamus comperiemus ea eſſe huiuſmodi, vt longè maiorem expoſcerent remunerationem: agebatur enim de curãda Principis vita, in cuius ſalute populorum vita ineſt, & vitale lumen viuit, & propterea vix poteſt maius dari beneficiũ, quàm hoc ipſũ ſalutis humanæ, maximè in Principe, qui cum ad reipublicæ curam electus ſit eo infirmo, & malè affecto, cæteri vtique vix benevalere poſſunt, & propterea hoc ſuę valetudinis
10 perrarum, & inſigne habetur officium, & ſeruitiũ tanta remuneratione dignũ, quàm quoduis aliud maximum, vt habetur in l.1. §. medicorũ, ff. de varijs, & extraordinarijs cognitionibus, & egregie ſcribit Tiraquellus videndus omninò tract. nobilitatis cap.31.num.343. & 344. & nu.375. hocque ſolum tali remuneratione dignum diju-
11 dicari debet ex ſententia gl. in c.ſi quis in verbo, benemeritos 1. q.2. & ſequitur Alex. conſ.55. num.4.

num.4.lib.1. & refert Maſcard. ea. concluſ.186.
num.3.

His accedir inſignis cauſa ſtudiorum, vbique
12 præcipua, & quæ ſaluti animorum proſpicit, vt
habetur eo, §. medicorum, & ſentit Tiraquellus
vbi ſupra, huic præterea iungitur publica ingens
vtilitas; nã retento in gymnaſio Papienſi Mar-
liano famoſiſſimo, medicinæ publico interprete,
& eminentiſſimo Philoſopho, non tantum ſub-
diti ipſius Ducis in ea diſciplina bene erudiebã-
tur, ſed propter viri excellentiam multi, & com-
plures exteri ad eam ciuitatem velut ad merca-
tum bonarum artium confluebant, vnde, & pu-
blico honori, & patriæ commodo vno quaſi tẽ-
pore propter hanc ſcholarium inſolitam frequẽ-
tiam multis modis, & nominibus conſulebatur.

Lucri etiã ceſſantis iactura ijs adiungebatur;
nam cum alij ſummi Principes eum requirerent
maioribus propoſitis pręmijs, & melioribus obla
tis cõditionibus, iſta omnia ſpreuit, & propoſuit
ſeruitio ipſius Ducis, & patriæ; vnde, & iure na-
turali, & ciuili, dignus fuit non tantum hac re-
muneratione, ſed etiam longe maiori; nam in
ore vulgi, & in communibus prouerbijs verſatur,
vt qui lucrum facere, & diuitias aſſequi vult, qui
rem honeſtè quærit ex mercaturis faciẽdis, glo-
13 riamuè appetit, & opes ſibi comparare ſtudet ex
literarum ſcientia, aut ex re militari, & qui de-
mum ampliſſimos dignitatis gradus adipiſci, at-
que in celſiſſimam ſedem honoris aſcendere con-
tendit, de anguſtis patriæ finibus in Auguſtas,
reque, & fama valde inſignes ciuitates exeat, ibi
ſe exerceat, nec in patrio ſolo deliteſcat, aut in
colendis agellis, aut vinetis, vt ſepe fit ætatis flo-
rem, qui ſtudijs dandus eſſet conterat, etiam non
ſine ſua ipſius iactura; nam cũ ſuis manibus ne-
queat repugnante eius nobili ſtatu, agros colere;
ſed aliena manu, & opera opus ſit, ſæpeque ino-
pinata tempeſtas vinetis noceat, ſi bene rationes
cõficiet re vera comperiet fructum, cum ſumptu
ęquatum, aut inanem, vel nullum eſſe, maximè ſi
referatur ad lucrum, quod longè maius in exter-
na vrbe in qua eximij ingenij animiuè, & conſi-
lij lumen oſtendiſſet, facere poterat; an noſti ne-
minem prophetam eſſe in patria acceptum? pi-
ſcaroremuè qui piſcium prædam facere intendit
à deſerto litore, qua fluctus eludit in altum ſe re-
cipere, vbi iactu retis valet piſcium multitudinẽ
facile expiſcari, vnde naui onuſta piſcium ma-
gna præda poteſt ad patrios lares gaudio exul-
tans diuitijsque locupletatus, & dignitatibus au-
ctus redire, & ſenij extrema tempora, cum hila-
ritate traducere, & familiæ ſplendori, poſterita-
tisque commodis mirificè conſulere, ſuique lau-
dabilis nominis memorabilẽ relinquere memo-
riam, quã nulla vnquã obruet vetuſtas, aut dele-
bit obliuio, quod quaſi præſens lucrum Marlia-
nus ſui Principis amore captus, cum neglexerit,
vt magis ei, & patrię cõmodis inſeruiret, ęquũ,
& iuſtum eſt, vt lucri ceſſantis officiorumque, &
beneuolẽtiæ remuneratio aliqua eſſet, quaſi om-
ni iure debita.

Nec obſtat, quod dicitur ad id cogi potuiſſe
ipſius Principis auctoritate: quia eſto, quod id ex
ampla, & plenaria Principis authoritate conce-
deretur, attamẽ digna vox eſt, & omni iuri vide-
tur conſentaneum, vt detur digna compenſatio,
& ita fiat, vt indemnis, & incolumis ſeruetur ab
omni damni iniuria, & tantundem præbeatur,
14 quãtum ab alijs offertur, vt eſt tex. in l.2. C. qui-
bus ex cauſis ſerui pro præmio libertatem acci-
piant; vbi omninò videatur Bald. num.4. & Iaſ.
in l. Barbarius à num.36. vſque ad num.45. ff. de
officio prætoris, vbi infert ad multa, quæ optimè
ad rem noſtram faciunt, & ſequitur Paulus Ca-
ſtrenſis in l. digna vox, verſ. prædicta intelligo, C.
de legibus, & in terminis ſimilibus poſt alios tra-
dit Cagnolius in l. diem functo, maximè nu.59.
68. & 137. ff. de officio aſſeſſorum, & nedum iure
naturali, ſed ciuili, ad hoc ipſum, quod eius in-
15 tererat reſarciendũ, tenetur etiam ipſe Princeps,
& Imperator, vt ait Plotus in repet. l. ſi quando
ante num.631. verſic. nam etiam Imperator, C.
vnde vi, quandoquidem quis non tenetur alteri
16 beneficium facere in perniciem ſui ipſius com-
modi, & vtilitatis, c. precariè, 10.q.2. & latè cõ-
firmat Didacus variarum reſolutionũ lib.3. c.4.
num.5. verſ.6. Caball. tract. de vſuris, nu.34.35.
& quotieſcunq; huiuſmodi lucrum ſit, quaſi cer-
tum, & in potentia propinqua, vt in caſu noſtro
comparatur damno emergenti, & de vno, ita iu-
dicatur, ſicut de altero, maximè in eo qui ſoleret
negotiari, aut aliter ex ſuo laudabili officio, &
induſtria pręmium conſequi, & pr manibus ha-
beret, vt hic, qui illud cumulate pendere vellet:
nam intereſſe ex comm. doctorum ſententia eſt
æſtimatio damni emergentis, & lucri ceſſantis, &
ideò comprobatur etiam in vtilitate nõdum ha-
bita, ſed quæ tamen eſſet proxima, quia qui pati-
17 tur damnum, perdit vtilitatem quam habuiſſet,
vt poſt Bartolum docet Dec. de com. teſtimoniũ
dicens in l.1. num.19.20. C. de ſentent. quæ pro
eo, quod intereſt, & optimè comprobat Crauet.
videndus conſ.120. nu.6. & innumerabiles pro-
pemodum affert authores Maſcardus tract. pro-
batio, concluſio.934. in verbo, intereſſe, maximè
num.10.17. & 41. vbi infert ad caſum ſingularẽ
18 eius, qui coactus à Principe, vel Republica, mu-
tuo pecunias dedit: nam is ex ſentẽtia omnium,
tam diuinæ, quam humanæ legis ſcriptorũ con-
ſequi poteſt intereſſe damni, atque etiam lucri,
etiam ſi nulla mora interceſſiſſet; ſiquidem dam-
num pati etiam dicitur qui impeditur votũ ani-
19 mi ſui implere, & damnum infert qui naturalis
arbitrij libertatem coarctat, & coanguſtat, vt ſen-
tit idem Crauet. conſilio 461. numero 62. dam-
num eſt enim commodi amiſſio, l.2. §. meriro,
& ibi ſcribẽtes, ff. ne quid in loco publico, huiuſq;
lucri ceſſantis, & damni emergentis æſtimatio cũ
varia ſit pro caſuum varietate meriro iudicis

arbit.iud.caſu 119.& cum ea, de re vix vllus ma-
gis poſſet eſſe edoctus quam Princeps ipſe, cui
hæc omnia notiſſima erant, equidem quis potuit
melius huius iuſtæ retributionis iudicium dare,
quam ipſemet Princeps, quaſi agens de ſuo ip-
ſius facto proprio, & cum ipſe illa tanti fecerit, vt
apertè profiteatur quod proinde datum fuit cu-
mulate eis non reſpondere; imò, id in quandam
ſimplicem retributionem cōceſſum fuiſſe quoad
melius faciendi in eum, ſicut intendebat ei facul-
tas oblata fuiſſet, vt benefica ſaltem voluntate
moueretur etiam ſi res fortè, tunc non ſuppete-
ret, & cum equidem ſciret hoc eſſe ęquum, rur-
ſus expetiretur beneficium ei reddere, & in con-
firmatione atteſtetur, hæc eius merita tanti mo-
menti apud eum fuiſſe, vt cum ſibi, tum etiam
poſteritati ſuę perpetuo plurimum debere fatea-
tur, hæcque interim data ſint, donec melior oc-
caſio detur qua in eum, & eius poſteros vberiora
præmia conferantur, iam certi ſimus nullū pror-
ſus dari poſſe exceſſum ex parte Principis donā-
tis, ſeu magis retribuentis; ſed ſi quis eſt, eum
omnem adeſſe dicemus potius ex parte Mar-
liani recipientis, cui longe plus debebatur, quàm
accepiſſet, & cum hæc geminata, & toties repeti-
ta in ſuo ipſius facto ſupremi Principis confeſſio
fuerit adeo deliberata, & ſuper re notoria, & fa-
cta motu proprio, & ex certa ſcientia, & alias
21 omni meliori modo, cum omnibus ſolemnitati-
bus, & clauſulis, & verbis opportunis, quod etiā
iuramenti vim obtinet, tantam fidem facit, ma-
ximè in re adeo antiqua, vt nihil ſupra; Clem. 1.
de probatio. & latè fuſeque probat ex alijs Ma-
ſcardus excitato ſępius tract. de probationibus
concluſ. 1233. in verbo, Principis aſſertioni, prę-
ſertim, nume. 23.& 35.& 48.& 50.& 62.& 72.
& 76.& 90.& num. 117. & 118. vbi loquitur de
meritorum atteſtatione.

Hæcque eadem mirifice roboratur ex conſue-
tudine, & ſolito aliorum Principum, qui iſthęc
præmia, & longè multo maiora conſueuere per-
22 ſoluere ipſis medicis ob acceptam ab eis valetu-
dinem, & ob eorum ſolicitam curam, & dili-
gentiam in tuenda Principis ſalute, & ſanitate,
vt eleganter, & copioſè commemorat, videndus
omninò Tiraquellus, de nobilit. eod. cap. 31. nu-
mero 380. inquiens quoſdam medicos ex ſemel
curato Rege, aut ſummo Pontifice accepiſſe de-
cem, duodecim, quinquaginta, ſexaginta, & du-
centum quinquaginta millia aureorum, vnde
mirum fiſco videri non debet, ſi tantus Princeps,
qualis eſt Mediolani Dux, horum exempla imi-
tatus tanti medici fidelem, & aſſiduam operam,
& grata, & antiqua obſequia ex parte ita agno-
ſcere, & recognoſcendo remunerare voluit, cum
intelligeret ſe multo maiora debere, & nedū na-
23 turali iure quoad antidora, qui beneficium acce-
pit, obligatur, & Heſiodus eadem menſura red-
dere iubet qua acceperis, aut etiam cumulatiore
ſi poſſis, l. Aquilius, ff. de donationibus, Rom.

conſil. 147. ſed ciuili quadam obligatione, vt di-
ſtinguit gloſ. com. conſenſu approbata, in l. ſed,
etſi lege, §. conſuluit in verbo, obligauerunt, ff. de
petitio. hæreditatis: nam medico ſalarium de-
24 betur etiam, ſi illud conuentum non ſit, arbitrio
boni viri, inſpecta perſonarum qualitate: maius
enim debetur à Principe, quā à priuato, & plus
impēdendum eſt excellenti, & famoſiſſimo Me-
dico, quam infimo, & abiecto, & iccirco ille Pius
Pontifex Opt. Max. æterna memoria dignus, Io.
Baptiſtę patri meo primario eius Medico hono-
rificum ſtipendium dedit, & eius inſignem excel-
lentiam, & ſingularem in re medica præſtātiam,
ac honeſtum laborem honoribus, præmijs, atque
ſplendore decorauit, vt tradit I.C. ea. l. 1. §. me-
dicorū, & §. in honorarijs, ff. de varijs, & extraor-
din. cognitio. Bal. in l. 1. num. 3. C. mandati, nec
indecorum eſt Medico, mercedem accipere ſani-
25 tatis; imò loco honoris habetur, vt notant idem
Tiraquel. relato cap. 31. de nobilitate, num. 379.
& 374. Menoch. de arbitr. iud. caſu 46. nume. 4.
facit optimè, Borgn. deciſ. 41. num. 46. parte pri-
ma, & etiam Medicus qui ęgrotum inuitum cu-
26 rauit, iuſtè poteſt ſalarium ſuum petere, vt ſentit
gloſ. in c. prouidendum. 83. diſtinct. quam velut
ſingularem refert, & ſequitur Rom. ſingul. 124.
incip. tu habes, & Tiraq. eo. tract. nobilit. c. 6. nu.
37. ciuili etiam quadam neceſſitate impelleba-
tur idem Princeps, ad hanc eandem retributio-
nem faciēdam ipſi Marliano ratione illati dam-
ni, ob priuationem ingētium præmiorum, & do-
nationum longè maiorum, quæ ab alijs Princi-
pibus offerebantur, vt ſuperius abunde ſatis do-
cuimus; quo fit, vt cum agatur de debiti natura-
lis, & ciuilis extinguēda obligatione, dicatur om
ninò onerosa, & non lucratiua conceſſio, quæ ſo-
lutioni Annatæ obnoxia non eſt, cum ea præſte-
27 tur ratione liberalitatis obtentæ ab eo, cui præ-
ſtanda ſit, vt ait Socin. iun. conſ. 94. lib. 3. ſed hic
ſecundum ea, quæ proponuntur deficit omnis li-
28 beralitas, & ex conſequenti onerosus eſt titulus,
vt diſtinguit etiam Boſſius noſter, titulo de Prin-
cipe, num. 323. & num. 328. vbi etiam infert ad
caſum, quando donatur ob futura merita; vt
quis ſeruiat, prout etiam actum videtur in caſu
noſtro.

Quod vero contra à fiſco aſſertur non proce-
29 dit, vbi adſit ſingularis, ſeu ſpecifica hæc merito-
rum enarratio; &, vt ita dicam æquiualentia, vt
etiam reſpondit Iaſ. conſilio 227. verſiculo nono
libro ſecundo, & vbi Princeps non tantum natu-
rali, ſed ciuili, quadam obligatione teneretur, vt
30 etiam egregie conſuluit Natta videndus conſi-
lio 367. à numero decimotertio, vſque ad nume-
rū decimūſeptimū, & conſilio 109. numero 12.
& 13. & infra, & conſilio 188. numero ſecundo,
& cum hæ conceſſiones habeant cum re conceſſa
31 perpetuam menſuram, & reuocari nequeant, nec
ſuper eis onus imponi, vt tradit Oſaſcus Pedem.
deciſio. 139. numero 16. & cum factæ ſint ex
neceſſitate

32 neceſſitate præcedētis obligationis etiam ciuilis,
omnis excluditur liberalitatis coniectura, ſine
qua donatio conſiſtere nequit, vt probant Ca-
ſtrenſ.& Dec.in auth.ex teſtamento, C.de colla-
tionib.cum ſimilibus, idquè confirmatur ex clau-
ſula manutenendi res conceſſas in forma cōmu-
ni quæ ſolet apponi in contractibus onerosis, &
33 qualitas contractus ex pactis magis cognoſcitur
quam ex verbis, vt tradit Soc.ſen.conſ.266.nu.
8.vol.2.

Nec officit illa denominatio, ſcilicet donamus,
&c. quia vt peritiſſimè admodū animaduerſum,
eſt, & nos ijdem in prioribus noſtris ſcriptis pro-
bauimus ea, nō attenditur quando effectui, vt hic
34 ita repugnat, vel aliter aduerſetur diſponentium
mens, & contrarię adſint coniecturæ, l.vbi ita do-
natur, ff.de donat.cauſa mortis, & vltra adductos
tradit Socin. in l. Gallus, §.etiam ſi parente, nu.6.
ff.de lib.& poſthum. & conſ.88. nu.2. verſ. non
obſtant lib.1. & conſ.156.num.2.lib.2.

Verum enimuerò omnis prætenſi exceſſus al-
legatio, & cuius æſtimatio tota ab arbitrio boni
viri pendet, excluditur in pręſenti caſu, nedum ex
principis æſtimatione, cui cōtradicere nefas eſt,
ſed etiā ex iudicio, & arbitrio ſuper ea re bis da-
to in hac eadem ſpecie ab his ſupremis iudicibus
quibus huius faciendi iudicij ius erat, vnde con-
ſequitur, vt cum ſemel arbitratum & iudicatum
ſit exceſſum nō adeſſe, amplius non ſit arbitran-
dum; ſiquidem quoties arbitrio iudicis aliquid
35 committitur, & is arbitretur, non poteſt iterum
arbitrari: quia intelligitur eius facultas de primo
actu ex euulgata diſpoſitione l. Boues, §.hoc ſer-
mone, ff.de verb.ſignif.& in terminis decidit Bal.
in l.ſi diuerſa, num.4. C.de tranſactio. Iaſ.in l.di-
uortio, §.quod in anno nu.21. ff.ſol.matr. & in l.
duobus, §.ſi ei qui num.2.19.20.ff.de iureiurād.
Fely.in capit.2.ſub nu.4.de tregua & pace, & id
tanto magis eſt dicendum cum hęc declaratio ſit
facta ab his qui optimè nouerāt oculata fide quā
vera forent quę a Principe recenſita eſſent bene-
merita, qui cum eſſent viri grauiſſimi, & omni ex-
ceptione maiores, non eſt credendum quod vo-
luiſſent aliquid arbitrari, aut decernere in præiu-
diciū eius Principis, qui erat conſanguineus eius,
qui fecerat conceſſionem, & qui de veritate edo-
36 ctus potuiſſet eorum iniquitatem, & iniuſtā æſti-
mationē indicare & coarguere: huiuſmodi enim
ęſtimatio melius fit ab his qui optimè præſentes
re ipſa nouerunt omnes qualitates rei æſtiman-
dæ, quam ab alijs qui abſentes intellexerunt, vt
docent Bart.& Angel. in l.ſi quis, §.ſi ſtatu libe-
ris, ff.de furtis, & tradit Cagnolius in l.vnica, vbi
loquitur de æſtimatione intereſſe, num.144. C.
de ſent. quæ pro eo, & plures, & plura in idem.
Adducit Maſcardus eo.tract.de probat.concluſ.
657. in verbo æſtimatio rei per teſtes, num.7.&
concluſ.653.in verbo æſtimatio rei per declara-
tionem Iudicis.

Quod eo magis eſt concedendum, cū non vna
declaratio, & ſententia ſecuta ſit, ſed duæ; quæ
geminatio demonſtrat mentis perſeuerantiam,
& tollit omnem deceptionis ſuſpicionem, vt ſcri-
37 ptum reliquit Crauet.videndus cōſ.201. nu.42.
& quando agitur de actuum geminatione ſi fa-
cti ſint ex interuallo, vt hic, maiorem habēt vim,
vt tradit Iaſ. in l.1. nume.32.& 33. ff. de officio
eius cui eſt mandata Iuriſdictio, & in l.quod iuſ-
ſit nume.10. vbi & Ripa num.26. ff. de re iudic.
Felyn.in capit. ſi cautio, num.43. de fide inſtru-
ment.& in capit.ſi quando, verſic.reſcripti gemi-
natio, de reſcriptis, & communem dicit doctiſſi-
mus Alciatus noſter lib.4.de verb. ſignif. in ver-
bo epanalepſis fol.197. ſecundum paruam im-
preſſionem, & iccirco aduerſus tres ſententias
38 concordes, & conformes, & duas quæ habēt vim
trium ex aliquo iure municipali quale apud nos
eſt cap.116.voluminis primo: & in Cæſareis con
ſtitutionibus propter hanc geminationem, & vt
moleſtis litibus ſua natura & miniſtrorum arte,
adeo longis, & in longum productis, hac contra-
ctione breuioribus factis finis aliquando impo-
natur, non poteſt aliqua exceptio opponi, ſed de-
bent mitti executioni, vt eius celeritas diuturni-
tatem iudicis conſoletur, Clement.1.de ſentent.
& re iudicata, Ripa in l.4.§.condemnatum, nu-
mero 15.16. & 17. ff.de re iudicata, & latè ſuſe-
que ex alijs ſcribit Gabrielius lib. com. titu. de
executione rei iudicatæ concluſ.1. num.1. & in-
fra, & ſatis eſt, quod ſint conformes re ipſa, & in
effectu, vt affirmat Gabrielius proximè relata
concluſ.num.33.& 34.& cum ſententiæ iſtæ ſint
latę inter eaſdem perſonas, nempe inter fiſcum,
& Marlianos, & in caſu Annatæ, & vbi erāt pro-
mulgata ſimilia edicta, & ſeu proclamationes,
quales ſunt illæ quæ nunc æditæ ſunt, & etiam
vtraque diffiniat punctū principalem qui adhuc
in diſputationem vocatur, & qui eiſdem follibus,
& malleis eundem incudem tundit, an, ſcilicet ea
conceſſio facta ſit titulo oneroſo, vel lucratiuo
non poteſt negari quin in effectu principali non
40 conueniant, & ſe inuicem ad ſe ipſas conformēt,
& iccirco rei iudicatæ exceptio locum habet, l.de
eadem, ff.de exceptione rei iudicatæ, imò ſi vna
etiam eſſet ſententia, idem dicendum foret, cum
ea tranſiuerit in iudicatum, & nedum fuerit ap-
pellatum, ſed a fiſcomet approbata ſit, quo caſu
executioni mittitur perinde, ac ſi eſſēt tres de iu-
re communi, vel duę ſentētiæ ex iure noſtro mu-
nicipali, cum legis miniſterio pari iure cenſean-
tur, vt firmat deciſio Peruſina decil.73. num.30.
quod etiam procedit aduerſus ipſum fiſcum, vt
41 notat Aſinius ſua Praxi Iudiciaria, §.31. cap.2.
ampl.16.principali ampliatione tertia, & Duen-
nas regula 233. ampl.4. & eius approbatio facit
etiam, vt in vim pacti ſuſtineri queat ad Gabrie-
lium de ſentent.concluſ.1.num.6.

42 Nec aduerſatur qđ contra à fiſco profertur, vt
ſcilicet, id nō procedat: quia hę ſniæ videātur cō-
tinere manifeſtā, & (vt aiunt) notoriā iniuſtitiā

Digitized by Google

per relationem ad acta, quæ impedit ne vnquam
ſententiæ in iudicatum tranſeant, c. inter cæteras
de re iudicata, quia Reſpondetur iniuſtitiam nõ
admitti, niſi euidentem & notoriam, ſecus ſi di-
ſputatione egeat, aut plena ſit, vt declarat idem
Gabriel ea. concluſione prima de execut. rei iudi
catæ concluſ. 1. num. 9.

Secundò iſtud procedit quando expreſsè ſen-
45 tentia ſe referret ad acta, ſecus ſi tacitè, vt in caſu
noſtro, & declarat idem Gabrielius lib. commun.
tit. de ſent. concluſ. 10. maximè num. 4. & nu. 6.

Tertiò non habet locum quotieſcunque præ-
figitur aliquod tempus ad eam proponendam;
quia tunc ex magis communi ſententia omnis
46 notoriæ etiam iniquitatis exceptio ſublata cen-
ſetur, vt tradit idem Gabrielius tit. de except. cõ-
cluſ. 4. nu. 3. & 4. & magis comm. dicit vidend.
Borgninus deciſ. 11. num. 54. & deciſ. 31. nu. 1.
parte prima.

Quartò ſecundum ea, quæ proponuntur, cum
tantum abſit, vt in caſu noſtro ſubſit aliqua ini-
quitas manifeſta, vt potius vndiq; appareat om-
nem iniuſtitiæ etiam minimam ſuſpitionem lõ-
gè multum abeſſe, ritè rectèque à præclariſſimis
illis iudicibus, re ſepius, & acriter in concertato-
rio iudicio, quaſi hinc inde flabello ventilata, fuiſ
ſe iudicatum, equidem vt ait Burſ. cõſ. 78. nu. 7.
47 & 8. vol. 1, valde iniquum & odioſum foret hanc
rem iudicatam in dubium reuocare, aut reſcin-
dere, cum eius tanta ſit vis, vt pro veritate ha-
48 beatur, & ideo ei ſit omnino ſtandum, vt ſanxit
Imperator in l. 1. C. de re iudicat. & ſenſit I.C. in
l. res iudicata, ff. de reg. iuris, in l. ingentium, ff. de
ſtatu hominum, & egregie proſequitur Bald. in
c. noſtri, de electione, & fuſe explanat Natta alias
excitatus in conſ. 524. nu. 3. 15. & 19. volum. 3.
vnde iam tandem fit, vt funditus euerſis & ſubla-
tis contrarijs fiſci reſponſionibus amplius cæna
non apponatur dubia, vbi tu dubites quid potiſ-
ſimum ſumas, ſed ſtabilis ſtet intentio Comitis
Marliani priorum noſtrorum ſcriptorum ſtabi-
litate firmata & ſtabilita, & acri iudicio Illuſtriſ-
ſimi Præſidis confirmata.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO I.C. EX COLLEGIO Mediolani Franciſco, & Io. Baptiſta fratribus Carcanis.

ARGVMENTVM.

Lite cum procuratore conteſtata, ſi is decedat, ignorante appellante, an appellationis deſertio euitetur, & ſententia in cauſa appellationis lata defendi poſſit, eo procuratore citato, qui cum viuus putaretur mortuus erat, monitis principalibus ad locum electi habitaculi.

SVMMAE RERVM.

1 *Iudicialis actus cum eo geſtus, qui mortuus erat, cũ viuere putaretur eſt nullus.*
2 *Iudicium conſiſtit ex tribus perſonis, actore ſcilicet, reo, & Iudice.*
3 *Contra mortuum ſicut ſententia ferri nequit, ita etiã contra grauiori febri iactatum propter comparendi difficultatem.*
4 *Valetudo bona licet ſit res pretioſa, vili pretio tamẽ æſtimatur, & in paruo habetur pretio.*
5 *Mors cum ſit quid facti debet ab allegante probari.*
6 *Citari debet procurator cum quo lis eſt conteſtata, etiam ſi dominus deceſſerit.*
7 *Inſtantia ius reſidet in procuratore cum quo lis eſt conteſtata.*
8 *Procuratore, cum quo lis eſt conteſtata mortuo principalis rectè citari poteſt.*
9 *Mandatum ad negotia, morte mandatarij re nõ integra non extinguitur quoad cœpta, ſecus in mandato ad iudicia.*
10 *Cum procuratore licet lis ſit conteſtata, dominus tamen poteſt comparere, liti aſſiſtere, & iudicium ſuſcipere.*
11 *Inſtantia ius directum quæritur domino, procuratori autem quæritur vtile.*
12 *Citari procuratorem, & dominũ tutius videtur, & ad ferendam ſententiam neceſſarium ex conſuetudine: & ſtatutis Mediolani.*
13 *Citationis defectus tollitur per citati comparitionem, & præſentiam.*
14 *Procurator effectus dominus litis in cauſa principali, poteſt reuocari in cauſa appellationis.*
15 *Cum mortuo actus iudicialis geſtus non valet, etiam ſi mors ignoretur, reſtitutio tamen citanti dari videtur, ne incidat in damnum.*
16 *Sententia in citatum graui febri correptum lata, licet valeat etiamſi ignoranter fuerit citatus, reſtitutionis tamen beneficio adiuuatur.*
17 *Viuere quis præſumitur vſque ad centum annos.*
18 *Ignorantia regulariter præſumitur, niſi ſcientia probetur.*
19 *Ignorantia an iuramento appellãtis probari poſſit.*
20 *Diligens in vno præſumitur diligens in alio.*
21 *Diligentia in dubio præſumitur.*
22 *Nubens ſecundo loco credens primum virum eſſe mortuum; ſi poſtea dubitet, eum viuere, obeſſe dubitationem ad effectum petendi, ſed non reddendi debitum.*
23 *Reſtitutio in integrum ex clauſula generali, datur contra læſionem ex iuſto errore proficiſcentem.*
24 *Reſtitutio in integrum datur ei, qui aliquid omiſit propter mortis ignorantiam alicuius.*
25 *Ignorans ſucceſſor mortem vaſalli, non impeditur poſt tempus inueſtituram petere.*

26 Igno-

26 Ignorantia, vel non curris tempus ad ſuum incommodum, aut aliqua negligentia aſtribi nequit, & ſubuenitur reſtituitur.

27 Appellationem deſertam non fuiſſe in dubio eſt pronunciandum.

28 Reſtituendus eſt in integrum is, qui proſecutus eſt litem cum tutore, cum interim mortuus eſſet pupillus.

29 Citandus vbi ſit principalis, & is mortuus ſit, debet adhiberi diligentia in perquirendo eius hærede, vt is citari poſſit.

30 Habitaculi electio facta à procuratore, cenſetur facta à principali.

31 Citatio facta ad locum electi habitaculi, vbi non afficiat procuratorem tanquam mortuum afficit ſaltem principales, qui viuunt, & qui fuerunt ſimul citati.

32 Procurator vbi reuocetur requiritur notificatio, & denuntiatio, & in iudicialibus debet fieri parti, & iudici, & quomodo debeat fieri, ex ſtatutis Mediolani.

33 Statutum remouens vnum impedimentum, non cẽſetur aliud remouere.

34 Reſcriptum non extenditur, vltra perſonas in eo deſcriptas.

35 Reſcriptum vitiatur ſi aliqua omittantur pro ignorantiam, vel per ſimplicitatem.

36 Reſcriptum contra mortuum datur.

37 In reſcripto expreſſum dicitur id de quo princeps, ſi interrogatus fuiſſet vtiq; idem reſpondiſſet.

38 In reſcriptis habet locum regula, gl. in l. tale pactũ, ff. de pact. vt ſcilicet, expreſſum intelligatur, id quod princeps vtiq; reſcripſiſſet ſi de eo ſpeciatim quæſitum foret.

39 In reſcriptis ſpectari debet, quod veriſimilius eſt, iudicis arbitrio, cui plurimum tribuitur in eis interpretandis.

40 Reſcripta ad lites extendi nequeunt vltra verba.

CONSILIVM CCLXXXIV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

Licet ex notiſſimis iuris regulis
receptum videatur, vt actus iu
1 dicialis cum eo geſtus, qui mor
tuus erat, cũ viuere putaretur
ſit nullus, l. in ſumma, §. ſi. ff. de
re iud. l. de qua re, §. cum abſen
tem, de iudic. ita vt nec contra eum ſnĩa ferri va-
leat, l. pen. ff. quæ ſniæ ſine appellatione reſcindũ
tur, & fuſè proſequitur Boſ. noſter tit. de ſentẽ. à
nu. 103. vſq; ad nu. 108. nam cum iudiciũ conſi-
ſtat ex trib. pſonis, actore, ſ. reo, & iudice, l. in tri-
2 bus, & l. inter litigantes, vbi Bar. de iud. §. retinen
dæ, & §. plura Inſt. de interdictis, vno corruente
iudicium ipſum ruit, & præceptũ iudicis tanquã
impoſſibile, & quod fieri nequeat efficitur ipſo iu
re nullũ, quod procedit ẽt ſi is qui citatur igno-
raretur mortuus, & etiamſi ſnĩa ipſa ad eius fauo
rem ferretur, quæ iuris regula de mortuo agens
porrigitur ad febri grauiori iactatum vbi id Iu-
dex ſciat propter hanc eandem cõparendi diffi-
3 cultatem, & vt ita dicã impoſſibilitatem, vt do-
cent Bar. iam adductis iurib. & l. quæſitũ, ff. de re
iudic. Caſtrenſ. l. ſi deceſſerit, nu. 5. ff. qui ſatiſd. co
gan. Maran. in ſuo ſpec. p. 6. principali, in 3. & vl
tima parte eiuſdẽ ſextę partis iudicij, verſ. expe-
dita, nu. 108. & Vantius trac. nulli. de nullit. ſnĩæ
ex defectu iuriſd. nu. 106. Is. n. qui morbi mole-
ſtia conflictatus languens iacet, tanquã afflictus,
& eneruatus non eſt noua afflictione affligendus,
ne nimiũ afflictus cõticeat, & tandẽ concidat, ſed
potius ſubleuandus eſt, & cæteris poſthabitis ita
recreandus, vt quã primum amiſſam valetudinẽ
recuperare poſſit; Nihil equidẽ in vita hominis
pretioſius vr̃ ſecunda, & integra valetudine, nam
vbi aduerſa, infirma, atq; ægra vtaris, nihil valẽt
cætera omnia. quid poſſunt diuitiæ? quid alta pa
latia? quid honores, dignitates, & cætera oblecta
menta, & ſolatia? deficiente bona valetudine ni-
4 hil prorſus? cũ deſit ratio fruẽdi, in qua voluptas
ineſt; imo ſæpe iſta ægritudinẽ valde augẽt, cum
eius incommodo omnis iucunditatis fructus, cæ-
teraq; humanæ vitæ cõmoda excludantur, & ad
exemplũ Tantali, qui mento ſummã aquã attin-
gẽs ſiti enecatur; copia, atq; affluẽtia oium rerũ
abundantiſſimus fame miſer, atq; infęlix pereas
nec tibi liceat dicere, valeo, ſed tãi vale, & bene
vale, diligenterq; valetudinẽ tuam cura. &; ſi va-
les bene eſt, ego quidẽ nõ valeo, & propterea mi
hi malè eſt dũ ſtomachi, ventris, renum, calculi,
& podagrę dolorib. frequenter angor, & excru-
cior, dũ quotidiè, aut tertio, vel quarto die æſtu
febriq; iactor, deinde multo grauius in dies, ve-
hementiuſq; affligor, cũ vna leuior decedat, & al
tera grauior accedat; dũ æſtate nimio frigore ob
rigeo, & algeo, hyeme vero ferueẽs nimio calore
ardeo, & ſiti confectus declamo, ehem aquã affer
te, quo ſitim explere poſſim, vel ſaltẽ exuſtum pa
latũ refrigerare, dũ integras noctes ægritudo me
ſomno priuat, & in hanc, & in illã lectuli partem
exagitat, & vbi aliquãtiſper ſomnũ capere cœpe
rim, ſtatim obijciũtur quaſi delirantiũ tortuoſa,
& obſcura ſomnia: nã vt ait Ariſtoteles, animus
cũ languore corporis nec mẽbris, nec ſẽſibus vti
poteſt, incidit in varia viſa & incerta, ex reliquijs
inhærentib. earum rerũ, quas vigilãs geſſerit, aut
cogitarit, quarũ perturbatione mirabiles inter-
dum exiſtunt ſpecies ſomniorum, ita vt ſomno
adeo turbulento languida mens non letetur, aut
recreetur, ſed magis perturbetur; quotidie ei ne-
gotium eſt cum medicis, & pharmacopolis, vt di
ligentiſſimè morbi cauſam, & naturam perueſti-
gent, & cognoſcant, eius euentum coniectura pro
ſpiciant, eius ſingulos progreſſus, & motus obſer-
uent in tempore, quoniam occaſio eſt pręceps,
opportuna, & ſalutaria remedia adhibeant, &
dextero oculo vires, ſiniſtro vim morbi intuean-

tur ne in cōmittenda pugna illæ deficiāt, caueāt-
vè ne quid pro quo detur, aut aliud erratū ſit. Si
igitͅ mala valetudo eſt adeo pernicioſa, & īfęlix,
& bona adeo iucunda, vtilis, & fęlix atq; oppor
tuna eſt, vt dolore careas; & vt munerib. funga-
re corporis, equidem non poſſum ſatis admirari
cur poſſeſſa ita paruipendatur, & contemnatur,
vt pro leui voluptate aut paruo lucro amittatur,
amiſſa autem in maximo pretio, & honore, om-
nibus poſthabitis ita habeatur, vt ea vna exce-
pta, & expetita cætera tanquam viliſſima nihili
ſtant, & grauia, & odioſa ſint. Sed hoc eſt cōmu-
ne erratum, vt bonum, quod manibus tenemus
paruifaciamus, vbi exciderit ſtatim magno æſti-
memus, & pedibus, & manibus remis atq; velis
illud recuperare contendamus; ecce belliſſima, &
iucundiſſima pax, nec agnoſcitur nec magni fit,
niſi poſt illatum, & ſuſceptum teterrimum, crude
le, & exitioſum bellū. Vitæ bona duo ſanitas, &
prudentia. curemus igitur quantum in nobis eſt
valetudinem, & vbi humana arte vitari nequeat
ęquo animo feramus, qđ fata tulerint, cū Deus
Optimus ex eo, quod nos malum interpretamur,
bonum, & noſtram ſalutem expiſcetur, & ægra
mens ſit Deo coniuncta, ſicque malam valetu-
dinem inter bona vitæ noſtræ computemus, cum
ea duce, & comite patientia ad cæleſtis regni
gaudia perducamur, vbi cū ingenti lucro æternæ
gloriæ hæc parua iactura cumulatè cōpēſabitur.

Attamen in præſenti ſpecie, ſecundum ea quę
proponuntur facilè meo iudicio hæc ſuperatur
difficultas, maximè ad effugiendum obiectum de
ſertionis cauſæ vitium.

5 Primo, quia cum mors ſit quid facti, debet ab
aduerſarijs, qui in ea ſuæ intentionis fundamen-
tum iaciunt probari, & legitimè quidem, & eo tē
pore quo proponitur, ad Maſcardū, trac. probat.
in verbo, mors, & ad ius noſtrum municipale,
cap. 54. & cap. 97. volu. primo.

Secundo vbi ea probetur dicitur optimè hoc
ipſum iudicium defendi poſſe, cum ex reſcripto
principis fuerint citati principales aduerſantes
ſeruata ipſius reſcripti forma; & quamuis lite cō
teſtata cum procuratore, vt hoc caſu non ſit citā
dus dominus etiamſi deceſſiſſet, ſed procurator tā
quā dominus effectus litis, l. procuratorib. C. de
procurat. qui principali defuncto cōdemnabitur
6 vti procurator illius defuncti, procuratorio tamē
nomine hæredum, vel eorum ad quos res perti-
net, nam ſi in perſona mortui ſententiæ verba cō
ciperentur ſententia eſſet nulla, l. 1. & ibi Bar. &
alij, C. de ſent. & interlocu. omn. iudi. l. nulla. vbi
dicit com. & Iaſ. C. de procur. imo ſi lite cum pro
curatore conteſtata citaretur dominus ad viden
dum ferri ſententiam, & is eſſet cōtumax, ſenten-
tia eſſet nulla, quia debuit citari procurator per
7 quem litigare iam dominus elegit; & in quo ius
inſtantiæ directum viget, l. furioſo vbi per egre-
giè Bart. diſtinguit, nu. 4. & infra, ff. de re iud.

Attamen vbicunq; procurator moriatur ſu-
perſtite principali, vt in caſu noſtro euenit, rectè
iudicium procedet citato principali domino, &
ei data iudicij notitia, nam ſi quando procurator
non reperitur, quia ſit exilio mulctatus poteſt iu-
dicium transferri in dominum, ergo multo ma-
8 gis eſt id concedendum ſi mortuus ſit, quia cum
eius morte ſit extinctum mādatum, ius omne re
ſidet in perſona domini, & ad eum redit, vt peri-
te declarat Bartolus in l. poſt litem, num. 4. ff. de
procurat. & facit lex mortuo, ff. de iudicijs, & quā
uis mandatum ad negotia morte mandatarij re
non integra non extinguatur quo ad cępta, tamē
9 mandatum ad iudicia extinguitur re etiam non
integra, vt rectè diſtinguit Bal. in l. mandatum, in
fine, C. mandati, & traditur, in l. mandatum, ff. eo
dem, Angel. in §. rectè, Inſt. mandati.

Tertio quamuis ambigant ſcribentes, an lite
cum procuratore conteſtata, in dominum poſſit
iudicium transferri. Attamen inter cæteros ca-
ſus in quibus hæc conceditur mutatio, hi afferū
tur ſcilicet, quando Dominus volens compareret,
10 & aſſiſtit liti, & iudicium ſuſcipit, l. prima, C. de
ſentent. & interlocut. l. mutari, & l. poſt litem, &
vbique videatur Barto. ff. de procurat. nam licet
procuratori quæratur ius inſtantiæ directum, do
mino quæritur ius vtile, & ideo vigore illius vti-
11 lis iuris rectè inſtātiam proſequitur, vt docet idē
interpretum noſtrorum princeps Bart. ea. l. mu-
tari, num. 5. verſic. quomodo valet actus, & cla-
rius, in l. furioſo, paulo ante num. 9. ff. de re iudi-
cata, & l. ſi acceptum, ſub num. 6. ff. iudicatū ſol-
ui, l. procuratorib. C. de procuratorib. l. ſi defun-
ctus, ff. eo. item quando procurator eſſet præſens,
& non contradiceret, vel ius inſtantię directum
domino cederet, vt vno conſenſu notatur locis
proximè adductis, cum itaque domini cōparue-
rint, & iudicium hoc appellationis ſuſceperint, &
morte Baptiſtæ Cortellæ primi procuratoris, ius
omne in eos translatum ſit, optimè iudicium de-
12 fenditur, cum vterq; citatus fuerit, ſcilicet, & pro
curator, & principalis, quod & conſuetudine ſer-
uari ad tollendas omnes diſputationes atteſtatur
gloſ. in ead. l. prima, C. de ſentent. vbi & Bar. ſub
num. 5. & cum citatio potiſſimum fiat, ad hoc, vt
13 citatus ſit certus, merito per citati comparitionē
& pręſentiam tollitur omnis citationis defectus,
& vitium ſi quod eſt, vt ait. gl. in l. prima, in ver-
bo, ſententia, ff. de ferijs, & latè proſequitur aſſe-
rens communem Tiraquellus de retractu legali,
§. 9. glo. ſecunda, num. 17. & infra Vantius de nul
lit. tit. quibus modis nullitas reparari poſſit, nu.
122. Gabriel. lib. commun. tit. de cit. concluſione
14 tertia. num. 6. & 7. & hoc maximè, quia procura-
tor effectus Dominus litis per litis conteſtationē
in cauſa principali, poteſt reuocari in cauſa ap-
pellat. Rota deciſ. 28. in antiq. & deciſ. 76. in no-
uiſſ. Io. de Prato, in l. ante litem, ff. de procurat.

Quarto licet actus iudicialis cum mortuo ge-
ſtus propter impoſſibilitatem non valeat, etiamſi
ignoretur mors, quia hæc ignorantia non poteſt

facere

facere (vt aiunt) poſſibile id quod eſt impoſſibi-
15 le, fieri enim nequit, vt mortuus citatus ad iudi-
cium veniat, & compareat ac cauſam tueatur, &
defendat, l. ſi deceſſerit, ff. qui ſatiſdare cogantur,
hoc enim diuina prouidentia eueniet cum filius
hominis, id eſt noſter Ieſus Chriſtus venerit in
in maieſtate magna ad faciendum tremendum
vniuerſi orbis iudiciũ, iudicaturus viuos, & mor-
tuos, tunc enim ad eius aduentum terribili tubæ
ſono excitati, omnes homines reſurgent cum cor
poribus ſuis, & reddituri ſunt de factis propriis
rationem. Veruntamen, quoad excuſandum ci-
tantem ne incidat in damnum, aut pœnam, hæc
ignorantia debet eſſe iuſta cauſa, vt ſaltem in in-
tegrum reſtituatur, nam ſicut ſententia lata in ci
16 tatum grauiter febricitãtem, valet, etiam ſi igno
ranter fuerit citatus, ſed tñ auxilio in integrũ re-
ſtitutionis adiuuatur, quod menti tenedũ inquit
Bar. in ea. l. quæſitum, nu. 2. ff. de re iud. ita, & pa-
ri ratione licet qñ quis conteſtatus eſt litẽ cũ ali
quo, quem mortuũ ignorans, denuo citat putans
viuere, citatio citatum nõ obligat, tamen citanti
ſi agit de damno euitãdo, vel vt excuſetur à ſub-
eunda pœna, aut aliquo damno, puta deſertio-
nis cauſæ ſubueniendum eſt benigno reſtitutio-
nis in integrum auxilio ex clauſula generali, ſi
qua mihi iuſta cauſa, cum probabiliter ignorare
potuerit mortem ipſius procuratoris, & iniquũ
ſit, vt ignorans hac damni culpa afficiatur, cum
in culpa is non ſit, ignorantia autem probabilis
ex multis apparet, tum quia procurator dege-
bat in longinquis regionibus, tum etiã quia quis
17 præſumitur viuere vſque ad centum annos. l. fin.
C. de ſacroſanc. eccleſ. fusè Bart. videndus in l. 2.
§. ſi dubitetur, num. 1. ff. quemadmodum teſtam.
aperiantur. tum etiam quia adamuſſim ignoran
18 tia præſumitur, niſi ſciẽtia probetur. l. ſuper ſuis.
vbi Bartol. omnino videatur, C. qui milita. poſſ.
lib. 11. Felyn. in cap. quoſdam, verſicu. ſexageſi-
mo, de præſumpt. fusè Maſcardus tract. proba-
19 tionum, in verbo, ignorantia, & omni caſu igno-
rantia hæc iuramento ipſorum appellantiũ pro-
bari poſſet, vt affirmant Bald. in l. 2. §. penultimo,
ff. ſi quis cautio. Alexand. in l. inter omnes, §. re-
ctè. ff. de furtis. cap. ſi vero aliquis, verſic. propriũ
iuramentum, de electio. in 6. & eiuſdem ignoran
tiæ veriſimilitudo roboratur ex diligentia, qua
vſi ſunt appellantes in recurrendo ad Senatum
pro legitima facienda citatione ratione mortis
ipſius Cauſidici Pauli Marliani, ad cuius domũ
electum fuerat habitaculum, vnde pro comper-
to habendum eſt, ſi ſciuiſſent mortem ipſius pro-
curatoris, vtique opportuna fuiſſent vſi diligen-
tia; nam diligens in vno, præſumitur diligens in
20 alio. Ecce autẽ ſimilia omnia; omnes congruunt,
vnum cognoris, omnes noris. Bartolus in l. finali,
C. de his, qui à non domino manumiſſi ſunt. &
in dubio diligentia præſumitur, & non negligen-
tia. Crauet. conſil. 77. num. 11. & facit quod dici
21 tur mulieri, quæ ſecundo nupſit, credẽs primum
virum eſſe mortuum, ſi poſtea dubitet cum viue
re obeſſe dubitationem ad effectum peccandi,
ſed non reddendi debitum, & ſic mortis igno-
22 rantia varios effectus operatur, vt enarrat com-
munem dicens Nauarrus in ſuo manuali confeſ-
ſorum, cap. 22. num. 53. 54. & 55. ſub titu. de im-
pedimento dirimente ſecundarum nuptiarum.
Qua ſubſiſtente iuſta, & probabili ignorantia nõ
eſt dubium, quod reſtituendi ſunt omnino appel
lantes, ne proinde ſine eorum culpa ſentiant hoc
graue damnum deſertionis ipſius appellationis,
tum quia reſtitutio in integrum ex clauſula ge-
23 nerali datur contra læſionem ex iuſto errore, vt
hoc caſu proficiſcentem, vt poſt gloſ. firmat Bar-
tol. in l. 1. num. 3. ff. de in integrum reſtitutione.
quia etſi malitiæ non ſubuenitur, errori tamen
ſuccurritur. Bartol. in l. qui teſtamenta, in princi-
pio, ff. de excuſatio. tutorum. tum quia ei qui pro
pter mortis alienius ignorantiam aliquid omit-
tit, vel committit, hoc reſtitutionis auxilium da-
24 tur, & ideo ſucceſſor ignorans mortem vaſalli nõ
impeditur poſt tempus inueſtituram petere, vt
in ſimilibus terminis docet Bald. in l. fin. num. 2.
verſic. item nota textum. C. ſi penden. appellat.
25 tum denique, quia ignoranti non currit tempus,
maximè ad ſuum incommodum, aut aliqua ne-
26 gligẽtia aſcribi nequit, Bartol. in l. ſi quis, C. qui
militare poſſunt. libro 11: vel ſi currat, aut aliter
lędatur, reſtituitur ex clauſula generali, ſi qua mi
hi iuſta cauſa, quoties ignorantia ſit probabilis,
vt eſt hæc, ita ſcitè Caſtrenſis docet in l. ſi ſic. ff.
quemadmodum ſeruitus amittatur. & abundè
proſequitur multa, & complura in idem afferens
Tiraquel. de retrac. legali. §. 35. Gloſ. 4. num. 36.
& hoc præſertim eſt hic concedendum, cum aga-
tur de deſertione appellationis, quæ eſt admodũ
odio imbuta, cum inflictum à primo iudice vul-
nus, acceptamvè plagam, inſanabilem, & morti-
feram efficiat, & quæ ob iuſtum impedimentum
nunquam incurritur, & quam non ſubeſſe ſem-
27 per in dubio eſt pronunciandum, cũ id benignius
ſit, & minus præiudicet, vt tradit Maranta in ſuo
Speculo, parte 6. vltima parte iudicij, actu 2. nu-
me. 397. & infra, vſque ad finem, & numer. 402.
vbi ait in perſona, quæ poſſit petere reſtitutionẽ
ob aliquod iuſtum impedimentum non dici de-
ſertam appellationem propter temporis deflu-
28 xum, & confert quod ſcribit Lancellottus tract.
attent. de attent. appellat. penden. in præfatione
nume. 45. & melius nume. 73. 74. 75. & Sfortius
Oddo tract. de reſtitutio. in integrum. parte pri-
ma, quæſt. 8. nume. 50. verſic. circa, dum ait, eum
qui proſequutus eſt litem cum tutore, cum interea
mortuus eſſet pupillus, eſſe reſtituendum, ſi in
aliquod damnum incidiſſet.

Quinto ex iure noſtro municipali, cap. 5. dum
diſponitur, vt peremptoria debeãt mitti ad prin-
cipalem, etiam ſi lis ſit conteſtata cum procurato
re, ſatis conſtat immutatam eſſe iuris communis
diſpoſitionem, & ſic ſufficere ſi principalis cite-

tur,

29 tur, imo ſi is mortuus foret, adhiberi deberet dili
gẽtia in perquirendo eius hærede, & is citari de-
beret, cum ad eum principaliter negotium perti-
neat. Boſſius relato titulo, de ſententiis, nu. 108.
Item ex altero ſtatuto cap. 38. volu. 1. quo caue-
tur, vt habitantes extra corpora ſanctorum te-
neantur in vrbe, vel in loco, in quo iudicium ſit
eligere habitaculum, & electum in cauſa princi-
pali, cenſetur electum etiam in cauſa appellatio-
nis, vt ibidem notat interpres, num. 12. & infra,
30 & cum habitaculi electio facta à procuratore cẽ-
ſeatur facta à principalibus, quia actus tribuitur
mandanti, Crauett. conſil. 122. num. 3. equidem
citatio facta ad locum electi habitaculi, vbi non
afficit procuratorem tanquam mortuum, afficiet
ſaltem principales, qui viuunt, & qui fuerunt ſi-
31 mul citati, vt rectè animaduertunt gloſ. & Bart.
in l. prima, C. de ſentent. & interloc. omnium iu-
dic. item ex ſtatuto, cap. 44. volum. primo, diſpo-
nitur, vt exterus, vel forenſis non admittatur, niſi
præſtita fideiuſſione, quæ omnia ſtatuta cum im
ponant onus forenſi legitimè comparenti, & iu-
dicium exercendi, hinc ſit, vt cum aduerſarij ſint
actores, & ſententiã denuntiauerint ipſis appellã
tibus tenerentur, ſtatim atque nouiſſent mortem
conſtituti procuratoris aliũ ſufficere, nec hoc mo
do eludere ipſum reum cõuentũ, qui fuit in pro
babili ignorantia, vt adhuc is viueret, vt ſuperius
diximus, ſiquidẽ quoties procurator reuocatur,
32 vel domini volũtate, vel diſpoſitione iuris, vt pu-
ta mandantis, vel mandatarij morte, ſemper re-
quiritur notificatio, & denuntiatio, & in iudicia-
libus debet fieri parti, & iudici, c. auditis de pro-
curat. Bartolus, & Baldus in l. prima, C. de ſatiſ-
dat. & in l. mandatum, C. mandati, & confert ſta
tutum noſtrum, cap. 65. volum. primo, quo diſpo
nitur, vt notificatio ſit neceſſaria, adhoc, vt reuo-
catio obſit, & ibidem videatur interpres, nu. 32.
& infra, & ſupra pluribus ſequentibus, & anteceo-
dentibus numeris.

Quæ cum ita ſe habeant facilè concidunt, &
ſtrata humi iacent iam per ſe diluta partis ad-
uerſæ argumenta.

Et primo dum dicitur iudicium cũ defuncto
inane eſſe: quia id verum eſt vbi principalis non
viueret, & is monitus foret, vel aliter iudiciũ ſu-
ſcepiſſet, & ad effectum excuſandi litigantem, ne
in læſionis, & damni periculum veniat, in alijs ca
ſibus, vt ſuperius ſatis abundè docuimus.

Secundo non aduerſatur dum dicitur reſcri-
ptum Senatus diſponere, niſi reſpectu loci, ſed nõ
33 reſpectu perſonæ, & addi poſſet, quod ſtatutum
remouens impedimentum ſeu vnum obſtaculũ
non cenſetur aliud remouere, vt notat Decius cõ
ſil. 602. nu. 19. & quod non extenditur vltra per-
34 ſonas in eo deſcriptas, Bartolus in l. 1. §. ſi. 1. quæ
ſtione, ff. à quibus appella. non licet. imo etiam ſi
aliqua per ignorantiam, aut ſimplicitatem omit-
terentur, adhuc vitiatur reſcriptum, vt notat Fel.
in cap. ſuper literis, nu. 12. de reſcriptis, & reſcri-
ptum contra mortuum datum eſt vtique nullũ.
l. 2. ff. quæ ſentent. ſine apellat. reſcind. Abbas in
cap. ſine cauſa in penult. colum. in verſ. ſed con-
cludo breuiter, de reſcriptis.

Quia reſpõdetur reſcriptũ ſatis p[illegible]idiſſet, &
operari, etiam reſpectu perſonæ, quatenus nedũ
voluit, vt ſecundum ſupplicata citaretur Cumus
olim cauſæ ſollicitator, ſed etiam iuſſit, vt ſtatue-
retur terminus octo dierum ad principales cer-
35 tiores faciendos, & qui moniti cenſentur cum po
ſtea comparuerint, & hoc eſt maximè ab integer
rimo, & doctiſſimo D. Iudice ſpectandum, cum
tollat omnem dubitationem, & ideo negari non
poſſit quin etiam ratione perſonarum citanda-
36 rum non ſit à reſcripto diſpoſitum, & eius ſerua-
ta diſpoſitio.

Tertio dicitur non propterea adhuc reſcriptũ
dici poſſe ſurreptitiũ, cũ etſi id pars aduerſa ſci-
uiſſet, & expreſſiſſet adhuc princeps idem reſcri-
pſiſſet, cum voluerit omnino aduerſantes princi-
pales certiores fieri, & ea prouiſione ſatis eſſet eo
rũ indemnitati cõſultum ſiue procurator adhuc
viueret, vel vita functus foret, vnde ſatis expreſ-
37 ſum dicitur id, de quo ſi princeps interrogatus
fuiſſet vtiq; idem reſpondiſſet, vt ſcribũt Abbas,
& Felyn. in cap. ſuper literis, & cap. poſtulaſti, de
reſcriptis, Campeſius omnino videndus inter cõ-
ſilia Bruni, conſi. 2. num. 50. & Tiraquellus de le-
gibus connubialibus, in verbo, exprez. glo. ſepti-
38 ma, num. 182. nam in reſcriptis habet etiam locũ
regula, gloſ. in verbo, per exceptionem circa finẽ,
l. tale pactũ, ff. de pactis, vt ſcilicet, expreſſum in-
telligatur id, quod princeps vtique reſcripſiſſet, ſi
de eo ſpeciatim quæſitum foret, vt commun. di-
cit Curtius iunior conſil. 19. num. 15. ir. hocque
maximè verſari debet religio iudicis, qui iudica-
re debet, & à quo ſpectari debet, quod veriſimi-
39 lius eſt, vt affirmat Menoch. de arbitrar. iud. caſu
201. num. 28. & ſupra, & infra, qui maximè attẽ
det id non fuiſſe omiſſum per dolum aut mali-
tiam, ſed propter iuſtam facti ignorantiam, quæ
facit, vt ſurreptitium non poſſit dici reſcriptum
quoad impetrantem intuebiturque ſenatus con-
ſuetudinem ſimilibus prouidendi, quod ex eo co
gnoſcitur, quia ſic prouidit reſpectu mortis Cau
ſidici Marliani, vnde ita etiam prouidiſſet reſpe-
ctu mortis ipſius Cortellæ ſi interrogatus fuiſſet,
& cum actum ſit de certioribus faciendis ipſis ad
uerſantibus, & ipſi adhuc viuãt, dici non poteſt
reſcriptum ideo inane eſſe, quia ſit contra mor-
tuum datum.

Non reſiſtit demum, vt reſcripta, ad lites ex-
40 tendi nequeant vltra eorum verba, Felyn. in cap.
examinata, num. ſecundo, de iud. nec vltra peti-
tionem, & ſupplicata, l. prima, C. de diuerſis re-
ſcriptis, & cum ſint ſtricti iuris non tollant exce-
ptiones non expreſſas, Felyn. in cap. primo, de re
ſcriptis, Vantius trac. nullit. tit. ſin. nu. 64. Alex.
conſil. 136. num. 3 lib. 2.

Quia nõ propterea, vt iam ſuperius deductũ
eſt

Digitized by Google

eſt, tollitur interpretatio, & comprehenſio, quæ manat à veriſimili concedentis mente, & licet ex eo reſcripto dici poſſet non affici procuratorem, tanquam mortuum, attamen minimè negari poteſt, quin inde affecti cenſeantur ipſi principales, quod vnum ſufficit ad victoriam, & quos merito certiores fieri cenſuit Senatus, tanquam illos, ad quos negotij ſumma redibat, etſi expreſſum fuiſſet procuratorem mortuum fuiſſe, vtiq; idem facilius Princeps conceſſiſſet, cum eius morte extinctum cenſeretur mandatũ, & omne ius inſtantiæ reſideret in ipſis mãdantibus, & ad eos redijſſet, qui cum cõparuerint, & in Iudicẽ appellationis cõſenſerint, tollitur equidem adiũctis alijs ſuperius deductis, omnis hæc aduerſa exceptio ad deſertionẽ appellationis ſuſtinendam, cõtra quã cum ſit in dubio pronuntiandũ, & ſemper fauendum ſit appellationi, tanquam fauorabili oppreſſorum præſidio, & quæ habet minus præiudicij Integerrimus Iudex hac mani reiecta exceptione de ipſis meritis iudicium faciat, atque cætera ſuo acri iudicio ſuppleat.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO CAMILLO, & Ambroſio Mirabilijs.

ARGVMENTVM.

Subſtitutione facta de pauperiore an eo ſemel admiſſo eius filij alium excludant pauperiorem, præſertim qui ſua culpa in paupertatem inciderit.

SVMMAE RERVM.

1 *Tempus euenientis conditionis ſpectari debet, & ſufficit ſi eo tempore inſit qualitas à teſtatore deſiderata.*

2 *Conditionis ea eſt natura, vt non requirat veritatem actus permanentis, ſed ſufficiat veritas actus tranſeuntis.*

3 *Conditionem ſufficit ſemel fuiſſe impletam licet implementum non duret.*

4 *Conditionis euenientis tempus maximè ſpectatur ſi teſtator ad illud ſe retulerit.*

5 *Conditio adiecta inſtitutioni, an intelligatur repetita in ſubſtitutione.*

6 *Cõditio à lege ſubintellecta ſi ſine liberis deceſſerit intelligi debet in deſcendente teſtatoris, & non in tranſuerſali.*

7 *Repetitio præcedentium inducitur ex clauſula illa modo, & forma ſupraſcriptis.*

8 *Dictio, ſupraſcriptis, facit, vt omnia, quæ dicuntur in diſpoſitione ad quam ſit relatio intelligantur repetita in diſpoſitione, ſe referente.*

9 *Conditio illa, ſi ſine liberis deceſſerit, ſubintelligitur etiam in tranſuerſalibus.*

10 *Pauperiorem qui vocauit, omnes ſucceſſiuo ordine vocati intelliguntur prout qualitas in eis reperitur.*

11 *Antiquiore domus vocato ſit tranſitus de vno in alium.*

12 *Inſtitutio ſicut ſe habet ad inſtitutum, ita ſe habere debet ſubſtitutio ad ſubſtitutum.*

13 *Clauſula illa, & ſic deſcendendo, &c. importare videtur modum, & formam, & idem, quod hoc pacto ſuccedatur.*

14 *Verbum illud, deſcendendo, potius referri debet ad deſcendentes quam ad coniunctos ex tranſuerſo.*

15 *Pauper qui factus ſit ſuo vitio, & non aduerſo caſu an gaudere debeat legato facto pauperi.*

16 *Paupertatis verberibus caſtigatur ſæpè vir improbus.*

CONSILIVM CCLXXXV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

NVnc q. Andreas Mirabilia anno 1487. ſibi inſtituit hæredẽ vniuerſalem Petrum eius nepotem ex q. Antonio fratre ſuo, & ei decedenti ſubſtituit eius filios maſculos, & naturales, tam natos, quam naſcituros, & vltimo maſculo legitimo, & Naturali deſcendenti à dicto petro ſubſtituit illum maſculum legitimum, & naturalem naſciturum, qui eo tempore reperietur eſſe pauperior, ſiue ſit ex deſcendentibus Simonis, ſiue Antonij, ſiue Nicolai olim fratrum ſuorum q. D. Zauini primi ſtipitis, & ſic ſingulariter deſcendendo vſque in infinitum, quam inſtitutionem, & ſubſtitutionem fecit, & facit modo, & forma ſupraſcriptis.

Extincta linea Petri vltimo loco ea bona peruenerunt in Petrum Frãciſcum Mirabiliam, vti pauperiorem ex deſcendentibus Nicolai, & qui deceſſit relictis filijs legitimè natis Camillo, & Ambroſio aduerſus quos iudicium mouit Ferdinandus Mirabilia contendens vti prætẽſus pauperior ex deſcendentibus Simonis ea bona ad ſe ſpectare, ex vi memoratæ ſubſtitutionis excluſis ipſis filijs P. Franciſci. Breuiter ſecundum ea quę proponuntur arbitror, & iure quidem inanem eſſe propoſitã actionem, eſto etiam quod ipſi Camillus, & Ambroſius non poſſent dici pauperiores.

Nam in ijs fideicommiſſarijs ſubſtitutionibus ex communi omnium ſententia ſpectari debet
1 tempus euenientis conditionis, vt ſcilicet eo tempore inſit qualitas à teſtatore deſiderata, nec curatur quid antea, vel poſt euenerit, & an ea defecerit,

Digitized by Google

fecerit vel perdurauerit. Bart. in l. ex facto, ff. de
vulg. & pupil. Socin. ſenior in l. ſi cognatis, num.
30. ff. de rebus dubijs. Iaſ. in l. ſi quis hæredem,
num. 2. C. de inſtitut. & ſubſtit. Ruin. conſil. 160.
nu. 10. lib. 2. & dixi ego conſi. 1. num. 3. & conſi.
88. nu. 4. vol. 1. natura enim conditionum ea eſt,
2 vt non requirat veritatem actus permanẽtis, ſed
ſufficiat veritas actus tranſeuntis, vt ait Bald. in
auth. ſed, & ſi quis, nu. 2. C. de ſecundis nuptijs,
& in conditionibus attenditur principium primę
exiſtentiæ, & nõ curamus poſtea ſucceſſum eius,
& ſufficit, quod ſemel ſit impleta, licet implemen
3 tum ad breue, exiguumque tempus durauerit, vt
inquit Iaſ. ea. l. ſi quis hæredem, nu. 14. C. de in-
ſtit. & ſubſtitut. & Simon à Prętis tract. de inter-
preta. vltim. volunt. lib. 1. fol. 9. fol. 44. num. 6. &
7. & lib. 4. dub. 9. num. 44. fol. 404. & dub. 12. nu.
66. fol. 441. & id ſine dubitatione procedit cum
teſtator expreſsè ſe retulerit ad tempus euenien-
4 tis conditionis per illa verba, ſcilicet, qui eo tem-
pore reperietur eſſe pauperior, vt eſt textus opti-
mus in l. in ſubſtitutione, & ibi notãt omnes, ff. de
vulg. & pupil. Bald. conſ. 57. num. 2. vol. 2. Cra.
conſ. 11. num. 9. facit Mantica de coniecturis vl-
tim. volunt. lib. 3. tit. 11. num. 23. Alba conſ. 51.
num. 19. cum igitur tempore euenientis conditio
nis, ſcilicet, quando vltimus maſculus filius legi-
mus ex deſcendentibus Petri primi hæredis inſti
tuti, deceſſit, P. Franciſcus eſſet pauperior rectè
fuit admiſſus; & quemadmodum Petro, qui for-
tè tempore, quo & ipſe fuit inſtitutus, erat pau-
perior, fuerint ſubſtituti eius filij, & deſcendentes
vſque in infinitum, ita etiam ipſi per nomen col-
lectiuum pauperioris, ſubſtituto debent intelligi
ſubſtituti eius filij deſcendentes vſque in infini-
tum, & vltimo decedenti ſubſtitutus intelligetur,
qui tunc reperietur pauperior, eo modo, & forma
prout dictum fuit de Petro hærede inſtituto, nã
5 licet ambigant Doctores, an conditio adiecta in-
ſtitutioni intelligatur repetita in ſubſtitutione. l.
ſi ſub conditione, ff. de hæred. inſtitu. Mantica de
coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 6. num. 2. Peregri-
nus de fideicommiſſis, art. 16. num. 6. & an con-
ditio à lege ſubintellecta ſi deceſſerit ſine liberis
6 intelligi tantum debeat in deſcendẽte teſtatoris,
& non in tranſuerſalibus, l. cum actus, ff. de cond.
& demonſtr. l. cum acut. C. de fideicommiſſ. Gã-
briel lib. comm. tit. de fideicommiſ. concluſ. 2. Me
noc. præſumpt. 89. lib. 4.

Attamen id non procedit, quando aliter cõ-
ſtat de mente teſtatoris etiam coniecturis elicita,
quia tunc illa dominatur, & non modo auctori-
tatem, ſed etiam imperium tenet, & propterea
cũ in caſu noſtro teſtator apertè dixerit per mo-
dum vniuerſalis declarationis, quod inſtitutio-
nem, & ſubſtitutiones fecit, & facit modo, & for-
ma ſupraſcriptis clarè, & apertè. Hinc colligitur,
7 quod voluerit præcedentium, repetitionem indu
cere, tum quia illa verba, modo & forma, eam in-
ducunt, & præcedentia referunt, vt in terminis
ſcribit Alba videndus conſ. 599. num. 12. tum ex
adiecta dictione illa, ſupraſcriptis, quæ facit vt
8 omnia, quæ dicuntur in diſpoſitione, ad quam fit
relatio intelligantur repetita in diſpoſitione ſe
referente, l. pluribus, in principio, & ibi videatur
Ang. ff. de verbor. obligat. Ruin. conſ. 55. num. 4.
lib. 3. & in terminis tradit Crau. conſ. 739. nu. 4.
Peregrinus de fideicommiſſis, artic. 16. num. 15.
Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 10. tit. 6.
num. 15.

Et conditio illa ſi ſine filijs deceſſerit ſubintel-
9 ligitur etiam in tranſuerſalibus, quando aliqua
adeſt coniectura, vt firmat idem Gabriel relata
concluſione 2. de fideicommiſſis, num. 56. in ca-
ſu noſtro ãdeſt nedum coniectura, ſed etiam per-
ſpicua teſtatoris voluntas, quatenus voluit, vt
ſubſtitutio facta intelligeretur eo modo, & for-
ma, quibus erat facta inſtitutio: item agatur de
nepotibus, in quibus pietatis ratio ineſſe videtur,
& propenſior benignitas eſſe debet: Item quia te
ſtator videtur voluiſſe proſpicere, cuique lineæ
pauperi, vt beneficio huius hæreditatis ſubleua-
retur, & non modo à calamitate, ſed etiam à me-
tu calamitatis defenderetur; quod non ſequere-
tur, ſi in vno tantum admitteretur excluſis eius
filijs, & deſcendentibus, imo bona ab eo ſemel
vti pauperiore admiſſo eripi poſſent ab alio po-
ſtea pauperiore, quod minimè eſt dicẽdum cum
natura cõditionum ea ſit, vt iam dixi, vt ſufficiat
ſi qualitas paupertatis adfuerit tpe euenietis con
ditionis, licet illa poſtea non perdurauerit, & in
eodẽ ſtatu perſeuerauerit: vbi vero vltimus ma-
ſculus lineę illius, qui vti pauperior fuit admiſſus
ſine liberis decederet, tunc locus iterũ fieret pau-
periori, & ſic deinceps in infinitum, quoties is ca
ſus euenerit cum ex vniuerſo teſtamenti contex-
tu conſtet teſtatoris mentem eo conuerſam fuiſ-
ſe, vt proſpiceret lineæ, cuiuſque pauperioris, &
ſic ne dum ipſi, ſed eius deſcendentibus, ne tanta
fieret variatio, & crebra in dando, & accipien-
do mutatio, quod nõ deſeruiuiſſet eius intentio-
ni, & fini (quem vnum ante oculos habuit) locu-
pletandi pauperiorem, & quæ pietas fuit erga pa-
trem, eadem cenſetur erga cuiuſque deſcendẽtes
quaſi pro vno haberentur corpore, cui ſuæ bene-
uolentiæ pietatem præſtari voluit.

Quo germano, & veriſſimo, quantum ipſe iu-
dicare poſſum extante, & eminente ſenſu tot ra-
tionibus confirmato, quaſi benè iacto firmiſſimo
fundamento facilè refelluntur, & confutantur,
quæ ex contrario doctè, & acutè admodum mo-
ta fuerunt.

Nam reſpondetur, quatenus teſtator paupe-
10 riorem vocauit, in infinitum intelligi omnes eo
collectiuo nomine ſucceſſiuo ordine vocatos, pro
ut qualitas reperiretur in eis, Baldus in l. fi. C. de
falſa cauſa, quod meo iudicio poteſt etiam con-
11 firmari ex ea ſubſtitutione, quæ fit de antiquio-
re domus, quia fit tranſitus de vno in alium ex
vulgato, & famigerato illo conſi. Ancharani 27.
incip.

incip. non ſeruato ordine; Peregrinus iam ſupe-
rius excitatus, art. 19. num. 16.

Quia illud concedimus, ſed finita linea pau-
perioris ſine liberis, ita quod vltimo deſcendenti
ſine liberis decedenti pauperior admittatur vſq;
in infinitum, prout obſeruari voluit teſtator in
prima inſtitutione Petri, à qua ſubſtitutio decla-
ratur, maximè cum teſtator ad eam ſe retulerit,
12 & ſicut ſe habet inſtitutio ad inſtitutum, ita ſe ha
bere debet ſubſtitutio ad ſubſtitutum, l. qui libe-
ris, ff. de vulgari, & pupil. Decius conſi. 499. nu-
me. 1. & conſ. 480. num. 12. Idem Peregrinus ar-
ti. 5. num. 35. Simon à Prę. vbi ſupra lib. 2. ſol. 3.
fol. 146. nu. 39. & ſupra, & infra pluribus ſequé.
& dixi ego conſ. 1. num. 97. lib. 1.

Nec huic ſenſui repugnãt illa verba, & ſic de-
13 ſcendendo, quæ videntur importare modum, &
formam, & idem quod hoc pacto ſuccedat, l. 2.
ff. de condic. indeb. Peregrinus conſ. 47. num. 17.
lib. 1. Rui. conſ. 102. num. 12. & conſ. 181. nu. 6.
lib. 2. Menoc. conſ. 338. num. 30.

Quia argumentatio retorquetur, nam dum te
ſtator voluit, quod ſic deſcenderetur, apparet,
quod deſcendentes pauperioris eo admiſſo debe-
rent ad hæreditatem venire, prout ſuperius dixe
rat de hærede inſtituto, vt ſatis probat verbum
illud deſcẽdendo, qđ ad deſcẽdentes debet refer-
ri, & non ad coniunctos ex tranſuerſo, quia vſus
14 fuiſſet verbo magis apto, & ad id accommodato,
ſcilicet, trãſeundo de vno, in alium pauperiorem
filijs pauperioris iam admiſſi excluſis, l. fin. C. de
ſuis, & legitimis, Card. Mantica, vbi ſupra lib. 8.
tit. 18. num. 13. qui ſenſus ſit certiſſimus, & ſine
vlla dubitatione ex ea clauſula ſtatim addita,
ſcilicet modo, & forma ſupraſcriptis, non nega-
mus enim quin pauperior debeat ſemper, & in
infinitum admitti, ſed ita demum, ſi ille ſine libe-
ris, vel vltimus eius liberorum, ſine liberis deceſ-
ſerit, vt ſupra clare ſtatuit teſtator in hærede in-
ſtituto; quod & veriſimilius videtur, & rectius
propter multa abſurda, quæ facilè conſequeren-
tur, ſi contrarius daretur ſenſus.

Et eo in tutiori loco cauſa reorum conuento-
rum locatur, ſi is Ferdinandus ſua culpa, & vitio,
non autem aduerſo caſu in paupertatis miſeram
calamitatem, & in egeſtatis foueã, quaſi ſua ſpõ-
te improuidus, & libidinoſus inciderit, dum ſug-
gerebantur etiam ſæpè damna aleatoria, & im-
menſæ gulæ detrimenta, vnde ne ex ſuo malefi-
cio beneficium, & ex delicto præmium conſequa
tur, non debet in ea diſpoſitione contineri, cum
certo credendum ſit prudentem teſtatorem ſen-
15 ſiſſe de ijs pauperibus, vt ius diſponit, & nõ ſubij-
cit, qui cæco caſu, & volubilitate (vt aiunt) for-
tunæ, & non ſuo vitio pauperiores facti fuiſſent,
quia hæc paupertas malis artibus, quęſita, & ca-
ptata velut ſibi mẽdicatum malum ad alium cir-
cumueniendum, & tanquam captioſum, & dolo-
ſum conſilium non debet ſuffragari, l. 1. §. dolum,
ff. de dolo, l. pen. ff. de iure dotium. Bal. in l. ſi pro
ea, C. mandati. Felyn. in cap. quæ in eccleſiarum,
nume. 43. de conſtitutionib. Stracca videndus de
decoctoribus, quarta parte, num. 2. & 3. Menoc.
de arbitrar. Iud. caſu 96. num. 10. & optimè con-
fert Simon à Prætis relato tract. lib. 4. dub. 12. nu
me. 23. fol. 44. ſæpè enim vir improbus pauper-
taris verberibus caſtigatur, & interdũ ad bonam
frugem, & ad rectam, à qua deflexerat hac du-
ce, & comite perducitur: quemadmodũ cui ſan-
guis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis
in corpore, morbi, ægrotationeſque naſcuntur,
16 quæ primum curantur inedia; nam natura ipſa
ſagax nimis acres, aut nimis concretos humores,
quos lãguidus ęger collegit nimio cibo ſumpto,
aut potu repletus Bacchove, ac Veneri nimium
indulgẽs interdum ſubtractis dieta nouis epulis,
& ferculis tandem concoquit, & agit, vt ſtoma-
chus concaleſcat, & digerat multa cruda facilius,
atque etiam in bonum ſanguinem, ſæpè illa ca-
dem, quæ praua erant conuertat, tota huic nego-
tio debellãdi morbi, cum quo acriter pugnat, in-
tenta prouida natura minimè onuſta recenti po
tu, atque paſtu, nec eius pondere cibo, aut vino
perturbata, & confuſa, aut diſtracta ad nouum
concoquendum cibum, ſicque ſit, vt cõtraria con
trarijs curentur, & affluens redundantia attenue
tur rerum carentia, quaſi optima dieta: ita etiam
ſæpe videmus ægram vitioſi hominis mentem
malis humoribus deprauatam, & ad ſalutem eri
gi diuitiarum inopia, quaſi inedia, & improbum
ac ſceleſtum hominem paupertatis verberibus
puniri, & caſtigari, imò in viam virtutis perduci,
duce hac ipſa egeſtate, & deficiente affluentia vi-
tiorum miniſtra. Quot homines reperiuntur, qui
nati conſumere fruges, patrimonia profunderẽt,
fortunaſque obligurirent, ſed id nequeunt impe-
diti inopia; quoties quis ius, & ſanctum amicitiæ
officium violaret, & imminueret? Quoties ſtu-
pra, adulteria, & quæuis nefanda flagitia volu-
ptatis illecebris excitata, dedecorisve plena com-
mitteret? Quoties contumeliam defenderet,
aut vlciſceretur cædemve quæreret, & turpia lu-
cra faceret mala inclinata voluntas, & vir male-
ficus natura, & iniuſtus, ſi facultates ſuppete-
rent, ſed illius furentis hominis naturales impe-
tus, voluptarioſque, & crudeliſſimos conatus co-
hibet; & inſitam temeritatem ab omni lapſu con
tinet inopia, & egeſtas, & ad exemplum freme-
bũndi canis dentibus carentis, quem valdè ira-
tum oſtendunt color, vox, pili erecti, & fulgentes
oculi, & ſpiritus, ac ſpirantes nares, infælix, &
inops latrat, ſed non mordet impotentia impe-
ditus, vnde ſit, vt hæc ei lucrum afferat, & cau-
ſa ſit ſalutis, atque hæc ipſa inopia, quę inter hu-
manæ vitæ grauia incommoda adnumerari ſo-
let, tunc proſit, beneficio afficiat, & iniuria
priuet, & tandem peruerſam voluntatem ad
bonam frugem conuertat, & ex alto in portum
inuchat, & terrenis vitijs, & diuitijs caren-
tem cœleſtibus virtutibus, & donis locupletet:

quod

Digitized by Google

quod eſt longè vtiliùs, & præſtantius, quandoquidem cogitantes ſupera, atque cœleſtia hæc noſtra, vt exigua, & minima contemnamus.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO CAROLO ANTONIO Bimio.

ARGVMENTA.

Legatum factum pro omni, & toto quod quis prętendere poſſet, in & ſuper hæreditate, an & quando animo compenſandi factum cenſeatur, cum fideicommiſſo, quod legatarius prætēdebat.

Prohibitio Trebellianicæ quibus verbis afferatur, & an ſcripta in caſu delicti ad caſum mortis porrigatur.

Mors an probetur teſtibus in alio Iudicio, & in alia ciuitate receptis, & an tranſlatio legati facta in caſu noluntatis trahatur ad caſum impotentiæ.

SVMMAE RERVM.

1 *Compenſandi animo legatum factum cenſetur, vbi adiecta ſit clauſula illa, pro omni, & toto eo quod legatarius prætendere poſſet.*

2 *Hæreditatis appellatione an fideicommiſſum contineatur.*

3 *Fideicommiſſum appellatione hæreditatis continetur, quoties appoſita ſit aliqua dictio vniuerſalis.*

4 *Compenſandi animus eo magis conijcitur ſi agatur de debito neceſſario, & quodnam illud dicatur.*

5 *Vſusfructus bonorum factum legatum, includit bona fideicommiſſo ſubiecta, quoties adſit aliqua vniuerſalis dictio, ſcilicet quorumcumq. vel omnium bonorum.*

6 *Dictio, occaſio, cauſam etiam remotam denotat.*

7 *Verba debent intelligi ſecundum communem vſum loquendi.*

8 *Fideicommiſſo ſubiecta bona, ex communi vſu loquendi dicuntur eſſe in noſtra hæreditate, ſaltem ratione poſſeſſionis.*

9 *Fideicommiſſo ſubiecta bona per aditionem adeò ſunt confuſa, vt largè ſaltem ſumpta vocabulo dicantur hæredis patrimonium.*

10 *Conſtitutio Mediolani, de continuanda poſſeſſione defuncti, habet locum etiam in bonis fideicommiſſarijs, quia dicuntur eſſe in defuncti hæreditate, ſaltem ratione poſſeſſionis.*

11 *Fideicommiſſum debet capi de manu hæredis, hocque iure vtimur.*

12 *Hæreditatis mentio multum intereſt, an fiat adiecto pronomine meo, vel ſimpliciter, aut verbis vniuerſalibus.*

13 *Compenſatio excludi videtur, quotieſcunque plus ſit in debito, quàm in legato.*

14 *Legatarius agnoſcēdo legatum oneroſum ſibi præiudicat, etiamſi minus ſit in legato, quàm in debito.*

15 *Legatum etiamſi factum ſit, pro omni, & toto ea, quod quis petere poſſet, licet cōpenſatio pro quantitate debiti inducta cenſeatur, non tamen prohibetur legatarius petere, quod reliquum eſt, & ſuperſit.*

16 *Legatum non dicitur inutile, ſi pinguius prouidet.*

17 *Statutum idem diſponens, quod ius commune, non dicitur inutile, cum detur actio ex ſtatuto, quæ eſt fauorabilior.*

18 *Superfluitatis argumentum, non procedit contra teſtatoris voluntatem.*

19 *Hæres vt cenſeatur minus oneratus interpretatio eſt capienda.*

20 *In hæredis fauorem interpretatio fit contra legatarium.*

21 *Inæqualitas inter ſorores iniquitatem ſapere videtur.*

22 *Compenſatio admittitur etiam in bonis ex fideicommiſſo debitis, ſi alias clauſula in legata poſita pro omni, & toto eo, &c. inaniter prolata cenſeretur, cum nullum aliud ſubeſſet debitum.*

23 *Generalis ſermo, & clauſula, quæ poſſit comprobari, niſi in vna tantum ſpecie perinde habetur, ac ſi nominatim prolatus fuiſſet.*

24 *Meritorum aſſertioni ſtatur eius, qui abſque meritorum cauſa diſponere poſſit.*

25 *Trebellianica detractio, ex quibus clauſulis prohibita cenſeatur.*

26 *Trebellianica licet ex iure communi prohiberi nequeat filijs primi gradus, tamen ex conſuetudine Mediolanenſi prohiberi poteſt.*

27 *Alienationis prohibitio adiecta ad caſum fiſci, trahitur etiam ad caſum mortis, vbi adſint dictiones id ſuadentes relatiuæ prioris diſpoſitionis.*

28 *Clauſula ad vnum caput adiecta, quando ad aliud referatur.*

29 *Legis in ſceleſtos ſeueritas eſt ſumma pietas.*

30 *Dictio, vt ſupra, vel dictus, aut item, referunt quidem præcedentem diſpoſitionem in eo quod conuenit, ſed ſubſequentem non trahunt ad antecedentia.*

31 *Filius duas quartas deducit, legitimam, ſcilicet & Trebellianicam.*

32 *Extenſio non fit de vno capite ad aliud, vbi ſint diſtincta, & ſeparata.*

33 *Ratio debet ſemper intelligi iuxta limites præcedentis dicti, niſi alia adſit vrgens coniectura.*

34 *Ex legato conditionali agens, debet probare conditionem deſideratam eueniſſe, etiamſi negatiua eſſet.*

35 *Teſtes inter alias perſonas, & ad alium finem, & effectum recepti, non nocēt ei, qui ius connexum non*

non habet, & qui non fuerit citatus, maximè ſi poßint denuo examinari.

36 Sententia inter alios lata, ſicut non praiudicat, ita nec atteſtationes inter alios recepta, cum à pari procedant.

37 Mors, an & quando probari poßit per vocem, & famam, etiam non citata parte.

38 Teſtes ſingulares, & de fama deponentes, an & quando probent.

39 Probatio dubia dicitur, vbi duo ſint eiuſdem nominis, & non appareat, de quo teſtes intelligere voluerint.

40 Deceßiſſe ſine liberis quis praſumitur, cum id ſit factum accidens, quod non praſumitur, niſi legitimè probetur.

41 Praſumitur, qui ſemel fuit perdurare, ſaltem vſq; ad 80 annos.

42 Filios qui habuit, allegans deceßiſſe ſine liberis, debet id probare.

43 Caducum ne fiat legatum, ſubſtituti conditio defendit.

44 Conditio in ea non cadit, qui nunquam natus eſt, cum in eo deficiat poteſtas, & idea conditio, vt quis veniat ad habitandum non procedit in eo, qui non fuit in rerum natura.

45 In ſubſtitutionibus caſus impotentia videtur comprehendere caſum voluntatis.

46 In legatis; & fideicommißis ſingularibus, ſeu particularibus caſus voluntatis non trahitur ad caſum impotentia.

47 In legatis, & fideicommißis, capiendus erit ille ſenſus, per quem hares minus oneretur, quàm fieri poteſt.

48 Conditio voluntaria dēt impleri in forma ſpecifica.

49 Conditio vbi defecerit, euaneſcit ſubſtitutio.

50 Conditio vbi ſit voluntaria, non fit extenſio de caſu ad caſum.

51 Subſtitutio vulgaris tacita non eſt in fideicommiſſaria.

52 Dictum in vno capite, & omiſſum in altero attendit, id ideo factum fuiſſe, quia diſponens noluerit.

53 Caſus voluntatis non trahitur ad caſum impotentia, quando teſtator incipit a diſpoſitione alicuius non facti.

54 Legati tranſlatio ſcripta in caſu mora legatarij in faciendo non habet locum in caſu impotentia.

55 Expreſſum in inſtitutione, & in legato omiſſum, cenſetur ex induſtria factum, quia diſponens ſic ſenſerit.

CONSILIVM CCLXXXVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea, quæ proponuntur arbitror defendi poſſe, vt hoc legatum dotis maternæ factum à Ioſeph. Cribello Lucretiæ ſorori ſuæ, in hæc verba, ſcilicet, & hoc, pro omni, & toto eo quod eadem
Lucretia petere, & prętendere poterat, potuiſſet,
& poſſet, in & ſup hæreditate, & bonis ſuis qualibet de cauſa; & occaſione etiã inexcogitata, &c.
& extendatur, &c. debeat compenſari cum fideicommiſſo, quod eadem Lucretia prætendit ex
teſtamento Ambroſij Cribelli communis genitoris, qui ipſi Ioſeph ſine filijs decedenti ſubſtituit, vna cum alijs filiabus ſuis, ipſam Lucretiã.

Nam recepta, & communis eſt omnium Doctorum ſententia, vt quotieſcunq; adiecta ſit illa
1 clauſula, pro omni, & toto, qđ legatarius prætendere poſſet, cenſeatur legatũ factum animo compenſandi: nam cum hæc tota ſit voluntatis quæſtio, his verbis quaſi certiſſimis animi notis, ſatis illa declarata cenſetur, l. ſi debitor. ff. ad l. Falcidiam. Crauet. conſ. 149. num. 3. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 10. tit. . nu. 17. Simon de Prætis, de intepret. vlt. volunt. lib. 4. dub. 6. num. 38. & 39. fol. 386. præſes Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 110. num. 30. & 31.

Nec aduerſatur, vt ſcilicet hoc procedat in fi-
2 deicommiſſo, quod hæreditatis appellatione contineri non videtur, l. ſi Titius, ff. de leg. 3. & in terminis conſuluit, videndus Decius conſi. 425. nume. 16. quem ſequitur Mantica, excitato loco, num. 24. Mororius conſil. 31. num. 3. Cumanus conſil. 51.

Quia Reſpondetur, hæreditatis appellatione fideicommiſſum contineri, quotieſcunque appoſita ſit, vt hoc caſu, aliqua vniuerſalis dictio; ſiquidem, qui totum dicit, nihil excludit, & pro-
3 pter eius vim, quę eſt maximę efficacię, venit, nedum id, quod proprium eſt, ſed & improprium, l. cum virum. C. de fideicom. & declarat Bart. videndus in ead. l. ſi Titius. ff. de leg. tertio, & fusè proſequitur Peregrinus de fideicom. art. 7. num. 23. & infra.

Reſpondetur ſecundo, dici poſſe hoc caſu neceſſarium debitum, nam licet fideicõmiſſum habeat cauſam, & originem voluntariam, tamen, cum poſtea ſit factũ neceſſitatis reſpectu Ioſeph, qui reſtituere debet, & obtemperare tenetur teſtatoris ſupremis iuſſis, quæ legis vigorem ha-
4 bent, eo magis compenſandi animus conijcitur, vt in terminis reſpondit Caſtrenſis conſil. 35. colum. 2. verſiculo quinto ad idem, parte 2. quem refert, & ſequitur Alba videndus conſ. 17. nu. 7.

Dicitur tertio, quamuis legatum vſusfructus bonorum factum alicui non includat bona ſubiecta fideicommiſſo, id tamen fallit, quoties adſit
5 aliqua vniuerſalis dictio, ſcilicet, quorumcunque vel omnium bonorum, vt declarat Mantica relato tractatu, lib. 9. tit. 6. num. 8. & 9. præſes Menochius de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 142. nu. 12. Borgn. de vſufructu, ante num. 100. verſic. niſi de contraria; & propterea cum adſit in caſu noſtro, clauſula illa adeo vniuerſalis, & pręgnans, ac geminata, ſcilicet, pro oĩ, & toto eo, quod petere poſſet, qualibet de cauſa, & occaſione, etiam inexcogitata, videtur venire ſub nomine bonorum

& hæ-

& hæreditatis ipſa fideicommiſſi petitio, ponde-
rando dictionem illam, occaſione, quæ denotat
6 nedum cauſam immediatam, & proximam; ve-
rum etiam mediatam, & remotiſſimam. Soc. ſen.
conſil. 156. num. 21. volum. 2.

Additur verba intelligi debere ſecundum com
7 munem vſum loquendi, qui ſermonis proprieta-
ti præſtat, & antecellit, l. Labeo, verſi. nec mirum,
ff. de ſuppelle. legata; atqui ex communi vſu lo-
quendi dicimus in noſtra eſſe hæreditate etiam
8 bona fideicommiſſo ſubiecta, & obnoxia ratione
ſaltem poſſeſſionis, vt tradit Marzarius epit. fi-
deicom. parte 2. quæſt. 4. & per aditionem adeo
9 confuſa ſunt omnia, vt dicatur largo ſaltem ſum-
pto vocabulo hæredis patrimonium, ſed cũ qua-
litate reſtitutionis, vt docet Alexan. in l. 1. §. ve-
teres, num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. & l. filiusfami-
lias, num. 5. ff. ad l. Falcidiam, & idcirco conſtitu-
tio noſtra, de continuanda poſſeſſione defuncti,
10 habet locum etiam in bonis fideicommiſſarijs;
quia dicuntur eſſe in defuncti hæreditate, ſaltem
ratione poſſeſſionis. Gabriel lib. com. tit. de acq.
poſſeſſ. concluſ. 9. nu. 10. Plotus in repet. l. ſi quan
do, num. 849. verſic. & item dicta ſtatuta, & ideo
11 receptum videtur, hocq; iure Mediolani vtimur;
vt fideicommiſſum debeat capi de manu hære-
dis, l. non eſt dubium, C. de legatis, l. Paulus re-
ſpondit. ff. ad Trebell. §. reſtitutio, Inſtit. de fidei-
commiſſ. hæred. Alex. conſil. 82. lib. 2. Dec. conſ.
84. & conſi. 424. & 467. Iaſ. conſ. 146. lib. 4. Cra-
uet. videndus conſil. 376. num. 12. & conſ. 802.
num. 24. Alciatus noſter conſ. 27. num. 8. & conſ.
107. num. 4. lib. 9. Cotta noſter in ſuis memoria-
libus, in verbo, decreto Mediolani, cautum eſt,
quod poſſeſſio defuncti continuetur in hęredem,
Simon de Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 5.
interpreta. 2. dub. 1. num. 123. vbi atteſtatur ita
per Senatum noſtrum Mediolani ſeruari, prout
ita ſæpius ego ipſe conſului, & in concertatorio
Iudicio poſtulans obtinui, Pereg. de fideicom-
miſſis, art. 47. num. 14. & 20. & ratio eſt euidens,
& manifeſta, nã cum probãdum ſit caſum fidei-
commiſſi eueniſſe; multæque fieri poſſint dedu-
ctiones, tam ratione legitimæ, vel Trebellianicæ,
quàm ratione meliorationum; & diſputatio etiã
oriri poſſit ſuper identitate bonorum, & ſuper
poſſeſſione, & dominio fideicommittentis, meri-
to continuandus eſt hæres, & ab eius manu illud
capiendum eſt; & conſequenter rectè dicitur in
noſtris bonis, & hæreditate contineri, & compen
ſationi locus eſſe debet, ex illis verbis, pro omni,
& toto eo, quod legatarius petere poſſet ſuper bo
nis, & hæreditate ex quacumque cauſa, & occa-
ſione, etiam incogitata, cum præſertim in inſtitu
tione facta verbis ampliſſimis, & vniuerſalibus,
ſcilicet in omnib. alijs meis bonis, hoc ius fidei-
commiſſi contineri nemo dubitet; quod ſcribit
Decius eo. conſil. 425. num. 16. & alij ſuperius
excitati, procedit, quando facta mentio foret hę-
12 reditatis, adiecto pronomine, meo, ſecus ſi ſimpli
citer, vel verbis vniuerſalibus, vt declarant vno
conſenſu ſuperius relati ſcriptores cum Bart. ea.
l. ſi Titius, ff. de leg. 3.

Non refragatur etiam, vt hoc compenſatio-
nis conceſſo ſenſu legatum, cuius natura eſt affer
re commodum, inutile efficeretur, quãdoquidem
plus ſit in fideicommiſſo, quam in legato; vnde
13 merito compenſatio excludi videtur. Decius eo.
conſil. 425. circa finem, præſes Menoch. ea. præ-
ſump. 110. nu. 12. lib. 4. & conſ. 56. num. 18. Mo-
rotius eo. conſ. 31. num. 11.

Quia reſpondetur hoc non eſſe abſonum, ab
ſurdum, aut inconueniens, nam quoties conſtat
animo compenſandi legatum factum fuiſſe, vt
hic apertè elucet, legatarius legatum agnoſcen-
do, etiam ſi minus ſit in legato, quàm in debito,
ſibi præiudicat, neque ad arbitrium ſuum reuoca
14 re poteſt, vt tradit idem Mantica eo. lib. 10. tit. 2.
num. 17. & Menochius ea. præſumpt. 110. num.
32. nec habet in quo doleat legatarius; nam ſibi
imputet, ſuęque imprudentiæ improuidus aſcri-
bat ſi legatum agnouit, cum poſſet à principio
illud repudiare, vbi ita factum fuiſſet, vt eo ſolo
contentus aliud quicquam petere nõ poſſet pror
ſus; vbi vero factum foret ſimpliciter pro omni,
& toto eo, quod petere poſſet, vtique fruſtra con-
queritur, cum proinde nihil damni ſentiat, cum
fiat tantum compenſatio pro quantitate legati,
15 & reliquum petere ſibi adhuc integrum ſit, vt di-
ſtinguunt ex communi Doctorum ſententia iam
excitati ſcribentes, & Peregrinus de fideicom-
miſſ. art. 33, num. 42. & 43. & infra.

Nec hoc caſu inanitas legati nocet, cum ea nõ
attendatur, quoties de voluntate teſtatoris con-
ſtat: item quia plus conſequi intelligitur ratione
modi, nam facilius, & promptius aſſequitur, &
obtinet legatarius, quod ſibi debetur vigore di-
ſpoſitionis grauati, quæ habet executionem pa-
ratam, quam vi fideicommiſſi, quod interdum
habere ſolet bene longam, & ſatis litigioſam di-
ſputationem ob varias deductiones, quæ fieri de-
bent: vnde inutile non dicitur legatum, vel cum
pinguius, & vberius prouidet dando fauorabilio-
rem, & expeditiorem actionem, vel quando re-
16 mouet dubitationem, & ideo paſſim admittitur
expreſſio, & applicatio eorum, quæ tacitè inſunt;
& ſtatutum, idem quod ius commune diſponens,
17 non dicitur inutile, cum detur actio ex ſtatuto,
quæ eſt fauorabilior; & omni caſu inanitatis, vel
ſuperfluitatis argumentum non procedit contra
18 teſtatoris voluntatem, vt latè declarant Simon à
Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 2. fol. 2. num.
47. vſque ad finem, fol. 141. at ergo. cui adiungo
Crauettam viden. conſ. 808. nu. 14. & infra plu-
ribus ſequent. Mantica de coniectur. vltim. vo-
lunt. lib. 3. tit. 6. num. 3. & pluribus ſequent. & li-
bro 8. tit. 18. num. 24. vbi hanc inanitatis, & ſu-
perfluitatis coniecturam dicit eſſe tenuem, & in-
firmam Peregrinus de fideicommiſſis, art. 14. nu.
me. 21. Alba conſ. 11. num. 29. & conſ. 27. nu. 9.

& con-

Digitized by Google

&conſil.531.num.53. nec ratio coniunctionis
ipſius legatariæ mouere debet ad hæredum ſcri-
ptorum præiudicum,& perniciem,cum ex gene-
rali inſtitutione conſtet eos magis dilectos fuiſſe,
& ſemper ſit capienda coniectura anguſtè,& ſtri
ctè interpretando legatum, vt minus hæres cen-
ſeatur oneratus, vt in terminis ſimilis compen-
ſationis arguit Crauet. videndus conſil.86.nu.7.
Ruinus conſilio 168.num.10.volum.2.& in du-
bio iudicandum eſt,ne hæres intelligatur duplici
onere affectus, & generaliter in teſtamētis fit in-
terpretatio in fauorem hæredis cōtra legatarios
cum ipſa inſtitutio det clarius, & inſignius indi-
cium teſtatoris erga eum beneuolentiæ, & amo-
20 ris: nam illi plus tribuitur, qui magis diligitur.
Decius in l.in teſtamentis, ff.de regul.iuris. Alba
conſ.743.num.12.&13.

Nec demum obeſt, vt ipſa Lucretia vtrinq; co
iuncta, ſi hęc admitteretur compenſatio, eſſet de-
terioris conditionis, quàm aliæ ſorores ex parte
patris tantum coniunctæ: nam ille fideicommiſ-
ſum, quod & longè maius legato conſequeretur;
21 hæc autem ſolum legatum, quod iniquum vide-
tur, Natta conſ.186.num.8.

Quia reſpondetur ſibi licere, in ſuaque pote-
ſtate poſitum eſſe eligere, vtrum malit an lega-
tum, vel fideicommiſſum ſecūdo aſſumptum ne-
gatur: nam cum ex legati agnitione, & conſecu-
tione non prohibeatur petitio fideicommiſſi fa-
cta compenſatione pro rata, & modo legati ſile-
ſcit aduerſa argumentatio, imò cum fideicommiſ
ſum egeat diſcuſſione, & legati titulus ſit facilio-
ris, prōptiorisq; executionis, fit vt inde longè me
lior ſit facta eius conditio; & cum in facto mihi
proponatur ipſam Lucretiam nullam aliam pręten-
ſionem habere in hæreditate ipſius Ioſeph te-
ſtatoris, quam ipſius fideicommiſſi, ne clauſula
illa, pro omni, & toto eo, &c. dicatur inaniter pro
lata ea compenſatio vti iuſtiſſima eo magis con-
22 cedenda erit, vt decidit Afflictus deciſ.44.num.
19. maximè, quia quando generalis ſermo, &
clauſula poteſt comprobari niſi in vna ſpecie:
23 tunc perinde habetur, ac ſi nominatim prolatus
foret, l.nominatim, ff.de liberis, & poſthu.& ibi-
dem videantur Bartolus, Alex. Socinus, & Iaſ.ad
plura inferentes, §.nominatim. Inſtit.de exhære-
dat.liber. Socinus iunior videndus conſ.107.nu-
mero 14.& conſil.116.num.14.vol.primo, ſicut
igitur ſi dixiſſet, pro omni, & toto eo, quod pete-
re poſſet ratione paterni fideicommiſſi, compen-
ſatio induceretur, ita & pari ratione dicendum
eſt explicatione, & vi eius generalis clauſulæ,
quæ niſi in petitione fideicommiſſi poteſt locum
habere, præſertim cum huiuſmodi interpretatio-
ne magis hæredibus conſulatur, quos teſtator nō
ſolū beneficio, ſed amore etiam ſingulari, & per-
petuo quodam iudicio vnicè diligebat, præſer-
tim cum extranei omnino non ſint: nam Carolus Antonius Bimius eſt teſtatoris auunculus; & id poſtulet ratio diuerſorum meritorum in teſtatorem collatorum, & quorum contemplatione
teſtator etiam dixit inſtitutionem feciſſe, & cuius
24 aſſertioni, & teſtimonio ſtandum omnino vide-
tur, cum verſemur in perſona, quæ abſque meri-
torum cauſa diſponere poterat, Clarus §.dona-
tio, quæſt.3. verſ.ſed hic occurrit, & ex his puto
ſatisfactum primo puncto.

Quod ad alterum pertinet punctum dubius
ſanè eſt viſus primo aſpectu, an ſcilicet ipſi Io-
ſeph vetita ſit Trebellianicæ detractio. nam vt
25 ea prohibita ſit, faciunt clauſulæ illæ, & rationes
ſæpius in ipſo teſtamento inculcatæ; quia volo,
quod omnis hæreditas, & bona, & paulo poſt to-
ta hæreditas mea perueniat in deſcendentes mo-
do quo ſupra, & quia vltra tacitam hanc prohi-
bitionē adiecit expreſſam, vt latè probat Gabriel
lib.commun.ad Trebell. concluſ.2. cum alijs ſe-
quent.vſque ad concluſ.decimam.

Et quamuis filijs primi gradus Trebellianica
26 ex iure communi prohiberi nequeat, vt teſtatur
idem Gabriel eod.titulo, conclu.prima; attamen
Mediolani ſeruatur, vt ea prohiberi poſſit, vt af-
firmat Cotta noſter in ſuis memorial. in verbo,
Trebellianica. Alciatus conſilio 85.num.2.lib.5.
Additio ad Albam conſ.200. nume.12. & licet
hæ clauſulæ videantur appoſitæ prohibitioni, ne
bona in fiſcum tranſeant, & ad eum caſum reſtri-
ctæ, tamen cum ſint per modum rationis diſpoſi-
tioni, alias per ſe validæ adiectæ, videntur trahi
poſſe ad præcedentem caſum ſubſtitutionis, cum
27 præſertim adſint verba, quæ referunt anteceden-
tem diſpoſitionem, ſcilicet vt ſupradictas, & di-
ctio, item, quæ repetit, & continuat, vt in termi-
nis ſcripſi ego conſ.127.vol.2.vbi vide.

Ne autem prohibita cenſeatur facit, vt in capite ſubſtitutionis in caſu mortis, de quo nos agimus nulla facta ſit mentio, ſiue tacita, ſiue expreſſa.

Item quia caput delicti diuerſam habet rationem, & ibidem in fine apparet, id ſcriptum fuiſſe ad ſolum fiſcum excludendum, quia omnino nolebat, vt omnis, & tota hæreditas ſua, aut aliqua eius pars poſſet aliquo modo ad fiſcum peruenire. Gabriel titulo de clauſulis, concluſ.9. numero 12. Cum enim tanti fiant diuitiæ ipſæ, vt quodammodo loco primi ſanguinis habeantur, & pluris fiant, quàm corpus ipſum, noſtræ ciuitatis leges, & Cæſareæ conſtitutiones intelligentes, quam dura ſit domina, quā imperioſa, quàm vehemens cupiditas diuitiarum, & honoris, quo magis facinoroſorū hominum peruerſa volūtas magnitudine pęnæ à maleficijs abſterreretur, bonorum publicationem multis delictis indixerunt; & experientia docet, vt is timor amittēdi patrimoniū, plus poſſit ad ſceleſtos in officio continendos, quàm metus pęnæ corporeæ, quod multum conducit reipublicę bono, ſeueritasque hæc legis eſt mirificè laudanda: ſi enim vnuſquiſque vitam cum virtute (vt decet) traduceret, lege opus non eſſet, cum quilibet ſibi ipſi eſſet ſapiens ad iuben-

dum,& ad vitandum idoneus: verùm quia mul-
ti nefarijs vitijs dediti, recti lineas tranſgrediun-
tur, merito lex ipſa à tranſgreſſione, & peccato
oritur,& illud quantum in ſe eſt vehementer ca-
ſtigat;& in peccato puniendo licet ſeueritate vta
tur, attamen valdè piam ſe oſtendit, quia ante
oculos tanquam finem in quem mentem conij-
cit, & actionem dirigit, ſibi non proponit acer-
bam illius ſceleſti viri mortem, ſed ſalutem to-
tius populi, & tranquillitatem totius ciuitatis,
quãdoquidem vt alias dixiſſe meminimus, vnius
pœna, ſit multorum metus; hoc enim ſpectant
leges,hoc volunt, incolumem eſſe ciuium coniun
ctionem, & ideo ita probanda eſt manſuetudo,
atque clementia vt adhibeatur reipublicæ cauſa
ſeueritas tanquam medium quoddam, per quod
facilè peruenimus ad illud pietatis, charitatis, &
bonitatis,quod valdè expetimus,officium;vt ſci-
licet in pace viuatur;ſi enim crudelitatis inimica
eſt pietas, & manſuetudo, ergo in eum ſeuire,
qui quotidie mores feros, immanemque natu-
ram oſtendit, hunc voce vulnerat,illum impiè
necat,hos & illos ferro trucidat crudeliter, hoc il
li eripit,illud iſti furtim,vel dolosè ſubtrahit, eſt
equidem ſummæ pietatis, & charitatis argumen
tum,vt valdè pium ſit eum tueri,atque defende-
re, qui alterius crudelitate opprimitur. Quod
cum lex præſtet,ſeuera eius in ſceleſtos animad-
uerſio, pia erit, & prædicabitur ſubleuandæ of-
fenſionis, & conſeruandæ reipublicæ ratio, & li-
cet dum vltore gladio armata de ſontibus ſuppli
cium ſumit, nimis ſeuera videatur, intus tamen
ſeruat optimi parentis pietatem; qui quos amat
filios,corrigit,& caſtigat. Nec debet Iudex pre-
cibus calamitoſorũ illacrymari;nam ſi nimia ſer-
uatur humilitas,regentis frangitur autoritas.86.
diſtinc.cap.quando. Albericus videndus in l.ob-
ſeruandum, de officio præſidis; teſtator igitur
quãuis prohibuerit ne bona ad fiſcum tranſeant,
tamen vetuit etiam vt illa ſceleſtus ille haberet,
ſed ad alios peruenirent vbi ſanguine iunctos;
qui ex ſacroſanctis legum præceptis vitam cum
virtute traducerent,quod paſſim ſcribunt prudẽ-
tes teſtatores à ſcopulo ad tranquillum rem in-
ferentes, & cupientes, vt eo caſu magis ad ſuos,
quam ad fiſcum bona deferantur, & ſic ratio ad
certum caſum reſtricta ad alium porrigenda nõ
videtur,vt ſatis indicant illa verba,eo in caſu vo
lo,&c.quę reſtringunt diſpoſitionem ad eum tan
tum caſum, & dictiones illæ relatiuæ referunt
quidem præcedentem diſpoſitionem in eo,quod
30 conuenit, ſed ſubſequentem non trahunt ad an-
tecedentia. Crauet.conſilio 98.num.5.Simon de
Prætis tract.de interpret.vltim.volunt. lib.3. in-
terpret.1.dub.5.ſolut.5.num.19. fol.235.& fol.
172.num.229.

Item quia ſi ſua mens hæc fuiſſet, vtique in
priori illo capite hanc prohibitionem poſuiſſet;
quia extra caſum delicti, videtur, eam omittẽ-
31 do ſenſiſſe, vt poſſet filius hæres diſponere de le-
gitima, & Trebellianica, & ſic duas quartas de-
ducere, idem Prætus fol.150. nume.126.& in-
fra plurib. ſequent.

Item,quia capita ſunt prorſus diſtincta, & ſe-
32 parata, vnde tanto minus progreſſio, & tranſitus
de vno ad alium caſum debet admitti, Gabriel,
vbi ſupra.

Nec clauſula illa (quia volo, quod tota hęre-
ditas mea)eſt inutiliter poſita, ſed vt ſciretur or-
do ſucceſſionis, ſcilicet vt primogenitus præfer-
retur,qui alias ſine illa clauſula prelatus non fuiſ
ſet ex ſimplici illa filiorum ſubſtitutione in caſu
delicti;& illa poſtrema ratio, & hæc omnia,quo-
niam intentio mea fuit,quod tota hęreditas mea
fiſco applicari non poſſit,demonſtrat id ſcriptum
ſolum fuiſſe in odium fiſci, & non ad amplian-
dum præcedens fideicommiſſum in caſu mortis,
& ratio debet ſemper intelligi, niſi alia adſit vr-
33 gens coniectura iuxta limites præcedentis dicti.
l.cum pater,§.dulciſſimis,ff.de lega.ſecundo. Pe-
regrinus de fideicommiſſis, artic.14.numero 22.
vbi concludit, licet ratio ampliet dictum, id ta-
men intelligi in terminis, & in materia ipſius di-
cti,nempe ipſius delicti, prout loquitur caſus no-
ſter, vnde cum in vtramque partem pugnent ra-
tiones,meo Iudicio res eſſet amica compoſitione
digna. dixi quod mihi in mentem venit, Iudex
dijudicet.

Quod vero ſpectat ad tertium punctum puto
legatum non deberi;nam ex legato conditionem
habente agens debet probare conditionem deſi-
34 deratam eueniſſe, etiam ſi negatiua eſſet,cum ſit
ſuæ actionis fundamentum, l.cedere diem, ff.de
verbot. ſignif. l.legata ſub conditione, ff.de con-
dit.& demonſtra.vbi eſt tex.ad literam. Crauet.
conſilio 101. num.2. Cardinalis Mantica de con
iect.vltim.volunt.lib.11.tit.16. num.5.

Atqui ex atteſtationibus in ciuitate Neapolis
receptis, non videtur probata mors ipſius Rober
ti Baſalupi ſine filijs, cum illi teſtes recepti ſint
inter alias perſonas,& ad alium finem,& effectũ,
quo caſu tanquam res inter alios acta nocere nõ
35 poteſt ei,qui Ius connexum nõ habet, & qui non
fuerit citatus,l.fin. C.de teſtibus,& docet Baldus
videndus in l.2.numero 17.& 18.& ibidem eius
additio in l.6.concordantes adducit, C.de eden-
do. Ripa com.dicit ibidem,numero 26. Felyn.in
cap.cauſam quæ,numero 19.de teſtibus. Alexan
der conſilio 38. num.3. lib.2. maxime ſi poſſint
denuo examinari, idem Alexand. ad Bart.in l.2.
ff.iudicatum ſolui, ſicut enim ſententia non præ-
36 iudicaret, ita nec atteſtationes debent nocere,
cum à pari procedant, & eodem iure cenſeantur.
Tiraquellus tract. res inter alios acta, numero
1.& 2.

Et quamuis mors probari poſſit per vocem,&
famam ex ſtatuto noſtro, capit.97. in primo, &
37 etiam parte non citata, vt tradit Maſcardus in
verbo,mors,concluſ.1076.num.8. attamen id vi
detur procedere quando Iudex coram quo iudi-
cium

Digitized by Google

cium exercetur;ex officio id ageret, ſecus ſi diuer-
ſus eſſet Iudex, & inter alias perſonas,& ad aliũ
finem, vt ſentire videtur interpres ad illud ſtatu-
tum,cap.97.numero 25.Item cum teſtes ipſi ſint
ſingulares,nec deponant de fama,& modo,& for
ma,vt iure requiritur, eo minus probare vidẽtur
38 in hoc Iudicio ſeparato,vt ex Claro, & alijs no-
tat idem interpres eo ſtatuto 97. numero 31. &
infra,& in quo de graui agitur pręiudicio,& cum
conſtet Robertum Baſalupum fuiſſe in rerum
natura, viuere adhuc præſumitur, niſi mors pro-
betur:nam quis præſumitur viuere vſque ad cen-
tum annos, & licet eius mors dicatur probata,
tamen ea non videtur legitimè coram compe-
tente iudice probata ſeruatis ſeruandis,nec vide-
tur probata mors illius Ruberti Baſalupi,de quo
teſtator ſenſit, nam ſupponitur duos fuiſſe eius
nominis, ſed ex diuerſo patre natos, vnde hæc
39 probatio tanquam dubia non iuuat. l.duo ſunt
Titij, ff.de teſt.tutel. l.vltima, C.de ſacroſanctis
eccleſijs,l.ſecunda, §.ſi dubitetur. ff.quemadmo-
dum teſtamenta aperiãtur.& licet forte dici poſ-
ſet ſatis probari negatiuam, quod ſine liberis de-
ceſſerit,per ſimplicem negationem fundatam in
ea iuris præſumptione, vt ſcilicet quis ſine filijs
deceſſiſſe intelligatur; quia cum id ſit factum, &
40 accidens non præſumitur, niſi legitimè probetur
Maſcardus tract.probat.in verbo,conditio,an in
dubio præſumatur, concluſ. 343. numero 8. ta-
men cum in noſtro caſu non admittatur mors il-
lius Roberti,de quo teſtator ſenſit, & conſtet il-
lum fuiſſe in rerum natura, qui dicit eum fuiſſe
mortuum,debet id probare,cum ex iuris preſum
ptione, qui ſemel fuit perdurare dicatur ſaltem
vſque ad 80. annos, idque eo facilius credatur,
41 quòd ſimile vero videtur, vt probat idem Ma-
ſcardus tractat.probat.in verbo,ſubſtitutus,con-
cluſ.1350.num.13.& 14. vbi firmat,quod quan
do conſtat,quod quis filios habuit, qui vult alle-
gare eos mortuos,debet probare, cum ſupereſſe
dicantur,& ſic cum illius Roberti, de quo teſta-
tor ſenſit,mors negetur, illa videtur probãda. Me
42 nochius de præſumpt. libro ſexto,præſumpt.49.
& 50.

Secundo eſto etiam, quod mors probata fo-
ret,adhuc dicitur legati conditionem non eueniſ-
ſe ex eo,quod Robertus ſine filijs deceſſerit, quo
caſu licet alias ſubſtituti conditio videatur po-
tior ad defendendum legatum ne caducum fiat,
43 aut pro non ſcripto habeatur in eius præiudiciũ,
vt eſt tex.in l.vnica,§. & cum triplici, C.de cadu-
cis tollendis: attamen cum ſubſtitutio ſit reſtri-
cta ad caſum, quo filius natu maior Roberti in-
tra duos annos finito vſufructu non veniſſet Me-
diolanum,videtur quod conditio defecerit: nam
ad hoc vt venire nollet, cum tamen poſſet, de-
bebat eſſe natus, quia veniendi, vel non venien-
di conditio in eo non cadit, qui nunquam natus
44 eſt,cum in eo deficiat poteſtas, & teſtator vo-
luntatem conſiderauiſſe videatur, vt in caſu non
diſſimili ſenſiſſe videtur Oldradus conſilio 177.
incipien. teſtator in ſuo teſtamento, numero 4.
cuius dictum communi conſenſu receptum fuiſſe
teſtatur videndus omnino Alciatus conſilio 44.
numero 20.& numero 42.libro 9.Simon à Præ-
tis folio 234. numero 17. libro 3. interpreta. ſe-
cunda,dub.prima,ſolut.5.numero 17. & licet in
inſtitutionibus caſus impotentiæ videatur com-
45 prehendere caſum repudiationis, ſeu recuſatio-
nis,& vt ita dicam noluntatis.l.fin. C.de inſti. &
ſubſtitut. tamen ſecus eſſe videtur in legatis, vel
46 fideicommiſſis ſingularibus, & ſeu particulari-
bus,l.pater Seuerinam,in principio,vbi poſt Bar
tolum,& Baldum videatur Caſtren.ff.de condit.
& demonſtrat.& in puncto declarat,idem Alcia
tus eod. conſilio 44. numero 19. libro 9. quia in
legatis ſit ſtrictior interpretatio,& capiendus eſt
47 ſenſus ille, per quem minus oneretur hæres, quã
fieri poteſt,l.vnum ex familia, §.ſi rem,de legat.
primo, & conditio voluntaria debet impleri in
48 forma ſpecifica,l.qui hæredi,in principio, l.Mæ-
uius. ff.de condit.& demonſtrat. Decius conſilio
89.numero 3. Rolandus,qui dicit commun.con-
ſilio 56.numero 22.& 23.libro 3.& vbi conditio
49 defecerit euaneſcit ſubſtitutio. l.ſi ita quis. ff.de
condit.inſtitu.l.prima, & toto titulo de condit.&
demonſtra. Pariſius conſilio 8.numero 25.lib.3.
nec ſit progreſſio de caſu ad caſum, quando agi-
50 tur de voluntaria conditione, vt hic Bartolus in
l.Gallus,§.& quid ſi tantum, ff.de liberis, & po-
ſthumis. Decius conſilio 63. numero 3. Crauet.
conſilio 161.numero 10. Alciatus eo.conſil.44.
numero 31.lib.9. maximè quia in fideicommiſ-
51 ſis tacita vulgaris non ineſt, vt ait idem Alcia-
tus ſæpius excitato conſilio 44. numero 42. li-
bro 9.

Et quamuis teſtator in capite ſuperiori vni-
uerſalis ſubſtitutionis ſcripto hæredi factæ, ex-
preſsè vtcumque caſum compræhenderit, ſcilicet
vbi ſubſtituti non eſſent in rerum natura, vel ſi
eſſent nollent tamen venire, & non venirent ad
habitandum;attamen cum id hoc in legato omi
52 ſerit argumentum inde arripio, quod cenſeatur
id ex induſtria feciſſe, quia noluerit, vt arguit
Crauet.eo.conſilio 161.numero 8.tranſlatioque
legati facta in Hieronymum habet illam condi-
tionem, ſi filius natu maior Roberti non venerit
habitatum, ibi eo non veniente, & ſic cum in-
ceperit à diſpoſitione alicuius non facti, videtur
quod reſiſtente teſtatoris voluntate, caſus (vt
noſtri aiunt) noluntatis non trahatur ad ca-
53 ſum impotentiæ; quia videtur tranſlatio lega-
ti facta in pœnam, & odium primi legatarij non
obtemperantis voluntati teſtatoris, qui voluit
aliquid ab eo fieri, & cum non fuerit in mo-
ra propterea impotentia non ſit tranſlatio le-
gati ſcripta in caſu moræ legatarij in faciendo,
id eſt in veniendo habitatum, vt ſuperius dixi,
54 ex ſingulari textu. l. pater Seuerinam. ff. de
conditione, & demonſtratione, quem cum

Bartolo ita communiter intelligunt ibidem ſcribentes penetrantes ad ſenſum, & opinionem teſtatoris, vt teſtantur videndi Iaſ. in l. 1. num. 23. ff. de vulg. & pupill. & Socinus ſenior egregie ibidem num. 14. col. 9. verſic. demum ſecundo loco, & melius in additione ad eam legem primam, nume. 8. vbi omnino vide, quia acutè diſtinguit, & ad veritatem loquitur. Præſes Menochius libro 4. præſumpt. 65. num. 30. vbi alios refert, & Simon de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib. 3. fol. 234. num. 17. & cum in inſtitutione, & eius ſubſtitutione vtrumq; caſum comprehenderit, ſ. ſi non eſſent in rerum natura, & ſic impotentiæ, & noluntatis, ſcilicet ſi nollét venire, & in legato
55 omiſerit caſum impotentiæ eo magis hic ſenſus videtur recipiendus, vt iam præmonui ex Craueta eod. conſilio 161. numero 8. quæ rationes cum ſint adeo ſtabiles, & fortes, non modo aptæ ſunt ad vincendum aduerſarium, ſed ad eum vinciendum, cum nullus reſtet amplius ſcrupulus, qui nos malè habere poſſit.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO LIVIA CASATA.

ARGVMENTA.

Conſtitutio Mediolani titulo de Senatoribus, §. cognoſcetque Senatus, diſponens vt Senatus cognoſcat de cauſis vbi res de qua agitur ſit aureorum mille annui redditus, an compræhendat arbitramentorum reuiſionem; in qua agitur de pluribus actionibus nedum numero, ſed ſpecie diuerſis, cõficientibus ſi ſimul coaceruentur, ipſum redditum aureorum mille.

Legitimæ an aliquod onus imponi poſſit etiam filio cum iuramento conſentiente.

Dos materna, an debeatur filiæ per fratrem maſculum iam prædefunctum excluſæ, ſi pater ad ſecundas nuptias tranſiuerit.

SVMMAE RERVM.

1 *Vidua, & pauper præcipuum habent Principem, iudicem.*
2 *Reuiſio arbitramentorum ſpectat ad iudicem arbitratoris.*
3 *Reuiſio arbitramentorum an peti debeat coram iudice appellantis, aut appellati, vel coram eo, qui fuiſſet iudex ſi non fuiſſet factum compromiſſum.*
4 *Qualitas à ſtatuto deſiderata probari debet ab eo, qui eius auxilium implorat.*
5 *A regula non receditur, niſi exceptio legitime probetur.*
6 *Actiones plures, nedum numero, ſed ſpecie diuerſæ quoties in libello proponuntur, ſententiæ ſuperinde latæ diuerſæ dicuntur.*
7 *Bannitus in cenſum ſi ſtatutum diſponat, vt impunè offendi poſſit, non procedit in eo, qui eodem libello fuerit condemnatus in quinquaginta, & pro alio delicto in alijs quinquaginta.*
8 *Iudex limitatam habens iuriſdictionem poteſt iudicare in pluribus capitibus ſeparatis, etiamſi excederent ſuæ iuriſdictionis modum.*
9 *Exemplis non eſt iudicandum, niſi eſſet ſententia Principis, vel Senatus, cum ea legis vigorem habeat.*
10 *Simile aliquid eſſe ſatis eſt in eo, de quo agitur.*
11 *In libello vno poſſunt plura cumulari tam contra vnum, quam contra plures.*
12 *Connexa & ſeparata, quæ dicantur.*
13 *Tertij ius opponi non poteſt, quoties ab eius voluntate pendet.*
14 *Iudicium vbi cœptum eſt, ibi debet habere finem.*
15 *Cauſa etiam delegata poteſt ope compromiſſi, à delegati manibus eripi.*
16 *Ad arbitrum iri poteſt in quocunque caſu, niſi ſpeciatim lex prohibeat.*
17 *Cauſa ſemel commiſſa in eodem ſtatu manet, vt ſemper committi debeat.*
18 *Viam, quam quis à principio elegit, ſibi ipſi patere debet.*
19 *Pius locus, an, & quando inter miſerabiles perſonas annumeretur.*
20 *Princeps an aliquid cognoſcat, vel ab eo delegatus nihil intereſt.*
21 *Lis vbi ſit conteſtata coram ordinario non poteſt ad alium iudicem transferri.*
22 *Aduocati eius, & conſultoris doctrina ſpernitur cuius vita contemnitur.*
23 *Ordinario remedio ſubſiſtente, non deuenitur ad extraordinarium.*
24 *Legitima aliquod grauamen imponi non poteſt, etiam ſi filius cum iuramento teſtamento conſenſiſſet.*
25 *Legitima an poſſit ſuper fructibus aſſignari.*
26 *Aes alienum voluntarium, prout ſunt legata, legitimam non minuit.*
27 *In legitima non computantur bona filia debita ex fideicommiſſo.*
28 *Prohibitus petere quicquam de bonis ſuis non prohibetur petere, quod ſibi ex fideicommiſſo debetur.*
29 *In legitimam non veniunt fructus percepti.*
30 *Legata vbi ſint ſeparata vnum ſine altero acceptari poteſt.*

31 Filia

Digitized by Google

31 *Filia an poſſit exhæres fieri ſi ſine patris conſenſu nupſerit.*

32 *Matrimonia debent eſſe libera.*

33 *Filia virum ſibi dignum an eligere poſſit ſine patris conſenſu, & an tunc alimenta, & legitimam conſequi poſſit.*

34 *Pater tenetur filiam dotare, & alimenta ei præſtare.*

35 *Alimenta viro debentur, niſi a principio indotatam ducere ſenſerit.*

36 *Alimenta etiam præterita debentur, quando pro eis mutuo accepta fuerit pecunia.*

37 *Fæmĕna ſemel excluſa, perpetuo manet excluſa.*

38 *Pœna tranſeuntis ad ſecundas nuptias an tacitè remitti poſſit.*

39 *Mater tranſiens ad ſecunda vota tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij quicquid conſecuta ſit ex ſucceſſione filij prædefuncti.*

40 *Mater tranſiens ad ſecunda vota ſicuti tenetur reſernare filijs prioris matrimonij, quod aſſecuta eſt ex ſucceſſione filij prædefuncti, an idem præſtare debeat pater.*

41 *Fœmina ſemel excluſa, perpetuò non excluditur vbi aliquid ei defertur non per viam reintegrationis ad ſucceſſionem, ſed ex diſpoſitione legis.*

42 *Dos maternu filiorũ deducitur ab hæreditate tanquam æs alienum.*

43 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, non excludit fœminam a lucro, quod delatum eſt patri ex ſucceſſione filij prædefuncti, ſi pater ad ſecunda vota tranſiuerit.*

44 *Opinio vſu approbata in opinionum conflictu cæteris præſtat.*

45 *Fœmina propter maſculos excluſa, an, & quando iterum admittatur.*

46 *Correctio induci non debet ex ſubaudito intellectu.*

47 *Statuta interpretationem paſſiuam à iure communi accipiunt.*

48 *Remittere nemo cenſetur ius, quod ignorat.*

49 *Ignorantia præſumitur, niſi ſcientia probetur.*

50 *Statutum requirens certas ſolemnitates in obligationibus mulierum, an comprahendat ius quærendum, & præſumptam renunciationem.*

51 *Renunciatio facta non ſeruata ſtatuti ſolemnitate nulla cenſetur.*

52 *Pater filia conſentire non poteſt ad ſui ipſius commodum.*

CONSILIVM CCLXXXVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

DVm Liuia Caſata aduerſus præfectos Venerandi pietatis loci Sanctę Coronæ vti ſcriptos hæredes à Hieronymo Caſato eius patre plura prætenderet ſeparatim; varijs, & diuerſis actionibus, perſonalibus nempè, ac in rẽ ſcriptis, & miſtis, dotem ſcilicet maternam, nonnulla bona iure fideicommiſſi ſibi debita, ac legitimam in paternis bonis ex inueterato, & laudabili more locorum piorum huius ciuitatis factum fuit compromiſſum in I. C. ex collegio noſtro Aloyſium Monetam vnum ex Iuriſconſultis propoſitis ab ipſiſmet præfectis cum auctoritate, vt poſſet ſimul, & ſeparatim iudicare ſuper ſingulis capitibus ipſarum prætenſionum.

Matura omnium habita cognitione, & deliberatione ſpatio multorum menſium vir ille tandem tulit eius ſententiam, ſeu arbitramenta ſuper ſingulis quibuſcunq; capitibus à quibus pars aduerſa, ſeu eius actores medio ſupplicationis in forma à Senatu Excellentiſſimo petijt, & obtinuit reuiſionem, & cauſam confidenti partium de collegio committi.

Verum loco faciendæ commiſſionis mutato propoſito fortè ad differendum, & ad maius faceſſendum negotium, cum nemo ignoret, quanta occupationum mole obruatur interdum ampliſſimus ille ordo, ſupplicem libellum obtulit petendo, vt cum ageretur de cauſa aureorum mille annui redditus ipſius reuiſionis cauſa ad Senatum Excellentiſſimum remitteretur, cui rationi cum parum confideret alteram poſtea addidit, nempe quod agatur de loco pio; qui ad pauperis viduæ exemplum, præcipuum habere videtur iu-
1 dicem ipſum Principem, ideſt Excellentiſſimum Senatum, ex l. prima. C. quando Imperaror inter pupill. atqui meo iudicio neutra earum minimè aduerſante perſiſtendum eſt in iam datis litteris, vt cauſa ipſa confidenti partium, quamprimùm committatur, nec amplius his ambagibus differatur: nam receptum eſt ex iure noſtro municipali, cap. 116. in primo, vt huiuſmodi arbitramentorum reuiſio, cuius admiſſio debeat à Principe peti, intra quindecim dies vtiles deuoluatur ſua natura ad commiſſarium, qui eſt Doctor de Collegio confidens partium etiamſi Senator arbiter fuiſſet; vt cauetur ſtatuto cap. 59. in primo, & ibidem notatur numero 125. quod & pariter concedunt Cæſareæ conſtitutiones titulo de arbitris, §. commiſſarius, quatenus volunt, vt reuiſio committatur commiſſario, qui dicitur Doctor de Collegio.

Hocq; idem admittit ius commune, nam vbi lauda habent executionem, & actionem ex ſta-
2 tuto, prout habent Mediolani ex l. noſtra municipali, capit. 117. in primo, tunc pro reductione recurritur ad Iudicem arbitratoris, & ſic ad Iudicem de Collegio. Bartol. in l. 2. vbi, & apud quem, & l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum, pro ſocio. Romanus conſilio 265. Afflictus deciſ. 51. Maranta in ſuo Speculo, parte 6. princip. vltima parte iud. actu ſecundo, numero 126. de appella. folio mihi 497. & huiuſmodi non extante ſtatuto licet dubitent Doctores, coram quo debeat peti reuiſio; vel coram Iudice appellan-

3 tis,aut appellati,vel coram eo, qui fuiſſet Iudex,
ſi non fuiſſet factum compromiſſum ; attamen
Mediolani hæc ſilet,& obmuteſcit diſputatio,cũ
à Senatu Excellentiſſimo obtineatur , qui ſolet
eum delegare , & demandare alteri Doctori de
Collegio , prout & factum fuit in præſenti cau-
ſa .

Quo ſolidiſſimo,& firmiſſimo iacto fundamẽ
to non reſiſtit , vt hæc cauſa tanquam redditus
aureorum mille potius ad Senatum ſpectet ex
noſtris conſtitut.titulo de Senatoribus, §.cogno-
ſcetque .

Quia nullibi probatur hæc qualitas annui red
4 ditus aureorum mille à cõſtitutione per modum
conditionis deſiderata , & ideo non attenditur
ſumma quantacumque ſit , niſi faciat redditum
prædictum.l.4.§.docere,vi bonorum raptor. So-
cin.ſenior conſilio 57.numero 8. libro 3. Decius
conſil. 661. numero 4.& cum iuriſdictio ſit qua-
litas (vt aiunt) accidentalis,debet probari . De-
cius conſilio 522. & cum Caſata habeat regulæ
5 cõmunis tutiſſimum præſidium pro ſe , nuſquam
ab ea recedemus , niſi exceptio legitimè probe-
tur Bartolus in l.quoties.ff.ſi quis cautionibus .

Secundo, quando plures actiones nedum nu-
mero,ſed ſpecie diuerſæ proponuntur (vt in caſu
noſtro euenit) vno etiam libello,tunc ſententiæ
ſuperinde latæ dicuntur diuerſæ ſententiæ , nec
6 datur cumulatio,& coaceruatio ad impediẽdam
iuriſdictionem ; quia id eſſet nimis odioſum cum
noceat , & infringat , & tamen eum potius tene-
re debeamus ſenſum,qui proſit, & ſuſtinet, vt eſt
tex. clarus in l.ſi idem. §.1.ff.de iuriſdictione om
nium Iudicum , cuius deciſioni aſſentiuntur vno
ore ſcribentes , & Angelus videndus in l.ſi qui,
§.1.de appellat. vnde inferunt Bartolus , & Ca-
ſtrenſ.ea. l.ſi idem, ad caſum ſtatuti diſponentis,
vt exul factus ſeu bannitus in centum impunè of
fendi poſſit ; quia non procedit in eo , qui fuerit
condemnatus vno etiam libello in quinquagin-
ta pro vno delicto , & in quinquaginta quinque
7 pro altero delicto: Item ſi lege caueatur, vt cauſa
non debeat committi niſi librarum centum eo-
dem libello plures ſummę ex diuerſis cauſis dedu
ctæ non coaceruantur ad committẽdam cauſam:
nam paria ſunt in ſingulis ſeparatim iudicari,vel
deduci aliqua, vel coniunctim,aut ſimul facta di-
ſtributione in ſingulos , vt ſcribit Roma.ſingul.
141. Alexan.conſil.113.numero 3.volumine 5.
Tiraquellus de retractu conuent.§.2.gloſ.vnica,
numero 22.qui id latè, amplè,laxeque enarran-
do explicat;& licet quando capitula ſunt conne-
xa,& ab vna actione,quaſi fonte deducuntur, nõ
8 poſſit Iudex iudicare niſi intra modum ſuæ iu-
riſdictionis , ſecus eſt tamen ſi fuerint ſeparata
qualia hæc ſunt, Decius in l.fin. num.20.ff.de iu-
riſd.omnium iudicum .

Tertio , licet exemplis non ſit iudicandum in
quibus ſæpè multa omnibus modis confuſa , &
variata verſantur, l.nemo , C.de ſentent. tamen
id non procedit in eo, qui habet auctoritatem le-
gis condendæ,& qui pro iuſtitia id ſanxit ; nam
9 tunc facit ius inter omnes.l.ſi Imperialis.C.de le
gibus,gloſ.in l.2.eo.titulo . Bartolus in l.prima ,
de conſtitut.princip.vnde cum ſuperiori anno in
cauſa Madiorum Senatus Excellentiſſimus iu-
dicauerit,vt cauſa reuiſionis arbitramentorum
latorum à Iureconſulto Collegij noſtri Medio-
lanenſis reditus aureorum mille remitteretur ad
confidentem de Collegio, quia cum à duplici fi-
deicommiſſo pro.diret, non poterat locum habe-
re coaceruatio, vtique idem eſt dicendum in pręſenti caſu , qui eſt ei ſimilis in eo , in quo agitur
& in ipſa ratione,quæ tanquam regina ſpectari ,
& coli debet , cum dominetur , & eius determi-
nationi , quaſi poteſtati , & imperio cætera ſub-
10 ſint, & pareant , quod ſufficit, vt ex alijs probat
Alba conſilio 427.numero 6.& ratio videtur ſa-
tis euidens, & manifeſta, nam ſi plura capita de-
beantur vnius vniuerſalis vna actione numero ,
tunc pro vno habeantur capite ; ſecus ſi pluribus
actionibus numero,vt hic,quia pro diuerſis iudi-
cantur , etiamſi eodem libello deducantur , quia
eodem libello plura poſſunt cumulari , tam con-
11 tra vnum,quam contra plures,vt affirmat Roma
nus conſil. 240. & 245. & ſicut tot ſtipulationes
dicuntur eſſe, quot ſunt capitula contractus , &
quot ſunt res . l. ſcire debemus , ff. de verborum
obligationibus , ita quot ſunt actiones numero
ſuper quibus iudicatur , ſic tot ſunt etiam ſen-
tentiæ .

Nec quia dicatur agi de petitione legitimę po
teſt dici cætera capita videri connexa,quia id mi
nimè verum eſt , cum vnum ſine altero ſtare, &
peti poſſit , quid enim impedit, aut refragatur ,
quin filia petere poſſit dotem maternam , vel fi-
deicommiſſi bona abſque legitima, vel ea in alio
iudicio reſeruare , & propterea cum detur ſepa-
ratio, & diuerſas habeant actiones,connexa dici
12 nequeunt ex doctrina Bartoli communi conſen-
ſu recepta , in l. Aurelius, §. idem quæſiuit,ff.de
liberat. legat.

Nec officit , quod obijciatur vnicum ſalarium
arbitro ſolutum fuiſſe, quia ſalarium non poteſt
mutare naturam ſententiæ; item potuit ille illud
donare,& remittere , & ex vno ad aliud non in-
fertur ; item eſt ius tertij ab eius voluntate pen-
13 dens , quod non poteſt deduci,cum non excludat
intentionem actricis. Bar.in l.2.num.1.ff.de ex-
cep.rei iudicatæ. Item adhuc ei competeret actio
ad ſupplementum vbi vellet .

Quarto additur omni iuri eſſe conſentaneum,
vt vbi cęptum eſt iudicium, ibi finem accipiat.
l.vbi,ff.de iudic. & quin cauſa etiam redditus au
14 reorum mille , qualis tamen non eſt hæc noſtra
compromitti poſſit voluntate partium in arbi-
trum;nemo eſt,qui iure dubitare queat,cum etiã
15 cauſa alicui delegata a ſuperiore poſſit compro-
miſſo eripi de eius manibus , & ad arbitrum de-
ferri , quo citius ad exitum, quem vnum leges ſa-
cra-

ceratiſſime maximè ſpectant perducatur,& vt ce-
lerius moleſtæ lites finiantur, vt eſt tex. in capit.
innotuit,de arbitris, & cum tantum de partium,
nec alicuius tertij , vel publici iuris præiudicio
16 agatur,meritò eorum conſenſu ad arbitrum iri
poteſt,quando aliter lex non prohibet, prout mi
nimè vetat noſtra conſtitutio , l.non diſtingue-
mus, §.Iulianus, ff.de recept. arbitris. Peruſinus
tract.de arbitris,libro 3.cap.16. atque ideo cau-
ſa ſemel commiſſa manet in eo ſtatu , vt ſemper
17 committi debeat, vt probat Pax. Scala de conſi-
lio ſapientis, libro 3.cap.primo, in fine; & via
quam quis à principio elegit ſibi debet patere,
nec poteſt inconſtans variare, quaſi aliud ſtans,
aliud ſedens de cauſa,& de ſuo progreſſu ſentiat,
18 l.quod in hæredem,§.eligere,ff.de tributoria,l.in
delictis, §.ſi detractis, ff.de noxalibus,l.fin. C.de
codicill. Bartolus in l.prima , §. vnde quæritur,
ff.de public. Boſſius noſter videndus,de foro com
petenti,num.106.& 107.

Hincque ſatis apparet primam hanc ratio-
nem, vt ratione cauſę reuiſio ſit Senatui commit
tenda,eſſe futilem,& inanem,ſicut & multo ma-
gis eſt altera , vt ſcilicet reſpectu perſonæ id fieri
debeat,quia agatur de loco pio,cuius iudex præ-
tenditur Senatus.

Nam ille tex.l.primę , C.quando Imperator
19 non habet locum in eccleſia, aut loco pio, quia
non dicitur miſerabilis perſona , niſi fuiſſet ſpo-
liatus, aut egenus, ſecus quando eſt in poſſeſſio-
ne, vt hic,quemadmodum affirmat Didacus pra
ctic.quæſt.capit.7. verſiculo verum, de eccleſia,
& quando eſt prout hic admodum diues, & po-
tens; vnde facilè depellitur omnis timor, vt Iu-
dex inferior perhorreſcat potentiam aduerſarij,
quod maximè ibidem ante oculos habuit Impe-
rator,cum ſępè iuſtitia aduerſarij potentia vacil
let,vel iaceat potius.

Secundo cum ex iure noſtro municipali, cap.
47.in primo, & cap.71.volumine ſecundo, ſint
deputati, & conſtituti iudices pro cauſis, & locis
pijs , atque cum ex litteris Senatus hæc reuiſio
iam fuerit demandata ad partis aduerſæ poſtu-
lationem confidenti partium, ipſique tanquam
20 à Principe delegati cognoſcant,fit,vt non proce-
dat ea diſpoſitio l.primę, vt ibidem declarat Ca
ſtren. videndus, quia nihil intereſt, an princeps
cognoſcat,vel alter ab eo delegatus.

Tertio,ea lex locum non habet,quando lis eſt
iam conteſtata coram ordinario, quia debet ha-
bere finem, vbi eſt cępta, vt tradit Didacus eod.
cap.7.prope finem, & præuentioni locus eſt, l.ſi
21 pluribus,de leg.1. Boſſius noſter de foro compe-
ten.num. 106.quotidieque vſus ipſe optimus re-
rum interpres ſeruat, vt locorum piorum cauſæ
coram ordinarijs inferioribus iudicibus tracten-
tur,& non coram Senatu.

Quarto , hæc omnis diſputatio ſublata eſt ex
Senatuſcõſulto anni 1556. diei 18. Septembris,
quo cautum eſt, vt cauſæ, quæ per iudices infe-
riores cognoſci poſſunt , qualis hæc eſt, & quæ
etiam iuſtis rationabilibus ex cauſis fuerant Se-
natoribus demandatæ,debeant remitti, cum po-
ſtea compertum ſit propter varias,& multiplices
Senatorum occupationes illas cauſas,quæ ab in-
ferioribus iudicibus cognoſci nequeunt,cum ma-
gno ſubditorum incommodo longius protrahi,
quàm par eſſet, & cum dubitatum foret , an eo
decreto cõtinerentur loca pia, ſancitum fuit com
prehendi , vt cauetur decreto eiuſdem anni diei
22.Octobris,exceptis ijs locis pijs,quibus ex pri-
uilegio oportet Senatorem conſeruatorem dari,
quem tamen cum non habeat, nec vnquam ha-
bere conſueuerit venerandus hic locus pius San-
ctæ Coronæ remanet ſub norma , & cenſura re-
gulæ prænarratæ, vt ſcilicet cauſa debeat ab or-
dinario cognoſci,& ad eum remitti,vt etiam pro
publico bono expediendarum litium idem Ex-
cellentiſſimus Senatus anno 1580. & S. R. C.
Maieſtas anno 1581. ſuis decreuit legibus cum
auidè id appetant,& expectent,quaſi diuturnam
ſitim explere cupientes.

Nec quidquam facit, vt aliquando ab infe-
rioribus iudicibus ad Senatum auocatæ fuerint
cauſæ,quia vbi id conſtaret,patebit conſultò, &
maturè,vt ſemper ſolet,factum fuiſſe ab eo excel
lentiſſimo ordine ex aliqua iuſta,& neceſſaria,ac
ſingulari cauſa , quæ hic omnino deeſt, maximè
cum adſit futurus Iudex confidens partium de
collegio,de cuius integritate,intelligentia, & fide
minimè eſt dubitandum, cum exquiſitæ nobili-
tatis luce , & eximiæ doctrinæ ſplendore ſint illi
I.C.etiam valde conſpicui,& propterea iure me-
rito,& ad decidendas, & defendendas cauſas val
dè intereſt, eos aduocatos inuocare,cum Aduo-
catus, vel conſultor licet polleat ingenio,memo-
ria,iudicio, & eloquentia, attamen fruſtra labo-
22 rare videtur in perſuadendo iudice,ſi fide bonaq;
opinione integritatis vitæ careat ; nam doctrina
eius ſpernitur, cuius vita cõtemnitur,& bona exi
ſtimatio,& auctoritas nominis vehementius ali-
quando mouet, quam aſtuta & callida dicendi
ratio, & patroni cauſæ arguta nimis, & ſubtilis
in docendo,& diſſerendo argumentatio: & pro-
pterea Cicero deſcribit eum optimum eſſe ora-
torem, qui vir ſit bonus, dicendique peritus ; &
bonitati vitæ primas defert, pluſque tribuit,
quàm verborum ſplendori (licet latinè loqui ſit
in magna laude ponendum)quibus fidem habe-
re difficile eſt, ſi aduocatus contaminatiſſimus,
& plurium ſcelerum, libidinumque maculis no-
tatiſſimus infamia flagret.quemadmodum enim
morum improbitas, & peruerſitas cogit nos ad
ſuſpicandum ne aliquid latentis fallaciæ ſubſit,
ita & vitæ probitas,& integritas, quæ fidem re-
ctumque colar omnem repurgat , & dimouet ſi-
niſtram ſuſpicionem, maioremque fidem eius
verbis adhibemus, cum vix credere poſſimus , vt
vir veritatis,& iuſtitiæ auctor rueri velit cauſam
quam nouerit graui iniuſtitiæ morbo affectam:

curet igitur aduocatus, vt in ſe ipſo nedum lu-
men ingenij, ſed probitatis eluceat; ſed grauis
eſt etiam eius pena, qui in eo deſudat, & ela-
borat, atque contendit, vt eius animi ſenſus in-
telligatur, dubitans ne bene is percipiatur, vt ſæ-
pe euenit propter aliquorum iudicum inſcitiam,
vel ingenij tarditatem, & iccirco ſæpe fit vt viri
ſapientes, & eloquentes, iuriſque periti loquan-
tur, imprudentes vero homines rudeſque igna-
ri, & imperiti, ac vulgares iudicent (nihil enim
tam vulgare eſt, quàm nihil ſapere, & putare om
nia ſapere) cum tamen longè magis periculoſum
ſit iudicandi munus, quam poſtulandi; nam ne-
mo niſi bene prius de cauſa liqueat, iſque benè
clarus ſit iudicet; cauſæ autem dubiæ quis aduo-
catus eſſe non prohibetur, ſub correctione tamen
melius ſentientis; ſententiaque cum ius faciat in-
ter partes, eſt maioris præiudicij, quàm aduocati
verboſa declamatio, quæ à prudentibus iudici-
bus negligi, & parui duci ſolet; ſi cum iuſtitia non
ſit coniuncta; & quò quis eſt in iure doctior, & pe
ritior, eo magis eſt in iudicando accuratior, &
longior: nam iuris dubitatio, cum multa, & com-
plurima nouerit, eum tardiorem ad iudicandum
facit, & iccirco cum Iuriſconſulti Collegij noſtri
Mediolanenſis ſint viri, & ſanguinis nobilitate,
& virtutis ſplendore, & integritatis fama conſpi-
cui, merito eis cauſarum deciſionem cõmitti vo-
luere leges noſtræ municipales, ſæpiuſque iuſſit
ſuis literis Excellentiſſimus Senatus.

Poſtremo non officit peregregia illa argumẽ-
tatio, vt ſcilicet cum poſt binas conformes, detur
quandoque recurſus ad Senatum, eo magis re-
uiſio hæc ad Senatum ſit auocanda; ne per plura
fiat, quod per pauciora fieri poteſt.

Quia reſpondetur non ſemper concedi recur-
ſus, & vbi detur, id fit, niſi ex magna cauſa; item
remedio ordinario ſubſiſtente, non deuenitur ad
23 extraordinarium, l. in cauſæ, la ſecunda, ff. de mi-
noribus. Item quia ſi aliter diceremus illud per-
abſurdum ſequeretur, vt omiſſa appellatione, &
reuiſione omnes cauſæ ad Senatum facilè trahi
poſſent cum maxima tanti ordinis longè grauiſ-
ſimis districti negotijs moleſtia, & ſubditorum
iactura, & incommodo earum cauſarum, quæ
præcipuum habent iudicem Senatum, ita vt ab
inferioribus cognoſci nequeant; nam his leuibus
intẽti illas grauiores deſerere cogerentur. Liuia-
que Caſata tantum confidit Iudicio, & integri-
tati ſupremi huius ordinis, tantumque de ſuo iu-
re ſibi promittit, vt ſi rea eſſet parum curare poſ-
ſet, vt hæc cauſa cognoſceretur magis ab vno
quam altero; veruntamen cum aduerſarij poſſi-
deant, & qui poſſident differendi cauſas quærant
& iuriſdictiones confundi valdè pernicioſum ſit,
rogat humillime Excellentiſſimum Senatum, vt
pro ſumma, quæ in eo ſplendet iuſtitia velit edi-
cere, vt perſiſtatur in litteris, iam datis, vt ſcilicet
reuiſio ipſa partium confidenti de collegio com-
mittatur, poſtquam ab aduerſarijs nulla affertur

iuſta ratio, quare id fieri non debeat, & cum po-
ſtea Excellentiſſimus Senatus decreuerit cauſam
ad confidentem partium remittendam fore, in
meritis, quæ ad tria puncta reduci videntur, hæc
pauca ſummatim, ne latius fluat, & plus quã par
ſit vagetur oratio, his adnectere volui.

Primum tangit fideicommiſſum in donatione
ſcriptum.

Secundum legitimam reſpicit.

Tertium dotem maternam perſpicit, & at-
tingit.

De primo cum iam in priori conſultatione, ſe-
cundum quàm fuit à primo Iudice iudicatum, fu
sè & latiſſimè ſcripſerim, ad eam me remittens
verbum non addo.

Circa ſecundum dico explorati iuris eſſe, legi-
timæ, cum ſit iure naturæ debita, aliquod onus
imponi non poſſe, imo adiectum reijci, & abijci,
l. quoniam in prioribus. C. de inoff. teſtam. onuſ-
24 que dicitur vel ratione conditionis, vel temporis
vel cuiuſlibet alterius additamenti.

Quod procedit etiam ſi filius teſtamento con
ſenſiſſet cum iuramento, vt communem affirmat
Pariſius conſi. 43. numero 36. volum. 3. Crauet.
conſi. 580. & etiamſi dictum eſſet, quod plus pe-
tere non poſſit. Gabriel lib. comm. titulo de leg.
concluſione prima, num. 7, vel quod eam habeat
in fructibus vel pecunia, l. ſcimus. §. repletionem.
25 C. de inoffic. teſtamento, l. ſi quando, §. & gene-
raliter, eo. tit.

Aeſque alienum voluntarium, prout ſunt le-
gata, nõ minuit legitimam, l. Papinianus, §. 4. ff.
de inoffic. teſtam. Crauet. conſil. 141. nu. 5. etiam
ſi legata facta forent ad pias cauſas, Bartol. in l. ſi
26 quis ad declinandam, in fine, C. de epiſc. & cler.
Tiraquellus, de priuilegijs piæ cauſæ, priuil. 70.
quia magis fauetur filijs, nec in legitima com-
putantur bona filiæ debita ex fideicommiſſo ma-
iorum, vt ait Suarez. in repeti. eius legis, quoniã,
in 7. limitat. quia induceretur compenſatio, quæ
27 reijcitur, & quia prohibitus quicquam petere de
bonis ſuis, non prohibetur petere, quod ſibi ex fi-
deicommiſſo debetur, commun. affirmat Decius
conſil. 425. num. 10. In legitimam etiam nõ ve-
28 niunt fructus percepti, vt tenet Iaſ. in authenti-
ca nouiſſima, num. 4. C. de inoffic. teſtam. & vbi
plura ſeparata ſint legata, poteſt vnum accepta-
29 ri, altero repudiato. l. ſed duob. de leg. 2. & præſes
30 Menoch. conſil. 162. lib. 2. l. ſed ſi legatario, de fi-
deicommiſſar. libert.

Nec potuit priuari, aut exhæres fieri, quia di-
31 catur nupſiſſe, ſine patris conſenſu, Decius in l.
nuptias, num. 8. 9. 10. ff. de reg. iuris.

Quia iure Pontificio, quod maximè ſpectari
in hac re debet, matrimonia debent eſſe libera, c.
32 Gemma, & c. cum locum, de ſponſalibus, & ma-
trim. & in terminis tradit gloſ. in c. 1. de deſponſa
tione impuberum.

Et quamuis iure ciuili inſpecto poſſit eſſe ali-
quod dubium ex Caſtr. in l. ſi filiam, C. de inoffi-

cioſo

cioſo teſtamento, tamen ex ipſo iure Pontificio,
cui eſt ſtandum in materia Sacramentorũ, prout
eſt matrimonium, id non procedit; quia quod fit
iure permittente pœnam non meretur, & maxi-
mè ſi indignum moribus virum, turpemuè per-
ſonam, non acceperit, ſed multis nominibus di-
gnum, vnde minus id iniquo animo pati debet,
33 & de magis communi atteſtatur Vaſchius, de ſuc
ceſſ. creation. l. 1. §. 10. nu. 626. & ideo debet ha-
bere legitimam, & dotem, & alimenta, etiãſi poſ-
ſet dici, quod ſine patris conſenſu nupſerit, vt tra
dit Decius ea. l. nuptias, nume. 7. Surdus, de ali-
mentis tit. 1. quæſt. 6.

Paterque tenetur dotem filiæ conficere, l. fin.
C. de dotis promiſſ. Et alimẽta præbere, l. ſi quis
à liberis, de liberis agnoſcendis, & Surdus tracta.
34 de alimentis tit. 1. quęſt. 6. & curare, vt in tempo-
re (quod valde conducit) nuptui detur, & dũ vi-
uit ipſe, qui pro filia ſalubrius capiet conſilium;
nam ſępè poſt eius mortem cura filiarum negli-
gitur, nec poſteritati iſtud negotij dedat; nam ce-
ſans illa ſperatum, & expectatum gaudium, aliud
habet magis ex ſeſe, & maius, nempe hæreditatis
commoda, diù etiam atque etiam ad voluptates
deſiderata, & apud ſe loquens, inquit, tanta hæc
lætitia oborta eſt, vt nulla res poſthac interueni-
re poſſit, quæ mihi ægritudinem afferat.

Nec obſtat, quod illud procedat in alimentis
futuris, vel præſentibus, non autem in præteritis;
quia non debentur iure actionis, ſed officio Iudi-
cis, & maritus tenetur alere vxorem etiam indo-
tatam, quia illud procedit quando duxit indota-
35 tam; imò ſenſit ducere cum dote, & cõis eſt con-
cluſio, quod viro, cui dos non fuit ſoluta, alimẽ-
ta debeantur, vt probat Burſat. conſil. 120. num.
43. volum. 1. Bart. in l. libertis quos, §. 1. nume. 3.
de alimentis, & cibar. legat. inquit alimenta etiã
præterita deberi, quando mutuo pecunias acce-
36 pit, mutuantique actio competit, l. fin. de in rem
verſo, & optimè ad rem facit ſtatutum noſtrum,
cap. 312. num. 47. in primo, filiamque etiam nu-
ptam pater dotare tenetur, niſi virum acceperit
indignum eo viuo, quod non admiſit ipſa caſata
Iaſ. §. fuerat, num. 118. inſtit. de actio. & notatur
ad ſtatutum noſtrum, capit. 278. numero 166. in
primo.

Ad tertium ſubijcitur partem aduerſam pu-
tare dotem maternam non deberi, tum quia ipſa
37 Liuia fuit excluſa ab olim fratre maſculo defun-
cto poſt mortem matris, & ſemel excluſam per-
petuò excluſam manere, vt docet Bart. in l. fi. §. 1.
ad Tertullianum, etiamſi momẽto maſculus ex-
titerit; tũ quia licet pater ſecundis nuptijs ſe con-
iunxerit, ipſa tamen filia tacitè videtur eam pœ-
nam remiſiſſe, cum nunquam conqueſta ſit; imò
38 cum nouerca habitauerit, vt declarat Ripa in l.
fœminæ, quæſt. 14. C. de ſecund. nupt.

Verum enimuero contrarium ego verius cõ-
tendo, lege, ratione, ac auctoritate; lege, nam tex-
tus in ea. l. fœminæ, §. illud, C. de ſecund. nuptijs
vult matrem ad ſecunda matrimonia tranſeuntẽ
teneri reſeruare filijs prioris matrimonij, quic-
quid conſecuta ſit ex ſucceſſione filij prædefun-
39 cti; interdicta om ni in extraneos alienatione.

Et licet ille tex. loquatur in matre, attamen
ex communi omnium opinione habet etiam lo-
cum in patre; nam, ideo dictum fuit de matre,
quia cum filijs ſuccedebat in hæreditate filij prę-
defuncti, pater autem tunc eo iure non; vnde de
40 eo non erat facienda mentio, l. fin. C. ad Senatuſ-
conſult. Trebell. quia tunc fieri non poterat, vt id
euenire poſſet; verum cum hodie pater admitta-
tur ex nouo iure authẽt. defuncto, C. eod. tit. me-
rito, quod de vno eſt dictũ ad alium porrigitur;
cum eadem adſit ratio ad inſtar aliorum lucrorũ
nuptialium, l. generaliter. C. de ſecund. nupt. vbi
dicitur generaliter omnes conſtitutiones, loquẽ-
tes de muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias,
vt teneatur reſeruare lucra filijs prioris matrimo
nij, locum etiã habere in viro, & marito, vt aper-
tè dicit gloſ. eo. §. illud in verbo, poſſeſſione, vbi
allegat text. authenticarum, vt neque virũ quod
ex dote, neq; mulierem, quod ex ſponſalitia lar-
gitate, poſſe proprium habere; & quamuis Bart.
dicat non loqui, de eo quod peruenerit ex ſucceſ
ſione filij, tamen indefinitè loquitur de eo, quod
ex morte lucrati ſunt, & ſic tam immediatè, quã
mediatè ex perſona filij prędefuncti, tex. in auth.
de non eligendo ſecundo nubẽtes, loquitur quan
do pater non ſuccedebat, & eſt correctus, & iſta
eſt communis interpretatio, vt teſtatur doctiſſi-
mus Alciatus noſter conſil. 55. num. 7. lib. 8. Ga-
briel. lib. com. de ſecund. nupt. concl. 1. num. 2.

Ratione hoc idem comprobatur, nam licet fi-
lia ſemel excluſa perpetuo ſit excluſa, tamen id
non procedit in hoc caſu, vbi hoc defertur filiæ
non via, vt ita dicam reintegrationis ad ſucceſ-
41 ſionem, ſed ex diſpoſitione legis, vt docet Ber-
trandus in rep. l. hac edictali, nu. 29. C. de ſecun.
nupt. quæ maritum tranſeuntẽ ad ſecundas nu-
ptias abdicat à bonis maternis in fauorem filio-
rum prioris matrimonij, & deferuntur filiæ non
vt hæredi, ſed vt filiæ, & ipſa dos materna dedu-
42 citur tanquam æs alienum, vt dicit Ripa ea. l. fę-
minæ, quęſt. 8. Auctoritate locupleti, & teſte hoc
idem confirmatur, nam Sali. eo. §. illud, num. 4. in
terminis ſtatuti fęminas excludentis, ita dicit cõ-
43 ſuluiſſe cum alijs aduocatis, inter quos fuit Fran-
ciſcus de nobilibus de Meldula, & obtinuiſſe ad
inſtar lucrorum nuptialiũ. Salicetum ſecuti ſunt
Ruinus conſ. 58. num. 3. lib. 5. Dec. Rom. & Soc.
& alij complures, quos refert Ripa eo. §. illud,
quæſt. 8. & Gab. ea. concluſ. 1.

Et quamuis aliqui diſſentientes contradicant
iſta tamen eſt communis ſententia à qua non eſt
recedendum cum ita iudicetur; & in opinionum
44 conflictu ea præſtet, quæ in foro recipitur. l. ſi de
interpretatione. C. de legib. & duabus legibus in-
ter ſe diſcrepantibus ea ſpectari debet, quã quo-
tidianus vſus approbauit, dicatq; Iudex, licet in

hac

hac re concurrant multæ opiniones quæ dijudi-
cationem difficilem efficiunt, & quæ mihi ani-
mum exangunt, tamen ego eam ſequar, quam
conſuetudo ipſa, quæ vix errare poteſt, ample-
xa eſt.

Nec aduerſatur, vt filia ſemel excluſa perpe-
tuo maneat excluſa; quia vt iam dixi id proce-
dit, quando vt hæres veniret. Item, vbi ſtatutum
excluderet verbis perpetuitatem, vel conditio-
nem afferentibus, ſcilicet fœmina extãtibus ma-
ſculis non ſuccedat; ſecus ſi ſint prolata ad tẽpus,
vel potius ſuſpendant, quã perimant, ſcilicet pre-
ferantur maſculi fœminis, vt diſtinguit Bartolus,
45 & alij eum ſecuti communi conſenſu in l.fin.§.1.
ff.ad Trebell. Anchar.conſil.220. Item ex ſtatu-
to noſtro, cap.286. in primo; iterum filia admit-
titur, & licet non procedat exiſtente aſcendente
debet tamen id intelligi, niſi ad ſecunda vota trã-
ſiuerit, & non reſpectu bonorum maternorum.

Non obſtat ſtatutum, cap.303. quo cauetur,
vt mater ad ſecũdas tranſiens nuptias debeat pri
uari vſufructu, & ſic ex eo tolli videatur differẽ-
tia patris, vt ſentire videtur doctiſſimus Alciatus
noſter conſil.22.lib.9.

Quia ſequeretur abſurdum, quod induceretur
correctio ex ſubaudito intellectu ll.contra.l.pre-
46 cipimus, C.de appellat. Item inducta ad fauorẽ
filiorum in odium retorquerentur, & ad augendũ
ſcripta diminuerent.

Item, quia ſtatuta ſemper recipiunt interpre-
tationem, quam paſſiuam vocant, à iure cõmuni
47 ex ſentẽtia Bart.in l.omnes populi, in ſexta que-
ſtio. ff. de iuſt.& iure, l.1. §. lex Falcidia, ff.ad l.
Falcid.

Non refragatur demum tacita remiſſio indu-
cta ex taciturnitate, quia ea non procedit in pu-
pillo, qui quicquid videt ignorat, & eſt conſilij
48 inops, & expers: & ius quod quis ignorat remitte-
re minimè cenſetur, l.fin.ff.de iuris, & facti ignor.
Surd.deciſ.100.nu.6. Decius conſ.206. Iaſ.conſ.
53.num.10.& 11.lib.1.& ius dicitur, iam quæ-
ſitum, & quod iam radices egerit, & non querren-
49 dum: quia ſtatim applicatur, ignorantiaque ipſa
præſumitur, l.verius, ff.de probat.

Item, quia lex noſtra municipalis Mediolani,
capit.328. in renuntiationibus, & obligationibus
mulierum requirit certas ſolemnitates, & com-
prehendit etiam ius quærendum, vt ibidem no-
50 tatur num. 206. & procedit etiam in præſumpta
renuntiatione, vt ait Corneus conſil. 185. nu.4.
lib.2. Plotinus in l.ſi quando nume.866. C.vn-
de vi.

Et huiuſmodi renũtiatio nulla putatur ob de-
51 fectum ſolemnitatis, vt conſuluit præſes Meno-
chius conſil.237. nume.34. nec pater conſentire
poteſt ad ſui ipſius commodum, vt probat Lam-
bertengus tract.de ſolemnit. mulier. ad finem ti-
tuli, quæſt.29. num.102.

Item metus reuerẽtialis qui ſemel adfuit ſub-
ſiſtẽte cauſa ſemper durare dicitur, & ſæpe facit,
vt quoniam loqui liberè non licet, aliqui tacitè
rogent, ſed fruſtra.

Item, quia eam pater nominauit, & appella-
uit maternorum bonorum hæredem, vnde cen-
ſetur voluiſſe acquieſcere querimoniæ, quam fi-
lia habebat de ſecundis nuptijs.

Item, quia ſtatutum, cap.328. vult ſi cõtrahat
mulier cum marito cõſentiat agnatus, ſi cũ agna-
to, alter conſentiat agnatus, ergo idem eſt dicen-
dum ſi cum patre contrahat, propter eandem
rationis vim, quia ſcilicet integer non ſit, ſed ſu-
ſpectus eius conſenſus, cum de ſuo cõmodo aga-
tur, quod ſępe facit, vt vacillet libertas conſen-
ſus, deſiderata ad proſpiciendum, & conſulendũ
mulieris vtilitati; & hæc ſufficiant, quæ fortè dixi
longius, quàm inſtituta ratio poſtulabat; breuius
autem, quàm ſi hac de re vna diſputarem.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO POMPONIO Cauenago.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum, an detur ad-
uerſus lapſum anni præſtitutum à ſtatu-
to Mediolani, cap. 417. in primo, vo-
lente retrahere rem alienatam, vti pa-
ternam, ob ignorantiam: & an ſcientia
præſumpta, vel vera deſideretur, & qui
illius legis beneficium conſequi inten-
dit, quid præſtare debeat.

SVMMAE RERVM.

1 *Paupertas licet alias præſumatur, tamen probanda eſt quoties eſt fundamentum intentionis alicuius, idque etiam procedit in alia quauis qualitate.*

2 *Patrimonialis res licet alias præſumatur, tamen quando quis agit ad eam conſequendam, tanquam patrimonialem eam probare tenetur.*

3 *Statuti auxilium qui petit debet probare ſe habere omnes illius qualitates.*

4 *Agnatũ qui ſe profitetur debet id probare, & quod eſſet legitime conceptus tempore quo facta fuit alienatio eius rei, quam retrahere intendit.*

5 *Probatio coniecturalis non ſufficit, quoties lex per modum conditionis, aliquid vult probari.*

6 *Probatio debet eſſe neceſſaria, alias reus abſoluitur.*

7 *Conditio debet impleri in forma ſpecifica.*

8 *Probare plenè non dicitur, qui habet præſumptionem pro ſe.*

9 *Paterna præſumitur res à filio poſſeſſa.*

10 Bono-

10 *Bonorum continuatio à patre in filium præſumitur.*

11 *Bona quæ filius poſſidet viuente patre præſumuntur à patre profecta: ſecus ſi illo poſſideat eo iam vita functo.*

12 *Antiquum tempus dicitur tempus centum annorum.*

13 *Probatio in modum conditionis deſiderata debet præſtari ab eo, qui ſtatuti beneficium implorat, & ſi non poteſt, taceat.*

14 *Genitiuus caſus importat dominium.*

15 *Fideicommiſſario agenti contra hæredem ſatis eſt, ſi probet fideicommittentis poſſeſſionem, licet non probet dominium.*

16 *Retrahere volens rem, tanquã paternam debet probare rei identitatem.*

17 *Probãda vbi ſint plura nõ ſufficit vnius probatio.*

18 *Actor ſi non probet ſuam intentionem repellitur, etiam ſi reus nihil præſtet.*

19 *Probatio dubia velut ea, quæ à coniecturis ſumitur probantem non ſublenat.*

20 *Probatio coniecturalis, vbi admittitur debent eſſe coniectura violenta, & neceſſaria, & legis, & non hominis.*

21 *Statutum concedens retractum rei paternæ alienatæ dicitur odioſum.*

22 *Pupillus pro ignorante habetur.*

23 *Tempus in dubio continuum cenſetur, maximè ſi agatur de diſpoſitione odioſa, & de lucro captando.*

24 *Tempus anni conſtitutum ex l. municipali, capitu. 417. in primo, volenti retrahere rem paternam alienatam currit ignoranti.*

25 *Tempus ignoranti, non currit, quoties lex ſcientiam deſideret.*

26 *Statutum de re paterna luenda odioſum cenſetur, tanquã impediens liberam diſponendi facultatẽ.*

27 *Tempus à lege, vel ſtatuto præſtitutum ad aliquid agendum ignoranti currere cenſetur.*

28 *Dies interpellat pro homine.*

29 *Ignorãtia regulariter præſumitur, maximè in facto alieno, & in minore.*

30 *Scientia præſumptio allegationem ignorãtiæ tollit.*

31 *Scientia probatur coniecturis, & maximè ex familiaritate, conſanguinitate, & vicinitate.*

32 *Scientia perfecta, & non præſumpta requiritur, vbi tempus ſit vtile.*

33 *Scire is non dicitur qui plenam facti ſcientiam nõ habet, maximè ad inducendam renuntiationẽ.*

34 *Scientia coniecturis probari poteſt.*

35 *Retractus rei paternæ habet locum, etiam in venditione, quæ reuocari poſſit.*

36 *Sciẽtia coniecturalis admittitur in ſtatuto odioſo.*

37 *Ignorantia iuramento non probatur, quoties non ſit veriſimilis, iuſta, & probabilis, & quãdo præſumeretur ſcientia, & multis aliis caſibus.*

38 *Ignorantiæ allegatio non admittitur quoties eius impedimentum facile poteſt remoueri.*

39 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, an detur in ſtatuto, de re paterna luenda agente.*

40 *Reſtitutio ex capite ignorantiæ, nunquam conceditur, vbi adſit ſcientiæ coniectura.*

41 *Reſtitutio in integrum multis in caſibus, etiam actori datur.*

42 *Reſtitutionis in integrum auxilium difficilius cõceditur, vbi de cauſa lucrum afferente agatur.*

43 *Retrahere volens rem paternam cenſetur agere de lucro captando.*

44 *Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus.*

45 *Doctoris teſtimonio atteſtantis de conſuetudine, an ſtetur.*

46 *Teſti vni, etiam valde digno non creditur.*

47 *Probatio debet eſſe neceſſaria, nec ex diuerſis infertur.*

48 *Reſtitutio in integrum, etiam ex capite ignorantiæ non datur aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum.*

49 *Reſtitutio in integrum, etiam ex capite ignorantiæ non datur, vbi ignorantia non ſit veriſimilis.*

50 *Dominia rerum, ne in incerto, iaceãt reipublicæ intereſt.*

51 *Lis finita cenſetur ob deſertam cauſam.*

52 *Inſtrumenta cauſæ ſunt diligenter inſpicienda, vt de iure bene reſpondeatur, eleganſque huius rei affertur ratio.*

53 *Reſtitutio in integrũ aduerſus præſcriptionẽ quadraginta annorum ex multorum ſententia datur, cum quadriennium à die ſciẽtiæ videatur vtile.*

54 *Reſtitutio in integrum nõ datur aduerſus præſcriptionem quadraginta annorum.*

55 *Ignorantia, vbi ſit improbabilis, eo minus conceditur reſtitutio in integrum.*

56 *Scientia præſumpta, vel vera, an requiratur in excludendo retractu rei paternæ alienatæ.*

57 *Scientia præſumpta excludit reſtitutionem in integrum, etiam ex capite ignorantiæ.*

58 *Poſſeſſionis traditio inducit præſumptionem ſcientiæ in retrahere volente rem alienatam, vti paternam.*

59 *Ignorantia, vbi ſit inueriſimilis, vel potuerit remoueri eo minus eſt digna beneficio reſtitutionis in integrum.*

60 *Ignorantia vbi ſit craſſa non attenditur.*

61 *Scientia, vbi exigatur debet eſſe vera, & certa.*

62 *Vigilantibus, & nõ dormientibus iura ſubueniũt.*

63 *Scientia curatoris, an obſit adulto.*

64 *Quadriennium currit etiam contra ignorantem adultum, vbi contra curatorẽ ei detur regreſſus.*

65 *Citatus legitimè intelligitur minor, ſi citatus fuerit curator, & eius agnati.*

66 *Citare ſufficit adultum ſi curatore careat.*

67 *Scientia, & mora tutoris nocet pupillo, & tãto magis ſcientia, & mora curatoris nocet adulto.*

68 *Citare nedum curatorẽ, ſed etiã adultũ tutius eſt.*

69 *Reſtitutio in integrum maioribus non datur ex capite ignorantiæ in lucris.*

70 *Scientia coniecturis probatur.*

71 *Exemplis non eſt iudicandum.*

72 *Referenti non creditur, niſi conſtet de relato.*

73 *Negligens nunquam iuuatur reſtitutione in integrum ex clauſula generali.*

CON-

Digitized by Google

CONSILIVM CCLXXXVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CVM lex noſtra municipalis, cap.417.in primo, per modũ cuiuſdã conditionis velit agẽtem ad eius legis beneficium, prout agũt Curtij, teneri probare rem, quam luere intendit, fuiſſe paternam, ſcilicet communis aſcẽdentis, equidem, eſto etiam, quod alias ea qualitas præſumeretur, tamen debet neceſſario, & legitimè ab ipſo actore probari, cum ſit ſuæ intentio-
1 nis præcipuum fundamentum, prout dicitur de paupertatis probatione, quæ licet alias præſumatur, quia quilibet nudus ex omnibus rebus naſcitur; tamẽ ea perfectè probanda eſt quoties à lege exigitur, & à reo negatur, vt in terminis ſimilibus copioſè differit Tiraquellus videndus, de retractu legali, §.32.gloſ.vnica à num.91. vſque ad nume.100. vbi firmat licet alias res præſumantur patrimoniales, tamen qui agit ad eam,
2 tanquam patrimonialem non obſtante tali præſumptione teneri eam probare: & eſt ratio, quia qui in aliquo ſtatuto ſe fundat tenetur neceſſario omnes qualitates ab eo deſideratas probare,
3 Lei incumbit, ff.de probat.l.ait prętor, §. docere, ff.vi bonorum rapt. Bartolus in l.non ignorat, C. de accuſat. Socinus ſen. conſil.57. nume.8.lib.3. Plotus in l.ſi quando, num.355. C. vnde vi, debetque idem qui agnatum ſe profitetur probare,
4 quod tempore factæ alienationis eſſet cõceptus, & legitimè natus probando, graduum diſtinctionem, vt in puncto ſcribunt Signo.noſter conſ.81. nu.5.& idem Tiraquellus de retractu legali, §.1. gloſ.8.num.6.& glo.9.num.80.

Et confirmatur ex recepta illa ſentẽtia, vt ſcilicet à coniecturis ſumpta probatio non ſufficiat, quoties lex, vt in caſu noſtro, per modum alicuius conditionis, aliquid probari velit: dicit enim
5 Statutum noſtrum, ſi quis rem aliquam immobilem paternam, &c. & paulò poſt, ſi vero res, vel vt ſupra vendita, quæ dictio, ſi, conditionem
6 affert gloſ.& Bart.in l.1.ff.de condit.& demõſtr. nam tũc probatio debet eſſe neceſſaria, alias reus abſoluitur, l.Lucius, ff.de condit.& demonſtrat: Alexand.in l.licet Imperator, num.4. & infra, ff. de legato primo, & de communi atteſtatur Decius videndus in rubr. de probat. num.14.verſic. quamuis iſta communis, de probat. & eſt ratio, quia conditio debet impleri in forma ſingulari,
7 & ſpecifica, l.qui hæredi, & l. Męuius, ff.de cond. & demonſtr.& qui habet præſumptionem pro ſe non dicitur plene probare, vt ait Bartol.in l.1.C.
8 de fide inſtrument. & iure haſtæ lib.11. Baldus, Alexander, & Romanus, vidẽdi in l.1.C.de teſt. milit. Iaſ.in repet.legis admonendi, num.283.ff. de iureiurando.

Nec mouere debet, quod contra doctè mouetur, vt ſcilicet ex poſſeſſione ipſius Thomæ filij Aluiſij præſumantur bona fuiſſe Aluiſij: quia res
9 poſſeſſa à filio paterna præſumitur, niſi contrariũ probetur ex Bald. in l.2. C. de patria poteſtate,
10 Marzario conſil.11. nam continuatio bonorum à patre in filium præſumitur, Baldus conſilio 89. num.3.& 4.lib.1.

Quia Reſpõdetur, hoc in caſu nõ ſufficere hãc coniecturam, cum vera, plena, ac perfecta probatio exigatur, vt ſuperius monuimus; ſecundo dicitur ipſam coniecturam procedere, vbi filius viuente patre poſſideat: quia tunc benè præſumi-
11 tur bona à patre fuiſſe profecta; niſi aliter ex qualitate filij vigilantis, & induſtrij præſumendum foret; ſecus ſi eo mortuo, illa poſſideat, vt in caſu noſtro: quia tunc deficit huiuſmodi præſũptio, vt loquitur ea. l.2. C. de patria poteſtate, & declarat Alexand. videndus conſil.171.nu.5.lib.6. quem referunt, & ſequuntur Marzanus epit. fideicomm.parte 3.quæſt.58. & Maſcardus tract. probat. in verbo, fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum, concluſ.778.num.23.& infra.

Nec quia verſemur in antiquis à coniecturis, & preſumptionibus ducta probatio, videtur om-
12 ninò admittenda; tum quia ex receptiori ſententia, antiquum dicitur tempus centum annorum, Iaſ.in l.penult.ſub num.7. C.de iure delib. quod nondum in caſu noſtro fluxit; ſecundo vbi à lege in modum conditionis ea probatio deſideretur, adhuc probanda eſt ab eo qui velit obtinere ſtatuti beneficiũ, & ſi fieri nequit taceat; & ei poteſt dici non deficit tibi ius, ſed probatio: vnde
13 interdum melius eſt præterire, qđ obtinere prorſus deſperamus, quàm temere attentatum deſerere; & licet ſępe ſpes deficiat, & nõ voluntas, tamen hæc ipſa nolit, quod illa aſſequi poſſe omninò diffidit, nec putes, aut nimia audacia fidentiæ finitima tibi perſuadeas poſſe maria pedibus peragrare, claſſibus montes: & quemadmodũ quis nauim aſcendere non debet, ſine pane nautico: ita etiã iudicium non poſtulet, nec iudicialis maris fluctus petat, niſi ei præſto ſit probatio earum rerum, quæ ſuam muniãt actionem, & niſi prius bene probatis remis ſuæ actionis: nam in iudicijs non habet locum deprecatio, ſed facti probatio, quam vnam ſpectat Iudex, & eò ingenij, & mentis aciem intendit, vt rectum faciat iudiciũ; apertèque actori dicit, tibi tanquam homo priuatus credo, nec tua fides mihi in dubium venit, ſed tãquam Iudex publicam perſonam ſuſtinens non tibi de tuo commodo, vel incommodo agẽti, ſed integris teſtibus debeo fidem adhibere, l.duo ſũt Titij, ff.de teſt.tut.ita docet Abbas videndus in c. bonæ, el primo nume.14. de elect. Imola vtique videndus in l.in illa colum. penult. verſ. & idem dicas, de verb.oblig.& ſequitur Maſcardus, tract. probat.in verbo, negatiua, quibus modis probetur concluſ.1092.num.4.

Rurſus, cum iudicium hoc contra tertiũ exer-

ceatur

teatur poſſidentẽ cum titulo,& bona fide,eſt ple-
nior facienda probatio,tam ratione dominij,quã
poſſeſſionis communis aſcendentis; cuius res di-
citur fuiſſe, vt ſatis demonſtrat genitiuus ille in
ſtatuto poſitus,cuius aſcendentis res ipſa fuit,qui
ex propria ſua natura importar dominiũ,& poſ-
ſeſſionem,l.ſi domus,§.fi.de leg.1. & notatur cõ-
muni cõſenſu in rubr.de operis noui nuntiat.Iaſ.
præſertim num.13. Socinus ſen.in l.rem,num.2.
ff.de acq.poſſeſſ. & quamuis fideicõmiſſario agẽ-
ti contra hæredem ſatis ſit ſi probet fideicommit-
25 tentis poſſeſſionem; tamen nõ ſic in extraneo:ra-
tio differẽtiæ eſt,quia hæres non poteſt allegare,
notare, atque vituperare turpitudinem defuncti
ſui auctoris, neque dicere eum poſſediſſe aliena
bona,hoc enim vitio, & crimini datur ingrati ani
mi,cum beneficij memor debeat hæres defuncti
factum, à quo beneficiũ accepit,tueri, & collau-
dare,& potius ad crimen,ſi qua eſt ſuſpicio, de-
fenſionem quærere, vt declarat ex alijs Maſcar-
dus videndus in verbo,fideicommiſſarius agens,
concluſ.777.nu.5.& infra,& Simon à Prætis, de
interpret.vltimæ voluntatis lib.5.dubit.4.& vlt.
fol.553.num.302.

Tenetur etiam is idem qui retrahere vult rem
velut paternam probare, hanc eandem rem ip-
26 ſam eſſe,vt in ſimili tradit idem Prętus relato lo-
co fol.554.num.319.Et cum multa copulata,ſi-
mul, & ſemel, ab actore ſint probanda, ſi in vno
deficiat,in toto deficere videtur: quia hæc pro
27 vno habentur, l. ſi hæredi plures, ff.de condit.in-
ſtitu.Decius conſi.661.nume.4. Marſilius ſing.
187.num.1.

Quę contra allata ſunt, procedunt in diuerſis
prorſus terminis,nempe,vel vbi probetur, quod
filius viuo patre poſſideret; vel vbi per modum
conditionis lex aliquid non exigat; vel vbi aga-
tur à fideicommiſſario cõtra hæredem fideicom-
mittentis,& non aduerſus tertium; vel vbi verſe-
mur in re adeo antiqua, vt ſupereſſe non poſſint
oculati teſtes,qua in re requiruntur adhuc pro-
bationes ſaltẽ teſtibus auritis, vel fama, aut alijs
iuris adminiculis,& præſidijs,atque adiumentis,
28 quæ omnia hic deficiunt: vnde merito actor re-
pelli debet, etiam ſi reus nihil præſtet, reus enim
ſuis firmis exceptionibus, tanquam armatis co-
hortibus circumſeptus intra ſuos fines ſe cõtinet
expectans,& obſeruans actoris motus,& aggreſ-
ſiones,& locum agminis tenet,inquiens ego ſum
ſtipatus bonis iuribus,ſeptus optimis aduocatis,
munitus bene doctis, & integerrimis;atq; bene-
uolis iudicibus; ſi ille impetum in me facere co-
nabitur,reſiſtam,& eius conatũ refutabo;ſi aper-
to marte dimicandum erit, dimicabo;ſi fallacijs
ludendum erit,dabo operam,vt fallacia alia aliã
trudat,verbumque pro verbo reddam; & cum in
medio omnibus poſita ſit palma, illaque victori
danda ſit,dabitur mihi gladiatori,& athletæ for-
tiſſimo, & cum ita bene ſim ſociatus, & armatus
quis audebit tam bene comitatum aggredi? ag-
grediatur,congrediatur,atque experiatur, id ſuo
periculo fiet,& habebit acrem aduerſarium, qui
totis viribus luctabitur, & gladiatoris impetum,
& ferociam comprimet, ardoremque reſtinguet,
l.non ignorat, C. de accuſat. l.ei incumbit, ff. de
probat.& probatio dubia,velut ea eſt,quę à con-
iecturis ſumitur, probantem non ſubleuet, l. non
hoc, C. vnde legitimi,l.neque natales, C.de prob.
Signorolus noſter conſil.81.num.5. & in caſibus
etiam vbi probatio à coniecturis ducta interdum
admittitur, debẽt illę eſſe fortes, vrgẽtes, violen-
20 tæ,atque neceſſarię,& legis,& non hominis, Bal-
dus in l.ſiue poſſidetis,num.7. C.de probat. & in
c.bonæ,num.2. de elect. Felynus in cap. quanto
num.12.de præſumpt.& in rubr.de probat.nu.6.
& ſi aliter diceremus facile fieret noſtræ legi mu
nicipali fraus, quãdoquidem res minimè pater-
næ lui poſſent ſub prætextu, quod coniecturis,
quæ tamen incertę, & fallaces ſunt, & quæ ſæpe
nos fruſtrantur pręſumi poſſet eſſe paternas,cum
tamen hoc ſtatutum dicatur odioſum, & ideo ſit
ſtrictè interpretandum, & quantum fieri poteſt
21 reſtringendum, vt minus à iuris communis orbi-
ta deuiet, vt notatur in rubrica ad dictum ſtatu-
tum,cap.417.nume.3.& infra. & eo magis ſunt
repellendi Curtij,cum eadẽ lex municipalis prę-
ſtituat terminum anni, & diei ad luendum, qui
cum iamdiu pręcipiti curſu abierit,beneficio ſta-
tuti amplius frui nequeunt, cum receptius ſit, vt
hoc tempus ſit continuum,atque ideo currat etiã
ignoranti, vt ſatis apertè elicitur ex verbis ipſius
legis; quatenus tranſmiſſa denuntiatione vult, vt
non expectetur dies, & annus, ſed intra dies 30.
continuos competat luendi facultas,quod in ne-
ceſſarium antecedens infert tempus anni eſſe cõ-
tinuum; nam alias data etiam ſcientia ope de-
nuntiationis fuiſſet expectandus dies, & annus;
& apertius colligitur ex alijs verbis in fine ſtatu-
ti, vt ſcilicet annus incipiat à die venditionis, &
alienationis factę,& dum ſtatutum diſponit hoc
tẽpus currere ipſis minoribus, in quorum nume-
22 ro eſt etiam pupillus qui pro ignorante habetur,
l.1.C.de falſa moneta, velimus nolimus dicemus
mentem ſtatuti eam fuiſſe,vt hoc tempus ſit con-
23 tinuum, prout & in dubio ſemper cẽſetur, vt tra-
dit gloſ.& Bartolus in rubr.ff.de diuerſis,& tem-
poralibus præſcript. & alios cõplures refert Aſi-
nius videndus in ſua Praxi Iudiciaria circa prin-
cipium cap.8.num.22.& §.12.cap.1. maximè ſi
agatur de odio finiendo, & ſic de diſpoſitione
odioſa,prout eſt iſta,& de lucro captando,vt do-
cet Baldus in l.genero,ſub nu.2. ff. de his qui no-
tantur infamia, & latè Tiraquellus de retractu
legali §.35.gloſ.4. num.27.& in terminis conſi-
milis ſtatuti ſcribit, omninò videndus Simon à
Prætis conſilio 94.num.5.8.& 13. Crauet.con-
ſil.271.num.8.idque eo magis eſt concedendum
in caſu noſtro,cum ſtatutum noſtrum, cap.418.
velit quoad caſum luendi alienationem factam
intelligi, cum alienans tradiderit poſſeſſionem,

quo

quo caſu facilè agnatus poteſt conijcere, an res
ſit in caſu retractus, atque ideo communis eſt do-
ctorum ſententia, vt tempus contra hanc allegã-
24 tem excuſationem ignorantiæ adhuc currat, vt
decidit Boerius deciſ. 12. num. 8. Caſſan. in cõ-
ſuetudine Burgũd. rub. 10. de retractu, §. 5. nu. 5.
& in iſtam ſententiam reſidet interpres ad ſtatu-
tum eo, cap. 417. num. 262. qua veriſſima ſubſi-
ſtente

Non obſtat, vt hoc tempus debeat currere à
die ſcientiæ ex tex. in cap. Titius, ſi de feudo fue-
rit controuerſia, Caſtr. conſil. 351. volum. 2. Caſ
ſaneo allegata conſuetudine Burgundię rub. 10.
25 §. 5. num. 5. verſ. contrarium; tamen, quia reſpõ-
detur, hoc ideo in dictis caſibus procedere, quo-
niam lex ipſa ita diſpoſuit; ſecus eſt autem in du-
bio, vel quando prout in caſu noſtro aliter cõſtat
de mente legis, nec ea ratio valet, vt hoc tempus
ſit inductum fauore ipſius agnati, & contractus
huiuſmodi ſæpè fieri ſolẽt inter paucos quos ipſi
noſcunt planè ſecretò, quia cum ex magis rece-
pta ſentẽtia, de qua agitur in rubrica recitati ſta-
tuti, cap. 417. huiuſmodi ſtatutum ſit odioſum,
26 tanquam impediens liberam diſponendi facul-
tatem, l. dudum, C. de contrahend. empt. & aga-
tur de lucro, conſentaneum eſt, vt huiuſmodi tẽ-
pus currat etiam ignoranti; poſtquam agitur de
finiendo odio, vt dicit Alexãd. ad Bartolum in l.
Annus, de calumniat. & cum ſtatutum noſtrum,
cap. 418. in primo, velit inſpici tempus traditio-
nis nõ nocet ratio occultationis ipſius inſtrumẽ-
ti; diligens: namque debet eſſe ipſe Agnatus, vt
cum viderit, aut intellexerit rem agnati eſſe pe-
nes aliũ perueſtigare, & inueſtigando intellige-
re qua ratione quoue titulo ſit, & ſimul debet be-
neficio ſtatuti vti; & omni caſu lex tanto tempo-
ris ſpacio putat inuolutam rei notitiam aperiri
poſſe, & notam teſtatam, atque manifeſtam fieri
ipſi agnato, & cum lex potuerit etiam non cõce-
dere hanc contra ius luendi facultatem tãto ma-
gis etiam potuit eam dare, cum eo temperamen-
to, vt etiam afficeret ignorantes.

Nec ſimpliciter, & indiſtinctè vera videtur ea
27 concluſio, vt tempus à lege, vel ſtatuto præſtitu-
tum ad aliquid faciendum non currat ignoranti,
vt comm. dicit Curtius iun. conſil. 8. nume. 2. ſed
tantum à die ſcientiæ: quia illud procedit, vbi
ageretur de fauore, & non de odio, & vbi nõ adeſ
ſent verba in ſtatuto, quæ aliud ſuaderent, prout
ſunt in caſu noſtro; & pręſertim illa tranſmitten-
dæ denuntiationis, adhoc vt intra triginta dies
retrahere volens deliberet, & mora, vbi fuiſſet
conſiderata in eam, ita incurrebatur, & incideba-
tur perfecta ſcientia, ſicut etiam ipſa interpella-
28 tione, cum tempus anni ad luendum præſcriptũ
eum interpellaret, l. magnam, C. de contrahend.
vel committ. ſtipulat. Iaſ. in l. quoties, num. 5. ff.
de verb. obligat.

Non aduerſatur, dato etiam, quod in caſu me
morati ſtatuti requiratur ſcientia, adhoc vt tem-
pus currat, præſumi eam fuiſſe in Curtijs actori-
bus, niſi tempore litis conteſtatæ; tum quia igno-
29 rantia præſumitur in facto alieno; tum quia ipſi
Curtij eſſent minores in quibus propter ætatem
puerilem, maximè lubricam, atque incertam dif
ficilius huiuſmodi rerum ſcientia creditur, atque
putatur Maſcardus tract. probat. concluſio. 879.
Crauet. conſil. 780. num. 15.

Quia Reſpondetur; ſuppoſitum ipſum deeſſe
cum iam probauerimus ex ſtatuti mente huiuſ-
modi tempus currere etiam ignoranti.

Secundò reſpondetur, ignorantiæ allegationẽ
reddi valde abſonam, abſurdum, atque ignaram,
ab ipſa ſcientiæ coniectura, de qua mox agemus,
vt ſeipſum declarat idem Maſcardus in verbo,
30 ignorãtia, ea. concl. 879. num. 11. & cõcluſ. 1299.
in verbo, ſcientia, ex quibus coniecturis, & quæ
ſcientia in præſenti ſpecie ſit perſpicua ex longa
poſſeſſione ipſorũ Cauenagorum ex publica fa-
ma, ex litibus, quæ inter ipſas partes factæ ſunt,
ex familiaritate, ex locorum vicinitate, & tem-
poris diuturnitate, & ex multis inſtrumẽtis alijſ-
que rerum certiſſimis argumentis; nec minoris
ætatis eſt habenda ratio, cum ſtatutum eam ha-
beri nolit, & non cõſtet eos fuiſſe tales, & vbi ta-
les fuiſſent, non fuiſſe in tali ætate in qua non ca-
deret ſcientia, prout ſunt pupilli; & omni caſu,
cum illis etiã poſtea maioribus effectis tempus,
ipſum decurrẽdo defluxerit, minoris ętatis refu-
gium inane efficitur.

Non refragatur vtique coniectura ſcientiæ,
quæ dicebatur ex vicinitate nõ procedere in his,
quæ ſecreto fieri ſolent, prout ſunt contractus:
quia reſpondetur, cũ non agatur, de ſimplici con-
tractu, ſed de traditione rei, quæ habet factũ pa-
tens, & permanens, argumentatio retorquetur, &
non procedit etiam, quando præter vicinitatem
adeſt, vt hic, conſanguinitas, aut domeſtica fami-
31 liaritas, aliaque præſto ſint ſcientiæ adminicula,
vt declarat Maſcardus eo. tractatu probation. in
verbo, ſcientia, conclu. 1299. num. 9. & infra.

Non reſiſtit, aut repugnat, vt ſuppoſito, quod
hoc tempus ſit vtile, non ſufficiat hæc pręſumpta
32 ſcientia, ſed requiratur vera, & perfecta, Oſaſcus
deciſ. 176. num. 3. & quia ſcire is non dicitur, qui
plenam facti ſcientiam non habet, maximè ad
33 inducendam renuntiationẽ, vt inquit Caſſaneus
ead. rubr. 10. §. 5. nume. 5. verſic. conſidera. Tira-
quellus, de retractu legali, §. 36. gloſ. 2. nume. 30.
quia reſpondetur, tempus eſſe cõtinuum, & pro-
pterea opus non eſt diſputatione ipſius ſcientiæ,
34 quæ vbi etiam deſideraretur, minimè dubitandũ
eſt ex magis communi doctorum ſententia con-
iecturis probari poſſe, vt communem renuntiat
Maſcardus relata concluſione 1299. in verbo,
ſcientia, num. 1. & in verbo, ignorantia, concluſ.
879. num. 11. & infra, & concluſ. 880. num. 1. &
confirmatur argumentis, & coniecturis, quibus
aduerſariorum ſcientiã probari facile poſſe ſupe-
rius enarrauimus, & dum Curtij viderunt Caue-

magum poſſidentem ſuæ erant partes ſuivè mu-
neris erat diligenter inquirere, odorari, & perue-
ſtigare quo titulo poſſideret; maximè cum retra-
ctus huiuſmodi ſtatuti, etiam locum habeat in
35 vẽditione, quæ reuocari poſſit, vt tradit interpres
ad memoratum ſtatutum, cap. 417. num. 124. &
certum eſt, quod ignorantia nunquam admitti-
tur; imò tanquam craſſa, & ſupina, atq; affectata
reijcitur, quoties quis diligentiam faciendo, po-
tuit offuſas tenebras, & ignorantiæ caliginẽ pro-
uida, & ſolerti indagatione quaſi ſolis conſpicua
luce, diſcutere, nec debet quis in re frigidiſſima
calere, in feruentiſſima vero frigere, ſed vigilãter
ſe, & ſua tueri debet, vt diſtinguit Sfortius Oddo
tract. reſt. in integrum quæſtio. 8. art. 9. num. 47.
quæſt. 20. art. 4. num. 46. & 47. & ſi aliter dicere-
mus ſequeretur vt vix vnquam ſtatuti diſpoſitio
locum habere poſſet, niſi facta denuntiatione ip-
ſius inſtrumenti emptionis; cuius tamen contra-
rium eſt verius, & paſſim, vbique ſeruari conſpi-
cimus, & ideo ad tollendam hanc dubitationem
ſtatutum ſequens, cap. 418. voluit ſpectari tem-
pus traditionis, quod facilius venit in notitiam,
cuiuſque & cum agatur de ſtatuto odioſo, & mi-
rificè corrigente iuris communis ſanctiones, me-
rito etiam coniecturalis ſcientia eſt admittenda,
36 vt in puncto conſiderant Decius conſ. 222. nu. 7.
verſ. 3. & alij quos refert interpres ad ſtatutum,
cap. 417. num. 260.

Non officit etiam, vt ad probandam ignoran-
tiam ſufficiat Curtiorum iuramẽtum: quia iſtud
nõ procedit quotieſcũque, vt in caſu noſtro igno-
rantia nõ ſit veriſimilis, nec iuſta, aut probabilis,
37 vt ſeipſum declarat idem Seraphinus eo. priuil.
4. num. 5. & quando ex varijs cauſis, vt hic præ-
ſumeretur potius ſcientia; item quando ageretur
de cauſa magna, vel magni præiudicij, qualis eſt
hæc; item in eo, qui ignorantiam affectauit. Item
quando agitur de lucro captando, de tertij præ-
iudicio, & quando ex iuris diſpoſitione ſcire quis
aliquid tenetur; prout ſcire tenebantur ipſi Cur-
tij, ſi volebãt vti enarrata facultate ipſius noſtræ
municipalis legis, vt explicat idem Seraphinus
allato priuil. 4. num. 30. & num. 42. & 61. & nu.
100. & 102. & num. 115. & quando facile igno-
38 rantiæ impedimentum remouere potuerunt, vt
affirmat Crauetta conſil. 225. num. 8.

Nec etiam mouere debet, vt vbi tempus etiam
deberet currere à die venditionis ſubueniendum
eſſet Curtijs remedio, ac auxilio reſtitutionis in
integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa, quæ a facti ignorantia ducitur: quia rece-
39 ptius eſt, vt ea nõ detur; nam ſi eam ſtatutum de-
negat ex capite minoris ætatis, cenſetur etiã eam
remouere ratione ignorantiæ; tum quia in pupil-
lum, qui quicquid videt ignorat, hoc ignorantiæ
verbum maximè cadit; tum etiam, quia ſi fauo-
rabilior non conceditur, tanto magis cenſetur ſu-
blata quæ minus fauoris ſecum in ſcenam affert,
vt tradit idem Sfortius Oddo tract. de reſt. in in-
tegrum quæſt. 15. num. 92. verſic. altera eſt, ma-
ximè cum fiat mentio ætatis, vel alterius cauſæ,
vt ſcilicet, aliquod beneficium nõ detur, vel pro-
pter ætatem, vel propter aliam cauſam, ſub cuius
genere comprehenditur etiam ignorantiæ cau-
ſa, vt ibidem animaduertit interpres nume. 820.
præterea huiuſmodi reſtitutio ex capite ignorã-
tiæ, nunquam conceditur, vbi adſit ſcientiæ con-
40 iectura, & abſit probabilis ignorantiæ ratio, quo-
rum primũ in caſu noſtro ſubeſt, & alterũ deeſt,
vt tradit idem Sfortius Oddo allegata quæſt. 20.
art. 4. num. 46. & 47.

Non offendit etiam quatenus dicitur actori,
41 etiam dari reſtitutionẽ in integrum multis in ca-
ſibus, vt cõſuluit Eugenius conſil. 95. num. 47. &
in hoc caſu agi de reſtitutione in integrum, pro-
poſita potius excipiendo, quàm agendo.

Quia Reſpondetur ipſos Curtios eſſe actores,
& hanc reſtitutionem in integrum iure actionis
proponere, cum ſtatuti auxilium petãt, & bene-
ficium implorent ad certum tempus limitatum;
quo caſu illud poſtulare nequeunt, niſi ope reſti-
tutionis in integrum; propterea reſpõſiones Eu-
genij intrare nequeunt in mentem iudicis hoc in
caſu, in quo actor ex nubibus ignorantiæ colora-
to prætextu putat cõſequi aliquid nouum, & ſic
agit de lucro faciendo, & de cauſa lucrum affe-
42 rente, quo caſu reſtitutionis ſuffragium denega-
tur, vt declarat Decius in l. qui in alterius, nu. 3.
verſiculo ſecundo iſta regula, ff. de reg. iuris, & ita
ſeipſum explicat idem Eugenius nu. 44. 45. 48.
& 49. dum agit de reſtitutione aduerſus lapſum
temporis ad redimendum præſtituti, quod con-
tinere videtur cauſam potius damnum, quàm lu-
crum afferentem, cum optimè nouerimus rẽ mul
to minoris diſtrahi, atque venundari propter im-
poſitum hoc onus, quàm ſi eo careat; nam tunc
carius venditur, cum libera ſit; Item agit, de iure
quod iam radices egerit, & iam propagatum ſit,
in perſona defuncti; vnde cum caſus ſint diuerſi,
non bene ab vno ad alterum infertur, nec quic-
quam facit, quod non videatur agi de damno ip-
ſius Cauenaghi, cum factum ſit depoſitũ totius
crediti ipſius Cauenaghi; quia aduertendum eſt,
quod in terminis memorati ſtatuti non conſide-
ratur, an abſit damnum ob ſolutum idem pretiũ;
ſed ſpectatur luentis lucrum, cũ is aſſequatur ad-
uerſus terminos iuris communis, & contra natu-
ralem diſponendi de rebus ſuis libertatem rẽ le-
gitimè alienatam, & ad quam ipſe habet quan-
dam animi affectionem, & ideo ex cõmuni om-
43 nium ſententia in terminis huiuſmodi ſtatuti re-
ceptum eſt retrahentem agere, de lucri occaſione
captanda, vt tradit Tiraquellus, §. 35. gloſ. 4. nu.
45. ex contrario autem de magno agitur ipſius
Cauenaghi detrimento, quandoquidem tempo-
ris beneficio quietis, & pacis, ac trãquillitatis ple-
niſſimi, ipſorum bonorum pretium ſit admodum
adauctum, & ipſe Cauenagus ſi eas pecunias in
emptionem aliorum bonorum, tunc cõuertiſſet,
nunc

nunc eſſent duplicati pretij,& geminatæ ęſtima-
tionis; & niſi euidens hoc damnũ ineſſet ex par-
te Cauenaghi, manifeſtũ autem eſſet lucrum ex
parte Curtiorum,adeo ſolliciti, atque anxij non
auerent hæc luere bona; dura eſt enim domina
hæc imperioſa,& vehemẽs cupiditas, & propte-
rea iure merito ſtatutum voluit reſtringere, &
coarctare, hanc facultatem in anni tẽpus,vt hanc
pretij variationem,quæ temporum mutatione,
& anniuerſaria viciſſitudine ſępe euenire ſolet in
damnum emptoris,de medio tolleret.

Nec repugnat quatenus ex notatis eo ſtatuto,
cap.417.num.265. dicatur binis ſententijs fuiſſe
iudicatum,vt reſtitutio detur.

Quia,vt alias dixi, legibus nõ exemplis eſt iu-
44 dicandum,l.nemo, C.de ſententijs, & interlocu-
tionibus;& referenti non creditur,niſi conſtet de
relato, & aliud eſt fidem facere de conſuetudine
generali,quæ poteſt facere ius,aliud eſt atteſtari,
de ſententijs latis,quæ cum non exhibeantur,ſu-
per eis non poteſt fieri aliquod fundamentum:&
omni caſu ne dicantur longè multum remotæ à
terminis iuris,& ab eis toto(vt aiunt) coelo erra-
re,eſt dicendum, vt procedant in diuerſis prorſus
terminis; nempe vbi ageretur, de ignorantia iu-
ſta,& probabili,& quæ careret præſumpta ſcien-
tia; quæ tamen multis modis euidens, & perſpi-
cua in hoc caſu demonſtrata eſt, nec ſimpliciter
vera eſt ea concluſio,vt credatur doctori atteſtãti
45 de conſuetudine, niſi ſit perſona valde digna, at-
que celebri fama inſignis, & niſi ad effectũ faciẽ-
dæ cuiuſdam præſumptionis, vt tradit Gabriel
lib.comm.titulo de probat.concl.4.& ſi non cre-
ditur vni teſti etiam valde digno, & omni exce-
46 ptione maiori,cap.licet,c.veniens,il primo, de te
ſtibus. Idem Gabriel de teſtib.concluſ.1. num.1.
Vtique doctori atteſtanti,non eſt adhibẽda ple-
na fides,niſi cõſtet de relato,& maximè in re quę
iuri communi aduerſatur,& quæ eſt ęquiuoca,&
minimè neceſſaria; nam poteſt eſſe quod illę ſen-
tentiæ, prout certè tenendum eſt, ſint latæ in di-
47 uerſis caſibus,vt ſuperius monuimus; vnde ex eis
bene non infertur,& argumentum ſumitur, l.ne-
que natales, C.de probat. l.non hoc, C.vnde le-
gitimi.

Nec reluctatur,quod dicitur aduerſus pręſcri-
ptionem triginta,vel quadraginta annorum da-
ri reſtitutionem in integrum ex capite ignoran-
48 tię:quia ex iam deductis, & maximè ex Socino
iuniore qui loquitur in terminis caſus noſtri,
in l.filiusfamilias,§.diui,nu.142.de leg.1.& con-
ſil.37.nume.5.volum.4. & ex Theſauro deciſio.
134. conſtat iſtam eſſe magis communem opi-
nionem.

Nec negotium faceſſit, quod ſcribit idem Eu-
genius conſil.95. nu.24. quia Theſaurus aucto-
res quos ipſe allegat,refert,& ad eos reſpõdet, &
cum ex ea Senatus ipſe Sabaudiæ iudicauerit,
nuſquam videtur ab ea recedendum in iudican-
do; maximè, cum in caſu noſtro lapſum ſit qua-
driennium ad eam petẽdam præſtitutum, & aga
tur de ignorantia improbabili, & minimè veriſi-
49 mili,atque affectata. quo caſu proculdubio The-
ſauri ſententia vti frequentiori calculo approba-
ta eſt recipienda, prout etiam non diſſentit idem
Eugenius eo.conſil.num.27. & certè ſi aliter di-
ceremus multa priuilegia, & ſingularia cõtra ius
commune in idem coaceruarentur, dominiaque
rerum cõtra publicam vtilitatem ſemper dubia,
& agitata more marinorum fluctuum fluctuarẽt,
& in incerto, & ancipiti ſtatu iacerent, nihilque
50 eſſet tutum,quod minimè ferunt ſacratiſſimæ le-
ges,l.1.ff.de vſucapio.

Nec poſtremò loco obeſſe videtur, quod taci-
tè labentes, nondum defluxerunt triginta anni à
die traditæ poſſeſſionis:quia in facto contrarium
verius dr̃, & hoc idẽ facile intelligere poteſt D.
Iudex facta inſtrumentorũ collatione; ſed omni
caſu, vt ſępius dixi,atque repeto, omnis meher-
cle tollitur dubitatio, ea ſtabili ratione,vt ſcilicet
reſtitutio ex capite ignorantiæ non detur, vbicũ-
que,vt in caſu noſtro, adſit præſumpta ſcientia,
& quando agitur de mero lucro captando, & ſi
quis eſt qui hoc dicat, aut ſi quid cogitet, & ad-
huc inculcet, hoc ſibi reſponſum habeat, quo fa-
cile aduerſa argumentatio refellitur.

Nec dicatur tempus luendi adhuc perdurare
ex eo,quia nouem anni dati erant ad redimendũ
51 poſt litem finitam, & lis finita dicatur ſententia
Senatoris Girardi anno 1596.quia aduertẽdum
eſt litem coram eo Senatore conteſtatam non
fuiſſe litem illam de qua agebatur in eo inſtru-
mento: quia ibi ſupponitur illam iam fuiſſe illa-
tam,& inchoatã, & fuit poſtea finita, & perem-
pta anno 1573. ob deſertam cauſam, vt firmat
Lancelotus tract. attent. in præfatione parte 2.
cap.4.num.275. & iureciuili inſpecto res eſt ex-
pedita,lapſu inſtantiæ cauſam finiri,l.properan-
dum, C.de Iudicijs.

Verum,quia poſt hæc ſcripta pars aduerſa D.
Iudici nonnullos adhuc dubitationum ſcrupulos
iniecit quò magis illi penitus euellãtur, hęc pau-
ca duxi repetenda.

Prima enim propoſitio pro D. Cauenago ad-
mittitur vti veriſſima iuris concluſio, vt ſcilicet
aduerſarij actores teneãtur ſe probare tales,qua-
les ſe aſſerunt,& quod bona hæc ſint huiuſmodi,
vt ſint in caſu ſtatuti;ſed inquiunt id ſatis proba-
ri ex nonnullis inſtrumentis, quod cum in facto
conſiſtat, nec inſtrumenta viderim ſecundæ hu-
ius propoſitionis,iudicium vti à facto pendentis
faciat is cui iudicãdi munus eſt, & vt in ea re no-
ſtrum ſi opus fuerit interponamus iudicium, po-
teſt pars aduerſa citari ad ea proferenda, & pro-
ducenda; nam licet Iuriſperitus de quęſtione fa-
cti non reſpondeat, l.eum quem temere, §. iudi-
cibus,ff.de iud.nam facta aliena ignorare poteſt,
cap.1,de conſtitutionibus in ſexto, & cum varij
ſint hominum ſenſus,in magna varietate negotia
verſantur, atque iure merito factum eſt, vt facta
non

Digitized by Google

non præſumantur, ſed probari debeant, lege in
bello, ff. de captiuis, & poſtliminio reuerſis; at-
tamen debet diligenter inueſtigare factum, vt
52 ex eo ius dicat, cum ex eo ius ipſum oriatur, le-
ge ſi ex plagis, §. in diuo, ff. ad legem Aquiliam,
nec vt rectè reſpondeat ſolam facti narrationem
percurret, ſed diligentiſſime ſingula quæque cau-
ſę inſtrumenta, & documenta inſpiciet, & etiam
atque etiam conſiderabit, cum ſæpè eueniat,
vt ipſa enarratio ſit mutila, & quaſi decurtata,
aut exuberans, cum quandoque minus, aut
plus dictum ſit, quàm veritas patiatur, & pru-
dens, & oculatus aduocatus, dum diligenter
examinat omnium verborum pondera, & ſin-
gula cauſæ inſtrumenta legendo peruoluat, &
perlegendo reguſtat, complura quod ſæpiſſimè
ego ipſe expertus ſum, noua acutè inueniat ad
conſequendam glorioſam cauſæ victoriam, quæ
forte antea deſperabatur, vel vacillabat quo
fit, vt Iuriſconſultorum Iuriſconſultiſſimus Sce-
uola ſemper ſecundum ea quæ proponebantur
reſpondere ſoleret; id maximè intelligens de
facto prius, mox de iure eſſe quærendum, &
facti cognitionem aditum patefacere ad iuris
deciſionem; ſicut enim Sagittarius ſi à Baliſtæ
conſpicillo, ſeu pollice tantillum oculi aciem
auertat, equidem ab albo, & à ſigno quod ia-
culo traijcere attentè contendit, longe multum
aberrat; ita quælibet etiam minima facti mu-
tatio longe diuerſum ius ſtatuit: & propterea,
vt pro veritate reſpondeatur, qui iuriſperitum
conſulit, omnia quæ ad cauſam facere poſ-
ſint à capite, vſque ad exitum fideliter enarret,
& ad veritatem loquens ei nihil prorſus addat,
vel de ea minuat; conſultus vero Iuriſperitus
non ſolum facti narrationem diligenter audiet,
& ſpectabit, ſed accurate requiret, & contem-
plabitur ſingula quæque inſtrumenta ad rem ip-
ſam pertinentia, & oculo mentis punctum cau-
ſæ bene intuens, illud, quaſi ſignum ad ſagit-
tam acuto veritatis telo attingens feriat, &
clienti monſtret viam qua celeriter, & tutò per-
uenire poſſit ad auream victoriæ ſedem, quod
facile aſſequetur, ſi veritate, & non temeritate
ad iudicandum ducatur; à ſigno enim diſcede-
re facile eſt, ipſum autem attingere magni nego-
tij eſt.

Ad ſecundum quatenus dicitur magis com-
munem eſſe ſententiam, vt reſtitutio in inte-
grum ex capite ignorantiæ detur etiam aduer-
ſus præſcriptionem quadraginta annorum ex
Oddo Sfortia tracta: reſtitut. in integrum, quæ-
ſtione nonageſima, articulo quinto, numero de-
cimo octauo, id etiam ampliando in præſcriptio-
53 ne ſexaginta annorum, & etiam longe maio-
ri: quia cum illud quadriennium ſit vtile, non cur
rit, niſi à die ſcientiæ, vt is idem probat articulo
ſequenti.

Reſpondetur, immo magis communem eſſe
in contrarium, & ſecundum eam Taurinenſem
Senatum ſæpius ita iudicaſſe, & lege ſtatuiſſe,
vt ita in poſterum ſeruetur, vt litibus finis im-
ponatur, vt rebus aliqua detur ſecuritas, & nè
dominia rerum ſint ſemper in incerto; & quia
dubium non eſt quin allegatio etiam ignoran-
tiæ præſcribatur ſaltem ſpacio tanti temporis,
quod contra affertur poſſet procedere in mino-
ri præſcriptione, ſcilicet decem, vel viginti an-
norum, ſecus ſi ſit longius, velut triginta anno-
rum, & eis decurſis lapſum ſit quadriennium;
& tanto magis in præſcriptione quadraginta an-
norum, vt poſt Sfortium, ita egregie decidit
54 Iam adductus Theſaurus eadem deciſione cen-
teſima trigeſimaquarta, vbi ad contraria reſpon-
det, & hanc magis receptam teſtatur confuta-
to Sfortio, & eius argumentis, & dixi ego,
conſilio ſeptuageſimotertio, numero vigeſimo
lib. 1. & conſilio 163. numero quinquageſimo-
nono, lib. 2.

Rurſus Sfortius firmatam ab eo concluſio-
nem declarat, niſi ignorantia craſſa, & impro-
babilis eſſet in petente reſtitutionem, vt ipſe ex-
plicat eadē quæſtione nonageſima, articulo ſex-
to, numero vigeſimo octauo, & alibi conſulendo
tenui ego; ſupina autem ignorantia tunc ineſſe
dicitur, quando præſumitur ſcientia, vt idem
enarrat quæſtione octaua, articulo decimo, nu-
mero quinquageſimonono, cum igitur in caſu
noſtro huiuſmodi ſcientiam adeſſe palam ſit, ve-
limus nolimus hæc reſtitutio erit deneganda de-
ficiente eius probabili fundamento, ſcilicet iuſtę
ignorantiæ coniectura.

Ad tertium dicitur in partem aduerſam faci-
le reflecti ęquiuocationis, quod nobis obijcitur
vitium; nam id non dixiſſet ſi vim argumenti
bene percepiſſet, ſed cum in eius intelligentia la-
pſa ſit, & vt dicitur ęquiuocauerit, merito obie-
cta ęquiuocatio retorquetur; noſtri enim argu-
menti hic eſt cardo, vt ſcilicet ſi aduerſus vendi-
tiones Cauenago factas non datur luitio ob tan-
ti temporis ſpacium decurſum, conſequitur, vt
directum præſcriptum ſit: quatenus autem dici-
tur ratione vtilis, quod remanſit penes Camil-
lam Curtiam, & quod poſtea in Cauenagum
tranſlatum eſt, ius luitionis competere, id iuſtè
negatur: quia ex eodem ſtatuto, capit. 417. do-
minus directi præferri agnato debet, nec hoc ius
ad domini preiudicium eo in ſtatuto continetur,
vt iam probatum eſt.

Ad quartum, dum negatur ex Oſaſco deciſio.
174. numero tertio, & ex Tiraquell. de retractu
legali, §. 36. gloſ. 2. numero trigeſimo, admit-
56 ti hoc in caſu ſcientiam præſumptam, ſed requi-
ri certam, & ſingularem, maximè cum verſe-
mur in facto alieno in quo regulariter ignoran-
tia præſumitur, & contractus dicantur actus
ſubiti, & momentanei, qui clam, & occultè
fieri poſſunt, & eo probabilior reddatur acto-

rum ignorantia, cum minores fuerint, & ſucceſ-
ſerint in locum aliorum; imò litis pendentis agi-
tatio quæ dicitur viguiſſe inter Cauenagos, &
Curtios faciat, vt rota rotũdi anni ambitus con-
tineretur.

Dicitur in caſu noſtri ſtatuti contrarium eſſe
longe verius, vt in puncto probat Decius viden-
dus conſilio 223. ſub numero ſeptimo, verſiculo
tertio, & ratio eſt aperta; nam certum eſt hoc
tempus currere ignoranti, vt ibidem probat in-
terpres ad ſtatutum, capit. 417. numero 262. &
ratio rationis videtur, quia agitur de lucro ca-
ptando, quod facilius amittitur, & quamuis po-
ſtea ſentiat, numero 265. reſtitutionem dati, vbi
id verum eſſet, de quo tamen in ſequenti capite
agemus, id ſano modo eſt intelligendum; vbi
57 ignorantia probabilis daretur quæ eſſe non po-
teſt, vbi præſumpta, vt hoc in caſu adſit ſcien-
tia, vt concedit idem Sfortius eadem quæſtio-
ne octaua, articulo decimo, numero quinquage-
ſimonono: iudiciorum enim finis eſt æquitas,
quæ non patitur, vt ſupinæ huic ignorantiæ ſub-
ueniatur; ius ipſum, & ipſam æquitatem om-
nes boni viri amant, & quod hæc fuerit ſtatu-
ti noſtri mens apertiſſimè probatur, tam eo ſta-
tuto, capit. 417. in quo non fit mentio alicu-
ius ſcientiæ; immo quatenus vult ex tranſmiſ-
ſa denuntiatione annum reduci ad triginta dies,
nec aduerſus eam denuntiationem dari aliquam
reſtitutionem, vel ex capite prætenſæ ignoran-
tiæ, vel minoris ætatis, aut aliter neceſſario in-
fertur terminum anni eſſe continuum, & curre-
re ignoranti, quam etiam ex ſequenti ſtatuto,
capit. 418. quo diſponitur, vt venditio, & quæ-
uis alienatio quo ad caſum luendi intelligatur
facta cum emptori tradita fuerit corporea poſ-
58 ſeſſio rei venditæ, quod etiam procedit ex iure
communi, vt adnotauit interpres eodem capit.
418. ſub numero ſeptimo, & ex Boerio deciſio.
112. numero octauo, vbi de communi teſtimo-
nium dicit; nam ſtatim, atque volens retrahere,
videt naturalem poſſeſſionem rei paternæ eſſe
penes extraneum, tenetur perquirere, quo iure
apud eum ſit, & dare operam, vt eam luat, quod
vbi negligat merito contra eum tempus currit,
nec adiuuatur aliqua reſtitutione, cum tunc om-
nis probabilis ignorantiæ coniectura ex ſcientia
traditionis poſſeſſionis factæ extraneo, & ſubſe-
cutæ tam diuturnæ poſſeſſionis excludatur, nec
59 ei ſubueniendum ſit qui negligens fuit in exqui-
renda facti veritate, & in remouendis ignoran-
tiæ tenebris, & iſta eſt mera veritas, vt ſatis pa-
tet ex multis declarationibus quas Maſcardus re-
fert ad eam concluſionem, vt ſcilicet ignorantia
præſumatur, tracta. probation. concluſione 879.
in verbo, ignorantia, à numero ſeptimo, vſque
ad finem, hoc enim caſu ignorantiæ tegumen-
60 tum, tanquam craſſum, & affectatum non at-
tenditur, vt declarat Sfortius eodem tracta. re-
ſtitut. quæſtione octaua, articulo decimo, nume-
ro quinquageſimo octauo, & infra, vſque ad fi-
nem; quod autem contra adducitur præcipuum
habet fundamentum ſuper capite primo, §. Ti-
tius filios maſculos non habens, in vſibus feudo-
rum, ſi de feudo defuncti controuerſia fuerit;
quod loquitur in diuerſis prorſus terminis; nem-
pe, vbi ſtatutum eſſet tempus non currere; niſi
à die ſcientiæ, prout decretum eſt eo in caſu,
quando ſcilicet agnatus alienat feudum; nam
alter agnatus habet annum ad redimendum re-
fuſo pretio, ſi alienans filios habeat, & ſine pre-
tio ſi eis careat, & is annus currit à die ſcientiæ,
vt ibidem expreſſim cauetur quatenus dicitur, re-
mouebitur ſi conſenſit alienationi, vel per an-
num tacuit, ex quo ſciuit, & ſecundum huius le-
gis, quam adducunt terminos eſt intelligenda
61 deciſio Oſaſchi, & Tiraquelli, nempè, vt pro-
cedat vbi ſcientia exigatur; quia tunc debet eſ-
ſe certa; ſecus eſt, vbi ſcientia non requiratur,
prout in noſtro caſu: quia tunc tempus currit
ignoranti, & reſtitutio non conceditur, niſi de-
ficiente præſumpta ſcientia, & ſubſiſtente pro-
babili ignorantia, puta abſentiæ in longinquis
regionibus, quæ ſcientiæ coniectura, cum adeo
euidens ſit in caſu noſtro ex tot certiſſimis argu-
mentis remaneant omninò excluſi actores benefi-
cio huius ſtatuti, cum vigilantibus non dormien-
tibus iura ſubueniant: ſollicitudo enim diuitia-
rum mater ſummo mane conſurgens inertes, &
ſomniculoſos excitat, & ſuo exemplo ad aſſi-
duos labores ſuſcipiendos inuitat inquiens, quid
ſtatis otioſi in torporis lecto iacentes, ortus eſt
iam Sol, & ſuis radijs noctis caliginem depellens
vos è tenebris in lucem vocat, l. pupillus, ff. quæ
in fraudem credit. l. nec enim, ff. ex quibus cauſis
62 maiores, & in ſimilibus terminis explicat viden-
dus Sfortius eadem quæſtione octaua, articulo
nono, numero quadrageſimoſeptimo, & infra,
& melius quæſtione vigeſima, articulo quarto,
numero quadrageſimoſexto, & quadrageſimoſe-
primo, vbi omninò videatur.

Sed ſi etiam ſingularis ſcientia deſideraretur
ea non deeſſe videtur ex citatione trãſmiſſa Ca-
63 therinæ Cazuliæ matri tutrici, & curatrici Pau-
li, & fratrum Curtiorum nunc actorum, qui tunc
adulti erant, quo fit vt ſcientia eorum curatri-
cis eoſdem afficere debeat, lege non ſolum, §. ſed
ſi per procurat. ff. de liber. cauſa, vt tradit Barto-
lus in lege qui duos, numero octauo, ff. de re-
bus dubijs, vbi etiam videatur Socinus ſenior,
numero vigeſimoſeptimo, Socinus iunior, con-
ſilio quadrageſimoquinto, numero quarto, &
46. numero quadrageſimoquarto, vol. 4. & ea-
dem citatio debet etiam aduerſarios afficere
nedum quia curatrix fuit citata, ſed quia ad
formam conſtitutionum citati etiam fuerint
agnati, ex qua citatione anno 1569. elicitur no-
titia certa confectorum contractuum à Caue-

nago,

nago, cum Curtijs in quadam lite, quæ ſuper
eis bonis erat mota ab aduerſarijs ipſi Camillæ
Curtiæ, quæ non propterea impediebat curſum
temporis ad bona luenda, & ipſi etiam citati fue-
runt quatenus ſua putarent intereſſe, nec aliqua
reſtitutio aduerſus hunc actum competit; tum,
quia lapſum eſt iam diu tempus eius petendæ,
capitulo primo, de reſtit. in integrum, lib. 6. tum
quia à ſtatuto noſtro remouetur; tum quia cum
adſit tutor, vel curator contra quem datur regreſ-
ſus ſtatim currit quadriennium, etiam contra
ignorantem, vt latè probat Rolandus à Valle
64 conſilio decimo, numero octauo, & numero vi-
geſimo, volumine ſecundo; tum denique, quia le-
gitimè citatus fuit minor citata curatrice, &
agnatis proximioribus, l. contra pupillum, ff. de
65 re iudicata, l. hæc autem, §. non defendi, ff. qui-
bus ex cauſis in poſſeſſionem eatur; imò quando
quis eſt adultus ſufficit eum citare, maximè ſi cu-
ratore careat, vt eſt textus in lege prima, §. ſuf-
66 ficit, ff. de adminiſtra. & periculo tutorum, & fir-
mat Alexander in lege, ſi ex cauſa legati, nume.
octauo, ff. de verborum obligatione, & regulari-
ter mora tutoris, ſicut & ſcientia nocet pupillo,
& tanto magis ea curatoris obeſt adulto, vt ibi-
67 dem notat Alexander numero quinto; ſed cum
citata fuerit curatrix, vna cum eo tollitur omnis
dubitatio, vt tradit Tiraquellus de retractu lega-
li, §. primo, glo. 13. numero decimonono, & no-
68 tatur ad ſtatutum noſtrum, capit. 34. volumine
primo, in verbo, à tutore, vel curatore.
Ad quintum, & vltimum, quicquid ſit in mi-
nore qui eſt maiori fauore dignus; & de quo lo-
quũtur iura ex aduerſo adducta, in maiore illud
magis receptum videtur, vt reſtitutio non detur
69 in lucris ex capite ignorantiæ, maximè cum dam
no tertij, vt contingeret in noſtro caſu, propter
temporis mutationem cuius beneficio multum
adaucta fuere pretia rerum, vt communem di-
cit Anguſola conſilio 205. numero quinto, libro
primo, quem refert idem Sfortius eadem quæ-
ſtio. octaua, articulo nono, numero quinquageſi-
moquinto, & ſequitur quando id cum tertij dam
no fieret, vt is ibidem declarat verſiculo intelli-
ge tamen, niſi cum damno tertij; Item quando
ignorantia eſſet ſupina, prout eſt in caſu noſtro,
quia illa non excuſat; craſſa autem eſſe tunc in-
telligitur, quoties ſcientia præſumitur, vt iam
ſuperius probatum eſt, maximè cum ex tranſla-
ta in extraneum poſſeſſione iam cenſeretur ad-
uerſarius partem ipſius facti nouiſſe; atque ideo
teneretur quod reliquum erat, ſcilicet poſſeſſio-
nis cauſam peruestigare, cum ageret, vt ſibi ac-
quireret: & quamuis hæc inquiſitio, & perue-
ſtigatio potiſſimum exigatur in eo, qui ratione
officij diligentiam adhibere tenetur; attamen ad
effectum, vt quis negligentiæ culpam ſuſtineat,
atque ideo indignus ſit beneficio reſtitutionis in
integrum ex capite probabilis ignorantiæ, ſuffi-
cit ſi talis fuerit ignorantia, quæ facile remoue-
ri potuerit: quia de facto facile quis certior fie-
ri valeret; vtputa, quia eſſet factum manifeſtum,
& publicè notum, & palam geſtum, & in vici-
nia, & à conſanguineo, & diuturnum, & ſuc-
ceſſiuum, ac permanens, quod maximè perpen-
dit Bartolus in l. ſi vero, §. qui vero, numero quar
to, ff. qui ſatiſdare cogantur, & tale quale eſt hoc
noſtrum, in quo, vt iam præmonuimus ex mul-
tis potius ſcientia, quam ignorantia præſumitur,
& maximè ex poſſeſſione tam antiqua exiſten-
te penes extraneum: ita vt omnes fere coniectu-
ræ iuris, à quibus ſcientia præſumitur, præſto ſint
Cauenago, & Curtijs aduerſentur; illum ad vi-
ctoriæ templum proficiſcentem in itinere comi-
tentur, hos ad cauſæ amiſſionem properantes
deſtituant, vt egregie proſequitur vidédus Cra-
ſset. eodem conſilio 225. numero octauo, & Sfor
tius eadem quæſtione octaua, articulo decimo, &
Maſcardus relata concluſ. 879. in verbo, igno-
rantia.
Nec mouere debet, quod aſſerit interpres ad
prænarratum ſtatutum, capit. 417. numero 265.
vt ſcilicet fuerit binis ſententijs concordibus,
quandoque iudicatum, vt ex capite ignorantiæ
aduerſus eius temporis lapſum concederetur re-
ſtitutio in integrum: quia vt iam monuimus, le-
71 gibus, non exemplis eſt iudicandum, lege nemo,
C. de ſentent. & interlocut. & referenti non cre-
72 ditur, niſi conſtet de relato, authentica, ſi quis in
aliquo, C. de edendo, & omni caſu eſſent illę ſen-
tentiæ in medium iudicialis ſcenæ proferendæ,
vt inſpici, & ſpectari poſſint ſingula eorum ver-
ba, quaſi geſtus, & perpendi quo in caſu loquan-
tur, & an ad præſentem ſpeciem accommoden-
tur; nam neceſſario loquentur in caſu probabi-
lis alicuius ignorantiæ, quæ omni prorſus ne-
gligentia, & coniectura præſumptæ ſcientiæ ca-
reat, vtputa quando quis in remotiſſimis regio-
nibus tandiu abfuerit, vt facile ignorare potue-
rit rei paternæ poſſeſſionem in extraneum tranſ-
latam fuiſſe, quod cum deſit in præſenti caſu;
immo adſit multiplex coniectura ſcientiæ ipſo-
rum contractuum, & certiſſima ſcientia poſſeſ-
ſionis Cauenagis traditæ, quandoquidem iure
dominij illa bona à Cauenagis poſſideri opti-
mè cognouerint, ex frequenti, & aſſidua eis
in locis, vbi ſita ſunt bona familiaritate, &
ex eorundem bonorum, cum ſuis coniunctio-
nę, & ex alijs indubitatis, & perſpicuis argu-
mentis, quæ omnem probabilis ignorantiæ
coniecturam eneruant, omninò imploratum re-
ſtitutionis in integrum ex capite, ſcienter con-
fictæ potius, quam veræ ignorantiæ, auxi-
lium erit denegandum: quia negligens nunquam
iuuatur reſtitutione in integrum ex clauſula ge-
nerali, ſi qua mihi iuſta cauſa, vt textus eſt opti-
mus in lege non enim, ff. ex quibus cauſis maio-
res, & firmat Baldus in lege prima, ſub numero

quarto, verſic. oppono quarto, C. de condictio. in debiti, ſępe enim eſt quiddam quod occultatur, quod quo ſtudioſius, ab aliquo opprimitur, & abſconditur, eo magis eminet, & apparet, nec iccirco Cauenagus cum tanto eius detrimento propter temporum varietatem perturbandus erit in bonis legitimè ab eo, & eius maioribus iam diu acquiſitis, & tamdiu iuſtè poſſeſſis.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO AVGVSTINO Gluſſiano.

ARGVMENTVM.

Qui alterius factum per modum conditionis promiſit, an, & quando liberetur, vel ipſe obtinere poſſit quod ab alio poſtulat, præſtando id quod intereſt, vel fideiuſſionem adhibendo.

SVMMAE RERVM.

1 *Debitum dicitur dubium, donec conditio extiterit.*
2 *Conditionis ea eſt natura, vt actum ſuſpendat, & is in pendenti ſtet antequam conditio eueniat.*
3 *Conditio nihil agit, niſi conditio ipſa comprobetur.*
4 *Promiſſio deficit, eius conditione deficiente.*
5 *Verbum, non poteſt, neceſſitatem inducit, & omnem potentiam tollit.*
6 *Conditionali ex contractu qui agit debet conditionem probare ad hoc, vt obtineat.*
7 *Probare debet actor quod ſuæ intentionis eſt, alias ſuccumbit etiam ſi reus nihil præſtet.*
8 *Conditione deficiente deficit etiam diſpoſitio.*
9 *Conditione ſublata, ſublatum cenſetur, quod ab ea manat.*
10 *In contractu vltrò, citroque obligatorio habet locum ea exceptio, tu non impleuiſti è latere tuo.*
11 *Conditioni ſatisfeciſſe an dicatur, qui omnem diligentiam adhibuit, ſi agatur de facto alieno, cuius difficultas eum excuſet.*
12 *Amicos multos qui vult habere paucos experiatur.*
13 *Diligentiam qui ex contractu adhibere tenetur eam legitimè probare debet.*
14 *Diligentia ſimplex non ſufficit, aut conatus, vbi cum iuramento aliquid promittatur.*
15 *Intereſſe non ſufficit præſtari, vbi effectus re ipſa, & omnino deſideretur.*
16 *Ad cridas ponens bona dicitur actor, & ad eum pertinet curare expeditionem cauſæ.*
17 *Diligentia nõ excuſat quoties quod promiſſum eſt, poteſt præſtari in re æquipollenti.*
18 *Diligentia non excuſat, quando dictum eſt, quod faciendo quicquid poſſit non excuſetur, & adſit renunciatio omnis auxilij legum, & iuris.*
19 *Clauſulæ apponi conſuetæ pro appoſitis haberi debent.*
20 *Promiſſionis effectum, vbi contrahentes conſiderauerint, & alias quis nõ fuiſſet contracturus, non ſatisfacit quis etiam ſi dicat feciſſe quod potuit, vt effectum conſequeretur.*
21 *Promittens alienam liberationem, vel factum alienum, ſi facta diligentia eam obtinere nequeat liberari videtur præſtando fideiuſſionem indemnitatis.*
22 *Promiſſio de re impoſſibili non valet.*
23 *Intereſſe præſtando quis non liberatur, quando factum præſtari poteſt, & agitur de conditione poteſtatiua.*
24 *Conditionis in modum, vbi aliquid requiratur, debet in forma ſpecifica impleri.*
25 *Conditio licet pro impleta habeatur quoties non ſtat per eum qui debet implere; tamen quando contrahentes voluerunt omninò conditionem impleri, non ſufficit quod pro impleta habeatur.*
26 *Conditionis probandæ difficultas non excuſat, quoties conſtat de contrario mente diſponentis.*
27 *Negatiuam qui probare tenetur, debet eam probare, etiam ſi improbabilis videatur: quia ſi probare non poteſt, taceat.*
28 *Indemnitatis promiſſio non admittitur, cum factum, altero de duobus modis ſequi poſſit.*
29 *Conditio impoſſibilis non vitiat contractum, quãdo eſt altera conditio poſſibilis.*
30 *Cautionis fragilitati quis non debet ſe committere; & melius eſt pignori incumbere, quam actioni.*
31 *Actionem habere longe minus eſt, quam rem.*
32 *Fideiuſſio admittitur pro implemento conditionis negatiuæ poteſtatiuæ implendæ morte, ſecus in affirmatiua.*
33 *Fideiuſſio pro ſolutione non habetur, quando contrahentes effectum ſolutionis omninò deſiderauerunt.*
34 *Obligatus ſatisfacere, non liberatur præſtans pignora.*
35 *Ad conditionem implendam conatus non ſufficit, ſed factum requiritur.*
36 *Emptor licet poſſit retinere pretium rei ſibi venditæ,*

dien, vbi periculum immineat euictionis, id tamen non procedit quoties venditor paratus eſt fideiuſſionem præſtare.

27 Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.

28 Stipulatio eſt ſtricti iuris, & in ea potiſſimum inſpicitur quod actum eſt.

CONSILIVM CCLXXXIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PRomiſſio facta à Io. Auguſtino Gluſſiano, Io. Andreæ Colnago ſoluendi libras illas mille, conditionem habet, ſi Colnagus domum venditam cum effectu liberari curauerit à cõtradictione facta à P. Paulo, de Veteribus: ita vt Gluſſianus non poſſit cogi ad earum pecuniarum ſolutionem, nec ad aliquod intereſſe, donec cum effectu ſecuta ſit dicta liberatio, vel per viam ſen tentiæ, vel per viam renuntiationis. hactenus verba contractus; Vnde debitum dicitur du-
1 bium, donec conditio extiterit, vt ſentit Iuriſconſultus in l. ſub conditione, cũ duabus ſequentibus, ff. de conditio. indebiti; nam conditionis
2 ea eſt natura, vt actum ſuſpenſum teneat, & incertum obſcura ſpe, & cæca expectatione pendentem, antequam eueniat conditio, cum multa contingere poſſint inter os, & ſuprema labra, & quare conditio non ſuccedat propter ancipites, & incertos rerum, & temporum caſus, & voluntatis mutationes: vt enim in corporibus magnæ ſunt diſſimilitudines; ſic in animis exiſtunt etiam maiores varietates, vt inquit Crauet. videndus conſilio 273. numero nono, & idcirco conditio ſuſpendit actionem, & obligationem, l. cum in ſecunda, ff. de iniuſt. teſt. Baldus in rubrica numero ... C. de inſtit. & ſubſt. ſub conditione faciendis, Crauet. conſilio 170. numero
3 octauo; nam conditio nihil agit, niſi conditio ipſa comprobetur, l. 3. ff. quando dies legati cedat Socinus iunior conſilio 43. numero primo volumine primo, quo fit, vt vulgo iactetur deficien-
4 te conditione deficere, vtique ipſam promiſſionem, §. ſub conditione inſt. de verb. oblig. & id eo magis eſt dicendum, cum ea conditio allata ſit verbis negantibus, ſcilicet non poſſit cogi, quę
5 neceſſitatem inducunt, & tollunt omnem potentiam aliter agendi, & formam, ac conditionem quandam ita certã afferunt, vt ab ea recedi prorſus non poſſit, nec aliter ſimili etiam modo actus explicari valeat; namtam præcisè negant, vt id ei planè ſine vlla exceptione præcidant, vt latè proſequitur Tiraquellus, de legibus connubial. gloſſa quarta in verbo, ne peult, numero primo, & infra pulchre Pariſ. videndus conſ. 92. nu. 20, & infra parte tertia, & certum eſt, vt qui ex contractu conditionem habente agit, debeat is, vt id quod cupit obtineat, legitimè cõditionem probare, vt inquit Iaſon, in lege in ſtipulatione numero nono, & decimotertio, ff. de verborũ obligatione, & commun. dicit Bello. videndus, conſilio 59. numero quarto; ſiquidem communis eſt doctorum ſententia, vt actor probare debeat, id
7 quod eſt ſuæ intentionis fundamentum, alias ſuccumbit, etiam ſi reus nihil præſtiterit, l. qui accuſare, C. de edendo, & vbi probatio requiritur, cum qualitate non ſufficit ſimplex, l. diuus, ff. de re iudicata, Oſaſcus videndus deciſio. 108. numero nono; nam deficiente, vel non comprobata conditione velut fundamenro ædificium di-
8 ſpoſitionis ruit, nec altius extrui poteſt, l. ſi quis pro redemptione, C. de donatione, & proſequitur idem Oſaſcus deciſio. 171. numeto ſeptimo, & deciſio. 71. numero nono, & vigeſimoſecundo, atque etiam conditione ſublata cenſetur ſublatũ quod ab ea manat, quando ita apparet mentem diſponentis fuiſſe, Crauet. conſilio 80. nume. 2.

9 Vnde fit, vt Colnagus nequeat pulſare, aut vrgere Gluſſianum ad promiſſam ſummam ſoluendam, niſi ipſe primo loco perfectè doceat, ſatisfactum fuiſſe ei conditioni, quod obtineretur liberatio contradictionis factæ à Paulo, de Veteribus, & cum id ab eo eſſet obtinendum ſuccedit alia communis, & receptiſſima ſententia, vt agẽs ex aliquo contractu, vltro citroque obligantẽ, qualis eſt hic, & in quo vterque teneatur aliquid facere, facile repellatur ea ſtabili exceptione, tu è latere tuo non impleuiſti, & ideo fruſtra à me petis, & requiris, vt ego impleam, quod tu minimè
10 mihi præſtas, l. Iulianus, §. offerri, ff. de action. empti, & l. ędiles in fi. vbi eſt optima gloſ. in verbo præſtet, ff. de ędil. edicto, idem Oſaſcus videndus deciſ. 51. num. 9. & 10.

Nec his veriſſimis, & notiſſimis deciſionibus aduerſatur, vt Colnagus dicatur conditioni ſatiſ feciſſe, cum omnem adhibuerit diligentiã, & age-
11 retur de facto alieno, cuius difficultas eum excuſare debet, vt notatur in l. ſtipulatio, iſta vbi Iaſ. nume. 6. ff. de verbor. obligat. & in capit. ex litteris; el ſecundo, vbi Abbas num. 6. de ſponſalibus, l. continuus, §. cum quis, vbi Bartolus, & alij, ff. de verbor. obligat. cum enim maxima amicitiæ neceſſitudine eſſet P. Paulo de Veteribus adiunctus, putauit facile ab eo impetrare poſſe renuntiationem; ſed ſępe lex amicitię negligitur, & noſtra fallitur opinio, & fruſtratur in aduerſis rebus ſpes. ſi res tibi ſint ſecundæ, bone Deus, quę amicorum copia, & affluentia tibi præſto eſt, omnem pecuniam, omnem operam pollicentur; caput ipſum pro tuis periculis, pro tua ſalute vltro tibi offerunt; dum vales quicquid ipſi valent tibi ipſi valere ſedulo profitentur, vbi vero rerum ſtatus
12 mutetur, & res afflictæ, & aduerſæ, tibi accidant, ſentiãtq; te dolentẽ, & gemẽtẽ, & eheu me miſerũ clamantẽ, nemo eſt qui tibi opis egenti opem auxiliumq; ferre velit, grãdiſq; illa amicorũ co-

pia ad tantā repente inopiā perducitur, vt ſtatus tuus vna voce omnium gematur; neque re, aut vix verbo, cuiuſque ſubleuetur, & quamuis amicitiæ officium ſit, vt quiſque, maximè ſi opis indigeat, ita ei potiſſimum amicus opituletur; attamen egregij hi amici te opum ſitientem deſerunt, & derelinquunt, ſiquidem hæc non fuit vera amicitia, ſed ficta vtilitatis cauſa; vnde fit, vt ſicut illa eam conſtituit: ita eadem cito eandem diſſociet, & tollat, & pro rerum varietate varius animus commutabilis, & multiplex ſit, cum tamen in vera amicitia vnus quaſi debeat amicus fieri ex pluribus: clarum eſt equidem amoris verbum ex quo amicitiæ nomen eſt ductum, quam ſi ad fructum noſtrum referamus, non ad illius commodum quem diligimus, non eſt iſta amicitia, ſed mercatura quædam vtilitatis cauſa. amicus per ſe amari debet toto pectore, nec deſerendus, aut abijciendus, etiam deſperatis fructibus, & emolumentis, vt ſit ſancta amicitia, quæ facit, vt verus amicus ſit, qui alter idem eſt, qui nihil ſeſe plus quam alterum diligat qui ipſum amicum amet propter ipſum. Sed noſtris temporibus, cum ius veræ amicitię mala diſciplina inanique oſtentatione deprauetur, & ſimulationum multis inuolucris tegatur, & non veritate, ſed ſimulatione colatur, ſi cupis multos habere amicos paucorum amorem experiaris, omnem tuam ſpem in vno, & trino Deo Optimo Maximo ponas, qui ſtabilis, firmus, & conſtans eſt, & qui ſolus poteſt verè dicere Ego ſum, & non mutor: & ita viuas, vt paucorum opera egeas, memineriſque, vbi fores indigentiæ clauſæ tibi ſunt, patebunt amicorum crumenæ, & ſacculi, & pecuniarum acerui, vbi vero per aduerſum caſum eas aperueris, & reſeraueris, amicorum ianuæ tibi ita clauſæ erunt, vt pulſanti aditus omnis præcludatur, vt hoc ſonitu completæ aures obſurdeſcant, nec te auxilium implorantem audire velint, nec acies oculorum, quæ antea adeo acris, & amica in tua commoda videbatur, hebes facta te amplius reſpicere velit, atque ideo propter hanc ipſam difficultatem, & amicorum repentinam mutationem, & varietatē Colnagus dignus videri debet excuſatione.

Nam iniectus huius regulæ ſcopulus facile effugitur his ſolidis reſponſionibus, quaſi magno impetu pulſuque remorum, & optimis velis, quibus incolumes, & ſalui in optatum portum inuehamur. Primo, ſcilicet, quod nullibi appareat de adhibita hac diligentia, quam probare legitimè tenetur, cum ex contractus lege illam adhi-
13 bere oporteat, vt docuit Bartolus conſilio 102. incipien. clariſſime domine, numero primo, l. ſi quis ex argentarijs, §. an hæredi, ff. de edendo; latè Maſcardus tracta. probat. in verbo, diligentia. Secundò dicitur, cum adſit iuramentum præcisè ad id eum obligat, nec ſufficit ſimplex
14 diligentia, aut conatus, vt tradit nouiſſime in terminis Seraphinus videndus tracta. de priuilegijs Iuramenti, priuil. 187. per totum. Tertiò, cum conuentum fuerit, vt Gluſſianus non cogeretur pecunias ſoluere, niſi ſecuta cum effectu ipſa liberatione, non excuſat ſola diligentia, ſed requiritur res ipſa, & effectus ipſe, nec ſufficit, ſi id quod intereſt præſtetur: quia effectus ipſe eſt deſideratus, & eo non ſecuto iam aduerſarium deficiunt vires promiſſionis, vt in terminis contrariam cōcluſionem declarat idem
15 Seraphinus videndus, vbi ſupra, maximè numero decimotertio, & decimoquarto. & Gabriel pariter omninò videndus, qui multis declarationibus ad rem facientibus aduerſam concluſionem, declarat titulo de pactis conuentis, concluſione ſecunda numero octauo, Rurſus, & quarto cum liberationis promiſſio non ſolum contineret factum alienum, ſed etiam factum proprium ipſiuſmet Colnaghi, vt ſcilicet curaret eam renuntiationem, vel per viam renuntiationis, vel per viam ſententiæ; vbi nequiuiſſet habere renuntiationem, tanquam pendentem ab aliena voluntate, debebat ſaltem curare aliud caput, quod in ſua manu poteſtateque, & facultate poſitum erat, ſcilicet ipſam ſententiam, præſertim, cum id eſſet ſui præcipui muneris, & idem ipſe voci præconis bona ſubieciſſet, & ex conſequen-
16 ti dicebatur actor; vnde ad eum pertinebat diligenter curare litis expeditionem, & ſententiam ipſam, & ita ex bona fide diligentiſſime rem agere, vt ei obijci non poſſet, & dici quicquam fallaciæ conatus quo aliquid fiat minus, vt probat Oſaſcus deciſio. 15 1. numero ſeptimo, verſiculo non obſtat, Plotus in repetitio. legis ſi quando, C. vnde vi, in indice ſub titulo de bonis ad cridas ponendis, verſiculo decimotertio, incipien. decreti vigore. Cotta noſter in ſuis memorabil. in verbo ſtatuto, ſeu decreto Med. cauetur, quos refert interpres ad ſtatutum capit. 464. numero 24. in primo, & hoc ſolum fundamentum meo iudicio omnem prorſus dubitationem tollit, & cauſam ipſam in tuto collocat, & ſartam tectāque ab omni periculo conſeruat; nam contraria concluſio locum non habet, quoties quod pro-
17 miſſum eſt potuit præſtari in re qua æquipolleat, vt declarat Gabriel ead. concluſione ſecunda numero decimo. Adhæc, & quinto reſpondetur aduerſam concluſionem limitari, quando dictum eſſet, quod faciendo quicquid poſſit non excuſetur, vel adeſſet renuntiatio omnis legum,
18 & iuris auxilij, vt ſentit idem Gabriellus excitata ſępius concluſio. numero nono, & numero decimo octauo, & decimonono, & confirmat Seraphinus loco ſuperius excitato: cæterum cum huiuſmodi clauſulæ ex ſtilo, & conſuetudine Mediolanenſi, vt apud Caballinum in ſuo formulario videri poteſt, paſſim apponi ſoleant in inſtrumentis promiſſionum facti alieni, & in huiuſmodi Chirographaria conuentione ſcripta ſit ea clauſula generalis, vt vim habeat inſtrumenti iurati, cum renuntijs, & clauſulis debitis

conſe-

conſequitur, vt hæ clauſulæ, tanquam apponi
conſuetæ pro appoſitis debeant haberi, vt firmat
idem Gabrielius, titulo de conſuet. concluſio. 3.
num. 1. & 2. & nume. 22. & 29. præſertim, cum il-
lę deſiderarentur ad actum ipſum roborandum,
& firmandum; Demum, cum à principio promiſ
ſio in ea parte renuntiationis appareret valde dif
ficilis, & conſtet de mente promittentis, quod ali-
ter non fuiſſet contracturus, contrahentesque ip-
ſi magis conſiderauerint effectum promiſſionis,
20 quam factũ promittẽtis, aduerſa concluſio præ-
ſenti caſui obeſſe nequit, vt explicat idem Ga-
brielius eadem concluſ. 3. à numero 14. vſque ad
num. 18.

Non aduerſatur vtique quod ſecundo loco in
medium profertur, vt ſcilicet promittens alienã
liberationem, ſi facta diligentia eam obtinere ne-
queat, liberetur præſtãdo fideiuſſionem, qua quis
21 à damni iniuria incolumis ſeruetur, vt docet Bal-
dus in lege ſecunda, C. de ſentent. quæ ſine certa
quantitate numero 7. Salycetus numero 3. quia
alias eſſet promiſſio de re impoſſibili, & quæ fie-
ri nequit, & quæ ideo non valet; nam inquit il-
le excuſatum me habeas, ſpes deficit non volun-
tas, teſte Neuizano conſ. 37. num. 15. cui adiun-
go ego textum clariſſimum in l. impoſſibilium, ff.
de regulis iuris.

Nam attende animum ad ea, quæ ſequuntur,
hunc quaſi gradum quendam, atque aditum ad
cætera iactum intelliges; nos enim non agimus,
de conditione pendente à tertij voluntate, quo in
caſu loquuntur contraria, ſed in cõditione à pro-
mittentis poteſtate pendente, quãdoquidem po-
tuiſſet Colnagus per viam ſententiæ id obtinere,
vbi nequiuiſſet id impetrare per viam renuntia-
tionis: debebat igitur id omni ſtudio eniti, nihil-
que in eo moræ eſſe, cum ſciret, ſe id poſſe, nos
velle.

Secundò dicitur, cum factum illud liberatio-
nis fuerit promiſſum, cum iuramento: conſequi-
tur, vt ad factum obligatus, teneatur factum pre-
23 ſtare, nec liberetur præſtando id quod intereſt, &
hoc ſine ſcrupulo procedit quando præſtari po-
teſt, & non ſimus in caſu omninò impoſſibili, vt
tradit Seraphinus excitatis locis, & Crauet. conſ.
12. num. 1. & Bertachinus videndus in verbo, de-
bitor ad factum obligatus, vbi ad multa infert.
Additur tertio, hoc factum à contrahentibus re-
quiſitum fore præcisè verbis negantibus, & in
24 modum conditionis, vnde debet impleri in for-
ma ſpecifica, vt docet Bartolus videndus in l. qui
hæredi, & l. Meuius, ff. de condit. & demonſtrat.
& tradit in terminis ſimilibus, Crauet. videndus
conſilio 313. num. 5. & confirmatur: nam licet
conditio habeatur pro impleta, quando non ſtat
per eum cuius intereſt non impleri, attamen (ca-
put autem hoc eſt) id non procedit quoties con-
ſtet de contraria voluntate cõtrahentium, vt pu-
ta, quia verè voluerint contrahentes conditio-
25 nem impleri: quia tunc non ſufficit, quod pro im-
pleta habeatur, ſed exigitur præciſum implemẽ-
tum, vt eleganter declarat Decius videndus in l.
in iure ciuili numero tertio, ff. de regulis iuris, &
in l. impoſſibilium numero quinto, ff. eodem, &
optimè confert tex. in l. Lucius, ff. de conditio. &
26 demonſtrat. vbi difficultas probandæ conditionis
non excuſat quoties conſtat, de contraria diſpo-
nentis mente: nam formula pacti, & conuenti
ſeruanda eſt, & mirificè iuuat, quod tradit Imola
poſt Bartolum in l. in illa, ff. de verbor. obligat. in
columna ſecunda, vbi inquit, eum qui tenetur
probare negatiuam, etiam ſi illa ſit improbabilis
(quod mirabile videtur) adhuc nequeat obtine-
re: nam ſit iſta res magna ſicut eſt, inenodabi-
lemque rem ſuſcipiat, difficultas eum non excu-
27 ſat: quia debet tacere, ſi non poteſt probare quod
intendit, & aſſequi exitum optatum. Quartò
nos non verſamur in facto impoſſibili, cum per
viam ſententiæ factu facile Colnago fuiſſet pro-
bationem, vel improbationem conditionis obti-
nere, vnde indemnitatis promiſſio non admitti-
tur, cum factum altero de duobus modis ſequi
potuerit, & tenetur iudicium ſubire, vt ait Ber-
tach. eo. verbo, debitor obligatur, verſiculo item
in facto quod poteſt; item niſi quis teneatur, &
29 etiam conditio impoſſibilis non vitiat in contra-
ctu, quando eſt altera conditio poſſibilis, l. impoſ
ſibilis, ff. de verbor. obligat. Bartolus in l. prima
in fine, ff. de condit. inſtit. Quinto, cum conditio
ſit implenda in forma ſingulari, & ſpecifica, non
ſufficit ſi impleatur per aliud factum, maximè
quando non æque pollet, & conſtat, de contraria
mente contrahentium, vnde cum aliud ſit libera-
tio, aliud fideiuſſio, nec quis debeat ſe commit-
tere fragilitati cautionis: nam plus cautionis eſt
in rem, quàm in perſonam, ſiquidem illa ſtat, &
in litis prælio non fugit, hæc ſæpe vacillat, clau-
dicat, iacet, & tandem terga vertit, l. plus cautio-
30 nis, vbi Decius, ff. de regulis iuris, & ideò ſatius ſit
incumbere, & adhæreſcere pignori, quam actio-
ni, §. furti, Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſcun-
tur: quia longè minus eſt actionem habere, quã
rem, l. minus eſt, ff. de regulis iuris; meritò fideiuſ
31 ſio loco implementi non debet haberi, & quam-
uis interdum fideiuſſio admittatur pro ſecuritate
implementi, quod conditionem habeat, tamen
32 id locum habet pro implemento conditionis ne-
gatiuæ poteſtatiuæ implendæ morte. l. Mutianæ,
ff. de cõd. & demõſtr. vbi Bart. & alij, Interpretes,
& l. ſiue apud acta in tertia columna, C. de tranſ.
ſecus in affirmatiua conditione, vel vbi de con-
traria mente appareat, vt hic, & facit quia fide-
iuſſio pro ſolutione non habetur, quando con-
33 trahentes effectum ſolutionis omninò deſidera-
uerint, vt docent Bartolus in l. ſtatu liberos, §.
ſi quis acceperit, ff. de ſtatu liberis, Baldus in le-
ge finali, C. ad legem Falcidiam, Alexander
in l. ſolutionis, ff. de ſolut. Bartolus in l. item, §. qui
paratus, ff. quibus modis pignus ſoluatur, & ideo
obligatus ſatisfacere non liberatur præſtans pi-

34 gnora, Bartolus in l. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur, l. ſi quando, C. de conſtit. pecu. l. promiſſor, ff. eod. & id præſertim eſt concedendum, cum exquiratur, vt iam præmonui per modum conditionis; quia tunc debet factum impleri in forma ſpecifica, nec ad implendam conditionem conatus, &
35 ſtudium ſufficit, vt inquit Baldus in lege prima in decima quæſtione, C. de inſtit. & ſubſtit.

Poſtremò minimè etiam obeſt exemplum illud, vt licet emptor poſſit retinere pretium non ſolutum, vbi periculum euictionis immineat, & quaſi præſens ſtet fons ad oſtium; attamen, id non procedit quoties venditor paratus ſit fideiu-
36 bere, & ei de indemnitate cauere, l. penult. §. fin. ff. de pericul. & commodo rei venditæ. Præſes Menoch. de arbit. iud. caſu 224. nu. 3. quem cum alijs refert interpres ad ſtatutum, cap. 444. num. 33. & infra volum. 1.

Quia Reſpondetur, id non procedere, vbi aliter conuentum ſit, vt cauetur ex eo ſtatuto, ibi ſi vero nihil inter contrahentes conuentum ſit, & iure communi ſtatutum eſt; nam prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, l. fin. C. de pa-
37 ctis conuentis. concordantes adducit Gabrielius titulo de regulis iuris, concluſ. 8. nume. 1. cum itaque contrahentes voluerint, vt Gluſſianus non cogeretur ad ſoluendam illam promiſſam ſummam, niſi præciſe purificata, & comprobata illa conditione obtinendæ liberationis, vel per viam ſententię, vel per viam renuntiationis, non poteſt ei implemento ſatisfieri per ipſam fideiuſſionem, cum præſertim longè diſpar ſubſit ratio; præterea ſtatutum noſtrum vult fideiuſſionis remedium dari, quoties ſine beneficio prouiſionis, & cridarum facta ſit venditio; quia tunc fideiuſſio non admittitur, ſed expectãdus eſt litis euentus, & exitus, atqui cum in caſu noſtro facta ſit venditio, cum cridarum beneficio, ceſſat obiectum.

Tertiò hæc ſumma non eſt ſimpliciter pars pretij à principio conuenta, ſed quædam ſuperindictio, aut additamentum, vel appendicula, quæ fuit promiſſa ſub certa conditione, qua deficiente debet & ceſſare promiſſio, cum maximè
38 verſemur in ſtipulatione, quæ eſt ſtricti iuris, & in qua primũ inſpici debet, & id ſequimur quod inter contrahentes actum eſt, vt eſt text. præclarus in l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iuris, & quamuis conuentio videatur dura, eſt tamen obſeruanda, cum legis vigorem habeat, l. proſpexit, qui & à quibus, l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis, Crauet. conſil. 15. num. 7.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO FABRICIO Tolentino.

ARGVMENTA.

Tertio non arbitrante, an, & quando ad arbitrium boni viri recurri poſſit, & an in permutatione re integra, licita ſit pœnitentia; & quando integra dicatur, & ficta confeſſio auctoris, an noceat heredi, & an in tranſactione venditionis appellatione veniat permutatio.

Agnatio, parentela, vel familia in genere, an inſtitui poſſit, & quomodo tunc ſuccedatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Non arbitrante tertio recurritur ad arbitrium boni viri.*
2 *In arbitrium tertij quoties non ſubſtantiale cõtractus, ſed accidentale conferatur, eo non arbitrãte non ſit irritus contractus, ſed confugitur ad arbitrium boni viri.*
3 *Permutatio in multis vicem emptionis, & venditionis obtinet.*
4 *Pretium in venditione eſt vna ex præcipuis qualitatibus, quæ rei ſubſtantiam attingit.*
5 *Permutatio à venditione differt multis modis.*
6 *Permutationis ſubſtantia quæ ſit.*
7 *In permutatione ſi ab vna parte res tradatur poteſt altero agere præſcriptis verbis, vt impleatur, vel ſoluatur quod intereſt, vel datum reſtituatur.*
8 *In permutatione ſi ſtipulatio interuenit, vel iuramentum, poteſt agi, vt impleatur contractus.*
9 *Non arbitrante tertio, cui remiſſa eſt æſtimatio, deuenitur ad arbitrium boni viri.*
10 *Ne arbitraretur tertius, ſi per aliquam partem ſteterit merito ab arbitratoris perſona receditur.*
11 *Integra res non dicitur, vbi vna ex partibus quæ eligi debebant fuerint electa.*
12 *Senatuſconſultum facit ius inter partes, & pro lege eſt obſeruandum.*
13 *Aeſtimatio fieri debet à Iudice adhibitis peritis in arte.*
14 *In permutatione re integra licito videtur pœnitẽtia; id tamen non procedit, vbi adhibita ſit ſtipulatio, vel iuramentum.*
15 *Tranſactionis contractus fortiſſimus dicitur, nec datur pœnitentia.*
16 *Tranſactioni contrauenien incidit in pœnas, l. ſi quis maior, C. de tranſact.*
17 *Tranſactionem non ſeruanti nihilominus tranſactio ſeruari debet.*

Tran-

18 *Tranſactionis contractus licet videatur innominatus, attamen propter publicam vtilitatem, ne extinctæ lites iterum renouentur, ab eo recedi non poteſt.*

19 *Malum eſt ſuſtinendum, ſed ab eo abſtinendum.*

20 *Integra res deſinit eſſe ſtatim, atque ab vna parte res ſit tradita, vel facta ſint aliqua intrinſeca preparamenta.*

21 *Integra res non dicitur, quotieſcunque proceſſum eſt ad aliquid executiuum.*

22 *In permutatione facta traditione ab vna ex partibus res deſinit eſſe integra.*

23 *Confeſſione partis nulla eſt melior probatio.*

24 *Euidentia rei rem manifeſtam facit.*

25 *Confeſſio actoris non nocet haredi.*

26 *Confeſſio etiam ficta præiudicat haredi, vbi ſit ſecuta Iudicis pronunciatio, & declaratio contumaciæ, & vbi adſit ſtatutū, vt contumax pro confeſſo habeatur.*

27 *Permutationis appellatione in materia ſtricta pront eſt tranſactio non venit venditio.*

28 *Mandati præſumptio præſumitur in fratre maiore, & adminiſtrante.*

29 *Voluntas declaratur verbis, & facto.*

30 *Mandatum inducitur ex ſcientia, & patientia domini in eo, qui alias habebat mandatum generale, & adminiſtrationem.*

31 *Electio perimitur per acceptationē, quoties ſecum trahit executionem.*

32 *Electio perficitur ex facto electoris, & conſenſu, & patientia eorum quorum intereſt.*

33 *Electo vno ex duobus contrarys, cenſetur aliud remiſſum.*

34 *Ceſſio iurium, & conſtitutio procuratoris in rem ſuam poni ſolet in inſtrumentis, & facit, vt deduci poſſint omnia cedentis iura.*

35 *Parentela, & agnatio eandem habent vim, & ſignificationem.*

36 *Agnatio, vel familia ſi inſtituatur perinde eſt, ac ſi agnati ordine ſucceſſiuo inſtituti eſſent.*

37 *Agnatorum ordine ſucceſſiuo facta inſtitutio ſicut valet, ita etiam defenditur, ſi inſtituatur agnatio, vel familia.*

38 *Cognatum ſuum ſi teſtator inſtituat, omnes vocati cenſentur ordine ſucceſſiuo.*

39 *Incertis perſonis factum legatum valet, ſi illa declarandæ veniant, vel a natura, vel miniſterio teſtatoris, aut legis.*

40 *Cognatis, vel cognationi, agnationi, vel agnatis ſi relinquatur intelligitur de agnatione teſtatoris contentiue, vel effectiue, vt primo admittantur nominati, & illis deficientibus proximiores.*

41 *Agnationis, vel familiæ, nomine collectiuo vocati, intelliguntur ordine ſucceſſiuo vocati, & valet de eis facta inſtitutio.*

42 *Inſtitutio facta ſub nomine collectiuo valet.*

43 *Familia, vel agnatio alicuius extranei ſi inſtituatur, tunc omnes æqualiter vocati intelliguntur.*

44 *Proximiores vbi vocentur, an intelligatur de proximioribus grauati, vel teſtatoris.*

45 *Inſtitui an poſſit agnatio, familia, domus, ſtipus, & attinentes, & quomodo ſuccedatur ſi ys nominibus collectiuis, vel ſimilibus inſtitutio, vel legatum fiat.*

CONSILIVM CCXC.

Diuino ex corde implorato auxilio.

AD primam quæſtionem, ſecundum ea, quæ proponuntur reſpondeo, licet tertio nō arbitrante, non recurratur ad
1 arbitrium boni viri, iuribus excitatis, & quæ ego alijs adiectis retuli, conſ. 73. num. 4. lib. 2. attamen communis eſt omnium diſtinctio, vt quoties (vt noſtri aiunt) non ſubſtantiale contractus, ſed accidentale confertur in arbitrium tertij, eo non arbitrante, non fit irritus contractus, ſed confu-
2 gitur ad arbitrium boni viri, l. ſi in emptione. l. domum, in principio. l. ſuæ rei, cum l. ſeq. ff. de contrahen. emp. & communem dicunt Iaſ. videndus in l. ſi quis arbitratu, num. 8. ff. de verb. obligat. & Tolentinus in §. pretium, num. 5. Inſt. de empt.
3 & vendit. Verum licet permutatio in multis vicem emptionis, & venditionis obtineat. l. 2. C. de rerum permutatione, & pretium in venditione ſit vna ex præcipuis qualitatibus, quæ rei ſum-
4 mam, & ſubſtantiam attingunt. l. fin. C. de contrahen. empt. & eo. §. pretium. Inſt. de empt. & vendit. tamen in multis etiam differt, vt complu-
5 res differentias enumerat gloſ. in verbo, obtinere. C. de rerum permut. & ſubſtantia permutationis eſt conſenſus, & res, & eius traditio, vnde æſtima-
6 tio vtriuſque rei, quæ inuicem permutatur, non dicitur ſubſtantiale, ſed potius accidentale, & quaſi acceſſorium ad executionem præcedentis contractus, vt habetur in l. 1. ff. de rerum permut. & re ab vna parte tradita, altera pars agit præ-
7 ſcriptis verbis aduerſus alteram, vt impleat, vel ſaltem, vt ſoluat, id quod intereſt, vel vt datum reſtituat, vt communem dicit Salycetus in l. cum precibus, num. 1. C. de rerum permut. & ſi interuenit ſtipulatio, acceſſitque ſacroſancti iuramen-
8 ti religio, vt hic, poteſt agi, vt impleatur contractus. l. ex placito. C. eod. titulo. Alexan. conſ. 16. num. 1. lib. 2. & propterea cum iam præcedat contractus permutationis validus, & ex ipſa permutatione orta ſit actio ad rei æſtimationem, ſuper qua fundari poteſt arbitrium Iudicis, merito ter-
9 tio non arbitrante deuenitur ad arbitrium boni viri, id eſt Iudicis, vt ſentiunt vno ore ſcribentes eo. §. pretium. Inſti. de empt. & vendit. præſertim Portius, num. 41. & Ange. num. 2. in ea. glo. in fi. dic, & in verſic. in gloſſa definierit.

Rurſus cum ſteterit per partem aduerſam, ne tertius arbitraretur, merito receditur à perſona
10 arbitratoris, vt declarat Iaſ. in ea. l. ſi quis arbi-
tratu

tratu,ſub num.7.verſic.limitatam regulam, ff.de
verbor.obligat.vt ſatis colligitur ex precibus Se-
natui porrectis à Fabritio, & ex eo, quod potuit
pars aduerſa id curare, cum ad id eſſet obligata,
ex quo iam elegerat; imò habuerat partem Ca-
11 ſtri,& ſic res nõ erat amplius integra ratione per-
mutationis, quæ propterea poterat dici aſſecu-
ram fuiſſe contractus perfectionem, vt concludit
Ruinus conſilio 52.num.8.volum.5.& cum pars
aduerſa factum id non neget, neque ſe pigere
debet.

Sed meo iudicio omnis tollitur dubitatio ex
litteris Senatus, quarũ vigore D.Vicarius Præ-
torius ſtatuit parti aduerſæ terminum ad repor-
tandam ipſam æſtimationem,& laudum ab ipſa
Com.Zenobia, & eo non reportato iuſſit Sena-
tus,vt ipſe D.Vicarius ad dictam æſtimationem
& laudum deueniret, quod Senatuſconſultum fa
cit Ius inter partes,& pro lege ſeruãdum eſt, nec
12 aliud quærendum videtur. l.ſi Imperialis. C.de
legib. poterit igitur hæc æſtimatio à Iudice fieri
13 adhibitis peritis,vt docet Bartolus in l.2.col.vlt.
C.de reſcin.vendit.& cum æſtimatio fieri debeat
à peritis in arte.l.prima, de ventre inſpiciendo.
Angelus in authen. de non alien. §.quod autem,
& Comitiſſa deberet id curare medio ipſorum
peritorum, cum præſertim eſſet mulier, quæ ve-
riſimiliter ſuo Marte id facere non poterat, eo
magis redeundum erit ad boni viri arbitriũ con-
ſultis peritis proferendum, quod ſi approbabis,
pergam ad reliqua, ſin quid requiris id plenius
explicabo.

Ad ſecundam quæſtionis partem reſpondeo,
14 licet re integra in permutatione licita videatur
penitentia.l.ſi pecuniam, ff.de condi.ob cauſam;
attamen vt iam dixi,id non procedit, quoties ad-
hibita ſit ſtipulatio, vt in puncto ſcribit Alexan-
der videndus eo.conſi.16.num.2.lib.2. & Iaſ.ea.
l.ſi pecuniam,num.2. in 10. limit. ff.de condi.ob
cauſam: Item quando interuenit iuramentum
de non contraueniendo; quia tunc contractus
etiam innominatus ex reuocabili ſit irreuocabi-
lis,vt declarat idẽ Iaſ.vbi ſupra in 11.limit. com
mun. dicit Gabriel lib.com. titulo de iure iuran-
do,concluſ.9.num.1.& cum verſemur in contra-
15 ctu tranſactionis fortiſſimo iuramenti vallo, &
aggere munito, eo minus procedit pœnitentia;
vt ait Iaſ.in 12.limita.& quod ſemel placuit ſer-
uare, animi eſt prudentis ſignum, & non inſtre-
nui;imò contraueniens incidit in poenas.l.ſi quis
16 maior, C.de tranſact.& tradit idem de trãſactio-
nibus,concluſ.1.num.1.& iccirco tranſactionem
17 non ſeruanti, nihilominus tranſactio ſeruari de-
bet,vt inquit Iaſ.in l.qui Romæ, §.Seia,ff.de ver
bor.oblig. nam quamuis dici poſſit cõtractus in-
nominatus,tamen ab ea recedi non poteſt,nec li-
cita eſt pœnitentia,ſiue facta ſit ſtipulatione,ſiue
18 nudo pacto, cum facta ſit ad litem finiendam, &
perimendam,& publica expoſtulet vtilitas ne lis
ſemel extincta,iterum renouetur, & inſtauretur,
vt eſt tex.præclarus in l.quamuis. C.de tranſact.
Caccialupus tract.de tranſact.quæſt.11.Et cum
lis vti multorũ malorũ ſeminarium in malis repo
natur, eam conteſtari non debemus, niſi ex ma-
gna cauſa,& coacti,& quãuis tibi ea temere infe-
ratur, tu tamen alteri eandem minimè inferas,
niſi ex cauſa neceſſaria, atque etiam ſi tibi iniu-
riæ, aut damna inferantur, noli tu eadem alijs
facere; patiar igitur vt obruar, & opprimar, aut
fatuus & amens me ipſum,aut honorem meum,
qui vita charior eſſe debet negligam; vnicuique
licet natura docente vim vi illatam defendere,&
iniurias propulſare, qui autem non defendit,nec
19 obſiſtit ſi poteſt iniuriæ; tam eſt in vitio, quàm
qui offendit,cuique ne licet ſibi vitam exhaurire
& mortem,aut necem conſciſcere,id neutiquã li-
cet,ſed cum temperamento, & moderatione in-
culpatæ tutelæ; aliud eſt malum facere, aliud eſt
à malis declinare, quæ declinatio ſi cum ratione
fiat cautio appellatur,& nõ offenſio:longè diuer-
ſum eſt intendere, vel vitare inſidias;duæ homi-
nibus patent viæ,vna quæ ducit ad ſalutem,alte-
ra ad perniciem vocat,illa virtutis ardua, & dif-
ficilis;hæc vitij facilis,& procliuis: vna ſemitam
habet,qua itur ad montem bonitatis, altera iter
continet qua curritur ad vallem perditionis, &
omnium malorum, quatenus enim malum pro
malo reddis, an num vides bonitate amiſſa inci-
pis & tu eſſe in malorum numero; tene diſcipli-
nam timoris Dei,quę malum neſcit,quia ipſa eſt
via tua, nec delecteris in ſemitis impiorum, nec
tibi placeat malorum via, fuge ab ea, nec trãſeas
per illam, declina & deſere eam; non enim dor-
miunt ſic,ſi malefecerint;iuſtorũ ſemita eſt,quaſi
lux ſplendens,via impiorum eſt tenebroſa,& ne-
ſcit vbi corruat,vis videri,& eſſe probus,bene mo
ratus, & bonus vir, amplectaris auream ſenten-
tiam, quæ in foribus moralis philoſophiæ ſcri-
pta eſt,ſuſtine,& abſtine; ſuſtine,ſcilicet malum,
& abſtine à malo, declina à malo,& fac bonum;
ſic ſuccumbendo vinces, ſic perdendo obtinebis:
malum in bono vincitur,& nobile vincẽdi eſt pa
tientia genus, vis viuere,diſce pati; nam vt ait
Poeta: omnis fortuna ferendo ſuperanda eſt; &
cum in ipſa iniuria plus ſit detrimenti, quàm in
his rebus,quæ iniuria pariũtur emolumenti, ma-
lum pro malo, non eſt reddendum, ſed compri-
mendum, prout nec amicæ tranſactionis ſopore
placatus litis furor denuo excitari,nõ ſine vtriuſ-
que partis detrimento debet, præſertim cum res
non ſit amplius integra, cum pars aduerſa Ca-
ſtrum habuerit,in eo exędificauerit,eo etiam nũc
fruatur; nam integra res deſinit eſſe ſtatim,atque
20 ab vna parte res tradita ſit, vel facta ſint aliqua
intrinſeca præparamenta, vt eſt optimus tex. in
l.1.§.cœpiſſe.ff.de pollicitationibus, vbi expreſsè
dicitur ſi locus petenti deſtinatus eſt, cępiſſe quis
videtur, & notatur in l.ab emptione. ff.de pactis.
Baldus egregiè in l.1.num.5.C.quando liceat ab
emptione diſcedere; vbi inquit rem nõ dici inte-

gram

gram, quando eſt proceſſum ad aliquid executi-
21 uum,& confirmat Iaſ.ea,l.ſi pecuniam, nume.5. Cardinalis in clem.fin.num.3.quæſt.1.de procu rat.vbi ait in factis,tunc rem dici integram,quã-
22 do deuenitur ad actum, qui ingreditur eſſentialia rei principia,& quod in permutatione facta traditione ex altera parte tacitè res deſinat eſſe integra, ponit glo.inquiens ſecũdum omnes id procedere,in l.1.in verbo,tradita,ff.de rerum permu tat.quod autem Caſtri partem obuentam domino Fabricio habuerit pars aduerſa,probatur ex præambulo titulo tranſactionis,& ex confeſſione propria aduerſariorum in epiſtolis prolata,
23 qua nulla eſt ſanè maior probatio.l.Publia,in fine,ff.depoſiti,vbi vide, quia loquitur in proprijs terminis decernens, vt licet ex epiſtola, de qua ibidem agebatur non oriretur obligatio ; tamen probatio manabat rei geſtæ,hocque idem proba
24 tur ex rei euidentia, quæ rem manifeſtam facit, Iaſ.in l.1.num.10.ff.de noui operis nunciatione.

Ad tertium,dico, licet regulariter ficta confeſ
25 ſio auctoris nõ noceat hæredi, ex Barto.in l.eius qui delatorẽ, ff.de iure fiſci. Romanus ſing.306. quos refert interpres ad ſtatutum cap.195.num. 26.& 27. volum.2. & Bartol.in l.cum filiusfami lias,num.4.de verbo.oblig. Baldus in l.2.nu.23. C.de edendo; attamen cum in caſu noſtro ſecuta
26 ſit Iudicis pronunciatio, & declaratio contumaciæ præiudicat ipſi hæredi, vt ſe ipſum declarat idem Romanus eo ſingulari 306. maximè cum ſtatutum noſtrũ ipſo iure velit pro confeſſo haberi, vt explicat Bartol. ea.l.eius qui delat. ff.de iure fiſci,num.3.inquiens, verba ſtatuti eſſe maximè inſpicienda, & is ſucceſſor, & hæres veniat ex iure ſui autoris, vt explicat Decius in cap.vt clerici,num.13.de Iudicijs.

Ad quartam queſtionem dicitur non agi propriè de conditione, tum quia permutationis ap-
27 pellatione in materia ſtricta,prout eſt tranſactio, non venit venditio. Alexand.conſ.76.num.8.volum.5.facit Marzarius epito.fidei.parte 2.queſt. 39. tum quia iam actum fuerat de permutatione facienda,& ſolum erat dubium circa electionem, quæ eſt quid diuerſum, & potius conſecutiuum,
28 & in quo facilius inducitur mandati pręſumptio in fratre maiore, & adminiſtrante. Innocentius cap.ex parte Decani, de reſcript. Maſcardus in verbo,mandatum,concluſ.1007. num.18.& 38. verum cum voluntas declaretur verbis, & facto; imò facta magis eam oſtendant, & patefaciant; vulgo enim iactatur verba fœminæ imbecillita-
29 tem redolere, facta autem virilem vigorem præſeferre,l.Paulus reſpondit. ff.rem ratam haberi, cum ipſe Belliſarius, & ipſe gauiſus ſit parte caſtri,quæ obuenerat ipſi Dom.Fabricio, & in eo, actus fecerit,ſcilicet ædificia,qui non poſſunt fieri citra ius, & nomen domini, dicemus omnino inde factam ab eo cenſeri electionem, maximè concurrente eius ſcientia, & patientia, quæ ſunt
30 apta ad mandatum inducendum,pręſertim in eo qui alias habebat mandatum generale,& admi-
31 niſtrationem,vt explicat, idem Maſcardus concluſ.1118.incip.patientia,num.2.& 19. & num. 27,& concluſ.1432.in verbo,voluntas,num.33. & 34. electio enim perimitur per acceptationẽ, quoties ſecum trahit executionem. Alciatus conſil.11. num.2.& 6.lib.6.ex facto enim electoris,
32 & conſenſu,& patientia eorum,quorum intereſt perficitur electio, vt inquit Natta conſilio 19.numero 9.lib.1. & vno electo ex duobus contrarijs cenſetur aliud remiſſum.l.fin.C.de codicillis.l.1. C.de furtis, cap.cum renunciatur.32.q.2. Corneus conſilio 116.num.2.lib.3.& Alciatus conſ. 63.nu.4.lib.9.latè Gabriel lib.com. tit.de actionibus,concluſ.2.num.1.

Verum cum in facto mihi proponatur ipſum Dominum Franciſcum, qui litteras ſcripſit eſſe donatarium omnium bonorum ipſius Belliſarij; ſatis inde probatum dicitur ius ipſius Frãciſci faciendæ prædictæ electionis, maximè cum ſoleant in huiuſmodi inſtrumentis poni ceſſio iurium, &
34 conſtitutio procuratoris in rem ſuam, vt ſcribit eleganter Bart.in l.ſi pro re.§.ſi pro euictione,numero 3.ff.de euict. nec mouere debet ratio,quod Belliſarius gauiſus ſit ipſa caſtri parte, tãquam conductor,quia imò cum præcederet titulus tranſactionis, præſumitur quod id fecerit vigore, & in executione tituli antecedentis, & præambuli. Bartolus in l.poſt dotem, ff.ſolut. matrim. Crauet.conſilio 231. num.12. & conſilio 284. num. 6. vbi vide.

Ad quintam reſpondeo, licet verſari videamur in re difficili, ac ſæpè multumque quæſita, hanc inſtitutionem factam de parentela,& agna
35 tione, quæ eandem habent vim, & ſignificationem,vt tradit Tiraquellus de retractu legali.§.1. gloſſa 8.nu.1.& 2. poſſe de iure defendi,cum his collectiuis nominibus vocati cenſeantur agnati ordine ſucceſſiuo,& gradatim, prout teſtatori ab inteſtato ſuccederent,& per cõſequens ceſſet om nis perſonarum incertitudo,quæ procedit, quan do inſtituitur perſona penitus incerta, & nullo modo declaranda, l.quoties,§. hæres. ff.de hæred.inſtit. ſecus ſi inſtituatur perſona vniuerſaliter, & indefinitè de vniuerſis, vel pluribus, quæ etſi ſpecialiter expreſſa nõ ſit, poſſit tamen interpretatione iuris declarari, vt hic, quia nihil intereſt an inſtituatur agnatio, vel agnati ordine ſucceſſiuo,& incertitudo non vitiat actum,qui ex iu
36 ris diſpoſitione poteſt declarari,& certus fieri, gl. §.incertis. Inſt.de legatis,& ſcribit Crauc.videndus conſilio 162.numero 2.& 3.& ſicut valet inſtitutio agnatorum ordine ſucceſſiuo facta, ita etiam valere debet ſi inſtituatur agnatio, vel fa-
37 milia,cum æquè idem ſonet.l.ſi cognatis,in fine, ff.de rebus dubijs.l.fin. C.de verbor.ſignif.l.cum ita,§.in fideicommiſſa,& l.peto.§.fratre, ff.de legat.2. Paulus de Caſtro videndus conſilio 383. num.1.& infra parte prima. Bartol. in l.quidam relegatus,num.1. verſic. aut eſt incertitudo circa perſo-

perſonam,& num. 3.ff.de rebus dubijs, & ibi vi-
deatur Socinus ſenior ante nume. 15. qui ait va-
38 lere inſtitutionẽ ſi teſtator dicat, Inſtituo cogna-
tum meum, quia hoc collectiuo nomine, omnes
cenſentur vocati, quia indefinita æquipollet vni-
uerſali, & in ea.l.ſi cognatis, numero 7. & 8. vbi
inquit valere legatum factum incertis perſonis,
quæ veniunt declarandæ, vel à natura, vel mini-
39 ſterio teſtatoris, aut legis; & idem eſſe legare co-
gnatis, vel cognationi, & intelligitur de agnatio-
40 ne teſtatoris, (vt noſtri aiunt) contentiuè, vel effe-
ctiuè, & primo admittuntur nominati, & illis de-
ficientibus proximiores, vt probat idem Socinus
ea.l.ſi cognatis, num. 31. & 32. ff. de rebus dubijs.
Alexan. videndus conſ. 213. num. 2. lib. 6. & licet
inſtituti nomine collectiuo puta agnationis, vel
familiæ ordine ſucceſſiuo vocati intelligantur, &
valeat de eis facta inſtitutio, vt cõmuni conſenſu
41 ſentiunt Doctores in l. Gallus, §. quidam rectè,
ff. de liberis, & poſth. vbi inter cęteros videantur
Socinus ſen. nu. 4. & nu. 6. Iaſ. num. 26. Lancelot.
Galiaula, nu. 23. & dixi ego conſ. 2. nu. 13. lib. 1.
Dec. conſ. 248. nu. 4. qui loquitur in inſtitutione
facta ſub nomine collectiuo, Pariſius cõſi. 49. nu.
16. lib. 2. vbi agit de legato facto cognationi, vt
ſcilicet proximiores veniant. Attamen ſi eſſet in-
ſtituta familia, vel agnatio alicuius extranei, tũc
omnes æqualiter admitterentur, cum in eo defi-
43 ciat ordo charitatis, & affectionis à teſtatore con
ſideratus, vt declarat Bar. ea. l. ſi cognatis, nu. 5. ff.
de reb. dubijs, & Soc. ſen. vidẽdus ibidẽ, nu. 32. q.
ad id allegat tex. ĩ l. cũ plures, ff. de leg. 3. & alios
concordantes, facit Alcia. in l. pronunciatio. §. fa-
miliæ, nũ. 29. de verb. ſign. illudq; interrogari me
poſſe ab aliquo ſcio, ſi nominati deficiãt, de quib.
proximioribus eſſet diſpoſitio intelligenda, ſ. an
44 de proximioribus grauati, vel teſtatoris, vt ibidẽ
quærit Soc. ſen. num. 33. & infra ea. l. ſi cognatis,
inquiens cum directo ſuccedatur teſtatori, proxi-
mitatem eius eſſe potius ſpectandã, niſi aliud te-
ſtatorẽ ſenſiſſe probetur. his antiquis Doctorib.
accedant nõnulli recentiores, qui longa ſerie per-
tractant, an, & qñ huiuſmodi inſtitutiones colle-
ctiuis nominibus factę defendi poſſint, & quomo
do ſuccedatur in eis, & an extendãtur vltra deci-
mum gradum inferentes ad plures vocationes,
45 ſcilicet agnationis, familiæ, domus, cippi, & atti-
nẽtium, Card. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 8.
tit. 12. Simon de Prætis de interpret. vlt. vol. fol.
187. nu. 4. & infra pluribus ſeq. vſq; ad finem, &
fol. 189. nu. 10. & multis alijs ſequentib. maxime
nu. 26. Menoch. de præſump. lib. 4. prężumpt. 25.
per totam. Peregri. de fideicom. art. 33. nu. 57. &
art. 19. nu. 12. ad quos me remitto ne actũ agam,
cum ijdem ipſi ordine enarrent, quo pacto ſe ha-
beat omnis hæc res; atque tu ipſe vnumquodque
quod quid erit ad rem tuam belliſſimum, facilè
capere poteris.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO CAVSIDICO Mediolani Iulio de Tignoſijs à Sancto Ambroſio.

ARGVMENTVM.

Ab ordinatione qua contractus cum muliere geſtus nullus, & inanis declaretur, ob non ſeruatam conſtitutionis ſolemnitatem, pœnam fiſco applicandam imponentis, an appellatio detur, quaſi agatur de cauſa criminali.

Conſtitutio Mediolani titulo de accuſat. § à ſententia, & titulo de Notarijs publicis. §. nulli notarij, & §. contrahentibus, declaratur.

SVMMAE RERVM.

1 *Duo cum requirantur, qui in vno deficit, in toto deficere videtur.*
2 *Probatio ſimplex non ſufficit, vbi cum qualitate exigitur.*
3 *Appellatio conceditur etiam quando regula ſit, vt non detur vbi caſus ſit dubius, ratioque pulchra affertur.*
4 *De qualitate fruſtra diſputatur, vbi ſubiectum deficiat.*
5 *Mulier tenetur de eo, quod ad eius manus peruenit, etiamſi contractus minus ſolemnis fuerit.*
6 *Dolum malum facere videtur, qui ex aliena iactura lucrum quærit.*
7 *Mulier, & quilibet alius lucrum facere non debet, cum aliena iactura.*
8 *Impenſa neceſſaria dicitur, quæ ſit in recuperanda dote mulieris.*
9 *Impenſa facta in aſſequendo credito dotali, vel in recuperando caſtro, ſi non refundatur quis reſtituere non tenetur.*
10 *In linguam mordacem elegans execratio.*
11 *Appellationis remedium facilius conceditur, vbi iniquitas prioris ſententiæ euidens appareat.*
12 *Mulier agere poteſt ad reſciſſionem cõtractus, ſine ſolemnitate geſti, criminaliter, & actione ſpolij.*
13 *Criminalis cauſa, vel ciuilis, quæ dicatur.*
14 *Criminalis dicitur cauſa vbi pœna fiſco applicatur.*
15 *Litigioſa res vbi alienetur, quæ pœna ſubeatur.*
16 *Litigioſi cauſa, an dicatur criminalis, vel ciuilis.*
17 *Sine culpa quis puniri non debet.*
18 *Pœna exactio dari poteſt condictione ex lege, & tamen cauſa criminalis non erit.*
19 *Pœna non debetur ex contractu nullo.*
20 *Criminalis vel ciuilis an ſit cauſa, facilè cognoſcitur ex modo procedendi.*
21 *Pro crimine ciuiliter agi poteſt.*
22 *Sententia nihil poteſt operari vltra iudicis intentionem.*

23 Iudi-

23 Iudicij terminus eſt adeo generalis, vt contineat omnem effectum à cauſa, quouis modo proficiſcentem.

24 Appellatio datur quando principaliter agitur ad intereſſe partis, etiam ſi in conſequentiam veniat intereſſe fiſci.

25 Qualibet diſpoſitio eſt intelligenda ſecundum ſuis terminis.

26 Principale trahit ad ſe acceſſorium, etiamſi ſit maioris valoris.

27 In conſequentiam multa conceduntur, quæ alias negantur.

28 Interpretatio per quam reducimur ad ius commune, & minus reſtringitur ius appellationis, eſt ſemper capienda.

29 Iniquitas notoria, & nullitas nunquā ſublata cenſentur ſaltem implorato iudicis officio.

30 Citatio dicitur eſſe iuris naturalis atque diuini.

CONSILIVM CCXCI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

ADmittenda videtur omnino
petita appellatio à cauſidico
Iulio de Tignoſijs à Sancto
Ambroſio; nam Cęſarea con
ſtitutio noſtra, titulo de accu
ſat. §. à ſent. qua prohibetur
appellatio à ſententia lata in cauſa criminaliter
mota, & criminaliter deciſa, cum ſit à terminis iu
ris communis aliena, eſt ſtrictiſſimè intelligenda,
& cum requirat duplicem qualitatē, ſcilicet quod
cauſa criminaliter mota ſit, & deciſa, cōſequitur,
1 vt qui in cauſa deficit in toto deficere dicatur, vt
tradit Alexander in l. Titia, num. 5. ff. ſol. matri.
nec ſufficit ſimplex probatio, vbi cum qualitate
exigitur. l. 4. §. docere, vi bonorum rapt. Socinus
ſenior conſ. 57. num. 8. volum. 3. & vbi etiam ca-
ſus eſſet dubius, non obeſſet conſtitutio vti odio-
2 ſa, quia etiam in regula, quæ appellationem ve-
tat, ſemper eſt in dubio pronunciandum pro ap-
3 pellatione, cum id habeat minus præiudicij; nam
ſi appellationis præſidium negatur, cauſa neca-
tur; ſi vero detur, vbi etiam forte concedendum
non foret, procraſtinationis tantum fit iactura,
quę licet in gerendis rebus odioſa ſit, leuis tamen
videtur, ſi comparetur ad totius cauſæ interitum
ob reiectum appellationis ſalutare remedium,
quod profecto euadit in magnum malum, vt cō-
munis fatetur Contardus in l. vnica, in verbo, ra-
tione dubij, num. 10. C. ſi de moment. poſſeſſ.
Niſi igitur pars aduerſa doceat cauſam, de qua
agitur, fuiſſe ſua natura criminalem, & criminali-
ter motam, atque deciſam, nuſquam à regula di-
ſcedemus.

Sed tantum abeſt, vt id demonſtrari queat, vt
potius Sāctus Ambroſius ex actis ipſis, quæ rem
manifeſtā faciunt contrariū perſpicuè oſtendat.

Nam natura cauſæ huiuſmodi eſt, vt crimen
non habeat, licet conſtitutio, tit. de notar. §. cō-
trahentibus. imponat pœnam ſolutionis pretij
æſtimationis rei, de qua agitur, vbi ſit cum mulie
re contractum abſque ſolemni ſtatutorum deſi-
derata qualitate; attamen id procedit, vbi verſe-
mur in contractu, qui ſubſit diſpoſitioni huiuſmo
4 di ſtatutorum, quia fruſtra diſputatur de quali-
tate deficiente ſubiecto. Iaſ. in rubrica, num. 1. &
2. Inſt. de actio. atqui contractus, de quibus agi-
tur ſunt huiuſmodi, vt in ſtatuto non contineā-
tur, cum agatur de pecunia mutuo data mulieri:
Item de patrocinio ſuſcepto in cauſis eiuſdē mu-
lieris; maximè pro eius dote recuperanda, in qui-
bus hic egregius Cauſidicus, adeo bonam na-
uauit operam, vt cauſam dotis ipſius mulieris,
multis difficultatibus affectam, atque afflictam
ſumma eius diligentia aduerſus fiſcum defende-
rit, atque obtinuerit, & mulieris calamitatem in
magna egeſtate degentem mirificè ſubleuauerit,
eidem mutuo data pecunia pro eius quotidiano
victu, & neceſſarijs, & vtilibus impēſis; vnde cum
inde locupletior dicatur facta, hicque contractus
fuerit ei valde vtilis, ad eiuſque manus peruene-
5 rit & pecunia et opera Sancti Ambroſij, tam in-
ſpecto iure communi, quam iure noſtro munici-
pali, verſamur extra caſum ſtatuti requirentis ſo
lemnitatem in contractu cum muliere geſto, vt
notatur eo. ſtatuto cap. 328. num. 12. & nu. 106.
& ſtatuto cap. 129. num. 11. vbi videatur, & cap.
432. volum. 1. quo cauetur, vt etiam ſi non ſit pa
ctum ſalarium, aut conuenta merces cum procu-
ratore, aut Cauſidico, nihilominus ei debeat ſa-
tisfieri, per iniquum eſt enim, vt quis vel ratione
ætatis: vel ſexus cum alterius iniuria, vel iactura
locupletior fiat; nam dolum malum facere vide-
6 tur, qui ex aliena iactura lucrum quęrit, vt inquit
Iuriſconſultus in l. ſi quis. §. Proculus, ff. de inſtit.
actione; ſufficit enim ſi mulier indemnis, & inco-
lumis ſeruetur ab omni damni iniuria, nō tamen
7 debet lucrum facere, maximè cum alterius detri-
mento. l. quoties, in fine. ff. de iure dotium. l. aſſi-
duus, §. fi. C. qui potiores in pignore, cap. locuple
tari, vbi Dinus ad multa infert, num. 3. de reg. iu-
ris in 6. facit lex. 3. §. in rem verſum, ff. de in rem
verſo, & mehercle, quæ vtilior, & magis neceſſa-
ria impenſa dici poteſt ea, quæ facta fuit pro re-
cuperatione dotis mulieris, quæ facilè ſine hac
impenſa perijſſet, cum neceſſaria eſſet in tempore
propter proclamationes, & edicta à fiſco facta,
impugnatio, & contradictio, & declaratio, & ne
id committeretur præſtiterit Sanctus Ambroſius
ſolerti eius diligentia, & pietate, dum nedum ope
ram, ſed & pecunias ad eam rem, & in mulieris
8 alimēta ſuppeditauerit, vt probat Iuriſconſultus
in l. 1. maximè circa finem, vbi videatur gloſ. in
verbo, præſtiterit. Bartol. num. 6. & alij in §. ne-
ceſſariæ. ff. de impenſis in rebus dotal. factis, & ſi
pro expenſa facta in recuperando caſtro, vel in
aſſequendo credito dotali ex æquitate datur ex-

ceptio

9 ceptio doli, nec tenetur quis reſtituere ante ſo-
lutas impenſas. l.ſumptus. ff.de rei vendicat. &
probat Iaſ. videndus in l.diuortio.§.interdũ, ſub
nume.4. & §.impendia, num.4. ff.ſolut.matrim.
Salycetus qui agit de impenſa in conſequendo
credito dotali, in l.vnica, num.19. C.de rei vxor.
actio. quanto magis ſuccurrendũ erit Sancto Am
broſio, ne ſub inani commento non ſeruatæ legis
municipalis, quæ hoc in caſu non procedit, ſuæ
operæ, & pecuniæ iacturam faciat, & pro bene-
facto maleficiũ accipiat ē ingrato enim homine,
nihil peius terra creauit, improbusque homo eſt,
qui ſcit beneficium ſumere, & reddere neſcit,
hunoque peruerſum morem habent ſæpe homi-
nes, vt boni ſint, dum quod ſibi volunt impetrãt;
at vbi id iam penes ſeſe habeant, accepti benefi-
cij immemores ex bonis peſſimi, & fraudulenti
ſint, & quem paulo ante laudabant, nunc pro be-
neficio maledicta in eundem conferentes vitupe-
rent, cum tamen vnuſquiſque debeat horrere in-
grati animi crimen, & quãtum in ſe eſt hanc ma-
culam deceat eum ipſum effugere, valdeque de-
deceat petulanter cuiquam maledicere, & ma-
xime ei à quo beneficium accepiſti: data eſt enim
hominibus lingua ad eorũ vtilitatem, vt Deum
laudent, atq; recondita mentis ſenſa, & conſilia
verbis explicẽt, hoĩbuſq; benedicant, & ſimul in-
ter ſe colloquentes vnus alteri auxilio ſit; verum
10 cum ſæpiſſimè homines hoc ſalutari, & diuino
abutantur beneficio, quæ inde proficiſcuntur, ma
la, cum hæc nimium loquax, & garrula lingua
nedum in hominum, ſed quod valde turpe, & fla-
gitioſum eſt, proh dolor etiam in ſummi Dei vi-
tuperationem, nefanda maledicta, & contume-
lioſa verba aſpere, & ferociter, libereque nimis di
cat, atque temere effutiat, & peruerſæ mentis co-
gitationes, & hominum conditiones, quæ occul-
tæ erant, non ſine graui iactura patefaciat, atque
non ſine maxima, & ſui ipſius, & aliorum offen-
ſione in apertum proferat; huic maledicat, illum
mordeat, in illius aures fictè, & ſimulatè queſtus,
& inuidiæ, ac malignitatis cauſa inſuſurret, ſicas
vibret, & venena ſpargat, & velut mordax veſpa
pungat acutis aculeis hunc, & illum, amicus ini-
micusve ſit ille, infimorumque hominum taber-
nas, & principum, regumque turres petulanter fe
riat nemini parcens: vnde fit vt naturæ optimum
peruertens finem hæc iniqua lingua, non ad no-
cendum, ſed ad iuuãdum procreata, valdè ſibi, &
alijs obſit, & licet oſſa non habeat, ſæpè in cauſa
ſit, vt pruriens dorſus nodoſo baculo de impro-
uiſo grauiter percuſſus frangatur; quo fit vt tan-
dem ſuo periculo cauta, & prudens facta diſcat
tacere, & loqui niſi ſumma cogente neceſſitate,
& vt decet, ſine cuiuſque iniuria, re diligentiſſi-
mè non ſemel conſiderata, atque velut cibo be-
ne mãſo accuratiſſimè digeſta, & maſticata; nam
ex ſententia Prouerbiorum, cap.26.num.28. lin-
gua fallax non amat veritatem, & os lubricum
operatur ruinas, &c. & vir, qui non poteſt in lo-
quendo cohibere ſpiritum ſuum, eſt ſicut vrbs pa-
tens, & abſque murorum ambitu, & Prouerb. ca-
pit.17.nu.28. ſtultus quoque ſi tacuerit ſapiens,
& ſi compreſſerit labia ſua, intelligens reputabi-
tur; remoue à te os prauum, & detrahẽtia labia
ſint procul à te: nam eſt proprium ſtultitiæ alio-
rum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Cum itaque
hæc ordinatio hoſce contractus, qui omni iure, &
æquitate ſubſiſtit, nullos, & irritos declarauerit,
facilè lectiſſimus Senator intelligere poteſt, quã
manifeſtè digna ſit, propter iniquitatem ex actis
ipſis orientem, & adeo patentem, vt appellatio-
11 nis fauorabili auxilio ſubleuetur, atque inuetur
ad not. per Felynum, & alios, in cap. cæteras, de
re iudicata, & licet ad reſcindendum contractum
ſine ſolemnitate geſtum, poſſit agere mulier cri-
minaliter, & actione ſpolij, vt firmant Lamber-
tengus tract. de alien. mul. ad finem, tit. queſt. 70.
num.220. & interpres ad ſtatutum cap.328. nu-
12 me.455. attamen, iure negamus hoc caſu, cum
agatur de eo, quod ad mulierem peruenit, nõ exi
gi huiuſmodi ſolemnitatem, vt cauetur eo. ſtatu-
to cap.129. in primo, ad hæc poteſt etiam de cri
mine velut de dolo agi, ſed ciuiliter, vt ait Boſſius
noſter tit. de furtis, num.37.

Rurſus quamuis communi Doctorum aſſen-
ſu videatur ea recepta diſtinctio, vt tunc dicatur
cauſa criminalis, quando pro crimine agitur ad
13 pœnam applicandam fiſco, ſi vero agatur ad pœ-
nam tribuendam parti dicatur ciuilis, & icciro
pars aduerſa ſuæ intentionis præcipuum funda-
mentum in hoc faciat, vt cum conſtitutiones, ti-
tulo de notarijs publicis, §.nulli notarij, & §.con-
trahentibus, partem pœnæ fiſco applicent, dica-
14 tur cauſa criminalis, vt communem dicit Clarus
§.fin. quæſt. 1. verſ. quarta igitur, & verſ. ex quo-
rum dictis. Aſinius in ſua praxi iudic. 5. ſub num.
15. poſt Marantam de ordine iud. in 4. parte, di-
ſtinct. 1. iudiciorum, num. 1.

Attamen eſt aduertendum primo, nos nõ ver
ſari, vt male autumat aduerſaria in allegato §.
nulli notarij, quia Sanctus Ambroſius de aliquo
inſtrumento, nec ipſe, nec alius fuit rogitus, ſed
quæſtio eſt ſuper §. ſequenti, incip. contrahenti-
bus. Secundo dicitur contrariam concluſionẽ ſin-
gulariter communi conſenſu declarari, vt proce-
dat quando agitur de pœna in fiſcum conferen-
da, quæ tamen deſcendat ex crimine, vel delicto,
ſecus ſi proficiſcatur ex cõtractu illicito, quia tūc
etiamſi pena applicatur fiſco, non propterea di-
citur cauſa criminalis, ſed manet ciuilis, quia eius
naturæ origo attenditur, quæ crimen non habet,
nec eſt de genere improbato. exemplum inter cæ-
tera affertur de re litigioſa, quæ ad rem noſtram
optime ſe conformat, nam vbi fiat eius rei alie-
15 natio, compellitur emptor rem adhibere, & eius
pretio priuatur, atque ei, qui alienauit lucro ce-
dit, & alia tanta ſumma ab eo fiſci iuribus infer-
tur. l.fi. C. de litigioſis, & tamen ſi agatur ad hãc
pœnam fiſco adiungendam, non tamen dicitur

cauſa

cauſa criminalis, ſed ciuilis, quia deſcẽdit ex con
tractu illicito, & non à crimine, & ideo non da-
16 tur accuſatio, ſed códictio ex lege, quæ ciuilis eſt,
vt docet peregregiè videndus Baldus poſt gloſ-
ſam in ea. l. fi. num. 6. C. de litigioſis. ſic ſubdiſtin-
guit Alexander vtique videndus in additione ad
Bartolum in l. fi. prope finem, in l. prętor, ff. de ſe-
pulchro violato, quos refert, & ſequitur Maran-
ta in ſuo Speculo 4. parte principali, diſtin. 1. nu.
39. fol. 53. in verbo, an ſit iudicium ciuile, vel cri-
minale, & Folerius in additione ad Marantam
loco ſuperius relato, num. 3. fol. 45. Beneuenta-
nus in ſuo tract. libellorum, ſub rub. de cond. ex le
ge, ſic ſenſere Clarus, & Aſinius, ac Maranta ca.
prima diſtin. num. 2. verſ. idem ſi aliquis. ex con-
trario excitati, qui ſemper præſupponunt, quod
ad hoc vt cauſa dicatur criminalis propter pœ-
nã fiſco applicandam, illa debeat deſcendere ex
crimine, ſecus ſi deſcẽdat ex contractu, quem lex
fecerit illicitum, qui eſt propriè caſus noſter; & li-
17 cet ex eo, quia ſine culpa quis non ſit puniendus,
cap. ſine culpa, de reg. iuris, in 6. aduerſaria putet
dari in neceſſarium antecedens delictum, tamen
valde fallitur, ìoto cœlo errat, quia etiam idem
capitulum apertè dicit, quod ſi cauſa ſubſit, ſine
culpa quis poteſt puniri, vt puta condictione ex
lege; & etiam poteſt eſſe, quod culpa leuiſſima
præcedat, & quod inde lex velit eum affici, & ta-
men ea non ſonet in delictum, aut crimen, vel
18 maleficium, & ex conſequenti ceſſat criminalis
cauſa, licet ciuiliter detur pœnæ exactio, condi-
ctione ex lege, vt diſtinguit Baldus in l. 1. prima,
num. 5. ff. de legibus, & firmat Beneuentanus vbi
ſupra, num. 3. ciuilis eſt igitur hæc cauſa inſpecta
eius natura, & pœna, quæ eſt pecuniaria, & licet
fiſco applicetur, tamen non deſcendit ex crimine,
ſed ex contractu illicito. Alia & item ratione po-
teſt dici conſtitutionem noſtram, non habere lo-
cum in caſu noſtro; nam vbi citra veri præiudi-
cium verſaremur in caſu, qui eius ſtatuti legi
ſubeſſet. cap. 328. in primo, cum illud ſtatutum
imponat eam pœnam, vt nullus ſit contractus, ſe-
quitur vt ex contractu nullo nulla pœna debea-
19 tur, quia quod nullum eſt, nullum producit effe-
ctum, atque infert impedimentum, vt docet Bar-
tolus in l. non putauit, §. non quæuis, num. 4. ff. de
bonorum poſſeſs. contra tab. Corbulus tract. ex
quibus caſu emphyt. de cauſa priuat. ob alienat.
limit. 2. Tiraquellus de retractu legali. §. 26. gloſ.
2. num. 5. vſque ad num. 12. & de legibus connu-
bial. gloſ. 8. de ſoi mari. quæſt. 10. num. 95. & con
ſtitutiones noſtræ, quatenus conſtituunt, & aſcri-
bunt pœnam contrahentibus, vel diſtrahentibus,
debent intelligi de ijs, in quibus ea qualitas com-
probetur, & ſic de contractu valido, abſque illis
ſolemnitatibus, quod multis modis euenire poteſt,
puta quando adeſſet iuramentum in contractu,
vel reſpectu locorum in quibus non adſit lex ir-
ritum faciens contractum, ſi non adhibeatur illa
ſolemnitas, prout eſt hæc noſtra Mediolani.

Si etiam motũ iudicium intueamur, apparet
via delegationis inſtitutũ fuiſſe; nam ſciens pars
aduerſa, quod Capitaneus Iuſtitiæ nõ habet iu-
riſdictionẽ in ciuilibus, niſi in aliquibus caſibus,
vel niſi vbi habeat delegationem à Principe, vt
habetur tit. de officio Capitanei Iuſtitiæ. §. cau-
ſarum, voluit ciuiliter agendo delegationem ha-
bere, & ſi videatur eius petitio in precibus datis
Senatui, apparet, quod ciuiliter agere intẽdebat;
item quia exhibitæ fuerunt litteræ delegationis
ſeruata forma in ciuilibus conſueta, nempe cita-
ta parte, delatis actis ad notarium ciuilium, &
hoc neceſſario etiam probatur ex alio iudicio, po
ſtea facto coram eodem D. Capitaneo crimina-
liter mutato priori libello, quod neceſſario ſup-
ponit prius illud ciuile fuiſſe, & ex modo proce-
20 dendi, & cognoſcendi, ac pronunciandi facilè in-
telligitur an id fecerit, tanquam ciuilis iudex, vel
criminalis, gloſ. & Bartolus in l. 1. ff. de iudicijs,
l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, num. 12. ff. pro ſo-
cio. Baldus in l. non codicillum. C. de codicillis,
& l. 1. C. de arbitris, l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de
leg. 1. ſed tollitur omnis dubitatio poſtquàm ver-
ſamur in claris, cum ex procemio ipſius ordina-
tionis conſtet ad eam deuentum fuiſſe, attẽta de-
legatione eiuſdem cauſæ facta in ipſum Capita-
neum, punctuſque præcipuus ipſius delegationis
is erat, vt cognoſceretur an cauſa eſſet remitten-
da ad iudices ciuiles, tãto magis, quia abſolutoria
iam lata in iudicio ciuili, in quo hæc omnia de-
cantata fuerant, parit exceptionem rei iudicatæ
in alio iudicio, etiam criminaliter intentato. l. ſi
quis cum totum. §. ſi ancillæ. ff. de execut. rei iudi-
cat. Saly. in l. vnica, num. 10. quando ciuilis actio
præiudicet, & omni caſu huius puncti deciſio eſt
mere ciuilis, & ab eo Capitaneo potuit decidi, li-
cet iudex ſit criminalis ex vi ipſius delegationis;
nec poterat ad vlteriora procedi, niſi eo prius de-
ciſo; cum impediret proceſſum ad vlteriora.

Si vero magis ſpectemus deciſionem cauſæ, li-
quet deciſam fuiſſe ciuiliter; poſtquàm reſpe-
ctu iudicij criminalis ordinatum fuit, ipſum non
eſſe amplius moleſtandum, attento partis conſen
ſu, quod neceſſario ſupponit cauſam tantum ciui
lem fuiſſe deciſam, quia reſpectu iudicij crimina-
lis; quod totum ſpiritum ducere videbatur à pœ-
na fiſco applicanda, conſenſus partis nihil agit,
vt in terminis tradit Aretinus in principio Inſti-
tu. de except. colum. 13. verſic primo caſu, aut de
eo loquitur, & tunc vt verba ſubiecto conueniãt
eſt dicendum, vt iudicium ciuile, ſeu ciuiliter mo
21 tum (quia etiam ciuiliter pro crimine agi poteſt,
vt ait Boſſius titu. de furtis, num. 37. & de falſis,
num. 149.) tantum deciſum ſit, nec ſententia po-
22 teſt operari vltra iudicis intentionẽ. Crauet. con-
ſil. 10. num. 3. & 4. & nume. 7. & ſi iudicium cri-
minale eſt excluſum, ergo omnis eius effectus ceſ
ſare debet, cum iudicij terminus ſit, adeò genera-
lis, vt in ſe contineat omnẽ effectum à cauſa quo-
uis modo proficiſcentẽ, actum nempe trium per-
ſonarum,

23 ſonarum, ſcilicet actoris, rei, & iudicis. Item inſtã
tiam, cauſamq; ipſam ſententiam, & acta vt de-
clarant Caſtrenſis, & Iaſ. num. 4. in rubric. C. de
iudicijs, & id redditur clarius ex ſubſequentibus
verbis, ſaluo iure, iterum procedẽdi, vbi præſenti
ordinationi Sanctus Ambroſius non acquieſcat,
quia præſentiens iudex cauſam, tanquam mere
ciuilem, & ciuiliter motam, & deciſam appella-
tioni ſubeſſe eo iniecto terrore, & incuſſo metu,
quo opus non erat, ſi criminaliter deciſa fuiſſet,
putauit ſalutare illud appellationis remedium
de medio tollere, & ſi iudicium criminaliter deci
ſum foret, cur dictum fuit, ſaluo iure, iterum pro-
cedendi, quæ verba clarè patefaciunt cauſam ip-
ſam ciuiliter deciſam fuiſſe. Omni caſu quan-
do principaliter agitur ad id quod partis inter-
eſt, licet veniat etiam in conſequentiam intereſ-
24 ſe fiſci, iudicium dicitur ciuile, cum illud antecel-
lat, & præſtet, & ideo appellatio conceditur, vt in
puncto tradit Boſſius titulo de appellat. num. 8.
& 9. vbi videatur. nec aduerſatur, vt noſtra con-
ſtitutio, titulo de accuſat. §. in ſententia, velit, vt
etiam reſpectu intereſſe partis remora intelliga-
tur appellatio, quia id intelligendum eſt retentis
terminis ſuæ diſpoſitionis, vt ait Crauet. conſi. 91.
num. 21. ſcilicet de eo intereſſe, quod venit in cõ-
ſequentiam criminalis cauſæ criminaliter motæ
25 & deciſę; ſecus ſi illud principaliter veniat, & cri-
minalis cauſa ad eam accedat, quæ tamen crimi-
nalitas in hoc caſu non ſubeſt, & hæc interpreta-
tio ſatis comprobatur ex illis verbis in ſententia
comprehenſis, quæ ſupponunt acceſſoriè venire;
26 cum principale trahat ad ſe acceſſorium, etiam
pretioſius ipſo municipali. l. hæres meus, §. ſi ſtude
leg. 3. & principale inſpiciatur, etiam ſi acceſſo-
rium ſit maioris valoris, vt in exemplo veſtimen
ti cui adiecta ſit purpura. §. ſi tamen. Inſtit. de
rerum diuiſione. Bartolus in l. ſi in emptione, nu-
mero 1. ff. de cõtrahenda empt. Dinus in cap. ac-
ceſſorium, de regulis iuris, in 6. & multa in conſe-
27 quentiam aſſentiuntur, quæ directo, aut princi-
paliter denegantur. Crauet. conſil. 6. nume. 112.
Et hic ſenſus eſt eo magis recipiendus, cum per
eum reducamur ad ius cõmune, & minus reſtrin-
28 gatur appellationis gratioſa defenſio. Decius cõ-
ſilio 444. numero 15. & melius conſilio 49. nu-
mero 3. & conſilio 385. numero 2. Oſaſcus deciſ.
164. num. 3. & deciſ. 167. num. 1. nec proinde vi-
detur ſublata nullitas, & iniquitas manifeſta, &
euidẽs, quę ex eiſdemmet actis manat, ſaltem ex
29 benigno iudicis officio, vt notat interpres ad ſta-
tutum c. 116. nu. 166. & nu. 176. & 192. & ad ſta
tutum cap. 141. num. 23. & num. 13. cum igitur
hæc ſentẽtia inter alia peccet in citatione perem
ptoria, & ſic in iure naturali, & diuino, quia fuit
30 ſine ea lata, vt ex actis conſtat, atque etiam ma-
nifeſtam contineat iniquitatem, quandoquidem
omni ratione, & æquitate poſthabita contra ex-
preſſum caſum legis, nempe ſtatuti cap. 329. in
primo, nullos declarauerit contractus pecuniæ,
quæ ad manus mulieris peruenit, vt iſta iniqui-
tas, quæ cum æquitate certat emendetur, & cor-
rigatur, nedum concedenda videtur petita appel
latio; ſed etiam eſſet prorſus ea ordinatio irrita
facienda, quod bonum ius maximè ſpectare ſo-
let Senatus Excellentiſſimus, qui ſola facti veri-
tate inſpecta procedit, & principis vices meri-
to gerit.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IO. BAPTISTA Caulio Saxolenſi.

ARGVMENTA.

Iuri hypothecæ quanto tempore præ-
ſcribatur, & an ea iuuet excuſatio, quod
agi non poſſit contra tertium poſſeſſo-
rem, nõ excuſſo principali; & an, & quan
do in ea re detur reſtitutio in integrum.

An valeat lex, qua creditoris ius tolli-
tur præſcriptione quadam.

Legatum generis, quando reſtrictum
cenſeatur à ſubſequentibus ſpeciebus.

Præſcriptionis exceptio omiſſa à prin-
cipali, an opponi poſſit ab eo, qui ducit
cauſam ab illo, & an eo inuito obijci
queat.

SVMMAE RERVM.

1 *Hypotheca iuri, cum titulo, & bona fide præſcribi-
tur decem annis inter præſentes, & viginti in-
ter abſentes.*
2 *Hypothecaria agi non poteſt contra tertium poſſeſ-
ſorem, niſi prius excuſſo principali, & eius fide-
iuſſore.*
3 *Præſcriptio in hypothecaria non impeditur ex excu-
ſatione, quod agere non valeat, cum poſitum ſit
in manu creditoris hoc impedimentum remo-
uere.*
4 *Mala fides auctoris nocet ſucceſſori, illaque eſt ma-
xime in præſcriptionibus ſpectanda.*
5 *Mala fides auctoris obeſt uniuerſali ſucceſſori, non
autem ſingulari.*
6 *In mala fide non dicitur poſſidens rem alteri obli-
gatam, cum hypotheca non impediat alienatio-
nem.*
7 *Reſtitutio in integrum datur ignoranti.*
8 *Ignorantia vbi ſit ſupina non adiuuatur beneficio
reſtitutionis in integrum.*
9 *Ignorantiæ excuſatio non prodeſt, quotieſcunque
poteſt aliqua negligentia aſcribi ignoranti, qua-
re eam non remouerit.*

10 Præ-

10 Præſcriptionis interruptio contra principalem debitorem non obeſt tertio, qui ab eo cauſam ducit.

11 Statuto induci poteſt, vt debitū certo tempore præſcribatur, & ſolutio præſumatur, ne ſemper res in incerto ſint.

12 Solutio coniecturis probari poteſt.

13 Humilitas mirificè eſt laudanda, ſuperbia vero valde deteſtanda velut omnium malorum radix.

14 Statutis ligari, vel forum ſortiri paria ſunt in iure noſtro.

15 Forenſi tale ius eſt reddendum, quale ei redderetur, ſi in eius foro litigaret.

16 Statutum loci, in quo quis conuenitur, vbi idem diſponat, quod ſtatutum eius domicilij, eum ipſum tanto magis ligat.

17 Legatum generis reſtringitur à ſubſequenti ſpecie indicata per dictionem, videlicet.

18 Solutione eius quod debetur tollitur omnis obligatio.

19 Legatarius cui nomen debitoris eſt legatum habet vtilem actionem, imo ſi hæres vellet agere directa repelli poteſt.

20 Si legetur res debita cenſetur etiam actio legata.

21 Excipiendi ius tranſit ad ſingularem ſucceſſorem.

22 Agendi ius tranſit in emptorem, maximè quia in inſtrumentis venditionum poni ſolent ceſſiones omnium iurium competentium datori.

23 Præſcriptionis exceptio tanquam in rem ſcripta poſſeſſorem concomitatur.

24 Excluſus à iure ex perſona alterius, non cenſetur excluſus à iure, quod habet ex perſona ſua.

25 Exceptio omnis, quæ eſt debitori principali, fideiuſſori datur, debitore etiam nolente, & inuito.

26 Præſcriptionis exceptio poteſt etiam à tertio opponi quando opponentis intereſt.

27 Emptor qui præſcripſit, ſi non obijceret præſcriptionis exceptionem non haberet regreſſum de euictione.

28 Emptor cōuentus habet defenſiones venditori competentes, & omnis eius defenſio ad eum tranſit, etiamſi contra eum non haberet regreſſum de euictione, & tanto magis ſi venditor defendere promiſit.

29 Venditor poteſt iudicium contra emptorem inſtitutum inuito actore ſuſcipere, & in ſeipſum transferre.

30 Emptor opponens ius venditoris, non dicitur obiectare ius tertij, ſed ſuum ipſius.

31 Ius tertij poteſt opponi, quando quis in periculum incideret.

32 Emptor vt paſſim fit conſtitutus à venditore procurator irreuocabilis in rem ſuam eo magis poteſt intentare actiones, & opponere exceptiones venditori competentes ratione rei venditæ.

33 Succedens in ius vel dominium alterius, eius iure vti debet.

CONSILIVM CCXCII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea, quæ proponuntur arbitror venerandum D. Io. Baptiſtam, & eius fratres Bagios autores, & neceſſarios defenſores Geminiani Bariſani moleſtia ſibi illatæ litis à D. Fuluio Patiano in hypothecaria liberari, & tutos eſſe præſidio præſcriptionis; nam recepta videtur ea iuris concluſio, vt ſcilicet iuri hypothecæ cum titulo, & bona fi-
1 de præſcribatur ſpatio decem annorum inter præ-
ſentes, & viginti inter abſentes. l. 1. & 2. C. ſi aduerſus creditorem, & quamuis hodie hypothecaria agi non poſſit contra tertium poſſeſſorem; niſi
2 prius excuſſo principali, & eius fideiuſſore, auth.
hoc ſi debitor. C. de pignorib. attamen cum poſitum ſit in facultate, & quaſi manu ipſius creditoris hoc impedimentum ſuperare, merito præ-
3 ſcriptionis curſus retardari nequit ea leui excu-
ſatione vt agere valeat, cap. vlt. de elect. & ſentiūt Decius in cap. cum inter, num. 23. de except. Balbus copioſo ſuo tractatu præſcript. 4. partis quartæ principalis, quæſt. 3. num. 6. & infra. Socinus iunior conſ. 17. num. 13. & conſil. 117. volum. 2. Crauet. conſ. 148. num. 6. & commun. profitetur Viuius lib. 2. commun. opinio. 234. & licet mala
4 fides authoris noceat ſucceſſori, hodieque illa ſit
maximè in præſcriptionibus ſpectanda. cap. poſſeſſor malę fidei, de reg. iuris; attamen id procedit in hærede vniuerſorum bonorum, qui tenetur conſcientiam defuncti, cuius perſonam ſuſtinet exonerare, & illius onus alleuare, vt commun. dicit Curtius iunior conſ. 77. ſub num. 14. & dixi ego conſ. 87. num. 9. volum. 1. ſecus eſt in ſucceſ-
5 ſore ſingulari, prout ſunt Bagij, vt commun. teſta
tur Afflictus deciſ. 4. num. 7.

Nec aduerſatur, vt mala fides Baptiſtæ Caulij datoris ipſius Marini Bagij patris Antonij, à quo Bariſanus cauſam ducit obeſſe debeat; attenta ignorantia auctoris ipſius Patiani, auth. malæ fidei. C. de præſcr. longi temp. 10. vel 20. annorū, quia vt prudēter animaduertit doctiſſimus aduocatus Bagiorū Frāciſcus Maria Leus, id nō obeſt cum verſemur in hypothecaria actione, quæ do-
6 minio caret, & non facit vt poſſidens rem hmōi
dicatur in mala fide, aut alienare prohibeatur; vt præter adductū Caſtrēſem ea. auth. malæ fidei, in quinta limit. ſentit Saly. ibidē nu. 4. & com. profitetur Balb. vidēdus eo. tract. preſcrip. tertia parte principali in 2. principali requiſito, agente de bona, & mala fide, quæſt. 12. ante nu. 8. verſ. quarto limitat, nec aduerſari vr̄ ſcrupulus, qui facilè inijci poſſet, vt ſcilicet Patianus potuerit iuuari beneficio reſtitutionis in integrum pp ignorātiam
7 factæ ipſius alienationis, vt declarat idem Balb.
ea. quæſt. 12. ante nu. 7. verſic. ſalua tn̄, & quarta parte quartę partis principalis, q. 29. nu. 7. vbi de

magis communi teſtimonium dicit, quia vt ipſe-
met declarat, nume.8. id procedit vbi ignoran-
tia ſit probabilis, & non craſſa, atque ſupina, cui
ſumma negligentia obijciatur, prout eſt hæc quę
proponitur; nam cum ſciret aduerſarius hoc ius
ſibi eſſe, experiri debebat de iuribus ſuis contra
8 principalem; & eo excuſſo agere contra tertios
poſſeſſores, vt ſuperius monuimus. l. nec ſupina,
& l. regula, §. ſed facti, ff. de iuris & facti ignoran-
tia, & optimè ad rem confert exemplum, quod
ex Baldo deſumit idem Balbus, ibidem nume.9.
quatenus dicit, ſi ſcio fundum eſſe meum, & igno
ro ipſum à tertio poſſideri, nō debet reſtitui, quia
ſum in negligentia non eundo ad poſſeſſionem
naturalem; allegatio quippè ignorantiæ auxilio
eſſe non poteſt, quotieſcumque ei, qui eo ſe tegit
9 clypeo, poteſt in ea remouenda aliqua attribui
negligentię culpa, vt inquit Iuriſconſ. eo. §. ſed fa
cti, & fuſe etiam ſcribit Sfortius Oddo tract. reſt.
in integrum, quæſt.8. art. 10. per totum, nec præ-
tenſa interruptio præſcriptionis contra principa
lem debitorem, authorem ipſorū Bagiorum eis
10 obeſſe poteſt, tanquam res inter alios acta, vt ſcri
ptum reliquit idem Balbus in 3. parte, ſextæ par
tis, quarta quæſt. princip. num. 46. Alba conſilio
469. num. 5.

Ad ſecundum quæſtionis caput reſpondeo le-
gis municipalis Saxoli præſcriptione in tutiori
loco cauſam Bagiorum collocari, cum velit cur-
ſu quindecim annorum tolli ius crediti ex qua-
cumque cauſa, etiamſi de eo confectum eſſet in-
ſtrumentum, nam quamuis ambigant noſtri le-
gum ſcribentes an huiuſmodi lex iure defendi
poſſit, cum videatur proinde conceſſa quædam
peccati licentia, cuius libertas eſt omni ſtudio po
tius præcidenda, quam dilatanda; Veruntamen
ſi in præſcribente, vt hic bona fides adſit, vel lex
ipſa præſumat eo temporis ſpatio factam fuiſſe
ſolutionem, vel contractum fuiſſe ſimulatum, &
tanto magis ſi ea probari, vt eo ſtatuto contine-
tur, velit iuramento veritatis eius, qui debitor
11 erat, vel credulitatis eius hæredi, tunc iuſtæ legis
vigorem habet, cum publicæ vtilitatis interſit, ne
dominia rerum tamdiu in incerto iaceant; cum
maxime vitæ tempus ſit longè breuius, quàm eſ-
ſet prima, & priſca illa ætate, & homines ſenſim,
atque repètè occidat, omnibus horis aſſiduo mo-
tu fluat, nec ſinat nos diutius in eodem ſtatu eſſe,
cum cito pede labatur ætas, mobilique curſu fu-
giat, ita vt rectè Venuſinus Poeta elegans, & ve-
nuſtus dixerit; viue memorque ſis æui breuis,
l. prima. ff. de vſucap. & rectè diſtinguit idem Bal
bus eo. tract. præſcript. tertia parte principali, ſe-
cundo requiſito, quæſt. 14. numero 5. & Gabriel
lib. commun. titulo de pręſcript. concluſ. 4. maxi-
12 mè num. 14. & cum ſolutio probari poſſit conie-
cturis, potuit ſtatutum inducere, vt ea probare-
tur iuramento debitoris iuncta taciturnitate tan
ti temporis, & monitione legis, vt creditor euigi-
laret in ea conſequenda, vel ſaltem petenda, ne
ad eam via, & aditus, qui patebat temporis impe
dimento pręcluderetur, vt commemorat Maſcar
dus in verbo, ſolutio, à quo, & quomodo probetur
conclu. 1314. num. 26. confert Baldus in cap. de-
bitores, in fine, de iureiurando, & cum vita homi
nis præcipiti adeò curſu præſcribatur, & angu-
ſtis adeo terminis concludatur, equidem non vi-
deo cur tantopere miſer homo ſuperbiat in eo,
quod non habet, imò ſi humi ſtratus nominis ſui
vim & ſignificationem cognoſceret, facilè intel-
ligeret ſe nihil habere, vnde elatus, vel inflatus ſu
13 perbiat; nā ab humo ductus, & dictus, à ſummo,
à medio, ab imo, humus eſt, & tandem humatus
in abiectam, & vilem humum reuertetur; reddi-
tur enim terræ corpus, & ita locatum, ac ſitum,
quaſi operimento matris obducitur, ex intuituq;
propriæ conditionis voluntaria mentis inclina-
tione humilis factus ſe totum conuerteret ad am
plectendam inſignem humilitatis virtutem, quæ
licet nomine humilis videatur, nihil tamen eſt ea
excelſius, quia quaſi ſemper ſuperior neſcit extol
li, nemo enim id affectat, quod infra ſe iudicat,
omnes delectat celſitudo, ſeu altitudo, ſed humi-
litas eſt ad eam optimus gradus: vis illam conſe-
qui, hunc gradum aſcende, vis capere celſitudi-
nem Dei, cape prius humilitatem Chriſti, cupis
peruenire ad faſtigium charitatis, fode in te fun-
damentum humilitatis, quam Deus ſemper re-
ſpexit, & in cœlum intulit, ſuperbiam vero cum
Angelis ſuis in profundū merito deiecit, & mer-
ſit; ſuperbus cum ſuper alijs, non ſemel, ſed bis eſ
ſe velit, ſuperbit, nec aliquod requietis interual-
lum habere poteſt, cum cōtinenter ſit ei pugnan-
dum nedum cum diſſimilibus; nam diſſimilium
infida eſt ſocietas, ſed etiam cum ſui ipſius ſimi-
libus, quos vbi ſuper ſe elatos viderit, odit, & per-
petua inter eos exiſtunt iurgia, licet omnis vitio-
ſus diligat ſibi ſimilem, indeque ſæpè factum eſt,
vt cū huiuſmodi ſuperbę contentiones inter exer
cituum duces fuerint, glorioſa victoria, quæ fir-
ma videbatur, & certa tenebatur, quodammodo
exciderit è manibus, nō ſine graui reipublicæ de-
trimento: humilis autem corde his aſſiduis ſuper-
biæ ſtimulis minimè incitatus in tranquilla hu-
militatis ſede lętus quieſcit cęleſtem tantum cel
ſitatem ſuſpiciens, & curans, terrenam autem ſu-
perbiam deſpiciēs, inquit, regnum meum de hoc
mundo non eſt, aliud nempè regnum appeto, &
quæro in quo regnat humilitas ſuperbum, nam-
què ſequitur ea humilitas, cui eſt nomē abiectio,
& contemptio, humilem vero ſpiritu de quo ego
ago, ſuſcipiet, gloria, fitque ex alio in aliud viciſ-
ſitudo, atque mutatio; deſeramus igitur ſuper-
biam radicem cuncti mali, & reginam omnium
malorum, & initium omnis peccati, humilitatem
vero amplectamur omniū bonorum fontē vber-
rimum, & quanto ſuperiores ſumus; tanto nos
ſummiſſius geramus, nec vt ſępè fit ſi proſpero ſta
tu in altum dignitatis gradum proueheamur ve-
lut inflatum mare ſubito tumeſcamus, aut aciem
oculo-

oculorum ita perſtringamus, vt antiquos & beneuolos amicos minimè agnoſcamus, nec patiamur, vt nobis obijciatur vulgaris illa excuſatio, ſeu magis accuſatio, nos non reſpicit, quia honores mutant mores, ſed ſemper ita dignitatem gradus retineas, vt benignitatis aditus, & humanitatis ſuaue condimentum non excludatur, & longè abſit ſuperbiæ deteſtabile vitium, quæ ſola etiam in rectè factis eſt cauenda, ſiquidem illis ſæpè inſidiatur, vt pereant, cum tamen cætera vitia in male factis valeant, vt ſatis comprobat exemplum eius, qui eleemoſynam facit, non charitatis aut pietatis intuitu, ſed vt videatur ab hominibus, & vt gratiam hominum, auramque popularem aucupetur, qui licet præclarum efficiat opus ſubleuandæ inopiæ, tamen cum in eo inſit ſuperbię virus, tūc eleemoſyna, vt ſalutaris aqua peccati ignem non extinguit, ſed vt ardens flamma vento ſuperbiæ excitata, potius illum vehementer auget, ſed vt cogitatione mortis humiles facti iam ad rem redeamus, concludimus ob vitę breuem curſum præſcriptionis tempus breuius fieri poſſe.

Nec officit, vt ipſius legis beneficio frui nequeāt exteri, vel forenſes, cum aperte velit huiuſmodi præſcriptionem non currere contra creditores ſubditos ſtatuentibus, qui habeant obligatos alios non ſubditos.

Nam cum bona ſint ſita in territorio Saxoli, & ibidem ſit faciendum iudicium, alioquin forēſes pro ſubditis habentur, cum paria ſint forum ſortiri, vel ſtatutis ligari, præſertim cum id in ca-
14 ſu noſtro ſit ſubditis vtile, & fauorabile, vt ex Cephalo conſil. 309. num. 60. commun. dixit egregius Bagiorum conſultor, & addo ego Burſatum fusè diſſerentem, & magis communem affirmantem conſil. 198. num. 42. & 43. volum. 2. Albam conſ. 370. num. 4. & infra.

Rurſus cum idemmet ſtatutum diſponat, vt ita demum forenſes gaudeant beneficio ſtatutorum, ſi ſubditi in forenſium iuriſdictione conuenti, ſimilibus ſtatutis ibidem vigentibus gaudere
15 poſſent, & in ſumma velit tale ius reddi forenſibus, quale redderetur ſubdito, ſi ibidem litigaret, prout & nos Mediolani habemus ſtatutum cap. 179. volum. 2. & ſimile ſtatutum, imò fortius vigeat in ciuitate Mutinæ, vbi factus eſt cōtractus,
6 & à qua oriundi ſunt actores, & vbi domicilium habent, conſequitur, vt rectè vno vel altero ſtatuto vrgeantur, cum vnum alteri ineſſe videatur, vt ſentit Borgninus deciſ. 27. numero 58. & deciſ. 21. numero 77. Decianus conſilio 11. num. 191. & dixi ego conſ. 151. num. 84.

Tertia eſt dubitatio, an creditum aureorum tercentum quadraginta ſeptem, quod habebat teſtator aduerſus Baptiſtam Caulium ex inſtrumento recepto à Marco Caulio Tabellione Mutinenſi, ſpectet ad ſcriptum hæredem Thomam Pazzanum, vel ad Dianam filiam naturalem Iacobi Graſſeti teſtatoris.

Et cum idem teſtator legauerit filiæ aureos ſexcentum pro dote ſua, videlicet illos aureos tercentum quadraginta ſeptem, qui ſunt, vt dixit reſiduum pretij terrarum venditarum Baptiſtæ Caulio, videtur quod illud pertineat omnino ad legatarium; nam genus illud antecedens aureorum 600. reſtrictum eſt à ditione illa videlicet ad ſubſequentem, & nominatam ſpeciem crediti aureorum 347. quæ eius naturæ eſt, vt hoc caſu faciat conſtare de mente teſtatoris, quod voluerit legatum generis ad eam ſpeciem reſtringere, &
17 limitare, vt in puncto longa diſtinctione perpulchrè docet noſtrorum interpretum princeps, & locuples autor Bartolus vidēdus in l. quæſitum, §. ſi quis fundum, numero 15. verſic. quando dubitatur, vtrum fuerit errās, vbi aut fuit facta enumeratio ſpecierum cauſa tranſactionis. ff. de fundo inſtructo, l. ſed ſi adijciatur. ff. pro ſocio. Decius in l. in toto, numero 4. ff. de regulis. Corneus videndus conſil. 4. per totum illud conſil. libro 2. & cum ex deductis probatum videatur fuiſſe ſatisfactum legatariæ, & ſolutione eius, quod de-
18 betur tollatur omnis obligatio. Inſt. quibus modis tollitur obligatio, in principio, & is cui legatum fuit nomen debitoris habeat vtilem actionem, imo ſi hæres vellet agere directa repelli
19 poſſet, quia commodum actionis eſt ad alium applicatum. l. ex legato. vbi ſcribentes, & præſertim Baldus, num. 5. C. de legatis. Paulus Caſtrenſis, in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus, de leg. 1. qui id extendit etiam quando res debita legatur,
20 quia tunc etiam actio legata cenſetur. Crot. conſil. 14. num. 30. rectè igitur creditum legatum ſolutum fuit legatariæ.

Quarta eſt dubitatio, an per ſententiam contra Baptiſtam Caulium anno 1573. latam poſſit dici interrupta præſcriptio contra ipſos Bagios, & iam concluſum eſt in primo quæſtionum capite prope finem, minime; & omni caſu, ſi etiam minus vera fatentes à tempore ſententię initium preſcriptionis petendum eſſet, prout tamen ad fauorem reorum conuentorum de iure ſumi debet à die celebrati contractus cum ipſis Bagijs, quod factum fuit anno 1566. adhuc legis municipalis præſcriptio, quæ eſt tātum annorum quindecim ius actoris excluderet, & iugularet cum reticentiæ pœna etiam à I. C. ſit conſtituta.

Quinta dubitatio illa eſt, an exceptio preſcriptionis omiſſa à Lucretio Caulio filio Baptiſtæ autore ipſorum Bagiorum poſſit ab ipſis Bagijs ceſſionarijs opponi, & mehercle, id puto maximè, nam vnum mihi ſumo, quod mihi res mani-
21 feſta dat, vt ſcilicet excipiendi ius tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem. l. fin. ff. de except. rei vendi. l. omnis. ff. de except. Bartolus in l. ſi tertius. §. ſi prius. ff. de aqua pluuia arcenda. l. etiamſi rem. ff. de iureiurando. Crauet. videndus eo. conſ. 148. numero 1. Doctiſſimus Alciatus noſter conſilio 48. numero 5. libro 8. qui inquit tranſire etiam in emptores ius agendi, quia hodie vt plurimum

22 fiunt vendiriones publicis inſtrumentis, & docu-
mentis, in quibus ponuntur ceſſiones omnium
iurium competentium datori, & cum exceptio
præſcriptionis ſit quaſi in rem ſcripta, quia per
eam acquiritur rei dominium, ſaltem vtile, vt
tradit Balbus tract. præſcript. 2. parte principali,
quæſt. 2. numero 2. & infra maximè num. 9. me-
23 rito rem aſſequitur, & concomitatur eius poſſeſ-
ſorem, ſi ſociam habeat bonam fidem. Corneus
conſilio 145. num. 10. volum. 4. conſi. 30. volum.
1. & conſil. 150. num. 6. volum. 3. imo excludens
ſe à iure ex perſona alterius ſibi competente, nõ
24 cenſetur excluſus ex iure, quod ex ſua ipſius per-
ſona habet, vt ſcribit idem Alciatus conſilio 76.
num. 2. lib. 8. Corneus conſil. 45. num. 10. vol. 1.
& conſi. 165. num. 7. in primo, accedat, quod ex-
ceptio omnis, quæ eſt debitori principali, fideiuſ-
25 ſori datur debitore etiam nolente, & inuito, ea.
l. omnes, & firmant Crauet. conſil. 810. nume. 3.
Marſilius in rubrica de fideiuſſ. num. 267. & in-
fra pluribus ſequent. quæſt. 36. quando intereſt
26 opponentis poteſt etiam à tertio opponi præſcri-
ptionis exceptio, vt docet Albericus in l. ſi quis
emptionis, ſub num. 6. verſic. pone quod aliquis.
C. de præſcript. 30. vel 40. annorum, imo ſi em-
ptor, qui præſcripſit non obijceret præſcriptionis
27 exceptionem non haberet regreſſum de euictio-
ne. l. ſi obligata, vbi videatur Bald. C. de euictio.
& idem emptor cõuentus habet defenſiones ven
ditori competentes, & omnis eius defenſio ad ip-
ſum tranſit, etiamſi contra eum non haberet re-
28 greſſum de euictione, idem Baldus in l. emptori,
in 2. interpretatione. C. eod. titu. & id tanto ma-
gis, quando vt hic ſe defenſurum promiſit, vt di-
ſtinguit Clariſſimus legum vates, & certiſſimus
interpres Bartolus in l. ſed ſi lege. §. vltimo. ff. de
pet. hæred. & adeo neceſſaria, & inter hos coniun
cta eſt hæc defenſio, & ipſi inter ſe ipſos congrue-
re debent, vt venditor poſſit iudicium contra em
29 ptorem inſtitutum inuito autore ſuſcipere, & in
ſe ipſum transferre, fruſtraque in hoc venditor
emptori negabit ſibi placere, vt ſcribit Specula-
tor titulo de defenſore, num. 3. nec his caſibus em
ptor dicitur ius tertij obiectare, ſed ius ſui ipſius,
cum ſua valde interſit id agere, vt rem venditam
30 ſibi cõſeruet, & quia ducit ab eo cauſam, cui eius
exceptionis ius eſt, vt in ſimili probat Iaſ. in l. 2.
queſt. 24. num. 67. C. de iure emphyteutico. Cra
uet. conſilio 166. num. 16. & dixi ego conſi. 163.
num. 46. volum. 2. imò ſi id negligeret facilè in-
cideret in periculum amittẽdæ actionis erga ven
31 ditorem, quod ne ſubeat, aut ipſe periclitetur de-
bet diligenter ſibi cauendo opponere omnes ad
vnam vſq; exceptiones defenſioni ipſius rei vti-
les, & quomodocunque ad eam ſpectantes, & ſi-
ue ex perſona eius à quo petit cauſam, ſiue à ſua
ipſius proficiſcentes, vt dixi ego conſil. 198. num.
17. & cum paſſim in inſtrumentis vendirionum
conſtituatur emptor à venditore irreuocabilis
32 procurator in rem ſuam, eo fortius id facere po-
teſt, & liberius eſt concedendum. l. ſi quis in rem.
ff. de procuratoribus. Speculator tit. de procurat.
§. vltimo, quandoquidẽ nota ſit iuris regula cum
33 qui in ius, dominiumvè alterius ſuccedit, iure eius
vti debere, l. qui in ius. ff. de reg. iuris, atque ita ex
his arbitror omnibus propoſitis quæſtionibus ſa-
tisfactum eſſe; ſaluo ſemper ſaniori iudicio, &c.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO ANDREA Pelegrino.

ARGVMENTA.

Socium ſi quis ſibi accipiat in aliquo opere faciendo, quam diligẽtiam aſſumptus ſocius adhibere debeat.

Ad iuramenti, delati formam quando aliquid facere dicatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Societatis genus illud eſt iniquiſſimum, ex qua quis lucrum, non etiam damnum expectat.*

2 *Onus, qui ſentit, debet etiam commodum ſentire, & contra.*

3 *In ſocietate veniunt æqualiter commoda, & incommoda, ita vt pactum contrarium non valeat.*

4 *In ſocietate venit culpa leuis.*

5 *Diligentiam, qui non confert ad negotium, quam bonus paterfamilias adhiberet de dolo teneri videtur.*

6 *Socius non obligat alterum ſocium ex ſuo facto, vel delicto, aut culpa.*

7 *Socium parum diligentem, ſi quis ſibi acquiſiuit, de ſe queri debet.*

8 *Socium an ſufficiat adhibere diligentiam, quam ſolebat in rebus ſuis tempore contractæ ſocietatis, vel commiſſæ culpæ, aut quam diligens quiuis paterfamilias in rebus ſuis adhibuiſſet.*

9 *Culpa in proprijs rebus eſt impunita.*

10 *Socius de qua culpa teneatur.*

11 *Socium ſatis eſt adhibere diligentiam, quam facere ſolebat tempore initæ ſocietatis.*

12 *Negligentiam ſocij, qui obijcit, debet eam legitimè probare, & quæ debeat eſſe probatio.*

13 *Diligentia in dubio ſemper adhibita præſumitur, quia culpa non præſumitur.*

14 *Diligentia eo magis præſumitur ſi agatur de negotio, quod ad eius, qui diligens eſſe debet, commodum, vel incommodum ſpectat.*

15 *Iactare ſuum nemo præſumitur.*

15 *Actum faciens cenſetur ſe aſtringere legibus de eo actu loquentibus.*

17 *Proui-*

17 *Prouidentia vncia plus valet, quàm plauſtra centum actionis carentis optimis rotis prouidentia.*

18 *Iuramentum deferens videtur facere iurantem ex quaſi conuentione iudicem.*

19 *Facere ad negotium res dicitur etiamſi tantillum ad illud pertineat.*

20 *Iuramētum ſi deferatur ſuper mutuo, iurari poteſt ſuper pacto poſtea facto à creditore de eo non petendo.*

CONSILIVM CCXCIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SAluator Fontana cum fuerit
aſſumptus à Pelegrino in ſo-
cium in opere pingendi ſaccel-
lum exiſtens in eccleſia San-
cti Euſtorgij Mediolani, tene
tur ſubire omnia damna, &
detrimenta, ſicut & agnoſce-
ret emolumenta, ſi quæ in ea re eſſent, tum quia
1 lex ſocietatis, ita fert, cum iniquiſſimum ſit, illud
ſocietatis genus, ex qua quis lucrum, non etiam
damnum expectet. l. ſi non fuerint partes. §. Ari-
ſto. ff. pro ſocio, eſtque etiam ſecũdum naturam,
2 vt qui ſentit onus, debeat ſentire commodum, &
è contra, cap. qui ſentit, de regu. iuris, in 6. & ic-
3 circo in ſocietate veniunt æqualiter commoda,
& incommoda, ita vt pactum contrarium nō va-
leat, Crauet. qui omnino videatur conſi. 245. nu-
mero 4. & 5. tum etiam, quia lege conuentionis
ita manifeſtè cautum eſt, quatenus dictum fuit,
quod ſi quid lucri ſupererit, vel dãni, quod Deus
auertat, illud diuidatur pro medietate pro ſingu-
lo eorum.

Nec huic veriſſimæ concluſioni reſiſtit, quod
ex contrario affertur.

Nam ad primum reſpondetur, licet in ſocieta
4 te veniat culpa leuis. l. cum duobus. §. venit. ff. pro
ſocio. Petrus Vbaldus de duobus fratribus. 7. par
te principali. Alexan. conſ. 47. num. 1. lib. 1. Cor.
conſ. 174. nume. 2. in tertio, & de dolo teneatur,
5 qui non confert ad negotium diligentiam, quam
bonus paterfamilias adhiberet. Cor. conſi. 61. nu
6 me. 2. volum. 1. nec ſocius obliget alterum ſociũ
ex ſuo facto, vel delicto, aut culpa. l. ſi fratres. §. ſo
cium. ff. pro ſocio. Ruin. conſ. 52. num. 75. lib. 1.

Attamen ſatis eſt, quod ſocius eam adhibeat
7 diligentiam, quam ſolebat in rebus ſuis adhibere
tempore cõtractæ ſocietatis, & ſi proinde aliquid
damni ſocius acceperit, debet ęquo animo ferre,
nam ſi acquiſiuit ſocium parum diligentem de ſe
queri debet, & omnem negligentiæ culpam in ſe
ipſum transferat: non enim omnia, quæ dolemus
eadem iure queri poſſumus, ſed ita dolens dicat,
ita res eſt, peccatum à me maximum eſt, tex. egre
gius in l. ſocius ſocio. ff. pro ſocio, vbi inter alios
videatur Bartolus, & Salycetus, & ſequitur idem
Vbaldus ex aduerſo allegatus, & hoc procedit in
ſocietate ex conuentione qualis hæc noſtra eſt, ſi
vero ageretur de ſocietate incidenti, prout ſi age
retur de re hæreditaria communi cum alio, quia
8 tunc non contrahimus, ſed incidimus, & ideo in-
ſpicitur tempus commiſſæ culpæ. l. hæredes. §. nō
tantum. ff. familiæ erciſcundæ. Item ſi agatur de
re aliena, tunc debet adhiberi ea diligẽtia, quam
adhiberet nō quis in rebus ſuis, ſed diligens qui-
uis paterfamilias: nam in proprijs rebus culpa eſt
9 impunita, cum quilibet ſit rei ſuæ arbiter, & mo-
derator. l. in re mandata. ff. mandati, in re aliena
debet adhiberi, prout faceret quilibet diligens pa
terfamilias; in re vero communi, quæ eſt media
inter ſuum, & alienum, & de vtroque participat,
eligitur media quædam via, vt ſufficiat adhibere
diligentiam, quam ſocius in re ſua adhibere ſole-
10 ret, vel tempore initæ ſocietatis, vel contractę cul
pæ, vt ſupra; de leuiſſima autem nō tenetur, quia
illa compenſatur cum alia ſocij culpa, qui minus
diligẽtem ſocium ſibi acquiſiuit, ita pro antiquo
more ſuo egregiè, & peritè diſtinguit Bartolus
in l. quod Nerua, num. 26. vbi vide. ff. depoſiti, &
in l. 1. num. 5. ff. de ſolutio. Baldus in l. quæ for-
tuitis, num. 12. C. de pigno. actio. & cum Bartolo
tranſeunt communi conſenſu omnes ſcribẽtes, in
ea. l. ſocius ſocio. Cum itaque Fontana nō proba
uerit, quod ſui præcipui muneris erat, quod ſcili-
cet Pelegrinus in ea angulari tabula expingẽda,
& alijs, eam non adhibuerit diligentiam, quam
ſoleret in rebus ſuis tempore cõtractæ ſocietatis,
11 debebit omnino ſuccumbere, & ſe victum, & ſub-
actum dedere. l. qui accuſare. C. de edendo, & cũ
ſe fundet ſuper negligentia conſocij, debet eam
12 legitimè probare, vt in terminis decidit Alex. ex
contrario allegatus, vbi vide eo. conſ. 47. num. 7.
vol. 1. vbi ait ad oſtendendum, quod ſocius tenea
tur de aliqua culpa, debet ſocius probare, quod
conſocius in rebus communibus non adhibuerit
diligentiam, quam ſolitus erat adhibere in pro-
prijs tempore contractæ ſocietatis, & id ego con-
firmo ex recepta illa ſententia, vt ſcilicet diligen
13 tia in dubio ſemper adhibita credatur, quia cul-
pa non præſumitur. l. regula. §. 1. ff. de iuris, & fa-
cti ignor. Maſcardus videndus in verbo, diligen-
tia, concl. 519. num. 3. cui adiungo Crau. egregiè
diſſerentem conſ. 585. nu. 15. conſil. 978. num. 9.
& id maximè eſt dicendum, quãdo agitur de ne-
gotio, quod ad eum proprius pertineat, vel quod
14 ad eius lucrum, vel commodum ſpectat. Roman.
conſ. 353. in principio, idem Cra. cõſ. 627. nu. 7.
& conſ. 857. nu. 16. nam non eſt præſumendum,
quod quis ſit adeo fatuus, & demẽs, vt velit ſuum
15 iactando ſe culpæ obligare, & pœnæ noxium fa-
cere. l. cum de indebito. ff. de probat. ſed tantum
abeſt, vt id in pręſenti ſpecie probatum ſit, vt po-
tius ipſe Pelegrinus probauerit teſtimonio mul-
torum, quod etiam propria opera ab eo facta ex
reuiſorum iudicio fuerũt emendata, adaptata, &
recognita, idq; ſolet ſępè euenire in pictoribus ẽt

excellentiſſimis, tum quia omnium deſiderio, ma
ximè in huiuſmodi rebus ſatisfieri non poteſt, ſi
quidẽ verum ita eſt, quot homines tot ſententię,
ſuus cuique mos, vnde ſi domus in publico foro
extruatur, ſtatim vnuſquiſque elegans factus ar-
chitectus eam mordet, inquiens nimis elatè, aut
abiectè, & remiſſe exædificatam fuiſſe, tum etiã,
quia bonus quandoque dormitat Homerus, tum
quia perfectum nihil inuenitur in humanis inuẽ-
tionibus, vt inquit Speculator in proęmio Specu
li, num. 17. verſic. nec adhuc, & nihil eſt, quin ma
lè narrando deprauari poſſit, & id facilè potuit
conijcere ipſe Fõtana, vt euenire poſſet, poſtquã
ſpeciali pacto cautum fuerat, vt opus reuidere-
tur, & vbi eſtimaretur minoris, quam eſſet cõuen
tum, illud tantũ pręſtaretur, vbi vero pluris nihil
peti poſſet vltra pretium conuentum ducatono-
rum 1080. & quod vbi iudicatum fuiſſet, aliquid
deeſſe, quod ſuis expenſis deberet ſuppleri, & ita
in ſumma fieri, vt opus eſſet laudatum, & appro-
batum, iuxta conuenta, vnde fit, vt ſcienti, & con
ſentienti, non poſſit dici facta iniuria, aut dolus;
16 & ſicut faciens actum cenſetur ſe aſtringere le-
gibus, de eo actu loquentibus. Crauet. conſi. 186.
num. 9. ita etiam faciens conuentionem intelli-
gitur omnibus eius conuentionis pactis ſeipſum
obligare, & ad expenſas refectionis, & adaptatio
nis, vbi ea opus fuiſſet, præſertim cum actum ſit,
quando fuit aſſumptus ſocius, vt quilibet ſe exer
ceret pro viribus, & vt eorũ vtar verbis, toto poſſe
ſuo, & ſic nihil præſtaretur vltra propriam dili-
gentiam, & conſuetam; & cum Fontana ſæpè in-
uiſeret ipſas picturas, ſi quid fuiſſet correctione
dignum debebat id præcauere, & monendo ani-
maduertere, ne longius progrederetur: non enim
mirum, aut nouum eſt curſum reuocari cum inſti
tuerit, quod cum non fecerit ſuæ negligentiæ id
adſcribat, cum parum cautus, prudens, atq; pro-
uidus non cogitauerit, atque præuiderit, & ſimul
prouiderit, quę facilè cõtingere poterant. Quem-
admodum enim omnium conſenſu animus cor-
pori multis nominibus longè multum præſtat, il-
le enim cęleſtis eſt, & immortalis, hoc terrenum,
caducum, & mortale, ita etiam prouidentia, cum
in ſinu mentis conſiſtat, & per eam futurum ali-
17 quid videatur antequam eueniat, animo tribui-
tur cum is præuideat; actus autem ipſe cum ma-
gis pendeat à corporis motu, & exercitatione, cor
pori potius datur, & ex conſequenti cum illa iſti
antecellat; dici ſolet, vt plus valeat vncia proui-
dentiæ, quam plauſtra centum actionis carentia
optimis rotis prouidentiæ benè præuiſę, & opti-
mè pręcautæ. Bruta animalia quotidie in aſſiduo
verſantur corporis labore, & agitatione, & incaſ
ſum, niſi ducantur magiſtra manu optimi Agri-
colæ, & ruſtici pręmonentis, & viam, quam tene-
re debent admotis vehementibus ſtimulis mon-
ſtrãtis; ſic nauis, quæ velis, aſſiduoque remorum
impetu, & pulſu propellitur facilè ad ſcopulos
appulſa naufragium faciet, niſi prudens, & pro-
uidus eius magiſter in alta puppi ſedens det ope-
ram, vt præcognita locorum qualitate, & diſtan-
tia tectum teneat curſum, quem optimè conficit,
ſi ſcietiſſimo gubernatore vtatur, cuius autoritas,
& conſilium pluris eſt faciendũ, quam remigum
manus, atque opera: ſic exercitus, qui ſæpè cõſtat
ex varia gregariorum, collectitiorumq; militum
multitudine facilè in hoſtium manus de impro-
uiſo incidit, cum victoria paulo momento flu-
ctuans huc, atque illuc impellatur, niſi ducis, vel
imperatoris voce præmoneatur, & ab eius pru-
dentia inſtruatur, atque ei pręſcribatur, quid ſub-
eundum, aut tentandum ſit; quidvè fugiendum
aut intentatum dimittendum ſit, is enim aſſidua
mentis agitatione eandem rem multis modis, ſæ-
pè verſans facilè, ita omnes caſus, euentuſque re-
rum animo proſpicit, vt ad omnem euentum pa
ratus ſit, cum ipſi exercitui nihil incidat poſtea
mali, quod impendere ille tanto ante viderit, &
præuidendo prouiderit, quo fit, vt in ipſo exerci-
tus ſummo Imperatore magis ſpectetur ipſa im-
perandi ſcientia, quam cum hoſte bellandi ope-
ra: plus enim poteſt ars, quàm vis, quæ ſæpiſſimè
ab ea vincitur, & ſuperatur, teſtis ſit temerarius
ruſticus ille, qui cum cuneis in ligno inſertis faci-
lè illud potuiſſet prorumpere, & findere, id adhi-
bita manuum vi, fruſtra attentare voluit loco cu
nei manibus incluſis, quas ligni rima vorax citò
abſorbuit, non ſine maximo eius dolore, atque ge
mitu, vnde melius ei fuiſſet id præterire, quam
attentatum miſerè adeò deſerere: pluris eſt igitur
facienda in vnaquaque re prouidentia, quam ip
ſa laborioſa actio, ſed vnumquodque negotium
facilè conficitur, ſi ſimul vtrumque iungatur, ſci-
licet prudens, & accurata cogitatio, & diligens
executio, quod vbi quis præſtiterit, & aliter eue-
niat, quam rectè putarit: quod fors feret ferat
æquo animo.

Sed meo judicio hæc tota controuerſia facilè
dirimitur ex iuramento præſtito ab ipſo Pelegri-
no, quod cum ſit litis deciſiuum, & illud deferen-
do, fecerit Fontana Pelegrinum ex quaſi conuen
tione iudicem, tenetur ei in omnibus, & per om-
18 nia ſtare: nam videtur cõfiteri, & velle ſic verum
eſſe ſicut iurauerit. l. qui iuraſſe. §. iuriſiurandi. ff.
de iureiuran. & cauetur ſtatuto noſtro cap. 100.
in primo, verſic. & ſtetur iuramẽto, & videtur in
cauſa ciuili ſublata facultas probandi contrariũ,
vt ibidem notatur num. 65.

Nec obſtat, quod iuramentum non videatur
delatum ad hoc, quia cum delatum ſit ad formã
memorati ſtatuti, & illud dictet, vt ſtetur ſacra-
mento iurantis in omnibus, & per omnia, & tam
ſuper principali, quàm ſuper connexis, & depen-
dentibus, & quod plus eſt etiam in facientibus ad
negotium ad excludendam deferentis intentio-
nem, non poteſt negari, quin non ſit delatũ etiam
ſuper facientibus ad negotium ad excludendam
intentionem deferentis, cum ſatis dicatur ad ne-
19 gotium facere, ſi tantillum ad illud pertineat ve-
rè, vel

Digitized by Google

rè, vel præſumptiuè; vt quoquomodo libet directè, vel indirectè. Decius videndus conſilio 162. numero 2. Iaſ. in l. ſi duo. §. idem Iulianus, num. 14. de iureiurando, & alij congeſti ab interprete eſtatuto, num. 79. vnde ſi deferatur iuramen-
20 tum per mutuo poterit iurari ſuper pacto poſtea icto à creditore de non petendo, vt peregregiè tradit Iaſ. eo. §. idem Iulianus, nu. 28. & propterea cum iuramētū delatum à Fontana Pelegrino in ſua manu illas tabulæ figuras confecerit, nec ne, eò tendat, vt inde Pelegrinus in aliquo propter hoc teneatur, vel aliquid debeat Fontanæ, & ad hunc finem ſit iuramentum directum, quia ſi dixiſſet nō fuiſſe manu ſua factum, potuiſſet fort prætendere electam fuiſſe Pelegrini induſtriam, & ideo teneri erga eum ad refectionē, conſequitur, vt iurando, quod ſua manu fecit, & quod propter hoc in aliquo nō tenetur erga eum videatur lis perempta, poſtquam eo iuramento fecit eum, vt dixi, iudicem; & ſatis dicitur id facere ad neptium, quatenus in effectu ille punctus verſaretur, an Pelegrinus teneretur erga Fontanam ad refectionem operis, nec ne, & ipſe dixerit non teneri, & iuramentum continens an ſua manu, vel aliena fecerit illas figuras in effectu eſſet ad hunc præcipuum finem ordinatum, vt ſciretur an proper hoc in aliquo teneretur Pelegrinus erga Fontanam, & ex conſequenti facit optimè ad negotium, & intentionem actoris excludendo litem decidit, nec aliud quærendum eſt. atque ita arbitror vtrique puncto breuiter, & pro veritate ſatisfactum eſſe, reliqua ſuppleat, &c.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO COM. PAVLO Camillo Marliano.

ARGVMENTVM.

Annus & dies à iure municipali Mediolani præſtitutus agnato ad redimendum rem paternam ab agnato alienatam an currat à die venditionis, & ſecutæ traditionis, vel à die ſcientiæ, & an ex capite ignorantiæ reſtitutio in integrum detur; & an ſcientia vera deſidereretur, vel præſumpta ſufficiat, & quomodo ea probetur, multaq; & complura in ea re ſcitu digna doctè & nouè explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Statutum, vt agnatus poſſit luere rem ab agnato alienatam tanquàm odioſum, & ſtrictè intelligendum, & in dubio contra illud pronuntiandum.*

2 *In incerto ne ſemper dominia rerum vacent bono publico congruit.*

3 *Excluſio manans à renūtiatione, vel à tempore, par, & æqualis eſt.*

4 *Tempus ſemper cenſetur continuum, præſertim ſi agatur de diſpoſitione odioſa.*

5 *Tempus à ſtatuto Mediolani præſtitutum ad luendam rem ab agnato alienatam, an ſit vtile vel continuum.*

6 *Pupillus pro ignorante habetur.*

7 *Ignorantes poteſt afficere ſtatutum contra ius commune aliquid diſponens.*

8 *Scientia coniecturis rectè probari poteſt.*

9 *Scientia alicuius probatur ex eo, quod in inſtrumento de aliqua re mentionem faciat.*

10 *Scientiam teſtamenti habere quis intelligitur, ſi legata ſoluat.*

11 *Soluens aliquid præſumitur omnia plenè vidiſſe, & conſideraviſſe, vt rectè pecuniam ſolueret.*

12 *Ignorantia in eo non præſumitur, qui tenebatur ratione officij aliquid peruestigare.*

13 *Scientia præſumitur in eo, qui negotium, & litem pertractauit.*

14 *Notoriam rem faciunt proclamationes, & ignorātia allegatio inuerisimilis tunc cenſetur.*

15 *Citatio per edictum publicum multis in caſibus admittitur.*

16 *Procuratoris reuocatio fit interdum edicto publico, aut proclamate.*

17 *Ignorantia allegatio nō admittitur circa id, quod iam publicè per ciuitatem promulgatum, & cognitum eſt.*

18 *Ignorans omnis non eſt malus, ſed is tantum, qui virtutes ignorat, & ſcit vitia.*

19 *Scientiam quis habuiſſe intelligitur ex actu intimato domi habitationis, et ex alijs cauſis ibidem recenſitis.*

20 *Scientia ex quibus coniecturis probetur.*

21 *Scientia præſumpta, an & quando admittatur.*

22 *Scientiam vbi aliqua lex requirat, qualis eſſe debeat.*

23 *Scientiam habere quis intelligitur eius inſtrumenti, de quo mentionem facit.*

24 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantia non conceditur vbi adſit coniectura præſumpta ſcientia.*

25 *Ignorantia aut aliud ſimile impedimentum non attenditur, quando facilè remouere illud potuit.*

26 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantia dari non videtur, vbi de lucro captando agatur.*

27 *Patrimonialis res præſumitur, & qui dicit nouè aliquid fuiſſe acquiſitum debet id probare.*

28 *Ignorantia ſimulata ſuffragari non debet.*

29 *Tempus præſtitutum agnato ad luendum rem alienatam currit etiam ignoranti.*

30 Opinio vltima ex duabus præcedentibus probari videtur.

31 Opinio vſu recepta in opinionum conflictu attendi debet.

32 Reſtitutio in integrum non datur ex capite ignorantiæ, vbi adſit præſumptio ſcientiæ.

33 Scientiam lex quandoque præſumit, ſiue quis ſciuerit, ſiue non.

34 Scientia præſumpta, quæ ſit, & quæ certa dicatur.

35 Scientia certa an probetur ex proclamationibus factis.

36 Scientia ſatis probatur ex confeſſione manu alicuius ſcripta, in qua fiat inſtrumenti mentio.

37 Ignorantia ſimulata non attenditur.

38 Cridæ ſeu proclamationes loco cuiuſdam certiorationis deſeruiunt.

39 Paterna res præſumitur.

40 Præſumptio iuris pro plena probatione habetur in his, quæ coniecturis probantur, prout ſcientia.

41 Odioſa dicitur lex, quæ diſponendi facultatem coarctat.

42 Statutum de re paterna luenda, tanquam iuri communi aduerſans eſt ſtrictiſſimè intelligendum.

43 Contractus à nobis factus, vt effectum ſortiatur, à natura nobis inſita eſt affectio.

44 Statuto de re paterna luenda ne locus ſit in dubio eſt iudicandum.

45 Pro poſſeſſore, & reo pronunciandum eſt ſemper; niſi ex contrario actori ius ſit clarum, & perſpicuum.

46 Opiniones, quæ habent pro ſe æquitatem ſequi debet iudex.

47 Statutum licet iuri communi aduerſetur ab eo tamen interpretationem recipit.

48 Statutum ſtrictam, & latam interpretationem recipit, prout magis congruit, vt vitetur iuris communis correctio.

49 Paternum illud dicitur, quod nedum fuerit patris, ſed etiam eius, qui fuerat communis aſcendens, idque debet probari tempore, quo fit alienatio.

50 Ex ſtatuto de re paterna agẽs debet ſimul & ſemel probare omnes qualitates ab eo deſideratas, & quod res fuerit in dominio aſcẽdẽtium, & quod ipſe ſit agnatus legitimè natus.

51 Dominium non probatur diuiſionis inſtrumento, nec locationis, maximè in tertij præiudicium.

52 Ex ſtatuto agens repellitur, ſi legitimè non probet qualitates per modum conditionis ab eo deſideratas.

53 Actore non probante reus abſoluitur.

54 Filium quem fuiſſe legitimè natum an probent verba enunciatiua inſtrumentorum.

55 Iura, & actiones, & alij redditus tertiam quãdam ſpeciem conſtituere videntur inter mobilia, & immobilia, & ad ea magis accedunt.

56 Ius ſi cohæreat rei mobili inter immobilia numeratur, ſi vero mobili inter mobilia computatur.

57 Fructus pendentes ſi vendantur inter immobilia computantur, ſi vero fuerint à ſolo ſeparati pro mobilibus habentur.

58 Inſtrumenti mentionem faciens cenſetur illud vidiſſe, & habere notitiam de contentis in eo.

59 Scientiam fideicommiſſi habuiſſe ſatis probatur fratres diuidentes, ſi dixerint ſe hæredes ex teſtamento.

60 Soluere quis non præſumitur, niſi bene præcognita ſolutionis cauſa.

61 Scientia optimè probatur à communiter audientibus.

62 Solutio fieri non ſolet, niſi cum magna cauſæ cognitione.

63 Scientia eo magis probatur, ſi de re ipſa longa lis habita fuerit.

64 Scientia teſtamenti probatur ex legatorum ſolutione.

65 Solutionem, qui dicit facere ex tali obligatione nõ auditur dicens, neſcire contenta in ea.

66 Scientia contractus optime colligitur ex ſubſequentibus ſolutionibus.

67 Ignorantia inſtrumenti non admittitur ab eo, qui ex neceſſitate præcedentis iudicij aliquid ex eo ſoluit.

68 Diligentia eo magis præſumitur ſi in initio congrediatur.

69 Filius à patre inſtructus præſumitur, & data ei plena negotij notitia.

70 Coniectura etiam ſola, ſicut & demonſtratio vnica ſufficit, quando eſt certa, & violenta.

71 Scientia inſtrumenti optimè probatur ex actu, qui non poteſt, aut ſolet fieri citra eius notitiam, & ideo extranei hæredes præſumuntur habere notitiam teſtamenti.

72 Vnum qui vult cenſetur omnia velle, ſine quibus illud conſequi non poteſt.

73 Mandetur ſi alicui negotium conficiendum, cenſetur etiam cõmiſſa cognitio, vt præambulum antecedens.

74 Ratio ſæpè inita denotat ſcientiam contentorum in parcellis.

75 Scientia inſtrumenti præſumitur in eo, qui illud penes ſe habuit.

76 Scientia rerum patris, præſumitur in filio.

77 Pater, & filius cenſentur vna, & eadem perſona, idem corpus vnum domicilium, & vna poſſeſſio.

78 Scientia præſumitur etiam in minore, vbi ſit adultus, & doli capax.

79 Cridæ faciũt rem publicam, & manifeſtam.

80 Scientia dicitur ſatis probata, ſi fama ſit de aliqua re in aliquo loco, vel quando publicè ſciebatur.

81 Filius cum matre habitãs præſumitur habere ſcientiam cridarum matri intimatarum.

82 Pater ex communi cõſuetudine, ſolet cum filio communicare ea, quæ ſunt magni momenti.

83 Scientia in filio præſumitur ex facto ſæpe pertractata alteri obligatorio, & ex quo commodum ſentiebat.

84 Scientia in eo præſumitur, qui ratione officij, & cõtractus aliquid ſcire tenebatur.

85 Scientia eo magis præſumitur, ſi agatur de facto arduo, & notabili.

86 Scien-

86 Scientia magis præſumitur in procuratore negotium gerente, quam in ipſo domino,

87 Debitor à tertio conuentus, vt ſoluat, debet diligentiam adhibere, ne ſoluat, niſi cauſa bene cognita.

88 Filius dicitur quaſi dominus in rebus patris viuente patre.

89 Diligens vnusquisque præſumitur in ijs, quæ ad ſuum commodum ſpectant.

90 Scientia præſumitur in adminiſtratore, cũ debeat domini vtilitatem inquirere.

91 Diligentior eo quis præsumitur, quò propius eum negotium tangit.

92 Scientia inſtrumenti habita eo magis præſumitur à contrahentibus, ſi deſcriptus dies reperiatur confecti inſtrumenti, & nomen notarij.

93 Præſumitur ex præſenti in præteritum, quando aliqua concurrit ratio, vel coniectura.

94 Scientia eo magis inducitur ex diuturnitate temporis locorum vicinitate, & ex cohabitatione, ac familiaritate.

95 Scientia etiam vera, cum in animo conſiſtat coniecturis probatur.

96 Scientia inſtrumenti haberi dicitur ſi ſingularis de contentio facta ſit, ſecus ſi fiat relatio ad inſtrumenta in genere ſuperinde confecta,

97 Scientia quæ dicatur vera, & indubitata, & quæ præſumpta.

98 Scientia inſtrumẽti certa inducitur, ſi in eius executione fiat ſolutio.

99 Voluntas magis declaratur factis, quàm verbis.

100 Teſtimonia rerum vbi habemus, non egemus verbis,

101 Ignorantiæ allegatio non admittitur, vbi ex contrario ſtet ſcientiæ coniectura.

102 Confeſſione aduerſarij nulla eſt ſanè firmior probatio.

103 Præſumptiones iuris dicuntur liquidiſſimæ probationes, & faciunt certam, & veram probationem, etiam ſi ſtatutum eam requireret.

104 Coniecturis probatur ſcientia, ſi fuerint violenta, & legitima, ſecus ſi fuerint leues.

105 Scientiæ plures dantur gradus.

106 Scientiæ probatio iudicis arbitrio committitur,

107 Verisimile quod eſt, Iudex amplecti debet.

108 Probatio perfecta dicitur, quæ animus iudicis inducitur ad perfectè aliquid credendum.

109 Veriſimile ſi aliquid non ſit, licet poſſibile ſit, non tamen eſt attendendum.

110 Ignorantiæ excuſatio non admittitur, vbi ſit inueriſimilis, ac ferè impoſſibilis.

111 Veritati Iudex inhærere debet, & inclinare in fauorem eius pro quo ea ſtat.

112 Singula quæ non proſunt, ſimul iuncta iuuant.

113 Probationes imperfectæ ſimul coniunguntur, ad perfectam probationem faciendam, vbi agatur de probando aliquid in genere.

114 Præſumptiones plures eò facilius coacernantur ad conſtituendam plenam, & perfectam probationem, ſi ad eundem effectum dirigantur.

115 Præſumptiones plures eo magis coniunguntur, ſi agatur de re quæ coniecturis probetur.

116 præsumptiua probatio pro vera habetur ſecũdum ſubiectam materiam.

117 Conuictus quis dicitur ſi concurrant indicia, & argumenta indubitata.

118 Probatio quæ ſit per locum à cõmuniter accidentibus eſt concludens, & legalis.

119 Liquidò conſtare licet aliquid nequeat argumentis, tamen eſt cognoſcendum.

120 Coniectura vna poteſt eſſe adeo potens, vt animũ Iudicis inducat ad ita credendum.

121 Scientia vera ea dicitur ad quam peruenitur per ſenſum corporis.

122 Opinio vehemens, & conſona veritati, idem operatur, quod ipſa certitudo.

123 Præsumptiua scientia quæ dicatur, & quæ vera, noua diſtinctione declaratur.

124 Sciẽtia quod ſit vera poteſt eſſe, ſed modus ſciendi præſumptus.

125 Agnati ſciẽtia ex ſtatuto Mediolani præſumitur, ſi res alienata tradita ſit.

126 Tempus continuum currit ignoranti, & an currat agnato redimere volẽti rem ab agnato alienatam.

127 Ignorantiæ allegatio, quæ admittatur in terminis ſtatuti de re paterna luenda.

128 Reſcriptum Senatus declaratur ex porrectis precibus.

129 Alienatio, vbi ſit facta in conductorem bonorum ab agnato, iuſtam ſcientiæ alienationis ignorantiam habere dicitur alter agnatus luere volens.

130 Scientia etiam præſumpta admittitur ad excludendum agnatum ab odioſo retractu.

131 Ignorantia probabilis, vbi afferatur agnato luere volenti ſuccurritur, ſecus ſi ſcientiæ præſumptio obſit.

132 Præſumpta ſcientia, vbi per ſe non ſufficiat ad excludendum agnatum à retractu, in eum ſaltem transfert onus probandi probabilem ignorantiam.

133 Ignorantia, an & quando probetur per iuramentum aduerſario deferendum.

CONSILIVM CCXCIIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

INſtituta actio à Hieronymo Suico aduerſus Comit. Paulum Camillum Marlianum, pro redimendo vectigali, ſeu datio imbotaturæ Villæ Pizoni virtute ſtatuti de re paterna luenda, cap. 417. in primo, repellenda eſt omninò, cum longè multum aberret à terminis iuris, & æquitatis.

Nam

Nam municipalis hæc noſtra lex, vti valde
reſtringens liberam, & naturalem diſponendi, de
rebus ſuis facultatem dicitur odioſa, cum & agat
de lucro captando, atque iccirco reſtrictè, & an-
guſtè adeo eſt interpretanda, vt locum non ha-
1 beat, niſi vbi neceſſario aliquid inferatur, & in
dubio pronuntiandum eſt ſemper illam nō ſub-
eſſe, l. dudum, C. de contrahen. emptio. & fusè, &
amplè pro more, Tiraquellus de retractu legali
in præfatione, num. 60. & 35. gloſ. vnica per to-
tam, quem alijs adiunctis refert interpres ad ru-
bricam ipſius ſtatuti, num. 3. & iufra.

Et propterea cum a die primæ venditionis fa-
ctæ à patre ipſius Suici Ciprandis decurſi ſint vi-
ginti tres anni, & ſtatutum ipſum præſtituat ſo-
lum tempus anni, & vnius diei, cum bono publi-
2 co non congruat, vt dominia rerum diu, & ferè
ſemper incerta ſint, l. 1. de vſucap. iam hinc con-
ſtat, qđ beneficio ſtatuti actor eſt excluſus quan-
doquidem ad certum tēpus conceſſum, eo deflu-
xo cenſeatur negatum, & conſtitutionis tempus
3 non obſeruans dicatur eius formam negligere, &
à pari procedat eodemque iure cenſeatur exclu-
ſio manans à tempore, vel à renuntiatione, l. 1. §.
ſed vidēdum, ff. de ſucceſſ. edicto in terminis, Bal-
dus videndus omninò, in cap. 1. §. Titius filios, ſi
de feudo fuerit controuerſia inter dominum, &
agnatum, num. 2, verſic. item nota, de præſcript.
annali, & in l. obſeruare, §. poſt hęc colum. 2. ver-
ſic. eſt etiam hic notandum, ff. de officio procon-
ſulis. commun. dicit Curtius iunior conſilio 166.
nu. 4. & explicat in ſimilibus terminis Tiraquel-
lus de retractu legali, §. 3. gloſ. 4. num. 2. & 3. & 4.
& de retractu conuentionali, §. 1. gloſ. 2. num. 43.
& infra pluribus ſequent. qui inquit etiam moræ
purgationem eo caſu non concedi.

Nec aduerſatur quod doctè contra mouetur,
vt ſcilicet hoc tempus non currat ignoranti, vn-
de cum regulariter ignorantia præſumatur; ni-
ſi reus conuentus ſcientiam doceat actor obti-
nebit.

Quia reſpōdetur in terminis ſtatuti noſtri cō-
trarium eſſe verius, vt ſcilicet hoc tempus ſit cō-
tinuum, & currat ignoranti. Primò, quia in du-
bio ſemper tempus cenſetur continuum, præſer-
tim ſi agatur, vt hic de diſpoſitione odioſa, & de
4 finiendo odio, & de lucro captando, vt docent gl.
& Bartolus in rubrica, ff. de diuerſis, & tempora-
libus præſcript. Bal. in l. genero, ſub nume. 2. ff. de
his qui notātur infamia, Tiraquellus de retractu
legali, §. 35. gloſ. 4. nume. 27. Simon à Prætis vi-
dendus conſil. 94. nu. 5. 8. & 13. cui adiungo Cra-
uettam, conſil. 271. num. 8. Aſinius videndus in
Praxi Iudiciaria circa principium, & cap. 8. num.
22. & §. 12. cap. 1.

Secundò, hoc idem clarè demonſtrant verba
ipſius ſtatuti quatenus vult, vt trāſmiſſa denun-
tia, non expectetur annus, & dies, qui vbi vtilis
fuiſſet expectandus foret non obſtante ſcientia
medio denuntiationis habita.

Item cum infra ſtatutum velit annum incipe-
re à die vēditionis, & alienationis factæ, & à ſta-
tuto ſequen. capit. 118. addatur venditionem, &
alienationem, quoad caſum luendi factam intel-
ligi, cum tradita ſit poſſeſſio, quaſi ex ipſa tradi-
tione, & mutatione domini facile retrahens ſcire
5 valeat, an beneficio ſtatuti vti poſſit, hinc intelli-
gimus hoc tempus eſſe continuum, & ignoranti
currere, vt decidit Boerius, deciſio. 112. nume. 8.
Caſſaneus in conſuet. Burgund. rubrica decima,
de retractu, §. 5. nu. 5. & cum idem ſtatutum no-
lit, vt competat aliquod vlterius beneficium, nec
ratione ætatis, & tamen pupillus pro ignorante
6 habeatur, vt habetur in l. 1. C. de falſa moneta,
nec per aliam cauſam, vbi interpres, nume. 820.
affert exemplum etiam ignorantię, dicendum eſt
omninò, vt hoc tempus, tanquam continuū igno
ranti currat, vt ibidem concludit interpres, num.
262. & infra, & cum hoc ſit beneficiū, vt iam dixi
contra ius cōmune, & de lucro agens eſt, ita coar-
ctandum, vt currat etiam ignoranti, cum lex po-
tuerit etiam non concedere, & tanto magis cum
7 hoc temperamento, vt etiam ignorantes affice-
ret, idem Tiraquellus, §. 35. gloſ. 4. num. 23.

Tertiò, ſi etiam ſciētia deſideraretur ea in ca-
ſu noſtro nō deeſt; nam explorati iuris eſt ſcien-
8 tiam coniecturis probari, vt communem fatetur
Maſcardus, de probationibus in verbo, ſcientia
ex quibus coniecturis probetur, concluſio. 1299.
num. 1. Alba, conſilio 281. num. 4.

Atqui in præſenti ſpecie, nedum adſunt con-
iecturæ, ſed manifeſta ſtat probatio, quæ conuin-
cit aduerſarium de certa ſcientia; nam ex inſtru-
mento confeſſionis factæ ipſi Hieronymo, nunc
actori, anno 1591. conſtat quod ipſe ſoluit pe-
cunias penes patrem ſuum depoſitas occaſione
dictæ venditionis datų dandas illis ſororibus So-
uicis, & hoc ad computum dicti inſtrumenti, &
pro quo intimatum fuerat præceptum ipſi Ale-
xandro patri; nec dicatur inde nō inferri, vt Hie-
ronymus inſtrumentum ipſum, aut præceptum
viderit: quia immo contrarium eſt verius; nam
9 ex quo de eo in ipſa confeſſione, quæ fuit ab eo
compilata, & eius manu ſcripta mentionem fe-
cit, cenſetur notitiam habuiſſe, vt tradit Maſcar-
dus relata concluſio. 1299. num. 10. & quamuis
id declarari videatur, vbi appareret ex tali men-
tione perfectam notitiam habuiſſe, vt idem ibi-
dem, numero 12. animaduertit; attamen hoc in
caſu id pro certo habendum eſt, cum interceſſerit
actus poſitiuus ſolutionis, qui cauſam ducit ab ip
ſo inſtrumento, nec aliter cauſa ſolutionis com-
probari, & ſeu iuſtificari poterat, niſi viſo perfe-
ctè inſtrumento, & maturè ex eo intellecto, an
10 cauſa in eo enarrata ſubſiſteret, & cū maximè lis
pependerit, & in cauſa ab eo etiam veriſimiliter,
vti in arte perito pertractata fuerit productum,
vt dicitur de eo qui ſoluit aliquod legatū in te-
ſtamento contentum; nam eius notitiam habuiſ-
ſe dicitur, vt idem Maſcardus explicat, nume. 7.

eſt

eſt enim pro comperto habendum ſoluentē pro alio,& ex cauſa in aliquo inſtrumento contenta, &ſuum commodum, aut incommodum præſe-
11 ferente omnia plene vidiſſe, & conſideraviſſe, vt rectè pecuniam ſolueret,vt docet Baldus in l.falſus,numero 30.in fine, C.de furt.nec tunc in hac re ignorantia præſumitur, cum de ea teneretur ratione officij, ſcilicet procuratoris, vel negotiorum geſtoris peruestigare;inquit procurator,scio quid conere, hoc tibi profecto effectum reddam,
12 & ſedulo, vt egregie proſequitur idem Maſcardus in verbo, ignorantiam præſumi, concl. 879. num.7. eſt ne veriſimile,quod filius qui tunc erat notarius,& cuius res potiſſimū agebatur, voluerit pecunias ſoluere, niſi diligentiſſimè cauſa ſolutionis præcognita, maximè cum lis de ea re iā inſtituta eſſet,& diu in concertatorio iudicio pertractata, & demum contra non ſoluentem deciſa; vnde veriſimile eſt etiam, vt eam ipſe, vti peritus in arte geſſerit, & ad plenum de contentis,
13 tam in inſtrumento venditionis, quàm in præceptis transmiſſis edoctus fuerit, vt tradit Alba cōſilio 18.num.4.& conſil.299.num.18.& conſilio 764.num.46.& conſ.382.num.49. in quibus locis videas: quia complura ad hanc rem ſcribit, cui addo Præſidem Menoch.de præſumpt.lib.6. præſumpt.23.num.60.61.& 66.

Secundò eadem ſcientia comprobatur,cum ipſa bona voci præconis ſubiecta fuerint,& ad Cridas poſita fuerint,& quæ faciunt rem publicam,
14 & notoriam,& patētem,ac manifeſtiſſimam; ita vt ignorantiæ allegatio,& excuſatio,vti inueriſimilis,& ſupina excludatur,vt enarrat idem Maſcardus relata concluſ.879.in verbo,ignorantia, num.22.Plotus in l.ſi quando, C.vnde vi, num. 258.& 259.Sfortius Oddo,tract.reſt.in integrū, quæſtio.8.artic.10.num.61. hinc videmus quod
15 admittitur in multis caſibus citatio, per publicū edictum, Alexand.conſ.5.num.2. volum.2. Angel.conſil.289.nume.2. item reuocatio procura-
16 toris fit etiam edicto proclamato,vt notatur ſtatuto noſtro,capit.65.in primo; nec tunc ferenda eſt ignorantiæ allegatio, vti inexcuſabilis,craſſa, & inueriſimilis, cum verſetur circa id,quod iam
17 eſt per ciuitatem publicè promulgatū, & cognitum,tex.eſt egregius,vbi vide in l.regula,§.ſed facti,l.nec ſupina,ff.de iuris,& facti ignorantia, c. nec ſupina, 16.diſtinctio. Specul.tit.de conſtitut. nu.8. idem præſes Menochius,relata præſumpt. 23.num.68.lib.6. Maſcardus in verbo, ignorantia,concluſ.879.num.16.& infra; multum enim intereſt,an iuſta ſit ignorantiæ cauſa,vel iniuſta, illi fauemus, iſti aduerſamur, vt huius poſtremæ tenebras,& caliginem diſcutiamus; omnes ducimut, & trahimur ad cognitionis, & ſcientiæ cupiditatem,& cum eius amor ſit in omnibus innatus,nihil eius ſuauitate homini iucundius eſſe ſo-
18 let,tolerabiliorq; eſt pena, viuere nō poſſe,quàm neſcire; nam cum homo ſit animal rationis particeps ſemper cupit aliquid inquirere in quo mētis ratio conquieſcat, ſeque ideo in varijs honeſtis diſciplinis exercet,quò faciliusvaleat Deum, & ſeipſum, rerumq; cauſas cognoſcere; his rebus paſcitur, his delectatur, his perfruitur, quibus in dies magis animus fiat doctior,& melior, erubeſcitque, & valde indecorum ſibi putat,ſi ei ignorantis nomen,aut ignorantiæ vitium obijciatur, quaſi de improbitate, aut de inſcitia,vel de inertia, aut de nequitia coarguatur, quandoquidem ignorantia in malis ponatur, & iccirco omnis ignorans malus dicatur,hinc fit,vt valde dutum, & pernitioſum ſit,cum eo litigare, qui ſepe dubitat de his quæ certa ſunt,& in contentione ponit rem minimè dubiam,quæ autem valde ambigua ſunt, tanquam minimè dubia concedit;& cū verum in falſum muter merito ex Diui Auguſtini ſententia peſſimæ matris ignorantiæ peſſimæ itidem duæ filiæ ſunt, ſcilicet falſitas,& dubietas,illa miſerior, iſta miſerabilior;illa pernicioſior,iſta moleſtior; & cum inſcientes iudices ad pauca reſpiciant cito præcipitantes pronuntiant,ſapientes vero,qualis eſt hic noſter,ad multa, & complura aſpicientes in iudicando tardiores ſunt, ſed tamen longè veriores,grauiores,& ſolidiores; hi ſuo marte iudicant, illi ex alieno arbitrio, ideſt eorum quos conſulunt tolerabilioresque hi videntur nimiſque peccant ſi ſuæ ignorantiæ tenebras agnoſcentes aliundè petunt veritatis lucem, quę interdum deficit propter malitiam,vel ignorantiam eius qui conſulitur; cum igitur, vt iam paulo ante præmonui,in malis ſit ignorātia,omnis ignorans malus habetur: verū enimuerò meo iudicio, id perpetuum non eſt;nam aliquādo datur ignorantia laudabilis, & ignorās,bonu ſnempe is qui ignorat vitia, & ſcit virtutes, melius eſt enim neſcire, quàm errare, eſtque melior fidelis ignorantia, quàm temeraria ſcientia,calliditaſq; potius,quàm ſapientia eſt appellanda ſcientia illa, quę eſt remota a iuſtitia,& cui bonitas aduerſatur,longèq; melius eſt neſcire, quàm malè ſcire, fruſtraque contendit quis beneficio legis diſſoluere, quod in alea perdidit, & ne perdat non ceſſat perdere luſor,ſed non perdet,ſi aleæ ludum neſciat,in vitiorum foueam non incidit,qui vitij viam non nouerit,aut eius ſemitam ignorauerit, hæcq; ignorantia,& inſcitia erit potius inter laudabiles ſcientias reponenda,eritq; vtilior, quam ipſa ſcientia, magiſque cutes nomen, & doctam ignorantiam ſimplicis viri,quàm indoctam ſcientiam aſtuti veteratoris;ſapientia enim huius mūdi,ideſt malorum,eſt ſtultitia apud Deum,& bene ſtatutis facere contraria, non eſt intelligere, ſed ignorare; turpe eſt virtutes ignorare,ſed longè fædius,& turpius eſt ſcire vitia, atque in officina nequitiæ valdè eruditum haberi, in ſcholis, autem optimę diſciplinę: ita ineruditum, & indoctū eſſe, vt valdè doctus prædiceris in his, quæ ignoratione digna ſunt; turpe nihil fac, neque id diſce,qui nihil nouit, nihil delinquit, put,& aduerſarius Comitis valde delinquit, dum veritatem,

Digitized by Google

tem,quam optimè didicit, & nouit,nunc ignora-
re ſimulat ad alterum circumueniendum, quod
facere nequit,ſine eius animæ magno malo.

Tertiò, cum cridæ ipſę fuerint intimatę vxo-
ri ipſius Alexandri alienãtis,& matri ipſius Hie-
ronymi, & cũ qua ipſe Hieronymus habitabat;
& arti ſcribę,& tabellionis incumberet,eſt omni-
nò conijciendum, quod plenam, & ipſe omnium
19 notitiam habuerit,vt in puncto ſcribunt idẽ Me-
nochius eadem præſumpt.23.nu.71. & Maſcar-
dus ead.concluſ.879.num.35.

Quartò,multiplices etiam, & violentę conie-
cturæ accedunt indubitatæ in ipſo Hieronymo
ſcientiæ,quam nunc diſſimulat, quod ſcilicet eſ-
ſet filius,cum quo à communiter accidẽtibus pa-
ter ſolet hæc communicare, & ad cuius notitiam
20 ſolent alienationes,vti factum notabile perueni-
re,maximè quãdo iam eſt in alium tranſlata poſ
ſeſſio, quod interceſſerit tantum temporis inter-
uallum,quod ſcripturas, & libros patris penes ſe
habuerit, in quibus hãc ipſam alienationem ad-
notatam fuiſſe ex eo,quod fieri conſueuit, eſt ve-
riſimile, quod cum patre habitauerit, quod de ea
re lis longa fuerat, ex quibus, maximè ſimul iun-
ctis certa probatur ſcientia, vt probant Maſcar-
dus eadem concluſ.879.num.11. Sfortius Oddo
ead. quæſtione 8. artic.10. num.71. & Menoch.
ead.præſumpt.23.nume.81. & infra pluribus ſo-
quentibus.

21 Nec refragatur, vt hæc ſcientia videatur præ-
ſumpta, & ideo non ſit admittenda, Oſaſcus Pe-
damont.deciſ.174.num.3. Tiraquell.de retractu
legali,§.36.gloſ.2.num.30. nam in terminis ſta-
tuti noſtri contrarium eſt verius: quia lex noſtra
ſemper voluiſſet fieri denuntiationem pro danda
certa notitia, quod cum non dixerit,conſtat non
exigere hanc certam ſcientiam,vt in puncto ſcri-
bit Decius,conſilio 222.ſub num.7.verſ.3.& alij
quos refert interpres ad memoratum ſtatutum,
cap.417.nu.260. Oſaſcus,& Tiraquellus loquũ-
tur in caſu, vbi lex deſideret ſcientiam prout ha-
betur eod.cap.1. §. Titius filios, ſi de feudo fuerit
controuerſia inter domin. & agnat. ſecus in caſu
22 noſtro,vbi tantum abeſt,vt hæc ſcientia requira-
tur,vt potius velit tempus currere,etiam ignoran
ti, & ſatis comprobatur ex ſtatuto ſequenti,cap.
418. vbi dicitur alienationem factam intelligi,
quando eſt tradita poſſeſſio, quaſi ex hac tradi-
tione lex ſupponat ſcientiam habitam fuiſſe, vel
ſaltem teneri luere volentem in hac re ſcienda di
ligentiam adhibere: quia ſtatim, atque quis vi-
det rem luibilem eſſe penes alium,debet inquire-
re, quo titulo, quave ratione ſit apud eum; vltra
quod, ſi etiam certa deſideraretur ea non deeſt,
cum certo tenẽdum ſit ipſum actorẽ, dum habuiſ
ſet confeſſionem ab illis ſororibus, dum cum eis
diu diſceptatum, & nõ ſine altercatione litigatũ
fuit, vidiſſe inſtrumentum venditionis, de quo in
eo inſtrumento confeſſionis ſit mẽtio, & quod in
23 ea lite productum fuerat, & quod ad eius cõmo-
dum pertinebat, vt rectè pecunia ſolueretur, idẽ
Menochius,eadem præſumpt.23.num.84.lib.6.
tanto magis, quia quodammodo agi videbatur
de facto proprio, cum pater & filius ſint vna, &
eadem perſona,& commodum ſucceſſionis ad eũ
ſpectaret, hocque idem confirmetur ex intima-
tione cridarum facta matri ipſius actoris, & ex
alijs certiſſimis argumentis ſuperius enarratis, &
recenſitis.

Non reſiſtit etiam, vt ſcilicet detur reſtitutio
in integrum ex clauſula generali, ſi qua mihi iu-
ſta cauſa: quia illa conceditur,quando probabi-
lis eſſet ignorantia: vtputa,quia agnatus peregrè
profectus in longinquis partibus abfuiſſet, ſecus
ſi ſemper fuerit vicinus,& domeſticus,& pręſens,
vel ſi adſit coniectura;immo certa probatio ſciẽ-
tiæ,qualis eſt in caſu noſtro: quia tunc cũ igno-
24 rantia ſit affectata,& ſimulata,ac craſſa,atque ſu
pina propter præſumptam ſcientiam,non conce-
ditur in integrum reſtitutio, vt egregie declarat
Sfortius Oddo ſæpius excitata quæſtio.8. art.9.
num.47.& infra,& artic.10.nu.58. & quæſt.20.
artic.4.nume.46. & 47. Maſcardus ead.concluſ.
879.in verbo,ignorantia,num.31.& infra; præ-
terea non attenditur ignorantia, aut ſimile aliud
impedimentum, quãdo facile illud potuit remo-
25 ueri adhibendo etiam mediocrem diligentiam,
vt tradit Crauet.conſil.225.num.8.& ita me po-
ſtulante,nuper iudicatum fuit in ſimili cõtingen-
tia facti à clariſſimo collega noſtro, Ricardo Ma-
lumbra, pro Cauenago contra Curtios.

Rurſus,cum de lucro capiendo agatur, nõ da-
26 tur etiam reſtitutio ex capite ignorãtiæ, vt com-
munem dicit Anguſola videndus, conſilio 205.
num.5.lib.1.

Nec officit aſſertum decretum Senatus,decla-
rans tempus currere, niſi à die ſcientiæ: quia de
eo non conſtat,nec fuit mihi exhibitum, & neceſ
ſario locum habebit, vbi ignorantia fuerit pro-
babilis,& iuſta: quia forte fuerit abſens longiſſi-
mo tempore; item id erit forte conceſſum tem-
pore quo vtebatur Senatus arbitrio;& cum ex or
dinibus Regijs attendendæ ſint leges, & ſtatuta,
non poteſt fieri fundamentum ſuper ſingulari re-
ſcripto,quod diuerſam habeat rationem, & om-
ni caſu ſcientia iam cumulatè in ſpecie noſtra
eſt probata.

Nec vrget argumentum, quod cridæ non fa-
ciant mentionem venditionis factæ à patre acto-
ris Ciprandis;ſed tantum de venditione Cipran-
dorũ facta Comiti Marliano: quia ex ipſis cri-
dis factis ad inſtantiam ipſorum Ciprandorum,
contrarium in facto verius demonſtratur; vltra
quod ſtatim, atque Hieronymus actor ſciuit ip-
ſum darium à patre fuiſſe alienatum,quod in ſuis
poſtremis comparitionibus factis ad productio-
nem iurium poſtea repertorum ex parte rei con-
uenti,negare quaſi non videtur;ſed dicit ignoraſ-
ſe, an illud vectigal eſſet patrimoniale, ſimulque
etiam intelligere debebat eſſe patrimoniale, cum
noua

27 noua acquiſitio ſit quid facti, quæ non præſumi-
tur, niſi probetur, & ad eum ſpectabat facta alie-
natione id perquirere, quod ſi neglexerit, ſibi im-
putet, & ſuę negligentię culpam ferat, Tiraquell.
videndus de retract. legali, §. 32. gloſ. vnica, num.
91. Crauet. eod. conſ. 225. num. 8. ſed proclama-
tiones faciunt expreſſam mētionem, quod res ip-
ſa erat patris ipſius Alexandri alienantis, vnde
cum conſtet hoc tēpus anni, & diei currere igno-
28 ranti, & etiam hoc in caſu in ipſo actore adeſſe
ſcientiam, quam nūc ſimulat, vt alterum circum-
ueniat, vnde hæc ignorantia velut callida nimis,
& dolo non carens, ei ſuffragari non debet, vt tra-
dit interpres ad dictum ſtatutum, cap. 417. num.
269. erit omninò actor, vti is qui agit de lucro ca-
ptando cum tertij damno, poſtquam temporis
beneficio pretium datij creuit, omninò repellen-
dus, ne cum aliena iactura, quod minimè ferunt
ſacratiſſimæ leges, locupletetur; non obſtantibus
dubitationibus doctiſſimè ex contrario excitatis,
& cum hoc ſolum fundamentum ad victoriā ſuf-
ficiat; alia puncta pro nunc nō proſequor fuſius,
ſuper eis, etiam ſcripturus, vbi aliqua ſuper his
inijciatur dubitatio, quod non credo facturū cla-
riſſimum collegam meum, qui poſtquam videt
aduerſarium, de lucro agentem eſſe conuictū de
ſcientia, & ignorantem ignorātiam, & ſupinam,
ſanè ad tertij pręiudiciū afferre, abſoluet Comit.
Marlianum à petitis, & cum magis communis, &
vſu etiam recepta ſit ſententia, vt tempus anni, &
diei conceſſi agnato ad luendum currat ignoran-
29 ti, vt ſatis ſuperius probauimus, & ſequitur in-
terpres ad ſtatutum, cap. 417. num. 262. nam re-
30 ferendo duas opiniones, videtur hanc vltimam
approbare Bartolus in l. bona fides, ff. depoſiti, &
quatenus teſtatur ſępius fuiſſe iudicatum, etiam
per binas ſententias, quod detur reſtitutio in in-
tegrum. neceſſario ſuppoſitum fuit ignoranti hoc
tempus currere: quia alias non opus fuiſſet reſti-
tutione, ſed dictum fuiſſet tempus ignoranti non
31 cucurriſſe, & ſic apparet, quod hæc opinio, tan-
quā vſu recepta eſt potior habenda, vt tradit Al-
ciatus videndus tractatu pręſumpt. regula 2. pręſ-
ſumpt. 30, num. 2. inquiens, quod quando ſtatu-
tum habet aliquam interpretationem obſeruari
ſolitam, non debet aliquis doctor in iudicādo ab
illa recedere.

Quo veriſſimo iacto fundamento cōſequitur,
vt danda ſit repulſa aduerſario, cum non veniat
ex capite reſtitutionis, & omni caſu ex receptiſ-
ſima omnium ſententia ea denegatur, quando
32 adeſt præſumpta ſcientia, quæ facit vt ignoran-
tiæ allegatio ſit craſſa, & indigna benignæ reſti-
tutionis auxilio, vt iam abunde ſuperius proba-
uimus ex Sfortio, Maſcardo, & alijs adductis in
verſic. non reſiſtit etiam.

Præterea auctoritas Decij, cum ſit ſingularis
in terminis conſimilis ſtatuti in conſilio 222. vt
ſcilicet præſumpta ſcientia ſufficiat debet pręſta-
re, & antecellere Oſaſco, & Tiraquello qui lo-
quuntur in diuerſis terminis; nam Oſaſcus loqui-
tur iuxta terminos, cap. 1. §. Titius filios, ſi de feu
do fuerit controuerſia, in quo expreſſa require-
batur ſcientia, reſpectu certę qualitatis, vt habe-
tur in cap. concertationi, de appellat. in 6. vbi vi-
de Francum in fine, quod in caſu noſtro non re-
quiritur; immo præſumptam admittere lex no-
ſtra videtur, cum velit à die traditionis tempus
currere, quaſi inde arguat præſumptam ſciētiam,
33 & inde ſtatutum interpretetur eum ſcire, ſiue ſci-
uerit, ſiue ignorauerit, vt eſt text. in ſimili egre-
gius, & ibi Cardinalis Zabarella in clement. 1. §.
cæterum, num. 3. & infra pluribus ſequent. de cō-
ceſſ. præbendæ, & facit quod ſcribit Alba viden-
dus conſil. 18. num. 7. præterea Tiraquellus vtiq;
ex aduerſo allegatus, §. 36. glo. 2. num. 30. agit de
caſu longe diuerſo, nempe vbi neceſſaria eſſet de-
nuntiatio, vel vt quis certior fieret: quia tunc vt
tollatur illa denūtiandi neceſſitas requiritur cer-
ta, & plena ſcientia, ſecus in caſu noſtro, vbi tan-
tum abeſt, vt hæc exigatur monitio, ſeu certiora-
tio, vt potius ignoranti currat: & confirmatur ex
frequentiſſima illa ſententia, vt ſcientia vera, cū
in animo conſiſtat probetur coniecturis, pręſum
ptionibus & indicijs, vt cōmunem dicit Maſcar-
dus in verbo, ſcientia, & quod ſufficiat hæc præ-
ſumpta ſcientia in terminis ſimilis ſtatuti addo
vltra allegatos ab interprete, nu. 260. Alexand.
conſil. 24. num. 6. lib. 4.

Sed tollitur omnis amarus dubitationis ſapor
ea dulci, & vera reſponſione, vt ſcilicet, cū in caſu
noſtro non verſemur in quadam ſcientia, quam
quis reſciuit ex quadā rumore incerto, & fallaci
vulgi opinione, de qua agit Tiraquellus eo. §. 36.
34 gloſ. 2. nu. 31. ſed potius in plena, & certa ſcien-
tia, quæ colligitur ex proclamationibus ſpecia-
35 tim venditionem, cum ſuis qualitatibus, & quod
eſſet paterna demonſtrantibus, Felyn. in c. cum
contingat, nu. 10. de reſcript. Item ex Inſtrumen-
to ipſiuſmet venditionis, cuius notitia indubita-
36 ta in aduerſario probatur ex cōfeſſione eius ma-
nu ſcripta, & ab eo recepta in quo fiebat mentio
prænarrati inſtrumenti, facit Alba conſ. 698. nu-
me. 6. & vnde merito præſumitur ignorantiam
37 ſimulare, vt ait Baldus in cap. adhæc, nume. 14.
de poſtul. prælar. ignorātiaque, quod res eſſet pa-
terna tollitur, tum ex prænarratis proclamatio-
38 nibus, quę loco cuiuſdam certiorationis, & denū-
tiationis deſeruiunt, vt ait Decius eod. conſ. 222.
ante nu. 8. in quibus fit mentio, quod erat aſcen-
dentis, tum etiam, quia ex pręſumptione iuris ſa-
tis certus dicebatur, cum res pręſumatur paterna
39 ex Tiraquell. §. 32. gloſ. vnica, nu. 91. & præſum-
tio iuris, maximè in his, quæ coniecturis proban-
tur, prout ſcientia probatur, habeatur pro plena
40 probatione; nam efficax præſumptio dicitur li-
quida probatio teſte Baldo in rubr. de præſum-
ptionibus, num. 5. & latè probat Maſcardus tra-
cta. probat. quæſt. 10. num. 40. 41. & 42. & concl.
1227. in verbo, præſumptio iuris, nu. 11. & certè
cum

cum tot certiſſimis argumentis integer Iudex vi-
deat hanc ſcientiam probari in aduerſario, debet
eum agentem de lucro ad tertij damnum repel-
lere, cum intendat rem; tamdiu, & tanto tempo-
ris interuallo alienatam auocare, ſub inani hoc
ignorantiæ prætextu: quia beneficio tẽporis eius
pretium creuerit, quod minimè ferẽdum eſt, cum
iniquitatis, & iniuſtitiæ plenum ſit.

Verum, quia aduerſarius nimis litigioſus, &
pertinax ductus pertinacia, & ſtudio vincẽdi per-
tinaciter adhuc cõtendit, idem dubitationum ſa-
xum voluere, & præclariſſimo Iudici decantatas
ſæpius dubitationes, ſub nouo verborum inuolu-
cro inijcere, & inculcare duxi, quo magis aduer-
ſarij ignorantia, ne dicã malitia conuincatur ple-
niori calamo hæc eadem à capite repetere, quò
tandem idem aduerſarius actor victus ſileat, & ſe
dedet, ſinatque reum victorem canere, ſperatam-
que iure ſibi debitam victoriam, eiusque inſignia
reportare ab integritate, & doctrina D. Iudicis,
cui plurimum confidimus, & qui non, quia am-
plius ipſe dubitet, ſed vt aduerſario, de potentia
Comitis iniuſtè conquerenti ſatisfaciat, & morẽ
aliquem gerat, adhuc allatas ab eodẽ dubitatio-
nes mouet; quæ vt funditus remoueãtur, & euel-
lantur, atque veterum militum præſidio, & nouę
quaſi etiam cohortis auxilio debellentur, præfari
illud liceat quod iam ſuperius non ſemel dixi-
mus, vt ſcilicet integerrimus cauſæ cõſultor ante
oculos ſibi proponat, agi de ſtatuto valde odio-
41 ſo, cum liberam, & naturalem diſponendi facul-
tatem coarctet, & iuri communi aduerſetur, l. du-
dum, C. de contrahen. empt. l. 1. C. communi di-
uidundo: ita vt non immerito multi, de eius fir-
mitate dubitauerint, atque iccirco ſtrictiſſimè eſ-
ſe interpretandum, & quantũ fieri poteſt reſtrin-
42 gendum, vt magis communem profitetur Tira-
quellus in præfatione retractus legalis, nume. 60.
& 62. & num. 218. & 219. & 230. & alij quos re-
fert interpres in rubrica ad ſtatutum noſtrũ, cap.
417. num. 3. in primo volum. & in præludijs, nu-
mero 256.

Rurſus illud etiam in animum inducat ſuum
Comitem Marlianum agere de damno euitãdo,
Suicum aũt eius aduerſariũ, de lucro captãdo, &
de reſcindendo contractu, cũ alterius iactura, iã
ſupra viginti & octo annos legitimè confecto,
cum tamen natura nobis eam affectionem inge-
nuerit, vt contractus à nobis factus effectum ſor-
43 tiatur, vt inquit idem Tiraquellus in ead. præfat.
num. 26. & propterea hunc dignum eſſe fauore,
illum autem odio, atq; in iudicando eſſe propen-
dendum in eam partem, quæ minus vitij habet,
44 & per conſequens ne ei ſtatuto locus ſit, l. fin. §. ſi
vero, C. de iure deliber. cap. odia, de reg. iuris, in
ſexto, l. ſemper in dubijs, ff. eod. l. benignius, ff. de
legibus, l. proximè, ff. de his quæ in teſt. delent. &
ſcribit idem Tiraquellus videndus eo. tractatu §.
35. gloſ. 2. nume. 7. vſque ad finem, & §. 1. gloſ. 9.
nume. 188. pro reoque, & poſſeſſore pronuntian-

45 dum eſt ſemper, niſi ex contrario actoris ius, ſit
omni ex parte clarum, & perſpicuum, §. commo-
dum, inſti. de interdictis, capit. in pari, de reg. iu-
ris, in ſexto, l. fauorabiliores, ff. eod. & Iudex de-
46 bet ſequi opiniones, quæ habent pro ſe æquitatẽ,
Rolandus à Valle conſil. 64. nu. 15. & infra lib. 3.
& per quas redimus ad ius cõmune, cui licet ſta-
47 tutum aduerſetur, tamen ab eo interpretationem
recipit, cap. cum dilectus, de cõſuetud. & quidem
ſtrictiſſimam, & latiſſimam, prout magis cõgruit,
vt euitetur correctio iuris communis, vt aduerſus
48 Baldi ſententiam communem dicit, & menti te-
nendam, idem Rolandus conſil. 72. nu. 35. lib. 3.

His itaque notis, & vulgatis iuris regulis vo-
lut veritatis luce coruſcans, ac quaſi rota feruida
ſolis ductus iam decurro ad fugandas has denuo
ab aduerſario, ſed fruſtra iniectas dubitationum
nubes, & quoniam prorſus, & à Dom. Iudice, &
à me hanc ſuam opinionem eſſe amotam volo.

Ad primum reſpondeo paternum illud dici,
quod fuerit nedum patris, ſed etiam eius, qui fue-
rit communis aſcendens, & quod ſemel etiam nõ
exiuerit à patre; nam ſemel factũ alienabile per-
petuo manet alienabile, nec ſufficit quod ea qua-
49 litas ſemel adfuerit, ſed exigitur, vt etiam inſit
tempore quo ſit alienatio, vt ſcriptum reliquere
Dec. conſil. 222. num. 11. & cõſ. 471. ſub num. 7.
verſic. 2. & Alba videndus, cum in terminis ſtatu-
ti noſtri loquatur, conſil. 438. per totum, & niſi,
50 qui ex ſtatuto noſtro agit, ſimul, & ſemel, probet
omnes qualitates ab eo deſideratas, ſcilicet quod
res fuerit in dominio aſcendentium, & quod ipſe
Agnatus ſit legitimè natus repellẽdus erit, vt ait
Tiraquellus eod. tractat. de retractu legali, §. 32.
glo. vnica, à numero 91. vſque ad num. 100. So-
cinus ſenior conſilio 57. num. 8. lib. 3. Plot. in l. ſi
quando, num. 355. C. vnde vi, per inſtrumentum
enim illud diuiſionis dominium non probatur,
51 vt tradit Maſcardus in verbo, dominium, an pro-
betur per inſtrumentum, conclu. 541. nu. 5. ma-
ximè in tertij præiuditium, nec per locationem,
vtique idem Maſcardus in verbo, poſſeſſio, con-
cluſ. 1186. nu. 1. & 10. & cum eſſet pars Bernar-
dini patris potius dicitur fraternum, Decius iam
locis citatis, & vbi perfectè actor non probet, qđ
ſui muneris eſt, repellitur omninò, cum ſtatutum
52 per modum conditionis eas exquirat qualitates,
ſimul, & ſemel, vt communem dicit Decius in ru-
brica de probat. num. 14. & actore non proban-
53 te reus eſt abſoluẽdus, l. verius, ff. de probat. l. qui
accuſare, C. de edendo, quod autem fuerit filius
54 legitimè natus, vt ſtatutum exigit, vt ibidem no-
tatur, nume. 176. non probatur per verba enun-
tiatiua inſtrumentorũ, Maſcardus in verbo, con-
ſanguinitas, concluſ. 411. num. 23. & in concluſ.
799. num. 9. & concluſ. 777. num. 5.

Ad ſecundum dico licet ius vectigalis, ſicut, &
iura, & actiones, & alij redditus tertiam quãdam
55 ſpeciem conſtituant inter mobilia, & immobilia,
& aſſumere videantur potius immobilium natu-
ram,

rem, vt tradit Tiraquellus de retractu legali, §. 1.
gloſ.7.nu.34.35. & 36. cui Addo Iacobum No-
uellum eodem tracta. de iure prothomiſcos, qui
eſt impreſſus in libris tractatuum nouiſſime im-
preſſorum, tomo 17.§.2.num.110. attamen, cum
lex municipalis ſeparatim, & nominatim loqua-
tur, de re immobili, & de directo dominio, & rem
mobilem à retractu excludat, & neceſſe ſit, vt vtri
illorum accedat, tunc ſequi debemus magis com-
56 munem, & receptam in ea re diſtinctionẽ, vt ſcili-
cet ſi ius ſit cohærens rei immobili inter immobi-
lia connumeretur, ſi vero mobili inter mobilia,
vt magis communem dicit Idem Tiraquellus eo.
§.1.gloſ.7.num.15. & 17. vbi vide, & idem No-
uellus, num.111. ait ſecundum ius ſuæ ciuitatis
inter mobilia huiuſmodi redditus adnumerari;
cum igitur hoc ius vectigalis, ſeu datij imbotatus
competat pro fructibus, iam diu à ſolo ſeparatis,
& in horreo, & cella vinaria reconditis, & etiam
nõ ſpecies, ſed pecunia pro eis ſoluatur, fit vt hoc
ius, tanquam ad rem mobilem competens inter
mobilia ſit cenſendum, atque ideo in ſtatuto no-
ſtro, cum de re immobili loquatur non contineri.
57 Quod confirmatur ex eo, quia fructus pendentes
ſi vendantur, inter immobilia computantur, cum
pars fundi, tanquam illi cohęrentes dicantur; nõ
ſic ſi ſint quales ſunt hi, de quibus nos agimus à
ſolo ſeparati: quia pro mobilibus habentur, vt
explanat idem Tiraquellus, vbi ſupra, nume.37.

Ad tertiũ, in quo re vera iacet præcipuus præ-
ſentis cauſę punctus, arbitror procul omni dubio
abundè probatam eſſe ſcientiam in ipſo Souico
aptam ad eum omninò excludendum à memo-
rato prætenſo retractu.

Nam cum publico inſtrumento confeſſionis
ipſemet aduerſarius ſoluerit pecunias illis mulie-
ribus in executione illius inſtrumenti depoſiti, &
obligationis, & præcepti executiui cõtra eius pa-
trem conceſſi, & in quo habetur nominatim mẽ-
tio ipſius venditionis datij imbotatus, & proinde
longa lis inter partes extiterit, & depoſitum illud
eaque obligatio contineretur in inſtrumẽto ven-
ditionis ipſius datij imbotatus; imò ex eius pre-
tio, & ex ea venditione manatit ea obligatio, &
ita eſſent ſimul iũcta, & complicata, vt vnum al-
teri ineſſet, & vnũ ſine altero ſciri nequiret, hinc
neceſſario conſequitur, vt aduerſarius omninò
tunc viderit ipſum inſtrumentum venditionis,
aut eius plenam notitiam habuerit, l. non eſt fe-
rendus, ff. de tranſactionibus.

Siquidem communis, & recepta eſt ſententia,
58 vt faciens mentionem de aliquo inſtrumẽto cen-
ſeatur illud vidiſſe, & habere notitiam de conten-
tis in eo, vt probat Maſcardus in verbo, ſcientia,
concluſ.1299. in verbo, ſcientia, num.10. & con-
firmo ego ex crebriori illa ſententia, vt ſcilicet fra
59 tres diuidentes, ſi dixerint ſe hæredes ex teſtamẽ-
to, ſiue ſint extranei, ſiue ſui hæredes cenſeantur
habere notitiam, & ſciẽtiam fideicommiſſi in eo
teſtamento ſcripti, licet verſemur in materia re-
nuntiationis quæ eſt ſtricti iuris, ſic docet Barto-
lus communiter receptus in l. qui Romæ, §. duo
fratres, num.13. verſic. aut in codicillis, ff. de ver-
bor. obligat. & de communi atteſtatur ibidem vi-
dendus Ioannes Crottus, nume.46. & Ripa poſt
alios, num.52. idem comprobat Maſcardus ead.
concluſ.1299. in verbo, ſcientia, num.7. & 8. Me-
noch. pręſumpt.23. num.59. lib.6. Peregrinus de
fideicommiſſ. artic.52. num.107.

Secũdò, cum in executione prænarrati inſtru-
menti pecunias ſoluerit, pro comperto eſt haben
dum, quod illud viderit, aut cognouerit; nam vt
iam non ſemel præmonui ſoluens cenſetur cau-
ſam ſolutionis velle diligẽter inueſtigare, & nol-
le ſoluere ſine iuſta, & neceſſaria cauſa accurate
60 cognita, & diligentiſſime perſpecta, inſuperq; ra-
tum habere videtur, nec præſumendum eſt, quod
inconſulte, rem ſuam profundat, ſic docuit Bald.
videndus in conſilio 168. incipiente allegationes,
lib.4. Aretinus conſil.35. colum.2. verſic. ſed po-
ſito pro conſtanti, Crauet. vtique videndus, con-
ſil.379. nume.20. quis igitur adducetur, vt credat
temere ab ipſo Souico in litibus verſato, & filio
prudenti, & ſagaci, Natta conſilio 497. num.9. &
cuius res potiſſimum agebatur, & qui vna, & ea-
dem eſt perſona, cum patre, pecuniam illam ſo-
lutam fuiſſe, niſi ſoluendi cauſam perceptã opti-
mè haberet, & perfectam obligationis notitiam
61 teneret, cum præſertim à communiter accidenti-
bus ex quibus ſecundum omnes optimè ſcientia
probatur, Menochius, præſumpt.34. nu.10. lib.6.
detrectetur, & recuſetur pecuniarũ ſolutio, quan-
tum fieri poteſt, nec ea fieri ſoleat, niſi ſolutionis
62 neceſſitate benè præcognita, & cum patre com-
municata, & excuſſa, vt ſcribit videndus idẽ Cra-
uet, conſil.630. num.12. & ideo magis eſt dicen-
dum, cum ſuper ea ſolutione, & eius cauſa inter
partes acriter diu diſceptatũ, & litigatum ſit: vn-
de non poteſt cadere in bene ſentientem ſenſum,
vt ipſe Souicus alioquin diligentiſſimus, & ſagax
vir, & litibus aſſuetus ſoluere voluerit, tanquam
patris negotiorum geſtor, niſi perfectè negotio
cognito, & cauſa obligationis diligenter perqui-
63 ſita, & peruestigata: ita decidunt domini de Ro-
ta, vbi vide deciſ.396. nume.5. & 6. parte prima,
ſecundum poſtremam impreſſionem, id confir-
mantes ex communi, & recepta illa concluſione,
ſcilicet ſi ſui hæredes aliqua legata ſoluerint, vel
de ſoluendo, cum legatarijs cõuenerint, cenſean-
64 tur ſcientiam teſtamenti habere, ea ſtabili ratio-
ne, quia iſthæc fieri non ſolent, nec poſſunt, niſi
prius inſpectis cognitisque verbis teſtamenti, vt
cenſuit Bartolus, ead. l. qui Romæ, §. duo fratres
ante nu.14. verſ.2. caſu, ff. de verb. oblig. & com-
munem dicit Ripa, ibidem num.54. nam non eſt
ferẽdus qui ſolutionem dicit facere ex cauſa hu-
65 iuſmodi obligationis, ſi poſtea dicat neſcire con-
tenta in ea, vt eſt pulcher, & inſignis tex. ad hanc
rem noſtram optimè faciens, vt ſcilicet etiã quis
cognita parte inſtrumẽti cẽſeatur aliam nouiſſe;
nempe

Digitized by Google

nempe ipſam venditionem in qua illa obligatio,
illudque depoſitum continetur ead. l. non eſt fe-
rendus, ff. de tranſactionibus, Bartolus eod. §. duo
fratres, nume. 16. & id roboratur; quia ſcientia
66 contractus optimè colligitur ex ſubſequētib. ſolu
tionib. Crau. conſ. 276. nu. 5. inquiens cũ qui ſol-
uit, vel recipit debitũ ex inſtrumento aliquo, non
poſſe talis inſtrumenti ignorantiam allegare, ra-
tio eſt aperta: quia vt vno conſenſu affirmant iã
relati doctores eod. §. duo fratres, actus iſte ſolu-
67 tionis, maximè quando fit coactè, & ex neceſſita-
te præcedentis Iudicij non ſolet fieri, niſi cauſa
ſolutionis benè, & ad plenum cognita, Crauet-
tam ſequuntur domini de Rota, deciſ. 631. nu. 1.
parte prima, & eum alium tunc fuiſſe nõ eſt cen-
68 ſendum, quàm olim, diligentiaque eo magis præ-
ſumitur ſi in iudicio congrediatur, Crauet. conſil.
329. num. 13. & præſumitur à principali, ideſt, à
69 patre filius inſtructus, & præſumitur data plena
omnium notitia, vt egregiè proſequitur vidēdus
Lucas à Penna, l. ſi tempora, colum. 2. verſ. item,
quia præſumptio eſt, C. de fide inſtrumēt. & iure
haſtæ Fiſca. lib. 11. & hęc quidem ratio apud me
in hac re tanti ſemper fuit, vt etiam ſolam exiſti-
mauerim ſufficere ad conuincendam aduerſarij
ignorantiam, & ad eius ſcientiam patefaciendã,
& non vereor, quin etiam dominus meus conſul-
tor, ſi eam deguſtabit, & diligēter allegatas com-
munes concluſiones, & doctrinas perpendet in
eandem iuridicam veniens ſententiam, repulſam
det ipſi Souico de re odioſa, & de lucro captando
agenti; & dubium non eſt quin, etiam ſola conie-
ctura, & demonſtratio ſufficiat, etiam ad ſenten-
70 tiam, quando eſt adeo certa, & violēta, vt iudicis
animum quaſi compellat ad ita credendum, pro-
ut eſt hęc noſtra, cap. 2. cap. illud, cap. litteris, ca-
pit. tertio loco, de præſumpt. Bartolus videndus
in l. demonſtratio falſa, num. 16. ff. de conditio. &
demonſtrat. & tradit Simon de Prętis, qui omni-
nò videatur de interpretatione vltimę volũtatis,
lib. 5. dub. 4. & vltimo, num. 135. vſque ad num.
140. fol. 544. ſed quid dicemus ſequētibus adiun-
ctis firmiſſimis adminiculis, & certiſſimis argu-
mentis.

Tertiò, cũ ex eodem inſtrumento conſtet ma-
iorem ſummam fuiſſe ſolutam, quàm in depoſi-
to illo contineretur, apparet calculos initos fuiſſe
inter partes, vel ratione intereſſe, vel ratione ex-
penſarum, quę ſupputationes in neceſſarium an-
tecedens ſupponunt ipſius inſtrumēti certam no
titiam habitam fuiſſe, quia nõ potuiſſet ſciri, nec
tempus, nec ſumma conficiendorum calculorũ,
& dubium non eſt ex cõmuni doctorum ſenten-
71 tia, quin ſcientia optimè probetur ex actu, qui
non poteſt, aut ſolet fieri citra notitiam inſtru-
menti, vt dicitur de extraneis hæredibus, qui cũ
non poſſint eſſe hæredes ſine teſtamento, præſu-
muntur adeundo notitiam teſtamenti plenã ha-
buiſſe, vt cum Bartolo, nume. 13. ſentiunt omnes
ſcribentes eod. §. duo fratres, Crottus qui atteſta-
tur de communi, num. 50. Ripa, nu. 57. nam ge-
nerale eſt, vt qui vult vnum, cenſeatur velle om-
72 nia, ſine quibus illud vnum aſſequi non poteſt, l.
illud, ff. de acquir. hæredit. l. ad legatum, & l. ad rē
mobilem, ff. de procuratoribus, & ideò quando
73 mandatur, alicui confectio, alicuius negotij, vide-
tur etiam eidem commiſſa cognitio, vt præambu
lum, & antecedens, l. ſi cognitio, C. ſi contra ius,
vel vtilitatem publicam, Bartol. in l. à Diuo Pio,
in principio, ff. de reiudicata, & calculatio, atque
74 inita ratio demonſtrat ſcientiam contentorum in
parcellis, Rota Genuenſis, deciſ. 152. num. 1.

Quartò, cum præceptum illud executiuum ab
illis mulieribus tranſmiſſum, & in quo habetur
mentio nominatim venditionis memorati datij
imbotatus, & depoſiti fuerit penes ipſum aduer-
75 ſarium vti filium, & qui litibus incumbebat, hinc
colligitur eius ſcientia authent. at qui ſemel, vbi
Baldus, C. de probat. Ripa eod. §. duo fratres, nu-
me. 56. vbi vide Crauet. qui complures eius ſen-
tentiæ in vnum congerit eod. conſil. 379. nu. 21.
Maſcardus ead. concluſ. 1299. num. 20. Menoch.
præſumptione 23. nume. 64. lib. 6.

Quintò additur, quod erat filius in quo pro-
pter coniunctionem ſanguinis, quæ eſt inter pa-
trem, & filium, maximè quando ſimul habitant,
76 & aſſidue vna conuerſantur, videtur præſumen-
da ſcientia rerum patris, l. octaui, ff. vnde cogna-
ti, Bartolus in l. is poteſt, num. 5. & in l. mutum, &
in l. filium emancipatum, ff. de acquiren. hæredit.
Maſcardus ead. concluſ. 1299. in verbo, ſcientia,
num. 9. & num. 4. pater enim, & filius eadem per-
77 ſona cenſentur, vnum, & idem corpus, vnum do-
micilium, & vna poſſeſſio, vt tenent omnes, vbiq;
in l. ſciendum, ff. qui ſatiſdare cogantur, Tiraqu.
in præfat. l. ſi vnquam, num. 23. vbi vide, C. de re-
uocand. donat. & quamuis tempore factæ ipſius
venditionis aſſerat ſe minorem fuiſſe, tamē cum
eſſet adultus, & iam doli capax, & litteris incum-
78 beret optimè potuit hæc ſcire, & credendum eſt,
vt ſciuerit, vt inquit Bartolus, & cũ eo cæteri eo.
§. duo fratres, nume. 15. & cum poſtea maior fa-
ctus illud confeſſionis inſtrumentum fecerit, &
ſua manu cõſcripſerit, per iſtum actum poſitiuũ,
& deliberatè factum augetur ſcientiæ coniectu-
ra, vt ibidem docet Bartolus videndus.

Sextò mirifice, hoc idem iuuatur, quia hęc vē-
ditio fuit ſubiecta voci præconis, ſeu poſita ad
cridas, quæ faciunt rem publicam, & manifeſtã,
79 & earum ignorantia prætendi nequit, abſque lata
culpa, gloſ. in l. ſi quando, nu. 258. & 260. C. vn-
de vi, & ſcientia dicitur ſatis probata, ſi fama ſit
80 de aliqua re in aliquo loco, vel quando publice
ſciebatur, gloſ. optima in l. ſi tutor in verbo, oſten
dens, C. de periculo tutorum, Maſcardus ead. cõ-
cluſ. 1299. num. 2. præſes Menochius lib. 6. præ-
ſumpt. 23. num. 68. & 69. & roboratur ea conie-
ctura: quia ipſę cridæ fuerunt denuntiatæ matri
ipſius aduerſarij, cum qua, cum his habitaret, &
litteris eſſet deditus, eſt pro comperto habēdum,

quod

q̃uod eãs viderit, vel quod de ipſa venditione ad
plenum fuerit edoctus;nam more hominum eue-
nit,vt quod ſim nactus mali,prius reſciſſeres,quã
quod tibi euenit boni, vt docet gloſ. in verbo,
oſtẽdens,eadem lege ſi turor,& ſcribit idem Me-
nochius, vbi ſupra numero ſeptuageſimoprimo,
inquiens ex denuntiatione ad domum facta ſcien
tiam præſumi: præterea, cum ſpectato ſtatu pa-
tris ipſius aduerſantis qui erat potius pauper,
quam diues hæc venditio eſſet magni momenti,
cõſequitur vt tanquam notabile factum ad filij,
cum patre degentis aures,&notitiam peruenerit,
præſertim ſpectata communi conſuetudine pa-
82 trum qui ſolent cum filijs iſthæc magni momen-
ti communicare,idem Menochius,num.81.& id
eſt præſertim dicendum, cum ageretur, de facto
non ſemel, ſed ſępius pertractato, & alteri obli-
gatorio, & ex cuius ſcientia,ipſe filius commodũ
83 ſentiebat,idem Menochius,vbi ſupra num.40.&
83.& 84.& cum datium ipſum neceſſario requi-
rat libros, & tempore mortis patris aduerſarius
domi patris fuerit,eſt credendum, quod ad eorũ
manus peruenerint;& quatenus dicitur repudiaſ
ſe paternam hęreditatem,eſt præſumendũ,quod
antequam id deliberaret voluerit diligenter ex-
quirere geſta à patre,& quæ eſſent eius credita,
& debita, & quales forent hæreditatis vires, &
conſequenter hoc ipſum venditionis inſtrumen-
tum, in quo illud depoſitum, & debiti illius obli-
gatio continebatur, vt tradunt communi conſen-
ſu ſcribentes eod.§.duo fratres.

Nec dicatur illud inſtrumentum confeſſionis
factum fuiſſe ab ipſo filio nomine patris, & ſic
tanquam eius procuratore, nec aliud perquiſiuiſ-
ſe: quia Reſpondetur retorquendo in aduerſarij
caput argumenti telum;nam cum geſſerit id tan-
quam patris negotiorum geſtor,de ſpeciali enim,
& indiuiduo mandato non conſtat, eſt præſu-
mendum,quod prædictorum notitiam habuerit,
cum ratione officij, & contractus, ſcilicet nego-
tiorum geſtionis teneretur ea ſcire,& perquirere,
vt rectè pecunia ſolueretur,& ex cõſequenti ſciẽ-
84 tia ſit præſumenda,l.ſi patronus,ff.de confir.tut.
l.qui cum alio, ff.de reg.iuris, & cum ageretur de
facto arduo, & notabili pro quo longa lis extite-
rat, eſt ſaltem dicendum, quod fuerit certior fa-
85 ctus à patre de omnibus,idem Menochius eadem
præſumpt.23.nu.42.& 43.lib.6.qui in procura-
86 tore negorium agente magis pręſumit ſcientiam,
quàm in domino,cum ipſe actum non gerat, ſed
procurator, & de arbitrarijs iudicum, caſu 137.
numero decimoquarto, vbi inquit debitorem à
tertio conuentum, vt liberationem conſequatur
87 debere adhibere diligentiam ne ſoluat, & cum is
eſſet in litibus verſatus,& prudens,& ſagax,pater
autem earum ignarus, eſt eo magis dicendum,
quod hoc ipſum negotium filio totum tranſigen-
dum dimiſerit; imò de proprio filij negotio age-
88 batur, cum filius dicatur quaſi dominus in rebus
patris eo viuente, l.in ſuis, ff.de liberis & poſthu-
mis, & vna ſit,& eadem perſona cum patre,& ex
ea re commodum ipſe ſentiret; vnde pro certo
tenendum eſt, quod voluerit oculis lynceis dili-
genter omnia reſpicere, & inſpectare,vt rectè pe-
cuniam ſolueret, quod fieri non poterat niſi ha-
bita plena notitia illius inſtrumenti venditionis,
in quo depoſitum, & obligatio continebatur, ac
etiam ipſius præcepti intimati, diligens enim
89 vnuſquiſque præſumitur in his,quæ ad ſuum ſpe
ctant commodum, Crauet.conſil.857.nume.16.
& id in adminiſtratore maximè pręſumitur,cum
90 debeat domini voluntatem inquirere.idem Cra-
uet.conſilio 627.numero ſeptimo,& ſi negotium
ad eius commodum ſpectat,vt hic,eo diligentior
quiſque pręſumitur quo propius eum negotium
91 tangit, Romanus conſilio 353. in principio, & in
præſenti caſu hanc veritatem comprobat dictio
illa magnæ energiæ appoſita in inſtrumento con
feſſionis, ſcilicet illius inſtrumenti depoſiti obli-
gationis,quę tanquam dictio ad oculum,vel cor-
poris, vel intellectus demonſtratiua indicat ple-
nam de eo à contrahentibus notitiam habitam
fuiſſe, maxime cum reperiatur deſcriptus dies
92 confecti inſtrumẽti qui de eo rogatus fuit, vt tra-
dit Ripa in l. filiusfamilias, §. diui in duodecima
quæſtione Bartoli,numero 111. ff.de legatis pri-
mo, & præterea ex productione eius inſtrumenti
nunc facta, præſumitur quod illud etiam in præ-
teritum ſciuerit; nam licet ex præſenti poſſeſſio-
ne non præſumatur in præteritum; tamen id fal-
93 lit quando aliqua concurrat ratio, vel coniectu-
ra per quam arguere poſſimus, quod etiã in præ-
teritum poſſederit, vel ſciuerit, vt eleganter pro-
bat Socinus ſenior videndus conſilio 89.numero
19. volumine primo, & id præcipue eſt dicẽdum
accedẽte tanti temporis diuturnitate intra quod
potuit id optimè ſcire,& intelligere,& ſcientia eo
magis inducitur ex temporis diuturnitate, & lo-
94 corum vicinitate, & aſſidua cum patre conſuetu-
dine, & cohabitatione, ac familiaritate, vt ex
alijs affirmat idem Maſcardus eadem concluſio-
ne 1299.nume.15.17.& 18.

Ex ingenti cumulo igitur tot,& tantotum ſo-
lidorum argumentorum, & legitimarum conie-
cturarum, iam ita perſpicua, & manifeſta ſit ip-
ſius aduerſarij,certa,& ſpeciatim vẽditionis ſciẽ-
tia, vt nullus prorſus dubitandi ſcrupulus relin-
quatur, & cum cardinem in ea re verſari dixerit
D.Iudex, iccirco pleniore ſtylo has coniecturas
recenſere volui,cum receptiſſima ſit omniũ con-
cluſio, ſcientiam etiam veram,cum maximè in
animo conſiſtat coniecturis probari, vt commu-
95 nem profitetur idem Maſcardus ea.cõcluſ.1299.
nu.1.& ſpecifica ſatis dicitur, ſi talis inſtrumenti
nominatim mentio fiat: quia præſumitur om-
96 nes eius partes agnouiſſe,ſecus ſi dictum ſit in ge-
nere teſtamentorum, vel inſtrumentorum, vt di-
ſtinguit Bartolus eo. §.duo fratres, nu.17. & 18.
communiter receptus, vt ibidem adnotauit Iaſ.
videndus num.66.& infra.

Nec obſtat quatenus dicitur præſumptiuam probationem non eſſe verè,& abſolute probationem; & vnam, vel alteram coniecturam facere tantum ſemiplenam probationem, & in ſpecie noſtra non ſufficere præſumptiuam probationẽ; Quia Reſpondetur hanc eſſe veram,& indubitatam ſciẽtiam, cum deducatur à probatione viſus
97 ocularis,vel intellectualis,medio iſtarum violentarum præſumptionum habentium actus poſitiuos, maximè ſolutionis ex qua ex cõmuni ſententia eod.§.duo fratres,inducitur certa ſcientia in-
98 ſtrumenti, in executione cuius fit ſolutio Preſes Menochius ead.præſumpt.33.nume.61.lib.6. ſi
99 enim animus,& volũtas magis declaratur factis, quam verbis,l.Paulus reſpondit,ff.rem ratam haberi, & vbi habemus rerum teſtimonia non ege-
100 mus verbis,gl.in verbo,comprobaſti,in l.reſpondenda,vbi Iaſ.nu.7. C.de inſtitut, & ſubſtitutionibus, Maſcardus videndus in verbo, voluntas, concluſ.1422.num.34.vbi id ampliat,ſi adfuerit facti geminatio,vt hic, quia duplex in ea confeſſione continetur ſolutionis cõfeſſio,& replicatio, & repetitio ipſorum inſtrumẽtorum,cum dictione demonſtrante ad oculum,ſcilicet illis. Cur igitur,ex his actis poſitiuis non dicemus verè,& perfectè ſcientiam illius inſtrumenti probatam eſſe; ita vt ex cõtrario non admittatur allegatio igno-
101 rantiæ,tanquam ſupinæ,& craſſæ,ac inueriſimilis, vt communi ore affirmant ſcribentes eod. §. duo fratres,& Crauet.videndus eod.conſil.276. num.5. & alij,iam ſuperius excitati conſentiunt,
102 his accedit,quaſi ſua ipſiuſmet aduerſarij confeſſio,qua nulla eſt ſanè firmior probatio præcipue, ſi iudicij calore calefacta feruent,l.publia in fine, ff.depoſiti,authẽtica,ſed iam neceſſe,C.de dona. propter nuptias, Iaſ.in l.cum te,ſub num.7. C.de tranſactio. Alba videndus conſ.484.num.1.nam quando fuit productum ex parte Comitis Marliani hoc ipſum confeſſionis inſtrumentũ,aduerſarius vi,ſtimulis,atque morſu ſuæ ipſius cõſcientiæ compulſus, quæ vicem obtinet, & robur habet mille teſtium,non auſus fuit omninò negare, quin prænarrati inſtrumenti, & venditionis notitiam plenam habuerit, ſed ad aliud inane refugium confugit, quod ſcilicet ignorabat, an eſſet paternum datium illud, quod tamen, vt ſuperius probauimus,nihil eſt;tum quia huiuſmodi à iure præſumitur; tũ quia hoc ipſe inquirere debebat, & propterea, quando etiam fit denuntiatio de luitione, denuntiatur agnato tantum venditio, non autem quod res ſit eius maiorum: quia hoc ſibi inueſtigandum relinquitur; vnde fit, vt omnino concludamus hanc eſſe veram, & indubitatam ſcientiam, poſtquam etiam ex receptiori omnium ſententia præſumptiones iuris dicuntur li-
103 quidiſſimæ probationes,& faciunt certam,& veram probationem: ita vt per eam,etiam ſatisfiat ſtatuto huiuſmodi probationem requirenti,gloſ. optima ead.l.ſi tutor in verbo,oſtenderis, in fine, C.de periculo tutor.quæ loquitur in puncto probandæ ſcientiæ, de quo nos agimus, & eſſe opinionem communem perhibet Maſcardus videndus in verbo, præſumptio iuris, concluſio. 1227. numero vndecimo, & infra pluribus ſequẽtibus, & id procul omni dubio procedit,quando agitur de probanda re difficilis probationis, & in qua ſolent admitti coniecturæ, prout eſt probatio ſcientiæ, quæ ex receptiori ſententia, cum in
104 animo conſiſtat probatur coniecturis, vt affirmat idem Maſcardus eadem concluſione 1299. numero primo. quod contra adducitur ex vulgato capitulo in præſentia procedit, vel quando præſumptiones ſunt leues, & non legitimę,ſecus ſi ſint violentæ, & a iure approbatæ, vt ſunt inſtrumenta; item quando agatur de re facilis probationis, ſecus ſi difficilis, & in qua coniecturæ admittantur; item, vbi probatio per modum conditionis requiratur; item, vbi non concurrat aliquis actus poſitiuus, vt hic; item, vbi deſint alia adminicula rem manifeſtam facientia, quæ tamen innumerabilia propemodum in præſenti ſpecie adſunt, vt longa ſerie declarat Maſcardus videndus eadem concluſione 1227.per totam,& id meo iudicio optima nititur, & fulcitur ratione; nam cum res ſit dubia inueſtigatione indigens, Iudex ex coniectura incipit ſuſpicari, mox ei parti pro qua ſtat coniectura adhærere, dein
105 ex vehementi coniectura opinatur, & magis adhæret, ex vehementiori autem credit rem ita ſe habere, ex vehementiſſima vero firmiter credit, & iudicium facit, & ſententiam profert, vt diſtinguit hoſce gradus Bartolus in lege admonendi à numero vigeſimoprimo, vſque ad numerum 24. ff.de iureiurando, & in his terminis tradunt Afflictus ex cõtrario allegatus, de iure protomiſeos,§.2.numero quinto,& Caſſaneus de retractu rubrica decima, §. 5. verſiculo,ſed quæro, qualiter probabitur iſta ſcientia, Menochius de præſumptione libro primo,quæſtione ſeptima, à numero 49. vſque ad finem, & propterea iure merito in probationum materia multum iudicis
106 arbitrio tribuitur, l.3. ff.de teſtibus, Decius conſilio 650.& 652. Menochius de arbitrarijs iudicum caſu 90. & inter cætera, maximè amplectetur veriſimilitudinem,tanquam cognatam naturæ,quod veriſimile non eſt,velut falſitatis imagi-
107 nem dimittet, & abhorrebit, vt multa ad rem optimè facientia cumulat Maſcardus in verbo, veriſimilitudo concluſ.1409. per totam,vbi omnino vide,quid enim aliud eſt perfecta probatio, quam inducere animum iudicis ad perfectè cre-
108 dendum aliquid ita eſſe, vt affirmat Crauet.conſilio 73.numero 15.& 20.,& conſilio 158.numero vndecimo, & dixi ego conſilio 188. numero 48. volumine ſecundo, vbi vide, quia multa in hanc rem afferuntur ſcitu digna, & vbi motus iudicis non concurrit: quia non ſit veriſimile, tunc fidem non debet adhibere; quia in materia probationum veriſimilitudo potiſſimum ſpectanda eſt, & eam ſequi Iudex debet velut venator

ſectatur

ſectatur leporem,etiã ſi aliter fieri potuiſſet:quia
ſolebat dicere Baldus,poſſibile eſt,ſed non veriſi-
mile,& ideo non attendendum,l.ſcripturæ,nu.5.
& infra pluribus ſeq. C.de fide inſt. licet hoc no-
ſtro caſu adeo ſit à veritate, & veriſimili alienũ,
vt aduerſarius voluerit illas pecunias ſoluere,nõ
bene præcognita obligationis,& depoſiti,& præ-
cepti cauſa, pro quibus diu litigatum fuerat, vt
omninò non poſſit allegare ignorantiam, nec ſit
audiendus, ſi huiuſmodi leui, & inani tegumen-
to velit ſe tegere,& lucrum captare,cum alterius
iniuria,cum ſit ſupina,nimis inueriſimilis, ac fere
110 impoſſibilis,vt tradit Crau. ſępius adducto con-
ſilio 276. num.5. & frequentiori aſſenſu conſen-
tiunt ſcribentes iam adducti eod. §. duo fratres,
& Iudex debet, quantum facere poteſt veritati
inhærere, & in eius fauorem inclinare, pro quo
videt naturali ratione, & communi iudicio ſtare
111 veritatem, Alba conſilio 83. num. 1. idque præ-
ſertim,cum perſpiciat tot certiſſima argumenta,
tot legitimas coniecturas,& probabiles præſum-
tiones pro hac ipſa veritate viriliter animoque
magnò pugnare: ita vt quę nõ mouerint ſingula,
ſimul iuncta commouere omnino debeant, gloſ.
112 in l.2.in verbo legitimis,ff.de excuſatio.tutor.&
cum agatur de probanda ſcientia, quæ eſt quid
in genere,tunc coniunguntur præſumptiones plu
res,& imperfectę probationes ad plenam,& per-
113 fectam faciendam probationem,maximè quan-
do tẽdunt ad eundem effectum, vt tradit Gabriel
lib.comm.tit.de probat.concluſ.1. nume.1. & de
teſtibus cõcluſ.2. num.18. & qnicquid ſit in alijs
probationibus plures præſumptiones ſimul coa-
ceruantur ad conſtituendam plenam, & perfe-
ctam probationem, præſertim ſi ſint violentæ,&
114 dirigantur ad eundem finem, vt ſentit idem Ga-
briel eadem cõcluſione prima,de probat. nu.60.
& melius Maſcardus qui omninò videatur:quia
multa non contemnenda refert,ex quibus fundi-
tus tollitur omnis dubiratio concluſione 1229.in
verbo, præſumptio, & id ſine dubio procedit,
quando agitur de re, quæ coniecturis probetur,
115 prout eſt ſcientiæ probatio, vt probant Maſcar-
dus,& Gabriellius eadem concluſione prima, de
probatio.num.32.& 33.& ideo ſecundum ſubie-
116 ctam materiam præſumptiua probatio pro vera
probatione habetur, Boſſius videndus titulo de
delicto,num.11.& quis dicitur conuictus ſi con-
117 currant inditia, & argumenta indubitata, idem
Boſſius titulo de conuictis, nume.5. & probatio
quæ fit per locum à communiter accidẽtibus, eſt
118 concludens, & legalis, vt idem affirmat de deli-
cto,num.12.& licet aliquid liquido conſtare ne-
queat, argumentis tamen eſt agnoſcendum text.
119 optimus in l.non omnis,§.à Barbaris, ff.de re mi
litari. quod contra obijcitur procedit,vbi agatur
de re,quæ coniecturis non probetur,vbi non refe-
rantur ad eundem finem, vbi ſint leues coniectu-
ræ, vbi non agatur de probando quid in genere,
vbi huiuſmodi non ſint, quæ inducant animum
iudicis ad ita firmiter tenendum, vbi nõ concur-
rat actus poſitiuus, vt declarant ex alijs interpre-
tantes Bartolum ead. l. admonendi, ff.de iureiu-
rando,iam adducti Gabriel,& Maſcardus,& qui
ab eis referuntur;imò vt iam dixi vna etiam con-
iectura poteſt eſſe adeo potens, & violẽta, vt per
ſe ſola ſufficiat ad motũ Iudicis, vt ita certo cre-
dat,& tũc ſola ſufficit, etiam ad ſententiam, cap.
120 afferte gladium,de præſumpt.& affirmat Simon
de Prætis fol.544.num.140. poſt Bartolum in l.
demonſtratio,nu.16.ff.de condit.& demonſtr. &
cum vera ſcientia ſit ea,ad quam peruenitur per
121 ſenſum corporis,quæ ideo dicitur vera: quia di-
citur certa,& quæ falli nequit notitia, & veritas,
quæ per ſenſum acquiritur, vt docet acutiſſimus
Baldus in l.ſcire leges, ff.de legibus, & cum hæc
quæ longo cõtextu retulimus ſint optima, & ne-
ceſſaria media ex quibus colligitur aduerſarium
per ſenſus corporis, ſcilicet auditus, & viſus ſpe-
cificam, & ſingularem notitiam habuiſſe memo-
ratæ venditionis, dicimus omninò veram inde
ſcientiam probari; & licet inter ſcientiam, & in-
ſcitiam dentur quædam media, ſcilicet dubietas,
ſuſpicio,opinio ſimplex, & vehemens opinio, &
firma credulitas; attamen hæc vehemens opinio
conſona veritati,prout eſt in caſu noſtro neceſſa-
ria, & vehementiſſima, idem operatur & agit,
122 quod ipſa certitudo, vt inquit gloſ.fin.in l.ſi quis
extraneus,§.ſciendum,& ibi Baldus,ff.de acquir.
hęred. Maſcardus videndus conſ.53.nu.15.quos
refert,& ſequitur videndus in his proprijs termi-
nis, Caſſaneus de retractu eadem rubrica decima,
§.5.num.15.& hac in re animaduertendum puto
aliud eſſe,quod is in quo ſcientia deſideratur præ
ſumptiue aliquid ſciat per pręſumpta media,vt-
123 puta ex rumore populi, vel ex fama in genere,
vel ex ſimilibus medijs incertis, Tiraquellus de
retractu,§.36.gloſ.2.nu.31.& tunc meo iudicio,
hæc dicitur præſumpta ſcientia. aliud eſt, quod
Iudex per media quædam etiam præſumpta,ſed
tamen talia quæ faciũt, vt eius animi motus con-
currat ad firmiter credendum, quod ille in quo
ſcientia requiritur per ſenſum corporis aliquid
124 ſciuerit,& tunc arbitrarer hanc veram eſſe ſcien-
tiam;nam quod ſit vera, vel præſumpta ſcientia
non refertur ad perſonam Iudicis,ſed eius in quo
illa requiritur, & certo dicitur quis ſcire, quod
ſcit per iuris præſumptiones, & poteſt eſſe, quod
vera ſit ſcientia, ſed modus ſciendi præſumptus,
Baldus videndus conſil.437.num.5. Menochius
de arbitrarijs iud.caſu 89.num.12.& infra,& ita
ſi bene ponderentur intelligunt omnes Doctores
de hac re agentes,quod eſt maximè obſeruandũ,
ne ęquiuocemus in terminis; vnde cum adducta
argumenta conuincant aduerſarium non de prę-
ſumpta ſcientia,ſed de vera,ſcilicet,quod per ſen
ſus corporis notitiam perfectam habuerit ipſius
venditionis,vt diſtinguit Afflictus eod. tractatu,
§. 2. numero quinto, & infra; dum loquitur de
ſcientia facti,quod refertur ad ſcire debentẽ, tol-

litur omnis meo iudicio diſceptatio verę, vel prę
ſumptæ ſcientiæ.

Præterea, ſi etiam pręſumpta tantum ſcientia
adeſſet, qđ tamen apertè, & iure negamus, adhuc
illa ſufficeret in terminis ſtatuti noſtri: quia vt iã
ſuperius probauimus hoc tempus currit à die tra-
ditæ poſſeſſionis, vt habetur ſtatuto, cap. 418. ſen
tiente tunc perfectam cenſeri venditionem, quo
125 caſu pro ſciente agnatum lex habuiſſe videtur,
ſiue ignorauerit, ſiue ſciuerit, vt legitur ea. clemẽ.
1. §. cętetum, & ibi videatur Cardinalis Zabarel-
la, nu. 3. & infra; de conceſſione præbendæ, Alba
videndus conſ. 18. nu. 7. & ex magis recepta ſen-
tentia, tanquam tempus continuũ currit ignorã-
126 ti, vt ſuperius oſtendimus, & in puncto cenſet idẽ
Caſſaneus qui quæſo videatur ead. rub. 10. de re-
tractu, nu. 5. §. 5. in conſuetudines Ducales Bur-
gundiæ magnum addens verbũ, quod iſta eſt ve-
ritas in practica, & hoc idem firmat Boerius ex
Geraldo reprobato, Baldo contrarium ſentiente
in conſuetudines Galliæ, tit. 15. ſub rubrica vin-
dicię iure retractus, quæſt. 8.

Nec aduerſatur quod Senatus Excellenriſſi-
mus ad preces, & mutua reſponſa declarauerit at
tendendum eſſe tempus ſcientiæ, ſed an vera, vel
præſumpta eſſe deberet dixerit Iudicem Iuſtitiã
facere debere: quia meo iudicio ſano modo de-
bet hoc Senatuſcõſultum intelligi, vbi ſcilicet ali-
qua afferretur iuſta cauſa ignorantiæ, vtputa ab-
ſentiæ cauſa Reipublicæ, vel ex propria cauſa, ſi-
ne dolo ad ſimulandam ignorantiã, puta propter
captiuitatem, exilium, aut deportationem, vt cõ-
tinetur in conſtitutione Federici Imperatoris ſu-
per iure protomiſeos, quæ eſt impreſſa in princi-
pio eiuſdem tractatus Matthæi de Afflictis; ſecus
127 vero, vbi nulla probabilis cauſa ignorãtiæ affer-
retur, prout in caſu noſtro nulla prorſus adduci-
tur, & ſic intelligendo concordat cum iuris diſpo
ſitione, & cum ea diſtinctione, vt tunc ignoranti
ſuccurratur præſidio teſtitutionis in integrum ex
clauſula generali, quæ tamen non datur, vbi allė
garetur ignorantia, niſi craſſa, & ſupina, vt notat
interpres ad memoratum ſtatutum, capit. 417. in
primo, nu. 265. inquiens ita iudicari à Iuriſcon-
ſultis celebris collegij noſtri Sfortius Oddo de in
integrum reſtitutione minorum, q. 8. art. 9. nu. 4.
art. 10. num. 58. quæſt. 20. art. 4. num. 46. & 47.

Rurſus hoc reſcriptum Senatus declaratur ex
128 ipſis precibus, Alba cõſ. 721. nu. 4. Iaſ. in l. Iuſti-
tia, num. 11. ff. de iuſt. & iure, & vt minus lædatur
ius commune, Alba conſ. 214. nume. 7. Atqui in
precibus fuit adducta alia Senatus declaratio,
quæ procedebat in caſu probabilis ignorãtiæ, ſci-
licet quando facta eſſet venditio ei, qui iam ex lo
cato reperiebatur in poſſeſſione, ſeu tenuta bono
129 rũ; vnde non potuit venire ad notitiã agnati ven
ditio cũ mutata non ſit perſona poſſeſſoris, vt ad-
notauit interpres ad ſtatutum, cap. 418. nume. 5.
& 6. in primo.

Quæ cum ita ſint, ſit ſubdubitatũ in terminis
ſtatuti noſtri, vt præſumpta etiã ſcientia in agita-
130 to admittatur ad eum excludẽdum ab odioſo re-
tractu, vt firmat Decius conſ. 222. Alex. conſ. 24.
nu. 6. lib. 4. & alij ab interprete relati, nu. 260. Et
id maximè colligitur ex verbis claris ipſius ſtatu-
ti, dum voluit ex tranſmiſſa denuntiatione tẽpus
anni, & diei reduci ad triginta dies, quia ſenſerit
differentiam caſuum, ſcilicet denuntiationis; vn-
de habetur vera ſcientia, & non denũtiationis in
qua ſufficeret præſumpta ſcientia: quia ſi intelle-
xiſſet in vtroq; caſu de certa ſcientia, ſemper vo-
luiſſet denuntiationem fieri.

Nec aduerſatur Afflictus ex contrario addu-
ctus: quia ſi bene inſpiciatur vtranque ſcientiam
admittit, & licet in terminis ſtatuti ſupponat re-
quiri veram ſcientiam facti: quia ſtatutum in ca-
ſu ficto non procedat, tamen loquitur quãdo ſta-
tutum eam expreſsè, & nominatim requireret,
quod non eſt in caſu noſtro, vt num. 8. verſ. vnde
conclude. Nec dicatur quod idem eſt dicendum
in caſu noſtro ex declaratione Excellẽtiſſimi Se-
natus: quia id procedit, vbi ignorantia probabi-
lis afferatur, vel per modũ interpretatum; vnde
131 debet etiam interpretata, & præſumpta ſcientia
admitti, l. nihil, tam naturale, ff. de reg. iuris, Ia-
cobus autẽ Nouellus eo. §. 4. nu. 37. Tiraquellus,
§. 36. gl. 2. nu. 30. inquientes, ſcire enim quis dici-
tur quando ſeries facti optimè dignoſcitur, non
aduerſantur: quia loquuntur, & ipſi quando lex
nominatim ſcientiam requirit, vel denuntiatio-
nem, aut certiorationem; ſed omnis reſecatur am
biguitas in caſu noſtro, cum non tantum præſum
pta, ſed facti vera, & ſpecifica ſcientia cõuincatur
in ipſo aduerſario; vnde verſamur extra terminos
huius differentiæ.

Omni caſu animaduertatur Doctores tenẽtes
præſumptam non ſufficere ſcientiam, omnes cõ-
132 cedere ex ea transferri onus in aduerſarium pro-
bandi probabilem ignorantiã, vt clarè ſenſit Af-
flictus ex aduerſo allegatus eo. §. 2. num. 8. & 9. &
expreſſe affirmat additio ad Napodanum in con
ſuetudines Neapolitanas, ſub rubrica de iure cõ-
grui, nu. 40. in littera C. vbi affert exemplũ præ-
ſumptæ ſciẽtiæ, vt quia per bannum fuit in loco
notum, & inquit, tunc actor probat de iuſta igno
rantia, & ita ait practicari, atq; forenſi vſu rece-
ptum, quod eſt magnum verbum: quia in iudi-
cando non eſt recedendum à practica, & ſubdit
in rebus ad ſubhaſtationem venditis elapſo tem-
pore vicinum excludi: quia non poteſt allegari
ignorantia eorum quæ publicè fiunt.

Nec dicatur, hæc ignorantia facile probabitur
133 per iuramentum deferendum aduerſario, vt con-
tra tãgitur ex Albignano cõſ. Matrimoniali. 67.
& melius probat Afflictus eod. §. 2. nume. 8. & 9.
quia agatur de re in animo conſiſtente.

Nam reſpõdetur, hoc ita ex regulari iure eſſe;
ſed ſi ſinet aduerſarius me peruenire quò volo, in-
telliget limitari quando ſcientia eſſet, vt hic, con-
cludenti ratione probata.

Item

Item, vbi perſona ſit ſuſpecta, vel moribus corruptis, vel periura. Item, quando ageretur de magna quantitate, & præiudicio, Iudicis arbitrio inſpecta qualitate iurare debentis. Item quando ageretur de ignorantia affectata. Item quando tractatetur de lucro captando, vel de tertij præiudicio, ita contrariam concluſionem eleganter declarant Marſilius in l. Maritus, nu. 36. & 40. ff. de quęſtionib. & plenius Seraphinus vidĕdus de priuilegijs iuramĕti, priuilegio 4. nu. 77. & 78. & nu. 100. & 102. & nu. 123. & nu. 124. verſ. 15. nec diſſentiunt Albignanus, & Afflictus, dum loquuntur quando præſumptiones ſcientiæ eſſent leues, & debiles, & verſaremur extra earũ limitationes communi doctorum conſenſu approbatas.

Quare cum iam tandem integerrimus, & doctiſſimus Cõſultor videat ex parte Comitis Marliani extare omnem veriſimilitudinem; imò ipſam veritatẽ, omnem fauorem, omnemq; ęquitatem, cum de damno agat: ex parte vero aduerſarij pugnare omnem inueriſimilitudinem, omne odium, omnemq; iniquitatem, cum de lucro captando, cum tertij iniuria tractet, iuſte quod iuſtum eſt decernens, iam tandem pro Comite noſtro pronuntiet, cui comes eſt omnis iuſtitia, & pro quo ſine pauore audacter ego ipſe iudicarẽ, ſi cauſa mihi commiſſa foret.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO GEORGIO Cribello.

ARGVMENTA.

Subſtitutus an capere poſſit, quod ex ſubſtitutione ad eum venit, non obſtante agnitione legati facta de omni, & toto eo, quod ad eum ſpectare poſſet ex, & de hæreditate legantis, ſi ſubſtitutionis caſus poſtea euenerit lõgè poſt mortem teſtatoris, & ſubſtitutio facta ſit à fratre legantis.

Legitimatus per ſubſequens matrimonium an is dicatur, ſi tempore eius conceptionis matrimonium eſſe non poterat, cum poſtea ducta vxore; & an is legitimari poſſit poſt mortem patris, vt cum alio filio legitimo ſuccedere poſſit.

SVMMAE RERVM.

1 *Legatum alicui factum, pro omni, & toto eo, quod petere poſſet, ſuper eius hæreditate, compenſandi animo factum cenſetur.*

2 *Legotum factũ pro omni, & toto eo, quod quis prætendere poteſt, compenſandi animo factum cenſetur, etiamſi maius eſſet debitum, quàm legatũ.*

3 *Dictio vniuerſalis affirmatiue prolata omnia comprahendit.*

4 *Expreſſum verbis vniuerſalibus perinde habetur, ac ſi nominatim expreſſum foret.*

5 *Specialis expreſſio maioris eſt roboris, & firmitatis, quam generalis.*

6 *Dictio, occaſio, omnem cauſam, tam proximam, quã remotam ſignificat.*

7 *Fideicommiſſum an dicatur de hæreditate, & an cõprahendatur in legato facta animo cõpenſãdi.*

8 *Totum qui dicit nihil excludit.*

9 *Adita hæreditas hæredis patrimonium dicitur.*

10 *Fideicommiſſum debet capi de manu hæredis.*

11 *Fideicõmiſſi caſum eueniſſe, ſentẽtia declarari dẽt.*

12 *Fideicõmiſſi bano in vniuerſali inſtitutione, & in vſuſfructu quarumcunq; banorum continentur.*

13 *Verbum, poteſt, camplectitur omne ius, tam præſens, quàm futurum.*

14 *Deſperandum nec temere propter ignauiam, nec nimis confidendum propter cupiditatem.*

15 *Renuntiatio facta per ſororem de paterna hæreditate non porrigitur ad hæreditatẽ fratris, etiam ſi in ea contineretur niſi paterna hæreditas.*

16 *Verba intelliguntur eo reſpectu, quo prolata ſunt, & reſtringuntur ad cogitatum.*

17 *Verbum, poteſt, intelligitur ex cauſa, ſeu ex contractu de præſenti.*

18 *Diſpoſitio qualibet intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

19 *Cauſa à principio non cogitata excepta ſemper intelligitur in quacunque exceptione.*

20 *Diſpoſitio etiam vniuerſalis debet reſtringi ad id, quod eſt rationis, & æquitatis, & ne inanis ſit.*

21 *Legatum lucrum afferre debet.*

22 *Compenſatio non inducitur, vbi legatũ inutile eſt.*

23 *Hæreditas adita adhuc dicitur hæreditas propter fideicommiſſi onus iniunctum.*

24 *Tẽpus teſtamẽti, & non mortis inſpiciẽdũ videtur.*

25 *Filius legitimatus venit in fideicommiſſo facto filijs legitimis, & naturalibus, ſecus ſi de legitimo matrimonio nati vocati ſint.*

26 *Filius per ſubſequens matrimonium non efficitur legitimus, vbi tempore eius conceptionis matrimonium eſſe non potuiſſet inter coniuges.*

27 *Matrimonium clarum, & manifeſtum eſt probandum, vt quis per ſubſequens matrimonium legitimatus intelligatur.*

28 *Spurij filij inſtitutio inanis eſt, & ei relictum venientibus ab inteſtato tribuitur.*

29 *Meretriciam vitam ducendi occaſio eſt adimẽda, & non laxanda, & quæ indè afferãtur detrimenta eleganter explicatur.*

30 *Filius ſpurius inſtitui poteſt, cum facultate legitimãdi, & vt capiat ea tempore quo capax fuerit.*

31 *Filij legitimè nati ex filio ſpurio ab inteſtato licet auo ſuccedere prohibeãtur, ex teſtamẽto tamen ſuccedere poſſunt.*

32 *Filijs legitimè natis, an auus plus relinquere poſſit, quàm filio ſpurio.*

33 *Legitimus verè, vt quis dicatur, debet eſſe ex matrimonio legitimè natus.*

34 Filio ſpurio alimenta debentur.
35 Filius legitimatus non debet admitti ad patris hæreditatem contra eius voluntatem.
36 Hæres non poteſt venire contra factum defuncti, niſi illud ſit à iure improbatum.
37 Filius per ſubſequens matrimonium qui legitimatus putabatur, cum tamen non eſſet propter impedimentum exiſtens tempore eius conceptionis, an poſsit curare, vt legitimus fiat à Comite Palatino, & an ſubſtitutio de eo facta valeat.
38 Legitimari an quis poſsit poſt mortem patris, ſi eius conſenſus acceſſerit.
39 Spurius filius deleta macula per legitimationem remouet ſuus hæres.
40 Filius legitimatus teſtamentum rumpit.
41 Legitimatio vera, ſed potius diſpenſatio in filio legitimato cadit.
42 Legitimatio fortior eſt, ſi fiat à Comite Cæſareo, & Pontificio.
43 Filius per ſubſequens matrimonium legitimatus intelligitur, etiam ſi poſt eum ſuſceptum, alter coniugum matrimonium contraxerit, quo poſtea diſſoluto, facti ſint coniuges.

CONSILIVM CCXCV.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PEtrus Franciſcus Gallaratus, anno 1571. ſibi hęredē ſcripſit Marcum Antoniū eius fratrem, & quandocunque is decederet, abſque filijs maſculis legitimis, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, ei ſubſtituit Cęſarem Carolum, & Auguſtinum, & Io. Baptiſtam filios Paulę, eius ſororis, & Phyſici Pirri ex Capitaneis Scaloæ, nec non Georgium Cribellum pariter legitimum filiū, & naturalem Margaritę alterius eius ſororis, & Fabricij Cribelli, & quoſcunque alios filios maſculos naſcituros ęquis portionibus, & eos, & quemlibet eorū, &c. ad inuicē, & viciſſim ſubſtituit, vulgariter, & pupillariter, & per fideicōmiſſum, &c.

Deceſſit Marcus Antonius hęres ſcriptus abſque liberis, anno 1580. adeò quod memoratę ſubſtitutionis locus factus eſt, teſtamentumq; condidit in quo inſtituit hęredes vniuerſales eoſdem filios Paulæ, Margaritæ vero eius ſorori aureos tercentum legauit in quibus voluit compręhendi ſortem, ſeu capitale librarum quatuor millium a teſtatore eidem debitarum, & hoc etiā pro omni, & toto eo, quod eadē Margarita, & Georgius filius ſuus petere, habere, & conſequi poſſent in, & ſuper dicta hæreditate ſua, & iā virtute dicti teſtamenti facti per præfatum quēdam Petrum Frāciſcum fratrem ſuum, quàm cauſa dicti capitalis, & fictorum reſpectu temporis futuri, & alia qualibet de cauſa quomodolibet: quia vult, quod dicta Margarita, & filius taciti remaneant præſenti legato, & diſpoſitione. hactenus teſtatoris verba; euenit quod Ioā. Baptiſta deceſſit ante mortem Marci Antonij, poſt vero eius mortē, & poſt aditam eius hæreditatem deceſſere Auguſtinus, & Carolus: dubitatur an Georgius poſſit ex ſubſtitutione fideicōmiſſaria Petri Franciſci Gallarati ſuccedere, non obſtante prænarrato legato, ſic vt ſupra facto, & à Margarita ipſius Georgij matre, vt fertur iam agnito, & acceptato.

Et prima facie videtur, dicendum id ei non licere; nam conſtat hoc legatum factum fuiſſe animo cōpenſandi, maximè propter illa verba, pro omni & toto eo, &c. & per alia verba, quia volo quod dicta Margarita, & filius taciti remaneant præſenti legato, & diſpoſitione; nam cum hęc tota ſit voluntatis quæſtio, ſufficit ad hāc ipſam cōpenſationem inducēdam voluntatis coniectura,
1 quæ ſatis euidens, & perſpicua ſit, ex ipſis clauſulis; nam ſic diſponendo teſtator voluit, vt vnū ſuccederet in locum alterius, l. creditorē de leg. 2. & conſuluere Corneus conſ. 345. nu. 3. verſ. ex quo enim lib. 1. Crau. conſ. 149. nu. 3. Menoch. de pręſumpt. lib. 4. præſumpt. 110. nu. 30. Card. Mantica de coniect. vlt. volūt. lib. 10. tit. 2. nu. 17. & 23. & tit. 3. nu. 25. Simō de Prætis de interpr. vlt. volūt. lib. 4. dub. 6. nu. 38. fol. 385. at ergo, quod pro
2 cedit etiamſi maius eſſet debitum, quàm legatū, vt cōmu. dicit Peregrinus de fideicōmiſſ. art. 33. nu. 42. legatariusq; agnoſcendo legatum cēſetur debitū remittere, vt affirmant iā relati ſcribentes.

Secundò, cum teſtator legauerit eos trecētum aureos annuos pro omni, & toto eo, quod eadem Margarita, & filius ſuus petere poſsēt in, & ſuper hæreditate ſua, tam virtute dicti teſtamenti facti per pręfatum P. Franciſcum, quā cauſa dicti capitalis, &c. hinc conſtare videtur eum voluiſſe, vt omne ius, quod poſſent ex eo teſtamento habere eadem mater, & idem filius, & ſic fideicōmiſſi etiā in eo ſcripti remiſſum cēſeretur, vel pro cōputato haberetur in eo legato; nam hæc nominatim, & indefinita huius teſtamenti mentio facit, vt omne ius in eo contentum in legato compræhenderetur, & pro extincto, & cum legato compenſato haberetur; tum quia ſingularis illa teſtamēti mētio, relata ad illa verba, vniuerſalia, & quidem geminata, ſcilicet pro omni, & toto eo, quod poſſet petere, & conſequi virtute dicti teſtamēti, & alia qualibet de cauſa quomodolibet oſtēdunt mentem teſtatoris fuiſſe, vt omne ius, etiam fideicommiſſi in eo legato cōtineretur, cum hæc ſigna vni-
3 uerſalia affirmatiuè prolata omnia cōpræhēdāt, vt docet Bart. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 2. & l. ſi ita, ff. de auro & argento legato, & l. 1. ff. de regu. iur. horumq; vniuerſalium verborum efficax virtus, & vis tāta eſt, vt habeantur perinde, ac ſi nominatim à teſtatore enumerata fuiſſent ea omnia, quæ in eo teſtamento leguntur ad quod ſe retulit, & per conſequens etiam fideicommiſſum in eo ſcriptum ad legatarij cōmodum, vt illud remiſſum,
4 vel compenſatum, aut excluſum cenſeatur, vt in ſimilibus terminis explicat Iaſ. videndus cōſ. 43.
verſ.

verſ.ſed premiſſis lib.3.& multos,& multa in idē
refert Simō de Pretis relato tract.lib.2. ſol.1.nu,
51.ſol.168.ſingularisq; illius teſtamenti mentio
oſtēdit animum teſtatoris fuiſſe, vt omne ius,qđ
illius virtute legatarij conſequi poſſent, cenſere-
tur in legato comprehēſum,cum ſingularis expli-
catio plus habeat firmitatis,& roboris,quam ge-
5 neralis,gloſ.in cap.quanquam in verbo, plus,di-
ſtinct.23. Tiraqu.de legibus connubial.in verbo,
exprez,gloſ.7.nu.124. præterea illa verba virtu-
te teſtamenti denotant, velut verbū occaſio,om-
nem cauſam,tam proximam,quàm remotam,&
6 quocunque modo ab eo teſtamento proficiſcen-
tem, vt ſcribit Soc.ſen.conſil.156.num.21.vol.2.
& dixi ego conſil.179.num.24.volum.2.

Nec obſtat ſi dicatur illa verba, quantumuis
vniuerſalia, debere ab adiunctis reſtringi,ſcilicet
in,& ſuper hereditate ſua,at qui fideicommiſſum
non dicitur in ſua hæreditate eſſe,ſed illud tantū,
quod debebatur eidem Margaritæ, & filio ex te-
ſtamento Petri Frāciſci ratione legatorū aureo-
rum mille,item vini, & aureorum quinquaginta
in quibus verba huius legati Marci Antonij poſ
ſunt comprobari,nō autem in fideicōmiſſo,quod
non dicitur debitum à Marco Antonio teſtatore,
7 quia fideicommiſſum non eſt,de hæreditate,vt in
ſimilibus terminis, reſpondit Dec.conſ.425.nu.
25.& 16.quem refert Mant.eo.trac.lib.10.tit.2.
nu.4.facit Cepha.conſ.259.nu.22.& infra lib.2.

Quia reſpondetur fideicōmiſſum ſatis hoc ca-
ſu dici de hæreditate,cū appoſita fuerint illa am-
pla verba,nedum generalia,ſed vniuerſalia,ſcili-
cet pro omni, & toto eo,&c. vt diſtinguit Barto.
in l.ſi Titius,de leg.3.& l.cum virum, C.de fidei-
commiſſis, & l. Marcellus, §.quidam,ff.ad Treb.
& ſequitur Crauet.conſ.227.num.13.

Secūdò,cum teſtator amplis adeo verbis ſe re-
tulerit ad teſtamentum Franciſci,videtur,vt om-
ne ius,etiam fideicommiſſi complecti voluerit;nā
8 qui totum dicit nihil excludit,l.Iulianus in prin-
cip.ff.de leg.3.l.fin. ff.de pen. legata.

Tertiò,cum hæreditas nō dicatur amplius he-
reditas, ſed ſuum ipſius heredis patrimoniū pro-
pter coniunctionem,& cōfuſionem,quę cū eo fit.
9 l.ſed ſi plures,§.filio,ff.de vulg.& pupil. Alexan.
nu.8.& Iaſ.nu.14.in l.j.§.veteres,ff.de acq.here-
dit. conſequitur vt bona Petri Franciſci rectè di-
cerentur effecta patrimonium M.Antonij, & ex
conſequenti de eius hereditate, maximè quia ex
nota & recepta doctorū ſententia fideicōmiſſum
10 etiam manifeſtum capi debet de manu heredis,l.
non eſt dubiū, C.de leg.l.Paulus reſpondit, ff.ad
Treb.§.inſtituta,inſt.de fideicōmiſſ.hæred. Alex.
conſ.82.lib.2. Dec.conſ.84.& conſ.424. & conſ.
467.Iaſ.videndus conſil.146.lib.4. Crau.pariter
videndus conſ.376.nu.12. Alciat.conſ.27. nu.8.
& conſ.107.num.4.lib.9. Simon de Pretis relato
tractatu de interpret.vlt.volunt. lib.5. interpr.2.
dub.1. nu. 123. idque preſertim Mediolani pro-
cedit cum ex Cæſareis conſtitutionibus poſſeſſio
defuncti cenſeatur in heredem cōtinuata quoad
omnem effectum,quo fit, vt deſidereretur ſenten-
11 tia à qua declaretur eueniſſe caſum fideicōmiſſi,
Crauet.conſ.802.nu.24. Cotta in ſuis memoria-
lib.in verbo,decreto Mediolani, Plot.in l.ſi quā-
do,nu.848.C.vnde vi, Peregrinus de fideicōmiſſ.
art.47.nu.14.& nu.20.& ſeq.& in vniuerſali in-
12 ſtitutione continentur bona fideicōmiſſaria Mar
zarius epitom.fidei.parte 2.q.4. verſ. ſed in con-
trarium, cui,& in vſufructu omnium,& quorū-
cunq; bonorum ſuorum continentur bona etiam
fideicommiſſaria, Alba conſ.73.nu.5. Borgninus
de vſufructu,nu.99.& 100. Mantica de coniect.
vlt.volunt.lib.9.tit.6.num.8. & fideicommiſſum
dicitur pars hæreditatis,idem Alba cōſ.27.nu.4.

Tertiò, cum M. Antonius teſtator vſus fuerit
verbo,poſſent,quod habet ſignificationem longè
latèque patentem,& ampliſſimam,voluit cōple-
13 cti omne ius, quod proinde impoſterum habere
potuiſſent virtute memorati teſtamenti, l. ſi ita
quis,ff.de leg.2.& declarat Mantica eo.tract.lib.
3.tit.11.nu.12.etiam ſi in ſpe, qua poſſimus falli
id omne poſitum, atq; defixum eſſet;nā licet ſpes
ſit omnium rerū fallaciſſima, minimaq; pars ea-
14 rum rerum quas ſperamus ex ſententia ſuccedat
noſque ipſos ſpes ipſa,tāquam vigilantis ſomniū
ſæpe fruſtretur,& virens florensq; repente preter
ſpem viriditate amiſſa areſcat,& quos frondeſcēs
vberes promiſerat fructus,arida dare nequeat,at-
que ſine vlla rerum expectatione meliorū, nos in
profundum deſperationis abijciat,& cū ſpes om-
nes decipiat,atq; ideo rectè exclamari poſſit,ſpes
heu fallaces,ego ſpem pretio non emo; attamen
cū multa præter ſpem ſciamus multis bona eue-
niſſe,& ægroto, dum anima eſt ſpes etiam ſit, &
ſæpe quos ſolers cura Medicorum reliquit, reſti-
tuat omnipotens Dei gratia, dum tu viuis ſpera-
re decet,nec vena deficiēte ſpes omnino cadit, &
ſicut ſperata,& optata vix pauca, & cum magna
moleſtia eueniūt, ita & interdum deſperata fau-
ſtè fœliciter proſpereq; obueniunt,& inſperata,ac
ſubita letitia, nos ipſos fugientes excipit,diffiden
tes confirmat, afflictos erigit, perditoſq; recreat
& nauis imbri,tēpeſtate,ventis,& procellis,turbi
nibus inter fulmina, & tonitrua diu in alto iacta-
ta,& quaſi euerſa,& vehementibus vndis erepta,
& naufragio proxima,ſedatis fluctibus,& tempe-
ſtate iam commutata, in portu præter omnium
opinionē ſalua collocatur; ſicq; confidere opor-
tet; nā poſt multas venit vna ſerena dies, & poſt
tenebras ſperanda eſt lux, & forſan cras erit me-
lius, viuis ſperandumque eſt, vita functis ſpes nul
la medetur,& aliquādo præter ſpem triſtibus læ-
ta miſcentur, & inſperata accidunt magis ſæpè,
quàm quę ſperes. Igitur in vna quaq; re confide-
res,ne aut temerè deſperes propter ignauiam,aut
nimis confidas propter cupiditatē,ſed ita ſapien-
ter te geras, vt in te nihil prorſus culpæ conferri
queat,nā nihil eſt ſapientis preſtare,niſi culpam,
& nedum tuæ virtuti,& conſtantiæ confidas, ſed

benignitati Dei Optimi Maximi, qui nunquàm
iuſtos derelinquit; imò de diuina eius miſeratio-
ne tunc ſperandum amplius eſt, cum præſidia hu
mana defecerint, & propterea non omnis qui
mortiferè vulneratus eſt, moritur, ſed ſupera-
ta interdum vi morbi conualeſcit, vt ait I.C. in l.
1.§. vlt. ff. ad Senatuſconſult. Syla. nec ſpes omni-
nò abijcienda eſt, niſi vitali lumine prorſus extin
cto, iuriſque etiam quod in ſola ſpe collocatũ ſit
leges noſtræ rationem habent, illudque acquiri,
& in alium transferri poteſt, ad iactus retis exem
plum, vt multa, & cõplura ad ſpem, & ad deſpe-
rationem pertinentia recenſet Tiraq. de leg. con-
nubia. in verbo, en pouuor de ſon' marij gl. 2. nu.
26. & infra, atq; ideo teſtator noſter rectè potuit,
ſub eo generali ſermone intelligere, vt ius hoc
etiam à ſpei expectatione pendens veniret.

His tamen minimè aduerſantibus arbitror ſe-
cundum ea quæ proponuntur cõtrarium eſſe ve-
rius, vt ſcilicet Georgius poſſit conſequi, quod ei
obuenit ex ſubſtitutione prenarrata propter mor
tem Auguſtini, & Caroli ſecutã longè poſt mor-
tem M. Antonij legantis.

Primò, quia cum M. Antonius teſtator ſe re-
tulerit ad ius quod erat in, & ſuper hereditate ſua
tempore eius mortis ad quod ſe refert hæredita-
tis nomẽ, l. hereditas, ff. de reg. iur. l. pen. ff. de fun-
do inſtruct. l. filiam. ff. de auro & argento lega-
to, & hoc ius non eſſet in eius hereditate, cum ad-
huc Auguſtinus & Carolus viuerent, & eorũ adi-
tione bona ſint effecta, de patrimonio, & hæredi-
tate Auguſtini & Caroli, conſequitur, vt nõ pro-
hibeatur Georgius petere quod ex eorum hære-
ditate, & perſona, ſibi debetur, non obſtante ipſo
legato, quod ſe reſtrinxit, & coarctauit ad here-
ditatẽ M. Antonij legantis, & non ad aliud quid-
piam extraneum, ea. l. ſi Titius, ff. de leg. 3. & ſatis
confirmatur ex recepta illa concluſione, vt renũ-
tiatio ampliſſimis verbis per ſororem facta de pa
15 terna hæreditate non porrigatur ad hæreditatem
fratris, licet in ea contineatur, niſi paterna hære-
ditas, vt commun. renuntiat Iaſ. ea. l. 1. §. veteres,
num. 23. ff. de acq. poſſeſſ.

Secundo licet verbum, poteſt, habeat ſignifica
tionem longè latèque diffuſam, tamen ex adiun-
ctis reſtringi debet, ſcilicet in, & ſuper hæreditate
M. Antonij, vnde cum nunc agatur de hæredita-
te Auguſtini & Caroli, quibus fuit à P. Franciſco
Georgius ſubſtitutus, non cõueniunt verba lega-
ti, nec eius diſpoſitio ad caſum diuerſum, limitata
& reſtricta, ſcilicet ad id quod in, & ſuper heredi-
tate M. Antonij peti poſſet, vnde cum id non pe-
tatur in, & ſuper eius hæreditate, ſed ſuper ea Au
guſtini & Caroli, non poteſt obeſſe, quia limitata
cauſa limitatum producit effectum, l. in agris, ff.
de acq. rerum domin. & verbum poteſt, quamuis
referatur ad tempus futurum, debet intelligi ra-
16 tione hæreditatis M. Antonij; nam verba intelli-
guntur eo reſpectu quo prolata ſunt Crauet. cõſ.
9. nu. 21. & etiam ampliſſima, & vniuerſalia, ad
cogitatum reſtringuntur, & ex mente diſponẽtis
idem Crauet. conſil. 3. num. 11. & ad caſum pro-
ximum, & non ad remotũ referuntur idem Cra-
uet. conſil. 259. num. 9.

Tertiò verbũ, poteſt, intelligitur ex cauſa, ſeu
ex contractu de præſenti, & ſic quę, vel qui tẽpo-
17 re teſtamẽti ſubeſſet, Bartolus in l. quod Seruius,
nu. 3. & 4. de condictione cauſa data, & in l. 1. nu.
4. vbi vide, C. de pactis, & ibidem Ripa, num. 26.
Cagnol. nu. 81. & infra; & idem Bartolus, & cæ-
teri ſcribentes in l. qui Romę, §. duo fratres, num.
19. quæſt. 6. ff. de verb. oblig. vbi idem Ripa, nu.
77. nam quælibet diſpoſitio intelligitur rebus ſic
ſe habentibus, & ſtantibus, non ſi noua ſuperue-
18 niat cauſa, quæ in ipſa diſpoſitione generali non
comprehenderetur, etiam per verba futuri tem-
poris, Gozad. conſ. 27. nu. 1. Tiraq. in præfat. l. ſi
vnquam, nu. 166. C de reuocand. donat. Decius
conſ. 581. num. 12. Herculanus tract. de cautione
de non offendendo, cap. 13. nu. 3. Alex. videndus
qui loquitur in terminis verbi, poteſt, conſil. 46.
num. 2. & 6. vol. 1. Rom. conſ. 22. col. 1. & ſemper
in quacunq; diſpoſitione excepta intelligitur cau
19 ſa à principio non cogitata, l. mater decedens, ff.
de inoffic. teſtam. Tiraq. ea. l. ſi vnquam, nume. 1.

Quarto idem ſenſus confirmatur; nam quæli-
bet diſpoſitio, etiã vniuerſalis, debet reſtringi ad
id quod eſt æquitatis, & rationis, & ne diſpoſitio
20 vana ſit, & inanis, Idem Crauet. eo. conſ. 3. nu. 6.
& conſil. 201. nu. 36. atqui ſi contraria fieret in-
21 terpretatio, legatum, quod eſt eius naturæ, vt lu-
crum afferat, l. legatum eſt, de leg. 2. damnum fa-
ceret, vnde merito compẽſationis coniectura ex-
cluditur, ne hoc inconueniens ſequatur, cum præ
22 ſertim agatur de perſonis, quas teſtator valde di-
ligebat, & amabat, Decius eod. conſ. 425. nu. 14.
& conſil. 324. num. 1. Mantica relato iam tracta-
tu lib. 10. tit. 2. nu. 25. & vno conſenſu concedunt
alij ſuperius excitati.

Sanctius eſt igitur, vt dicamus hunc caſum po
ſtea ſuperuenientem non admittere legati com-
penſationem, cum de eo teſtator nõ cogitauerit,
& ſe retulerit ad tempus eius mortis, & ad ius qđ
erat in, & ſuper eius hereditate, & nunc agatur de
hæreditate Auguſtini & Caroli poſtea defuncto-
rum, & ad quorum hæreditatem fuit Georgius
vocatus ex fideicõmiſſaria ſubſtitutione ſcripta
in teſtamento Petri Franciſci, vnde cum nõ con-
ueniant verba legati relata ad ſuam hæreditatẽ,
& ad id quod ex ea deberetur, non congruit vtri-
que eius diſpoſitio.

Ad contraria reſpondetur, licet legatum factũ
ſit à M. Antonio animo compenſandi, id tamen
intelligi debere ratione eorum, quę debita erant,
in, & ſuper eius hæreditate, vnde cum nunc aga-
tur de hæreditate Auguſtini & Caroli, vel Petri
Franciſci non procedit compenſatio, quam etſi
adita hæreditas non dicatur hæreditas, tamen
quando aliquis eſt inſtitutus hæres, & iuſſus hæ-
23 reditatem reſtituere, ſi adit adhuc, dicitur heredi-

tas

tas propter onus fideicōmiſſi, & non efficitur proprium patrimonium, vt explicat Iaſ. ea. l. 1. §. veteres, nu. 19. verſ. iſtud eſt verum, de acq. poſſeſſ.

Ad ſecūdum dicitur verba illa vniuerſalia pro omni, & toto eo adiuncta teſtamenti mentione poſſe comprobari ratione eorum, quæ continentur ratione hæreditatis M. Antonij ad quam ſe idem reſtrinxit, non ad præſentem caſum hæreditatis Auguſtini, vel Caroli, qui eſt longè diuerſus.

Ad tertium ſatis reſponſum eſt in ſecundo, & tertio argumento pro hac parte, vt ſcilicet verbum, poteſt, licet reſpiciat etiam tempus futurum, tamen eam tacitam habeat intelligentiam, nempè ex cauſa de præſenti, & rebus ſtantibus prout erant tempore mortis Marci Antonij ad quod ſe retulit, quatenus de hæreditate ſua mentionem fecit, & maximè vt effugiamus perabſurdam illam interpretationem, vt legatum factum dilectis perſonis inane prorſus, & futile efficeretur, cum longè maior eſſet compenſatio ipſo debito, quod compenſari voluiſſe videtur ipſe legans, qui putauit eo legato iuſtis æquare partibus portionem debitam ipſi Georgio inſpecto tempore mortis ipſius M. Antonij, & rebus eum
24 ſtatum tenentibus, quem tenebant tempore teſtā menti, quod ſpectandum videtur, vt tradit idem Mantica eo. tract. lib. 3. tit. 11. nu. 3. nec verbum poteſt offendit, cum vt iam diximus intelligi debeat ex cauſa de præſenti, & rebus ſic ſtantibus, & ratione hæreditatis Marci Antonij, de qua cū nunc nō agatur, ſilet prorſus omnis dubitatio, & firma manet hæc ſecunda pars, quæ eo magis eſt amplectenda cum ſit benignior, & æquior, & magis cōſentanea menti ipſius legātis, & Petri Franciſci fideicommittentis, qui ſicut hos nepotes pari amore dilexit, ita etiam eoſdem, æquali, & pari ſuæ hæreditatis commodo locupletare voluit.

Quod vero pertinet ad aliud quæſtionis punctum, libenter vidiſſem teſtamenti tabulas, vt certius iudicium facere valerem: verum ſi vt proponitur fideicōmiſſum vocat filios legitimos, & naturales, nulli dubium eſt, quod filius legitimatus reſcripto Principis, & tanto magis beneficio ſubſequentis matrimonij, cuius legitimatio eſt plenior, & fauorabilior in eo continetur, & ſubſtitutum excludit, cum vtraque qualitas concurrat, quod ſcilicet ſit naturalis, & legitimus; ſecus ſi fideicōmiſſum legitimè natos, vel de legitimo ma-
25 trimonio procreatos tantum vocaret, quia cum tempore natiuitatis ea deſiderata qualitas nō inſit, in fideicommiſſo nō continetur, vt magis communem profitetur Cardinalis Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 17. & Præſes Menochius tract. preſumpt. lib. 4. præſumpt. 81. num. 12. qui teſte doctiſſimo Alciato, ait ita iudicatum fuiſſe per excellentiſſimum Senatum noſtrum.

Cęterum ſi tempore concepti huius filij teſtator fuiſſet matrimonio iunctus, & tanto magis ſi mulier viro & ipſa velut vitis palo alligata foret per ſubſequens matrimonium, nullo modo filius tunc conceptus, aut natus cēſeretur legitimus fa-
26 ctus, cum hæc ſubſequētis matrimonij legitimatio quadā iuris fictione ab vno tempore ad aliud trāsferatur, & exploratū ſit fictionis adumbrarā lucem locū habere non poſſe, vbi veritatis, quaſi ſolis lumē elucere nequeat, vt eſt tex. & ibi notāt omnes in cap. tanta, qui filij ſint legitimi, l. nuper. C. de naturalib. liberis, §. vltimo. Inſt. de nuptijs. Decius conſi. 306. nu. 6. idem Mantica loco proximè relato, num. 5. Ludouicus Sardus tract. de natural. liber. ſub rubr. de legitimat. per verū matrimonium, titulo de requiſitis in legitimat. nu. 6. & id maximè dicendum eſt, ſi poſtea clarum,
27 & manifeſtum non ſit ſubſecutum matrimoniū, quæ qualitas, vt ſcilicet matrimonium ſit cōtractum in faciem eccleſiæ, neceſſaria eſt in huiuſmodi legitimatione, vt probat idem Mātica vbi ſupra, num. 13. & hodie id eſt expeditum ex Sacroſancto Cōcilio Tridentino ſeſſione 24. de reformatione, cap. primo: quo clandeſtina matrimonia improbātur, & recta forma legitimè contrahendorum matrimoniorum præſcribitur, & qua non ſeruata huiuſmodi contractus irritos, & nullos eſſe decernit.

Corruente itaque hac legitimatione ex ſubſequenti matrimonio inducta, cum id tempore cōceptionis filij eſſe non poſſet, conſequitur, vt illegitimus, & ſpurius remaneat is filius tanquam
28 natus ex damnato coitu, & inanis efficiatur inſtitutio de eo facta, & relictum ab eo tanquam indigno, & incapaci auferendum ſit, & tribuēdum venientibus ab inteſtato, vt eſt textus in l. fin. & in authen. licet. C. de naturalibus liberis, & communem dicit Clarus, §. teſtamentum, quæſt. 31. verſic. ſed quid ſi pater. Alciatus noſter conſilio 14. num. 4. & conſ. 211. num. 3. lib. 9. Pariſius cōſilio 11. num. 10. volum. 2. Alba conſ. 167. num. 25. imo non valeret etiam ſtatutum, vt filij ſpu-
29 rij ſuccedere poſſint patri, ne meretriciam ducendi vitam, & fornicandi occaſio præbeatur, cum tamen ea quantum fieri poteſt, ſit potius eripienda, & adimenda, quàm liberè nimis, & licenter laxanda, & cumulanda: cum nemo ignoret, quàm grandis quotidiè miſeriarum cumulus, ſub falſa ſpecie inanis, & futilis huius voluptatis accedat his, qui ſæpè ſecum lenones, & lenas, ſæpè ſcorta, ſępè lupas ducunt, & ſe earū poteſtati ſubijciunt, quarum immenſa vorago, & vitiorum gurges, quarum rapaces manus, & diligentes nugæ, & cantus, infecta ve corpora, ac coinquinati animi, atque amari amores, & mali mores, perdunt, & affligunt incautos, & miſeros adoleſcentes, & eorum patrimonium abſorbent; vnde fit vt ſæpiſſimè ijdem poſtquam ad ſe aliquantulum redierint, & libidinoſus furor ille paululum conſederit, dolentes non ſine ſuſpirio, ſed fruſtra clament, heu complexus illi ſummæ beneuolentiæ, oſcula illa ſuauia, falſi indices extitere in amore

illo

illo ſimulato, heu infęlices cur in tempore non animaduertimus, & nobis cauimus, dũ perfida, & ſagax illa meretricula nobis ſuauiter dulciſſimo ore blandiebatur,& inuerecundo geſtu nobis adulabatur, mentum, & barbam mulcens furaci manu clam crumenam exinaniebat, & ſanguinẽ noſtrum exorbebat, atque ſenſim rem eò perducebat,vt vno tempore bonorum corporis,& animæ,quod magis intereſt immanem iacturam faceremus, vt communem fatetur Dilectus de arte teſtand.tit.1.caſu 14.Ludouicus Surdus de naturalibus liberis, ſub rubrica requiſita in legitimatione impetranda, num.19.& 20.

Non prohibetur tamen pater huiuſmodi filiũ
30 inſtituere in tempus,quo capere poſſit, & dare ei licentiam , vt quandocunque etiam eo mortuo curare valeat, vt legitimetur, vt communem affirmat Clarus ea.quæſt.31. verſiculo ſed quæro nunquid.

Aduertendum tamen puto, quod ſi extent filij legitimè nati ex hoc filio ſpurio, illi licet ab inteſtato auo non ſuccedant, vt communem re-
31 nuntiat Curtius iunior conſilio 157.nume.1.ex eius tamen teſtamento capere non prohibentur, quia licet radix ſit infecta,debet tamẽ potius attendi immediata, quàm mediata cauſa, præſertim ſi nihil patri quærãtur,vt hic,quia patris inſtitutione facta caduca propter eius incapacitatem aperitur locus ſubſtitutis.l.vnica.§.ſin autẽ, C.de caducis tollendis,& crebriori Doctorũ ſententia declarat idem Clarus eo.§.teſtamentum, quæſt.32. & quamuis exiſtente legitima ſobole auus plus nequeat relinquere his nepotibus,quã
32 filio ſpurio, vel naturali horum nepotum patri, vt ſanxit Imperator ea.l.fin.C.de naturalib. liberis,& communem perhibet Clarus eo. §.teſtamẽtum,quæſt.32.verſic.item ſcias. Crauet.conſilio 184.attamen arbitror eam legem intelligi debe-
33 re de ſobole legitimè nata nõ de legitimata, quia vt quis vere dicatur legitimus oportet, quod ex matrimonio ſit natus. Alciatus conſilio 9.numero 18. lib.1.

Non eſt etiam dubitandum,quin is ſpurius capere poſſit tantum quãtum alimenta ferunt propter æquitatem iuris Pontificij,quæ etiam ſerua-
34 tur in terris Imperij, vt notatur in cap.cum haberet.de eo,qui duxit in matrimonium,quã polluit per adulterium. Iaſ.conſil.26. num.3. lib.1. Gabriel. lib. commun.de alimentis,concluſ.prima, num.1.

Verum cum proponatur patrem in teſtamento ſub pęna priuationis vetuiſſe filium legitimatum, ne turbaret alterum filium quem legitimũ appellat,tanquam ex legitima vxore ſuſceptum,
35 & is legitimatus patris hæreditatem adiuerit, & poſſet ſuccedere niſi in parte à patre relicta, etiã ſi legitima minor foret, non debet poſſe admitti contra patris voluntatem, vt communem profitetur idem Cardinalis Mantica excitato tract. lib.11.tit.3.num.9.& quia hæres non poteſt ve-
36 nire contra factum defuncti.l.cum à matre. C.de rei vendicat. & quamuis id permittatur in facto defuncti alias à iure improbato, vt ex alijs idem Gabriel firmat lib.commun.tit.de reg.iuris,concluſ.11.num.31.& 32. tamen cum eo caſu pater eum priuauerit, videtur vt aduerſus patris voluntatem id conſequi non valeat,ſed cæteris vocatis applicandum ſit.

Eſt etiam animaduertendum, quod pater omnino voluit hoſce filios ſuos conſequi hæreditatem ſuam omni meliori modo, ita vt ſi legitimatus incapax fuiſſet propter legitimationis defectum,poſſet de nouo legitimari, & licet id nõ fuerit ſcriptũ reſpectu alterius, quia crediderit eum legitimum,tanquam ſuſceptũ ex memorata eius vxore; attamen propter claram eius mentem,vt is ſuccederet in portione relicta,& ex adiecta pęna ſi turbaretur, & quia ſi voluit id fieri cum minus dilecto, tanto magis voluiſſet ſi de hoc caſu interrogatus fuiſſet idem fieri de alio magis dilecto, & quæ amoris propenſio ſatis probatur, ex maiori bonorum ſumma ei magis relicta , & ex clauſulis ſalutaribus in fine teſtamenti adiectis; & maximè ex clauſula omni meliori modo, & vt ad dictamen ſapientis extenderetur, & quia eum legitimum appellauit. Hac eius voluntate vigen-
37 te videtur, quod poſſet idem filius, qui ex ſubſequenti matrimonio legitimus factus putabatur curare,vt legitimus fieret, vnde legitimè ſuccedere poſſet, vt in terminis tradit Galiaula vidẽdus in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,num.71.ff.de lib. & poſthum. Præſes Menoch.lib.4. præſump.80. nume.2. Iaſ.conſ.127. in 4.volum. Alba vbi videatur conſ.170.num.11.& idem Præſes Menochius conſ.19.num.10.& 11.volum.1. & quamuis Socinus iunior, qui omnino videatur, quia videtur præſentem caſum decidere conſ.91.parte 3. velit hoc caſu irritam eſſe inſtitutionem factam à patre, cum crediderit filium inſtitutũ per ſubſequens matrimonium,legitimatum,cum tamen re ipſa vt hic non eſſet, nec poſſit noua legitimatio fieri ob patris diſſenſionem, quia errans conſentire nõ videatur. Attamen cùm in caſu noſtro perſpicua appareat patris voluntas tot certiſſimis argumentis patefacta,& iam non ſit quæſitum ius alicui tertio medio alicuius apprehenſionis prout quæſitum fuerat in caſu Socini , quod facit rem non eſſe integram , mihi magis placet, & arridet contraria opinio,tanquam amicior, &
38 propinquior voluntati teſtatoris,& quatenus vrget Socinus,quod nõ poſſit legitimatio poſt mortem patris fieri ex eius voluntate de ſpurio, ſed tantum de naturali, prout loquitur authen. item ſi quis,la prima. C. de naturalibus liber. optimè refellitur,quia contrarium videtur verius, quandoquidem ſicut viuo patre ſpurius poteſt legitimari, & tanquam legitimus ſit incapax hæreditatis,ita etiam poſt mortem id fieri poteſt,modo id fiat de eius voluntate, & à comite habente ad id autoritatem, & cum derogatione memoratæ

legis

39 legis,nec refert an filius fuerit naturalis, an ſpu-
rius,abolita enim & deleta macula remanet ſuus
hæres, vt omnes ferè ſentiunt in rubrica, de lib.
& poſthum. & ſentit Alciatus conſ.61. nume.7.
lib.9. Ludouicus Sardus tract.de natur.liber.& le
git. per reſcriptum, num.20. & ideo ſpurius poſt
40 teſtamentum legitimatus teſtamentum rumpit,
vt communem dicit Clarus.§.teſtamẽtum, quæ-
ſtio.84. Alba conſil.750.num.26.& infra,& eſto
etiam, quod propriè, & ſtrictè loquendo in ſpu-
41 rio non caderet vera legitimatio, vt tradit Oſa-
ſcus deciſ.119.num.3. ſed potius diſpenſatio,ſa-
tis eſt tamen, ſi quod pertinet ad ius, & effectum
ſucceſſionis, de quo nos agimus ſit habilis, & ca-
42 pax,& ſi curaret legitimari à Comite Pontificio,
eo fortior eſſet legitimatio, vt declarat Præſes
Menochius lib.4. præſumpt.79.num.40. & ſi is,
poſt ſuſceptum filium cum alia matrimonium
contraxiſſet, & ea defuncta,idem matrem filij in
43 vxorem duxiſſet, adhuc per ſubſequens matri-
monium legitimatus diceretur,modo tamẽ cum
ea potuiſſet tempore conceptionis matrimoniũ
eſſe, nam hoc medium imperfectum,& mancum
non impedit quò minus extrema habilia coniun
gantur,vt notat Abb. eo. c.tãta, qui filij ſint leg.
& Ludouicus Sard. eo. tractatu de naturalib. li-
ber. ſub rubri. de legitimatis per verum matrim.
num.5. & melius ante eum docuit Bart. in l.à fi-
lio.§.vxor.ff.ſol.matrim.& l.bonorum.ff.rem ra-
tam haberi,& l.cum decem.§.fin.ff.de ſolut. Pau
lus de Caſtro in l. Pomponius. §. quæſitum. ff.de
acquir.poſſeſ.

Cum itaque res non careat difficultate, mea eſt ſententia, vt vbi adſint aliqui ex erogatarijs in teſtamento datis, negotium eorum iudicio ex bono, & æquo tranſigatur,habita etiam ad abundantem cautelam diſpenſatione à Senatu, ne pœna detur,vel aliter amicè negotium ſi fieri poteſt conficiatur, & ex his quæ ſcripta ſunt, & quæ in facto vera noſcentur poterit facilè elici,quid ſperandum,vel deſperandum ſit à futura lite.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO IO. PETRO Mozzonio,& Conſortibus.

ARGVMENTA.

Dotis non numeratæ exceptio, an & quando opponi poſſit, & eius confeſſio an in vim donationis valere poſſit, vbi morte confirmetur.

Legatum habens onus annexum, an & quãdo ita agnitum cenſeatur vt vnum ſine altero haberi nequeat.

Legatum ſub duplici conditione copulatim factum,an & quando debeatur, ſi vna tantum eueniat conditio.

SVMMAE RERVM.

1 *Dotis recepta conditio ſi ſit facta ante matrimoniũ præſumitur facta ſub ſpe futuræ numerationis.*
2 *Dotis non numeratæ exceptionis opponendæ tempus licet lapſum ſit, attamen opponi poteſt, ſi debitor velit ſuſcipere onus probandæ negatiuæ.*
3 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, eſt introducta in odium creditoris negligentis petere, quod ſub fide numerationis confeſſus eſt.*
4 *Probatio ex cõfeſſione alicuius manans admittitur aduerſus præſumptionem iuris, & de iure.*
5 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, etiamſi à ſtatuto remoueatur, attamen poteſt opponi de confeſſione debitoris.*
6 *Confeſſio geminata, & veriſimilis eo magis probat.*
7 *Sententia ex inordinato proceſſu valet propter partis confeſſionem.*
8 *Statutum etiamſi inanem reddat actionem ex chirographo manantem ſi debitor decem annis tacuerit, attamen admittitur probatio ducta à confeſſione partis.*
9 *Ab euidentia rei probatio manans, nunquam cenſetur ſublata.*
10 *Euidentia rei nunquam eſt omittenda, quamque in vnaquaque re valdè conducat, elegantiſſimè explicatur.*
11 *Dos quatenus dicitur conſtituta ſupponitur ab alio mulieri data.*
12 *Mori nemo velle præſumitur cum mendatio, & peccato, & propterea mortui ſcriptura maiorem habet fidem, quàm vini.*
13 *Exceptio ſimulationis, & doli poteſt opponi aduerſus confeſſionem dotis.*
14 *Exceptio non numerata dotis, eo magis opponi poteſt ſi intra debitum tempus quis proteſtatus ſit.*
15 *Dos conſtituta à marito vxori, tãquam priuilegio non gaudens, & donationis vim habens, eſt inſinuanda.*
16 *Iuramentum inſinuationem non ſupplet, niſi ſpeciatim ei renuntiatum ſit.*
17 *Donatio vbi ſit omnium bonorum, eſt publicanda.*
18 *Donatio tacita comprahenditur in decreta de donatione loquente.*
19 *Dos ſimulata non gaudet dotis priuilegijs.*
20 *Conſtitutio Mediolani de donationibus loquẽs, an donationem ex cauſa dotis complectatur.*
21 *Verbum occaſio, remotiſſimam etiam cauſam deſignat.*
22 *Vniuerſalia verba cauſam ẽt dotis comprahendũt.*
23 *Solemnitas fauorabilis comprahendit etiam dotis cauſam.*

24 *Dotis cauſa in generali diſpoſitione continetur niſi ſpeciatim reperiatur priuilegio donata.*

25 *Dos à marito vxori conſtituta non eſt priuilegio locupletata ſicut illa, quæ ab vxore viro datur.*

26 *Donatio alicuius ſingularis rei comprehenditur in ſtatuto prohibente donari omnia bona, vel partem.*

27 *Dos confeſſata ſuſtineri non poteſt in vim donationis, quia eſt prohibita inter virum, & vxorem.*

28 *In dotem quod datum non eſt, repeti nequit.*

29 *Datem facit numeratio, non ſcriptura, aut dotale inſtrumentum.*

30 *Dos vel fiat conſtante matrimonio, vel ante, nihil intereſt, quanda confertur in tempus inhabile.*

31 *Statutum remauens exceptionem non numeratæ pecuniæ, licet valeat inter laicas, non tamen de iure pontificio.*

32 *Confeſſio vim veræ dotis habere videtur ex conſuetudine Mediolanenſi.*

33 *Statuta recipiunt interpretationem, quā paſſiuam vocant à iure communi.*

34 *Donatia morte confirmari nequit, vbi reuocata ſit.*

35 *Confeſſio dotis, an & quando animo donandi facta cenſeatur.*

36 *Conſuetudo Mediolani diſponens dotem confeſſatam pro vera dote haberi, quomodo procedat.*

37 *Probatio à confeſſione partis manans admittitur aduerſus confeſſionem iuris, & de iure.*

38 *Donatio inter virum, & vxorem iuramento firmatur.*

39 *Confeſſio dotis, an & quando in vim donationis valeat.*

40 *Iuramentum promiſſorium, vel aſſertorium, an adhibeatur multum intereſt.*

41 *Iuramentum an hæredem afficiat.*

42 *Donatio omnium bonorum iuramento non firmatur.*

43 *Confeſſia datis abſorbens omnia bona, irrita eſt.*

44 *Iuramentum ſæpe in contractibus apponitur ex conſuetudine, potius quàm ex contrahentium mente.*

45 *Iuramentum non hobet vim in contractu ficto, & ſimulato, & quando admiſſa fuit probatio, & ſimus in hærede.*

46. *Exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ admittitur etiam in contractu iurato.*

47 *Renunciatia exceptionis non numeratæ pecuniæ non videtur.*

48 *Confeſſio numerationem ſupponit, quoties præcedit promiſſio in certa quantitate.*

49 *Exceptionem non numeratæ pecuniæ quis opponere poſſe non videtur, quoties iurauit cōtenta in instrumento eſſe vera.*

50 *Solutio ſicut coniecturis probatur, ita etiam non ſolutia.*

51 *Legatum agnoſcens cui inſit onus maius legato nō poteſt onus recuſare.*

52 *Dotem remittere cenſetur mulier ſi legatum agnoſcat, cui adiunctum ſit onus, vt eam petere nequeat.*

53 *Legatum, an & quanda agnitum cenſeatur.*

54 *Mulier an legatum oneroſum agnoſcere poſſit.*

55 *Confeſſio ex actu, & controctu nullo tenet.*

56 *Voluntas etiam ex actu reuocoto probat.*

57 *Subſtitutionis caſum, qui dicit eueniſſe debet id probore.*

58 *A proprietate ſermonis non eſt aliter recedendum, quàm ſi manifeſtum ſit aliter teſtatorem ſenſiſſe.*

59 *Fideicommiſſum an verbis, vel coniecturis inducatur declaratur.*

60 *Subſtitutio de te non loquitur poteſt opponi agenti ad fideicommiſſum.*

61 *Proprietas copulæ illa eſt, vt requirat concurſum vtriuſque copulati.*

62 *Copula concurſum copulatorum requirit, etiam in perſonis in quibus cadit orda charitatis, & affectionis, moda non ſint ex deſcendentibus teſtatoris.*

63 *Conditio adiecta legato, ſi filius, & Antonia in pupillari ætate deceſſerint, non comprabatur ſi ſola Antonia decedat in ea ætate.*

64 *Ex copulatis quodlibet producit effectum incapacitatis.*

65 *Dictio, tunc, & eo caſu, temporis extremitatem deſignat.*

66 *Dictio, eo caſu, quam vim habeat.*

67 *Extenſio impeditur ex illis verbis, tunc, & eo caſu.*

68 *Caſus omiſſus, an & quando pro expreſſo habeatur.*

69 *Verbum, remaneat, quid importet.*

70 *Conditio ne ſit indiſcreta, & inueriſimilis interpretatio eſt facienda.*

71 *Dilecti minus non ſunt magis dilectis præferendi.*

72 *Teſtamenti capitulum vnum aliud declarat.*

73 *Corrigere ne quis ſtatim ſe velit interpretatio eſt facienda.*

74 *Legatum habens conditionem, ea non conueniente ſit caducum.*

75 *Verbum remaneat comprobatur in caſu caduci, qui manet his à quibus relictum fuit.*

76 *Verba non dicuntur inania ſi dubitationem remoueant, quæ fieri potuiſſet.*

77 *Verba potius inania dici debent, quā quod aliquid inducatur contra mentem.*

78 *Copula reſoluitur in diſiunctum ex neceſſitate, & repugnantia.*

79 *Legatarius in re legata magis dilectus dicitur, quā hæres.*

80 *Teſtamenti verba interpretationem capiūt ab obſeruantia poſtea ſubſecuta.*

81 *Conſuetudo interpretans, nunquam ſublata cenſetur.*

82 Con-

82 Confeſſio hæredis optimè fideicommiſſum probat.

83 Confeſſio, an & quādo erroris prætextu irrita ſit.

84 Errorem allegans debet illum clarè, & perſpicuè probare.

85 Error facti non iuris excuſat.

86 Legatum propter inimicitias, quando ademptum cenſeatur.

87 Erroris & ignorantiæ allegatio an præſcriptione tollatur.

88 Bona fides non præſumitur in titulo improbato.

89 Errans in iure an in dolo præſumatur.

90 Coniuncta pro diſiuncta accipi debet, vt inanitas euitetur.

91 Conditio maximè voluntaria debet impleri in forma, vt dicitur ſpecifica.

92 Verbum remaneat ad caſum caduci refertur, ſcilicet antequam legatum ad legatarium perueniat.

93 Caduco facta aliqua ſubſtitutione, an admittatur ille, qui alicui ſubſtituto fuerit ſubſtitutus.

94 Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt nihil operatur in his, quæ tacitè inſunt ex neceſſitate, ſecus in his, quæ inſunt ex præſumpta voluntate.

95 Superflua non dicitur diſpoſitio, quando aliter in aliqua parte prouidetur.

96 Ordo charitatis, & affectionis in extraneis cadere non videtur.

97 Vocati, an & quando aliqui intelligantur ordine ſucceſſiuo, vel coniunctim.

98 Copula aliquando ſtat ampliatiue, vt dicitur de priuilegio conceſſo Doctoribus, & militibus, & originarijs, & habitantibus.

CONSILIVM CCXCVI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CAuſa hæc quæ agitatur inter Canonicos Sāctı Babilę Mediolani hæredes Hieronymæ Mazentæ ex vna, & Io. Petrū Mozonum ex altera parte.

Ad tria capita reduci videt.

Primo, an opponi poſſit exceptio non numeratæ dotis.

Secundo, an hęc dotis confeſſio valeat in vim donationis.

Tertio, an legatum ab Alſonſo fratre ipſius Petri factum Hieronymæ Mazentæ ipſius Alfonſi vxori dicatur agnitum, ita vt debeatur liberatio.

Ad primum reſpondetur, confeſſionem dotis
1 receptæ ſi ſit facta ante matrimonium præſumi factam ſpe numerationis. Socinus in l. 1. nu. 75. ff. ſol. mat. maximè ſi erat diues mulier. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 12. num. 8. atque ideo competere exceptionem non numeratæ dotis; quia licet lapſum ſit tempus anni, & biennij, & decennij, de quibus agitur in l. fi. & auth. quod locum. C. de dote cauta nō numerata; tamē id nō
2 procedit, vbi debitor vellet onus ſuſcipere probandæ negatiuæ, vt affirmant Bartolus, & Baldus, & Salycetus in l. ſi ex cautione. C. de non numerata pecunia, & l. in contractibus. C. eod. vbi gloſ. in verbo nullo, & in l. aſſeueratio. ratio, quia tollitur ius ſpeciale contra creditorem, ſed non beneficium iuris communis contra debitorem, exceptio enim non numeratæ pecuniæ eſt introducta in odiū creditoris negligentis petere, quod
3 ſub fide numerationis confeſſus eſt, communem dicit Angelus Aretinus in §. idem iuris. Inſtit. de except. colum. 2. verſic. vltimo, omnis terminus, & colum. finali. Felyn. in cap. ſi cautio, num. 66. de fide inſtrument. Natta commun. dicit conſil. 305. num. 5. lib. 2. Maſcardus concluſ. 695. in verbo, exceptio, non numeratæ pec. num. 11. & 12. Iaſ. in l. qui pecuniam. ff. ſi certum petatur, & notatur ad ſtatutum noſtrum Mediolani cap. 50. num. 10. & 23. in primo.

Secundo, licet authent. quod locum, C. de dote cauta, dicat quod omnino audientia denegetur, & l. in contractibus, velit quod nullo modo elapſo termino audiatur, & ſic videatur pręſumptio iuris, & de iure aduerſus quam non admittitur teſtium probatio, tamen hoc ſingulariter tēperatur, vt non procedat quando confeſſione partis id vellet probari; nam cum hæc ſit probatio
4 fortior inſtrumento, & ſuperet omne genus probationis, admittitur aduerſus præſumptionem iuris, & de iure; nam huiuſmodi confeſſio malitiam actoris oſtendit, vnde æqui iudicis benigno officio, qui in facinoroſus ſeuerus eſſe debet repellēdus eſt, ita probat gloſ. in l. in contractibus, in verbo, nullo, & in §. illud, in verbo, ſcribat, Authē. de æqual. dotium, nam ſtatur confeſſioni aduerſus confitentem, cum veritas ipſa omnibus rebus pręſtet, idem Bartolus in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. vbi dicit, id perpetuo menti tenendum. Baldus in terminis in conſ. 190. num. 3. lib. 2. inferens, quod ſi ſtatutum remoueat exceptionem non numeratæ pecuniæ, poterit tamen
5 opponi de confeſſione, quia ſicut debitor ſibi pręiudicat agnoſcendo bonam fidem, ita etiam creditor, Felyn. in cap. ſi cautio, num. 66. de fide inſtrument. Aretinus eo. §. 1. colum. antepenul. verſic. quid è contra, de except. Marſil. ſing. 222. & notatur ad ſtatutum cap. 268. num. 100. vol. 1. &
6 hoc maxime eſt dicendum cum ſit geminata, & veriſimilis. Marāta in ſuo Speculo. 6. parte, quinto actu, num. 15. fol. 393. in verbo, procurator articuli, & poſ. adducit Baldum in l. ſcimus. C. de agric. & cenſi. lib. 11. hoc ipſum affirmantem.

Hoc idem multis exemplis cōprobatur, quod ſententia ex inordinato proceſſu valet propter cōfeſſionem partis, quod eadem admittitur poſt
7 concluſum in cauſa, quod eadem datur poſt rem iudicatam, & aduerſus præſumptionem iuris, & de iure, vt cumulant Iaſ. in l. cum te, nume. 3.

C. de

C.de tranſac. & Maſcardus tract. probationum,
queſt.7.
Tertio, mirificè confirmatur ex ſtatuto noſtro
cap. 112. in primo, quo diſponitur, ſi quis decem
annis tacuerit, nec vnquam petierit debitum ex
chirographo, ſit inane, & nullius momenti, & tan
8 tum admittitur probatio manans à partis confeſ
ſione, vt tradit Cumanus conſilio 177. num. 5. &
notat interpres ad illud ſtatutum, num. 82. & ra-
tio videtur optima, quia aduerſus quamcunque
præſcriptionẽ obſtat mala fides, quę ex iure pon-
tificio eſt attendẽda cum agatur de peccato. Dy
nus in regula locupletari, in fine, de regulis iuris
in 6. Iaſ. in l. qui pecuniam. ff. ſi certum petatur.
Quarto additur probationem per euidẽtiam
9 rei cui comparatur confeſſio cum veritatem con
tineat nunquàm cenſeri ſublatam, vt inquit Ti-
raquellus de retractu legali. §. 4. gloſ. 1. num. 13.
Maſcardus eo. tract. quæſt. 8. Nam ſi quid eſt,
quod ad veritatem accedat, eamque aperiat, at-
que patefaciat, eſt rei euidentia, qua nulla ſanè
illuſtrior, aut certior reperiri poteſt probatio, &
icirco tenet, & merito quidem inter probationũ
10 ſpecies principem locũ, cum nihil ſit clarius hac
ipſa rei perſpicuitate; qui alieno teſtimonio aut
iudicio credit, cum ipſe ſuis videre poteſt oculis,
valde meo iudicio errat, & hoc ipſo errore ſæpè
fallitur; teſtis ſit, qui ductus aliena fide equũ, prę-
diavè aut vrbana, vel ruſtica, vel quamcunque
aliam rem emit, qui vxorem ducit, qui iudicium
facit de finibus agrorum, aut de aquis, vel de alia
re, quæ ſubijci poſſit ſub oculorum aſpectum eis
non viſis; nã ſi de equo agatur, renũtiatur equum
iuuenem eſſe, parui capitis, animoſi aſpectus, ſu-
perbi inceſſus, & inſignis elegantiæ, qui ſtat ſoni-
pes, & fręna ferox ſpumantia mandit: ſi de præ-
dio agatur adeò amęnum prædicatur, vt ad eum
appetendum, & amandum omnes facilè alliciat,
vt ad delectationem, & ad vtilitatem, nihil ac-
commodatius inueniri poſſit, & ſingulæ eius par-
tes perbellè adeò deſcribuntur, vt te facilè, velis
nolis in ſuam mediæ illæ venales perſonæ trahãt
ſententiam, cogariſque dicere: hic fundus valdè
mihi arridet, & vehementer placet ſi de vxore
agatur, ſignificant eam eſſe virginem, vel matro-
nam, valdè formoſam, eximia facie, præclariſque
& modeſtiſſimis moribus præſtantem, ſine fuco,
& fallacijs, geſtuque, & motu corporis ita venu-
ſtam, vt eius honeſtus pudor ſibi claram, & ſtabi-
lem comparet autoritatem, atque ſingularem in
re familiari conſeruanda promittat ſolertiam, &
prudentiam: ſi de aquarum, vel confinium con-
trouerſijs quęſtio ſit, quilibet litigatorum rem ad
ſuum ſenſum comminiſcitur, & in tabulis à peri-
tijs lapillo deſignatum oſtendit, hocque idem fit
de vnaquaque re; nam quilibet ad ſua commoda
reſpiciens modo clarè, modo ſubmiſsè verba fa-
cit, vt magis è re ſua futurum putat, hoc perſua-
det efficiendi propoſita facilitate, & vtilitate, il-
lud diſſuadet efficiendi iniecta ſumma difficulta-
te, & vtilitate labefactata; Verum enimuero ſi
res ipſa, quæ ita excelſa ad cęlum vſque extolli-
tur inuiſitur, locuſque ipſe viſitetur, res ipſa, quæ
prima facie grata inſinuabatur, efficitur ſuſpecta
odioſa, & inuiſa, ſignificatæ probitatis opinione
detracta, oculorumque viſus euidenti demonſtra
tione, argumentiſque, & ſignis omni luce clario-
ribus improbat, quod cæteri probarunt, & te ve-
ra oſtẽdit multa, nedum mendaciunculis, ſed ma-
gnis, & impudentibus mendacijs aſperſa fuiſſe,
& cum hoc ſit non oculorum, ſed opinionis men-
dacium, antequàm aliquid deliberetur, ſi fieri po-
teſt, diligenter vnuſquiſque cuius interſit rem ip-
ſe præſens ſpeculetur, & ne inconſideratè ruino-
ſus ruat, matura ruminatione, ſingula quæq; ru-
minet, & cuncta rimetur, ne ædificium, quod ex-
truere intendit corruat, aut rimas agat, cum poſt
factum ſerò quem ſuarum ineptiarum pęniteat,
& ſapientis ſit proprium, nihil, quod pœnitere
poſſit facere, & apertè, & ingenuè veritatẽ, etiãſi
celari poſſit confiteri, & ſi confeſſa res, & manife-
ſta ſit, fruſtra præſcriptio obijcitur, propter ma-
lam fidem, quæ confitentem morſu conſcientiæ
vlceratum tenet.
De confeſſione autem cõſtat nedum teſtibus,
ſed inſtrumento teſtamenti, dum dixit dotem à
14 marito ſibi conſtitutam, quod ſupponit ab alio
ſibi datam, vt in terminis ſentit Corneus quæſt.
256. ante num. 7. verſic. concludo, volum. primo,
& illud inſtrumentũ tolli vult, tanquam fictum;
adiuuatur hoc idem quam plurimis coniecturis.
Primo, quia illi quinque centum aurei non fue-
runt traditi. Secundo proteſtatio Mozzoni ite-
rata, & geminata. Tertio ex relicto aureorum bis
mille. Quarto, ex proteſtationibus. Quinto, ex le
gati agnitione. Sexto, ex nõ aucto proinde patri-
monio. Septimo, quia conſuluit an in foro con-
ſcientiæ poſſet retinere. Octauo, ex publica voce,
& fama. Nono, ex qualitate Mozzoni, & maxi-
mè, quia in prima concinnatione, ſeu protocol-
lo inſtrumenti fuit deletum iuramentum aſſer-
torium, atque ideo hæc confeſſio tanto magis at-
tenditur cum ſit facta in teſtamẽto propter mor-
tis iniectum, & denuntiatum eius proximum pe-
riculum: nam licet mors propter incertos caſus
quotidie immineat, attamen tempore præminen
tis ægritudinis, quæ angor eſt cogitans æger, quã
periculosè ęgrotet, & quàm lata foſſa cubicula-
rem lectum iamiam circundet, & quàm cito ci-
nis in puluerem reuerſus relicturus ſit hæc terre-
na, & caduca, & quàm cito idem ipſe vndiq; tot
furijs actus, & tædis ardentibus perterritus corde
ſuo trepidans, timidus, & tremens ad diuinum il-
lud tribunal perducetur, vt diligenti ante actę vi-
tæ ad veritatem ſubducta ratione iuſtiſſimi iudi-
cis, qui cuncta nouit, qui intima & recõdita men
tis ſenſa pręcognouit, & qui decipi, falli, & capi
nequit, ſtabilem, & immutabilem ſentẽtiam au-
diat, equidem ſalutis ſuæ memor ad veritatem
loquitur, nec creditur, vt etiam emolumenti ſui
cauſa

Digitized by Google

cauſa mentiendo verum mentiri velit, & ani-
mæ ſalutem, quæ cunctis rebus eſt præferenda in
12 iudicium, atque diſcrimen vocare, & adducere, &
propterea receptum eſt, vt mori nemo velle pre-
ſumatur, cum mendacio, & peccato: vnde fit, vt
etiam ſcriptura mortui habeat maiorem fidem,
quam viui, vt inquit Crauet. conſil. 6. num. 53. &
Rota Roman. deciſ. 751. num. 8. parte prima, ſe-
cundum vltimam impreſſionem. Roland. à Val-
le conſ. 37. num. 8. lib. 3. Surdus deciſ. 55. nu. 11.

Quinto, competit exceptio ſimulationis, & do
li, quæ eſt perpetua, vel in factum, & officium iu-
13 dicis, ita vt ſaltem transferatur onus probandi in
creditorem. Fely. eo. cap. ſi cautio, num. 66. de fi-
de inſtrum. Ruinus conſil. 130. num. 1. lib. 1. Ber-
trandus conſilio 160. lib. 8. Bart. in l. ſi ex cautio-
ne, num. 10. & 4. C. de non numer. pecun. vbi di-
cit iſtam eſſe meram veritatem, ſi creditor vult ſu
ſcipere onus probandæ negatiuæ, maximè cum
dici poſſit, quod intra tempus proteſtatus eſt, iux
14 ta gloſ. l. in contractibus, in verbo, in cõtractibus.
C. de non num. pecun. quamuis proponi debuiſ-
ſet coram iudice.

Sextò, hęc ipſa donatio ex iure communi erat
inſinuanda cum agatur de dote conſtituta à ma-
15 rito, quæ nõ gaudet priuilegio. l. fi. C. de iure dot.
l. pen. de donat. ante nupt. vt in puncto decidit
Socinus ſen. in l. 1. num. 97. ſoluto matrim.

Item non procedit, quia titulus ille donationis
fuit adiectus in fraudem legis ad roborandam do
nationem ſimplicem, quia non concurrit aliqua
veriſimilis ratio ſic faciendi, quia illa erat diues,
hic pauper, illa vetula, hic iuuenis, & nobilis: Itẽ
quia fuit nimis magna, & grandis, atque ideo nõ
veriſimilis, & iuramentum non ſupplet inſinua-
16 tionem, niſi ſpeciatim ei renuntiatum ſit, vt ma-
gis cõmunem dicit Clarus. §. donatio, quæſt. 18.
verſiculo retenta.

Septimo, non procedit aduerſante conſtitutio
ne noſtra, tit. de donat. quæ dat formam iuramen
ti, quæ præciſè negat aliter fieri poſſe, & ideo om
nino eſt obſeruanda, & cum agatur de omnibus
17 bonis erat voci præconis ſubijcienda, vt affirmat
Plotus in repet. l. ſi quando, qui in terminis dona
tionis loquitur, nu. 865. & de communi teſtimo-
nium dicit, & notatur ad ſtatutum cap. 324. nu-
me. 187. in primo, & decretum Senatus factum
anno 1543. irritas faciens donationes, procedit
18 etiam in tacita donatione, vt firmat Bartolus in
l. fin. num. 3. C. de iure dot. & notatur eo. ſtatuto,
numero 39.

Nec obſtat, quod non compræhendat conſti-
tutio noſtra cauſam dotis.

Quia reſpondetur, hanc non fuiſſe veram do-
19 tem, ſed ſimulatam. Curtius iunior in terminis
conſ. 95. Gabr. conſ. 10. & conſ. 142. nu. 20. lib. 2.

Secundo reſpondetur, diſpoſitionem eſſe adeo
amplam, & vniuerſè patere vt compræhendat
etiã cauſam dotis, ibi, ne quis audeat, quauis cau
ſa, & occaſione ibi cuipiam, cuiuſuis ſtatus, & cõ-
20 ditionis, ibi notarios non poſſe aliter inſtrumẽta
cõficere, vnde cum improbetur fides fruſtra eius
auxilium petitur. Accedat verbum, occaſio, quod
notat, & deſignat cauſam remotiſſimam. Socin.
ſenior conſil. 156. num. 21. volum. 2. ibi hæ dona
tiones, & quæcunque aliæ, quæ verba, vt aiunt
21 vniuerſalia compræhendunt etiam cauſam do-
tis. Ruin. conſ. 123. num. 10. lib. 2. Gab. conſi. 20.
num. 18. Aſinius. §. 1. cap. 3. circa vniuerſalia ver
22 ba. Crauet. conſ. 86. num. 6. & cum ſit ſolennitas
fauorabilis, compræhenditur caſus dotis. Neui-
23 zanus conſil. 76. ſub num. 16.

Tertio dicitur comprehendere dotem in eo in
24 quo non reperiatur priuilegio donata, vt inquit
Cagnolus in l. prima, num. 16. ff. de regul. iuris.
Cotta in ſuis memorial. in verbo, dos habet mul
ta priuilegia, ſed tantum abeſt, vt in hoc ſit priui
25 legio locupletata, vt potius non ſit, cum in l. fi. C.
de iure dotium, excipiatur caſus donationis dotis
mariti velut ſuſpectæ, & ſtatutum à iure commu
ni interpretationem ducat: Item non procedit in
donatione omnium bonorum, quæ eſt magis ſu-
ſpecta, cum veriſimile non ſit, vt quis velit tam
effusè donare, vt in ſumma ſit mendicitate, & à
donatarij benignitate, quæ interdum eſt parum
benefica, & benigna, ſed ſæpè obliuioſa, cogatur
recipere, quod à ſe ipſo capere poteſt, imò etiam
donatio alicuius ſingularis rei compræhendatur
26 in ſtatuto prohibẽte donari omnia bona, vel par
tem. Alba conſi. 729. vbi ait ita fuiſſe iudicatum,
& ſeruari in terminis noſtri ſtatuti.

Ad ſecundum, an valeat in vim donationis di
citur in primis, quod dos confeſſata ſuſtineri non
27 poteſt in vim donationis, quia eſt prohibita inter
virum, & vxorem. l. 1. C. de donat. ante nuptias,
28 nec poteſt repeti, quod in dotem datum non eſt.
l. 1. C. de dote cauta non numerata, dotem facit
29 numeratio non ſcriptura, aut dotale inſtrumen-
tum. ea. l. 1. & facit lex 1. ff. de donat. inter vir. &
vxorem, ne mutuo amore capti ſe ſpoliẽt, aut vbi
id recuſetur, iurgia, maledicta, contumelię gignã
tur; quæ cum aſſiduæ, & quotidianæ ſint vita ef-
ficitur inſuauis, & coniugij pax, & tranquillitas
magno animorum motu perturbatur: & idem eſt
ſi fiat conſtante matrimonio, vel ante, quando
30 confertur in tempus minimè habile, & idoneum,
gloſ. in l. fin. C. de dote cauta non numer. Bulgar.
in l. 1. num. 46. ſolu. matrim. Iaſ. §. fuerat, nu. 48.
Inſt. de actionib. Deciſ. Peruſina 66. numero 27.
Accedat, quod lex remouens exceptionem non
31 numeratæ pecuniæ, licet valeat inter laicos. Bal-
dus in l. ſi ex cautione, quæſt. vltima. C. de non
numerata pecun. Fely. in cap. ſi cautio, num. 55.
de fide inſtru. de iure tamen pontificio, quod te-
ſtatrix ſpectari voluit, non valet.

Huic concluſioni duo præcipuè obſtare viden
tur, conſuetudo ſcilicet Mediolani, & iuramen-
tum.

Ad conſuetudinem, & ſtatutum noſtrum cap.
268. in primo, & cap. 502. in ſecundo, & ad Al-

Digitized by Google

ciatum conſ.85.num.4.lib.8.& conſ.66.lib.eod.
& conſil.100. Boſſium de publicatione bonorũ,
num.49. Albam conſi.651.num.4. Beroum con
32 ſil.47.lib.1. dicitur conſuetudinem validam eam
facere in vim dotis veræ,non in vim donationis;
hoc probatur ex ſtatutis,quia dicunt,quod teſti-
bus probari poſſit vera dos. Item etiamſi iuramẽ
tũ veritatis apponatur, & ſic excludit caſum do-
nationis, vt minus derogetur iuri communi, &
33 quia recipiunt interpretationem paſſiuam à iure
communi, cap.cum delectus, extra de conſuet.
Bartolus in l.omnes populi,num.56.de iuſtit. &
iure.

Rurſus negatur factam fuiſſe animo donan-
di,ſed honoris cauſa,vel ad pompam, quo in ca-
ſu conſuetudo Mediolani non procedit, vt dixi
34 ego conſilio 44.in primo,idque conſtat,quia fuit
reuocata, vnde morte non poteſt dici confirma-
ta.l.1.C.de donat.ante nupt. Bone Deus,vt huic
moleſtæ, & inani pompæ, viti deſeruiant, quos
magnos ſumptus,quas multas muliebrium cupi-
ditatum impenſas,quarum finis nõ eſt, facere co
guntur, & ſi ſtatim,atq; petuntur illico actutum
non fiant,quas vxor pugnas,quaſi pungens vipe
ra,quantasvè ſtrages edit, quod vicinorum mur-
mur,quaſi fremitus murmurantis maris in aures
noſtras inſuſurrat, & cum ſæpè tam grandes ſint
hæ quotidianæ expenſæ, vt ſuperent cenſum, eiu
lat miſer homo; ſecum ipſe ſumptuarias haſce ra
tiones putans, ad rationemque accedens,inquit,
quid ego ago,cur me excrucio, cur me macero,
opinioni vulgi,communiq; errori indulgere con-
ſtringor,compellorq; egomet mihi aſſentari om-
nia ne domi iratam vxorem habeam,ne maledi-
cta hæc foris audiam, ne aliquid grauius feram;
quicquid ego aſtringo,ipſa inordinato appetitui
pluſquam par ſit indulgens,relaxat;opinionibus
vulgi omnes vna ſimul in errorem rapimur; Ve-
rum ſi pars amoris æqua eſſet tecum, ac pariter
fieret,vt hoc tibi doleret itidem,vt mihi dolet,aut
hoc omiſſum nihili pẽderes,nec pręcipitem ami-
cum ferri ſineres, nimium blandæ vanitati obſe-
quens, nec te ipſam, & poſteritatem reſpiciens,
ſicque cum libera non ſit voluntas,donationis li-
beralitas longè abeſſe videtur.

Præterea huiuſmodi confeſſio ſit aliquando
ad probãdum veram numerationem, quod pro-
cedit vbi præcedat promiſſio,aliquando ſpe futu
35 ræ numerationis,vt ſi ſit ante matrimonium;ali-
quando animo donandi,ſi ſit conſtante matrimo
nio, & licet hoc ſit ita ſtatutum,receditur tamen
cõiecturis. Ioſeph. Ludo.deciſ.66.& Menochius
de præſump.præſumpt.12.lib.1.num.58. Gabr.
conſil.10.lib.5.

Additur etiam cõſuetudinem ſatis agere cum
tollat exceptionem nõ numeratæ dotis, ſed quin
ſi debitor velit ex cõfeſſione ipſius aduerſarij pro
36 bare negatiuam non eſt negandũ,ſed potius con-
cedendum,ne corrigatur ius commune,& ne por
ta iniquitatis,quæ eſt potius claudẽda reſeretur;
doctiſſimus Alciatus noſter eo.conſilio 85.dicit,
quod tollitur exceptio non numeratæ pecuniæ,
& ſic inducit pręſumptionem iuris, & de iure,ad-
uerſus quam admittitur probatio à confeſſione
37 ducta. Baldus conſil.190.lib.2.& pręnarrata ſta-
tuta admittunt poſſe probari teſtibus vltra bien-
nium veritatem numerationis, & ſtatutum cap.
502. vult adhibendum eſſe iuramentum verita-
ris, vt notatur ad præcitatum ſtatutum cap.50.
num.23.in primo, vbi conceditur nõ obſtante il-
la conſuetudine poſſe negatiuam probari.

Alterum iniectum telum reuellitur, nam li-
cet magis communis videatur Doctorum ſenten
38 tia,vt donatio inter virum, & vxorem iuramen-
to firmetur. Clarus.§.donatio,quæſt.9. Seraphi-
nus, de priuileg. iuramenti, priuil.71. Theſaur.
deciſ.32. Menochius ea.præſumpt.12. num.41.
lib.3. Oddo conſ.24.num.10.

Primo tamen habet id locum in vera dona-
tione,non in confeſſione, quia duo in vna, & ea-
dem re coaceruarentur ſingularia, ſcilicet dona-
39 tionis firmitas, & vt confeſſio valeat in vim do-
nationis. Theſaur.ea.deciſ.num.7. Didacus var.
reſolut.lib.1.cap.7.num.5.vbi de commun.atte-
ſtatur Bartol.in l.1.de donat.inter virum,& vxo
rem, ſunt hinc inde opiniones,& videtur contra
autoritatem legis,& bonos mores,& ideo nõ de-
bet obligare: aliqui volunt, vt in aſſertorio iura-
40 mento non procedat, ſecus in promiſſorio, vt ma
gis commun.dicit Seraphinus hoc loco proximè
excitato.

Secundo, non loquitur in hærede, quia iura-
mentum iurantis perſonam afficit, vt ait ea.deci-
ſione Theſaurus,nu.9.& quia altera opinio pro-
cedit, quia tenetur is, qui iuramentum præſtitit
illud ſeruare,& propterea,vt conuentorum fides
41 aſtringatur, contrahentibus iuſiurandum appo-
nitur.

Tertio, non procedit in donatione omnium
bonorum.l.ſtipulatio hoc modo cõcepta,de ver-
bor. oblig. quæ improbatur tanquam ſit contra
42 bonos mores. Clarus quæſt.20. Maro.conſ.184.
lib.2. ita vt non valeat pro parte,tanquam ſuſpe
43 cta.l.poſt contractum,de donat.& in confeſſione
abſorbente omnia bona tradit Bulgat. in repet.
l.primę,num.7.verſic.potuit tamen,ſol.matrim.
non valet etiam ratione præſentium. Seraphin.
priuileg.107.

Quarto, non officit quando iuramentum ap-
ponitur ex conſuetudine,& non principaliter po
44 nitur, ſed ad contractum accedit. l.ſi quis maior.
C.de tranſ. Hieron. Gabriel conſ.3.lib.7.

Quinto, non in contractu ſimulato, & ficto,
45 quando admiſſa fuit probatio; & ſimus in hære-
de. Seraphinus priuileg.59.ante num.8.

Non obſtat,quod adſit iuramẽtum, quia etiã
in contractu iurato admittitur huiuſmodi exce-
ptio, quia recipit eam conditionem ſi fides ſer-
uetur,magis commun. dicit Seraphin. de priuil.
46 iuramenti,priuil.60.num.3.

Non

Non obſtat etiam renuntiatio huiuſmodi ex-
ceptionis, quia illa non valet, quia ea facilitate,
47 qua inducitur ad cōtrahendum, eadem ad renun-
tiandum, communem dicit Barto. in l.ſi ex cau-
tione, num.4.& 9. C.de non numerata pecunia,
& commun.dicit Aretin. in §.idem iuris, nu.38.
Inſt.de except.& hoc quando renuntiatio eſt fa-
cta in eodem inſtrumento, ſecus ſi ex interuallo,
ſcilicet ſi non præcederet promiſſio in certa ſum-
ma, quia tunc confeſſio ſupponit numerationem.
48 Iaſ.dicit omnes cum hac diſtinctione tranſire, in
l.qui pecuniam, num.2. ff.ſi certum petatur. facit
optimè Maſcardus in verbo confeſſio, de recep.
num.19. concl.361. nec valet pactum de non op
ponenda huiuſmodi exceptione; item multum
intereſt, an quis iuret ſimpliciter non contraue-
nire, vt hic, & tunc opponi poteſt exceptio; an
49 quis dixerit omnia eſſe vera, & tunc minimè id
detur, vt inquit Aretinus eo.§.idem iuris, nu.39.
Bar.in l.fin.C.de non numer.pec. dicit, quod po-
terit repetere. Item loquitur, vt iam pręmonui in
principali non in hęrede. Theſaurus ea.deciſ.32.
Item quicquid ſit non prohibetur ſuſcipere onus
probandæ negatiuæ maximè cōfeſſione, quæ ad-
mittitur etiam quando defluxit tempus ad id prę
ſtitutum, prout imò etiam ille, qui iurauit impe-
trata abſolutione iuramēti poteſt id probare, fra
tres vero ſine abſolutione, vt ꝓbat Aret. ſuperius
50 relatus: ſolutio enim, ſicut coniecturis probatur,
ita etiam non ſolutio. Maſcardus in verbo ſolut.
concluſ.1324. num.26.

Tertium, vt iam abſoluam propoſitum quæ-
ſtionis punctum, puto legatum ita agnitum cen-
ſeri, vt liberatio ei adiecta debeatur.

Nam agnoſcens legatum etiam cui ſit adiun-
ctum onus maius legato, non poteſt onus recuſa
re, quando nō tenetur rem redimere, ſed propria
51 fuerit grauata, ſiue onus pluris, ſiue minoris fue-
rit. l.Imperator.§.ſi centum, de leg.2.l.planè la 2.
§.ſi cui Stichus.ff.de leg.1. Crauet. conſ.174.nu.
9.& in terminis mulieris acceptantis legatum, vt
52 intelligatur ius, dotis remiſiſſe, ponit Ruinus vi-
dendus conſ.79.nu.6.lib.2.Alex.conſ.102.nu.4.
lib.1.Crauet.conſ.557.nu.4. Simon à Præt.tra-
cta.vlt.volunt.lib.5. interp.1. dub.2. nu.17. fol.
486.& lib.3.fol.3.& vlt.fol.304. num.2. Meno-
chius de præſump.lib.4.pręſumpt.110.num.30.
& 31. acceptatio autem facta probatur eius agni
tione, mobilium retentione, ipſo vſusfructu, &
53 actu acquiſitionis legatorum in teſtamēto, & de-
mum petitione rei legatæ, vt affirmat Aretinus
conſ.135. & etiam hoc idem oſtēditur ſolis acti-
bus ad petendam hæreditatem preparatis, vt do-
cet Bartolus in l.gerit.ff.de acq.hæred. nec po-
teſt poſtea ſe abſtinere. l.quemadmodum. ff. de
inoff.teſtamento. Item implemento conditionis.
Item vt noſtri aiunt actu acquiſitiuo, trāſlatiuo,
poſſeſſorio, & actu verbi, vt commemorat idem
Simon à Prætis lib.5.dub.3.fol.494. num.35.&
fol.495.nu.54.& dixi ego conſ.62.nu.11.vol.1.

Sed an mulier potuerit facere hanc agnitionē:
54 vide Simo.fol.494. nu. 43. interpretē, ad ſtatu-
tum cap.328. nume.138. & ſtatutum, cap.229.
vult vt poſſit id in vltima voluntate facere. Item
quia videtur locupletior fieri, & confeſſio etiam
ex actu, & contractu nullo tenet, vt firmat Alex.
55 in l.ita ſtipulatus.§.Chryſogonus, nu.11.de ver-
bor.oblig.interpres ad ſtatutum, cap.328. nume.
410. Maſcardus concluſione 358. in verbo, con-
56 feſſio facta in contractu, & ex actu reuocato, pro
batur etiam voluntas, Crauet.conſilio 113.nu-
mero 6.

Sed de tertio puncto iam hactenus, & vt aliud
quæſtionis caput, quod propter materiæ affinita-
tem coniungendum duxi, attingam, in quo agi-
tur de interpretatione legati facti in hæc ver-
ba.

Item lego, & iudico, & iure inſtitutionis relin-
quo Dominis Io. Ambroſio, & fratribus totam
poſſeſſionem, quam habeo ſitam in loco, & terri-
torio de Archurri poſt mortē infraſcripti D. Al-
phonſi fratris, & hæredis mei teſtatoris, & reſpe-
ctu partis dicti D. Alphonſi volo, quod ipſe D.
Alphonſus, vel eius hæredes poſſit, & poſſint, &
teneatur accipere tot ex bonis mei teſtatoris, quę
habeo in loco, & territorio de Cliuerio plebis Sā-
cti Donati ducatus Mediolani, loco . & ſcontro
dictæ portionis dicti D. Alphonſi, & ſi ipſi fra-
tres decederent ante mortem dicti, & infraſcri-
pti D. Alphōſi, & filiorum ſuorum, eo in caſu vo-
lo, quod dicta poſſeſſio ſit, & remaneat præfa-
tis Carpanis, quia ſic eſt mea vltima volun-
tas.

Dubitatur an ꝓ iſta verba, ad hoc vt poſſeſſio
remaneat Carpanis, requiratur copulatiuè, quod
deceſſerint dicti fratres, & ante mortem Alphon-
ſi, & ante mortem filiorum, qui caſus non euenit;
an vero ſufficiat, quod deceſſerint ante mortem
filiorum, licet poſt mortem Alphonſi, qui caſus
euenit, & ſecundum ea, quæ proponuntur puto
caſum non eueniſſe, vt bona legata debeant Car-
panis remanere.

Nam etſi multa vtrinque dici poſſent, paucis
tamen res concluditur, vt ſcilicet copula non de-
beat reſolui in disiunctam, quod antequam ex-
plicem præfari illud liceat, vt legata ſub condi-
tione non debeantur, niſi comprobata conditio-
57 ne, & qui dicit eueniſſe eius caſum debet illum
probare clarè. l.legata ſub conditione. ff.de con-
dit. & demonſtrat. Bello. conſilio 59. vbi dicit
communem. Maſcardus tract.probat. in verbo,
conditio.

Nec aliter eſt recedendum à proprietate ſer-
monis, quam ſi manifeſtum ſit aliter teſtatorem
ſenſiſſe. l.non aliter. ff. de legatis tertio, l.ille
aut ille, eod. titulo, vtitur enim Iuriſconſultus
verbo manifeſtum, quod dubitationem non ha-
58 bet, concluſioque illa an inducatur fideicommiſ-
ſum tantum. l.Lucius, §.tres fratres; ad Trebel-
lian. vel coniecturis. l.cum proponeretur, de le-

gat.ſecundo, diſtinguitur ex Bartoli, & aliorum
ſententia an neceſſariæ ſint, & ex diſpoſitis col-
lectæ, vt probat Cardinalis Mantica de coniect.
libro 3. titulo 4. ſiquidem nullum eſt maius vo-
lũtatis teſtimonium, quàm qualitas inſpecta ver-
60 borum;& quod teſtator non loquitur, nec nos di-
cere debemus, poteſtque dici, ſubſtitutio de te
non loquitur, l. Labeo. ff. de ſupellectili legata.

His ſic præmiſſis quaſi anteſignanis in hac iu-
diciali acie militibus, vt iam in dimicationem
veniamus ex multis perſpicua fit hæc noſtra ſen-
tentia, vt ſcilicet coniuncta in diſiunctum nõ re-
ſoluatur.

Primo, quia proprietas copulæ illa eſt, vt exi-
61 gat conſenſum vtriuſque copulati, & pro vno ha
beantur propter coniunctionem. l. ſi hæredi plu-
res. ff. de condit. inſtit. §. ſi plures, l. vltimo. Inſtit.
de hæred. inſtit. vbi dat exemplum. l. ſi quis ita,
de verbor. obligat. Iaſ. in l. prima, de iuſt. & iure.
Fely. in cap. 2. de reſcrip. Euerardus in loco à cõ-
iunctione copulæ, idem Simon à Prætis lib. 2. ſol.
3. ſol. 149. num. 94.

Quod etiam extenditur ad perſonas, in quibus
cadit ordo charitatis, & affectionis, modo nõ ſint
62 ex deſcendentibus teſtatoris, quia non eſt receden
dum à proprietate ſermonis, vt magis commun.
contra Bar. Bald. & alij dicunt maxime Socin.
ſenior num. 3. in l. Gallus. §. quidam recte, de lib.
& poſthumis. Mantica relato tract. lib. 4. titulo 7.
numero 19.

Secundo, in terminis caſus noſtri, quãdo reli-
ctum eſſet ſi filius, & Antonia in pupillari ætate
63 deceſſerint, & Antonia decedat antequam nubat
conſuluere Roman. conſil. 131. Ancharanus con
ſil. 266. iſte magiſter Decius pulcherrimè in con
ſil. 89. & conſilio 290, num. 3. 4. 7. & 433. vbi eſt
ſimilis caſus de legato molendini, ſi vxor præde-
ceſſerit, & ſui deſcendentes, quia non ſufficit vnũ
euenire ſine alio, quia quilibet ex copulatis pro-
64 ducit per ſe effectum, vt ita dicam incapacitatis.
Decius conſ. 661. nu. 4. & qui probare debet duo
coniunctim non ſatisfacit probando vnum, Ma-
ſcard. de probat. concluſ. 688. num. 4.

Tertio, id magis dicendum eſt, propter dictio-
65 nem illam, nunc, quæ deſignat temporis extremi
tatem. l. 4. §. finali. ff. de condit. & demonſtrat. ibi
ſi in quinquẽnio proximo deceſſerit Titius, tunc
dabitur.

Quarto, ponderando illa verba eo caſu, quæ
illos duos caſus pro vno haberi volunt, & ſe ad
66 eum caſum reſtringunt, & propterea licet in vul-
gari fiat extenſio de caſu expreſſo ad alium ſimi-
67 lem, fallit quando adſunt illa verba, tunc, & eo ca
ſu. l. cum proponas. ff. de hæred. inſt. l. fin. C. de im
pub. & alijs. Ancharan. conſ. 256. Dec. conſ. 417.
433. Gozad. conſi. 4. nu. 4. Prætus lib. 3. fol. 235.
numero 20.

Quinto, quia quando quæritur an caſus omiſ-
ſus pro expreſſo haberi debeat, diſtinguitur an ſit
expreſſum per modum diſpoſitionis, vel conditio
nis; ſi per modum conditionis, aut voluntariè, aut
68 neceſſariè, ſi voluntariè ſemper habetur pro omiſ
ſo, & debet expleri in forma nominata, accedant
illa verba remaneat dictis Carpanis, ergo patri,
& filijs, & pluralis oratio duorum numerum exi-
git, l. vbi numerus, de reſt. c. pluralis locutio, de re
gul. iur. & ideo licet in deſcendentibus copula re-
ſoluatur in diſiunctam non procedit in caſu, quã-
69 do teſtator vſus eſt numero plurali. l. Gallus. §.
quidam rectè, de lib. & poſth. idem Mant. ſæpius
adducto tract. lib. 4. tit. 7. nu. 15.

Adeo quod verbis inſpectis meo iudicio non
habet difficultatem vniuerſo teſtamenti contex-
tu diligenter examinato, ſed hoc idem perſpicuũ
fit inſpecta mente, omitto, quod indiſcreta, & in-
uetiſimilis eſſet conditio, quia cum eſſent proue-
70 ctæ ætatis inane legatum efficeretur, vt inquit So
cin. ſenior in l. In teſtamento. ff. de reb. dub. omit-
to, quod magis dilecti eſſent deterioris conditio-
71 nis, quàm ipſi ſubſtituti minus dilecti. l. hæredes
mei. §. cum ita, ad Trebel. omitto, quod pars in
eodem capitulo, quia dixit, vel hæredes hoc ip-
72 ſum declarat Bartol. in l. vtrum, de petit. hæred.
mitto, quod aliter dicẽdo ſequeretur vt ſtatim vo
luerit ſe corrigere, vt tam magnificũ apparatum
73 & ſplendidam orationem concidere. l. non ad ea.
ff. de condit. & demonſt.

Verum ſenſus eſt igitur, vt voluerit prouidere
ad fauorem legatariorum, vt tranſmiſſio locũ nõ
haberet decedẽte Alphonſo ſine liberis, quę locũ
habuiſſet, vbi ea cõditio copulata expreſſa nõ fo-
ret, quia legatũ erat cõditionale, & caducũ. l. quar
74 ta, vbi eſt caſus, quando dies legati cedat. l. vnica.
§. ſin autem, de cad. toll. ideo voluit ei adijcere an
te mortem filiorum ad modificandam tranſmiſ-
ſionem, vt non haberet locum vbi filios haberet,
& ante eos, & Alphonſum deceſſiſſent legatarij
comprobatur hic ſenſus illis verbis, remaneat,
75 quod procedit in caſu caduci, quia mauult his eſ-
ſe à quibus relictũ eſt, l. ab eo. ff. de vſufructu leg.
glo. in l. tale pactũ. ff. Item quia cum fuiſſent ſub-
ſtituti in generali inſtitutione dubitari poterat,
an particularis comprehendi debuiſſet, quia gene
ri per ſpeciem derogatur, ideo hoc fuit expreſsũ,
iureque inſtitutionis factum legatum maiorem
amoris oſtendit propenſionem.

Nec aduerſatur inanitatis obiectum vitiũ, nem
pe, quia iam ſatis clarum erat, vt niſi ſuperuixiſ-
ſent Alphonſo, non potuiſſent legatum habere.

Quia reſpondetur vigente hoc neceſſario ſen
76 ſu noſtro reſpectu tranſmiſſionis ſatis agere.

Secundo, quia ſatis eſt, quod remoueant dubi-
tationem, quia tranſmiſſio facilè inducitur. l. 1. de
legat. Crauet. conſ. 70. num. 29.

77 Tertio, potius verba inania ſunt dicenda, quã
aliquod contra mentem.

Quarto cum ex vi permutationis bonorũ Ar-
churri eſſet quæſitum ius ante mortem; eſt po-
tius dilata executio. l. ex his. C. quando dies lega-
ti cedat.

Non officit: quod in inſtitutione dixerit, vbi
Alphõſus, & alij deceſſerint ſine liberis: quia ora-
78 tio reſoluitur in diſiunctam ex neceſſitate, & repu
gnantia, velut ſi dixiſſet, ſi deceſſerit in pupillari
ætate, & filios non habuerit, l. ſi Titio ſundum de
vſufr. leg. Iaſ. in l. 1. ff. de iuſt. & iure cum alijs al-
legatis.

Non obſtat etiam quod filij Alphonſi videan
tur magis dilecti: quia in parte legata, & ex prio-
79 ri nominatione magis dilecti dicuntur ad notata
in l. hæredes mei, §. cum ita.

Sed meo iudicio tollitur omnis iuſtæ dubita-
tionis occaſio diuturna obſeruantia poſtea ſubſe-
80 quuta à qua verba teſtamenti ambigua interpre-
tationem capiunt, l. ſi de interpretatione, l. mini-
mè, ff. de legibus, Crauetta pulchrè conſ. 754. &
conſ. 201. & 274. hæc interpretans obſeruantia,
& conſuetudo nũquam intelligitur ſublata, vt ait
Decius conſ. 11. nã neſas eſt recedere ab his, quæ
81 immenſo, quaſi tempore obſeruata ſunt, diligen-
tes enim homines notarunt quæ plerunque me-
lius reſponderent hæredisque confeſſio optimè
probat fideicommiſſum, & non poteſt à ſucceſſo-
82 ribus reuocari Mantica latè de coniect. vltim. vo
luntat. lib. 3. titu. 1. nu. 25. l. ſi quis à filio, §. ſi quis
plures de leg. 1. maxime quando agitur de inter-
pretando iam inducto fideicommiſſo, & licet hoc
locum habere nõ videatur quando verſatetur er-
ror in facto, vel in iure propter ius implicitum ex
83 ſententia gloſ. in l. penult. ff. de confeſſ. Simon à
Prætis eod. tracta. de interpret. vltim. voluntat.
lib. 3. ſol. 12. interpret. 3. dub. 1. fol. 206. num. 19.
Borgninus deciſ. 18. num. 125. volumine tertio.
Attamẽ reſpondetur eum qui erroris excuſatio-
ne ſe vult tueri debere illum clarè, & perſpicuè
probare, nec præſumi Iaſ. in l. ſi poſt diuiſionem,
84 C. de iuris, & facti ignoran. & regula eſt, vt error
facti non iuris excuſet, l. regula, de iuris & facti
ignorantia errorque iuris eſt difficilis admodum
85 probationis, vt inquit Ruinus conſil. 128. vol. 2.
negaturque hæc implicita, & quaſi abſcondita
iuris explicatio, cum potius pateat, & expedi-
ta ſit.

Non obſtat, vt legatum ſolutum ſit, quod erat
ademptum propter inimicitias, atque ideo rectè
86 repeti poſſit, vt explicat Cardinalis Mantica eo.
tracta. de coniecturis lib. 12. titulo quinto, nume-
ro 12.

Quia ibi erat potius error facti: quia ignora-
bat inimicitias, ſed tollitur omnis difficultas: quia
ex curſu tanti temporis ſublata eſſe videtur hæc
allegatio erroris, & ex capite etiam ignorantiæ
non dari videtur reſtitutio in integrum aduerſus
87 præſcriptionem quadraginta annorum, vt magis
communem dicit Socinus iun. in l. filiusfamilias,
§. diui, nu. 142. de leg. 1. quod de bona fide profer
tur non procedit in titulo (vt aiunt) putatiuo, vel
88 etiam ex iuris errore profecto, vt ait Felynus in
capit. de quarta, nume. 34. de præſcript. Maſcar-
dus de probat. concluſ. 641. in verbo, errans in iu
re an præſumatur in dolo ſed poteſt dici, id locũ
poſſe forte habere quando titulus propalam eſſet
89 reprobatus, vt declarat Viuius lib. communiũ in
verbo, præſcriptio, lib. 2. Communium diuerſo-
rum fol. 219. incip. præſcriptionem triginta, vel
quadraginta annorum, nu. 60. & propterea per-
orationis, & epilogi loco quin legatarij cũ ſuper-
uixerint Alphonſo iure cõſecuti ſint legatum eis
factum à Carpano poſt Alphonſi mortem nihil
eſt quod dubitemus, cum vna eis ſcripta conditio
euenerit. l. legata ſub conditione, ff. de conditio. &
demonſtrat. hancque veritatem agnouit prǽſtan
tiſſimus collega meus Io. Bernardinus Siccus par
tis aduerſæ Aduocatus in congreſſu habito, hoc-
que idem tanquam per ſe ſatis clarum approbat
ſapiens Iudex.

Dum vero teſtator voluit ſi fratres legatarij
decederent ante mortem Alphonſi, & filiorum
ſuorum eo in caſu legatus fundus ſit, & remaneat
Carpanis, fit controuerſia ab aduerſarijs qui pu-
tant eam copulam reſolui in diſiũctam ea ratio-
ne: quia cum iam in generali inſtitutione ſub-
ſtituti forẽt filij Alphonſi, & filiorum ſuorũ ina-
nis hæc prouiſio foret, vbi ad caſum caduci lega-
ti referretur; vnde fit, vt vigente hoc inanitatis
abſurdo coniuncta pro diſiuncta accipi debeat ex
90 l. ſi fundus Titio, ff. de vſufructu legato, & Iaſ. in
l. 1. ff. de iuſt. & iure, Felyno in cap. 11. de reſcri-
ptis, cum alijs vulgaribus.

Verum iam diximus, & iuuat repetere Carpa
nos eſſe vocatos in ſolo caſu caduci, & ſic ante-
quam legatum perueniret ad fratres legatarios
vocatos ſub duplici conditione ſimul copulata,
ſcilicet ſuper exiſtẽtiæ Alphonſi, & filiorum, quæ
cum non euenerit: quia Mozzoni ſuperuixerunt
filio euanuit ipſa cõditio deficitq; vocatio perin-
de, ac ſi vna tantum ſcripta eis foret cõditio, quæ
defeciſſet cum ex vi coniunctionis duæ ille con-
ditiones ſimul copulatæ pro vna habeantur à le-
ge, & ab ipſomet teſtatore, dum duos illos caſus
ad caſum vnum retulit, cum in numero ſingulari
adiecerit illa reſtringentia, & coarctantia verba,
eo caſu, & agatur de voluntaria conditione, quæ
ſpeciatim eſt omnino implenda, l. ſi hæredi plu-
res, ff. de condit. & demonſt. §. ſi plures; el ſecõdo,
inſt. de hæred. inſtit. & in ſimilibus terminis cæte-
91 ris omiſſis quos adduximus cõſuluit omnino vi-
dendus Decius conſilio 89. & conſil. 290. & conſ.
417. & conſ. 433.

Quod vero vocatio Carpanorum ſit reſtricta
ad caſum caduci legati, vel in cauſam caduci, tan
tum dixi ego, & ſcripto, & viua voce in concerta-
torio iudicio ſatis probari ex verbo, remaneat,
quod ex ſua propria ſignificatione ad caſum ca-
duci refertur, ſcilicet antequam legatum ad lega-
92 tarũ perueniat, & in puncto eſt celebris tex. iun-
cta gloſ. in verbo, remanet, in l. ſi ab eo. ff. de vſu-
fructu legato, & conuenit gloſ. optima in verbo,
remaneret in l. tale pactum, §. fina. ff. de pactis,
quod & magis ex verbo adiuncto, & ſit, declara-

tur cum illud directum ſit, & ita retorquebam ar-
gumentum Clariſſimi Domini Sicci, dicebam-
que, & ſcio me veritatem dixiſſe, quod aduerſa
argumentatio ab inanitate deſumpta facile re-
fellitur.

Nam cum legati hæc prouiſio ſingularis fo-
ret, illa autem inſtitutionis, & ſubſtitutionis gene
ralis eſſet, poterat iuſtè dubitari, an hæc ſpecialis
ſub generali illa contineretur, cum generi per ſpe
93 ciem derogetur, & an caduca facta aliqua ſubſti-
tutione admittatur ille, qui alicui ſubſtituto fue-
rat ſubſtitutus, de quo ait Marzarius epitome fi-
deicommiſſ. quæſt. 25. & hoc reſpectu ſatis agere
dicuntur verba, vt ſcribit in puncto Mantica de
coniect. vltim. volun. lib. 3. titulo 6. numero 3. Si-
mon à Prætis de interpret. vltim. volunt. libro 2.
fol. 2. num. 47. & infra fol. 142. & fol. 5. num. 34.
fol. 160. & ex conſequenti probabile erat dubiũ,
an in caſu caduci bona libere in poteſtate Al-
phonſi remanere deberent, teſtator autem, qui
hoc etiam in caduci caſu volebat illa ad filios Al
phonſi pertinere ad omnem remouendam dubi-
tationem hanc in legato ſpecialem ad filiorum
Alphonſi fauorem fecit prouiſionem, ſatiſque
agunt verba ſi dubitationem tollant, ad Craue-
tam videndum conſilio 70. numero 29. & con-
fert optimè Bartol. in l. talis ſcriptura, §. primo,
verſic. ſed ad iſtud oppono. ff. de legat. primo, &
l. 3. numero 2. 3. & 9. dum inquit expreſſionem
eorum, quæ tacitè inſunt nihil operari in his, quę
tacitè inſunt ex neceſſitate, ſecus in his, quæ in-
ſunt ex voluntate præſumpta, vt hic, quę ſi expri
94 matur ceſſat voluntas pręſumpta, quia habemus
veram, & ſic aliquid agunt, & plus operatur di-
recta, quam aliqua diſpoſitio gloſ. in verbo, con-
trauenerint, in cap. cum acceſſiſſent, de conſtitut.
Tolentinus in §. teſtamentum, numero 25. Inſti.
de teſtamentis.

Secundo reſpõdebam omne inanitatis vitium
tolli, quia aliter in hac ſpeciali prouiſione horũ
bonorum legatorũ in caſu caduci, prouiſum fue-
rat, quam in generali inſtitutione, & ſubſtitutio-
95 ne contineretur, & ideo ſuperflua non dicitur; vt
docet Bartolus in l. Cornelius. ff. de hæred. inſtit.
l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi
ita ſtipulatus, de vſuris, ibi enim expreſſum erat,
vt filij poſt mortem Alphonſi admitterentur,
hic autem dicitur, remaneat dictis Carpanis, &
ſic patri, & filijs, ſimul & coniunctim, & ſic viuen
te etiam patre, poſtquam verſamur in extraneis,
96 in quibus non cadit ordo ſucceſſionis, & affectio
nis, vt communem dicit Socinus ſenior in l. Gal-
lus, §. quidam rectè, numero 5. de liber. & poſthu
mis; atque etiam adſit oratio pluralis vtroſque
complectẽs, ſcilicet patrem, & filios, ita vt ſi eſſe-
mus etiam in deſcendentibus teſtatoris, in qui-
bus cadit ordo neceſſitatis, propter verborum ef-
ficaciam intelligerentur vocati coniunctim, &
97 non ordine ſucceſſiuo, vt probat Socinus iunior
eo. §. quidam rectè, numero 28. & latè Mantica
de coniectur. vltim. volun. lib. 4. titulo 7. numero
15. & 19. & ſic cum ceſſet allegatum virium ina-
nitatis, concidit etiam aduerſa argumentatio, &
firmus manet veriſſimus noſter ſenſus, imo ſi vt
volunt aduerſarij illa copula in diſiunctam re-
ſolueretur, & ſic per ſe conſideraretur tanquam
quod magis ampliet, ſequeretur, quod vna pars
eſſet ſuperflua; nam cum teſtator legauerit fun-
dum poſt mortem Alphonſi clarũ erat, quod de-
cedentibus legatarijs ante mortem Alphonſi re-
manebat eis tanquam caducum, & ſic ſi diſiun-
ctè, & per ſe conſideratur ſequens prouiſio, vt ſci-
licet ſi legatarij recedant ante mortem Alphonſi
vel filiorum legatum remaneat Io. Ambroſio, &
fratribus illa prima pars eſſet ſuperflua, quod ab-
ſurdum ne ſequatur eſt dicendum, vt ſtet coniun
ctim, prout exigit propria natura copulæ, quæ li-
cet aliquando ſtet ampliatiuè, vt ait Vegius con
ſilio 75. numero 15. tamen id procedit, quando
copulata per ſe ſeparatim conſiderari poſſunt, vt
98 dicitur de priuilegio conceſſo Doctoribus, & mi-
litibus, Originarijs, & incolis, & habitantibus, vt
declarat Craueta conſilio 909. numero 11. ſecus
ſi per ſe conſiderari non poſſunt, vt in noſtro caſu
in quo ſi ſeparẽtur, prout vellent aduerſarij, vna
pars remaneret ſuperflua, & conſequenter tenen
tur aduerſarij eiſdem laqueis, quibus nos capere
conati ſunt, ſed fruſtra.

Quæ cum ita ſe habeant, partes integerrimi
iudicis ſunt omnino in iudicando pro reis con-
uictis, pro quibus ſtat proprietas ſermonis, mens
teſtatoris, & inueterata adeo obſeruantia, à qua
non eſt dubium diſpoſitionem teſtatoris, ſicut le-
gis optimam ſumere interpretationem, nõ enim
quidlibet inculcat, ſed cogitat, quid maximè con
ueniat, & id vſu explorat, quod antea coniectura
duxerat, & poſtquam in multis ita rem ſe habe-
re experitur, docet in poſterum, quid tenendum
ſit, &c.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO HIERONYMA Cruceia.

ARGVMENTA.

In poſteriore teſtamẽto ſi dictum fue-
rit, vt prius ſortiatur ſuum effectum ſal-
uo vt infra, & prima inſtitutio fuerit fa-
cta ſub varijs conditionibus fideicom-
miſſarijs, ſecunda autem ſimpliciter in
hæc verba, ſcilicet denuo inſtituo Baldeſ
ſarem, qui in priori teſtamento inſtitu-
tus

tus fuerat an eædem conditiones repetitæ cenſeantur, multaque de huiuſmodi interpretatione prioris, vel poſterioris teſtamenti ſubtiliſſimè perpolita explicantur.

Subſtitutus vbi filij non naſcantur ex ſorore hærede inſtituta an admittatur, vbi illa ad eam ætatem peruenerit, vt in ea deficiat ſpes ſuſcipiẽdæ prolis, vel eius mors expectanda ſit.

Fructus percepti ab hærede ante petitam fideicommiſſi reſtitutionem, an fideicommiſſario debeantur.

Pluralitas ſiue in vltimis voluntatibus, ſiue in cõtractibus, an in ſingularitates reſoluatur.

SVMMAE RERVM.

1 *Clauſula ſaluo tamen, ut infra quam vim habeat.*

2 *Inſtitutio prior vbi ſit ſcripta ſub conditione, ſecundà autem vbi ſit pura, illa ab hac reuocata cenſetur.*

3 *Mutatio cum ſit quid facti, non præſumitur niſi probetur.*

4 *Mutatio nõ præſumitur rebus ſic ſtantibus, cæterum ſi noua ſuperueniat cauſa, ea præſumitur.*

5 *Teſtamento poſteriore, primum ſublatum cenſetur, quia voluntas teſtatoris vſque ad mortem mutari poteſt.*

6 *Vltima prioribus derogant.*

7 *Teſtamentum poſterius tollit prius, non obſtante clauſula ĩ eo appoſita, ut illud abrogari nõ poſſit.*

8 *Clauſula de nouo facimus, poteſt intelligi vel reſpectu principij, quia nunquam fuit, vel reſpectu finis, quia fuit, & poſtea eſſe deſijt.*

9 *Noua prouiſio dicitur ſi priori addantur cõditiones vel contra.*

10 *Renouatio dicitur, ſi prior actus nouetur, & à primo tollatur, reformatio autem dicitur ſi prior cõtractus maneat, & in eo inſit, & quæ differentia ſit inter renouationem, & reformationem.*

11 *Hæres vt cenſeatur minus oneratus interpretatio eſt facienda.*

12 *Fideicommiſſi inductio odioſa cenſetur.*

13 *Teſtamentum nouum ſi fiat mutato vno legato non cenſentur alia in priore teſtamẽto contenta repetita, niſi fuerint tacitè vel expreſſè confirmata.*

14 *Declaratio non dicitur, ſed correctio, vbi prior diſpoſitio mutatur.*

15 *Exceptio, in reliquis firmat regulam.*

16 *Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.*

17 *Regulis iuris inhærere debemus, & qui exceptionẽ allegat eam probare debet.*

18 *Pro regula eſt ſemper pronuntiandum, cum etiam comprehendat perſonas priuilegio donatas, niſi priuilegium probetur in ea re de qua agitur.*

19 *Mutatum quod non eſt, cur ſtare prohibetur.*

20 *In confirmato actu, repetita cenſentur, quæ ſunt in confirmante.*

21 *Teſtator non præſumitur elegiſſe viam per quam ſuum iudicium euerteretur.*

22 *Ad augendum inducta, non debent contrarium effectum operari.*

23 *In primo teſtamẽto qualitas appoſita an cenſeatur in ſecundo teſtamento repetita.*

24 *Voluntas etiam ab actu reuocato, & nullo probatur.*

25 *Teſtamentum primum vbi teſtator confirmare voluerit, exceptis nonnullis, primum ad ſecundum itatrahitur vt vnum in altero inſit.*

26 *Teſtator vbi prius teſtamentum poſteriore confirmet, nonnullis mutatis, cenſetur tantum de medio tollere, quæ reformauit.*

27 *Cõfirmatio cæterorum, eſt vnius detractio, ſeu infirmatio.*

28 *Reformatio prioris actus, vt ſtrictè accipienda, quatenus verba neceſſario ſonãt, ne teſtator videatur ſe ſubito correxiſſe.*

29 *A forma receſſum nõ dicitur, etiamſi perſona mutata ſit.*

30 *Diſpoſitio prior vbi non fuerit penitus reuocata, ſed potius cõnfirmata, facit, vt hæc ad illam trahatur.*

31 *Clauſula ſaluo, vt infra moderatur diſpoſitionem, & eam reſtringit.*

32 *Dictio, tamen, præcedẽtia repetit exceptis his quibus aduerſatur.*

33 *Dictionum excipientium, & limitantium ea eſt natura, vt id quod ponunt, affirment, & concludãt, cætera vero excludant.*

34 *Exceptio coarctat generalem ſermonem in rebus exceptis tantum vbi eſt, & nõ in locis, vbi non eſt.*

35 *Dictio, vt ſupra, reſtringit præcedentia, ſicut dictio infra, ſubſequentia.*

36 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

37 *Geminata oratio apertius oſtendit teſtatoris voluntatem.*

38 *Inſtituatur ſi quis de nouo perinde eſt, ac ſi dictum foret, iterum inſtituo.*

39 *Dictio, de nouo, iterationem actus ſub eiſdem qualitatibus afferre videtur.*

40 *Dictio, iterato, accipitur pro dictione, iterum, & dicitur de eo, quod iam factum eſt.*

41 *Qualitas prima diſpoſitionis cenſetur repetita in alia nouata.*

42 *Renouatio actus facta intelligitur ſub eiſdem qualitatibus.*

43 *Subſtitutionis facilius inducitur repetitio, quàm inſtitutionis.*

44 *Inſtitutio ſub conditione, an à pura diſtet, & diſpoſitio legis non ad ea. ff. de condit. & demonſtrat. procedit tantum in legatis.*

45 *Actus poſterior additus priori hoc expreſſo, vt prior non abrogetur, idem actus cenſetur.*

46 *Inſtitutio ſub conditione, vel adiecto onere valdè inter ſe differt, quia conditio ſuſpendit actũ, mo-*

dus non, quia impletur poſt acquiſitum emolumentum.

47 Fideicommiſſo ſuſtinentur vitiata etiam hæredis inſtitutione, quia fideicommiſſarius dicitur & ipſe hæres.

48 Inſtitutione principali facta caduca, non tamen cadit fideicommiſſario ſubſtitutio.

49 Diſpoſitio ſi ad aliam referens, debet intelligi ſecundum naturam, & cõditionem illius, ad quam fit relatio.

50 Cautela abundans non nocet, & quam valdè conducat viam multis præſidijs munire.

51 Fideicommiſſum conditionale non debetur pẽdente conditione, ſed ita demum ſi comprobetur.

52 Fœmina prolis ſuſcipiendæ, eſt habilis vſq; ad quinquageſimum annum, & interdum paulo vltra.

53 Conditionem impleri, quo ad effectum, vel ad iuris interpretationem ſufficere videtur.

54 Conditio fideicommiſſi ſi filius naſciturus ſine filijs decedat, comprobatur, etiamſi filius non naſcatur.

55 In ſubſtitutione vulgari conſideratur nedum caſus voluntatis, ſed etiam impotentiæ.

56 Clauſula ſubſtituo vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum eam habet vim, vt ſatis ſit conditionem impleri, quoad effectum.

57 Conditionis euentus abſque interpellatione nõ conſtituit hæredem hæredis in mora.

58 Fideicommiſſum comprobata etiam conditione de manu hæredis eſt capiendum.

59 Fructus ab hærede non debentur donec differtur, & negligitur à fideicommiſſario ipſa fideicommiſſi petitio.

60 Hæres conſequitur pẽſiones pro fructibus perceptis ante petitionem fideicommiſſi, etiamſi earum ſoluendarum dies ceſſerit poſt ipſam petitionem.

61 Singularis ſermonis proprietas eſt, vnum deſignare, pluralis plura ſignificare.

62 Pluralis numerus in ſingularem reſolui non debet, niſi neceſſaria vrgeat ratio.

63 A proprietate verborum non eſt recedendum, niſi aliter manifeſtum ſit, teſtatorem ſenſiſſe.

64 Voluntatis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium, quam qualitas inſpecto verborum.

65 Pluralitas in ſingularitates non reſoluitur ex regulari iure, niſi adſit ratio contraria.

66 A regula non recedimus, niſi legitimè probetur exceptio.

67 Pluralitas in ſingularitates non reſoluitur in fideicommiſſaria ſubſtitutione, ex magis recepta Doctorum ſententia.

68 Pluralitas in ſingularitates nõ reſoluitur, eo minus ſi copulatim, vel conditionaliter ſubſtitutio facta ſit.

69 Conditiones plures vbi ſimul ſint coniunctæ omnibus parendum eſt, quia pro vna habentur.

70 Subſtitutio facta in caſum mortis duorum copulatim iunctorum, non obſeruatur niſi vterque moriatur.

71 Conditio ſcindi non debet, ſi in vim cuiuſdam præciſæ conditionis concurſus pluralitatis exigatur.

72 Pluralitas licet propriè videatur geminare ſuas ſingularitates, tamen propter indefinitam, vel copulam geminat coniunctim.

73 Subſtitutus vt admittatur debet adeſſe concurſus vtriuſq; poſitus in conditione, etiamſi ius accreſcendi deficeret.

74 Pluralitas in ſingularitates non reſoluitur in contractibus, ex magis recepta ſententia.

75 Emphyteuſis ita accepta vt poſt mortem filiorum, & nepotum ad eccleſiam redeat, non reuertitur per mortem alicuius ex filijs, ſed eſt expectanda mors omnium.

76 Pluralitas non reſoluitur in ſingularitates in ſubſtitutione in contractu facta.

77 Clauſula eo caſu impedit, ne pluralitas in ſingularitates reſoluatur.

78 Extenſio non fit de caſu ad caſum, vbi appoſita ſit clauſula, tunc, & eo caſu.

79 Hæreditas manet penes hæredes oneratorum, donec conditio eueniat.

80 Subſtitutio vbi facta ſit de omnibus bonis nõ poteſt admitti ad partem, maximè ſi adſit perſona, cui acquiri poſſit ex præſumpta mente defuncti.

81 Pluralitas in ſingularitates non reſoluitur, quoties viget diuerſa ratio, aut aliquod ſequatur abſurdum.

82 Fratres æquè dilecti cenſentur.

83 Pluralitas in ſingularitates non reſoluitur, vbi teſtatoris mens aduerſetur.

84 In æſtimatione rei incertæ ſpectandus eſt veriſimilis euentus.

85 In æſtimatione rei, nedum res, ſed tempus, & locus, & qualibet alia qualitas eſt ſpectanda.

86 In dijudicãda qualitate, & eius æſtimatione facienda, nedum numeri, ſed bonitatis rei ratio eſt habenda.

87 Inæqualitas eſſe non dicitur, vbi, qui in tempore oneratur, in portione ſubleuetur.

88 Lucrum eſt interdum pecuniam in loco negligere.

89 Inæqualitatem in contractibus aliquando permitti iniquum non videtur.

90 Aequalitati partes renuntiare poſſunt.

91 Aequalitas eſt æſtimatio mutua voluntaria, & ideo contrahentibus permittitur, vt ſe in pretio decipere poſſint, vſque ad dimidiam iuſti pretij.

92 Pluralitas eo difficilius in ſingularitates reſoluitur in deſcendentibus teſtatoris.

93 Pluralitas in ſingularitates non reſoluitur, quoties pro forma exigitur.

94 In interdicto de itinere actuq; priuato duæ res doceri debent, quod ſcilicet, quis ſit vſus hoc anno, & quod ſeruitus competat, vnde non obtinet ſi vnam tantum probet.

95 Duo qui præſtare debet, ſi in vno deficiat in toto deficere videtur.

96 Pro forma illud dicitur, quod per modum expreſſæ conditionis ponitur.

97 Forma reddit actum indiuiduum.

98 Indiuiduum quid dicitur ex mente diſponentis.

99 Con-

Digitized by Google

99 Conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica.

100 Conditio in duobus ſimul deſiderata, non ſufficit ſi in vno impleatur.

101 Pluralitas vbi exigitur per modum conditionis, non reſoluitur in ſingularitates.

102 Clauſula cum ea tamen lege, & conditione, eo magis conditionem demonſtrat.

103 Clauſula illa, dicti duo, demonſtrat, vt ſimul, & ſemel duo debeant interuenire.

104 Pluralitas, an & quando in ſingularitates reſoluatur, & quid ſi ſubſtituta ſit pia cauſa.

105 Agnationis fauor operatur in caſibus à teſtatore diſpoſitis, & nõ vltra, maximè ſi deſint illa verba, in perpetuum.

CONSILIVM CCXCVII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

QVoniam nihil eſt tam difficile quin quærendo inueſtigari, aut diſputãdo inueniri poſſit.

Primo motu dicendum videretur ex ſecunda iſta inſtitutione ſimpliciter facta, priorẽ illam ſcriptam in teſtamento Alexandriæ cõdito ſub varijs conditionibus fideicommiſſarijs reuocatam cẽſeri; nam licet teſtator dixerit, in hoc poſtremo teſtamento, vt teſtamẽtum illud Alexandriæ factum ſuum ſortiri debeat effectum; attamen eam adiecit declarationem, & limitationem ſcilicet ſaluo tamẽ, vt infra, cuius clauſulæ vis ea eſt, vt ſuperioribus aduerſans contrarium in ſequentibus demonſtret, atque ſimul modificetur, & reſtringat ſuperiora, & ab eorum diſpoſitione
1 ſequentia excipiat, prout ad ea refertur gloſ. in l. item Labeo, in verbo, pure. ff. famil. erciſcundæ. l. ita tamen. ff. ad Trebel. & ſcribit doctiſſimus Alciatus noſter conſi. 4. nu. 17. lib. 8. & conſi. 64. nu. 13. lib. 5. Simon à Prętis tract. de interp. vlt. volun. lib. 2. fol. 171. nu. 205. & lib. 4. ſol. 447. num. 19. & dixi ego conſ. 48. num. 23. Cum itaque ſequens inſtitutio inſcripta ſit purè, prior autem illa ſub cõditione inter ſe adeo diſſidentia, & diuerſa videntur, vt inde reuocatio tanquam repugnã
2 tium, & incomparibilium inducta eſſe cenſeatur, & præſens diſpoſitio attendi debeat, vt eſt caſus optimus in l. non ad ea. ff. de cond. & demonſt.

Secundo conſidero, licet mutatio non præſu-
3 matur, cum ſit quid facti, niſi probetur. l. eum qui voluntatem. ff. de probat. l. ſancimus. C. de teſta. Dec. conſ. 100. num. 6. idem Alciatus tract. præſumpt. reg. 2. præſumpt. 16. attamen id procedit rebus ſic ſtantibus; Cæterum ſi noua, & improuiſa, atque inopinata cauſa accidat, in his præ-
4 ſertim, quæ ex vnius volũtate pendent, mutatio præſumitur, vt inquit Alciatus excitato loco, nu. 3. & propterea ſi teſtator aliud conficiat teſtamẽtum, hoc poſteriore primum illud ſublatum cenſetur, cum volubilis ob variam vitæ rationem teſtatoris voluntas, mutabilis, & vaga ambulet vſ-
5 que ad mortem, quæ variandi, & mutandi omnẽ facultatem eripit. l. 3. §. fin. ff. de adim. leg. l. cum hic ſtatus. §. 1. ff. de don. inter virum, & vxorem,
6 & vltima derogant prioribus. l. pacta nouiſſima. C. de pactis, idq; adeo verum eſt, vt etiam locum habeat, ſi ex ſecundo teſtamẽto, nemo hæres exiſtat, aut ſi in primo teſtamẽto appoſita eſſet clauſula abrogans ſequentia, ſiquidẽ nemo poteſt in vltima voluntate eã ſibi dicere legem a qua ei re-
7 cedere non liceat, cum publicæ vtilitati expediat liberam diſponendi de rebus ſuis facultatem, & teſtamenti factionem ſaluam, & integram vnicuique ſeruari, vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, & ſicut contractus contrario partium conſenſu diſſolui poteſt, ita etiã vnius voluntas poteſt contraria eiuſdem voluntate abrogari: nam æquum non eſt, vt libertas voluntatis ſui nominis vi & ſignificatione amiſſa, & ſui naturalis arbitrij oblita, efficiatur neceſſitas, nec valeat amplius amplecti, quod ſemel recuſauit, aut poſſit nolle, quod ſemel voluit, vel liceat approbare, quod ſemel improbauit, aut nouum capere conſiliũ, cum tamen rerum humanarum rotæ aſſiduo ponderũ motu voluantur, & eodem identidem reuoluantur, & iccirco ſapientis eſt in eadem voluntate non manere, ſed ex temporum, & rerum varietate conſilia mutare, & teſtamenta iterum, atque iterum dum dies eſt, & antequam horrida nox mortis mentem opprimat, infirmare; decetque vt nemini dum ei vita ſuppetit teſtamenti factio auferatur, & qui cõtrarium putat errat longè mea quidem ſententia, l. ſiquis, in principio. ff. de lega. 3. & eſt tex. vulgatus in §. poſteriore, & §. ſequenti. Inſtit. quibus modis teſt. infirmentur. l. ſi quis in priore, in princ. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 264. nu. 1. verſi. ſed tamen. Clarus. §. teſtamentum, q. 94. & alijs ſequent. & nouiſſimè Maſcard. tract. probat. concl. 1288. incip. reuocationem teſtamenti, cum igitur noſter hic teſtator poſt illud Alexandriç, aliud confecerit teſtamentum, in quo etiam clauſulam adiecit derogatoriam ad alias præcedentes diſpoſitiones, conſequitur, vt voluerit ab eis omnino recedere; & quamuis confirmauerit illa priora, id tamen ita accipi voluit, quatenus ſcilicet in hoc ſecundo teſtamento reuocata non fuiſſent, ſed in eo, de quo agitur, ſcilicet in capite ipſius inſtitutionis, ſatis de reuocatione liquere videtur, poſtquàm prior illa fuit conditione affecta; hæc autem ſimplex, vt iam diximus in ſuperiori argumento.

Tertio idem confirmatur, nam dixit teſtator ſe de nouo inſtituere Baldeſſarem Sãſonum, illa enim verba, de nouo, poſsũt intelligi vel reſpectu
8 principij, quia nunquam fuit, vel reſpectu finis, quia fuit, & poſtea deſijt eſſe, & nunc renouatur, vt pulchrè declarat Cardinalis Zabarella in Clemen. fi. de penis, nu. 5. vbi videatur, & ideo merito dicitur ius de nouo conſtitui, vt docet in ſimili

Dynus in procemio,tit. de regu.iuris, num.9. ex iſtis enim verbis ſatis conſtare videtur, vt teſtator voluerit nouum actũ fouere à priori illo alienũ,dum hoc ſecundo teſtamento prius illud ſubſtulit,& fecit,vt illa prior,quæ erat inſtitutio,poſtea deſierit eſſe, & nũc renouata ſub alia forma, ſcilicet ſimplici noua diceretur inſtitutio , & per conſequens reſpectu conditionum adiectarum illi priori noua prouiſio induceretur ab hac ſimplici diſpoſitione , quæ illi hoc reſpectu videtur contraria , vt probat Caſtrenſis mox referendus in l.hæredes palam,§.ſi quid, de teſtamen.

Quarto hanc partem illud mirificè iuuat , vt ſcilicet, quamuis propriè loquendo renouatio dicatur,ſi prior actus mouetur, & à prima tollatur, reformatio autem dicatur,ſi prior contractus maneat,ſed in ſecũdo inſit; attamen reformatio tanquam nomen generale,vtramque ſpeciem complectitur,& iccirco vbi aliquid priori actui additur,vel aliquid ab eo detrahitur in eo,in quo primus actus immutatur, vel reformatur, nõ poteſt negari,quin dicatur renouatio , & ꝑpterea actus ſecundus, etiam ſub commemoratione prioris factus,vt hic, in eo, in quo apparet partes recedere voluiſſe, vel quia id expreſsè dixerint,vel tacitè, quando actus ſimul,& mutuo non conueniãt, vel inter ſe congruere nõ poſſint,dicitur nouus actus,
10 & prior ille in ea parte reformata ſublatus cenſetur, vt ſcribunt Bald. & Alexan.in l.iuriſgentiũ, §.adeo,ff.de pactis,& gloſ.in verbo, reformationem,in l.1.C.ſi de moment.poſſeſſ.fuerit appell. & egregiè docet Baldus videndus in l. pacta nouiſſima,& l.pacta conuenta. C.de pactis,& plenius Brunus tract.de aug.3. parte princip.nu.32. 38.& 45. quos retuli ego in conſ.36.nu.7. & 38. vol.1.& facit Gabriel lib.commun.tit.de nouat. concl.1.num.7.& 60.dum igitur teſtator dixit ſe de nouo inſtituere Baldeſſarem Sanſonũ, & quidem ſimpliciter,cum tamen priori loco ſub conditionibus varijs eundem hæredem ſcripſerit, hinc & tacitè,& expreſſe manifeſtum videtur in ea re à priori illo teſtamento recedere voluiſſe, & prio
11 rem voluntatem reformare,quod etiam veriſimilius videtur, cum ſemper ſit capienda interpretatio,vt hæres cenſeatur minus oneratus,quam fieri poteſt. l.nummis , & l.qui concubinam,§.1.de leg.3.& vt cenſeatur inducta remiſſio fideicõmiſ
12 ſi cum ea cẽſeatur fauorabilis,eius vero inductio valdè odioſa;nam hæc onus affert, illa vero alleuamentum; vna libertatem in ſeruitutem tradit, altera ſeruitutem ad libertatem reuocat , vt fusè ſcribit Mantica de coniect.vlt.volun. lib.7.tit.1. à num.1.vſque ad num.16.

Quinto, ſi mens teſtatoris fuiſſet mutandi tantum legata,non opus fuiſſet nouo teſtamẽto, ſed potuiſſet aliam diſpoſitionem , ſeu declarationẽ facere,quia in eis non conſiſtit vis , & ſubſtantia teſtamenti, ſed quando aliquid ex interuallo intendit mutare circa inſtitutionem hæredum,quę eſt teſtamenti caput,& ſubſtantia,tunc debet ex integro facere , & de nouo dicitur facere; & pro
13 pterea ſi nouum fiat teſtamẽtum mutato vno legato,non cenſentur alia in priori teſtamento contẽta repetita,niſi in ſpecie,vel ſaltẽ in genere confirmentur, vt pulchrè declarat Caſtren. vidẽdus in l.hæredes palam, §.ſi quid,verſic.nota,ex prima parte.ff.de teſtam.& comprobat Natta cõſi. 484. num.4.& 5. Si igitur teſtator hic noſter nõ intendiſſet nouare caput inſtitutionis , non opus fuiſſet facere nouum teſtamentum , nec in capite inſtitutionis dixiſſet,quod intẽdebat de nouo hæredem inſtituere ipſum Baldeſſarem ; nam cum priore loco ſub conditione inſtitutus fuiſſet , ſecundo loco autem ſimpliciter hæres ſcriptus foret , & ſic mutata eſſet voluntas circa ipſam ſubſtantiam teſtamenti;merito ex integro opus fuit, aliud teſtamentum facere,quod nouam appellauit prouiſionem , cum is qui corrigit , aut mutat
14 priorem diſpoſitionem nõ dicatur propriè interpretari,aut declarare,ſed potius de nouo, aut nouè diſponere,vt explicat Caſtren. conſ.340.parte prima.& Simon à Prętis de interpr.vlt.volun. lib.1.interp.1.ſol.1.fol.6. num.2.& infra, & folio 39.num.2.

Hæc ſunt, quæ primo aſpectu hanc partẽ mirificè pro ipſa Hieronyma iuuare mihi videtur ; verum enimuero re diligentiſſimè conſiderata,vt pro antiquo more meo, liberè dicam , quod ſentio,arbitror,ſecundum ea,quæ proponuntur contrariam ſentẽtiam eſſe probabiliorem,vt ſcilicet eædem conditiones repetitæ cenſeantur in ſecunda hac inſtitutione his proximis rationibus,&

Primo, quia licet reuocauerit teſtator priores tabulas,& teſtamentorum,& codicillorum;attamen ab ea reuocatione exemit,& ademptum eſſe cenſuit teſtamentum Alexandriæ conditum ; & codicillos Mediolani factos, imo voluit,vt ſuum ſortiantur effectum, ſaluo vt infra, vnde ſequitur vt poſtquã de eius aperta voluntate conſtet;eum expreſſe voluiſſe confirmare illud teſtamentum , & eos codicillos , in modum regulæ, & generalis diſpoſitionis , ab eis nõ recedemus,niſi quatenus
15 neceſſario mutata, & correcta doceatur, cum exceptio in reliquis magis , atque magis firmet , & confirmet regulam.l.nam quod liquide,§.fi.ff.de pen. legata , negans enim alterum ex duobus allatis , vel illatis reliquum affirmare præſumitur ,
16 & vno reprobato reliqua confirmantur, vniusvè excluſio, alterius eſt incluſio, & contra,nam hoc illato,infirmatur quod inductum fuerat,vt notat Bart.in l.quæſitum.§.denique.ff.de fundo inſt.latè Dec. & Cagnol.poſt alios in l.1.ille num.21. iſte, num.25.ff.de regul.iuris,& Euerardus in loco ab exceptione ad regulam,num.1.& 2.& propterea ſicut regulę iuris,tanquam noſtris ſedibus inhærere debemus , infixique manere, nec ab eis
17 tantulum diſcedere , niſi quatenus manifeſtè, & ſpeciatim doceatur ſingularis prouiſio, vt ſcribit Cagnol.ea.l.1.nu.15. & Decius,nu.6.& quibus adiungo Bartolum in l.quoties, num.1. ff.ſi quis caut.

caut.

caut.nam pro regula eſt ſemper pronũtiandum,
18 cum etiam compræhendat perſonas aliàs priui-
legio donatas,niſi priuilegium probetur in ea re,
de qua agitur, vt fuſe probat ex alijs Maſcardus
tract.probat,concluſ.1267. in verbo,regulã, qui
habet: ita etiam vocationes illæ poſt hæredem
ſcriptum ſcriptæ in teſtamento Alexandriæ,cum
19 non reperiantur mutatæ cur ſtare prohibentur,
vt inquit Imperator in l. Sancimus, C. de teſta-
mentis, præſertim, cum ipſe teſtator eas confir-
mauerit, dum voluit ipſum teſtamentum ſuum
20 ſortiri debere effectum, & certum ſit in actu con-
firmato repetita cenſeri, quæ ſunt in confirman-
te,vt ſcriptum reliquit Crauet. conſ.333. nu.24.

Secundò manifeſtum eſt, teſtatorem voluiſſe
potius ampliare ius ipſarum ſubſtitutionum, dũ
non contentus diſpoſitione teſtamentariæ Ale-
xandriæ facta, alios fecit codicillos,in eadem ci-
uitate, ad ſubſtitutionum capita amplianda, &
dilatanda, & quos codicillos, cum hoc poſtremo
teſtamento confirmauerit, vtique dicendum eſt,
tantum abeſſe,vt putarit in ea parte illa irrita fa-
cere, vt potius ſenſerit ea confirmãdo nõ interire:
imò huius confirmationis calore vim vitalem eis
tribuerit, nec cadere, ſed ſtare omnino voluerit,
ne dicamus quod per abſurdum videtur, vt indu-
cta ad augendum diminutionem afferant,& tam
magnificum apparatũ factum à teſtatore ad con-
ſeruanda bona hæreditaria in inſtitutis, & ſubſti-
tutis,ſibi arcto adeo conſanguinitatis,& affinita-
tis vinculo iunctis, vno quaſi tempore, & verbo,
ad nihilum recidere exinanita,& conſtrata diſpo
ſitione teſtamenti, & codicillorum Alexandriæ,
quæ teſtator reuocare noluit; imò potius in ſuo
robore manere, atque ſuum ſortiri effectum vo-
luit, cum tamen teſtator non præſumatur elegiſ-
21 ſe viam qua ſuum iudicium funditus euerti, vel
facile opprimi poſſit, vt fuſe ex alijs probat Mã-
tica de coniect.vlt.voluntatis lib.6. tit.3. nu.21.
& lib.2.tit.15.nu.2.Simon à Prætis de interpret.
vltimæ volunt.lib.1.fol.7.8.& 9.fol.31.& gene-
rale eſt,vt iam præmonui,vt ad amplificandum,
quaſi in latiſſimos campos dilatata, velut ad ex-
22 tenuandũ ſcripta in angulos reuocentur,& coan-
guſtentur,l.legata inutiliter,ff.de adim.leg.l.cum
tale,§.fin.ff.de conditio.& demonſtr. Bartolus in
l.libertis in fine princ.ff.de aliment.& cibarijs le-
gat. & pulchre Socinus ſenior videndus conſilio
241.num.16.volum.2.

Tertiò licet controuerſia nõ leuis ſit inter iuris
interpretes: ita vt nedum vnus ab alio animo, &
volũtate diffideat; ſed à ſeipſo diſſentiat ſecumq;
diſcordet, an cõditio,& qualitas poſita in primo
23 teſtamẽto,cenſeatur in ſecundo teſtõ repetita;at-
tamen ſemper repetitio inducta cenſetur,quotieſ
cunque appareat teſtatorem ad priorem volun-
tatem ſe retuliſſe, aut aliter illam confirmare vo-
luiſſe; nam tunc poſterius teſtamentum à priori
declaratur, & ab eo recipit declarationem, cum
inde appareat teſtatorem noluiſſe prorſus,& om
nino reuocare teſtamentum, ſed potius illud re-
formare voluiſſe, vt peregregie proſequuntur vi-
dendi omnino Cardinalis Mantica,de coniectu.
vltimæ voluntatis lib.12.titulo primo, à numero
36.vſque ad finem, & Menochius de præſumpt.
lib.5.præſumpt.176.maximè nu.7. & 8. & præ-
ſumpt.165. num.28. & ſi id concedunt etiã ſcri-
bentes ab his relati,quando ſecundum teſtamen-
tum fuit à primo reuocatum: quia etiam ab actu
24 reuocato,& nullo conijciatur,atque probetur vo
luntas, & iccirco velint qualitatem maſculinita-
tis expreſſam in teſtamento nullo, vel aliter reuo
cato, cenſeri repetitam in alio teſtamento poſtea
facto,quanto magis id dicemus in caſu,qualis eſt
hic noſter, quando ſcilicet teſtator voluit omni-
no confirmare: primum exceptis nonnullis, quo
fit, vt ita illud primum ad vltimum trahatur, vt
in eo inſit,& dicatur vltimum, vt peritè ſcribunt
25 Ruinus conſ.2.num.13.lib.2. Crauet.conſ.143.
num.5.& optimè etiam inuicem, & mutuo con-
ueniant,& ſimul ſtare poſſint;& ſecunda inſtitu-
tio, & adiectæ illæ conditiones, & ſubſtitutiones
poſitæ in primo teſtamento,quod fuit confirma-
tum, erit dicendum, vt eas tollere, aut abrogare
noluerit teſtator: quia cenſetur voluiſſe tantum
de medio tollere eam partem,quam reformauit,
26 vt inquit Iuriſconſultus in l.alumnæ, §.qui filias,
ff.de adimendis legat.l.cum proponatis, C.de co-
dicillis,l.hæreditas, C.de his quibus, vt indignis,
l.tribunus,§.1.ibi aliquid interleuerit,ff.de milit.
teſtamen. ſiquidem,vt ibidem adnotauit Baldus
27 vnius detractio,ſeu infirmatio,eſt cæterorum cõ-
firmatio;& hæc quidẽ reformatio ſtrictè, & qua-
tenus verba neceſſario ſonant eſt accipienda, ne
videatur teſtator ſubita correctione voluntatem
28 mutaſſe, vt pulchre ſcribunt Corneus conſil. 39.
volum.3. Decius conſil.190.nu.8. Pariſius con-
ſilio 34.num.49.volum.2.& conſ.108. num.27.
& 50. lib.3. Crauet. videndus conſilio 570. per
totum,maxime numero 10.& 18.& 33. Alciatus
conſil.106.num.4.volum.9.& fuſius Natta con-
ſilio 484.& 476.num.4.& 7.volum.3. Rolandus
conſil.31. nume.23.lib.4. & id præcipuè conce-
dendum videtur,cum ſit eadẽmet perſona in om-
29 nibus inſtituta: quia etiamſi perſona mutata fo-
ret, & ab ea receſſum foret,non tamen diceretur
receſſum à forma,vt ait Felynus in capit.cum ac-
ceſſiſſent,num.18.de conſtit.ergo id tanto magis
dicendum eſt, cum non ſit mutata perſona; imò
voluerit etiam hoc teſtamentum valere iure co-
dicillorum; vnde cum prior illa diſpoſitio nõ fue-
rit omninò, & penitus reuocata, ſed potius cõfir-
30 mata,facilius hæc ad illam trahitur,l.2.§.1. ff.de
iure codicillorum, Bartolus in l.talis ſcriptura, §.
fin.& l.ſequenti,ff.de leg.1.l.Caio, ff.de adimen-
dis legatis, Mantica de coniect. vltimæ volunta-
tis lib.6.tit.4. num.8. poſt Nattam conſilio 483.
volum.3.

Quartò manifeſtum eſt teſtatorem priores ta-
bulas,tam teſtamenti Alexandriæ,quàm codicil-
lorum

lorum voluiſſe confirmare, dum voluit eas effe-
ctum ſortiri debere, & quamuis eam cõfirmatio-
nem reſtringere voluerit ſequentibus verbis, ſal-
uo vt infra; attamẽ eam reſtrictionem limitauit,
& coarctauit ad quoſdam terminos quos in vnũ
coegit dictionibus illis referentibus, vt infra, & vt
ſupra, quaſi voluerit in illis exceptis caſibus eam
cõfirmationem reformare, in alijs vero extra eos
præſcriptos caſus magis, atque magis eandẽ du-
xerit roborare, atque confirmare, non ſolum ta-
31 cite, ſed etiam expreſſe; tacite quidem, nam vt iã
probauimus ea clauſula, ſaluo vt infra modera-
tur diſpoſitionẽ, & reſtringit Decius in l. Eunu-
chis, nume. 13. C. qui teſt. facere poſſunt, Alcia-
tus con l. 112. nume. 23. lib. 9. & maxime iuncta
aduerſa dictione, tamen, quę præcedentia repetit
32 exceptis his quibus aduerſatur, vt tradit Crauet.
conſilio 208. numero 5. & natura harum dictio-
num excipientium ea eſt, vt a præcedenti generis
regula aliqua remoueant, cætera vero confirmẽt,
ſicut natura limitantium, & taxantium dictionũ
ea eſt, vt id quod ponunt, affirment, & concludãt,
33 cætera vero omnia inficiant, atque excludant, vt
declarat Euerardus in loco à natura dictionũ ta-
xatiuarum, num. 2. & nu. 7. vbi ponit exemplum
dictionis, tamen, negatiuè poſitæ, vt eſt poſita in
caſu noſtro, exceptio enim obſtringit, atque con-
ſtringit generalem ſermonem in rebus exceptis
34 tantum vbi eſt, & non in locis, vbi non eſt, ea. l. nã
quod liquide, ff. de penu legata, l. Caius in princ.
de leg. 2. & plene notatur in l. quæſitum, §. deni-
que, de fundo inſtructo, & fuſe ſcribit, afferens va
ria exẽpla ad rem facientia, Simon à Prætis tra-
cta. de interpret. vltimæ voluntatis lib. 1. fol. 12.
à num. 1. vſque ad num. 10. fol. 37. & lib. 2. fol. 3.
à num. 50. vſque ad nume. 67. & maxime nu. 66.
fol. 176. vbi agit de dictione, vt ſupra, quæ limi-
35 tat, & reſtringit præcedẽtia; ſicut dictio, infra, ſub
ſequentia coarctat, & lib. 4. dub. 3. nu. 19. & 25.
& 32. fol. 448. limitata namque cauſa, limitatũ
producit effectum, & in actibus ab anim̃o depen-
dentibus nõ egreditur extra animi cancellos, ſed
36 ſuis finibus, & deſignatis terminis eſt coercenda,
& infra eos continenda, vt proſequitur Crauet.
conſil. 336. nume. 14. & conſil. 351. nume. 6. con-
ſil. 399. num. 2. & 713. num. 12. cum alijs vulga-
ribus: ſed omnis tollitur ambiguitas, cum addita
ſit expreſſa declaratio poſt factas reuocationes;
& ſeu prioris teſtamenti in nonnullis reformatio
nes, ſcilicet in reliquis volo, quod teſtamentum
Alexandriæ, & codicilli in ea ciuitate facti ſuum
ſortiantur effectũ; & vt ſupra, ſaluo vt ſupra; quæ
repetita verba, manifeſte indicant mentem teſta-
toris fuiſſe reformandi aliqua ſingularia capita,
nominatim expreſſa, & concluſa, ac coarctata in-
tra illas clauſulas, vt infra, & vt ſupra, & in eis ex
cepta: reliqua vero vi generalis regulæ voluiſſe
omnino confirmare, in quibus exceptis, cum non
adſit inſtitutio, ſed ſit excluſa; imò congruat cum
priori illa habente cõditiones, erit omnino dicẽ-
dum, vt poſtquam teſtamentum, & codicilli ſint
confirmati ad hanc poſtremam diſpoſitionẽ tra-
huntur, cõditio in eis adſcripta, in hoc vltimo re-
petita omninò cenſeatur: cum manifeſtum ſit te-
ſtatorem ab ea cõfirmatione certos excepiſſe ca-
ſus, quos cum certis finibus, & terminis concluſe-
rit, ſcilicet vt infra, & vt ſupra, extra eos fines, &
deſignatos terminos non egrediemur; imò ſerua-
bimus omnino ipſius cõfirmationis generale ius,
& præſcriptam normam, & formulam, quando-
quidem in reliquis in ea exceptione nõ compræ-
henſis, ita fieri teſtator iuſſerit; & hæc ratio meo
iudicio multum vrget, & inſtat pro hac parte, cũ
in ea, tanquam in perlucido ſpeculo reprę̃ſenta-
tã, & in tabula raſa pictam intueamur ſatis cla-
ram teſtatoris voluntatem; palamque inde fiat,
quid in ea re ſenſerit; ſiquidem non contentus
priori illa clauſula; ſaluo tamen vt infra; voluit
ad tollendum omnem dubitationis aculeum, &
ſcrupulum, hanc ſecundum addere, ſcilicet in re-
liquis volo ipſum teſtamentum Alexandriæ ſor-
tiri effectum; ſaluo vt ſupra, quæ quidem gemi-
37 natio, & repetita oratio plenius, & apertius oſten
dit, voluntatem teſtatoris, & ſi quod eſt obſcurũ
patefacit, & illuſtrat, l. baliſta ad Trebell. & in ſi-
milibus terminis, declarat Mantica de coniectur.
vltimæ voluntatis lib. 3. tit. 6. nu. 9. & 10. & lib. 8.
titulo 18. nu. 18. quæ aſſumptio cum perſpicuam
omnibus veritatem contineat, maioris nihil in-
diget approbationis.

Quintò idem ſenſus confirmatur ex dictione
illa, de nouo inſtituo Baldeſſarem Sãſonum, quæ
idem agit, ac ſi dictum eſſet, iterum inſtituo, l. 1.
38 ff. de aduocatis diuerſ. iudic. l. cum prior, ff. de di-
ſtract. pigno. authent. de nuptijs, §. ſuper his, quæ
vox videtur iterationem eiuſdem actus, nedum
ſemel, ſed ſępius afferre, & ſub eiſdem conditioni-
39 bus, l. veluti, §. hæc vox, & ibi etiam notatur, ff. de
ędendo, & facit. l. 1. C. ſi aduerſus rem iudicatam,
l. 1. de ſeruis reipubl. manumi. in fine, vbi iterato
accipitur pro iterum, & dicitur de eo, quod iam
factum eſt, quaſi denuo renouari velit: quia alias
40 vbi factum non eſſet, vel factum neſciretur non
diceretur iteratum, capitulo primo, de Clericis
per ſaltum promouend. & optimè facit Crauet.
videndus conſilio 570. num. 18.

Sextò ſi qualitas, & conditio primæ diſpoſi-
tionis cenſetur repetita in alia nouata, vt tradit
Ruin. conſil. 64. lib. 2. Romanus conſil. 56. quos
41 refert Simon à Prætis eod. tract. lib. 2. fol. 1. num.
157. fol. 170. quanto magis id admittemus, ubi
conſtat de mente, ut hic, quod uoluerit confirma-
re priorem diſpoſitionem, & illam ſemel factam,
42 iterum ſub eiſdem conditionibus renouare, l. San
cimus, C. de teſtament. ut enim hoc teſtamentũ
ualeret, neceſſe fuit denuo eiuſdem hæredis no-
minationẽ facere, & ſatis videtur expreſſiſſe prio-
res illas adiectas ſubſtitutiones, & conditiones;
poſtquàm ſæpius teſtator dixit, ut primum illud
teſtamentum ſortiri deberet effectum; ſaluis ali-
quibus

quibus paucis immutatis, & quæ mens clarius di
ctionibus ad oculum demõſtrantibus, ſcilicet in-
fra, & vt ſupra, & diſpoſitionem reſtringentibus
ad certos limites patefacit, vt in quibus nõ repe-
ritur reuocatio ipſarum ſubſtitutionum; illæ ſta-
re minime prohibeantur, cum mutatæ non legã-
tur, & hanc diſtinctionem inter inſtitutionem, &
43 ſubſtitutionem, vel legata, aut fideicommiſſa cõ-
muni ſentiunt conſenſu ſcribentes, vt refert idem
Simon Prætus relato tract. lib. 4. dub. 2. num. 51.
fol. 464. vnde fit, vt hæc pars velut magis veriſi-
milis, & menti teſtatoris conſentanea, videatur
tanquam etiam tutior accipienda; &, niſi animus
me fallat hæc fuit teſtatoris voluntas.

Nec reſiſtunt contrariæ argumẽtationes, quas
pro contraria parte priori loco attulimus.

Nam ad primam dicitur argumẽtum reflecti:
quia cum teſtator confirmationem limitauerit,
& coarctauerit ad certos caſus clauſos intra can-
cellos, & aggeres dictionum illarum, vt infra, &
vt ſupra, non poſſumus extra terminos conſtitu-
tos egredi, vt ſuperius in quarto fundamento pro
hac parte probauimus, & quod dictum eſt de in-
ſtitutione pura, & ſub conditione, vt cenſeantur
inter ſe diuerſæ, non procedit vbi conſtet, vt hic
de mente teſtatoris, vt confirmare voluerit om-
nia exceptis aliquibus inter quæ non adſit caſus
iſte ſubſtitutionum; item procedit quando ſecun
dus actus purus ſit ſub commemoratione primi:
quia tunc facilius præſumitur nouatio; ſecus ſi
ſimpliciter vt hic, & ea appoſita ſit lex, vt prior
actus ſuum ſortiatur effectũ; ſaluis aliquibus cor-
rectis, & immutatis, quę ſpeciatim nominata sũt:
quia tunc facilius inducitur repetitio in reliquis;
tum quia lex ita interpretatur; tum etiam quia
44 teſtator ita expreſſit; poſſet etiam dici eã legẽ nõ
ad ea, quæ legitur cum lege, quod traditura, ff. de
condit. & demonſtr. non procedere in inſtitutio-
nibus, ſed tãtum in legatis, vt eſt tex. in l. ſi te ſo-
lum, ff. de hæred. inſtit. & vt in ead. l. quod tradi-
tura adnotarunt Bartolus nume. 1. & Albericus
qui illud etiã animaduertit, vt ſi actus poſterior
eſſet additus priori, hoc expreſſo, vt prior ille non
45 abrogetur, aut infirmetur à poſteriore; idẽ actus
cenſeatur, quia vnus in altero inſit: cum itaque
teſtator in reliquis voluerit primum teſtamentũ
effectum ſortiri, iam manifeſtum eſt, vt primum
à ſecundo abrogatum eſſe noluerit; niſi in caſibus
expreſſis, & contentis intra terminos illarũ clau-
ſularum, vt infra, & vt ſupra. Rurſus dicimus di-
ſcrimen eſſe, an quis hæres inſtituatur ſub condi-
tione, vel adiecto onere, aut grauamine; nã prio-
ri caſu diſpoſitio ſuſpenditur, cũ conditio ſit qui-
dam futurus euentus pręcedens diſpoſitionem, &
eius originem, cuius euentu ſuſpenditur ipſa prin
cipalis diſpoſitio, vt docet Bartolus in l. 1. num. 1.
ff. de cond. & demonſtra. ſecundo vero caſu, cum
onus impoſitum debeat impleri, & ſuſtineri poſt
46 acquiſitum emolumentum, non ſuſpenditur di-
ſpoſitio, ſed potius cenſetur quidam modus po-
ſtea obſeruandus, vel altera ſeparata diſpoſitio
per ſe ſubſiſtens, vt ſcribit Mantica de coniect. vl
timæ volunt. lib. 10. nu. 2. & 15. & Simon à Prę-
tis relato tract. lib. 3. ſol. 10. nu. 2. fol. 268. & pro-
pterea vitiata etiam hęredis inſtitutione fideicõ-
47 miſſa ſuſtinentur, atque fideicommiſſarius, & ipſe
dicitur hæres, l. ſi. ff. de hęred. inſtitu. l. 1. C. quan-
do, & quibus quarta pars lib. 10. Idem Mantica
lib. 7. titulo 1. num. 16. & tit. 3. nu. 6. Imò caduca
facta adhuc principali inſtitutione nõ tñ fit cadu
48 ca ſubſtitutio, & fideicõmiſſaria, cum ſine ea ſub-
ſiſtere queat, & ſuccedatur teſtatori, vt eſt cõmu-
nis doctorum ſententia, de qua in l. 1. ff. de vulga
ri, & pupill. & tradit Decius conſ. 227. Bartolus,
& Caſtrenſis in l. quandiu; la terza, ff. de acquir.
hæred. Cum igitur in caſu noſtro, inſtitutio pri-
ma non ſit facta, ſub conditione, quo caſu loqui-
tur l. non ad ea. ff. de condit. & demonſtr. ſed fue-
rit in ſe pura, adiecto tamen onere poſt acquiſi-
tum émolumentum, conſequitur, vt vtraque di-
catur ſimplex, & pura, & alia capita ſubſtitutio-
num, tanquam per ſe ſubſiſtentia, & non facien-
tia, vt inſtitutio ſub cõditione ſcripta dicatur ſta-
re debeant, cum mutata non legantur, & voluerit
teſtator, vt prius teſtamentum in reliquis ſuum
ſortiretur effectum, & ſic in ea etiam parte poſt-
quàm ad aliud ſe retulit.

Ad ſecundum dicitur regulare eſſe, vt poſte-
riore teſtamento prius infirmetur, ſed id non pro
cedere quoties conſtet de mente teſtatoris, vt vo
luerit primum trahere ad ſecundum ope confir-
mationis, vel repetitionis: quia reſpectu non re-
nouatorum illud primum cenſetur in ſecundum
transfuſum, & pro vno & eodem habetur, ſiqui-
dem diſpoſitio ſe ad aliam referens debet intelli-
49 gi ſecundum naturam, & conditionem illius ad
quam ſit relatio. l. 1. §. ſi quis, ſub conditione, vt
legat. nomine caueatur Anch. conſil. 163. colum.
fin. Crauet. conſil. 30. prope finem.

Ad tertium dicitur de nouo intelligi inſtitutũ,
ideſt denuo, & iterum, quod magis arguit repeti-
tionem priorum ſubſtitutionum, vt ſatis probatũ
fuit in quinto fundamento pro hac ſecunda par-
te. Item licet de nouo inſtitutus etiam diceretur,
non tamen quod pertinet ad ſubſtitutiones quæ
dicuntur ſecundæ inſtitutiones, & ſunt quid ſepa
ratum, poteſt dici facta nouatio, cum ea non in-
ducatur, niſi expreſsè, & propalam, in caſu autẽ
noſtro, tantum abſit vt hoc adſit, vt potius mani
feſtum ſit teſtatorem voluiſſe primum teſtamen-
tum ſortiri debere effectum ſaluis nonnullis re-
uocatis, inter quæ non legitur caput hatum ſub-
ſtitutionum.

Ad quartum reſpondetur facile dilui, & refel-
li argumẽtationem, cum in eo de quo agitur mu-
tuo, & inuicẽ conueniant, nec inter ſe pugnent
primum, & ſecundũ teſtamentum, & propterea,
cũ diuerſa non ſint, nec ideo mutata dici queant,
cur ſtare prohibentur?

Ad quintum vtique reſpondetur, licet codicil-
lis

Digitized by Google

lis potuiſſet tollere legata, tamẽ ei magis placuiſ-
ſe, id facere iure teſtamenti, quod ſanè fortius vi-
50 detur, & abundans cautela non vitiat; imò onus
firmiſſimo, & bene contorto funiculo religatum,
tutius defertur, & qui benè ligat optimè diſſoluit,
& propterea ſoleo ego dicere, vt quotieſcunque
agatur de actu iam cõfecto, omni meliori modo,
pedibus atque manibus, remis atque velis is de-
fendatur ne pereat, vbi vero tractetur de actu ge-
rendo, omnis diligentia, & cautio, etiam abundãs
adhibeatur, vt ita tuto perficiatur; vt contrahens
dicere queat, hoc accidat, illud eueniat, nihil ri-
meo, ſecurus dormio, qui optimi equi in quo
equitans ſedeat perfugium, & ſolatium habet, tu-
to pedeſter incedit, & iccirco, vt alias dixiſſe me-
mini, cum valde noſtra interſit viam multis præ-
ſidijs, & ſubſidijs bene munitam habere, abundãs
cautela non obeſt, ſed prodeſt, non vituperatur,
ſed laudatur, quotieſcumque haberi poteſt, l. te-
ſtamentum. C. de teſtament. & l. non ſolent, ff. de
reg. iuris; præterea voluit etiam id teſtamentum
valere iure codicillorum, & ſic vis non eſt facien-
da in eo, quod vſus ſit teſtamento. Rurſus aduer-
ſum argumẽti genus procedit in dubio; ſecus vbi
clarè appareat teſtatorem ſenſiſſe, vt prius teſta-
mentum ſuum ſortiretur effectum exceptis non-
nullis, quo caſu in his quę expreſſe mutata nõ re-
periuntur primum in ſecundo ineſt, & contra, &
ex conſequenti ſublatis contrarijs argumẽtis hæc
ſecunda pars, tanquam magis conſentanea men-
ti teſtatoris, & magis veriſimilis ſecũdum ea, quę
proponuntur viſa eſt mihi probabilior.

Quod pertinet ad ſecundum punctum certum
eſt fideicommiſſarios vocatos ſub ea conditione,
vbi non naſcantur filij ex ipſa Hieronyma teſta-
toris ſorore, non poſſe admitti donec ſpes eſt, vt
51 ea conditio eueniat, nempe vt filij naſcantur; nã
fideicommiſſum habens conditionem non debe-
tur pendente conditione; ſed ita demum, ſi ea cõ-
probetur, quæ cum deſiderio, & timore expecta-
ri ſolet, l. cedere diem, ff. de verbor. ſignificat. l. le-
gata ſub conditione, ff. de condit. & demonſtrat.
fuſe Mantica de coniect. vlt. voluntatis lib. 11. ti-
tulo 16. num. 1. & 2. & in ſimilibus terminis tra-
dit Menochius videndus de præſumpt. lib. 5. pręſ-
ſumpt. 175. nume. 5. & ſcribit Simon à Prætis, de
interpret. vlt. voluntatis lib. 3. ſol. 2. fol. 310. nu-
mero 1. 2. & infra; Verum cum ſpes ſuſcipiendę
prolis in fœminis vigeat vſque ad quinquageſi-
52 mum annum, & quandoque etiam paulo vltra,
vt notatur in l. ſi maior, C. de legit. hæred. & ex
alijs referunt Tiraquell. de legib. connubial. gl. 1.
parte 6. num. 47. & 48. & Maſcardus tracta. pro-
bat. concluſ. 1152. num. 4. & infra, Menochius de
præſumpt. lib. 5. præſumpt. 24. à num. 4. vſque ad
num. 10. hæcque mulier adhuc ſupponatur eam
ætatem non attingere, dicendum erit conditionẽ
adhuc pendere, vbi vero eam ætatem expletuiſſet:
ita vt ſpes exoriendæ prolis in ea deficeret, tunc
arbitrarer conditionem pro impleta habendam
eſſe, cum ſufficiat ſi ea impleatur, quod ſpectat ad
53 effectum, & ad iuris interpretationem, vt conſu-
luit Anchar. conſil. 392. Romanus conſilio 438.
Idem Simon à Prætis relato tracta. lib. 1. ſol. 14.
fol. 77. nume. 15. & 16. & melius fol. 251. nu. 47.
facit Mantica eo. tract. de coniect. vltimæ volun-
tatis lib. 11. tit. 13. num. 3. Crauet. conſ. 59. nu. 5.
nec ſi aliqui naſcantur videtur deficere fideicom-
miſſi conditio: quia licet ſubſtitutus ſub condi-
tione qualis eſt hæc noſtra, ſi naſciturus filius ſi-
ne liberis decedat, & caſus nõ eueniat, prout ſcri-
ptus eſt, ſed nullus prorſus naſcatur; vnde defice-
re videtur cõditio fideicommiſſi, quæ exigere vi-
detur, vt filius naſcatur, & item vt is poſtea ſine
liberis decedat ex ſententia Oldradi conſil. 177.
quam multi ſequuti ſunt, tanquam receptam, &
communem ſententiam; attamen quia etiam cõ-
ditio, quæ nunquàm extitit videtur deficere: &
54 magis effectus, quàm verba ſunt inſpicienda, cõ-
traria ſententia, quæ videtur crebrior, tanquàm
centumuirali illo Romani Senatus iudicio com-
probata magis mihi placet, quamuis altera mul-
tum vrgeat contra actores, & rem valde dubiam
faciat, vt ſcriptum reliquit Mantica de coniectu.
vlt. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 1. & 2. hocque ma-
xime procedit, cum non verſemur in ſimplici fi-
deicõmiſſaria, ſed etiam in vulgari, quo caſu con-
55 ſideratur, nedum caſus (vt noſtri aiunt) volunta-
tis, ſed etiã impotentiæ, vt quia filij naſcituri na-
ti non ſint, vt diſtinguit Marzarius de fideicõm-
miſſ. quæſtio. 13. & Simon à Prætis de interpret.
vltimæ voluntatis lib. 3. interpret. 2. dub. 1. ſol. 8.
nume. 51. & ſupra, & infra fol. 251. vnde cum in
caſu noſtro appoſita ſit clauſula illa, ſubſtituit,
vulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum in-
56 fraſcripta, &c. tanto magis in eadem permaneo
ſententia, vt nõ obſit deciſio Oldradi, vt explicat
idem Prætus relato tractatu lib. 3. ſol. 5. fol. 255.

Quod vero ſpectat ad tertium punctum, arbi-
tror hæredem non teneri reſtituere fructus per-
ceptos iſto medio tempore quo pendet conditio;
nam exploratum eſt fructus non venire in reſti-
tutionem fideicõmiſſi, ſed cedere lucro hæredis;
maxime ſi hæredi aliqua mora aſcribi nequeat,
prout tribui non poteſt, hoc in noſtro caſu, cum
nondum euenerit dies reſtitutionis, cum conditio
adhuc pendeat, & euentus conditionis, abſq; in-
terpellatione non conſtituat hæredem hæredis
57 in mora, l. cedere diem, ff. de verbor. ſignif. atque
etiam omni caſu fideicommiſſum cõprobata con
58 ditione ſit de manu hæredis capiendum, Decius
conſil. 467. num. 12. & conſil. 424. Alexand. con-
ſilio 82. lib. 2. Crauet. conſil. 376. num. 12, nec in-
terim fructus debeantur donec defertur, & negli-
59 gitur à fideicommiſſario hæc ipſa fideicommiſſi
petitio, vt diſtinguit Bartolus quem cæteri com-
muni applauſu ibidem ſequuntur in l. in fideicõ-
miſſariam, ff. ad Trebell. vbi Ripa hãc ipſam con-
cluſionem multis declarationibus exornauit à
nume. 3. vſque ad nume. 25. & fuſe proſequuntur

Man-

Mantica de coniect. vltimæ voluntatis lib.7. tit.
10.maxime num.7.Simon à Prætis excitato tra-
ctatu de interpret. vltimæ voluntatis lib.3. ſol.2.
fol.347.num.1.& ſol.4.num.22.fol.355.Meno-
chius de arbitr.iud.caſu 256, maxime num.8. &
tractatu præſumpt.præſumpt.189.nu.162.lib.4.
adeoque vera eſt hæc eadem concluſio, vt etiam
à die morę hęres conſequatur adhuc pēſiones lo-
60 cationum, & cæteras annuas præſtationes, quæ
debentur pro fructibus iam perceptis: quia fru-
ctus fideicommiſſario non debentur antequā fi-
deicommiſſarius petat, vt hæres ſaltem verbo, re-
ſtituat fideicōmiſſum vniuerſale,& quia hę pen-
ſiones ſuffectæ,& ſubrogatę loco fructuum eo iu-
re cenſeri debent, vt ſentiunt iam relati doctores,
& qui ab eis referuntur, & Socinus ſenior conſil.
42.num.5.lib.3.

Circa quartum punctum an pluralitas in ſin-
gularitatem debeat reſolui puto reſpondendum
eſſe, minimè, idque multifariam multisque mo-
dis probatur.

Primò, quia proprietas ſermonis ſingularis eſt
vnum deſignare, pluralis vero plura ſignificare,&
61 hoc ipſum nomen indicat,l. vbi numerus,ff.de te-
ſtibus,l.ſi.ad Trebell. vbi dicitur quod ſermo plu
ralis eis fratribus vtrunq; fratrem complectitur,
& ideo non debet fieri mutatio vnius numeri in
62 alterū, niſi neceſſaria ratio vrgeat, Socinus conſ.
43.num.1.lib.1.Decius conſil.50.Alba conſ.27.
num.4.

Nec à propria ſignificatione eſt recedendum,
niſi aliter manifeſtum ſit teſtatorem ſenſiſſe, l.nō
aliter de leg.3.dicitque I.C.manifeſtum ſit, ideſt
63 ita clarum, vt nullam patiatur dubitationē, nec
coniectura admitti debet, niſi ſit neceſſaria; ſiqui-
dem nullum eſt maius teſtimonium, quàm quali-
64 tas inſpecta verborum, cuius proprietas tanti ſit,
vt ab ea non recedatur etiam propter piam cau-
ſam, Mantica de coniect. vltimę voluntatis lib.3.
tit.4.num.1.& infra.

Secundò, regula conſtituitur, vt pluralitas nō
reſoluatur in ſingularitates, vt tradit Iaſ.in l. Gal
lus,§.quid ſi is,num.13.ff.de libe.& poſthum.niſi
65 eadem rationis vis,& effectus aliud inducant, ab-
ſurdique ſenſus ratio ſuadeat, & id totum ab ar-
bitrio diſponētis pendet, vt ait videndus Socinus
iun.in l.hæredes mei,§.cū ita, ff.ad Trebell.nu.1.
A regula autem nō recedimus, niſi legitimè pro-
66 betur limitatio, vt firmat Bartolus in l.quoties, ſi
quis cautionibus, etſi quando reſoluitur id cōce-
ditur propter teſtatoris mentem, quæ cum hic re-
pugnet eo minus reſolui poteſt, magisque rece-
ptum videtur vt in fideicommiſſaria ſubſtitutio-
67 ne non fiat reſolutio, vt magis communem dicit
præſes Menochius præſumptio.186.lib.4.

Et licet contrarium ſuſtinere conetur Manti-
ca de coniect.lib.11.tit.5. nume.17. illud tamen
procedit, quando ſimpliciter eſt facta, ſecus ſi co-
pulatim, vel conditionaliter, vt diſtinguit Ripa
eod.§.cum ita, num.129.& nu.138.& num.139.
68 & conditio exiſtit in perſona primi.

Tertiò, quoties plures cōditiones ſunt ſcriptæ
ſimul,& coniunctim, tunc omnibus parēdum eſt,
& videtur ratio, quia loco vnius habentur, ſecus
69 ſi diſiunctim,& ſeparatim, l.ſi hæredi plures, ff.de
condit.inſtit.& in contractibus eſt tex.in l.ſi quis
ita ſtipulatus, ff.de verbor.obligatio. vbi dicitur ſi
nauis ex Aſia venit,& filius Conſul factus ſit; &
in ſubſtitutione eſt tex.in l.quamuis, & l. penult.
C.de impub. & alijs ſubſtit. vbi ſubſtitutio facta
70 in caſum mortis duorum copulatim iunctorum,
non obſeruatur, niſi vterque moriatur, vt cenſet
Decius conſil.593.num.3.Socin. iun. conſ.158.
num.53.lib.2.Corn.conſil.28. num. . . . lib.1.&
optimè confert text.in l.qui duobus, ff.de condit.
& demonſtrat. ibi ne conditio ſcindatur; nam id
maxime eſt dicendum, ſi in vim cuiuſdam præci-
ſę conditionis, quę formam dare videtur concur-
71 ſus pluralitatis exigatur, vt in pūcto declarat So-
cinus ſen.in l.falſa demonſtratio, §.ſi quis, nu.2.
ff.de conditio.& demonſtrat.& quamuis plurali-
tas propriè geminare videatur ſuas ſingularita-
tes; tamen propter indefinitam, vel copulam ge-
minat coniunctim: quia virtus indefinitæ,& co-
72 pulæ eſt coniungere ſecundum propriam ſuā na-
turam, vt docet Ripa in eod.§.cum ita, ſub num.
96.verſic.& ſi dixeris, ff.ad Trebell. atque etiam
requirit concurſum, vtriuſque vt ſubſtitutus ad-
mittatur, & ideo defectu conditionis in perſona
vnius extinguitur ſubſtitutio, etiāſi ius accreſcen-
di non haberet locum inter copulatos: quia ſuffi-
cit rem in ſuſpenſo manere penes hæredes dece-
73 dentis donec caſus in quem contrahentes diſpoſi-
tionem contulerunt in alterius perſona eueniat,
vt pulchrè ſcribit Iaſ. videndus in l.re coniuncti,
nume.161. ff.de leg.3.facit doctiſſimus Alciatus
noſter de verbor.ſignificat.l.nam quem ſine libe-
ris, ff.de verbor.ſignificat.

Quartò magis receptum videtur, vt in contra-
ctibus non reſoluatur pluralitas, in ſingularita-
tes: quia in eis ſit ſtrictior interpretatio tex. eſt
74 in l.ſtipulatio iſta, ff.de verbor. obligat. & probat
ſpeculator de emphyteuſi quæſtio.69. ubi ponit
quæſtionem de eo qui emphyteuſim accepit, ut
poſt mortem eius filiorū, & nepotum rediret ad
eccleſiam: quia per mortem alicuius ex filijs nō
75 reuertitur ad eccleſiā, & ita conſuluere Azo. Ac-
cur.& Martinus de Fano, Ancharanus, Caſtrenſ.
Rom. Salyc. Alexan. Curtius iun. Ruinus, Soci-
nus ſenior, Alciatus, Crauetta, communem dicit
Gabriel conſil.66.nume.17.lib.2. Mandoſius in
additionibus ad Rom.conſil.19. in prima appo-
ſtilla, ſeu additione, & in terminis ſubſtitutionis
76 in contractu factæ, ita reſpōdit idem doctiſſimus
Alciatus noſter conſil.18.num.39. uolum.5.

Quintò, cum adſit illa clauſula limitans, & re-
ſtringens diſpoſitionem ad certum tempus, nem-
pè eo caſu, non poteſt reſolui pluralitas in ſingu-
77 laritates: ita ſpeciatim reſpondere Romanus cō-
ſilio 19.num.2. & Iaſ.conſil.232.lib.2. ubi dicit

id

id eſſe clarum; nam ex illis verbis eripitur progreſ
78 ſionis facultas, de caſu ad caſum, l. cõmodiſſimè,
ff. de liber. & poſthum. & in terminis Riminaldus
iun. conſil. 42. nu. 114. lib. 1. Gozadinus conſil. 4.
nu. 23. Prætus fol. 235. & ideo habentur iſta duo
perinde, ac ſi eſſet vnum onus impoſitum, ſub du
79 plici conditione, & tunc remanet hæreditas pe-
nes hæredes oneratorum, donec eueniat cõditio,
vt ait Caſtrenſis in l. qui duos, ff. de vulgari, Bor-
gninus deciſ. 18. parte 3. Alexand. eod. §. cum ita
ad Trebell. & ideo magis eſt dicendum, cum ne-
dum adſit clauſula eo caſu, ſed etiam addita, &
repetita ſit alia ſimilis clauſula, & vbi eueniat ca-
ſus, quæ geminatio fortius hoc impedit.

Sextò videtur, quod ſubſtitutio facta ſit de
omnibus illis bonis obuentis in diuiſionibus, & in
80 teſtamento expreſſis, & ſic in toto; vnde non po-
teſt admitti ad partem, l. quidam teſtamento, ff.
de vulgari, & licet aliqui contradicant, niſi præ-
cedat reciproca, & mutua ſubſtitutio; tamen ho-
die videtur magis comm. vt apertè fatentur Ri-
pa eod. §. cum ita, nu. 136. Mantica lib. 11. tit. 5.
nume. 24. & non habet difficultatem quando ſu-
pereſt perſona, cui acquiri poteſt ex præſumpta
mente defuncti; nempe filia, & quando ad vnum
effectum dirigitur, l. qui duobus, ff. de conditio. &
demonſtrat. Socinus conſ. 107. volum. 4. comm.
dicit Angelus conſil. 265. & conſil. 80. vbi vide.

Septimo omnes conueniunt doctores; tam hi
qui defendunt partem affirmantẽ, quàm qui tuẽ-
tur negantem, vt non detur reſolutio, quoties vi-
get diuerſa ratio, vel aliquod abſurdum ſequatur,
81 vtputa inęqualitatis, Iaſ. ea. l. Gallus; §. quid ſi is;
de liber. & poſthum. præſes Menochius præſum-
ptio. 186. num. 18. & 27. lib. 4. Socinus iun. eod.
§. cum ita, num. 1. Alexand. conſil. 167. num. 19.
lib. 7. qui loquitur in proprijs terminis ſubſtitu-
tionum, Crauet. conſilio 985. verſiculo tertio, &
quod filius Angeli remaneret excluſus, cum ta-
men mens fratrum ea fuerit, vt quilibet admitte-
retur; nam cum eſſent fratres, æque dilecti cre-
82 duntur Ripa eod. §. cum ita, num 142. & ſic cum
aduerſetur menti, non poteſt reſolui pluralitas in
83 ſingularitatem, Zancus eodem §. cum ita, nume-
ro 1039.

Nec obſtat ſi retorqueatur ratio inæqualita-
tis: quia mortuis ſtatim filijs Bernabouis, ipſi ad-
miſſi fuiſſent, & contra, debet expectari finis duo-
rum; nam licet filij Bernabouis non admittan-
tur, niſi ſecuto defectu lineæ Angeli, & Aluiſij ſe-
nioris, ipſi autem admittantur ſtatim ſecuto de-
fectu vnius lineę tantum, ſcilicet Barnaboris; At-
tamen ea temporis dilatio, ſi compenſetur, cũ ſpe
commodi duarum portionum quas linea Barna-
bouis cõſequi poſſet, vix vlla probabilis inęqua-
litas conſiderari poteſt, quæ etiam in dubio non
84 eſt præſumenda, & ideo in huiuſmodi ęſtimatio-
ne rei incertæ eſt ſpectandus veriſimilis euentus;
vt tradit Cagnolus in l. 2. num. 77. & 78. & 174.
C. de reſcind. vendit. & in hac re dijudicanda eſt
85 ſpectanda, nedum res, ſed tempus, & locus, §. plus
inſti. de action. ſicut etiam dicitur quod in ęqua-
litate ęſtimanda non tantum numeri, ſed bonita-
tis ratio eſt habenda, l. ſi non fuerint, ff. pro ſocio,
86 vbi eſt ad id bonus text. cui congruit l. Mutius, &
ibi gloſſa vltima, ff. eod. & confert Afflictus deciſ.
48. num. 2. & 3. & ſatis eſt, quod ſint æquales cõ-
ſiderato effectu, & quãuis linea Bernabouis one-
retur in tẽpore, ſubleuatur in portione; vnde ceſ-
ſat inæqualitas ſpectato veriſimili exitu, arguen-
87 do de tempore ad rem, l. eum qui, ff. de iureiuran-
do, deſeruiunt quæ ſcribit Bartolus in l. Titio cẽ-
tum, §. Titio genero, ff. de conditio. & demonſtra.
nec præſentia tanti ſunt facienda, vt futura ne-
gligemus; imò ſæpe magis eſt è re noſtra hæc miſ
ſa facere, vt illa capiamus; iſtud eſt ſapere, non
quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa
quæ futura ſunt proſpicere: ſcio multos, & com-
plures eſſe, qui ex hoc vno pendentes, vt quã plu-
timum lucri faciant, præſentia commoda reſpi-
ciunt, nec longius proſpiciunt, & putant quemli-
bet odorem, & lucri riuulum, ex quo vis floribus
effletur, ex quocunque fonte ducatur, ſuauem, &
bonum eſſe; ego autem hac de re diſſentio, & ar-
bitror lucri cauſam eſſe valde inſpiciendam, nec
88 vtile haberi, niſi quod honeſtum eſt; nã honeſtas
omni pondere grauior habẽda eſt, quam reliqua
omnia, illaque præclara ſunt in quibus vtilitatis
ſpecies præ honeſtate contemnitur, addo ego nec
omne lucrum, etiam honeſtum vtile ſemper cen-
ſeri; imò ex Terentiana ſententia ſentio pecuniã
in loco negligere, maximum interdum eſſe lucrũ
Ecce liberalis, & ingentium exercituum Dux, &
Imperator commiſſa pugna, hoſtibus victis, occu
pata tandem vrbe, quam diutiſſime vi, ferro, atq;
metu obſedit, & vehementiſſime freqũtibus ad-
motis machinis oppugnauit, maximos quæſtus,
& prædas quas ipſe facere poſſit, militibus diſtri-
buit, & liberaliter largitur, pluris faciens gratiam
militum, & laudis gloriam, quàm accumulatum
ex præda aurũ; Ecce qui diu cum fratre, vel ami-
co litigauit litemque eo perduxit, vt victoria cau
ſæ proxima videatur, ſperatum lucrum ſpernit,
atque reijcit, & amicè negotium tranſigit, & de-
cidit, pluris faciens amicitiæ fructum, quam fra-
ternæ inimicitiæ proximum lucrũ; nec te de hac
vera & certa ſententia dimoueat, quod nihil tam
ſecundum naturam ſit, quàm vtilitas; quod ſtul-
tum, & fatuum ſit velle ſuum iactare, & profun-
dere, fateor, ſed ſtatim reſpondebit Cato, ſtultitiã
ſimulare loco ſumma prudẽtia eſt, non ſemper lu-
cri, quã tenes, honeſta occaſio eſt remittenda, ſed
loco, ideſt, ſi res poſtulet, vt multis in rebus facilè
contingit, quas diligenter quilibet vir prudens, in
vſu, & tranſactione obſeruãdo notabit, & quem-
admodum minus malũ, & boni ſpeciem quandã
gerit, ſi cum maiore conferatur; ita, & minus bo-
num imaginem quandam mali præſeferre vide-
tur, & iccirco meo iudicio aliquando vtilius eſt,
de ſuo iure aliquid remittere, quã ſingula quæq;

ad

ad obulum vſq; metiri,& ratiocinari, nam de pe-
cunia ratiocinari ſordidum videtur, cum de refe-
renda gratia deliberetur, & nonnunquam ſatius
eſt magis rerum conſequentias, quàm res ipſas
ſpectare, & ex conſequenti noſtra ſpecie ſi tardi-
tas,temporis cum probabili conſequentia dupli-
cis portionis compenſabitur,nulla erit inæquali-
tas in lucroq; ponemus id quod nunc eſſe in ali-
quo damno putamus.

Accedat etiam vt inæqualitas toleretur, quã-
do nemini fit iniuria, vt ait Alexand. in l.illam,
num.4. C.de collat.

Rurſus in contractibus iniquum non eſt,quã-
doq; inæqualitatem permitti, quia ex conuentio
ne legem accipere dignoſcuntur,l.prima,§.ſi cõ-
89 ueniat, ff.depoſiti, & quod in l.contractus,dictũ
eſt, actum apparet, & ſeruandum, etiamſi inæ-
quale eſſet,quia æqualitati renuntiare partes poſ
90 ſunt, l.ſed Celſus, §.ſi fundus, ff.de contrahenda
empt. Dynus conſil.primo,colum.prima, æqua-
litas eſt æſtimatio mutua voluntaria, & idcirco
91 licitum eſt contrahentibus, ſe in pretio decipere
vſq; ad dimidiam iuſti pretij, l.2. C.de reſcindẽ.
vendit.optimus text.in l.item ſi pretio, §.primo,
ff.locati, l.in cauſæ, el ſecundo,de minoribus,&
Cagnolus in l.2.num.27. C.de reſcind.venditio.
& tanto minus eſt recedẽdum ab hac præciſa ver
borum proprietate cum non verſemur in deſcen-
dentibus teſtatoris, ſed extraneis in quibus diffi-
92 cilius pluralitas in ſingularitates reſoluitur,& de-
eſt ea ratio æqualitatis ſeruandæ, quæ in deſcen-
dentibus plurimum valet,vt ex alijs explicat Me
nochius relata præſumpt. 186. num.43. verſicu.
cæterum, lib.4.& Socinus iun.eod.§. cum ita,nu-
me.97.& 98.

Octauo exploratum videtur, vt pluralitas nõ
reſoluatur quoties pro forma exigitur, nam for-
ma debet impleri in forma ſingulari, & ſpecifica,
tex.inſignis in l.3.§.hoc autem,ff.de itinere actu-
93 que priuato, vbi dicitur in eo interdicto quis duas
res debet docere,ſcilicet hoc anno vſum,& ſerui-
94 tutem competere,& ſi vna deſit,alterutrum defi-
ciat,& ibi gl.in verbo, competere,dicit,quod vbi
duo ſunt neceſſaria vnum adeſſe non ſufficit, &
Alexand.in l.Titia,num.5.ff.ſolut.matrimo.in-
95 quit,quod duo qui debet præſtare, ſi in vno defi-
ciat in toto deficere videatur, & in puncto tradit
Petrus à bella Pertica, in l.falſa, §.vltimo, & ibi
Socinus ſen. ff.de condit. & demonſtrat. Baldus
conſil.123. num.3. lib.5. Tiraquellus in verbo,
ſuſceperit liberos, num.62. in l.ſi vnquam, C.de
reuocand.donat. Ondedeus,conſ.60.num.27.

Verum pro forma illud dicitur,quod per mo-
96 dum expreſſæ conditionis ponitur, Felyn.in cap.
cum dilecta,in ſecundo ſigno de reſcript. Pariſius
omnino videndus conſil. 19. nu.7.& 8.lib.ſecun-
do, forma autem reddit actum indiuiduum, Iaſ.
97 in l.prima, num.6.§. ſed ſi mihi, ff.de verborum
obligatio. Crauet.conſil.100. num.162.& indiui
duum quid etiam dicitur ex diſponentis mente,
98 vt ait Soc.ſen.conſil.167. volum.4. conditio quæ
maximè voluntaria debet impleri in forma ſin-
99 gulari, & ſpecifica, l.Mæuius, l.qui hæredi, ff.de
conditio.& demonſtratio.& ſi in duobus aliquid
ſimul & ſemel deſideratur, non ſufficit quod in
100 vno impleatur, quia conditio non debet ſcindi,
ſæpius adducta l.qui duobus, ff.eo. & propterea
vbi per modum conditionis exigatur pluralitas,
ea non reſoluitur in ſingularitatem, vt ait Becius
101 conſilio 39.numero 18.M. Aquilinus in repeti-
tione,§.& quid ſi tantum, numero 96.de liber.&
poſthum. vnicus fuit effectus, & illa verba cùm
102 ea tamen conditione,& lege magis conditionem
vtriuſque comprobant, & id fuiſſe indiuiduum,
diſpoſitione hominis, l. Pedius, de receptis arbi-
tris, Alba conſil. 731.& dictio illa, dicti duo, ma-
103 gis commonſtrat, vt duo debeant interuenire,
Bald.conſil.123.num.3.lib.5.

Non obſtat quod pluralitas reſoluatur in ſin-
gularitatem, §.cum ita,& l.fina.§.filium,de lega-
tis ſecundo.

Quia illud procedit,quando eſt facta ſubſtitu-
tio vltimo morienti,& ſimpliciter, & non copu-
latiuè, & ad diuerſos effectus, vt declarat præſes
Menoch.ea.præſumpt.186.

104 Non officit Oſaſcus deciſio.110. quia loqui-
tur, quando eſt ſubſtituta pia cauſa; item quan-
do non eſt copula, &, ſed punctus & non ſit ſcri-
pta in modum conditionis, ſed ſimpliciter, nec
reſtricta ſit ad certum caſum, & ad certum tem-
pus, & in contractu loquitur contra commu-
nem.

Non aduerſatur fauor conſeruandæ agnatio-
105 nis, quia vim habet, & operatur in caſibus à te-
ſtatore diſpoſitis, & non vltra, Borgninus deciſ.
3.lib.3.& cum deſint verba in perpetuum eo ma
gis hic ſenſus recipiendus videtur, Menoch.præ-
ſumpt.69. maximè num.9.lib.2.

Quæ cum ita ſe habeant,res ipſa vndique cla-
ra videtur, & vbi eſſet dubia in dubio contra fi-
deicommiſſum vti impediens libertatem pro-
nuntiandum videtur, l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.
de vulgar. & pupillar.præſertim cum eiuſdem
verba ſint admodum ambigua, nec certum ſit
illud omnino, vt prætenditur ſubeſſe: atque ita
ex his puto omnibus quæſtionum punctis,quàm
breuiſſimè fieri potuit, pro veritate ſatisfactum
fore, ſalua tamen ſemper meliori ſententia atq;
rectiori iudicio.

Laus vni & Trino Deo.

Io.Petrus Binius Mediol.I.C.

PRO.

PRO CAROLO VICECOMITE feudatario.

ARGVMENTA.

Conuentio de ducendis aquis, quæ durare debeat quamdiu vni contrahentium placuerit, an finire debeat ad vnius placitum.

Conceſſio ad beneplacitum alicuius an morte extinguatur, & vbi reuocari poſſit, quid præſtari debeat, multaque de huiuſmodi re, & de contractuum interpretatione peritè admodum, & eleganter explicantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Durare verbum quid importet, & quam vim habeat.*

2 *Correctio, & non declaratio dicitur vbi cōtrarius verbis ſenſus afferatur.*

3 *In alternatiua affirmante, ſicut ſufficit alterum eſſe verum, ita in negante exigitur neutrum eſſe verum.*

4 *Alternatiua oratio non coniungit, ſed ſeparat, & ſufficit alterum eſſe factum.*

5 *Mens dicentis licet ſit prior, quàm vox, tamen nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur.*

6 *Verba adinuenta fuere, vt dicentis ſententiam exprimant.*

7 *A verborum ſignificatione non eſt recedendum niſi quatenus manifeſtum ſit, aliter diſponentem ſenſiſſe.*

8 *Verba ſunt potiſſimum inſpicienda ad cuiuſq; mentem intelligendam.*

9 *Verbis claris ſtandum videtur etiamſi aliter fuiſſe mentem probari vellet.*

10 *Expoſitio literalis tanquam intrinſeca, & neceſſaria nunquam remota cenſetur.*

11 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

12 *Coniectura locus non eſt, vbi verba apertè repugnent.*

13 *Interpretatio veriſimilior qua dicatur.*

14 *Contractus verba contra eum interpretamur, qui potuit apertius legem dicere.*

15 *Contractus à principio ſunt voluntatis, ex poſt facto autem ſunt neceſſitatis.*

16 *Contractus recipit interpretationem ab obſeruantia ſubſecuta.*

17 *Contractus ad hæredes, & ſucceſſores tranſit.*

18 *Contractus an & quando ob non ſeruatam fidem irritus fiat.*

19 *A contractibus nominatis non receditur, etiamſi promiſſa non ſeruentur.*

20 *Superflua verba non dicuntur, etiamſi ſolam dubitationem de medio tollant.*

21 *Superfluitas potius toleratur, quam quod aliquid inducatur contra mentem contrahentium.*

22 *Promittens aliquid, ſed non animo ſe obligandi an obligatus cenſeatur.*

23 *Contractus vtriuſque partis conſenſu ſicut initur, ita etiam diſſoluitur.*

24 *Senſus is eſt recipiendus, qui ſit magis amicus literæ atq; iuri communi conſentaneus.*

25 *Interpretatio quæ menti contrahentium aduerſatur tanquam abſurda, & inepta reijcienda eſt.*

26 *Argumentum à contrario ſenſu non recipitur, vbi directè diſpoſitioni locus eſſe non poſsit.*

27 *Argumentum à contrario ſenſu non procedit vbi prauus & abſurdus intellectus conſequeretur, vel vbi in caſu contrario, non viget contraria ratio, ſed eadem vel maior.*

28 *Argumentum à contrario ſenſu ſumendum eſt, ad limites verborum directorum.*

29 *Integra re exiſtente multa conceduntur, quæ aliàs prohibentur.*

30 *Dictio, ſolum, implicitam negatiuam habere videtur reſpectu eorum, quæ in termino includente non comprahenduntur.*

31 *Dictio non vltra, contenta includit, & non contenta excludit.*

32 *Acceſſorium, & additamentum ex natura principalis intelligitur.*

33 *Perpetuus, vt ſit contractus eius natura eſt.*

34 *Prouiſio hominis, & legis ſimul iuncta magis ligat quàm ſimplex prouiſio hominis, vel legis.*

35 *Verba quæ tātum declarationem afferunt ſi de ſuperfluitate conſtet, alius potius eſt accommodandus ſenſus.*

36 *Superfluitas potius toleratur, quàm vt ſenſus directus verborum deſtruatur.*

37 *Verba vbi ſint clara ab eis non receditur pro eo quod debeant aliquid operari, vel ne inutilis ſit diſpoſitio.*

38 *A contractu nominato receditur cauſa non ſecuta ob quàm aliquid principaliter datum eſt.*

39 *Iuramentum, & ſtipulatio intelliguntur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponuntur.*

40 *A contractu vim nominati contractus habente recedere licet ex capite cauſa non ſecuta.*

41 *Conuentio ob cauſam facta, quæ perpetua ſit, perpetua vtique ea cenſetur.*

42 *Dubitationis tollendæ cauſa, quæ contractui inſeruntur ius commune non lædunt.*

43 *A verbis perſpicuis non receditur etiamſi dura videantur.*

44 *Senſus qui ſit amicus literæ eſt magis recipiēdus.*

45 *Interpretatio, quæ fauet cauſæ in contractum deducta eſt magis attendenda.*

46 *Contractus pars vna, alteram declarat, & eius natura cognoſcitur, ex adiunctis pactis.*

47 *Contractus interpretationē recipit ab ipſo effectu.*

48 *Cauſa cum aliquid fiat debet inſpici, & ſecundum eam contractus interpretari.*

49 *Perpetuitatis ſtudium omnes incendit, & tenet.*

50 *Bonus vir intelligitur eſſe index, qui debet arbitrari*

bitrari, quod æquum eſt.

51 *Superfluitas eſt potius toleranda, quam vt quis in iuſto damno afficiatur.*

52 *Perpetua, vt ſit conuentio in dubio eſt interpretandum.*

53 *Superflua contractum vitiare non ſolent.*

54 *Senſus is eſt recipiendus, qui magis conuenit verbis, & iuri communi, ac obſeruantiæ ſubſequutæ, & qui effectui, & cauſæ contractus magis cõgruit.*

55 *Ceſſerit, quod quis ius ſuum, rectè ea repellitur exceptione.*

56 *Ceſſionarius, qui habet vtiles actiones cedẽti præfertur.*

57 *Cedens poſt factam ceſſionem non poteſt aliquid fateri aut proteſtari contra ius ceſſum.*

58 *Cedenti rectè ſoluitur, niſi ceſſionarius aliter ſibi cauerit.*

59 *Vendens aliquid compellitur cedere iura ſua.*

60 *Ad beneplacitum facta conceſſio morte non extinguitur, quando eſt facta heredis mentio.*

61 *Precarium non poteſt reuocari, quando res non eſt integra.*

62 *Perſeuerare quis intelligitur in actu à voluntate pendente, quando moritur non facta mutatione.*

63 *Reuocatio non conceditur, cum tertij damno ſine iuſta cauſa.*

64 *Precaria an a precario diſtet, & in quo.*

65 *Poſſeſſio longa pro diuiſo, diuiſionis titulum præcedentem arguit.*

66 *Nunciatio operis ad hæredem tranſit ſi res non ſit integra, vt puta, quia defunctus ædificare cœperit.*

67 *Ad beneplacitum de his, quæ debentur, ita iudicatur prout de his, quæ in perpetuum.*

68 *Mora purgatio non datur, vbi ius tertij dici poſſit factum deterius.*

69 *Reuocare ſi quis intẽdat contractũ debet id quod accepit reſtituere etiamſi non petatur.*

70 *Exceptio ab actione propoſita oriens, nũquam ſublata cenſetur.*

71 *Pretium reſtitui debet, vel ſaltem deponi, vbi petatur contractum reſcindi.*

CONSILIVM CCXCVIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PErabſurda ſanè, & minimè recipienda mihi videtur ea interpretatio, ſeu vt magis propriè loquar correctio, & conturbatio, quã affert pars aduerſa ad huiuſce conuentionis verba enucleanda, ſeu potius enecanda, vt ſcilicet verbum, duret, quod ſua natura firmitatem, & perpetuitatem ac perſeuerantiam quan-

1 dam demonſtrat, & requirit, l. 1. in fin. C. de bo-
nis quę liberis, cap. diaconi ſunt, §. certe, in fine,
93. diſtinctio. l. 3. C. de luitione pignoris, accipi
debet pro verbo, finiat, quod ei omnino ita ad-
uerſatur, & repugnat, vt inuicem ſint contraria,
cum vnum quaſi mortem, alterum vero vitam
denuntiet, & apportet, vnde conſequitur, vt hic,
partis aduerſæ ſenſus declarationis nomen, & ef-
fectum non habeat, ſed potius occiſionis, & cæ-
dis vim obtineat, non enim verbum explicat ve
2 rum eius ſenſum, & robur eneruat, & violat,
quod minimè ferendum videtur, vt pulchrè do-
cet Caſtrenſ. videndus conſilio 340. parte pri-
ma, & ex alijs declarat Simon à Prætis, de inter-
pretat. vltimar. volunt. lib. primo, interpret. pri-
ma, dubit. prima, ſolut. prima, fol. 6.

Cum itaq; verba conuentionis ſint clara, &
perſpicua, vt ea durare debeat quando contra-
hentibus placuerit, vel vni eorum, quemadmo-
dum durare debere ſcio, pars aduerſa non inficia
bitur concurrente vtriuſque volũtate, ita etiam
in ea permanẽdum eſſe omnino fateri debebit;
ſi vnius tantum voluntas accedat, poſtquam ver
ſamur in alternatiua oratione affirmãte, in qua
ſufficit alterum eſſe verum, ſicut in negante exi-
3 gitur neutrum eſſe verum, & hoſce duos caſus
mutuo comparatos voluerint contrahentes eo-
dem iure cenſeri, vt docent Dinus in regula in
alternatiuis, num. 5. de regulis iuris, in 6. Barto.
in l. pediculis, §. argento, ff. de auro & argento le
gato, & l. ſi quis, §. utrum. ubi etiam Soc. ſenior,
ff. de rebus dubijs, Iaſ. in l. ſi quis in conſcribẽdo,
num. 11. C. de pactis, plene Fely. in c. inter cæte
ras, num. 11. uerſic. fallit 4. de reſcriptis, ſiquidẽ
ubi uerba coniuncta non ſint, ut proprium, & pe
culiare eſt alternatiuæ orationis, ſufficit alterum
4 eſſe factum, l. in eo quod, §. ubi uerba, & ibi Dec.
ff. de regul. iuris.

Et cum clara ſint uerba nuſquam eſt ab eis
recedendum; nam etiamſi mens dicentis ſit prior
& potior, quam uox, tamen nemo ſine uoce di-
xiſſe exiſtimatur, ita ut etiam in eis qui loqui nõ
5 poſſunt, ſigna loco uocis habeãtur, nec aliud eos
ſenſiſſe exiſtimemus, quàm id quod eadem ſigna
indicant, uel labiorum aut oculorum, uel ma-
nuum, & digitorum motu palam fecerint, ut eſt
egregius text. in l. Labeo, in fine, ff. de ſuppelle-
ctili legata, & quamuis uerba inuenta ſint, ut di
6 centis ſententiam exprimant, atque ideo eius
uoluntas ſit præcipuè ſpectanda; attamen ea po
tiſſimum cognoſcitur ex eo quod uerba ipſa de-
monſtrant, ut inquit doctiſſimus Alciatus no-
ſter libro de uerborum ſignificatione, in princi-
pio.

Vnde non aliter à uerborum ſignificatione
7 recedendum eſt, quam cum aliud diſponentem
ſenſiſſe manifeſtum eſt, uulgata l. non aliter, ff.
de leg. 3. cũ igitur ex uerbis colligatur uoluntas,
cum denique uerba ipſa magnum pondus ha-
beant ad cognoſcendũ, quid eſt, cum eadem ſint

propriè forma intrinſeca diſpoſitionis, & demũ
cum valde obſcurum ſit, quid in intima cordis
parte recõditum lateat, niſi id ex oris lingua no
tum nobis fiat, aut verborum ope in lucem pro-
deat, merito, vt mentem cuiuſq; teneamus ſunt
diligẽter verba primum inſpiciẽda, & vt contra-
hentium animum optimè intelligamus recurrẽ-
dum eſt ad tenorem contractus, & ne latum qui-
dem vnguem eſt ab eo diſcedẽdum, vt plene pro
ſequitur Cardinalis Mantica, qui plura in hanc
8 rem conſcribit de coniecturis vltimar. voluntat.
lib. 3. tit. 4. à num. 1. vſq; ad numerum ſeptimũ,
idq; adeo verum eſt, vt etiamſi aliter mens pro-
baretur, tamen verbis ſtandum ſit vbi ea certa
9 & clara ſint, vt in caſu noſtro, vt inquit Socinus
ſen. in l. in ambiguo, num. 7. in 8. concluſione, ff.
de rebus dubijs: hinc fit, vt literaria expoſitio tã
10 quam intrinſeca, & ex re ipſa manans dicatur ne
ceſſaria, contraria autem qualis eſt hæc, quæ ex
contrario profertur impoſſibilis (vt aiunt) ha-
beatur, vt probat Ripa in l. prima, nume. 25. &
26. ff. ſi certum petat. ratio eſt aperta, quia mẽs
extranea, & aliena à verbis, & quæ nullo modo
verbis conuenire, vel ad ea aptari poteſt pro ni-
hilo habetur tanquam propoſitum in mente re-
11 tentum, nec illud attendatur niſi quatenus ex
verbis prolatis, & ſcriptis colligi poteſt; nam ſen
tentia, & verba debent inuicem concorditer con
gruere, vt fusè ex alijs probat idem Simon à Præ
tis de interpretatio. vltimar. voluntatum, lib. 2.
interpretat. 4. dub. 2. ſolu. prima, num. 12. & in-
fra, fol. 163. & vbi ita ſe habeant, vt nec ex pro-
pria, nec ex impropria ſignificatione accommo-
dari queant, coniectæ ſeu coniecturatæ menti lo
12 cus eſſe non poteſt, & non Apollinis magis ve-
rum atq; hoc reſponſum eſt, vt firmat Menoch.
de præſumpt. lib. 1. quæſt. 26. nu. 3.

Et vt propius ad rem noſtram accedamus, ſi
de contractus interpretatione agatur, & ſecun-
dum vnius interpretationem valere poſſit, ea ac
cipietur, ſi vero ſecundum vtriuſq; interpretatio
nem, capiemus veriſimiliorem; veriſimilior autẽ
13 ea habetur, quæ rei agendæ aptior eſt, & in qua
ineſt maior verborum proprietas, & quæ eſt ma
gis amica literæ, eiq; magis blanda, & quæ mi-
nus iuri communi aduerſetur, & quàm contrahẽ
tium longa conſuetudo, & vſus recepit, & appro
bauit, vt explicat Decius in l. quoties idem ſer-
mo. num. quarto, ff. de regulis iuris, & ante eum
Dinus in cap. contra eum, eod. titulo, facit Iaſ.
in l. ita ſtipulatus, la grande, ante num. 20. ff. de
verbor. obligatio. vbi vero tanta ſit dubitatio, vt
ignoretur quid contrahẽtes ſenſerint, contra eũ
fiet interpretatio, qui ex contractu agit; cum po
14 tuerit apertius legem dicere, l. veteribus, ff. de pa
ctis, vbi notant omnes, & in l. ea lege. ff. loca. Bal
dus conſ. 313. volu. 2. canonum interpretes, in
cap. olim, de verbor. ſignifica. & in cap. cauſam,
vbi Fely. de reſcrip. c. cõtra eum, de reg. iur. in 6.

Et propterea cum noſter hic ſenſus, vt con-
tractus durare debeat ad placitum vnius magis
15 conueniat verbis prolatis atque iuri communi,
l. ſicut initio, C. de actio. & obligatio. & demum
magis congruat contrahentium diuturno vſui,
& obſeruantiæ, à qua contractus dubij veram in
16 terpretationem recipiunt modum, & formam,
vt eſt gloſ. in l. quod ſi nolit, §. quia in aſſidua, ff.
de ędilitio edicto, l. ſemper in ſtipulationibus, ff.
de regulis iuris, pulchrè Crauetta videndus con
ſilio 422. numero 41. & conſilio 754. num. 15.
& conſilio 91. num. 8. equidem integerrimus, &
prudentiſſimus iudex hunc noſtrum ſenſum vti
iuri conſentaneum recipiet, & alterum velut ver
bis, & iuri communi, & conſuetudini, & omni iu
ſtitiæ repugnãtem omnino refutabit, & reijciet,
cum præſertim ex amplis clauſulis ipſius contra
17 ctus liqueat hæredes, & ſucceſſores eo contractu
contineri, vt in ſimili obſeruat Felynus in conſi-
lio 25. numero 6. quæ cum ita ſe habeant, moue
re minimè debent, quæ contra acutè admodum
& doctè mouentur ad ſuſtinendum hunc par-
tis diuerſæ ſenſum, ut ſcilicet eo non admiſſo pa
cti uera quodammodo fiant inania, cum tamen
certum ſit contractus ab initio uoluntatis, ex poſt
facto fieri neceſſitatis, & ita intelligendos, ut ni-
hil ſuperuacaneum ſit.

Quia reſpondetur eo non appoſito dubitari
potuiſſe an ea conuentio ob non ſeruatam fidẽ
contractus irrita fieri deberet, quaſi frangenti fi-
dem fides eſſet frangenda eidem; & fruſtra fidem
alicuius implorat, qui ei fidem non ſeruat, nulla-
que ſit fides quæ infideli data ſit, nec ſtabile eſſe
poteſt, quod infidum eſt: ſi tu inuerecundi animi
ingenium poſſidens fidem datam prodis, quæ
etiam hoſti ſeruanda eſt, quid doles aut dolen-
do conquereris ſi par pari refertur? in tuo ludo
hanc didici artem, ſi me hac de re accuſare uo-
lueris, te prius eiuſdem facinoris reum facias, &
damnes, quod maximè procedit in contractibus
18 innominatis qualis is eſſe uidebatur, l. cum pro-
ponas, la ſecunda, C. de pactis, l. quæro, §. inter
locatorem, ff. locati, Bar. & Iaſ. in l. ſi. nu. 13. ff. de
condic. ob cauſ. fusè Tiraq. de retrac. conuent. §.
3. glo. 1. num. 21. ideo ad demonſtrandum, ut his
etiam caſib. ab eo recedi non poſſet, ſed tantum
agi ad id quod intereſt, merito id pactũ appoſi-
tum fuit, ut ſcilicet contractus perduraret quã-
diu uni partium placuiſſet, prout dicitur in con-
tractibus nominatis, à quibus non receditur etiã
ſi promiſſa non ſeruentur, ſed tantum agitur ad
19 id quod intereſt, l. 1. in fin. ff. de pact. Bart. in l. 2.
prope finem, C. de cond. ob cauſam. præterea ſa
tis agere dicuntur uerba ſi remoueant, & tollant
de medio dubitationem, quę iure, uel iniuria fie
ri potuiſſet, & propterea cum in ea re an huiuſ-
modi conuentio perpetua eſſe debuiſſet nec ne,
multi, & complures dubitationum ſcopuli, &
ſcrupuli inijci potuiſſent, maximè quia uerſa-
bamur, ut dixi in contractu innominato, ut
obijcit, & explanat Salicetus in eadem l. ſicut,
nu. 2.

num.2. C. de actio. & obligat.merito eius pacti
verba, etiamſi ad maiorem tantum declaratio-
nem ptolata fuiſſent,non dicerentur inania, aut
20 inutiliter ſcripta,vt eſt celebris gloſ.in §.primo,
in figuratione caſus, Inſtitu.de patria poteſtate,
& tradit Crauet. omnino videndus conſilio 70.
num.29. dicitur & tertio potius inanitatem to-
21 lerari,quàm vt aliquid inducatur contra mẽtem
contrahentium, gloſ.in verbo, eo modo, §.ſer-
uus autem, Inſtitu.qui teſtam.facere poſſunt, &
ſcribit idem Crauetta loco proximè relato,ver-
ſic.tertio, & docet Bartolus in l.non ſolum, §.
morte, numero 24. ff.de operis noui nuntiatio.
dum affert exemplum illius, qui aliquid promi-
ſerat, ſed non animo obligandi, vt ſcilicet po-
tius inanis ſit eius promiſſio tanquam ſuperflua
& leuis ac nugatoria, quàm quod ipſa voluntas
euertatur aut violetur, plura ad hanc eandem
rem affert Card.Mantica de coniectur.vltimar.
voluntat.lib.3.titulo 6. nu.3.4. 5.& 8. Additur
quarto admiſſo etiam peruerſo partis aduerſæ
ſenſu adhuc hoc abſurdi,quod vitio vertitur ſub
eſſe,dum dicitur contractum debere ad vnius vo.
luntatem, vel ad vtriuſque placitum finem reci
pere, quis enim dubitat, quin accedente vtriuſ-
que conſenſu quis contractus diſſolui poſſit, ca,
pit.contractus ex conuentione, de tegulis iuris,
23 in 6.& l.nihil tam naturale, ff. eod.titulo, & ex
conſequenti ea pacti pars redditur inanis, & ſu-
perflua:ſatius eſt igitur, vt hic noſter ſenſus tan-
quam magis amicus litteræ,& iuri communi cõ
ſentaneus etiam ad remouendas omnes dubita-
24 tiones ſcriptus recipiatur, cum pro eo etiam con
currant plures rationes, glo.in verbo iura, Inſti.
tu.de adopt.§.ſed hodie, Saly. in l.ſi imperialis,
ſub num.2.verſ.ſed quia expoſitio, C.de manda
tis principum.

Non aduerſatur etiam,vt argumentum à cõ-
tratio ſenſu etiam in contractibus dicatur maxi
mè ad effugiendum hoc inanitatis vitium,vnde
ea verba,vt contractus ſolum durare debeat quã
diu vni contrahentium placuerit, & non vltra
ſint ita accipienda, vt vno eorum nolente con-
tractus non duret,ponderatis maximè dictioni-
bus illis ſolum, & non vltra,implicitam negatio
nem habentibus.

Quia reſpondetur id argumenti genus in præ
ſenti caſu ex multis facilè dilui,& refelli:nã ver-
ba ſunt clara,vt contractus debeat durare quan-
diu contrahentibus,vel vni eorum placuerit;er-
go ſi argueremus à contrario ſenſu, vt non du-
ret,quando vni non placuerit.conſequeretur ne
ceſſaria correctio, & repugnantia eiuſdem met
ſermonis,& voluntatis contrahentium,quod vti
alienum ab omni ratione dicẽdum non eſt,nam
ſi id argumentum refutatur vbi ſequeretur cor-
rectio iuris communis, quanto magis id capite
abnuemus,& manibus ac pedibus renuemus,vbi
25 conſequeretur,vt hic,correctio,& euerſio volun
tatis contrahentium, qua nulla certe abſurdior,
& grauior, vel ineptior intelligentia afferri poſ-
26 ſe videtur,vt declarat Roman. videndus conſil.
399.nu.6.& infra,& ſequitur Crauet.conſ.472.
nu.11. & 16. & conſi.685.nu.14.vbi ait id pro
cedere vbi directę diſpoſitioni locus eſſe nõ poſ-
ſet. Inde enim fieret, vt ad vnum finem ſcripta
contrarium effectum producerent, & ſic vt con-
tractus, qui deberet durare quamdiu vni placue
rit, iis idẽ finem haberet,quamdiu vni placeret,
quaſi plus poſſet negãs, quàm affirmans oratio,
cum tamen voluerint contrahentes, & ius com-
mune dictet, vt contractus ex voluntate ad ne-
ceſſitatem quandam perducti potiorem faciant
affirmantis conditionem,poſtquam ab affirman
te oratione contextum verborum cœperunt, vt
iam diximus. Rurſus argumentum à contrario
ſenſu omnes conueniunt non dari vbi prauus,&
27 abſurdus intellectus conſequeretur, vel vbi in ca
ſu contrario non viget contraria ratio, ſed eadẽ,
vel maior,gloſ.eſt in l.conuenticulam,in verbo,
extra eccleſiam, C. de epiſcopis & clericis,& in
l.cum prætor,in verbo,videtur,in fin.de iudicijs,
notant ſcribẽtes omnes, præſertim Iaſ.in l.pri-
ma, num.39. & ſupra,& infra, ff.de officio eius
cui eſt mandata iuriſdictio. Euerardus in ſuis cẽ
tum locis argumẽtorum,in loco à contrario ſen-
ſu.ſub num.7.& num.25. Alciatus noſter conſil.
78.num.3.& infra,libro nono,cum igitur hic cõ
tratia non inſit ratio,ſed eadem, & longè maior
conſequaturque correctio,& repugnantia,nullo
modo ea argumẽtatio erit capienda ad hæc, cũ
28 hoc argumentum ſit ſumendum ad limites ver-
borum directorum, vt ex alijs probant idẽ Cra-
uetta conſilio 350. num.3. & infra Mantica de
coniecturis vltimarum volun tatum, libro 3. ti-
tulo 17.ſub num.15. ſi ad limites verborum ca-
piatur in hoc caſu noſtro ſenſus is erit,vt ſcilicet
conuentio non debeat durare niſi quamdiu vtri
que parti,vel vni earum placuerit,vt duret:quia
ſi eam faceremus interpretationem, vt non du-
raret, ſi vni earum placuerit,vt non duret,fieret
inde,vt ſenſus directus, vt duraret quamdiu vni
placuerit, omnino deſtrueretur nec hoc conclu-
dit argumentum, quia tantum voluit perpetui-
tatem, & vt ita dicam durationem conferre in
placitum vnius, & non durationem in eum ca-
ſum tantum,ſi vni non placuiſſet ut perduraret,
quaſi in eius diſſolutione utriuſque conſenſum
uoluerit exigere, quod eſt magis conſentaneum
uerbis contractus, & diſpoſitioni iuris commu-
nis, & uerifimilitudini, & obſeruantiæ poſtea
ſubſecutæ ſpatio triginta annorum, & eo am-
plius, quo longiſſimo tempore omne uolunta-
tis mutandæ ius, ſi quod eſſet, ſublatum cẽſetur
re maximè amplius non exiſtente integra,cum
multi hinc inde facti ſint actus ei mutationi, &
reuocationi repugnãtes,& nouationẽ,& ꝑpetuũ
conſenſum inducentes,atq; multa ædificia Vice
comes extrui curauerit videntibus,& ſcientibus
aduerſarijs, quæ nunc tollere ſane iniurioſum

eſſet, vt pulchrè in ſimili arguit Crauetta omni-
29 no videndus conſil. 732. & re non integra non li
cet, quod re integra alias liceret, Bald. l. ſi quis,
C. de repud. hæred.

Nec officit dictio illa ſolum, quæ videtur im-
plicitam negatiuam habere, quia id verum eſt
reſpectu eorum, quæ in termino concludẽte nõ
comprehenduntur; nam eius natura eſt, quæ in
ſuo termino continẽtur, velut ſua includere, alia
30 vero velut extranea includere, vt eſt gloſ. in cle-
men. exiui de paradiſo, §. cum autem, de verbor.
ſignificat. imò etiam caſus ſimiles complectitur
plene Iaſ. videndus in l. prima, num. 6. verſic. 3.
C. de bonorum poſſeſſ. contra tabul. cum igitur
in termino reſtricto ſeu taxato includatur ille ca
ſus, ſcilicet o piacerà ad vno di loro, & ſic pla-
ceat Vicecomiti, argumentationis telum retor-
quetur, ſicut & euellitur eadem, vel parum diſſi-
mili ratione, quod ducitur à dictione illa, & non
piu oltra; nam, & ipſa dictio contenta includit,
31 non contenta excludit, l. cum vltra, C. de non nu
merata pecunia, l. eos, §. primo, de vſuris, l. ſecun-
da, de inofficio. teſtamẽto, l. fin. C. de modo mul-
ctandi, Soc. ſen. conſil. 285. num. 1. volum. 2. eo-
rum itaque verborum ſenſus erit, vt ſcilicet de-
beat tandiu durare conuentio, quandiu vtrique,
vel vni earum partium placuerit, & non piu ol-
tra repetitis, ſcilicet illis verbis, di quel piacerà à
detti contrahenti, ò vno di loro, vt additamen-
tum intelligatur ex natura principalis, l. etiam,
32 C. de iure dotium, & ideo cum vni placeat, ſcili-
cet Vicecomiti durare debet omnino conuẽtio
cum id faciendum ſit tamdiu quamdiu compro-
batur vnus ex caſibus, qui includuntur in termi-
nis ſub illis dictionibus clauſis, & comprehenſis,
nec aliter ſenſiſſe contrahentes mihi ipſi per-
ſuadere poſſum, ſi verba à quibus mens colligi-
tur ſpectemus, & alias probabiles rationes quas
ſuperius retulimus expẽdamus, ſed quia adhuc
pars aduerſa, aduerſo argumentationis telo ad-
uerſus Vicecomitem inſiſtit, & conſiſtit inquiẽs,
quod cum tacitè ineſſe videretur ex diſpoſitione
iuris communis, vt conuentio eſſet perpetua, l.
ſicut, C. de actio. & obliga. ſi pactum intelligere-
33 tur, vt verba ſonant, & nos probauimus, vt ſci-
licet perpetua ſit conuentio, cum durare debeat,
quamdiu vnus voluerit, eſſet inutile tanquam
diſponens idem quod ius commune, & propte-
rea ſit accipiendus contrarius ſenſus, etiamſi is
peruerteret ipſius durationis directum ſenſum,
vt ſcilicet finire debeat ad vnius placitum, vt ma
gis quieſcens ſedeat integerrimi iudicis animus
in hac noſtra ſententia, quę conſonat proprieta-
ti ſermonis, iuri communi, & obſeruantiæ ſubſe-
cutæ, & omni rationi, & æquitati; nam contra-
rius ſenſus non eſt interpretatio, ſed peremptio,
quod minime ferẽdum eſt, operæ pretium duxi
præter ea, quæ copioſè ſuperius dixi, & viua vo-
ce in concertatorio iudicio adduxi, hæc pauca
repetere, vt ſcilicet expreſſio eorum, quæ tacitè
ex diſpoſitione iuris inſunt, ſatis agere videatur
cum præſumpta voluntas tranſeat in veram, &
id agat, vt ex contractu agi poſſit, & ſic pariat fa
uorabiliorem actionem, atque apertius demon-
ſtret mentem contrahentium, cum duo vincula
prouiſio nempè legis atque hominis magis li-
gent ſimul iuncta, quam ſimplex prouiſio legis,
34 cum vna ſit tacita, altera expreſſa, vt præter ad-
ductum Bartolum, in l. talis ſcriptura, §. primo,
de legatis primo, & Crauetam, qui quæſo videa
tur, quia loquitur in terminis, in conſilio 732.
maximè num. 21. & conſilio 70. num. 29. & con
ſilio 808. num. 14. probant ita declarando con-
trariam concluſionem aliàs adductus à nobis
Mantica de coniecturis vltimarum voluntatũ,
lib. 3. titulo 6. num. 5. cui addo fuſius explican-
tem Simon à Prætis de interpretatio. vltim. vo-
luntatum, libro 5. ſol. 5. per totum, maximè nu-
mero 34. fol. 160. & eod. libro, ſolu. prima, nu-
mero 47. fol. 142.

Nec officit, vt quando declarationem tãtum
afferunt, & conſtet de ſuperfluitate, potius ſit a-
lius accommodandus ſenſus ex Gabriel conſil.
121. num. 32. relato ab eodem Mantica iam ex-
35 citato loco ſub num. 6. verſic. ſed licet, quia illud
procedit, quando omnino tolleretur inanitas,
quæ non tollitur in vtraq; alternatiuæ parte in
caſu noſtro niſi admiſſa veriſſima interpretatio-
ne noſtra; item quando ſenſus qui accommoda-
tur ex verbis colligitur, & eis non aduerſatur, &
ſanus eſt; ſecus ſi ita abſurdus ſit, vt deſtruat di-
36 rectum ſenſum, quia tunc minimè recipiendus
eſt velut perabſurdus, prout certe eſſet, ſi verbũ
durare acciperetur pro verbo finire, vt tradit do-
ctiſſimus Alciatus noſter videndus conſil. 78. nu
mero 3. 4. & 5. lib. 9. & expreſsè ſe ipſum decla-
rat Mantica, num. 7. & item quando verba eſ-
ſent clara, vt in caſu noſtro, quia tunc non debe-
mus ab eis recedere pro eo, quod debeãt aliquid
operari, vel ne ſit inutilis diſpoſitio, vt ſe ipſum
declarat idem Gabr. conſil. 90. nu. 12. quẽ refert
37 & ſequitur Prętus eo. fol. 160. nu. 51. verſ. 15.

Secundo cum ageretur de contractu innomi-
nato in quo ſæpe pœnitẽtia datur, & etiamſi cõ
tractus eſſet nominatus verſaremur in dato ob
38 cauſam qua non ſecuta à cõtractu diſcedere per-
miſſum erat, vt explicat gl. in l. ſicut, in verbo, mi
nimè poſſe, C. de actio. & oblig. & ſentiunt om-
nes ibidem ſcribẽtes Bald. præſertim, & Saly. &
quamuis iuramẽtum, & ſtipulatio interueniſſet,
cum tamen intelligantur ſecundum naturam cõ
tractus ſuper quo interponũtur, vt in puncto de
39 cidit Bar. in l. cum mota, nu. 6. C. de tranſact. l. fi.
C. de nõ num. pec. Gabr. lib. com. tit. de iureiur.
concl. 10. & omni caſu ex capite cauſæ non ſecu-
tę liceret recedere ẽt in contractib. vim nomina-
torum habentib. vt docent Bald. & Caſtrẽſ. in l.
cum te fundũ, C. de pac. inter empt. & vẽd. idem
Baldus in l. vt proponis, numero 6. C. de condi-
ctio. ob cauſam, Iaſ. poſt alios, in l. fi. C. de con-

dic. ob

dic. ob cauſam, Crauetta videndus conſil. 241.
num. 2. Fabianus à Monte, videndus tracta. de
empt. & vend. quæſt. 5. num. 43. eſſetque proin-
de etiam manifeſtum, vt ſuper ea diſpoſitione l.
ſicut, C. de actio. & obligat. multæ poſſent fieri
dubitationes, & quidem probabiles, ſicut etiam
an conuentio facta ſcripto poſſit diſſolui ſolo ver
bo abſq; ſcripto, l. nihil tam naturale, vbi Decius
& Cagnolus, ff. de reg. iuris. Item etiam iniici du
bitatio poſſet an hæc conceſſio ad tempus, vel
perpetua eſſet cenſenda; & cum eſſet facta ob
41 cauſam voluerint eam perpetuam cenſeri, vt tra
dit Cæpola de ſeruitut. vrbanorum prædiorum.
cap. 29. numero 6. merito ad tollendas has om-
nes dubitationes, quæ otiri, & fieri poterant, &
quo magis ei conſultum eſſet, voluerunt contra-
hentes id pactum apponere, quod ſatis agit etiã-
ſi ſolam dubitationem tolleret, vt ſcribunt iam
allati ſcribẽtes in ſuperiore fundamẽto excitati:
& eſt ratio, nã quæ dubitationis tollendæ cauſa
contractibus inſeruntur, ius cõe non lædunt, vt
vellet pars aduerſa; imò appoſita cẽſentur, & ita
interpretari debent, vt illud potius iuuent, vt eſt
42 tex. ad litteram, in l. quæ dubitationi, ff. de regu.
iur. l. prima, §. ego puto, ff. de ædilitio edic. & val-
de ſemper conducit, ita clare repetitis etiam ver-
bis contractũ explicare, vt dubitationi locus nõ
ſit, noſſeq; omnia hæc ſalus eſt contrahentibus
dum inanium diſputationum mare effugiunt.

Tertio cum clara ſint verba pacti, vt durare
debeat quamdiu vni placuerit, non eſt equidem
ab eis recedẽdum, nec eius ſenſus peruertendus,
nec cauillationes aut dicacitates cauillatorum
locum habere debent; licet etiam talia verba eſ-
ſent dura, & aſpera nimis, & tanto minus eſt re-
cedendum ſi ſe conforment ad ius commune, &
omni iuri, & æquitati ſint conſona, & conſenta-
nea prout hæc ſunt: & cum huiuſmodi contra-
ctus verba habeantur pro textu, eſt ſane magis
eis credendum, quàm gloſæ, maximè nimia ſub-
tilitate peruertenti, & ſubuertenti directum ver
43 borum ſenſum, vt ſcribit Crauetta videndus cõ-
ſilio 105. numero ſecundo, & late probat Man-
tica adducto tractatu, libro tertio, titulo quarto,
à num. primo, vſque ad num. 7. & Simon à Præ-
tis, fol. 153. fol. prima, & 145. fol. 3. cum itaque
hanc claram habeamus contrahentium men-
tem, ab eis ne latum vnguẽm diſcedemus, etiam
ſi verba alias inania redderentur, quia potius to
leratur inanitas verborum, quàm eorum euerſio
& mentis occiſio, vt explicant relati ſcribentes,
in primo argumento.

Quartò cum admiſſo noſtro ſenſu veriſſimo,
ab vtroq; alternatiuæ capite abſit inanitas, dato
autem peruerſo, aduerſæ partis ſenſu inſit ea
quam ipſamet improbat, inanitas, ſaltem in pri-
mo capite, conſequitur, vt is noſter ſit recipien-
dus, qui eſt magis amicus literæ, vt inquit Saly.
44 adducta l. ſi Imperialis, ſub nume. 5. verſicu. ſed
quia expoſitio, C. de mãdatis principum, & pro
quo concurrunt plures rationes gloſ. in verbo,
iuramenti, §. ſed hodie, Inſtitu. de adopti. & qui
minus habet iniquitatis, & præiudicij, l. quoties
nihil, ff. de reg. iur.

Quinto omnis ſcrupulus dubitationis tollitur
ex cauſa ipſius conuentionis, quæ cum ſit perpe
tua, neceſſario eſt hæc vna capienda interpreta-
45 tio, quæ cauſæ huic deſeruit, & fauet, vt in for-
tioribus terminis ſcribit Crauet. eo. conſil. 732.
maximè num. 7. & ſub num. 24. verſ. ſexto, vna
enim pars cõtractus alteram declarat, & eius na
tura cognoſcitur ex adiunctis pactis, Soc. ſen. cõ
46 ſil. 170. num. 6. conſil. 266. num. 6. late Simon à
Prætis, fol. 146. num. 39. cum multis ſequentib.
47 & recipit interpretationem ab ipſo effectu, vt in
terminis tradit idem Crauetta vbi videatur, con
ſil. 20. maximè num. 6. & cauſa cur aliquid fiat
48 debet inſpici, & ſecundum eam debet interpreta
tio, & determinatio fieri, vt docent Roman. con
ſil. 503. num. 6. idem Crauet. conſil. 304. num. 3.
& conſil. 899. num. 3. & 9. & licet & ipſe velit ca
piendum eſſe ſenſum, qui inanitatis vitio careat
id tamen ita intelligit, modo ille intellectus ſa-
nus ſit, & non repugnet verbis, & effectui, & cau
ſæ expreſſę prout repugnaret ĩ caſu noſtro ſi hũc
aduerſum aduerſę partis ſenſum concederemus;
nam contrahentium mens ea fuit, vt volẽte vno
contrahentium perpetua eſſet conuentio, prout
fert natura contractuum, & cõe contrahentium,
& morientium votum, quos perpetuitatis ſtudiũ
mirificè tenet; vnde ſi tibi aliquid boni perpetuũ
vel ad tẽpus afferatur, ſtatim eliges, quod diutur
num ſit, & ſtabile permanſurũ, inquis enim hoc
cum ad breue exiguumq; tempus ſit duraturum
49 mea non intereſt vt habeam, vel tanti emã; non
ſolum mihi ipſi, ſed poſteritati proſpicio, atque
conſulo, & ideo cupio hæc poſt mortẽ meam a-
pud familiam meã in multas ætates conſeruari,
& ſi fieri poteſt diligentia, & parſimonia augeri,
nec poſſum animũ appellere ad ea, quæ breui tẽ-
pore amitti aut labefactari poſſint: perpetuitatis
deſiderium, & quidam amoris ardor me valde
capit, & propterea nedũ quæ viuens ago ſed etiã
ea quę fati neceſſitate cogor deſerere, moriens le
ge fideicõmiſſi adeo arctè conſtringo, vt de gẽte
mea exire nequeant. ſed falleris meo iudicio, nã
cum nihil conſtans, & ſtabile ſit ſub ſole, quę per
petua putabas, breui euaneſcunt, & ianuæ quas
fideicõmiſſi, vel cõtractus lege quaſi robuſto ve-
cte, & firmiſſimis repagulis clauſeras, & firmaue
ras te vix mortuo ſubito aperiuntur, conuulſiſq;
repagulis effractiſque valuis multis excogitatis
cauſis, & artibus principis etiam authoritate in-
terpoſita, vel alijs aduerſis, & ſubitis caſibus per
franguntur, & quod ita bene clauſum, ibidem
multis laboribus partum, & coactum contineri
perpetuo poſſe tibi perſuaſeras, repente vndiq;
apertis ianuis, & patefactis tot emiſſorijs profun
ditur, & diſperditur, & hoc tuum perpetuitatis
deſiderium ad nihilum recidit, ſicut & omnia

orta occidunt; ſi flagras cupiditate, & ſtudio per-
petuitatis, quod eſt multum laudabile, valde mi
ror cur negligas ea, quæ nedũ perpetua, ſed ſem-
piterna ſunt, & quæ conſequi tibi integrum eſt,
& ad quæ capeſſenda quotidie inuitaris, & mul-
tis præmijs allectaris, exoptas perpetuum ani-
mum gaudentem, qui floridam facit ætatem,
perpetuam bonam valetudinem, perpetuos the-
ſauros, quos nulla vis aut ars furari poſſit, per-
petuum, & ſplendidum domicilium, & illuſtre
palatium expetis, fidas, & gratas ſocietates, opti
mos, & beatiſſimos comitatus cupis, non deor-
ſum te demittas, ſed ſurſum te erigas, & quæ ſu-
periora ſunt cogites, cælumque inquiras vbi æ-
ternitas ſedet, vbi glorioſa viget trinitas, quæ lar
ga, & liberali manu tibi ſi merueris dabit hæc,
& multo maiora, iamdiu tibi promiſſa; ſi igitur
tantum perpetuitati ſtudes, & hanc vnam cupi-
diſſimè appetis, cur omni ſtudio, & conatu locũ
tibi collatum in cælo nõ quæris, vbi beatus ſem-
piterno æuo fruaris, contemptis his terrenis re-
bus in quibus nulla prorſus ineſſe poteſt perpe-
tuitas, cum ficta omnia celeriter tanquam flo-
ſculi decidant, & momento turbida prætereant
præcipiti celeritate rapidi torrentis more, quo
ne oratio noſtra perbelle nunc nata diutius ra-
piatur, dum terrenam hanc perpetuitatem, quã
terreni homines tanto animi ſtudio, & ardore
affectant, nititur in cæleſtem illam conuertere,
ad quam cordati homines hac poſthabita aſpi-
rant, & totis viribus contendunt, iam è diuerti-
culo ad propoſitum cęptæ argumentationis al-
ueum deſcendit, & argumentandi filum retinens
inquit an vides?

Septimo, ſi tuus hic ſenſus, omni bono ſenſui
& rationi aduerſans, & contrarius daretur, non
ne apertam iniquitatem contineret, vt ſcilicet
Vicecomes in tanta iactura verſetur cum eius
moleſtrina, & cætera ædificia tanta impenſa ex-
tructa inania fere efficerentur, magnumque ei
conſequeretur damnum, ſi poſt tot ſumptus fa-
ctos cogi poſſet deſtruere, quæ fecit, quod miri-
ficè hanc noſtram interpretationem confirmat,
& maximè obſeruari debet ante oculos cuiuſq;
boni viri, id eſt ipſius iudicis ad quem pertinet
hanc interpretationem facere, vt conſiderat in
50 terminis Crauett. adducto ſæpius conſilio 732.
numero 27. qui inquit potius tolerandam eſſe
ſuperfluitatem, quam vt quis pergraui adeo in-
commodo afficiatur; & talis, qui intenderet rem
conceſſam reuocare repelli poſſet hac iuſta exce
ptione dolum præſeferente, deberetque etiam
amicitiæ dare, quod liquido veritati, & iuſtitiæ
daret, memineritque ita comparatam eſſe homi
num naturam, vt quis alteri non faciat, quod ſi-
bi fieri nollet, ita nedum dictu, ſed factu opus eſt
ſi vis vtrumque noſtrum ſaluum eſſe, ſi cupis na
turali legi, & Chriſtianæ charitati cumulatè, vt
decet ſatisfacere, & vir bonus prædicari, vt ex-
51 plicat Cæpola adducto capite 79. de ſeruitut.
vrbanor. prædior. numero ſeptimo, & facit gloſ.
in l. Mæuiana, in verbo, detrucentati, C. de ædi-
ficijs priuatis, interpretabimur igitur ſano mo-
do ea pacti verba, vt ſint perpetua, & ne pen-
deat eius reuocatio ab vnius voluntate, ne per-
grande adeo abſurdum ſequatur, & ne effectus,
52 & cauſa contractus reddatur inanis, & futilis dũ
ſua ſubita inconſtantia illius commodum remo
retur, vt inquit etiam Decius conſilio 64. nume
ro 8. hæcque duo poſtrema fundamenta, & ſoli-
dæ rationes ſolæ per ſe deberent mouere, & tra-
here animum cuiuſque integri iudicis ad hanc
faciendam, & amplectendam interpretationem,
& tanto magis tot alijs rationibus alligatæ, & ſi
mul iunctæ id præſtare debent.

Octauo, & vltimo additur, quæ abundant nõ
ſolere vitiare contractum, ſed ad maiorem cau-
tionem ſcripta cenſeri, l. non ſolent, ff. de regulis
iuris, gloſ. in l. teſtamentum, in verbo, cautela, ff.
53 de teſtamen. l. cum quid, ff. ſi certum petatur, &
propterea ſublato hoc vano inanitatis vitio am
plectendus erit hic noſter ſenſus, qui vt dixi ma-
gis conuenit verbis, & iuri communi, & obſer-
54 uantiæ ſubſecutæ, vt inquit Crauetta conſilio
101. numero tertio, & qui cauſæ atque effectui
in contrarium deducto magis deſeruit, & qui rei
gerendæ aptior eſt, vt eſt text. in l. quoties idem
ſermo, ff. de regulis iuris, & qui minus habet præ
iudicij, & iniquitatis, ead. l. quoties nihil, ff. de re
gulis iuris, quibus caſibus ſi licet interdum à ſer-
monis proprietate recedere, ne in hæc aperta ab
ſurda incidamus, aut in hæc iniqua vitia prola-
bamur, quanto magis id licebit quoties verbo-
rum proprietas nedum reſiſtit, ſed aſſiſtẽdo nos
ipſos cogit hanc eandem interpretationem face
re, quam integerrimus iudex amplecti omnino
debebit poſtquam videt hoc vnum partis diuer
ſæ fundamentum ab inanitate, ſed inaniter qui-
dem ſumptum, tot tantiſque iuſtarum rationum
telis confoſſum exinanitum iacere, & funditus
euerſum fore, actorque ipſe faciendæ huius reuo
cationis careat omni prorſus iure, quandoqui-
dem prædia de quorum aquis nunc agitur fue-
rint ab eo vẽdita, atque ab eodem in emptorem
omne eorum ius transfuſum ſit, & ceſſum; vnde
merito ei iuſtè obijci poteſt, male agis, quia ius
tuum ceſſiſti, cum præſertim non verſemur in
55 mandante, ſed in cedente, & in ceſſione facta ad
commodum ceſſionarij, vt cum Bartolo ſentiũt
communi aſſenſu ſcribentes, in l. ſi cum empto-
re, numero ſecundo, ff. de pactis, & in l. facta, §. ſi
hæres, nu. 3. ff. ad Trebel. & in terminis pulchrè
Crauet. conſ. 191. maximè nu. 3. atq; in ceſſione
facta ex cauſa neceſſaria, id eſt, in conſequẽtiam
bonorum venditorum, quo fit, vt omnis actio di-
recta remaneat inefficax, & inutilis, & ceſſiona-
rius qui habet vtiles actiones ſit præferendus, at-
que idcirco reus conuentus eam iuſtam habeat
exceptionem, tu ceſſiſti omne ius tibi competẽs,
vt decidunt domini de Rota videndi deciſ. 453.
nu. 8.

56 num.8.parte prima, ſecundum nouiſſimam im-
preſſionem.

Præterea cum agatur de quadam animi decla
ratione,& proteſtatione, tanto magis hæc exce-
ptio admittenda eſt, cum alia ſit, vel eſſe poſſit
voluntas cedentis,alia ceſſionarij;& receptum ſit
cedenti poſt factam ceſſionem, cum res non di-
catur integra, non licere aliquid fateri aut pro-
teſtari circa ius ceſſum,cum id ad eum non perti-
57 neat, vt probant Alexand.conſil.46.numero 5.
volum.quinto, Alciatus noſter conſil.44.num.7.
lib.primo, Tiraquellus de retractu legali, §.2.gl.
2.num.4. Rolandus à Valle, conſilio 85. num.9.
volum.2. & hoc eſt, quod in effectu voluit Oſa-
ſcus in allegata ex aduerſo deciſione 62.ſub nu-
me.6.verſic. quid dicendum,diſtinguit an nego-
tium principaliter ad ceſſionarium pertineat nec
ne, vt re ipſa vbi ſubſit,ſpectat in hoc caſu ad ip-
ſum ceſſionarium.

Rurſus etiamſi minus vera fatentes admitte-
remus factam fuiſſe ceſſionem periculo, vel ad
commodum cedentis, attamen cum omnes do-
ctores ſimul conueniant, vt eadem exceptio ſit,
58 quando interuenerit aliquod de tribus requiſitis,
in l.tertia, C.de nouatio. quia tunc cedens agere
non poteſt, vt cenſuit Bartolus, & cum eo cæte-
ri omnes nemine diſſentiente in locis proximè ex
citatis erit dicendum,vt ſimus in caſu iſtius limi-
tationis deſumptæ ex dicta l.tertia, cum inter-
uenerit ſcientia Vicecomitis,& etiam mutua in-
uicem recognitio facta cum ipſo emptore, cum
ille à Vicecomite aquas acceperit, & eis vſus
ſit, & contra Vicecomes vſus ſit aquis ipſius em
ptoris,& propterea cum facta ſit nouatio nec res
ſit amplius integra, & ex conſequenti nemo ſine
actione experiatur iuſtè non modo limine recta-
que iudicij, ſed primo aditu veſtibuloque prohi-
beri debet,cum præſertim, quando aliquid ven-
59 ditur, quis compellitur cedere iura,& dicitur ne-
ceſſaria,& accedens ceſſio, quæ non deſiderat ſo-
lemnitatem à iure noſtro municipali in ceſſioni-
bus principalibus requiſitam,l.ſecunda,§.non ſo
lum,l.venditor, primo reſponſo, & l.emptori,de
hæred. & actione vendita. & Azo eod. titulo,§.
ſumma, & tract. incerti authoris de ceſſio.iuris,
volum.primo tractatuum, num.69. & licet con-
ceſſio facta videatur ad beneplacitum morte non
60 extinguitur,quia eſt facta mentio hæredis, l.non
ſolum, §.morte, Bartolus numero 6. & 7. ff. de
operis noui nunciatione, Crauet. conſilio 732,
vbi vide.

Item precarium non poteſt reuocari, quan-
do res non eſt integra, quia non ſit in eodem ſta-
61 tu, l.fin. C.de repud. hæred.nam re integra exi-
ſtente multa conceduntur, quæ ea non integra
prohibentur,& in actu à voluntate pẽdente,quis
62 cenſetur perſeuerare ſi decedat, vt docet Abbas
in cap.fin.de precario.

Rurſus non datur reuocatio ſine iuſta cauſa
cum damno tertij,nec decet ſtatim negare ſe vel-
le modo,quod paulo ante pollicitus eſt,vt ſentiũt
63 Abbas eo.cap.fin. & Alexand. in l. ſi pœnam,de
verbor.obligat.& ſi precarium ipſum non ſit gra
tuitum, ſed compenſationem cum vtilitatis ra-
64 tione habeat precaria dicitur, vt inquit Abbas
cap.primo, de precario, & longa patientia vide-
tur tribuere titulum, vt dicitur de poſſeſſione pro
65 diuiſo, quæ diuiſionis titulum præbet. Baldus in
l.ſi certis annis,num,12. C.de pactis,& confirma
tur eo ſimili, vt ſcilicet nuntiatio non tranſeat ad
66 hæredem,ſecus ſi res non ſit integra, quia iam de
functus inceperit ædificare. Bartolus in l.non ſo-
lum, §.morte, num.6. de noui operis nuntiat.&
67 vt propius accedamus conceſſio etiã facta quã-
diu placuerit dicitur perpetua, & de his, quæ de-
bentur ad beneplacitum idem iudicatur,quod iu
dicatur de his,quæ in perpetuum, vt egregiè di-
ſtinguit Bartolus in l.iuriſperitos, num.3. de ex-
cuſa.tutorum,l.ſufficit,num.3. de condictio.inde
biti, Carotius omnino videndus qui plura,& cõ-
plura ad rem affert de conuentione in volunta-
tem, vel beneplacitum alicuius collata tract. lo-
cati, ſecundum vltimam impreſſionem,parte ſe-
cunda,quæſt.5.fol.52.& parte 5.ſub tit.de ſexto
gradu accidentium, quæſ.12.de beneplacito,fol.
233.& quando ius tertij poteſt eſſe factum dete-
68 rius, tunc purgari nequit moræ culpa, vt firmat
Alexan.in l.ſi inſulam,num.34.de verb.obligat.
inferens ad multa,quæ conſulto prætereo,vt ali-
qua pars laboris mihi minuatur,& ne nimis mul
tus hac in re videar,cum apud eum hæc facilè vi
deri poſſint,& pro ſuo acri iudicio poſſit integer-
rimus iudex facilè huc transferre,quę rei ipſi ma
gis conuenire videbuntur,vt Vicecomiti iuſta pe
tenti,& cui omnis æquitas,& ratio fauet,morem
gerat, nec ſilentio illud prætermittam eum qui
poſſit reuocare debere offerre acceptum, etiamſi
69 non petatur,vt affirmat Decius conſil.421.Tira
quellus de retractu leg.§.primo, glo.18. num.6.
idem Carotius relato tract. locati, qui dicit hanc
eſſe communem opinionem,cum ſit exceptio ab
actione propoſita, Oriens 4.parte, ſub ti.cauſæ re
70 cuſati, quæſ.17. de euictio.nu.46.fol.199.& pre
tium debet reſtitui, quando petitur contractum
reſcindi, Bald.in c.1.§.notandum,in primo nota
71 bili,qui feuda dare poſſint,& in l.fin.§.fin. verſic.
nota, quod qui, C.communia de legatis, & ibi
Bart.& in l.iubemus, §. ſane, in primo notabili,
C.de ſacroſ.eccl. imo debet fieri depoſitum ante
litem conteſtatam,deciſio Peruſina 105.num.1.
& 2.& 3.parte 2. Vrſillus ad Afflictũ, deciſ.205.
nu.9.ſed hæc abundanter dicta ſint,cũ putemus,
& iure quidem defendamus aduerſarium non eſ-
ſe in caſu faciendæ ipſius reuocationis.

Laus Vni & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO ILLVSTRISS. DOM. Franciſca Guerreria vxore Illuſtriſs. Herculis Gonzagæ.

ARGVMENTVM.

Tranſactio iurata an reſcindi poſſit ob enormiſſimam læſionem aut ob cauſam falſitate aut errore imbutam.

SVMMAE RERVM.

1 *Tranſactio reſcindi poteſt, ex l. 2. C. de reſcinden. vend. ſecundum magis com. opin.*

2 *Ad tranſactionem reſcindendam quomodo æſtimatio ſit facienda.*

3 *Mulier, minor, ruſticus facilius admittuntur ad reſcindendam tranſactionē, l. 2. C. de reſcin. ven.*

4 *Tranſactio etiamſi iurata ſit, & non obſtante renūtiatione omnis legum auxilij, & l. 2. C. de reſcin. vend. retractari poteſt ob enormiſſimam læſionē.*

5 *Dolo ex propoſito ſicut renunciari non poteſt per quæcumq; verba etiam vniuerſalia, ita etiam enormiſſima læſio remitti nequit.*

6 *Iuramenti abſolutio facile conceditur maximè mulieri, & minori vrgente enormi læſione, & vbi enormiſſima ſubſit, licet neceſſaria non ſit abſolutio, tamen tutius eſt ſi ea obtineatur.*

7 *Tranſactio inita ſuper re clara, vel ſuper lite potiùs de facto quàm de iure ficta irrita eſt.*

8 *Tranſactio errore imbuta, vel falſa cauſa, infringitur ex qualibet læſione.*

9 *Falſitas, vel error cauſæ, quæ contractui cauſam dedit omnem vitiat diſpoſitionem.*

10 *Error ſatis probatus cenſetur ſi oſtendatur rem aliter ſe habere.*

11 *Dolo carere non videtur inductio, & perſuaſio ad ſui commodum, & ad alterius incommodum, & loco coactionis habetur.*

12 *Decepto ob alterius aſſertionem, vel cauſæ falſitatem eſt ſubueniendum.*

13 *Mentiri non licet in contractibus ad ſui commodū, & ad alterius detrimentum.*

14 *Diuites, & principes cum omnia habeant vnum illis deeſt, ſcilicet qui verum dicat.*

15 *Hæreditatis renunciatio correſpectiua, & contemplatione alicuius dati, facilius admittit remedium l. 2. C. de reſcind. vend.*

16 *Cauſa aliqua nominatim expreſſa intelligitur etiā ſi generaliter explicata ſit, modo tamen generalis diſpoſitio in vna tantum ſpecie comprobari poſſit.*

17 *Inimicitiæ, quæ ſine cauſa geruntur curandæ non ſunt.*

18 *Arbitri ſententia pacta rata haberi non poteſt antequam feratur, nec renunciari poteſt reductioni ad arbitrium boni viri.*

19 *Amicitia decipi non debemus, ſed potius iuuari.*

20 *Cauſæ falſitas vitiat conſenſum à patre adhibitū contractus filij.*

21 *Decretum principis an excludere videatur remedium l. 2. C. de reſcind. vend.*

22 *Diſpoſitio qualibet facta ſemper intelligitur rebus ſic ſe habentibus uti expoſitum fuerat.*

23 *A contractu facto ſub errore, & ſub ea credulitate, vt res ita ſe haberet, cum tamen aliter eſſet, recedi poteſt à quolibet contrahentium.*

24 *Ratihabitio ceſſat, quando actus primus ad quem refertur non valet, vel falſitatem cauſæ habet.*

25 *Principi narranda ſunt omnia, quæ potuiſſent eum remouere à concedenda petitione, vel difficiliorem reddere.*

26 *Falſitas cauſæ, vel error actum infirmat, etiamſi decretum, vel iuramentum adhibitum ſit.*

27 *A tituli primordia poſterior formatur euentus.*

28 *Princeps confirmans aliquam diſpoſitionem cenſetur eam confirmare prout eſt, & nō videtur velle eam trahere ad illa quæ prius ſub ea non poterant licite comprahendi.*

29 *Error qui vitiat principalem contractum, vitiat etiam quod ei accedit.*

30 *Iuramenti abſolutio ad cautelam ſemper impetrari debet.*

CONSILIVM CCXCIX.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea quæ proponuntur arbitror Illuſtriſſimam dominam Franciſcam Guerreriam vxorem Illuſtriſſimi D. Herculis Gonzaghę ſtrenui militum Ducis & Regij conſiliarij, rectè poſſe agere aduerſus Illuſtriſſimum D. Fabiū Gonzagam fratrem Dom. Alexandri quondam eius primi viri, vt reſcindatur tranſactio cum eo inita, vel ſaltem ſuppleatur iuſtum pretium.

Nam licet poſitum ſit in magna controuerſia, an ſcilicet remedium l. ſecundæ, C. de reſcinden. vendit. locum habeat in tranſactione, attamen frequentiori omnium conſenſu receptum eſt illud dari propter illius legis ſummam æquitatem quæ locum habet etiam in contractibus ſtricti iuris, & in omni re quæ æſtimari queat, non facta tamen æſtimatione eius quod poſtea occaſione rei, vel iuris in tranſactionem deducti perceptū eſt, ſed dubij euentus ex communi æſtimatione eorum, qui eius litis, & negotij plenam notitiam habuiſſent, de eaque re ſunt formandi articuli, & deducendum atque probandum, quod homines experti atque periti, & de qualitate negotij certiores facti communiter pro huiuſmodi re, &
1 cauſa tantum dediſſent, litium enim ſtatus eſt in ſpe, quæ in viridi, & opaca ripa inambulat, & multa promittit, verum ſæpe fluminis, vel torrentis improuiſo impetu, quæ conſiſtere putabatur labe-

labefacta ruit, vel nimia ſiccitate viriditatẽ amit-
tens exareſcit, & nos tanquam in incerto euentu
collocata fruſtratur, vnde fit, vt ſæpe qui obtine-
re putabant ſuccumbãt, vel iniquitate cauſæ, aut
hominũ malitia, & calliditate, & interdum iner-
tia, atque defenſorum ignorantia, ita tenuit gloſ.
in verbo, poſſe, in l. Lucius. §. vltimo, ff. ad Tre-
bell. ſic ibidem probauit interpretum noſtrorum
princeps Bartolus, & in ea. l. 2. numero 4. ver. c.
quæro vtrum. C. de reſcind. vendit. & in l. ſi quis
cum aliter, num. 5. ff. de verbor. oblig. quem cre-
briori aſſenſu ſecuti ſunt ſcribentes inquientes in
iudicando, & conſulendo ab eius opinione nuſ-
quam eſſe recedendum, vt profitentur Socinus iu
nior conſil. 129. num. 48. volum. 1. Cagnolius ea.
l. 2. num. 80. Gabriel lib. commun. tit. de emptio-
ne, & venditio. conclu. 1. nu. 68. Alba, & eius addi
tio. conſil. 310. nu. 1. & num. 8. vbi tradit modum
probãdę æſtimationis ipſius dubij euentus, quod
& explicat Maſcardus tract. probat. in verbo, ęſti
matio iurium, & actionum, concluſ. 662. & Pinel
2 lus ea. l. 2. parte 1. cap. 4. num. 14. & ſecutus ſum
ego conſ. 108. num. 22. lib. 2. & ita ſcio ſæpius iu-
dicatum fuiſſe ab excellentiſſimo Senatu noſtro
Mediolani, maximè vbi ſubſit iudicis arbitrio, vt
hic, læſio longe dimidiã iuſti pretij tranſcendens.
Menochius de arbit. iud. caſu 73. nu. 5. & quam-
uis Rolan. à Valle conſil. 28. num. 28. volum. 4.
dicat opinionem contrariam eſſe receptiorem, ta
men vbi adſit, vt hic ea maxima læſio, quam no-
ſtri enormiſſimam vocant, & quam in ſuo caſu,
num. 27. & num. 33. ait defuiſſe, ſi benè dinume-
rentur Doctores, & ſi ratione pugnetur, aut gra-
uiorum virorum auctoritate contendatur compe
rietur opinionem affirmãtem vti æquiorem eſſe
etiam vſu receptiorẽ, & cum eam ſeruet et Rota
Romana, vt habetur deciſ. 102. num. 2. parte pri-
ma, ſecundum vlt. impreſſionem Venetam, mini
me ab ea eſt recedendum, tam in iudicando, quã
in conſulendo, nec meo iudicio gloſæ ſuper qua-
rum autoritate Rol. maximum facit fundamen-
tum, hoc dicunt nã glo. in l. Lucius. §. fi. ad Tre-
bell. dicit eſſe dubium euentum litis æſtimãdum,
quod & nos concedimus, & illi textui dicit Accur
ſius ſupplendum eſſe dictionem, maximè, quę tol
lit omnia cõtraria, gloſ. vero in cap. cum cauſam,
dicit hoc procedere ſecundum quoſdam, & conſi
derat commodum, quod percipitur ſi recedatur
à litibus, quibus homines torquentur, & res fami
3 liaris ſenſim extorquetur, quod & nos æſtiman-
dum eſſe fatemur, nec gloſ. negat, quin officio iu-
dicis mulier poſſit audiri aduerſus tranſactionis
enormem, & enormiſſimam lęſionem, quod & af
firmat Pinellus ea. l. 2. C. de reſcind. vend. parte
1. cap. 4. num. 29. inquiens Bartoli opinionem tu
tius procedere, quando læſus eſt minor, vel ru-
ſticus, vel fœmina, vel ſimilis perſona, tunc enim
maior æquitati ratio exuberat, vt earũ ſimpliciũ
perſonarũ imbecillitas, quæ facilè circumueniri
ſolet, eo ſalutari adiumẽto, & ſolatio ſubleuetur.

Hæcq; concluſio adeo vera eſt, vt etiam pro-
4 cedat ſi Sacroſancta religio iuramenti adiecta
ſit, & item renuntiatum ſit omni legum auxilio,
& etiam l. 2. C. de reſcin. vend. vt hoc caſu actum
fuſe videtur, nam ſicut dolo ex propoſito renun-
5 tiari nequit, per quæcunque verba etiam vniuer-
ſalia, ne præbeatur delinquendi occaſio, vt dicit
Crauet. conſ. 7. num. 4. ita etiam remitti nequit
enormis læſio, quæ cum habeat dolum re ipſa ei
comparatur, nec iuramentum in iuſtitiæ ſede col
locatum debet eſſe vinculum iniquitatis; & quã-
uis data enormi tantum læſione communis opi-
nio ſtare videatur pro iuramẽto, tamen impetra-
ta abſolutione, & relaxatione iuramenti, quę vbi
adſit læſio etiam ſolum enormis paſſim, & facilè
6 conceditur, omnes conueniunt, vt tunc nõ aduer-
ſante iuramento, & renuntiatione læſus, præſer-
tim ſi fuerit mulier, & minor audiatur, & licet ſe-
cundum magis communem opinionem, vbi enor
miſſima adſit læſio, non videatur neceſſaria abſo-
lutio, vt refert Pinellus loco inferius citando, at-
tamen cum alij contrarium aſſeuerẽt, vt affirmat
Borgninus deciſ. 9. num. 42. parte prima; tutius
puto ad tollendas omnes dubitationes, & ad
abundantem cautelam eam hoc caſu eſſe peten-
dam, & obtinendam, vt tradunt Cagnol. ea. l. 2.
num. 98. & ſupra, & infra. Pinellus ibidem, parte
3. cap. 1. num. 8. & 9. Seraphinus de priuilegijs iu
ramenti, priuil. 84. à num. 79. vſque ad finem.

Secundo, cum renuntiatio hæreditatis per ip-
ſam D. Franciſcam facta ponatur per modum
tranſactionis, cauſa euitandi lites, quæ ratione te
ſtamenti per ipſum quondam Alexandrum con-
diti, in quo ſuum hæredem vniuerſalem ſcripſe-
rat ipſam D. Franciſcam oriri poſſent, & cauſa
conſeruandi amicitiam, & beneuolentiam inter
ſeſe viciſſim, & per ipſum D. Fabium ſuggeſtum,
& inſinuatum fuiſſet ipſam D. Franciſcam non
poſſe in bonis mariti ſuccedere propter fideicom
miſſum ad quod ipſe vocatus erat ex maiorum
diſpoſitionibus, quod etiam veriſimile videbatur
cum in ipſa Illuſtriſſima Domo Gonzaga pro-
pter familiæ inſignem qualitatem, & eius ſplen-
doris conſeruationem, ea ut plurimum vigeant
fideicommiſſa ad diuitias in vno capite coacer-
uandas, quod multum intereſt, nam quæ ſingula
per ſe exigua ſunt, multum tamen cũ ſunt ſimul
congeſta proficiunt, atque proſunt, & tamen in
facto id uerum non eſſet, vt poſtea res ipſa ſtatim
indicauit, nam ipſe D. Fabius ob declarationem
factam ab excellẽtiſſimo Senatu Mantuæ, quod
fideicommiſſum non ſubeſſet, conſecutus eſt be-
neficio eius renuntiationis, vt mihi in facto pro-
ponitur, aureos triginta mille, & eo amplius, licet
renuntiatio facta ſit pro aureis tantum octo mil-
libus, quorum quatuor mille promiſſi ſunt ſub
incerto euentu conditionis ſi D. Fabius ſine filijs
deceſſiſset ſuperſtite ipſa D. Franciſca cum filijs,
conſequitur, quod facta ſit non ob cauſam litis,
quę verè ſubeſset, aut cuius probabilis extaret ti-
mor,

mor, ſed potius eam fictam fuiſſe ad inducendã
eam matronam, vt locupleti hæreditati pro exi-
7 guo adeo pretio renuntiaret, & ad colorandum
ipſius confictæ tranſmutationis titulum, atque
ideo nullus reddatur tanquam initus per calum-
niam ſuper lite ficta, & potius de facto, quam de
iure, vnde merito tunc lex poteſtati tranſigendi
reſiſtit, nec etiã valet in vim pacti. l.cum hi. §.ſi
cum lis, de tranſact.& ſcribit Cagnol. eã. l.2.nu.
82. C.de reſcind.vend. Alba videndus conſ. 251.
num.32.& 33.& conſ.286. num. 1.& conſ.306.
num.2.& conſ.310. num.11.& conſ.543.nu.8.
& conſ.745.num. 1.& cum habeat fundamẽtum
ſuper aſſertione cauſæ falſæ,& errore imbutæ ſe-
8 cundum communes iuris traditiones quælibet læ-
ſio eſt apta ad renuntiationem etiam titulo tran-
ſactionis munitam infringendam, vt docet Bart.
in l.2.ff.de cõfeſſis.l.error. C.de iur.& facti igno-
rantia, & in puncto firmat Pinellus vidẽdus ad-
ducta.l.2.cap.4.parte prima,num.6. C.de reſcin
den.vendit.& ratio videtur optima, nam genera
9 le,& perpetuum eſt, vt falſitas, vel error cauſæ,
quæ cõtractui cauſam dedit,omnem vitiet diſpo
ſitionem, ſaltem ope exceptionis cum eius pars
potiſſima,& principalis deficiat,ſcilicet ipſe con-
ſenſus,imò ipſe error id agat, vt conſentiens pro
diſſentiente habeatur,cum nemo præſumatur ia-
ctare ſuum, nec ſit credendum quemquàm ſanæ
mentis,ſi veritatem negotij perfectè tenuiſſet, &
de qualitate rei, vt par erat certior factus fuiſſet,
hebetem,& rudem,tam pernitioſæ renuntiationi
conſentire, glo. Barto.& alij in l.ſi diuortio.ff.de
verbor.oblig. Bald.in rub.num.7. C.de conſtitu-
ta pecunia,& in l.nec apud. C.de hæred.inſti. idẽ
Bartolus in l.demonſtratio falſa,§.1.ff.de condi.
& demonſtrat.& l.cuius per errorem,vbi Dec.&
Cagnol.ff.de reg.iuris. Titaq.tract.ceſſante cau-
ſa,parte 1.num.16. optimè facit videndus Pra-
cticus Papienſis de forma ſent.diffinitiuæ,verſic.
nos Bernard.num.11.Menochius conſ.91.num.
40.lib.1.& optimè comprobat Alba reſponſis ſu
10 perius iam relatis, & de errore ſatis conſtare di-
citur, ſi probetur rem aliter ſe habere, vel quod
ipſi D.Franciſcæ ita fuerit ſuggeſtum, & perſua-
ſum, vel hoc ipſum in facto verum præſuppoſitũ
fuerit, cum tamen eſſet falſum, vt eleganter in ſi-
milibus terminis ſcribit Ruinus videndus conſil.
137.num.11.lib.3. Maſcardus de probat.in ver-
bo,error an probetur,concluſ.648.num.1.& 2.&
huiuſmodi inductio, & perſuaſio ad ſui commo-
dum,& ad alterius incommodum dolo carere nõ
videtur.l.ſi quis affirmauerit, §.primo, & l.quod
venditor,& l.& eleganter, §.item Pomponius.ff.
11 de dolo.l.falſus,§.ſi quis,ff.de furtis, imò loco cõ-
pulſionis,& coactionis habetur. Crauet.cõſ.192.
num.12.& complures refert Maſcard.tract.pro-
bat. concluſ.532. num.19. & num.39. in verbo,
dolus,quo fit vt vniuerſi ſcribentes vna voce,at-
que mente,iterum atque iterum clament, & con
clament decepto ob alterius aſſertionẽ,vel cauſæ
12 falſitatem eſſe ſubueniendum, vt affirmat Cra-
uet.conſ.157.num.14. ſiquidem in contractibus
non licet mentiri ad ſui commodum, & ad alte-
rius detrimentum, imò bona fides poſtulat, vt ſi
13 quid latentis vitij fuerit, alter admoneatur. Go-
zadinus conſ.46.num.7. Alciat.conſ.109. incip.
fundum eſſe ſeminatum, lib.8. quod malum tan-
quam nigra auis aſſiduè,& liberè volitat per me-
dium aulæ,& curiæ potentum, principumque vi-
rorum: principes enim licet abundent omnibus
rebus ad vtilitatem, & voluptatem hominũ com
paratis, egent tamen vna re admodum neceſſa-
ria, nempe homine veritatis, qui nec temere di-
cat, nec aſtute reticeat, ſed omnia non modo di-
14 cat verum etiam libenter, audacterque, & liberè
pro veritate dicat. Diuites cum omnia habeant
(vt inquit moralis Seneca) vnum illis deeſt, ſcili-
cet, qui verum dicat, nam eorũ aula ſtipata blan-
dimentis adulationis veritatem neſcit, & educa-
ta in regno ſimulationis, ac fundata in arenoſo ſo
lo blandæ vanitatis planè nihil ſapit præter le-
uium hominum aſſentationem,& fallaciam, quæ
dolo malo non caret, cum aliud agatur, aliud ſi-
muletur, quod enim vult princeps is, ad cuius vo
luntatem aliquid dicitur eſse magnum, ſemper
aſsentator valdè auget,& ad cælum vſque extol-
lit; quod vero vult eſse paruum, ille idem ſuam
ad illius voluntatem accommodans mirificè ex-
tenuat, & ad terram deprimit, inquiens, mea in-
tereſt habere principem amicum, quod equidem
fit obſequij lenitate, non autem veritatis aſperi-
tate, illud amicos hæc odium parit; vnde ne iratũ
habeam, ſed potius beneuolum tãtum virum, cui
ciues aſsentiunt, ſocij obtemperant, hoſtes obe-
diunt,& quodammodo venti, tempeſtateſq; ſuc-
cedunt, non debeo ei repugnare, ſed potius tan-
quam blanda aura eiuſdem deſideria, ſiue iuſta,
ſiue iniuſta ſint, velut bene compoſitas aquas ſe-
cundare: ſed meo iudicio hæc obſequia, quæ ſe-
cunda videntur, valdè aduerſantur bono ſtatui
principis, cum ignorata veritate incautus, ſæpe in
maleuolentes foueas incidat, & non ſit, qui præ-
uidendo verax ei dicat, caue; imò aſsentatorum
turba ei quotidie fictè,& ſimulatè inſuſurrat, vt
cæpiſti rue, ſolutus es legibus, omnia tibi licent,
& cum vt ſæpè fit vltimus reſciſcat, ſi quid aduer
ſi euenerit fit deterior plaga, & interdum inſana-
bilis cum in tempore impendenti malo non oc-
curratur, quod ne contingat aſsentatio vitiorum
adiutrix procul amoueatur, nec curetur is vulga-
ris ſermo, ſi in clientelam fælicis hominis, aut po-
tentum perueneris, aut veritas, aut amicitia per-
denda eſt, potius hæc pereat, quam illa labefacte-
tur, nam illa deficiente, quæ vera poterit eſse ami
citia, in qua vt alibi diximus, potius acerbi, quã
dulces merentur amici; ſicut enim (mihi vera di-
centi crede) amara medicina dulcem fructum ſa-
nitatis reſtituit, ita etiam acerbitas veritatis veræ
amicitiæ fractas,& debilitatas vires reficit, memi
neritque princeps, & potens vir quemadmodum
qui

qui exercitũ vincere,& hoſtium caſtra oppugna-
re contendit, ante omnia curat fidos habere ſpe-
culatores, & diligentes inueſtigatores, qui tan-
quam optimi venatores,aut hinc ab læua,aut il-
linc ab dextra vigiles noctu,diuque hoſtium con
ſilio adſint,cum auritis plagis,& fideliter omnia,
quæ apud hoſtes geruntur renuntient, ſic valde
eorum intereſt præſcire,& ſpeculari, qui ſit apud
vulgus de eis ſermo, vt ſi bonus ſit, melior fiat, ſi
vero malus, ita ſe componant, vt vndique bona
de eis fama reſonet,diuulgetur,& colligatur col
lecta vero conſeruetur, & vt nouæ vitæ optimo
inſtituto maleuolentiæ hominum in ſe,quantum
poteſt occurrant, atque nedum humanam, ſed
etiam quod valde magis refert mutatione morũ
diuinam aucupentur gratiam.

Hicque propterea contractus potius dicitur
renuntiatio hæreditatis viciſſitudinaria, ſeu cor-
reſpectiua, & contemplatione alicuius dati, vel
recepti facta, quam vera tranſactio, quo caſu ex
15 communi Doctorum ſententia facilius admitti-
tur benignum,& ſalutare remedium l.2.C.de re-
ſcind.vendit.vt ibidem fatetur Cagnol.num.65.
& num.195.Pinellus parte prima,cap.3.num.6.
verſic.verius igitur.Dec.conſ.180. Alba conſilio
81.num.47.& infra,& conſ.89.per totum, vbi vi
de quia multa in hanc rem conſcribit,& cum nõ
16 ſubeſſet aliqua alia cauſa ob quam poſſet lis oriri
ſuper ipſa inſtitutione,niſi hæc ipſa ſomniata aſ-
ſerti fideicommiſſi,haberi debet, perinde ac ſi eſ-
ſet expreſſa. Socinus iunior conſ.107.nume.14.
volum... Tiraquel.de legib.connubial.in verbo,
exprez,gloſ.7.num.128.& infra pluribus ſequẽ-
tibus,& maximè num.134.nec ratio conſeruãdæ
amicitiæ, & beneuolentiæ in re continente enor-
mem adeo læſionem mouere debet, quandoqui-
17 dem ſi inimicitiæ gerantur ſine iuſta cauſa non
ſint curãdæ, quia aliàs præberetur occaſio ad de-
licta,ad oppreſſiones legum, & libertatis, atque
ad machinationis inimicitias fingendo. Alba eo.
conſ.81.num.53. & dixi ego conſ.111.num.35.
& 36. & propterea frequentius receptum eſt, vt
dolus futurus remitti nequeat, nec ſententia arbi
tri rata haberi poſſit pacto antequam feratur,nec
renuntiari queat reductioni ad arbitrium boni
18 viri, ne homines ad delinquẽdum inuitentur, cũ
tamen potius ad vitia naturalis procliuitas ſit ſe-
uetis legibus coanguſtanda,quàm nimia licentia
dilatanda.l.in commodato, ff.commodati. & l.ſi
vnus.§.illud nulla,ff.de pact. Bald.& Saly.in l.cũ
antea, ille num.3.iſte num.5.C.de recep.arb.vbi
multa afferunt ad hanc rem videnda omnino,
quod etiam confirmatur ex ijs, quæ ſcribit idem
Baldus in l.fin. num.21. C.de contrahen.empt.
amicitiæ enim ratio poſtulat, vt aliquid modicũ
remittatur,cæterum quod ſub prætextu eius con
ſeruationis, altera pars adeo grauiter lædatur,
hoc veræ amicitiæ non conuenit, nec eius leges
ferunt,nam potius debet prodeſſe, quàm obeſſe,
19 nec debemus amicitia decipi, ſed potius iuuari:
chatum eſt enim ipſum verbum amoris, ex quo
amicitiæ nomen eſt ductum, quàm ſi ad fructum
noſtrum referamus non ad illius commoda quẽ
diligimus, non erit iſta amicitia, ſed mercatura
quædam vtilitatum ſuarum. l.in cõmodato.§.ſi-
cut.ff.commod.& tradit Specul.tit.de arbit.& ar
bitrat.§.fin. num.11. verſic.nec enim, & ſi aliter
fieret non ſequeretur id vnum, quod ſpectarunt
contrahentes, ſcilicet amicitiæ conſeruatio, imò
inde oriretur diſcordiarum ſeminarium, & ami-
citiæ euerſio,quæ id poſtulat, maximè vt gratui-
ta ſit,vt alteri non faciamus,quod nobis fieri no-
lumus, nec imprudens forte ipſe faciat, quod al-
teri ſciens cauebit, nec putet ſibi licere impune fa
cere,quod illi non licet, & qui vtitur ſuo iure ne-
mini iniuriam facit, & veræ amicitiæ religio de-
bet eſſe iuſtitiæ coniuncta,cuius propriæ ſunt par
tes, vt honeſtè viuatur, nemo lædatur, ius ſuum
vnicuique tribuatur, & quantum fieri poteſt in-
columis ſeruetur ab omni damni iniuria.

Nec his perſpicuis rationibus aduerſatur con
20 ſenſus ipſius patris, cũ eius robur inficiat,& ener-
uet falſitas cauſæ, & grauiſſima læſio dolo com-
parata,vt reſpondit Alba relato conſ.89.num.7.

Nec refragatur etiam decretũ, ſeu excelſa au-
21 ctoritas Sereniſſimi Ducis Mantuæ, quo videtur
excludi remedium legis 2.C.de reſcinden.vend.
teſte Decio conſ.210.nu.8. verſiculo tertio,quia
reſpondetur, id procedere quando factum conſi-
ſtit totum in autoritate ſuperioris, ſecus ſi conſi-
deretur, vt in caſu noſtro factum à partibus, &
ibidem animaduertit Decius,& ideo magis rece-
ptum eſt, vt non obſtante huiuſmodi decreto lo-
cus ſit beneficio eius legis 2. C.de reſcind. vend.
quod & maxima nititur ratione,& equitate,cum
in quacunque diſpoſitione dolus, falſave cauſa,
& enormis læſio ſemper excepta intelligantur;&
error, qui eſt in primo actu facile influat ad ea,
quæ ſequuntur, & in quibus ineſt vitianda mini-
mè iuuante quacunque confirmatione, cum ea
22 ſemper intelligatur facta rebus ſic habentibus
vti expoſitum fuerat, vt magis communem dicit
in ſimilibus terminis, Simoncellus tract.de decre
tis,lib.3.tituln 7.num.4.verſ.ampliatur iſta con-
cluſio, & iccirco quilibet ex contrahentibus po-
23 teſt recedere à quolibet contractu, ſeu actu facto
ſub errore,& ſub ea credulitate,vt res ita ſe habe-
ret,cũ tamen aliter eſſet,vt ſcribit Alba cõſ.101.
num.1.& decretum,& auctoritas,ſicut & ratiha-
24 bitio ceſſat, quando actus primus ad quem refer-
tur non valet,vel falſitatẽ cauſæ, aut aliud quid-
piam vitium habeat,vt tradit Pariſius conſil.12.
num.70.& 72.volum.2.& conſ.49. nume.13. &
conſ.55. num.59.lib.1. Crauet.videndus conſil.
25 657.num.15.erant enim principi ſedulo,& bona
fide narranda omnia, quæ potuiſſent non ſolum
manum principis,quaſi ad tradendum petita por
rectam retrahere, & tanquam pilam retorquere,
ſed etiam tardiorem,aut duriorem, vel difficilio-
rem ad concedendum reddere, vt tradit Felyn.in
cap.

cap.poſtulaſti,num.9. & cap.ſuper litteris, de reſcript. Iaſ.in l.prima,nume.2. C.ſi contra ius vel vtil.pub. & confirmatur, quia quando actus eſt nullus ob falſæ cauſæ narrationem,decretum ſi-
26 cut & iuramentum tanquam errore imbutum, minimè roborat actum, vt ſcribit Seraphin. de priuil.iuram.priuileg.61.ſub num.24. verſic.iſta limitatio, & error in principio alicuius negotij
27 inducit errorem in progreſſu, & ideo dici ſolet, quod à primordio tituli poſterior formatur euentus. Angelus l.qui rem propriã. C.locati, & princeps confirmans aliquam diſpoſitionem cenſetur
28 eam confirmare prout eſt, & non velle trahere eam ad illam, quæ prius ſub ea non poterant licitè comprehendi; quod etiam procedit ſi adiectæ forent clauſulæ ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Alba conſ. 564.num.19.& 20.
29 & error,qui vitiat principalem cõtractum, vitiat etiam quod ei accedit.l.fin.§.idem quæſiuit.ff.de condic.indeb. Natta conſ.166.nu.3.lib.1.& dixi ego conſ.151.num.44.

Quare probata enormi læſione, vel prænarrati fideicommiſſi inſinuatione, quod poſtea in ea parte bonorum,maxime & ratione legitimæ, & Trebellianicæ non ſubeſſe compertum eſt, & ob-
30 tenta prius ad cautelam abſolutione iuramenti; puto rectè agi poſſe ad ipſum contractum tanquam contra ius,& bonam fidem factum reſcindendum, & irritum faciendum, ſaluo tamen ſemper ſaniori iudicio.

Laus vni, & Trino Deo.

Io.Petrus Bimius Mediol.I.C.

PRO HENRICO Vedemario.

ARGVMENTA.

Mandatum ſi quis dederit alicui ad tractandum,vel faciendam emptionem alicuius rei, an reuocatum cenſeatur ex eo quod mandanti mandatarius dixerit, vt daret ſibi pecunias pro emptione facienda, & is illas non dederit,vel ex eo quod mandans ab eodem interrogatus, vt de emptione deliberaret(quia idem mandatarius eam rem pro ſe emere intendebat, cum ea indigeret) reſpondit,ſi ego eam rem haberem illam tibi ipſi darem.

Qui mãdatum ſuſcipit ad aliquid emendum,ſi ſuo nomine id emat, an cogi poſſit ad rem tradendam, vel tantum ad id quod intereſt.

Iuramentum à parte parti delatum, an & quando poſſit ciuili iudicio, vel tantum criminali reprobari, ſtatutaque Mediolani Cap.100.& 102.in primo, ſcitè declarantur.

SVMMAE RERVM.

1 *Actus maximè fauorabilis ſemper præſumitur nomine proprio factus.*
2 *Perſona extrinſecùs intelligi non debet.*
3 *Mandatum nunquàm præſumitur.*
4 *Voluntas, & poteſtas, in quolibet actu requiritur.*
5 *Mandati actionem non parit mandatum ſimplicis tractatus aliquid faciendi, concluſioque in vnoquoque negotio attendi debet.*
6 *Mandatum ob defectũ cauſæ finalis,id eſt pecuniæ, qua aliquid faciendum ſit,ceſſat.*
7 *Cauſæ finalis defectu, quemadmodum vitiatur vltima voluntas,ita & contractus.*
8 *Pœnitentia datur,ſi promiſſa non ſeruentur.*
9 *Iuramentum delatum à parte parti,cum vim tranſactionis habere videatur,aliquo modo impugnari nequit,maximè ciuiliter agendo.*
10 *Clauſula in omnibus,& per omnia, quam vim habeat.*
11 *Approbatum ſemel amplius reprobari nequit.*
12 *Tractantur multa quæ non perficiuntur.*
13 *Contractum, qui debet implere debet ex parte ſua offerre, nemine etiam poſtulante.*
14 *Contractum eo magis implere debet,qui nouum ius acquirere intendit.*
15 *Mandatarius rectè agit; vt ſibi detur pecunia pro executione mandati neceſſaria.*
16 *Mandatum finitur reuocatione,vel mandantis pœnitentia.*
17 *Mandatum ad aliquid emendum ſi fuerit repudiatum,vel reuocatum non obligat.*
18 *Domini eiuſdem rei duo in ſolidum eſſe non poſſunt.*
19 *Conſequens qui vult,cenſetur etiam velle neceſſarium antecedens.*
20 *Stipulatio quibus verbis inducatur.*
21 *Verba,dum res ſeria agitur,prolata,non ioco, ſed conſultò emiſſa cenſentur.*
22 *Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam, & vt ſtipulatio valeat,& ſecundum qualitatem rei,ſuper qua proferuntur.*
23 *Statuta Mediolani cap.100. & 102. in primo,declarantur.*
24 *Dictio,alius,caſus ſimiles implicat.*
25 *Iuramentum à parte parti delatum ciuiliter reprobari nequit.*
26 *Periurus in iudicio ciuili, Deum tantum habet vltorem.*
27 *Iuramenti,& teſtium verba,ſunt ita intelligenda, vt non ſint repugnantia, tentata omni ſtudio ipſa concordia.*

28 *Iuramentum ita interpretari debet, vt periurij nota effugiatur.*

29 *Non probat adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe.*

30 *Teſtes, & imperfecta probationes, an & quando coniungantur ad plenam faciendam probationẽ.*

31 *Forma inducta cenſetur ex decreto irritum faciente, quod contra geſtum ſit.*

32 *Teſtis de tractatu non probat actum perfectum.*

33 *Pro iuramento fit ſemper coniectura, quia nemo præſumitur immemor æternæ ſalutis.*

34 *Iuramentum quando adhibetur, cenſetur quis magis deliberatè procedere.*

35 *Inimicus nullam prorſus fidem facit.*

36 *Inimicitia quomodo probetur.*

37 *Teſtis cui poßit tribui laus vel vituperium non probat.*

38 *Laus in ore proprio ſordeſcit.*

39 *Teſtis ſi agat de ſuo commodo, vel incommodo non probat.*

40 *Fama bona, malæ longè multum præſtat.*

41 *Simulatus non dicitur contractus, licet vnus emat tanquam ſubmiſſa perſona alterius.*

42 *Veriſimile quod non eſt, debet probari fortioribus probationibus.*

43 *Mandatum dicitur, quaſi à mea manu datum.*

44 *Stipulatio dicitur mater obligationis, & mutuum inducit conſenſum.*

45 *Confeßio facta abſente parte, non probat niſi ſit acceptata.*

46 *Reuocatio inducitur ſola mandantis voluntate ſi res ſit integra.*

47 *Voluntas nedum verbis, ſed etiam factis declaratur.*

48 *Mandatum ſi quis dederit ad aliquid emendum, & mandatarius ſuo nomine emat, an mandati detur actio, vt res tradatur, vel tantum ad id quod intereſt.*

49 *Clauſulæ generales, & ſalutares libellorum reſtringuntur ad rem petitam.*

50 *Mandatum ſi quis ſuſceperit ad rem aliquam emendam, & is eam ſuo pretio emat, habet mandati actionem, & ſi aliquid impendat de ſuo, datur actio mandati contraria.*

51 *Mandatum ſi quis habuerit, ad rem aliquam emendam, & is pecunias petat à mandante, nec eas ita cito det, adhuc præſumitur emptio facta de illius pecunia.*

52 *Tractantur multa, quæ non perficiuntur.*

53 *Pretium dicitur ſubſtantia emptionis, & venditionis.*

54 *Mandati reuocatio inducitur, nedum expreßè, ſed etiam tacitè.*

55 *Stipulatio licet requirat verba pro forma, ſufficit tamen ſenſum verborum colligi per interpretationem.*

56 *Obſcura dicuntur, quæ minimè poſſunt intelligi.*

57 *Voluntas percipitur ex verbis, ſecundum communem opinionem perceptis.*

58 *Interpretatio quæ fit per punctum rationis dicitur neceſſaria.*

59 *Verborum ſenſum explicari, vel oculo mentis, vel corporis ſufficit.*

60 *Taciti, & expreßi par eſt virtus.*

61 *Verba adulationis, vel iactationis non obligant.*

62 *Verba ſuper re ſeria prolata, per iocum emiſſa non cenſentur.*

63 *Mandati reuocatio inducitur ſola voluntate tacita, vel expreſſa.*

64 *Iuramentum ſi pars parti in iudicio deferat cenſetur eam quaſi iudicem facere.*

65 *Stipulatio quibus verbis inducatur.*

66 *Confeßioni prolata in alicuius fauorem eo præſente conſentire quis cenſetur.*

CONSILIVM CCC.

Diuino ex corde implorato auxilio.

EXceptio Henrici Vedemarij, vt non teneatur dare domum Ioſepho Barnuſcono, emptã ſuo nomine ꝓprio, & de ſuis proprijs pecunijs redditur firmiſſima, ex notiſſimis iuris regulis, quod ſcilicet actus ſemper præſumatur factus nomine proprio; maximè quando agitur de
1 actu fauorabili, prout hic agitur, cum Vedemarius domus emptæ pro ſuo ipſius vſu indigeret, nec naturali charitati congruere, & conuenire videatur, vt egens alterius indigentiam ſuæ ipſius indigentiæ præponat, & alterius commodum nõ ſine graui incommodo ſuo præferat, cum tamen, vt quiſque malit, quod ad vſum vitę pertinet, ſibi quàm alteri acquirere, conceſſum ſit, non repugnãte natura. l.& magis. ff.de ſolu. l.duo fratres. ff.de acquir.hæred. Bartolus in l.1. num.10. ff.de
2 ſolut. quod perſona extrinſecus intelligi non debet. l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff.de verb.
3 obligat. quod mandatum nunquam præſumitur etiam mille annis. Alex.in l.ſciendum, num.20. ff.de verbor. obligat. & communem dicit Socin. iunior conſ.56.num.2.volum.1.quod ſubſtantia emptionis eſt ipſum pretium, & quod in quolibet
4 actu requiritur voluntas, & poteſtas, cap.cum ſuper Abbatia, in fine, de officio delegati; vnde cum ipſe Barnuſconus etiam requiſitus, nunquam dederit pecuniam ad emendum neceſſariam, nec oblationem aureorum centum ab ipſo Vedemario acceptauerit, hinc ſequitur vt liberum, & abſolutum mandatum, non dederit emendi, ſed potius tractandi, & omni caſu ob defectum cauſę finalis, id eſt pretij datur receſſus, pęnitentia, & reuocatio, & diſſenſus, vnde merito licuit ipſi Vedemario ſuo nomine proprio acquirere, prout acquiſiuit ipſam domum, poſtquam Barnuſconus nũquam curauit, quod ſui muneris, ſuarumque partium erat, partem pretij exſoluere, aut ex parte ſua ad contractum perficiendum neceſſaria ſuppeditare, illumque implere; nec alicubi probatur,

5 batur, quod Barnuſconus liberum mandatum
emendi dederit; ſed videtur quod potius ſteterit
in meris terminis tractatus, & cuiuſdam potius
præparationis, quæ diligens in omnibus negotijs
6 priuſquàm aggrediare adhibenda eſt, quod non
parit actionem mandati, ſpectanda eſt enim rei
concluſio. l. ſi voluntate, vbi Baldus. C. de reſcin-
den. vendit. Decius conſil. 295. num. 3. Alexand.
conſil. 28. colum. 1. volum. 1. & vbi mandatum
etiam probaretur ob defectum cauſę finalis, id eſt
pecuniæ, ceſſaret. Bartolus, & Alexan. in eius ad-
ditione, in l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati.
Iaſ. videndus conſi. 48. num. 1. volum. 3. & eſt bo
na gloſa in l. ędiles, §. vltimo, in verbo, præſter,
vbi videatur etiam Bartol. de ędilitio edicto, &
quemadmodum vitiatur vltima voluntas defe-
7 ctu, & vitio cauſæ finalis; ita etiam vitiantur con
tractus, vt ait Bald. in l. nec apud. C. de hæred. in-
ſtit. Abbas conſ. 55. colum. 2. verſic. vlterius pro-
batur, volum. 2. & datur pœnitentia ſi promiſſa
8 non ſeruentur. l. ſi pecuniam, in princ. ff. de condi.
ob cauſam. Decius in l. cum proponas, la 2. in 3.
fallentia. C. de pactis; item quia poſtulante Ve-
demario, vt Barnuſconus deliberaret omnino,
quid in ea re agendum foret, & huic negotio iam
tandem finem daret; dicendo, ſi tu nõ vis eam do-
mum emere; ego illam pro me ipſo emam, idem
Barnuſconus diſſoluit omnem tractatum, man-
datumque reuocauit, dicẽdo Vedemario, ſi eam
ipſe ego haberem, illam tibi darẽ, quia ea tu ma-
gis indiges, & quod iccirco maximè etiam quia
centum aureos ad eam emendam neceſſarios nũ-
quam tradidit, eam ſuo nomine, & ad ſuum com
modum, & incommodum emit, vt ſatis ex iura-
mento à Barnuſcono Vedemario delato, & litis
deciſiuo, probatur, & conueniunt teſtes ipſiuſmet
Barnuſconi, quatenus Benedictus Bigozerus re-
fert Vedemarium dixiſſe, quod fatuus fuiſſet, ſi
pro alio emiſſet domum, quia ipſe indigebat, ad-
dendo quod nunquam viderat aliquas pecunias
ipſius Barnuſconi.

Liſonus vtiq; teſtis ipſius Barnuſconi aut Ve-
demarium ſuo nomine domum emiſſe, quia Bar-
nuſconus non reperit ducatonos centum; & cum
9 agatur de iuramento delata à parte parti, quod
vim contractus conuentionisve, ac cuiuſdã tran-
ſactionis ac nouationis habet, non poteſt aliquo
modo ciuili iudicio impugnari, vt docet Bartolus
in l. qui iuraſſe. §. fin. ff. de iureiurando, maxime
vigente ſtatuto noſtro cap. 100. volum. 1. ſancien
te, vt ei omnino ſtetur in omnibus, & per omnia,
10 cuius clauſulæ miniſterio cenſetur ſublata omnis
facultas contrarium probandi, ſaltem ciuiliter
agendo, vt hic, vt tradunt Doctores in l. 1. ff. de le
gat. 1. & ſentit Iaſ. in l. ſi quando, num. 27. C. vn-
de vi, quem cũ multis alijs refert hoc ipſum pro-
bans interpres ad ſtatutum cap. 109. numero 65.
volum. 1. & ita paſſim ſeruatur, atque ita quoti-
die reſcribit Senatus excellentiſſimus, vt ſcilicet,
quando iuramentũ eſt litis deciſiuum, nihil aliud
quæratur, quia vna pars alteri deferẽdo iuramen
tum, facit eum iudicem, nec poteſt impugnare fa
ctum, aut perſonam, quam ipſa eadem appro-
bauit. §. ſemel autem. Inſt. quibus ex cauſis ma-
11 numittere licet, vel nõ, fideſq; iuriſiurandi etiam
cum hoſte ſeruanda eſt.

Quæ cum ita ſint, minimè aduerſantur aduer-
ſarij aduerſæ argumentationes.

Nam ad primam dicitur, nullibi legitimè pro-
batum eſſe recitatum mandatum datum à Bar-
nuſcono ad emendam prænarratam domum no-
mine ſuo. Item non obeſſe, quod id videatur in
ſuo iuramento fateri Vedemarius: quia ſi benè
totum iuramentum legendo percurratur, appa-
rebit datum fuiſſe potius mandatum de tractan-
do, non autem de emendo liberè, quod eſt quid
12 diuerſum; nam primo caſu pęnitere licet, nec ca-
dit obligatio emendi nomine alieno, quia vide-
mus, quod multa tractantur, quæ non perficiun-
tur, & multa inchoantur, quæ ad exitum nõ per-
ducuntur, imò ſæpè quæ concluſa manibus tene-
ri putantur, repentè neſcio quo modo improuiſa,
& inopinata, excidunt; & experientia ipſa docet,
vt crebro dum legitur etiam inſtrumentum, po-
teſt quis diſſentire, & à tractatis recedere, & rem
quæ confecta credebatur infectam dimittere, vt
inquit Baldus in l. multum intereſt. colum. 2. C. ſi
quis alteri, vel ſibi; & cum aurei centum fuiſſent à
Barnuſcono numerandi pro parte pretij, fueritq;
ad eos pręſtandos à Vedemario interpellatus,
eoſque dare neglexerit, verbis vtendo vbi facto
opus erat, & (licet monitus) loco monetæ verba
dando, non poteſt conſequi aliquod beneficium
ex eo contractu; cum defecerit in ſalutari, id eſt in
13 pretij numeratione, quod debebat offerri etiam
nemine petente. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action.
empti. Baldus in l. filiæ licet. C. de collat. Decius
conſ. 261. colum. 2. & maximè cum actus tendat,
& referatur ad nouum ius acquirendum, idem
14 Baldus in cap. 1. §. licet, ſi de feudo defuncti fue-
rit controuerſia. Decius videndus conſ. 421. co-
lum. 2. mandatariuſq; recte agit, vt ſibi detur pe-
15 cunia pro executione mandati neceſſaria. Barto-
lus in l. ſi vero remunerandi. §. idem Marcellus.
ff. mandati.

Tertio tollitur omnis dubitatio, quia manda-
16 tum finitur reuocatione, vel mandantis pęniten-
tia, maxime re integra. §. rectè. Inſt. mandati, vbi
videatur Angelus, Baldus in l. mandatum. C. eo.
Socin. ſenior in l. rogaſti. §. ſi fugitiuus. ff. ſi certũ
petatur. Alexand. ad Bartolum l. is qui. §. vnde
quæri. ff. de manumiſſione, vbi agitur de eo, qui
dederat mandatum ad aliquid emendum, & con-
cludit ſi mandatum fuerit repudiatum, vel reuo-
catum, non obligare. Baldus in l. ſi litteras, nu. 3.
C. mandati. Bartol. in l. qui in alienam. §. ſi quis
putat. ff. de acquir. hæred.

Verum enimuero cum Vedemarius de Bar-
nuſcono conqueſtus, cum iam tandem nõ adde-
ret negotio extremam manum, eique dixiſſet, no

luiſti finem huic rei dans,ſcilicet cõtractui ipſius
domus, addendo, ſi tu non vis eam accipere,ego
ipſe volo eam pro me emere, ad quam interro-
gationem Barnuſconus reſpondit,ſi ego eam ha-
berem,illam tibi ipſi darem,quia tu magis,quam
ego illa indiges; hinc aperta mandati reuocatio
colligitur; vnde cum ita Barnuſconus tractatio-
nem ipſam diſſoluerit,domum pro ſe emiſſe, &
iure quidem,inquit in iuramento Vedemarius.

Nec reſiſtit, quod Vedemarij interrogatio
concepta ſit ſub conditione, ſi eam domum Bar-
nuſconus noluiſſet,quia ſatis id declaraſſe cenſe-
tur nedum verbo, ſed etiam facto. facto quidem
quatenus nũquam tradidit pecunias neceſſarias,
verbis autem, quatenus dixit ſi ipſe eam haberet
illam illi ipſe daret, quod apertam diſſenſionem
& mandati de tractanda emptione reuocationẽ
præſefert, ducto argumento à neceſſaria conſe-
18 quentia, cum duo non poſſint eſſe in ſolidum do-
mini eiuſdem rei. l.ſi vt certo.§.duobus. ff. com-
modati.l.oratio.ff.de ſponſalibus.l.illud.ff.de ac-
quiren.hæred.quod procedit etiam in odioſis, vt
ait Cravet.conſi.186.num.7. & in his,quæ pen-
19 dent à voluntate diſponentis tanto magis proce-
dit hęc nota regula,qui vult conſequens cenſetur
velle omne neceſſarium antecedens, idem Cra-
uet.conſil.134.num.45.

Præterea reſponſio ad interrogationis limites
eſt intelligenda,& ſatis congrua dicitur,ſiue taci-
tè,ſiue expreſsè quis affirmet,& neget, & propte
rea ſi quis interrogatus an velit dare Stichum, ſa
tis videtur affirmare reſpondendo quid ni? nam
quod ad obligationẽ pertinet, ſufficit conſenſum
20 colligi ex ipſa verborum interpretatione, & de-
clarari præcedenti interrogatione,vt eſt egregius
tex.in l.1.§.ſi quis ita interrogatus, & ibi omnes
Doctores,Iaſ.præſertim, num.1.& 2. ff.de verb.
obligat.

Nec dicatur illis verbis potius quandam blan
dam adulationem,& aſſentationem, atque ver-
borum iactationem inferri,quam mandati reuo-
cationem,quia cum ſint prolata ad interrogatio-
nem rei feriæ,& etiam ex cauſa præcedentis tra-
ctatus, & cum quadam capiendi conſilij delibe-
ratione non poteſt dici,quod ſint verba iactatio-
21 ne quadam inconſiderato impetu elata, aut per
adulationem, vt ſæpe fit emiſſa, ſed potius ad re-
uocandum mandatum datum de tractanda em-
ptione domus conſultò enuntiata;nam nemo pu
tatur niſi conſulto contra ſe dicere, vt eſt tex.in
cap.cum iuramento,de homicidio, nec fuerũt ge
neraliter prolata ad captandam obſequio bene-
uolentiam,& in modum liberalitatis, ſed ſpecia-
tim ad declarationem voluntatis ſuæ ſuper re,
quæ tunc in deliberationem cadebat, vt declarãt
Doctores in cap.cum veniſſent,de inſti.& eo.§.ſi
quis ita, vbi Iaſ.num.11.in l.1.ff.de verbor.obli-
gat. Alex.in l.ita ſtipulatus, colum.3.de verbor.
22 oblig. quia verba debent ſemper intelligi ſecun-
dum ſubiectam materiam,&vt ſtipulatio valeat.
l.ſi vno.ff.locati.l.veteribus, ff.de pactis, & ſecun
dum qualitatem rei in quam conferuntur.l.16.§.ſi
quis heredi, de ſtatu liber. Bartolus in l.ſi dicam,
in principio.ff.de condit.& demonſtra. & tollitur
omnis prorſus dubitatio ſequẽtibus verbis iura-
menti, nempe & hauendo detto Barnuſcono in
queſto modo, licentiata la prattica, vnde appa-
ret, quod ex contrahentium mente hæc verba,
hunc vnum ſenſum habuerunt, vt inquit Baldus
in l.fin. C.quæ res pignori,& notatur in cap.ſi de
beneficio,de conceſſione præbendæ, & id confir-
matur eo neceſſario argumento, vt ſcilicet poſt il-
la verba ipſe Barnuſconus aliquem non fecerit
actum ante ipſum cõtractum,quo intenderet do-
mum amplius habere,imò non tradẽdo pretium,
nec aliter declarando ſuam voluntatem,cenſetur
à mandato illo receſsiſſe, quod cum potius quan-
dam tractatus facultatem tribueret, non obliga-
bat ipſum Vedemarium, ſicque ex his luce meri-
diana clarius tanquam manifeſtè comprehen-
ſum, apparet, huius argumenti vim eſſe omnino
dilutam,perfractam,atque proſternatam. Quod
& præſentiens pars aduerſa ad aliud inane refu-
gium confugit, quaſi pugnantia miſcens, & con-
traria effutiens, quod ſcilicet iuramẽtum verum
non ſit, & quod ex ſtatuto cap.102. in primo, &
cuius remedium adhibuit, poſſet reprobari cum
dupli condemnatione.

Quia reſpondetur quicquid iudicio criminali
inſtituto dici poſſet, ſi iudicium ciuile fiat, vt hic,
nihil eſt vltra quærendum,cum ſit facta quędam
nouatio,& vnus fecerit alterum iudicem, vt ſatis
probãt iam ſuperius relati Doctores ab interpre
te eo.ſtat.cap.100. num.65.& ita ſeruat vſus &
communis conſuetudo iudiciorum.

Nec obſtat ſtatutum illud noſtrum cap.102.
in primo, quia illud procedit in iuramento dela-
23 to ſimpliciter à iudice,vel in eo,quod vna ex par
tibus ſubit, vel præſtat in aliqua parte iudicij ſu-
per aliquibus actis abſque eo, quod à parte defe-
ratur, quod ſatis probatur ponderãdo dictionem
illam, alias,quæ repetit præcedentem actum, &
qualitatem,& in eo.ſtat.cap.102.clarum eſt non
agi de iuramento delato à parte parti,nec litis
24 deciſiuo, quia ea dictio,alias, implicat caſus ſimi
les.cap.ſedes, de reſcript. vbi gloſ.in verbo, ſed
quas perſonas,cap.vltimo,de pactis,in ſexto,au-
then.qui ſemel. C.quomodo & quando iud.

Nec Signorolus allegatus à Carpano eo. cap.
102.num.4.conſi.240.num.3.officit.

Quia planè diuinat ipſe, nam id eſt, vt ille lo-
quatur in diuerſis caſibus, imo magis ipſi iuranti
ſuffragatur.

Primo enim loquitur de ſtatuto Cumarum,
quod eſt longè diuerſum à noſtro.

Secundo loquitur, quando actum eſſet crimi-
25 nali iudicio,quod ſatis demonſtratur ex illis ver-
bis Signoroli in quæſtione accuſationis.

Tertio, quando pars obtulit ſtare iuramento,
ſed re ipſa non detulit iuramentum, qui eſt caſus
longe

Google

longe diuerſus, hocque ipſum perſpicua ipſius ſta
tuti verba clariſſime indicant, vt ſcilicet agatur
de iuramento, quod non ſit delatum à parte par-
ti, in quo longe diſpar ratio viget propter iudi-
cij calorem, & mutuum partium conſenſum, qui
vice, & munere cuiuſdam tranſactionis litem pe-
rimentis fungitur, vt declarat Bartolus ea. l. qui
iuraſſe. §. fin. ff. de iureiurando, quod mirificè ro-
boratur ex prænarrato ſtatuto cap. 100. quod
vult in omnibus, & per omnia ſtari debere om-
nino iuramento, tam ſuper principali negotio,
quam ſuper connexis, & dependentibus, & facié-
tibus ad negotium; & quamuis iuramentum poſ-
ſit reprobari, id tamen intelligendū eſt in crimi-
nali, ſed non ciuili iudicio, quia periurus habet
26 tunc tantum Deum vltorem, penurij enim pœ-
na diuina exitium eſt, humana dedecus; hocque
egregium lucrum facit, vt vbi ſemel quis peie-
rauerit, ei credi poſtea etiamſi per plures ſanctos
iuret, non oporteat, vt inquit Clarus, §. periu-
rium.

Præterea tantum abeſt, vt quę perperam obij
citur falſitas iuramēti probata ſit, vt prorſus om-
nis etiam ſuſpicio longe multum abſit; nam cum
quilibet præſumatur memor ſalutis æternæ, &
quod nolit deierando mentiri, & æterni ſupplicij
pœnam ſuſtinere, merito verba ſunt ſemper ita
benignè & dulciter accipiēda, etiam proprio ver
borum ſenſu poſthabito, vt delictum, & falſitas
excludatur; & niſi probatio, vt noſtri inquiunt,
non per poſſibile, ſed per neceſſe concludat, ſem-
per reijcitur, & nullo modo recipitur, imò omni
27 ſtudio tentanda eſt conciliatio, & curanda eſt cō-
cordia. l. dolum. C. de dolo, cap. cum tu, de teſti.
Crauet. conſilio 8. numero 1. & 2. & in terminis
iuramenti, vt ſcilicet ſemper interpretatio fiat, ne
28 cui periurij nota inuratur, tradit Archidiaconus
in cap. quod à partibus, num. 4. diſtinct. 75. Præ-
ſes Menochius conſilio 84. in fine, numero 75.
Socinus iunior conſil. 123. numero 26. volum. 2.
& multum confert Crauet. omnino vidēdus con-
ſil. 151. num. 1. & infra.

Quæ cum ita ſe habeant facili negotio proſter-
nuntur aduerſæ conſiderationes factæ ad arguen
dum Vedemarium de periurio.

Nam ad primam inueriſimilitudinis ſpeciem
dicitur, imò eſſe valde veriſimile, quod Barnuſco
nus ea verba protulerit, tum quia datum aſſer-
tum mandatum potius tractatus ſonum fundere
videbatur, tum quia paratas non habebat pecu-
nias, tum ſpectata amicitia, quæ intercedebat cū
Vedemario, vt cū intelligeret Barnuſconus eum
domo egere, voluerit omnino à tractatu ipſo rece
dere, tum deniq; quia duodecim ſunt horæ diei,
& quemadmodum vaga & mutabili ratione la-
buntur ſydera quædam, & elementorum inter ſe,
ac rerum, & corporum, & temporum crebrę fiunt
mutationes; imò natura ipſa motibus, & muta-
tionibus ſuis ciens omnia, & agitans perbellè illa
producit, ita etiam ſapientis, qualem ſe oſtentat
Barnuſconus, eſt mutare conſilium, quæ mutatio
non inconſtantia, ſed prudentia habetur, & expe
rientia ipſa quotidie docet quam faciles ſint ho-
mines ad mutationem voluntatis, quamque ſu-
terdum illa fluctuet, & paulo momento huc, & il-
luc impellatur, de qua cum conſtet iuramēto cui
eſt ſtandum nihil equidem vltra eſt quærendum.

Ad ſecundum reſpondetur, aſſertam diligen-
tiam Barnuſconi poſt celebratum cōtractum an
illum Vedemarius perfeciſſet, nihil ad rem face-
re, quandoquidem potuerit, & debuerit intelligi
de contractu celebrato nomine ipſius Vedema-
rij, & ad eius vtilitatem; quia ſæpe etiam aliena,
& præſertim amicorum negotia inquirimus, &
interdum magis aliena, quam noſtra videmus,
& commune hoc videtur peccatum, & vitium, vt
magis ſolicita ſit alieni, quam noſtri negotij cu-
ra, & cuſtodia; ſtatim enim atque homines inter
ſe conueniunt, illico in ſermonē venit aliena laus,
vel vituperatio, & quatenus dicitur Barnuſco-
num perquiſiuiſſe proteſtationem, & ad ſui ipſius
vtilitatem contractus geſtus foret, id non tollit
probationem iuratam cui ſtandum eſt, & maior
eſt probatio iuramenti Vedemarij, quod in vim
tranſactionis tranſiuit, quā ſimplex aſſertio Bar-
nuſconi. Rurſus id neceſſario non excludit, quin
potuerit Barnuſconus mandatum reuocare, vt fe
cit, dein mutato cōſilio iterum tentare, poſtquam
vidit negotium ad exitum perductum pecunia
Vedemarij, & non ſua, an vellet Vedemarius il-
29 lam proteſtationem facere, vnde non probat hoc
adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. non hoc.
C. vnde legit. l. neque natales. C. de probat.

Ad tertium dicitur, nihil prorſus agere, quod
Vedemarius dixerit ad interrogationem Barnu-
ſconi ſe negotium expediuiſſe, & vt id certius de-
monſtraret adieciſſet, quod mandauerat tabel-
lioni, qui de inſtrumento rogatus fuerat, vt illius
exemplum daret, quia vt iam dixi, id ſæpe euenit
in rebus etiam alienis, & præſertim amicorum,
vt perueſtigemus, quomodo negotia ſua ſe ha-
beant, vel aliquod negotium tranſactum ſit, &
cum poſtea Vedemarius dixerit aperte ſe domū
emiſſe pro ſe ipſo, eneruatur omnis dubitationis
neruus.

Ad quartum reſpondetur, nullibi probatam
eſſe confeſſionem, & ſeu aſſertam proteſtationē
Vedemarij poſt celebratum contractum, quod
ſcilicet Barnuſcono emerat, quia cum ex Cæſa-
reis conſtit. titulo de probat. requiratur expreſſio
30 loci, temporis, & alia forma, eaque à teſtibus ſer-
uata non ſit, probatio efficitur inanis, maximè cū
31 adſit decretum irritum, quod contra fit, faciens,
vt recenſet Felynus in cap. cum dilecta, num. 7. de
reſcrip. ſunt etiam ijdem teſtes ſingulares patiun
turq; alios defectus in perſonis, & quamuis vnus
teſtis integer deponens de facto, & alter de con-
feſſione coniungātur ad integram probationem,
tamen id non procedit, quando teſtes deponunt
de ſimplici cōfeſſione, quia illa eſt per duos teſtes
integros

Google

integros probandæ.l.vbi numerus.ff.de teſtib. Ga
briel.lib.commun.tit.de probat.concluſ.1.

Præterea optime conciliatur, quia poteſt eſſe,
quod Vedemarius dixerit ſe tractaſſe, & habuiſ-
ſe animū emēdi domū pro Barnuſcono, prout ab
initio fatetur habuiſſe, ſed poſtea cū ipſe, nec pe-
cunias daret, &(vt aiunt)practicā diſſoluiſſet, ali-
ter cōcluſiſſe negotium, & hoc ſatis probat Octa
uianus Alba teſtis Barnuſconi, quatenus ait Ve-
demarium aſſeruiſſe ſe empturum domū pro Bar
nuſcono, quod reſpicit tempus futurū, & Bapti-
ſta Peię dum deponit id dictum fuiſſe à Vedema
rio ante cōtractum venditionis, nec aliquis teſtis
affirmat Vedemarium dixiſſe ſe fuiſſe ſubmiſſā
perſonā Barnuſconi, imo oēs vno ore cōcludunt
poſt celebratum contractū Vedemarium ſemper
teſtatum fuiſſe, quod emerat domum pro ſe ipſo,
& non pro Barnuſcono, & quod is idem decipie-
batur, ſi putabat domum emere ſine pecunia, &
quod eam ei dare nō intendebat, cum ea ipſe in-
digeret, ita ſi bene ſingula teſtimonia pendantur,
clarè appareat cor cordi ſenſu in idem cōuenire,
& concordare cum ipſo iuramento; maximè ſi vt
decet tempora diſtinguantur, & tñ abſit, vt illud
impugnent, vt potius illud idem cōfirment, & in-
de perſpicue dignoſcatur Vedemariū ad verita-
tem loquutū iuraſſe, & teſtis de tractatu non pro
32 bat actum perfectū, quia vt dixi multa tractātur,
quæ non perficiuntur. Dec.conſ.316.col.finali.

Ad quintum rñdetur, nullibi probatam eſſe
malam Vedemarij qualitatem, & maximè quod
deierare conſueuerit, imo omnis præſumptio ſtat
pro iuramento, cum neminem contēnendo iuſiu
randum diuini numinis, atq; nominis, & timoris
33 immemorem arbitremur, vt inquit Imperator in
l.fi.C.ad l.Iuliam repetund.c.cum contingat, ex-
tra de iureiurādo, & qñ iurm̄ adhibetur cenſetur
quis magis deliberatè procedere, cum Deus Opti
mus, qui falli nequit, & quis eſt via veritas, & vi-
34 ta in teſtē aduocetur. l.cum pater. §.filius matrē.
ff.de leg.2.notatur in l.1.C.ad l.Iuliam, de ambi
tu, imò cum perſpicuum, & manifeſtum ſit ipſum
Vedemarium ſummam neceſſitudinem cum Bar
nuſcono conſtitutam habere, vt eius cōmodis de-
ſeruiret ei emptionem domus propoſuiſſe, eamq;
tractaſſe, multaq; inter eos ſolos interceſſiſſe, quę
contra ſe ipſum Vedemarius quodāmodo faſſus
eſt; veriſimile eſt etiam, & pro certo habendum,
qđ ſi aliter veritas fuiſſet, vtiq; dixiſſet, vel ſi con
tra veritatem loqui voluiſſet facilius omnino, &
prorſus excludere ēt potuiſſet intentionem ipſius
Barnuſconi, illa reticendo, quæ aliquā dubitatio-
nem facere potuiſſent, qđ cū non fecerit eſt dicē-
dum, quod ad veritatē locutus ſit, tam pro ſe, quā
contra ſe, ſolū Deum ante oculos ſibi proponēs.

Io. Maria Bodius Barnuſconi teſtis, nō loqui-
tur de actu iurato; imo conſtat Vedemariū, tunc
ſteriſſe promiſſis, & cum Vincemala forte defice
re voluiſſet, licuiſſe illi fidem frangere ex euulga-
to illo fori adagio, frangenti fidem, &c. & hoc mo
do induxiſſe ſutorē ad ſeruandā fidē, vt ſatis in-
nuūt illa verba, ho poi fatto ſtare forte il ſartore.

Teſtimoniū Io. Antonij Vinçemalæ pari tol-
litur riſione eo addito, quod cū inimicus ſit nul-
35 lam prorſus fidē facit.l.3.in prin.ff.de teſtib.c.re-
pellantur, de accuſat. & inimicitia ſatis probatur
cū inuicem, vt antea facere ſolebant ipſi inter ſe
36 ipſos non loquātur, nec ſe benignè ſalutent, & co
miter alter alterū appellet. c. Hadrianus el 2. 63.
diſt. & cum eidem in ea re poſſit adſcribi laus, vel
vituperatio cōmodum, vel incōmodum, tāto ma-
37 gis eius fides vacillat, de eaq; multū diminuitur.
l.3.ff.de teſtib. hocq; laudis ſtudium, & ambitioſa
cupiditas, adeo ſtudioſe plurimos tenet, vt ſi lau-
datore, ſeu potius adulatore careant, ipſimet eo
munere fungētes laudati, & laudatoris officiū, &
partes ſuſcipiant, & ſuſtineant, & ſæpiſſimè hac
blanda vanitate obcęcati ſtent a mendacio cōtra
verum, Vicinus.n. cum facta vicini ſcire præſu-
matur, eius teſtimoniū optimā ſecū affert rōnem
ſcientiæ, ſi dicat, ſcio, quia vicinus, vnde fit, vt vbi
aliquis de vita, & morib⁹, & de qualitate alterius
38 notitiā habere velit repente ad vicinos cōfugiat,
qui teſtificentur, & ſimplicem veritatē proferant
detracta omni ſimulatione, quę tollit iudiciū ve-
ri; idq; adulterat, & cum neutiquam ēt magnę au
toritatis viro, vbi de eius agatur laude, vel vitupe
ratione credatur conſequitur, vt ſtatim atq; quis
non alterius teſtimonio, ſed ſua ſponte ſe laudet,
& militē glorioſum imitetur, generis antiquitatē,
patrimonij amplitudinē, & egregia eius facinora
ad cęlū vſq; efferens, & cum putet alterius vitupe
ratione magis laudari, alios viles faciat, illico qui
eum audiunt hęc temere effundentē, vno cōſenſu
ei obijciant, malos habes vicinos, qui cum te lau
dabilē laudare nolint; tu ipſe cogaris in tua ipſius
cauſa teſtimoniū dicere, & tuarum virtutū incre-
dibiles laudes decantare, ſed falleris meo iudicio,
totoq; vt aiunt erras cęlo; nam pręterquā laus in
ore proprio ſordeſcit, & tibi fides non adhibetur,
loco laudis in magnā latētis alicuius culpæ repre
henſionem, & ſtultitiæ vituperationē cadis, dum
aſtantes in conſpectu tuo auditores, qui tibi tuas
laudes celebrāti capite adnuere, & tamdiu tibi aſ
ſentari videbātur, dū adeſſes, ſtatim atq; tergum
verteris, ijdem collaudatores, acerrimi facti vitu-
peratores te velut hoīem leuē, & leuis armaturæ
equitem irrident, & te ipſum arrogantē viciſſim
eludunt, & contemnunt à capite repetētes, & con
futantes, quæ tu ipſe de te ipſo adeo elatè, & glo-
rioſiſſimè non ſine magna vanitate cōfingere, &
cōminiſci voluiſti, extrema demētia eſt nulla rerū
neceſſitate cogente, & violenta quidē neceſſitate
proprijs laudib. velle decorari, ęquū eſt, vt taceas
laudes tuas, qui miſerationes tuas nō cōſideras, iu
ſtū eſt, vt bene gerētibus laudis tribuaſ aſſenſus,
quaſi inuitamētū quoddā ad virtutes, & velut tu-
barū ſonus vehemēter incitās bonę indolis adole
ſcētes ad cōficiendū laudabiliter inchoatū virtu-
tis curſum; verū hanc laudē à laudatis viris expe-

ctes,nec eam à te ipſo expetas, aut à turpibus ho
minibus,ne cum eis ſentire videaris,& quod tam
triſte eſſe ſolet,perinde ac ſi ob turpia quis laude-
tur;& quamuis bonum videatur laudari,tñ longe
preſtantius eſt humana laude in qua ſæpe ſuper-
biæ peccatum ineſt, contempta, laudabilem eſſe
apud Deum, qui cumulatiſſima mercede meritũ
tuum explere poterit,ſatisq; laudatus teſtis tunc
cenſetur, ſi ita integrè viuat, vt ipſa vitæ integri-
tas,ſit perpetua laudis prædicatio,ab alieno,non
à ſuo ore,quod ſæpè mentiri putatur,proficiſcẽs;
quo fit, vt ẽt teſti in facto proprio non credatur,
qñ agitur de negotio, in quod aliquid veniat,qđ
39 ſua interſit, vt diſtinguit Crauet.conſ.178. nu.7.
& omni caſu notiſſima bona qualitate Vedema-
rij tollitur omnis mala præſumptio,cum bona fa
40 ma ſemper longè multũ præſtet,vt inquiunt Bal.
in l.ſacroſanctæ,in fine. C.de epiſc.& cler. Bar.in
l.de non minore.§.tormenta.ff.de quæſtionib.

Quod autem dicitur in materia ſimulationis
admitti coniecturas nihil ad rem facit; nam non
agitur de huiuſmodi materia,cum venditio vera
fuerit, & ẽt quando quis emit tanquam perſona
ſubmiſſa alterius,nõ propterea dicitur agi de con
41 tractus ſimulatione. Bald.& Salyc.in l.cum preci
bus,in fine. C.de prob.& nunc non agitur de pro-
banda ea ſimulatione,ſed periurio,& mala alicu-
ius qualitate, quæ cum diſtent à veriſimili, & à iu
42 ris præſumptione,exigunt perſpicuam probatio-
nem,allegata l.dolum. C.de dolo,l.merito,pro ſo.
cio,& cũ potuiſſet Barnuſconus per ſe emere do-
mum,idque etiam facere idem Vedemarius,non
cadit propriè mandatum cum nihil à manu mea
conſequatur,vt inquit Azo in ſumma. C.manda
ti, nu.8. & nulla ſuberat ratio, quare voluiſſet is
43 mentiri,cum ſi voluiſſet etiam à principio,potuiſ
ſet emere pro ſe eam ipſam domum.

Ad ſextum,& vltimum dicitur ſatis acceptatã
fuiſſe à Vedemario licentiam ipſam à Barnuſco-
no datam,cum ea proceſſerit ad eius antecedentẽ
interrogationem, quo caſu dicitur contracta ſti-
pulatio,quæ eſt mater obligationis, & mutuum
44 inducit conſenſum. l.1. & ibi plenè notatur.ff.de
verb.oblig.& confirmatur, quia licet confeſſio fa
cta abſente parte,nõ probet, niſi ſit recepta,com
probata, & acceptata, attamen ſecus eſt,quoties
45 ſit præſente parte,vt docet Bart. in l.certum. §.ſi
quis abſente.ff.de confeſſis. Dec.conſ.146.col. 2.
& cum ageretur de actu pendente à mandatis vo
46 luntate ſola,eius declaratio abſq; partis accepta-
tione reuocationẽ inducit,maximè re integra.l.ſi
cum Cornelius, vbi optima gloſa in verbo,vetan
te.ff.de ſolu.Verum enimuero etiamſi acceptatio
deſideraretur,ea nõ deeſt,& verbis, & facto expli
cita, dum Vedemarius apertè in iuramento pro
feſſus eſt;& coſi hauẽdo detto Bernuſcono in que
ſto modo licentiata la prattica ſudetta, ſi come
prima io paſſai con pẽſiero di comprare detta ca-
ſa à conto del Bernuſcone, feci allhora riſolutio-
ne di comprarla, come in effetto la comprai, &
s'intende d'hauerla comprata per ſe ſteſſo, atteſa
la ſudetta riſolutione. Item hoc idem comproba-
tur ex facto ſubſecuto, quatenus ipſa domus fuit
à Vedemario empta ſuo nomine, & ad ſuã ipſius
vtilitatem,& damnum; & voluntatẽ nedum ver-
47 bis,ſed etiã factis declarari, nemo ambigit. l. Pau
lus reſpondit.ff.rem ratam haberi. Crauet. conſ.
54.nu.3.& 4.& conſ.33.num.13.

Quare cum vndiq; eluceat Barnuſconi actio-
nem eſſe omnino inanem,& iuramento litis deci
ſiuo,& cui penitus ſtandum eſt,mandatũ,ſi quod
ſuberat reuocatum fuiſſe,omnemq; controuerſiã
diremptam remanere, nec ciuiliter agendo impu
gnari poſſe,& ẽt ſi criminaliter actum foret,nihil
proponi, quod illud impugnet,cum factæ ex con
trario probationes optime conciliari cũ iuramen
to queant,nec ei neceſſario, vt exigitur aduerſen-
tur,erit Vedemarius à petitis abſoluendus, tanto
magis,quia Barnuſconus ineptè actionem propo
ſuit, nedum quia de periurio ciuiliter egit ex ſta-
tuto c.102.in 1, quod non ſuffragantur, & cum
domũ petierit, & eius partem iam Vedemarius
diſtraxerit,vnde rei tradendæ facultatem non ha
bet, ſuccederet obligatio tñ ad id quod intereſt,
vbi eſſet in caſu, & cum aliquod intereſſe non ſit
probatum ceſſat actio, vt ſentit Azo, in ſumma.
C.mandati,nu.21.qui nu.14.vult vbi quis dede
rit mandatũ,alteri aliquid emendũ,pro ſe,ſi man
dans poſtea emat,vel alter extraneus datur actio
ad id quod intereſt, vbi vero mãdatarius emeret,
poſſet ẽt conueniri ad rem ipſam tradendã, poſt-
48 quam eius rei poteſtatem habere vr̃; cum ſit pe-
nes eum,& videatur Soc.ſen.conſ.238. per totũ,
lib.2. vbi pulchrè in hanc rem ſcribit,& quia in-
tereſſe petitum non eſt,clauſulæ ſalutares nõ iu-
uant cum ſint reſtringendę ad rem petitam,ideſt
ad domum.l.ſi de certa, vbi notant omnes. C.de
49 tranſac. Bart.in l.quod dicitur.ff.de tutelis,& præ
dijs,in princ.de leg.3. Iaſ.viden.conſ.171.col.3.
verſ.2.& infra lib.2. Curt.iun.conſ.101.nu.3. &
licet ſi aliquis mãdauerit alicui, vt aliqđ ei emat,
& ipſe ſuo pretio emat,habeat mandati actionẽ,
50 ſi vero illius pretio,& aliquid impẽdat de ſuo de-
tur actio mandati cõtraria.l.ſi vero remunerãdi,
§.ſi mihi. ff. mandati, & quamuis etiam ſi man-
datum præcedat,& quis poſtea faciat actum ſim
pliciter cenſeatur facere nomine illius, & ſi quis
habuerit mandatum ad emendum, & ille petat
pecunias, & ille tam cito non det, & ille poſtea
emat pro ſe nomine ſuo, præſumatur res empta
51 de mandantis pecunia,quia ita à principio fuerit
cõuentum,vt affirmat Iaſ.in §.ſequens,nu.33. &
infra. Inſt.de act.attamen hoc in præſenti caſu ni
hil iuuat,cum nunquam pecunia data ſit, & man
datum fuiſſe reuocatum conſtet. Nec demum ad-
uerſatur,quod denuo inculcatur, vt ſcilicet Vede
marius liberum, & abſolutum mãdatum emendi
domum habuerit,quia hoc in facto negatur cum
potius datum fuerit mandatum tractandi, quod
eſt quid diuerſum ab ipſa emptione; nam multa
tractan-

Google

52 tractantur, quæ ad exitum, vt iam dixi, minimè
perducuntur, vt ait Bal. in l. multum intereſt, an-
te nu. 3. C. ſi quis alteri, vel ſibi, quod & cõfirma-
tur, quia nunquam à Barnuſcono fuit numerata
pecunia, vt conſiderat Bald. loco relato, & in qua
emptionis ſubſtantia, & ius conſiſtit, & ſine qua
53 venditio nulla eſt. l. 2. & l. pacta nouiſſima. C. de
contrahen. empt. Fabianus à Monte tract. de em
ptio. & vendit. 1. quæſt. principali, num. 3.

Secundo reſpondetur, verba de quibus agitur
præſeferre manifeſtam mãdati reuocationẽ, quę
ex cõi Doctorum ſententia inducitur, nedum ex-
54 preſsè, ſed ẽt tacitè, vt tradit Marſcat. tract. prob.
in verbo, mandatum durare, concl. 1016. nu. 3. &
licet ſtipulatio requirat verba, pro forma, ſufficit
tamen ſenſum verborum colligi per interpreta-
tionẽ, maximè quando huiuſmodi reſponſionis
55 verba poſſunt declarari ex præcedenti interroga-
tione, vel ex alijs adiunctis. l. 1. §. ſi quis ita, vbi
omnino videatur Iaſ. num. 1. ff. de verb. oblig.

Nec repuguat, vt huiuſmodi verba dicantur
generalia, obſcura, & extranea, quę pro nõ dictis,
aut ſcriptis haberi ſolent ex traditione gloſæ in
verbo, ſimpliciter, in c. 1. de ſumma Trinitate, &
fide Cath. quia

Reſpondetur, hæc ipſa verba eſſe clariſſima ad
reuocationem inducendam, conſiderata maximè
præcedenti interrogatione Vedemarij auide ap-
petentis, & expetentis ac expectantis deliberatio
nem ipſius Barnuſconi, & vt ipſum de ea re extri-
caret, nec in his, tricis ſineret eũ diutius morari;
56 obſcura enim dñr quæ minimè poſſunt intelligi.
l. 2. ff. quæ pro non ſcriptis habentur. l. ita fidei. ff.
de iure fiſci, gl. in l. veteribus, in verbo, obſcuram.
ff. de pactis, & declarat Abb. videndus in c. 1. ſub
nu. 2. de ſum. Trin. & fide Cath. in gloſ. in verbo,
ſimpliciter. Fel. in proęmio decret. ver. & vide Ar
chid. vnde cum ex his verbis ſecundum cõem opi
nionem habẽtium ſanũ ſenſum & intellectũ, hæc
ipſa partium mens, & voluntas percipiatur, vt in-
57 quit Bald. in l. 1. nu. 9. C. de ſeruis fug. hinc facilè
refellitur cõtraria argumẽtatio; nam illa interpre
tatio, quæ fit per punctum rõnis dr̃ neceſſaria, &
dictorũ intelligentia ex cauſis dicendi eſt aſſumẽ-
58 da, vt explicat Card. Mantica de coniect. vlt. vol.
lib. 6. tit. 14. nu. 8. optimè confert. l. iuſta interpre
tatione, vbi Alci. ff. de ver. ſig. & cũ duplex ſit ocu
lus, vnus corporis, alter mẽtis & intellectus, ſatis
explicatum id dr̃, quod altero horũ oculorũ elici-
59 mus, atq; tenemus, vt ait Cotta noſter in ſuis me-
morabilib. in verbo, ſtatuto cautũ eſt, Tiraq. de le
gib. connub. in verbo, exprez, gl. 7. nu. 85. confert
peruulgata illa regula, vt. ſ. taciti, & expreſſi par
60 ſit virtus. l. cum quid. ff. ſi certum petat. Rebuf. vi-
den. oĩno trac. de nominatione, q. vlt. nu. 18. vnde
ſępe quis tacẽdo loqui, non inficiando cõfiteri vr̃.

Non refragatur ẽt vt hæc verba tanquã adula
61 lationis ac iactantiæ plena non obligent ex ſñia
Alex. in l. ita ſtipulatus, nu. 6. de ver. obli. & nota-
tur in c. cum veniſſent, de inſtit. quia iam ſuperius
pręmonuimus id non procedere qñ rñſio fit deli-
beratè, & ad interrogationẽ, & pro deliberatione
rei ſeriæ, & non iocoſæ; in hac. n. leporem, & com
mentitia quædam ridicule, & facete ſæpe adhibe
62 mus, in illa aũt ſeueritatẽ, & veritatẽ profitemur,
vt declarat Iaſ. ea. l. 1. §. ſi quis ita, ante num. 12.
ff. de verb. obli. Pariſ. viden. conſ. 89. nu. 11. & 25.
& 26. vol. 3. & oĩ caſu ex hmõi verbis colligitur
mens, & voluntas deponentis, qđ ſufficit ad indu
cendã, & demonſtrandã mandati reuocationem;
63 vt tradit Ang. conſ. 169. col. 3. verſ. & licet verbã
codicilli, quem refert, & ſequitur additio ad Ab-
batem eo. c. cum veniſſent, nu. 5. de inſtit. Verum
meo iudicio oĩs prorſus tollitur dubiratio ex ver-
bis ſtatim additis; & coſi hauendo in queſto mo-
do licẽtiato la prattica, & cũ alijs ſuperadditis, at
teſa la ſudetta ſua riſolutione, quæ neceſſario in-
dicant ex prioribus illis verbis inductã eſſe man-
dati, ſi quod erat reuocationẽ, & dubium non eſt,
quin ſtãdum ſit declarationi ipſius iurantis cum
ſtatutum noſtræ ciuitatis c. 100. in 1. mandet, vt
in oĩbus, & per omnia ſtetur eius dicto tã in prin-
cipalibus, quã in dependentibus, & faciẽtibus ad
negotium. l. 1. ff. de leg. 1. & notatur ad recitatum
ſtatutũ, nu. 64. & quia deferẽdo iuramentũ, quaſi
64 iudicẽ cõſtituit ipſum iurantẽ, vt declarat Bar. in
l. qui iuraſſe. §. ff. de iureiurãdo, vnde ſicut nequit
Barnuſconus improbare eius dictũ principale, ita
& multo magis dẽt approbare eius declarationẽ.

Et cum mandati reuocatio tacitè ẽt inducatur
vt iã ſuperius probauimus, nec eſt neceſſaria no-
ua ſtipulatio, nec acceptatio, cũ non ſatis ſit ſi con
ſtet de aſſenſu, quę ẽt vbi in caſu noſtro deſidera
retur, non tñ deeſſent, cum Vedemarius interro-
gauerit Barnuſconum dicendo, ſe nõ hauete mai
voluto dar fine à queſta coſa, & ſoggiongendo, ſe
non la volete voi, la voglio comprar io, & Barnu
ſconus reſponderit, ſe l'haueſſi io la darei à voi,
65 che ne hauete più biſogno di me, ad notata per
Doctores in l. 1. in princ. & §. 1. de verb. oblig. &
de acceptatione conſtat, quatenus Vedemarius
dixit, allhora feci riſolutione di cõprarla per me,
atteſa la ſudetta riſolutione; præſertim, quia con
feſſioni prolatæ me præſente in meum fauorem
præſumitur me ipſum conſentire, ſaltem ad hoc,
66 vt ius reuocationis mandati mihi quæratur. l. qui
patitur. ff. mãdati, Bart. in l. quę dotis. ff. ſol. matr.
Alciat. tract. præſumpt. regula 3. præſumpt. 21.
nu. 10. idem maximè roboratur ex contractũ po-
ſtea ſubſecuto nomine proprio Vedemarij, nec
eſt credendũ Vedemarium, qui erat amiciſſimus
Barnuſconi, & qui ſua ſponte in eius gratiam om
ni conatu nixus eſt, vt ille domũ haberet, voluiſſe
aliter facere, niſi ipſe Barnuſconus aſſertũ mãda
tum reuocaſſet, & ſi alia Barnuſconi mẽs fuiſſet,
pecunias ad domum emendam neceſſarias dediſ
ſet, & alia prędtitiſſet, quæ pertinebãt ad cõtractũ
perficiendum prout ſæpius efflagitauerat Vede-
marius illius ſententiam tentans, & inquiens, at-
que ita opus eſt facto; at matura dum venditori

eadem voluntas, & deſiderium manet, nã ſi abierit, nõ ita facilè propoſitum aſſequemur, omniaque hæc illum putato, quæ ego nunc dico dicere, adſit ſtudium, & argentum, abſit cunctatio, nollemque cæterarum rerum te eſſe eodem modo ſocordem, cum ſis valde natura ingenioſus, & diligens, qui ſecum ipſe nimium meditatur nihil agit res acta caput habet.

Nec aduerſantur teſtes nomine Barnuſconi examinati, quia loquuntur de tractatu, quem nõ negat Vedemarius, & teſtimonium dicunt de his quæ geſta fuerunt ante mandati reuocationem, vnde ex diuerſis non infertur. Quæ cum ita ſe habeant reſtat aliud nihil, niſi id dicere, vt Barnuſcono detur repulſa.

Laus vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO I. C. ALEXANDRO & fratribus Teſſeris.

ARGVMENTA.

Libelli clauſulæ amplę, & generales, quã vim habeant, & an ex eis ineptus libellus defendi queat, & an miſtus executor cauſam ſapiẽtis conſilio committere debeat.

Ratificatio vbi expreſſa conuenta ſit, an tacita ſufficiat.

Pecunia ſi ſit in idoneam proprietatem implicanda, quæ in ea re adhibenda ſit diligentia, ad hoc vt debitor rectè cogi poſſit ad eam exſoluendam, vel deponendã.

SVMMAE RERVM.

1 *Executor miſtus debet committere cauſam conſilio ſapientis.*

2 *Executio ſententiæ, vbi cauſæ cognitionem requirat, debet conſilio ſapientis committi.*

3 *Executor merus, an miſtus an q̃s ſit multũ intereſt.*

4 *Exequi ſententiam vbi iudex mandet aliter, quàm debeatur rectè ab eo appellatur.*

5 *Libello conformis eſſe debet ſententia.*

6 *Sententia lata ex inepto libello, parte etiam non opponente adeo nulla eſt, vt reformari nequeat.*

7 *Libelli clauſulæ ſalutares eius vitium, & defectum tollere videntur.*

8 *Libelli clauſulæ ſalutares ſemper reſtringi debent ad petita.*

9 *Iudex ex clauſulis generalibus libelli an poſſit ſupplere, quod petitum non fuit.*

10 *Libelli clauſulæ ſalutares nihil agunt vbi contraria proponantur.*

11 *Clauſula nõ aliter, nec alio modo diſpoſitionem reſtringit per modum conditionis.*

12 *Relatum eſt in referente, cũ oĩbus ſuis qualitatibus.*

13 *Sentẽtia ad acta ſe refert, & ex eis debet declarari.*

14 *Ratificatio vbi requiratur per modum expreſſum tacita non ſufficit.*

15 *Statutum ſi requirat licentiam, vel conſenſum expreſſum tacitus non ſufficit.*

16 *Conſenſus expreſſus eſt potentior, quàm tacitus.*

17 *Ratificatio vbi certam formam requirat expreſſa eſſe debet.*

18 *Ratificatio vbi requiratur per modum voluntariæ conditionis non poteſt per æquipollens impleri.*

19 *Ratificatio eſt facienda de omnibus, & ſingulis inſtrumenti capitulis.*

20 *Emere res electas magno vtilius eſt, quàm vitioſas paruo pretio.*

21 *Idoneum vbi aliquid præſtari debeat, adhibita in eo perquirendo diligentia, debet, qui vult obtinere docere ſe vtrique capiti ſatisfeciſſe.*

22 *Ex eccleſiæ rebus pecunia redacta, ſi ſit in emptionẽ prædiorum conuertenda, debet conuerti cum debitis ſolemnitatibus.*

23 *Conditionali ex contractu, qui agit, probare debet conditionis euentum.*

24 *Qualitas quæ eſt cauſa, vt aliquis audiatur debet probari.*

25 *Exceptio nõ implementi opponi poteſt etiam in actu executionis ſententiæ, vel inſtrumenti non obſtãte etiam lege omnes exceptiones remouente.*

26 *In alternatiuis electio eſt debitoris.*

27 *Ordo ſcripturæ eſt ſeruandus.*

28 *Aequalitas in vnaquaque re eſt ſeruanda.*

29 *Inſtrumenti pars vna, & inſtrumentum vnum alterum declarat.*

30 *Emphyteutica locatio poteſt fieri ſub pacto francandi, vel perpetuo, vel ad tempus.*

31 *Pactio vt quis redimere cogatur intra certum tempus, etiamſi nolit, vſuræ ſuſpicionem afferre videtur.*

32 *Exceptio vſuraria poteſt opponi, etiam aduerſus ſententias conformes.*

33 *Tranſactio ſuper vſura fieri nequit, ſed benè poteſt in vim liberæ donationis ſuſtineri.*

CONSILIVM CCCI.

Diuino ex corde implorato auxilio.

PHilippus Braſca anno 1596. vti is cui facta fuit relaxatio vniuerſæ hæreditatis Equitis Antonij eius fratris à fratrib. Cottis hæredibus ipſius Antonij, interpellauit Ambroſiũ Teſſeram ad ei ſoluẽdum libras decem mille ipſi quõdam Antonio debitas, & in eius hæreditate relictas, & licet ipſę pecuniæ eſſent implicãdæ in idonea proprietate: attamen patentibus litteris Excell. Senatus putauit idem Philippus eam implicationis conditionem ſublatam fuiſſe, & cõceſſum vt pecuniæ cõuerterentur in alios vſus, nempe in ſoluenda dote vxoris ipſius Antonij, & dote ſpirituali filiæ ipſius Philippi, & propterea petijt a

rijt à D. Vicario Prætorio Mediolani declarari
eam denuntiationem,& ſeu interpellationem ſor
tiri;& conſequi debere effectum, & ipſum Teſſe-
ram teneri eas libras decem mille ſoluere ipſi cõ-
parenti,& ei licere de eis diſponere ad præſcriptũ
ipſarum literarum patentium.

Lite ſuperinde conteſtata, & cauſa commiſſa
cõſilio ſapientis,eximius I.C.ex Collegio noſtro
Iacobus Alipher declarauit in hæc verba denun
tiam ſuum ſortiri debere effectum,& ipſum Teſſe
ram teneri ſoluere dictas libras decem mille ipſi
Braſchæ; ita tñ quod Braſca in actu earũ librarũ
decem mille receptionis, teneatur eas implere in
idonea proprietate pro cautione dicti Teſſeræ,&
hæredum ſuorũ,vel ad eundem effectũ illas depo
nere in oĩbus ad formã recitati inſtrumẽti,qđ eſt
oĩno,& ante oĩa diligenter legẽdum, & inſpicien
dum pro plena & perfecta negotij intelligentia.

Appellatum fuit ab hac ſnĩa ab eodẽ Teſſera.

Iuriſconſultus eiuſdem Collegij Zanotus Pal
palionus declarauit bene iudicatum, & male ap-
pellatum,cum ea tñ adiecta clauſula, quod tem-
pus anni,qui ex pacto conuento tribuendus erat
ipſi Teſſerę ad parandas pecunias nõ intelligatur
cępiſſe,nec lapſum eſſe durantibus iudicijs coram
ipſo domino Aliphero,& ipſomet Parpaliono.

Nunc idem Braſca pręmiſſa narratione earũ-
dem litterarum patentium diſpẽſantium, quod
ipſe eas pecunias releuare poſſit, abſq; eo quod
illas implicet,petit concedi contra Teſſeras hęre
des ipſius Ambroſij quamlibet executionem pro
ſumma librarum decem millium hactenus non
ſolutarum, & qualibet opportuna præcepta ap-
prehendendi quæcunq; bona ipſorũ Teſſerarũ.

Opponunt Teſſerę inter alia Braſcã obaudiẽ-
dum,vti pro exequutione ipſarũ ſnĩarum peten-
tem quid ab eis diuerſum,imo aduerſans,& con-
trariũ,& ſub inani prætextu litterarũ,quæ id non
dicunt ad quod inducuntur, & quarũ rõnem non
eſſe habendam iam ipſiſmet ſententijs quib. ad-
uerſarius inſiſtit declaratum fuit, vt ſatis ſuperq;
res ipſa per ſe indicat, vnde fit, vt ei dãda ſit repul
ſa,& rei conuenti ab obſeruatione iudicij ſint ab-
ſoluendi,& cauſa ſit omni caſu conſilio ſapientis
committenda, cum non verſemur in ſimplici exe
cutore,ſed in miſto,quo caſu eſt oĩno cauſa com-
1 mittenda,ex generali regula legis noſtræ munici
palis,c.57.in primo,vel ſaltem dubium cõmitten
dũ eſt,vt inquit Plotus ĩ l.ſi qñ,n.154.& in 163.
C.vnde vi.nam executio ẽt ſnĩę debet conſilio ſa
pientis committi qñ requirit,vt hic cauſæ cogni-
2 tionem,vt tradit Scala tract.de conſ.ſapien.c.18.
lib.2.quem refert, & ſequitur interpres ad ſtatu-
tũ c.27.nu.58.vol.1. executorq; ſnĩæ debet inter
alias admittere exceptiones executionem,& eius
modũ,& practicam concernentes,& vbi illę pro-
ponantur, debet eas cõſilio ſapientis committere
cum tunc,vt iam dixi nõ ſit merus,ſed miſtus exe
3 cutor,vt docet Fel.vidẽdus in c.paſtoralis.§.quia
vero,nu.16.de officio iudicis delegati, alios cõge
rit Aſinius vtiq; vidẽdus in ſua praxi iudiciaria.
§.31.c.19. executor enim merus à miſto longe
multũ diſtat,& multis nominibus,vt docet Iuriſ-
conſultus in l.ab executore.ff.de appell. & relat.
& propterea vbi iudex mandet exequi ſenten-
4 tiam aliter quàm debeat, rectè ab eo appellatur.
l.4.C.de execut.rei iudicatæ.

Cum itaq; ſnĩæ velint vt pecuniæ implicẽtur
ad formam inſtrumẽti, inſtrumentũ vero multas
expoſtulet conditiones,quas mox referemus, &
quæ neglectæ ſunt,ſnĩæq; ipſę literarum illarum
patentiũ diſpoſitionem vti ſubreptam reiecerint,
& inſtrumenti formam, vt fas eſt ſeruari omnino
voluerint, nunc aũt Braſca nimium ardens,& fer
uens ad id quod iam reiectum eſt,inflãmatus re-
deat,petens iterum pecunias ſibi ſimpliciter dari,
non ne contraria ipſis ſententijs, ipſiſq;met litte-
ris repugnantia petitio,& ex conſequenti equidem
non inanis,ſed valde legitima,& pertinens digno
ſcitur Teſſerarum exceptio ad repellendum non
rectè, ſed perperam petitum executionis præce-
5 ptum,qñquidem illud debeat eſſe conforme peti
tioni.c.licet Hely, de ſimonia, Clem.ſæpe,de ver
bo.ſignif.l.vt fundus.ff.com. diuid. Crauet.conſ.
210.nu.8.imò ſnĩa lata ex inepto libello parte ẽt
non opponente adeo nulla eſt, vt reformari ne-
queat, ſed debeat actor in expenſis condemnari,
6 reſeruato ſibi iure agendi ex cauſa apta,ſi qua fo-
ret, vt tradit Vantius tract. nullitatis ex defectu
proceſſus, nu.22. & 23. Alba.conſ.328.nu.6. &
conſ.163.nu.23.

Nec aduerſatur, qđ licet petitũ ſit ſimpliciter
præceptum in executione ſnĩæ, tñ iudex poſſit
ſupplere addendo, quod implicentur pecuniæ,
poſtquam clauſulæ ſalutares, ſ. ius, & iuſtitiam
miniſtrari,& non tãtum modo prędicto,ſed alias
7 omni meliori modo tollũt omnem petitionis, ſeu
libelli defectum,& vitium, vt ait Iaſ.§.omnium,
num.148.& infra. Inſt.de action.præſertim cum
Mediolani ex ſtatuto noſtro c.21. ſufficiat quæ-
libet petitio qualiſcunq; ſit, modo ſit tolerabilis
& tolerabilis intelligitur ſi contineat perſonam
actoris,& rei, quantitatem,rem,ſeu ius quod pe-
titur, & cauſam petitionis.

Quia hòc captioſum argumentum facilè ſol-
uitur ea reſpõſione, vt ſcilicet iudex poſſit ſupple
re in his, quæ veniunt in conſequentiam petito-
rum;vel acceſſoria ſunt,clauſulaſque has ſaluta-
8 res ſemper reſtringi ad petita, vt pulchrè declarat
Crauet.videndus conſ.151. nu.4. Iaſ.conſ.171.
colum.3.verſ.2.3.& 4.lib.2.& item vbi facta fo-
ret fidelis facti narratio, alia non facta petitione,
ſed adiectis his ſalutaribus clauſulis, poſſet iudex
declarare,prout magis iuri conſonum, & conſen
taneum videretur. Cæterum ſi factum minus fi-
deliter enarretur, vel ſi aliquid minimè pertinẽs
petatur, tunc clauſulæ ſalutares nihil agunt; nec
iudex ſupplere poteſt, cum non agatur de ſuſti-
nenda intentione propoſita, ſed de inducẽda no-
9 ua quadam intentione,de qua non fuit cogitatũ,

vt egregie diſtinguit videndus omnino Alba cõſ.
376.nu.39.& conſ.346.nu.37. & conſi.165.nu.
10.& conſ.163.nu.32.& conſi.134.num.20.qui
addit clauſulas has nihil agere, vbi contraria, &
inter ſe diſſidentia proponantur, quod & proba-
10 uit doctiſſimus Alciatus noſter videndus cõſ.31.
nu.20. lib.6. & cum cauſa petitionis, & eius effe-
ctus non conueniant, nec qualitas rei, nec actoris
perſona, non poteſt dici tolerabilis libellus etiam
ex ſtatuto noſtro.

Nam propoſitum fuit ex literis patentibus Se
natus Excellẽtiſſimi ſublatam eſſe implicationis
conditionem, & ideo ſimpliciter concedi debere
præceptum executiuum; & tamen tantum abeſt,
quod id velint ſentẽtiæ, vt omnino, & prorſus ha
bita literarum cognitione contrariũ declaratum
ſit, & dictum per modum conditionis, ſcilicet ita
tamen quod Braſca teneatur in actu receptionis
11 eas implicare in aliqua idonea proprietate, & nõ
aliter, &c. quæ verba inducunt declarationem, &
reſtrictionem præcedentium per modum condi-
tionis. Alex.conſ.3.num.4.lib.1. Crauet.conſilio
201.num.34.& conſ.644.num.2.& conſ.25.nu.
26. Clarus. §.emphyteuſis, quæſt.13.verſic.item
quæro. Menoch. de arbit.iud.caſu 237.nu.34. &
ſic quatenus ſimpliciter petitur præceptum exe-
cutiuum, inducitur quid contrarium ſententijs,
& veritati ipſius facti repugnans, quod non fuit
fideliter enarratum.

Rurſus cum ſentẽtiæ ſe referant ad inſtrumen
tum verbis ampliſſimis, & vniuerſalibus, nempe
in omnibus ad formam recitati inſtrumẽti, & re-
12 latum ſit in referente cum omnibus ſuis qualita-
tibus. l. aſſe toto, §. hæredes palam. ff. de hered. in-
ſtit. Crauet.conſ.45.num.4. diligenter pro execu
tione ſententiarum ſunt inſpicienda verba pacti
vti principalis ſentẽtiarum cauſa, & origo, & cau
ſa cauſę, & fons totius ipſius negotij, atque firma
baſis in qua poſita eſt facti iudicij ſtatum.

Et cum pactum ipſum multas requirat condi
tiones, vt iam præmonui, ſunt illæ diligẽter obſer
uandæ, atque cuſtodiendæ antequam ad inſtru-
menti ad quod ſentẽtiæ ſe referunt executionem
deueniatur.

Primum enim exigitur cum clauſula, & nõ ali
ter nec alio modo, quæ conditionem affert, & re-
ſoluit omnem cõtrarium actum, vt iam probaui-
mus, qd̃ Philippus Braſca deberet ratũ habere,
ſeu ratificare inſtrumentũ ipſum, antequam coge
retur Teſſera ad redimendum, quod nõ præſtitit.

Nec aduerſatur ſi diceretur cum ſniẽ dicãt ipſi
Philippo Braſchæ tunc actori memoratas libras
decem mille eſſe ſoluendas, hãc exceptionẽ ſubla
tam cenſeri, quia de ea nõ fuit in eo iudicio actũ,
ſed tantum an elapſo decennio Teſſera, qui præ-
tendebat habere pactum perpetuum ad francan-
13 dum, poſſet tunc ad id cogi, & ſententia ad acta ſe
refert, & ex eis debet declarari, & ampliari, ac re-
ſtringi. l. ſi quis ad exhibendum. ff. de except. rei
iudicatæ. Crauet.conſil.202. num.17.

Præterea cum ſententiæ ad inſtrumentum ſe
referant tantum abeſt, vt hanc conditionem tol-
lere voluerint, vt potius ad illud ſe conformantes
eam adhiberi omnino voluerint.

Nec refragatur ſi diceretur cũ ipſe Philippus
Braſca agat ex eo inſtrumento tacitè videtur ra-
tificare ipſum inſtrumẽtum, quia cum ratificatio
hæc requiratur per modum expreſſum, nõ ſufficit
14 tacita ratihabitio, quæ multis nominibus diſtat
ab expreſſa; & valde intereſt Teſſeræ pro defen-
ſione rei venditæ ob fideicommiſſi imminens, &
quaſi præſens periculum, vt expreſſa fiat ratifica-
tio, qua ſibi cum adimeret metum ne aliquando
à filiis ipſius Philippi moleſtia ei exhibeatur, ma-
ximè cum is non veniat tanquam hęres Antonij
Braſchæ eius fratris, ſed vigore trãſactionis initę
cum fratris heredibus, vt probat Tiraq. dum vult
ſi ſtatutum requirat licentiam, vel conſenſum ex-
15 preſſum tacitum non ſufficere, tract. de legib. con
nub. in verbo, exprez, gloſ.7.nu.8.& 31. vbi om-
nino vide; nam generale, & perpetuum eſt, vt po-
16 tentior ſit expreſſus conſenſus, quàm tacitus, vt is
idẽ larga ſerie ibidẽ cõmemorat, nu.49.& nu.71.
& 72. & cũ hæc ratificatio deberet eſſe legitima,
& ſolennis, requirebat pręſcriptam formã ſtipula
tionis, & iuramenti, prout in inſtrumẽto ratifican
do continebatur, & per cõſequens expreſſa exige-
batur ratificatio, nec ſatisfacit tacita, prout eſt
17 hęc carens verborum forma, vt declarat Bart. &
cum eo cæteri cõmuniter in l. quicquid aſtringen
dæ, nu.2. de verb.oblig. & traditur in l. cum quid.
ff. ſi certum petatur: Idem Tiraq. vbi ſupra in ver
bo, exprez, gloſ.7.nu.188.& 189.& 199.& opti-
mè facit Ruinus videndus conſ.79.nu.6.lib.3. &
confirmatur, quia cum hæc ratificatio exigeretur
in modum voluntariæ conditionis, non poterat
per æquipollens impleri, ſed adhibenda erat ſin-
18 gularis, & ſpecifica forma, & ſic expreſſa eſſe debe
bat. l. qui heredi. l. Mæuius, ff. de cond. & demõſt.
Dec.conſ.89.nu.3. Rolan. à Valle, qui dicit com
munem conſ.56.nu.22.& 23.vol.3. Crauet.con-
ſil.313.num.5.& debet fieri de omnibus, & ſingu
19 lis inſtrumenti capitulis, vt tradit Natta conſilio
636.num.194.vol.3.

Requirebatur ſecũdo loco, quod monitis ipſis
Teſſeris fieret diligentia in perquirenda proprie-
tate, in quam pecunia conuerteretur, & implica-
retur, & quæ eſſet idonea, quod cum omiſſum ſit
fruſtra agitur de exequendis ſententijs id deſide-
rantibus, quatenus volunt, vt pecunia implere-
tur ad formam inſtrumenti. Hæcque res co-
gnitionem, & quidem magnam deſiderat, ſuper
eo maximè an adhibita ſit hæc diligentia, & an
oblata proprietas eſſet idonea, quod ſine conſi-
lio, & veritatis diſceptatione intelligi nequit, cũ
multa in ea re ex fraude, & mendacio componã-
tur, & ſæpè vtilitas pretij præcipites ferat empto
res ad res viles emendas, quæ cum præcipiti cur-
ſu cito abeant, vſui ad quem paratæ fuerunt mi-
nime aut parum, vel indecore deſeruiunt, & cele-

rum

rem ſatietatem afferunt, qua falſa opinione ob-
cæcati, ſolent multi, & complures, cũ res aliquas
emendas curant diligentiſſimè negotiorum geſto
ribus præſcribere, & iubere, vt omni ſtudio ſata-
20 gant res ipſas vili emere pretio, putãtes omnem
vtilitatem conſiſtere non in bonitate rei, ſed in
vilitate pretij, quam ſi obtinuerint laudant ad cę
lum vſque emptoris ſagacitatem, & aceutatam
diligentiam, & gloriantur negotium ex ſententia
fęliciter ſucceſſiſſe; verum ſi re ipſa vtãtur ad de-
ſtinatũ vſum, ſtatim emergunt latentia vitia com
plura, quo fit vt doleat, & queratur, atque miſer
clamet; eheu miſer rem quidẽ paruo emi pretio,
quam magnifaciebã, & probabam, ſed nunc com
perio nullius eſſe, magis è re mea fuiſſet maiorẽ
pecuniarum ſummam erogare ad emendam rem
ſummę, & perfectæ bonitatis; at ego ipſe nõdum
ſatis noui, hæc inter ſe pugnare, limatam pretij
tenuitatem, & rei emptæ præſtãtiam, & rem om-
nibus numeris abſolutam, & perfectam maximo
etiamſi ematur pretio caram dici non poſſe, ſed
equidem cariſſimam in dies magis tibi futuram,
& in magno pretio tibi habendam propter ſin-
gularem eius elegantiam, & excellẽtiam, quę om
ni pretio eſt digniſſima, res autem vitioſa ſi par-
uo ematur, ſemper magno eſt quidem empta pre
tio, nã quod iã nihil ſit nedum parui, ſed nullius
eſt pretij, & idẽ tibi fit adeo inuiſum, & odioſum,
vt cupias valde potius ea re carere, quã adeo iniu
cundè frui; cum quotidie recrudeſcat, & renoue-
tur memoria malè geſti negotij; cum aliquid tibi
emendum ſit oculos conijcias, non vt ſæpè fit, in
vtilitatem pretij, ſed in rei bonitatem cuiuſcunq;
pretij ſit, quãdoquidem rei elegantia facilè com-
penſet omnem ſolutę pecuniæ exuperantiam, &
iam ſit tritum vetuſtate prouerbiũ, eum qui plus
pecuniarũ erogat longè minus erogare, quod ne-
dum ad res, ſed ad operas, & ad perſonas refertur
quandoquidem pluris facienda ſit præclàra, &
egregia induſtria præclariſſimi, & cõſultiſſimi vi-
ri maximo honorario recognita, quã indocti ho-
minis opera, exiguo pretio perſoluta: res namq;
bona magno nunquam dicitur empta pretio, ma
la vero ſemper maximo cõparatur pretio, & me-
hercle valde glorioſum eſt dicere poſſe agrum in
his regionibus neque pretij maioris nemo habet:
ſpectetur igitur in vnaquaq; re comparanda ma
gis bonitas rei, quã pretij quantitas, & propterea
cum in perquirenda idonea proprietate in quam
pecunia implicaretur opus ſit magna diligentia,
& non mediocri ſtudio, ſi vt fas erat, & vt cõuer-
tum fuerat, moniti fuiſſent ipſi Teſſeræ potuiſſẽt
vna ſimul omnes diligentiam facere, vt bene res
gereretur, & quicquid egiſſent pro viribus egiſſẽt,
cum res ſua ageretur, & qui tenetur diligentiam
21 adhibere, & aliquid idoneum præſtare debet, vt
obtineat docere ſe vtriq; capiti ſatisfeciſſe, vt tra-
dit Maſcar. tract. probat. in verbo, diligentia, & in
verbo, idoneus, an quis præſumatur, facit Cepol.
conſ. 58. nu. 8. & optime deſeruit Ang. in l. de pu-
pillo. §. ſi is cui. ff. de oper. noui nuntia. vbi videan
tur Alex. & Iaſ. nu. 2. Bar. in l. ſi quis paratus, nu.
1. ff. eod. & l. ſi fideiuſſor, nu. 2. ff. qui ſatiſda. cog.
Menoc. de præſump. lib. 6. præſump. 91. nu. 7. &
nu. 16. Redoanus de rebus eccleſ. non alienandis,
q. 16. nu. 6. & 15. & 16. vbi firmat pecuniam ex
rebus eccleſiæ redactam, vt in emptionem præ-
22 diorum conuertatur debere conuerti cũ decreto
iudicis, & alijs ſolennitatibus cum verſari poſſit
præiudicium eccleſiæ, an ſcilicet proprietas vtilis
ſit, & non poteſt tutor ſibi eam pecuniam ſoluere
cum ad eum vſum ſit deſtinata, & loco proprie-
tatis, vt hic habetur, confert Bartolus in l. tutor,
qui repertoriũ. §. ſi poſt diſpoſitionem, de admin.
tutor. Crauet. conſ. 71. nu. 5. maximè cũ Medio-
lani nõ deficiant proprietates quotidie vendẽdæ.

Accedat quod qui ex contractu conditionem
vel qualitatem habẽte agit, debet qualitates con
tractus probare, & docere ſe ex parte ſua implen-
23 da perfectè impleuiſſe; alias nunquam poterit ob
tinere deficiente ſuæ intentionis fundamento.
l. 4. §. docere, vi bonorum raptorum. Curtius ſe-
nior conſi. 17. numero 10. inquiens, quod quali-
tas, quæ eſt cauſa, vt aliquis audiatur, vel admit-
24 tatur debet probari. Alba videndus, & eius addi-
tio in littera A. conſ. 539. num. 1. Iaſ. in l. in ſtipu
lat. numero 9. & 13. ff. de verbor. obligat. Bello-
nus conſilio 59. numero 4. hæcque exceptio non
implementi, tanquam oriens ex ventre inſtrumẽ
25 ti tanti eſt, vt poſſit opponi etiam in actu execu-
tionis ſententiæ, vel inſtrumenti, & minimè ad-
uerſante lege omnem exceptionem remouente.
l. Iulianus. §. offerri, de actio. empt. Bartol. in l. 1.
§. & parui. ff. quod vi aut clam. Crauet. cõſi. 127.
num. 14. Roland. conſil. 53. num. 32. vol. 1.

Nec obſtat ſi diceretur cum alternatim dictũ
ſit, vt teneatur Braſca ſtatim, & incontinenti im-
plicare ipſas libras decem mille, vel eas deponere
26 ad effectum implicandi, ſufficere, ſi vnum ex eis
prę ſtetur, & ſic pecunia deponatur. c. in alterna-
tiuis, de reg. iur. in 6.

Quia reſpondetur hoc non fuiſſe petitum, ſed
imò vt in contrarium effectum daretur, vt ſcilicet
ſibi ſimpliciter ſolueretur ipſa pecunia ſub præ-
textu, quod diſpoſitione literarum Senatus ſubla
ta eſſet neceſſitas implicationis, quæ tamen litte-
ræ vti laborantes vitio obreptionis, & ſubreptio-
nis binis ſententijs fuerunt abrogatæ, quatenus
dictum fuit, vt pecunia implicaretur, & in omni-
bus ad formam recitati inſtrumenti.

Secundo reſpõdetur, in alternatiua in qua poſ
ſit cadere affectio, vt hic, quia magis intereſt Teſ
ſerarum, & conſultius eis prouidetur, vt pecunia
implicetur, & non committatur fragilitati depo-
27 ſitarij, ordinem ſcripturæ eſſe ſeruandum, vt eſt
celebris tex. iuncta gloſ. in verbo, ordine, in l. cum
pater. §. à te peto, de leg. 2. & ibi notatur, & ſic vt
primo fiat diligẽtia an reperiatur idonea proprie
tas in quam implicetur, & ea non reperta de-
ponatur, qui ſenſus confirmatur ex pacto præ-

cedenti, in quo quando actum fuit vt Ambroſius
Teſſera poſſet pecuniã ſoluere in cauſam impli-
cationis, & vbi ea præ manibus non fuiſſet; tunc
conuentum fuit, vt pecunia deponeretur, & ſic
eadem qualitas intelligitur repetita in ſequenti
28 capitulo, tũ vt ſeruetur æqualitas. l. fi. C. de fruct.
& litium expenſis, tum quia vna pars inſtrumen-
29 ti alteram declarat, Bartolus in l. qui filiabus, in
principio, de legat. primo; imò vnum inſtrumen-
tum declarat aliud, Socinus iunior omnino vidẽ-
dus conſ. 49. num. 23. volum. 2. Alba. & eius addi
tio in lit. D. conſ. 289. num. 11.

Additur præterea dici etiam forte poſſe; pa-
ctum illud vnde lapſo decennio francare cogere-
tur Teſſera rem emphyteuticam, præferre quan-
dam ſimulationem fœnoris ſuſpitione minimè ca
rentem; nam licet locatio emphyteutica poſſit
30 fieri ſub pacto frãcandi, vel perpetuo, vel ad tem-
pus, vt inquit Iaſ. in l. 2. num. 5. C. de iure emphy
teutico.

Attamen vt quis intra certum tempus poſſit
ad id cogi videtur in effectu, & re ipſa continere
taxationem intereſſe pendente dilatione, quæ
etiam in vẽditione habita fide de pretio videtur
31 improbata, maximè ſi fructus rei venditæ tran-
ſcendat, & excedat, cap. ad noſtram, vbi eſt caſus
non diſſimilis, de empt. & vendi. Felyn. videndus
in cap. cum venerabilis, num. 9. de except. Gabr.
lib. commun. tit. de empt. & vend. concluſ. 4. nu-
mero 23. & de ſolut. concluſ. 10. nume. 6. Plotus
in l. ſi quando, num. 42. C. vnde vi. Alba conſilio
629. num. 1. & 8. & dixi ego conſ. 13. num. 3. quę
exceptio cum de ea non fuerit cognitum, poteſt
32 etiam aduerſus ſententias proponi, quia huiuſ-
modi exceptio nunquam cenſetur ſublata, imo
ſuper ea non poteſt fieri tranſactio, tanquam con
tinens peccatum, quod lex mirificè improbat, &
cuius nimia licentia eſt potius omni ſtudio con-
tinenda, quam dilatanda, licet poſſit eadem ſuſti-
33 neri in vim liberæ donationis, vbi ita ſua ſponte
nemine impellente fiat, Aſinius in ſua Praxi iudi-
cia. §. 31. c. 49. Abbas videndus in cap. contingit,
nu. 2. de arbitris. Bar. in l. quoties. C. de iudicijs.

Quare cum in facto, & in iure tot probabiles articuli emergant, meo iudicio partes domini Vicarij Prætorij ſunt omnino in committenda prę-narrata cauſa conſilio ſapientis, cum non agatur de ſimplici, & mera executione ſententiarum, ſed de miſta, quæ interpretationem, & cognitionem requirit nedum ſententiarum, ſed contractus ad quem illæ ſe referunt, ac etiam litterarum Senatus, & facti aliter enarrati, quàm ſit eius veritas, & petitionis, & executionis diuerſæ ab ipſis ſententijs; imo eis ipſis contrariæ, in quam iuſtam ſententiam eo magis venire debet, cum non agatur in effectu de aliquo partis aduerſæ præiudicio, poſtquam pecunia eſt interim non ſine honeſto fructu in tutiſſimo loco benè locata.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

PRO IVRISCONSVLTO ex Collegio Mediolani Iulio Cæſare, & fratribus Cribellis.

ARGVMENTVM.

Ex prohibitione alienationis ad certum tempus facta, & ex permiſſione, vt vbi ſupereſſent filiæ à tribus ſupra poſſent patri ſuccedere in tertia parte computata legitima, vel Trebellianica, & reliquum hæreditatis voluerit teſtator remanere in alijs ſuis deſcendentibus maſculis in ſtirpes, & non per capita, & quod nulla mulier legitima, nec naturalis, nec alicuius cõditionis exiſtat, poſſit ſuccedere, an cenſeatur inter deſcendentes maſculos inductum perpetuum, & mutuum fideicommiſſum excluſis fœminis, quæ non eſſent illius numeri, multaque non minus doctè & acutè, quam eleganter, & ornatè traduntur de interpretatione, & coniecturis vlt. volunt.

SVMMAE RERVM.

1 *Alienationis prohibitione ad tẽpus facta, poſt illud permiſſa videtur & fideicommiſſum, ſi quod ſubeſt, irritum ſit, ſi non antecedat fideicommiſſum generale, ſed ab ea ſit inchoatum.*

2 *Alienandi prohibitio, etiamſi fideicommiſſum adeſſet, ad certum tempus reſtricta, videtur poſt illud tempus alienandi facultatem concedere.*

3 *In alienandi facultate continetur etiam diſpoſitio in vltima voluntate.*

4 *Alienandi facultas haredi conceſſa poſt ſcriptum fideicommiſſum intelligitur reſeruata fideicommiſſaria quarta.*

5 *Filia de legitimo matrimonio nata debet praferri legitimato ſtante ſtatuto fœminas excludente.*

6 *Legitimati licet alias venirent in generali diſpoſitione, tamen non continentur in diſpoſitione à nobili facta.*

7 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

8 *Teſtatorem ſe magis conformare voluiſſe ad ius municipale, quàm ad ius commune eſt praſumendum.*

9 *Fideicommiſſum odioſum videtur, & propterea in eo ſit ſtricta interpretatio.*

10 *Verba poteſt, ſi negatiua dictio praponatur, omnem potentiam tollit.*

11 *Agnationis fauore ſtatutum diſponere videtur vt fœmina excludantur.*

12 Fi-

12 Filiorum appellatione an contineatur neptis vbi teſtator proprias filias excluſerit.
13 Subſtitutus vbi ſit ex deſcendentibus teſtatoris facilius neptis excluditur.
14 Maſculos deſcendentes vbi teſtator vocauerit, eo facilius neptis excluditur.
15 Fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo inductum cenſetur ſi teſtator voluerit ſuam hæreditatem remanere debere in ſuis deſcendentibus maſculis, ſicut & inducitur per illa verba, tranſeant de hærede in hæredem.
16 Deſcendentis appellatione comprehenduntur tã maſculi, quam fœminæ.
17 Maſculinitatis qualitas vbi adijciatur, cenſetur teſtator voluiſſe agnationem conſeruare.
18 Verbum remanere, eſt commune.
19 Verbum remanere, inducit perpetuum, & ſucceſſiuum, & reciprocum fideicommiſſum.
20 Fideicommiſſum inducitur ex neceſſitate antecedentis, vel conſequentis.
21 Fideicommiſſum eo magis inductum cenſetur, ſi teſtator digreſſus ſit ad plures gradus ſubſtitutionum.
22 Fideicommiſſum, an & quando reale, vel perſonale ſit.
23 Alienationis prohibitio per ſe valida, ſi adiecta ſit ratio, quia teſtator velit bona in ſuos deſcendẽtes remanere, inducit abſolutum fideicommiſſum etiam in caſu mortis.
24 Ratio interdum amplius dictum.
25 Verbum volo, apertum affert fideicommiſſum.
26 Verbum volo, quando à teſtatore profertur, diſpoſitionem inducit.
27 Verbum volo, licet non ſit directum, uel obliquum, aſſumit tamen naturam verbi cui adiungitur.
28 Verbum remanere, eſt verbum commune.
29 Inter verba directa, & deprecatiua in legatis, & fideicommiſſis nihil intereſſe videtur, cum etiã nutu inducantur.
30 De fideicommiſſi iam inducti intelligẽtia vbi agatur, leuiores ſufficiunt coniecturæ.
31 Fœminarum excluſio agnationis fauorẽ ante oculos habitum fuiſſe demonſtrat.
32 Deſcendentes ſuos credendum eſt teſtatorem propenſiori amore diligere.
33 Maſculorum filiorum facta ſæpe mẽtio excluſis fœminis fideicommiſſum inducit.
34 Fideicommiſſum eo magis inducitur, ſi filij legitimè nati tantum vocentur.
35 Fideicommiſſum affertur, & vocatio legitimè natorum, ſi illegitimè nati excludantur.
36 Fideicommiſſum ex verborum geminatione, & repetitione magis comprobatur.
37 Mens teſtatoris in fideicommiſſis principem locum tenet.
38 Clauſula quod hæreditas remaneat deſcendentibus maſculis in ſtirpes, & non capita, fideicommiſſum importat inter deſcendentes.
39 Homo infœlix is eſt qui dies dinumerat, nec quærit, quis ſit ipſe, qui fuerit, & qui futurus ſit.
40 Legitima poteſt ad tempus prohiberi.
41 Fideicommiſſum vbi per ſe ſubſiſtat, ſine prohibitione ad tempus, etiam poſt in ſuo robore ſubſiſtit.
42 Legitima onus non recipit.
43 Dictio ipſe, eſt perſonaliſſima, & ad oculum demonſtrans.
44 Emphyteuſis alienatio ſi concedatur, intelligi debet modo non fiat in perſonas prohibitas.
45 Fideicommiſſo ſubiecta bona, poſſunt pẽdente conditione alienari, & ideo prohibitio alienationis ad tempus poteſt hanc facultatem impedire.
46 Filij legitimi, & naturalis appellatione legitimè natus venire intelligitur, intelligendo verbo in potentiori ſignificatu.
47 Verbo vbi poſſent intelligi ciuiliter, vel naturaliter, potius intelliguntur naturaliter.
48 De reliquo hæreditatis vbi fiat mentio, quomodo intelligatur.
49 Verbum ſuccedere, tanquam commune comprehẽdit vtramque ſucceſſionem ſcilicet teſtati, & inteſtati.
50 Succedenti ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato facultatem præripit verbum, non poſſet.
51 Fideicommiſſum, an & quando odioſum, vel fauorabile cenſeatur.

CONSILIVM CCCII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

SEcundum ea, quæ proponuntur, prima facie dicendum videretur nullum ius prætẽſi fideicommiſſi eſſe Iuriſconſulto ex Collegio Mediolani Iulio Cæſari, & fratribus Cribellis, in bonis, quondam Beltrami Cribelli, eorum proaui.

Primo, quia nulla legitur facta ſubſtitutio, ſed tantum quinque filijs quos habebat vetuit alienationem, & diuiſionem bonorum ante vigeſimum quintum, ſuæ ætatis annum: vnde fit, vt prohibitione ad tempus facta, poſt illud vi-
1 deatur permiſſa, & fideicommiſſum ſi quod ſubeſſet, cenſeatur irritum, & inane, maximè cũ non antecedat fideicommiſſum generale, moxq; adiecta ſit alienationis ad tempus prohibitio, ſed ab ea potius inchoatum, & hoc illius gratia ſcriptũ videatur. l. pater, §. fundum, & ibi Bartolus videatur, ff. de lega. tertio, l. ſtatuliberum, §. Stichũ, ff. de legat. ſecundo, & vbi adeſſet etiam fideicõmiſſum, & poſtea adiecta eſſet prohibitio alienandi ea, vel ad id tempus limitaretur, vel ad caſum non factæ alienationis reſtringeretur, vt di-
2 ſtinguunt Marzarius epitom. fideicommiſ. parte ſecunda, quæſt. 44. & Simon de Prætis, tract. de interpr. vlt. volun. lib. 3. ſolu. 10. num. 15. fol. 284. & lib. 4. dub. 9. fol. 404. num. 52.

Secun-

Secundo,cum Ioan. Maria nepos ex filio Bel
trami fideicommittentis ſuo teſtamento diſpo-
ſuerit,vt in ſuis bonis ſuccederent, Ioan. Bapti-
ſta, & Cæſar eius filij,& eis defunctis ſine filijs
prout deceſſerunt,vocauerit idem teſtator duas
ſuas filias,videtur,quod facultate alienandi ſibi
data vltra vigeſimum quintum annum, potue-
rit facere memoratam diſpoſitionem,cum in fa-
cultate alienandi contineatur etiam diſpoſitio
3 in vltima voluntate, l.ſi quis prioris, §.certum,
C.de ſecundis nuptijs, Bartolus in l.peto, §.fra-
tre,num.ſecundo,de lega.2. Ruinus conſilio 76.
num.10. & conſilio 115. lib.2. & conſilio 163.
lib.3. & dixi ego, conſilio 25. numero 10. volu.
primo, & licet vbi poſt ſcriptum fideicōmiſſum
tributa eſſet facultas hæredi alienandi,intellige-
retur reſeruata quarta fideicommiſſario, authē.
4 contra rogatus, C.ad Trebell.tamen id non pro
cedit vbi prohibitio alienandi fuerit ad tempus,
& promiſſio poſt illud indefinita.

Tertiò,licet noluerit,vt nulla mulier legitima
nec naturalis poſſit ſuccedere aliquibus ex dictis
ſuis deſcēdentibus,tamen id videtur intelligi de
legitimata,vel de naturali, ſecus de legitimo ma
trimonio nata,quales ſunt hæ de quibus nos agi
mus,quod ſatis declaratur ex ſubſequētibus ver
bis quatenus prohibet maſculum non legitimè
conceptum poſſe ſuccedere: nam videtur, quod
filia de legitimo matrimonio nata debeat præ-
5 ferri etiam legitimato, ſtante ſtatuto fœminas
excludente, vt magis commun. ex alijs dicit in-
terpres ad ſtatutum noſtrum, cap.278.numero
61.in primo, & cum agatur de excluſione, quæ
eſt odioſa videtur dicendum,vt dum teſtator ex
cluſit filiam legitimam,voluerit intelligere de le
gitimata,non autem de legitimè nata,nam cum
eſſet nobili genere natus, eſt certo tenendum, vt
6 illegitimè natos odio habuerit, vnde licet aliàs le
gitimati venirent, non continerentur tamen in
diſpoſitione à nobili facta, cum hos huiuſmodi
viri abhorreant, cum continentiæ, & probitatis
lumen oſtendere cæteris debeant,nec quis alios
continere queat, niſi ſe ipſum contineat, vt de-
clarat Cardinalis Mantica de coniecturis vlti-
marum voluntatum,lib.vndecimo,tex. decimo,
numero 33. & id præſertim eſt dicendum cum
nominatim maſculos illegitimè natos exclu-
ſerit.

Quartò,quamuis vbi ſupereſſent filię à tribus
ſupra,voluerit,vt eo caſu ipſę filię ſuccedere poſ
ſent patri in tertia parte computata legitima, &
Trebellianica,& reliquū deberet remanere alijs
deſcendentibus maſculis, attamen cum nunc ad
ſint tātum duæ fœminæ, & non vltra numerum
trium, egreſſi ſumus extra cancellos quos ſibi ip
ſe caſus a teſtatore conſideratus circumdedit,at-
7 que merito limitata cauſa debet limitatum pa-
rere effectum,l.fin.C.ne vxor pro marito. Cra-
uetta conſilio 98. numero 14. & latè Simon de
Prætis,eod.tract.lib.primo, ſolut.12. num.pri-
mo,fol.37. & quatenus prohibuit, vt nulla mu-
lier ſuccedere poſſit, voluit intelligere, vt vna
pars alteri concilietur, & conueniat, ſcilicet ab
inteſtato,ſecus ex teſtamento,cum antea diſpo-
nendi facultatem dediſſe videretur vltra vigeſi-
mum quintum annum;item vt non ſuccederet,
vbi adfuiſſent fratres maſculi, vt ſe magis con-
formaret ad diſpoſitionem iuris noſtri munici-
palis,cap.278.in primo, ad quàm ſe voluiſſe cō-
ponere eſt magis præſumendum, quàm ad ius
8 commune, cum hoc illi præſtet, vt notatur in l.
hæredes mei, §.cum ita, ff.ad Trebellian.& tra-
dit Card.Mantica de coniec. vlt.volunta.lib.6.
tit.7.num.4.& infra.

Quinto etiamſi res dubia foret, eſſet interpre
9 tatio facienda ne fideicommiſſum ſubſit,cum ſit
odioſum,quandoquidem liberam diſponendi de
rebus ſuis facultatem naturaliter cuique inſitam
adimere videatur,atque onus in ſe contineat,&
votum,quod cupiditati datur aucupandæ, & ca
ptandæ mortis,qua vitam diuitijs,atq; luxu af-
fluentem, ſibi ipſe paret, vnde ſatius uidetur id
ex animo dimouere,quàm id loqui,unde poſtea
ſubſtituti libido incendatur, l.cohæredi, §.cum
filio, ff.de uulgari & pupillar.idem Mantica re-
lato tracta.lib.7. titulo primo,nu.primo,& plu-
ribus ſeqq.maximè num.11.Alba conſ.31. nu.
9.ubi uide,& conſ.350.num.3.

His tamen minimè aduerſantibus contrariū
uerius exiſtimo,ut ſcilicet fideicommiſſum per-
petuum inductum cenſeatur ad fauorem deſcē-
dentium maſculorum de legitimo matrimonio
natorum ipſius Beltrami,excluſis ipſis fœminis.

Primo,quia teſtator generaliter diſponendo,
ut nulla mulier legitima nec naturalis, nec ali-
cuius conditionis exiſtat non poſſit ſuccedere, ui
detur omnem potentiam, & poteſtatem ſucce-
dendi abrogare,cum negatiua præpoſita uerbo,
10 poteſt,omnem prorſus tollat ſuccedendi faculta
tem,& quandam formam,& neceſſitatem indu-
cat, à qua ne latum quidem unguem poteſt rece
di,gloſ.ordinaria in cap.primo,in uerbo,non po
teſt,de regulis iuris,in 6.Iaſ.poſt alios,in l.Gal-
lus, num.16.& 17.ff.de liber.& poſthum. & in-
numeros refert interpres ad ſtatutum noſtrum,
cap.305.num.4.in primo, hæc enim fœminarū
excluſio adeo præciſa,& maſculorum adeo ma-
nifeſta, & repetita incluſio, aperit, & patefacit
mentem teſtatoris eam fuiſſe, ut agnationi pro-
ſpiceret,quæ maſculorum exorta prole,& ſobo-
le maximè conſeruatur,ut dicitur de ſtatuto ex-
cludente fœminas,cuius ratio eſt agnationis fa-
11 uor, ut bona in ea conſeruentur ad eius commo-
dum, & ſplendorem, qui obſoleſcit paupertatis
ſordida ueſte,ut Alexand.Iaſon,Decius, & alij
communiter ſentiunt,in l.ſecunda,§.prætor,nu-
mero 9.ff.de in ius vocando,& notatur ad ſtatu-
tum,cap.278.num.10. in primo, quorſum enim
uoluiſſet prudens teſtator adhibere ſtrictam, &
præciſam adeo fœminarum excluſionem ſi ante

oculos

oculos non habuiſſet hanc ipſam, quàm defendi
mus bonorum conſeruationem in ipſis deſcen-
dentibus maſculis legitimè natis ad familiæ de-
cus conſeruandum, & ad eius dignitatis memo-
riam propagandam.

Secundo hoc idem confirmatur cum ſuas ip-
ſius filias omnino excluſerit à ſucceſſione, volue
ritque eas ſola dote tacitas eſſe debere, & contẽ-
tas, quod mehercle mirificè valet ad colligendã
teſtatoris mentem eam fuiſſe, vt conſeruaret bo
na in agnatione, cũ maſculos poſtea ſemper vo-
cauerit, fœminas excludẽdo, & ideo quoties pro
prias filias excluſit, filiorum appellatio, quæ alias
eſſet apta ad filias comprehendendas neptem
12 non videtur continere ad excluſionem agnato-
rum etiam ex tranſuerſo coniunctorum, vt ſcri-
bit Marzarius inquiens iudicatum fuiſſe contra
neptem à Sacro Rom. auditorio, epitom. fidei-
commiſs. parte ſecunda, quæſt. 21. verſicu. non
omitto, quod licet ſit poſitum in magna contro-
uerſia, tamen quando ſubſtitutus eſt ex deſcen-
dentibus teſtatoris neptis facilius excluditur ex
13 ea coniectura, quod proprias filias excluſerit, vt
diſtinguit Cardinalis Mantica, eod. trac. lib. 11.
titu. 14. num. 8. & 9. & procedit ſine difficultate,
quando teſtator vſus eſt nominibus collectiuis,
nempe deſcendentes adiiciendo maſculinã qua-
14 litatem, vt latè comprobat Simon à Prætis de
interpr. vlt. volunt. lib. 3. fol. 2. nu. 37.

Tertiò cum teſtator voluerit, & reliquum ſuæ
hæreditatis remaneat, & remanere debeat per
hæc verba, & ita volo aliis deſcendentibus meis
maſculis in ſtirpes, & non per capita remanere,
cenſetur inductum perpetuum inter ſuos deſcẽ-
dentes maſculos fideicommiſſum ordine ſucceſ
ſionis ſeruato ſine temporis præfinitione ſicut
15 dicitur per illa verba volens bona ſua transferri
de hærede in hæredem, in authen. de reſtitutio.
fideicommiſ. §. nos igitur. Curtius ſen. videndus
conſilio 42. num. 9. & ſcribit idem Prætus lib. 3.
ſolut. 11. num. 24. fol. 290. & ſolut. 10. num. 18.
fol. 285. Alba conſilio 442. num. 6. & conſ. 467.
num. 4. & licet nomen deſcendens, tanquam col
16 lectiuum comprehendat tam maſculos, quàm
fœminas, l. vltima, C. de ſuis & legit. hæred. atta
men cum adiecta ſit qualitas maſculinitatis ad
fœminas non porrigitur, quia teſtator cenſetur
17 voluiſſe conſeruare agnationem, & ſenſiſſe, vt ad
mittantur ſolum maſculi per lineam maſculinã,
vt magis commun. profitetur idem Mantica, li-
bro 8. titu. 11. num. 7. & in ſimilibus terminis cõ
firmat Alba videndus conſilio 123. num. 15. &
pluribus ſequent. & ante eum Soc. iun. conſilio
primo, num. 94. volum. primo, & conſilio 168.
vbi vide, num. 49. & infra, lib. ſecundo, cui addo
præſidem Menochium de præſumpt. lib. 4. præ-
ſumpt. 91. num. 5. & 7.

Quarto hoc idem mirificè confirmat verbum
remaneat, & remanere debeat, & ita volo aliis
18 deſcẽdẽtibus meis; nam hoc verbum, remaneat,
eſt commune, vt tradit gloſ. in l. tale pactum, §.
fin. in verbo, maneat, & ibi notat Bartolus, num.
primo, ff. de pactis, Iaſ. videndus in l. Centurio,
num. 70. & Ripa num. 191. qui dicit omnes cum
hac tranſire ſententia, ff. de vulgar. & pupillar. &
fideicommiſſum inducit perpetuum, & ſucceſ-
ſiuum, mutuumque, & reciprocum; nam non po
19 teſt remanere niſi à primo ad poſtremum tran-
ſiret, & qualitas huius verbi neceſſitatem quan-
dam reciproci, & actiui, & paſſiui fideicommiſſi
importat, text. optimus in l. Codicillis, §. inſtitu
to, de legat. ſecundo, & in terminis tradunt De-
cius videndus conſilio 425. num. 7. Soc. ſen. con
ſi. 227. nu. 3. & Pariſius omnino videndus, quia
multa ad hanc rem videnda affert conſilio. 42.
20 num. 41. lib. 2. vbi num. 39. conſiderat neceſſariã
antecedentiam inductam ex neceſſitate conſe-
quentis, & optimè conferunt, quæ ſcribit Ce-
phalus conſilio 478. num. 34. lib. 4. facit Præſes
21 Menochius præſumptio. 68. lib. 4. num. 12. & id
maximè eſt dicendum cum teſtator digreſſus ſit
ad plures gradus, vt ibi deſcendentium deſcendẽ
tibus, idem Menoch. num. 10. Ruſticus tract. an
& quando liberi, lib. 3. cap. 5. num. primo, & in
conſ. primo, poſt eum trac. impreſſo. nu. 37.

Quinto cum teſtator diſpoſuerit, vt reliquũ
hæreditatis remaneat, & remanere debeat de-
ſcendentibus, ſequitur, vt fideicommiſſum ſit in
rem ſcriptum, & ſeu reale, & iniunctum rebus, &
22 hæreditati, & afficiat omnes ad quos hæreditas
peruenit, ita vt etiam illi, qui eam poſſident cen-
ſeantur expreſſe grauati, vt rectè probat Pariſius
eod. conſilio 92. num. 43. vbi vide, & conſil. 37.
volum. ſecundo, & optimè facit Borginus de-
ciſio. 5. lib. 3. num. 91. verſic. bene verum, Petrus
à Petra de fideicommiſ. quæſt. quinta, num. 7. &
8. & quæſt. ſecunda, num. 5. Petrus lib. 3. fol. 10.
num. 15. fol. 285. Ruſticus, an & quando liberi,
lib. 5. cap. 5. num. 8. vbi vide, & optime confert,
quod crebriori conſenſu ſcribitur, in ea conclu-
ſione, vt ſcilicet prohibitio alienationis per ſe
23 ualida, ſi adiecta ſit ratio, quia teſtator velit bo-
na in ſuis deſcendentibus remanere, inducat ab-
ſolutum fideicommiſſum etiam in caſu mortis,
vt ſcribit Alciatus noſter conſilio 102. in princi.
lib. 9. & conſilio 35. num. 8. eod. libro, Mantica
lib. 6. titu. 14. num. 25. vbi de magis communi
atteſtantur Petrus à Petra, eod. tractatu de fidei
commiſſis, ex prohibita alienatione, quæſt. 5. nu
mero 42. & 43. quia tunc conuenit, vt ratio di-
24 ctum ampliet, ex doctrina Bar. in l. pater filium,
§. fundum, num. 2. de leg. 3.

Sexto accedat verbum illud, & ita volo, quod
25 apertum affert fideicommiſſum, l. ſecunda, C.
communia de legatis, & in pũcto tradit Decius
videndus eod. conſil. 425. num. 7. poſt Bartolum
26 eod. §. fundum, nam diſpoſitionem inducit, quã-
do à teſtatore profertur, idem Bartolus in l. Pã-
philo, §. propoſitum, ff. de legat. 3. & notatur in
l. cunctos populos, C. de ſumma Trinitate, & fi-
de Ca-

de Cathol.& quamuis non ſit directum aut obli
27 quum,attamen aſſumit naturam verbi cui adiũ
gitur, vt declarat idem Bartolus in l.cum quis,§.
Sciam,de legat.3.& l.apud Aufidium,ff.de opt.
leg. & cum adiectũ habeat hoc noſtro caſu ver-
bum remanere,quod eſt commune,eam aſſumit
28 naturam, & ſatis eſt, quod omnino diſponat,&
fideicommiſſum importet, Alexan.in l.quoniã,
numero 3. C.de teſtam. & propterea in vltimis
voluntatibus verbum volo, & iubeo,idem ſunt,
vt egregiè firmat Baldus in l.ſecunda, nume.3.
C.communia de legat. & cum in vltimis volun-
tatibus attendatur mens etiam coniecturis elici-
29 ta nihil refert in legatis, & fideicommiſſis inter
verba directa,& deprecatiua, vt ibidem,nume-
ro ſecundo, affirmat idem Baldus,& propterea
fideicommiſſa etiam nutu inducuntur, l.nutu, ff.
de lega.3.vel nuda voluntate relinqui poſſunt,l.
pen. de leg.1.l.cum proponebatur,de leg.ſecun-
do,l.cum virum, C.de fideicommiſs.& quando
30 agitur de intelligentia fideicommiſſi iam indu-
cti,vt hic,tunc leuiores ſufficiunt coniecturę,Iaſ.
in l.poteſt,ff.de vulgar. Ripa in l.hæredes mei,§.
cum ita,nume.17. ad Trebellian. quos ſequitur
Alba.conſil.467.num.13.

Septimo cum teſtator ſemper per viam gene
ralis diſpoſitionis fœminas deſcendẽtes excluſe-
rit,imo & proprias filias, & deſcendentes maſcu
31 los legitimè natos prętulerit,hinc neceſſario con
ſequitur, vt agnationis fauorem ante oculos ha
buerit,cum is per hos conſeruetur, per illas vero
deſtruatur, vt inquit doctiſſimus Alciatus noſter
conſil.15.numero primo,lib.ſecundo, & ad ſen-
ſum patet,indeque ſatis probatus intelligitur a-
gnationis fauor aptus ad fideicommiſſum indu-
cendum,maximè fauore deſcendentium maſcu-
lorum ipſius teſtatoris,quos credendum eſt,teſta
32 torem ipſum propenſiori amore, & maiori bene
uolentia diligere voluiſſe,vt optimè arguunt Al
ba.conſilio 484.num.12. & conſilio 155. num.
7.Mantica de coniecturis vltimarum volunta-
tum, lib.8. titu.18. num.16. & quando teſtator
ſępe facit mentionem de filijs maſculis,cenſetur
33 voluiſſe fideicommiſſum inducere ad eorum fa-
uorem excludendo proprias fœminas, Dec.con-
ſilio 15.idem Alba conſilio 357. num.11. Ruſti
cus,eod. tracta.an & quando liberi, lib.ſecundo,
cap.ſecundo, Prætus omnino videndus eodem
tracta.de interpretatio. vltimarum voluntatum,
libro tertio,ſolut.11.numero 5. verſic.tacita, &
numero 3.fol.288.præterea hæc eadem inducẽ-
di fideicommiſſum aperta voluntas colligitur cũ
etiam legitimè conceptos maſculos vocauerit,
quod in ſe habet maſculorum illegitimè nato-
rum excluſionem, quæ facta non fuiſſet niſi ad-
34 fuiſſet animus inducendi fideicommiſſi in deſcẽ-
dentibus legitimè natis, vt tradit Alba.eod.con-
ſilio 357.num.10.& Soc.iun. videndus conſilio
110.numero 26.lib.3. Ruſticus trac.an & quan
do liberi,lib.3.cap.3.numero primo:nam exclu-
ſio illegitimè natorum inducit vocationem, &
35 fideicommiſſum in legitimè natis, & id maximè
eſt dicendum, cum idem teſtator ſæpe eaſdem
qualitates repetierit dicendo,& remaneant,& re
manere debeant alijs deſcendentibus maſculis,
quæ verborum geminatio, & inculcatio magis
enixam,& deliberatam inducendi fideicommiſ-
36 ſi voluntatem oſtendit, l. Baliſta,ad Trebellian.
Idem Ruſticus,eod.tract.lib.ſecundo,cap.5.nu-
mero primo, Petrus à Petra inquiens ex his ver
bis geminatis fideicommiſſum induci cum ex eis
mens certior, & firmior colligatur, quæ in fidei-
commiſſis primum locum tenet, relato tract.de
37 fideicommiſſis,quæſt.5. num.33. quæſt. prima,
numero 50. & quæſt.9. num.246. & quæſt.15.
num.200. Prętus relato vtique tract.lib.2.fol.4.
num.11.& 22.fol.158.

Octauo,idem ſenſus adiuuatur, & mirificè cõ
firmatur cum teſtator hæreditatẽ remanere vo-
luerit deſcendentibus ſuis maſculis in ſtirpes, &
non in capita, quod fideicommiſſum importat
38 inter deſcendentes quos cum voluerit ſuccedere
in ſtirpes,& non ſecundum gradus pręrogatiuã,
certum eſt,eo ordine illos vocaſſe,vt egregiè pro
ſequitur idem Pariſius, eo.conſilio 92.num,58.
lib.ſecundo, Ruſticus ex citato ſæpius trac.an &
quando liberi,lib.5.cap.6.num.8. Præſes Meno
chius præſumptio.76.lib.4.num.74. Marzarius
epitom.fideicommiſs. parte ſecunda, quæſt.34.
præſcribendo enim hanc formam ſucceſſionis
cenſetur eos omnino clarè vocaſſe, & voluiſſe,
vt hæreditas ad ſuos deſcendentes maſculos
eo modo in perpetuum, vt fert collectiui nomi-
nis qualitas, trãſiret, fœminis excluſis agnatio-
nis fauore cui omnino conſultum eſſe volebat,
omnem ſuum amorẽ ad eam curam conferens,
à qua tamen quis non ſinat in contrarias par-
tes ita diſtrahi, quin aliquando apud ſe ipſum
de ſe ipſo loquens,quid maius toto corpore con-
tentioni vocis aſſeruans,non exclamet, auſculta
paucis, & quid ego te velim, & tu quod quæris
ſcias. Equidem valde miſer,& infœlix eſt is ha-
bẽdus,qui dies, menſes, & annos enumerat, nec
ſe ipſum reſpicit,aut ad ſe tandem aliquando re
39 uerſus,exit de triclinio humanarum delitiarum,
& voluptatum, & ingreſſus ſui cordis cubiculũ,
ipſe ſe ipſum interrogat, & quærit, quis ego
ſum,quis fui,quis ero,ſed brutorum animalium
more,capite in ſacculum vitiorum demerſo, vi-
tam ferinam traducit, vt ſtultus putat, ſe perpe-
tuo his voluptatibus frui poſſe, nec vnquam ab
hac luce diſceſſurum aut extremi fati neceſſita-
tem omnibus communem effugiturum, cum iã
ad ætatem prouectam perueneris, quæ pruden-
tia,& conſilio abundare debet,caue, ne ex ea re-
puereſcas,& in cunis ſenex,infans,adhuc vagias
cui vtinam vitæ innocentia ſimilis eſſes:nam ni-
ſi paruulus fias in atrium cœleſtis illius gloriæ
non introduceris,aula illa innocentiam requirit
quæ cum eluceat in infantibus, tu,maioris æta-
tis fa-

tis factus ita viuas, vt omnibus proſis, & nemini
non modo leuiter, ſed nihil noceas, innoxiuſque,
& innocens, vt paruulus minimè timeas quas ti-
bi afferet accuſationes tenebrarum princeps, in
die illa tremebunda, in qua tibi erit velis nolis
ab humana hac luce recedendum, & in qua de-
relinques terrena, & caduca hæc bona, quibus
valde nimis ita delectabaris, & quæ ſempiterna
putabas minimè de morte cogitans, quæ quoti-
die magnis itineribus aduentans te incautũ op-
primere contendebat, & quæ te ipſum horribili
tubæ ſono ad iudicium vocabit, & te coget ad ex
quiſitam ante actæ vitæ rationem ineundam; co
gites igitur frequenter, quod cinis es, & in cine-
rem reuerteris, & quod immortalis animæ do-
micilij ſedes eſt alibi conſtituenda, alibi quærẽ-
da vera fœlicitas, & alia ſolidior eſt petenda, &
expetenda lætitia, nulla ægritudine aut infortu-
nio cõtaminata, dinumeres igitur ſingulos dies,
& ex eis, quam partem Deo dederis, ſæpe reco-
gites, nec ſinas domus tuæ parietes perfodi a fu-
raciſſimis furibus tam diurnis, quàm nocturnis,
qui eam circuunt, & tanquam rugientes leones,
quærunt, quem deuorent, & cum ignores qua
hora illi irruptionem facere debeant, continen-
ter aduigiles, & omni die ſic viuas, ſicut ſi illa
die eſſes moriturus, & pro certo habeas omnia
repentina, & inopinata grauiora fore, leuiora
autem eſſe, quæ præuiſa, & in tempore prouiſa
fuerint, id non opinantes falſo ducuntur gaudio,
& ſperantes iam amoto metu oſcitantes interea
opprimuntur, & idcirco rectè teſtator is noſter
multa, quæ euenire poterant animo peruolutãs,
complures hoſce ſubſtitutionum gradus adiecit
& domui ſuæ, vt magis conuenire putauit, diſpo
ſuit, quę cum ita ſe habeant facili negotio de me
dio tolluntur, quæ ſuperius ex contrario protu-
limus.

Nam ad primum dicitur prohibitionem illã
alienationis ad tempus intelligi debere reſpectu
legitimæ, quæ ad tempus prohiberi poteſt, cum
potius dicatur prouiſio fauorabilis, quàm onus
quod grauate, & non benignè imponitur, vt cõ-
40 munem dicit Decius conſilio 442. numero 28.
quod & ſatis declaratur ex ſequenti capite qua-
tenus teſtator voluit vbi ſupereſſent filiæ à tri-
bus ſupra, quod ſuccedere poſſent in tertia par-
te bonorum computata legitima, & Trebellia-
nica, & non in plus, quod manifeſtè oſtendit il-
lam prohibitionem inductam ad fideicommiſſi
conſeruationem, fauore deſcendentium maſcu-
lorum poſt illud tempus non debere includere
alienandi permiſſionem, in perniciem ſubſequẽ-
tis fideicommiſſi generalis includentis deſcendẽ
41 tes maſculos, & excludentis eorum fauore ipſas
fœminas, vnde cum proinde fideicommiſſum vi
geat per ſe, & per caput principale, & ſeparatũ
conſiſtat ſine dicta prohibitione ad tẽpus, etiam
poſt, merito in ſuo robore perſiſtit, vt declarant
Crottus l. filiusfamilias, §. diui, numero 42. de.
legat. primo, idem Prætus relato tract. lib. 3. in-
terpretat. 3. ſolut. 10. numero 15. fol. 284. & dixi
ego conſilio 116. numero 10. volum. ſecundo,
nam ſi daretur hæc alienandi vniuerſa bona fa-
cultas, eaque non eſſet reſtricta ad legitimam cõ
ſequeretur, vt facile ad hæredum arbitrium ina-
nis efficeretur, & labefactata repente concideret
explicata tanto verborum apparatu voluntas te
ſtatoris, qui voluit, vt bona ſua, & reliquum hæ-
reditatis dempta tertia illa parte in qua quatuor
filiæ poſſent ſuccedere, remaneret alijs deſcendẽ
tibus, quomodo enim apud eos remaneret per-
petuo, vel ſaltem diuturno tempore, vt conſide-
rauit, & deſiderauit teſtator vocando deſcenden
tes, & deſcendentium deſcendẽtes, ſi poſſent poſt
viginti annos pro libito voluntatis alienari? Vt
igitur vna pars alteri concordetur, erit dicẽdum,
vt illa tacita permiſſio, quæ oritur ex alienatio-
nis prohibitione ad tempus intelligatur reſpe-
ctu eius ad quod fideicommiſſum referri nõ poſ
ſet, & ad id quod legib. quis facere cogitur prout
eſt legitima, quæ onus non recipit, niſi prouiſio-
nem ad tempus, vt ſupra, l. quoniam, in priori-
bus, C. de inofficio. teſtamen. poſſet etiam dici,
42 vt illa prohibitio tanquam ſcripta ipſis ſolis fi-
lijs primi gradus propter dictionem illã, ipſi filij,
quæ (vt noſtri aiunt) eſt perſonaliſſima, & ad
43 oculum demonſtrat, Ripa in l. filiusfamilias, §. di
ui, numero 125. ff. de legat. primo, non operetur
alienandi permiſſionem reſpectu aliorum deſcẽ-
dentium, cum maximè teſtator voluerit, vt in
omnem caſum non fierent alienationes ſine cõ-
ſenſu ipſius, Suſannæ matris dictorũ filiorum hę
redum inſtitutorum, vel erogatariorũ, & ſic vo-
luerit id permittere, ſi pur, eo modo permiſit ni-
ſi illis filijs primi gradus cum conſenſibus de qui
bus ſupra, non alijs poſtea in ſequenti fideicom-
miſſi capite vocatis; prætetea cum teſtator præ-
ciſe voluerit, vt nulla mulier poſſet ſuccedere, &
ſi ei relinqueretur, plus tertia parte, quando eſ-
ſent à tribus ſupra, voluerit alijs deſcendentibus
maſculis applicari, conſequitur etiamſi aliena-
tio poſt illud tempus fuiſſet permiſſa, non tamẽ
fieri potuerit in fœminas, cum ſint ex perſonis
nominatim prohibitis, vt dicitur de emphyteu-
ſi, quæ licet facta denuntiatione ipſi domino, &
44 eius ſubſequuta tacita, vel expreſſa renuntiatio-
ne poſſit libere alienari alijs perſonis, debet ta-
men intelligi dummodo non alienetur perſonis
à iure, vel ex conuentione prohibitis, l. 3. & ibi
eſt optima gloſſa, in verbo, verari, quàm commu
ni aſſenſu ſequuntur ibidem ſcribentes, C. de iu-
45 re emphyt. & cum bona ſubiecta fideicommiſſo
poſſint pendente conditione alienari, l. fin. §. ſin
autem, C. commun. de legatis. ſatis agit illa pro-
hibitio cum hanc alienationem impediat vſque
ad illud tempus viginti quinque annorum,
poſt illud licet concedat, tantum reuocabiliter
concedit, donec eueniat caſus fideicommiſſi ob
mortem, vt diſtinguit Ripa, in l. filiusfam. §. diui,
num. 1..

num. 11. de leg. primo, & ibidem Socin. iunior, numero 91.

Ad ſecundum reſpondetur alienationem factam à Ioan. Maria per viam teſtamenti in eius filias poſt filij mortem non potuiſſe fieri aduerſante narrati fideicommiſſi lege, quæ vt iam ſuperius probaui, non potuit irrita fieri ex tacita alienandi permiſſione, quia illa reſtringitur ad legitimã, vel intelligitur, vt proximè explicaui.

Ad tertium dicitur omnem tolli dubitatio-
46 nem, tum quia appellatione legitimi, & naturalis venit legitimè natus, maximè intelligendo, ut intelligi debent verba in potentiori ſignificatu, §. ſed ius, Inſtitu. de iure naturali, gentium, & ci-
47 uili, & quando poſſunt intelligi de legitimitate naturali, vel ciuili, debent intelligi de naturali, vt tradit Simon de Præt. relato ſæpius tract. lib. primo, ſolut. ſecunda, numero 14. folio 56. præterea per ſequentia verba cuiuſuis conditionis, vt mox dicam, tollitur omnis ambiguitas.

Ad quartum reſpondetur, caſum noſtrum in quo adſunt duæ tantum fœminæ contineri ſub capite prohibitionis, ne ſcilicet mulier aliqua poſſet ſuccedere, & quatenus teſtator loquutus eſt de reliquo hæreditatis, dicendum eſt voluiſſe
48 intelligere de eo, quod reliquum fuiſſet dempta legitima ad tempus vigintiquinque annorum, prohibita, & poſt illud tempus alienari permiſſa; & item reſpectu tertiæ partis, quæ potuiſſet relinqui vbi adfuiſſent filiæ a tribus ſupra, vel demptis legatis, vt in ſimilibus terminis doctè docet Bartolus in l. Centurio, colum. penultima, verſicu. quæro quid in inſtitutione teſtator, ff. de vulgar. & pupilla. nec prohibitio eſt reſtringenda ad cauſam inteſtati, quia verbum ſucce-
49 dere tanquam commune, vt notant Bartolus, & alij, columna vltima, verſic. quinto dubitatur, eadem l. Centurio, ff. de vulgar. & pupillar. & tanquam generale comprehendit vtramque ſucceſſionem, ſcilicet, inteſtati, & teſtati, vt ſatis apertè ſe ipſum declarauit teſtator quatenus dixit, vt vbi qui dictas filias habuiſſet reliquiſſet vltra tertiam partem, cenſeretur portio deuoluta, & applicata alijs deſcendentibus maſculis, hinc apparet eum voluiſſe complecti, & prohibere quoſcũque modos ſucceſſionis, cum vt iam præmonuimus negantem dictionem verbo, poteſt, præponendo omnem facultatem ſuccedendi ſiue ex teſtamento ſiue ab inteſtato præripere voluerit ad hoc vt bona remanerent apud deſcendentes maſculos legitimè natos agnationis fauore, cui
50 omnino, & omni meliori modo prouiſum eſſe voluit Alciatus noſter conſil. ſecundo, num. 16. & 17. lib. 9. vbi vide.

Ad quintum reſpondetur caſum eſſe clarum, tum quia deſcendentes vocauit, quo caſu cum collectiuum ſit nomen, omnes, vſque in infinitũ ordine ſucceſſiuo per fideicommiſſum vocati intelliguntur, tum quia voluit in eis bona remanere, quod in neceſſariũ antecedens præſupponit tranſitum de vno in alium, mediante fideicõmiſſo; tum quia rem affecit, & non ſimpliciter perſonas; vnde fit, vt ad quoſcunque res ipſa perueniat, debeat cum ſuo onere tranſire, & idcirco cum in dubio non verſemur, diluitur aduerſa argumentatio: præterea aliud eſt, quod agatur de inducendo fideicõmiſſo vbi nõ eſt, in quibus terminis ꝑcedit aduerſa argumẽtatio aliud eſt vbi illud adſit, ſi tractetur de eo ĩtelligẽdo, & fauore agnationis explicando, & cum conſtet de clariſſima teſtatoris mente; quod ſcilicet voluerit ipſi agnationi, vt eſt commune nobilium virorum deſiderium proſpicere, vocando deſcendentes maſculos legitimè natos, & tam præciſis verbis
51 excludendo mulieres cuiuſuis cõditionis eſſent; & ſic non tantum legitimatas, ſed etiam legitimè natas, poſtquàm etiam proprias filias legitimè natas excluſit maſculorum fauore, etiamſi dubius eſſet caſus, prout tamen clarus videtur, equidem eſſet meo iudicio inclinandum in hanc ipſam partem, quæ menti teſtatoris fauet, nempe fideicommiſſo, poſtquam idem teſtator in id propendere tot certiſſimis declarauit verbis, & perſpicuis atque indubitatis argumentis, vt optimè poſt alios diſtinguunt Præſes Menochius præſumptione 67. numero 20. & infra, lib. quarto, Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 7. titu. primo, numero 14. vſque ad finem, & peregregiè Simon à Prætis, videndus ſæpius excitato tracta. de interpretatione vltimarum voluntatum, libro tertio, ſolu. tertia, numero 16. & ſupra, & infra, maximè numero 22. fol. 276.

Laus vni, & Trino Deo.

Io. Petrus Biminus Mediol. I.C.

PRO POMPEIO, & Alphonſo fratribus Caſtillioneis Feudatarijs.

ARGVMENTA.

Legitimatus filius, vt ſuccedat in bonis, in teſtamento relictis, in quo erat prohibita detractio legitimæ, & in relinquendis etiamſi minor eſſet portio quam legitima, an legitimam conſequi poſſit cõtra patris voluntatem in præiudicium fideicommiſſariorum doctè, & eleganter explicatur.

Pecunia à patre penes mercatores depoſita nomine filij, an filio quæſita cenſeatur.

Fuueris

Digitized by Google

Funeris impenſa, quam hæres fecit contra teſtatoris iuſſum, an ex fideicommiſſo deduci queat.

Hæres, quæ onera agnoſcat in fideicommiſſi reſtitutione, & an ſuum ipſius creditum detrahere poſſit.

Teſtator ſi mandauit, vt ex fructibus hæreditarijs dos vxoris ſolui poſſet, an neceſſitatem ſic agendi impoſuiſſe videatur.

SVMMAE RERVM.

1 Actus humani reguntur à potentia, & voluntate.

2 Legitimam Natalibus reſtitutus, & ad honores non detrahit contra patris voluntatem, vel ante legitimationem, vel in eius actu declaratam, quia quis non poteſt legitimari, vt ſuccedat aduerſus teſtatoris voluntatem, ex commun. doct. ſententia.

3 Teſtamentum eſt iuris gentium inuentione, licet ratione forma, & ſolemnitatis dici poſſit iuris ciuilis, ex communi ſcribentium opinione.

4 Teſtamenti factio licet ſacrorum legum imperio ſubſit, tamen debet eſſe libero à coertione hominis.

5 Legitimari quis poteſt ſub ea cõditione, vt vel patri prorſus non ſuccedat etiam in legitima, vel ei ſuccedat in eo tantum quod ſibi placuerit, etiã ſi minus eſſet legitima.

6 Legitima poſſe patrem filium legitimatum priuare ſi in legitimatione hoc actum ſit ex com. doct. ſent. aſſeritur.

7 Legitimationi ab initio conditiones addi poſſunt quæ ſunt omnino ſeruandæ.

8 Venditor poteſt adycere pacta, quibus conditio reſoluatur tempore contractus, ſecus poſt.

9 Velle n dicitur qui poteſt, & nolle.

10 Legitimatus ea conditione, vt patri ſuccedat in ea tantum parte, quæ ei relicta fuerit, ex teſtamento, vel alia eius voluntate, & non vltra abinteſtato patri ſuccedere nequit, ex com. interpret. opinio.

11 Legitimatus ita vt patri ſuccedat niſi in eo parte, qua ei relicta fuerit etiamſi minor ſit legitima, ſi fuerit in teſtamento præteritus, vel exhæredatus, non rumpit teſtamẽtum, nec habet querelam inoſſicioſi.

12 Teſtamentum rumpendi aut impugnandi, qui non habet ius, abinteſtato non admittitur.

13 Filio abinteſtato excluſa cenſetur etiam excluſa à petitione legitima facto teſtamento.

14 Legitima non debetur legitimato cum clauſula ſine præiudicio venientium ab inteſtato.

15 Legitima non debetur niſi ei, qui poteſt dicere teſtamentum nullum.

16 Legitimatus cum clauſula, vt non ſuccedat niſi in ea parte, quæ ei fuerit relicto, nequit dicere teſtamentum nullum ex com. doct. ſent.

17 Legitimatus plenè ex conſenſu patris licet ſi præteritus ſit, teſtamentum rumpat, tamẽ ſi eo mortuo abſq; eius voluntate ſe legitimãdum curet, non rumpet teſtamentum.

18 Legitimationes ex iure municipali Mediolanenſium irritæ ſunt niſi expreſſa patris voluntas intercedat.

19 Hæres tanquam ſuus alteri inuito, quis non agnoſcitur.

20 Legitimatus non dicitur, ſed potius diſpenſatus, qui natus eſt ex muliere cum qua matrimonium eſſe non poterat, & ex ſtupro.

21 Adulterium eſt maius delictum in perſona nobili, quàm in alijs.

22 Legitimatus per ſubſequens matrimonium non dicitur qui natus eſt ex patre, qui habebat vxorẽ, ſed ex puella nobili.

23 Legitima non debetur diſpenſato.

24 Diſpenſatus dicitur ſi Comes Palatinus verbo, diſpenſationis vtatur.

25 Dictio adhoc, demonſtrat motiuum finale, vel impulſiuum.

26 Cauſa eſt quid præteritum, vel inſtans, quo impellimur, vt aliquid diſponamus.

27 Cauſa finalis illa dicitur, quæ aſſignatur à teſtatore loco finalis.

28 Dictio omnis, omnia comprehendit, & etiam futura.

29 Dictio omnis, omnia comprehendit, quæ poſſunt cõprehendi.

30 Conditio importatur per clauſulam, cum hac tamen conditione, & lege vbi ſequatur dictio, ſi.

31 Conditio per quæ verba importetur.

32 Relatiuum, qui, quæ, quod, adiectum verbo futuri temporis ſi referatur ad id quod eſt ſubſtantiale ipſius diſpoſitionis, eam totam conditionalem facit.

33 Geminatio ſic expreſſam teſtatoris voluntatem oſtendit, vt alia declaratio dari nequeat.

34 Ex principij ordine finem interpretamur.

35 Præfationes diſponentis mentem declarant.

36 Dictiones tantum, & non vltra, & taliter, reſtringunt, & ſæpius repetita ita limitantur, vt extra expreſſos caſus diſpoſitio non trahatur.

37 Dictio, & non aliter, nec alio modo, conditionis vim habet, & facit, vt actus ſi non valet eo modo quo geritur, aliter etiam non valeat.

38 Limitata cauſa, potentia, & modus limitatum effectum producunt.

39 Relatum dicitur eſſe in referente.

40 Codicilli, pars teſtamenti ita ſunt, vt vna & eadẽ cenſeatur diſpoſitio.

41 Dictio illo in totum perueniat, ſicut impedit detractionem Trebellianica, ita etiam legitima, in caſibus, in quibus poteſt prohiberi.

42 Legitimatus ad honores, & ſucceſſor ab inteſtato factus licet ſit limitatum ius ſuccedendi prout patri videbitur, dicitur plenè legitimatus, atque ideo legitima ei deberi videtur.

43 Legi-

43 Legitimatus tum limitoto ſucceſſione dicitur diſpenſatus, quoties limitatio adiecto eſt ad quo li ficãdum perſona legitimationem, ex magis com mu. doct. ſent.

44 Legitimatus, vt ex teſtomento ſuccedat, & quidẽ limitoto modo, & prohibito detroctione legitima cenſetur prohibitus ob inteſtato ſuccedere, & vt etiom non odmittatur ob inteſtoto contra potrũ voluntatem.

45 Legitimatus plenè ratione perſona, cui tempore legitimationis per modum conditionis limitata ſit ſucceſſio, legitimom non detrahit contra voluntotem patris prohibentem eam.

46 Filius legitimatus non detrohit legitimom contra voluntotem patris declarota onte actum legitimotionis, vel in eius octu.

47 Filius ita legitimatus, vt ſuccedat in ea tantum porte, qua ei relicta fuerit, etiomſi minor eſſet legitimo, licet legitima poſſit minui, non tamen videtur ei onus imponi poſſe.

48 Legitima on onus imponi poſſit vbi ſtatutum velit filiam eſſe contentam parte à potre relicto.

49 Legitimato ito vt ſuccedot in eo tontum, quod pater relinquere velit on in porte relicta onus imponi poſſit.

50 Legitima non debetur filio naturali, & tanto minus ſpurio.

51 Legitimatio eſt voluntaria iuriſdictionis.

52 Legitima filium priuore ſicut poteſt miles, ita & valet eundem onere fideicommiſſi afficere.

53 Legitimo minus relinquere, vel nihil relinquere mogna eſt differentia.

54 Specialio multo non ſunt in idem aggregando.

55 Verbo illa, modis, & formis à tonditionibus de quibus infra intelligi poſſunt temporaliter cauſatiue, & quomtitatiuè.

56 Legitimatus filius ſub certo conditione appoſita, vel ante legitimatum, vel ipſa legitimatione nullo modo, poteſt admitti ad ſucceſſionem contro patris voluntatem etiom reſpectu legitima.

57 Ad legitima retentionem impediendum ſotis eſt, quod ius ſucceſſionis ita limitotum, & reſtrictũ fuerit, vt ea deduci nequeat.

58 Conditione remota quotieſcunq; ſubſtantia diſpoſitionis remouetur, tunc nunquam conditio remouetur.

59 Legitimatus filius nequit legitimom detrahere aduerſus patris voluntatem.

60 In legitima, vt fructus computentur, poteſt pater ſtatuere filio legitimato.

61 Compenſandi animus colligitur, quando quis iubetur plus non petere.

62 Conditione non purificota diſpoſitio deficit.

63 Diſponendi ſacultas ad omne alicuius beneplacitum comprobotur tom in vltimo voluntote, quã inter viuos.

64 Diſponendi verbum, ſignificare videtur diſpoſitionem in vltimo voluntote.

65 Teſtomentum non ſumit vires niſi à die mortis.

66 Teſtomentum on ſola animi proteſtatione reuocari poſſit.

67 Pecunia à patre data filio, an cenſeatur data in peculium, vel magis donota.

68 Donotio inter potrem, & filium on iuramento firmetur.

69 Donotio, qua morte confirmatur interim reuocari poſſit.

70 Donatio inter patrem, & filium, vt morte confirmetur requiritur troditio ex communi doctor. ſent.

71 Filij nomine ſi pecunia mutuatur, vel deponitur per patrem, filio quaſita cenſetur obligatio tontro debitorem.

72 Filio à potre pecunia dato potius in peculium data cenſetur, quàm donota, idq; ſemper in dubio praſumitur ex com. doct. ſen.

73 Donotio praſumpta etiamſi alias morte confirmaretur, requirore tamen videtur ſolemnitatem in donationibus deſideratam à iure municipali, & conſtitutionibus Mediolanenſibus.

74 Pater numerãdo pecuniam mercatori filij nomine non videtur pecunia filio ocquiſita, ſed obligatio contra debitorem, qua loco traditionis habetur.

75 Poter ſi dederit pecuniã mercatori, vt cum ea negotietur ad filij vtilitatem videtur agẽ de ceſſione, & translatione iuris, & nominis debitoris.

76 Mercator pecunias recipiendo ſtatim obligatur, & videtur ei mandatum, vt rationes conficiat.

77 Actio non tenſetur quaſita illi, cuius nomine pecunia deponitur ſine teſtione ex communi doct. ſenten.

78 Depoſita pecunia modo non ſit in ſacculo ſignata con quom ſpecies poteſt depoſitorius vti, nec furtum committit.

79 Depoſitionis effectum tollit actus recuperationis depoſiti.

80 Veritas vbi locum habere non poteſt fictio non procedit.

81 Donatio qua morte confirmetur an requirat ſolemnitates à ſtatuto Mediolani deſideratas in donatione cauſa mortis.

82 Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum inſinuationem requirit, nec morte confirmatur in ſumma, quam tranſcendit.

83 Donatio dicitur inter viuos ſi in ea mortis mentio non fiat.

84 Donatio à fideicommittente facta vbi inanis ſit, bona ſub lege fideicommiſſi remanent.

85 Fideicommiſſo obnoxia remanet pecunia hareditoria.

86 Funeris expenſa qua dicatur, & quid eius nomine veniat.

87 Funeris impenſa nomine an veniant teſtes, qua fiunt ſamulis, vel dantur pauperibus pro eleemoſyna.

88 Funeris impenſa in dubio facta praſumitur ex bonis hareditorijs.

89 Fidei-

89 *Fideicommiſſario reſtituere tenetur hæres omnia in repertorio deſcripta, & mobilia omnia.*

90 *Funeris impenſa, quæ & qualis eſſe debeat.*

91 *Funeris impenſa, & forma vbi à teſtatore ſit præ-ſcripta, an & quando ſeruari, vel ſperni poßit.*

92 *Funeris expenſa vbi ſit à teſtatore taxata, poteſt hæres eam tranſcendere in ſui ipſius præiudicium, non autem hæredum ex com. doct. ſent.*

93 *Funeris impenſa vbi extra modum ſit, à legibus damnatur.*

94 *Funeris impenſa facta potius ad conſolationem, & ad pompam viuorum, quam ad mortuorum pietatem, non eſt deducenda ex bonis prælaturæ in funere prælati.*

95 *In funere, & quid teſtator ſeruari iuſſerit ſub pœna priuationis modo legibus non aduerſetur ſeruandum erit.*

96 *Funeris inanem pompã reſecans teſtatoris volũtas velut laudabilis à teſtatore minimè negligidẽt.*

97 *Teſtatoris iuſtum præceptum non ſeruans hæres hæreditate priuari poteſt.*

98 *In funerum inanes ſumptus, & pompas elegans execratio.*

99 *Expenſas ab hærede factas in legitimando cum his, qui partem hæreditatis exacto fideicommiſſo prætendebant, an poßit à fideicommiſſario repeti.*

100 *Expenſas, quas prælatus facit pro tuenda electione, an & quando ſocere poßit de bonis ſpoliura.*

101 *Expenſa facta in litigando cõtra creditorem hæreditarium an ab hærede repetatur.*

102 *De euictione quem tenet actio eundem agentem repelli exceptio.*

103 *Ad expenſas qui tenetur, cenſetur teneri quando principaliter, & primo loco vtilitas ad eum pertinet, non ſi in conſequentiam.*

104 *Expenſæ probatio debet eſſe certa, & concludens & vbi ſint paruæ probantur iuramento, vbi arbitrio iudicis ſint veriſimiles.*

105 *Hæres poteſt ſui ipſius creditum in reſtitutione fideicommißi retrahere niſi aliter teſtator prohibuerit.*

106 *Hæres tenetur ſubire legata annua, & onera annua bonis incumbentia.*

107 *Hæres deducit liberationem ficti libellarij vbi vtilitatem fideicommiſſarij tangat.*

108 *Fructus hæreditatis poteſt teſtator onerare, & decernere, vt ex eis æs alienum diſſoluatur.*

109 *Verbum, poteſt, in vltima voluntate ſi ad grauatum referatur, neceßitatem afferre videtur.*

110 *Verba deprecatiua in vltimis voluntatibus ſi ad grauatum diriguntur, diſponunt, & neceßitatem afferunt.*

111 *Tutor repræſentat pupillum, & ideo verba ad eũ directa ad pupillum inſcripta cenſentur.*

112 *Forma à teſtatore præſcripta quandam neceßitatem afferre videtur.*

113 *Ordo ſcripturæ eſt ſeruandus, & ab eo voluntatis interpretatio ſumitur, maximè ſi per dictionem copulantem is ordo præſcriptus ſit.*

CONSILIVM CCCIII.

Diuino ex corde implorato auxilio.

CVm humani actus regantur
1 à potentia, & à voluntate, c.
cum ſuper Abbatia, de offic.
delega. l. multum intereſt, C.
ſi quis alteri, vel ſibi. in præ-
ſenti cõtrouerſia, in qua quæ-
ritur, an Pompeius Caſtillionæus hæres Caroli
Caſtillionæi filij legitimati ſeu diſpenſati quon
dam Ioannis Baptiſtæ in hac fideicõmiſſaria re
ſtitutione fienda Põpeio, & Alfonſo fratrib. Ca
ſtillionæis feuda iarijs Ill uſtri. genere natis de-
ducere poſſit legitimã ex perſona ipſius Caroli.

Primum de poteſtate, mox de voluntate quę-
remus, & ſecundum ea, quæ proponuntur, Arbi
tror procul omni dubio ei hoc ius non eſſe, mini-
mè aduerſantibus dubitationibus ab integerri-
mis, & iuriſconſultiſſimis arbitris dd. Ioan. Men
doçia, & Hieronymo Caymo Reg. quæſt. extra
ord. reddi. Mediolani ex contrario motis & inie-
ctis, & cum in iudicando à communibus conclu-
ſionibus, in quibus veritas ineſſe ſolet, non ſit re
cedendum, conabor ego hanc noſtram ſententiã
earum firmiſſimo vallo communire.

Primo namque id probatur ea receptiſſima
concluſione, vt ſcilicet reſtitutus natalibus, & ad
honores, legitimam non detrahat contra patri
2 voluntatem, vel ante legitimationem, vel in eiuſs
actu declaratam, quicquid dici poſſet, ſi poſt per
fectam plenam legitimationem, & ſic poſt ius le
gitimato quæſitum ea fieret declaratio, ſi quidẽ
etiam per Principem ſuperiorem non recogno-
ſcentem quis ita legitimari nequit, vt ſuccedat
aduerſus teſtatoris voluntatem, l. ſi teſtamentũ,
C. de teſtamentis, & communem profitetur Car
dinalis Mantica de coniect. vltim. volun. lib. 11.
titu. 3. num. 9. & præſes Menochius tracta. præ-
ſumpt. lib. 4. præſumpt. 79. num. 23. Teſtamen-
tum enim cum ſit iuris gentium inuentione, li-
3 cet ratione formæ, & ſolemnitatis dici poſſit iu-
ris ciuilis, vt communem affirmat Iaſ. in l. inter-
dum, nu. 4. ff. de condic. indeb. & in l. ex hoc iure,
num. 46. & 47. ff. de iuſt. & iure, merito etiam re
ſcripto Imperatoris ei derogari nequit, vt inquit
Iaſ. ea. l. ſi teſtamentum, num. 1. C. de teſtamen.
Rui. conſil. 80. num. 7. & 8. volu. 3. ſi quidem te-
ſtamenti factio, quamuis ſacrarum legum Impe
rio ſubſit. l. nemo poteſt, de legat. 1. debet tamen
4 eſſe libera à coertione hominis; & omni iuri con
uenit, vt liber ſit ſtylus, & licitum, quod non re-
dit arbitrium, l. ſtipulatio, hoc modo conceſſa, ff.
de verbo. obliga. l. 1. C. de ſacroſanct. eccleſ. & di
ſtinguit Bald. in l. humanitatis, nu. 25. C. de im-
puberum, & alijs ſubſtitutionibus.

Secundo, ab hac maxima, & veriſſima propo

ſitione qua ſi veritatis vberrimo fonte alia com-
munis manat concluſio, nempè, vt pater poſſit
filium, ſiue naturalem, ſiue ſpurium legitimum
facere, ſeu legitimare, ea adiecta lege. & condi-
tione, vt vel et prorſus non ſuccedat etiam in le-
gitima, vel ei ſuccedat in eo tantum, quod ſibi
placuerit, etiamſi minus eſſet legitima, & cum à
principio res ſit producta, & vt ita dicam in eſſe
5 deducta cum hac conditione, & limitato effectu
non poteſt dici plenè deducta, ſed cum qualita-
te, quæ eſt omnino ſeruanda, cum ſit pars princi
palis diſpoſitionis, & ſine qua illa alias facta nõ
foret, vt eſt tex. præclarus, lib. feudorũ, in c. 1. de
filijs natis ex matrimonio ad Morg. contracto,
vbi ſi habens filios ex priore vxore ſuſceptos cõ
traxerit ea defuncta ſponſalia cum altera, & con
uenerit, vt filij ex ea naſcituri non ſuccedant niſi
in certa parte, ſeruanda erit lex conuentionis cũ
ea facta ſit eo tempore, quo actus eſt creatus, &
geſtus; quicquid dici poſſet, ſi id actum eſſet poſt
initum matrimonium, & ſuſceptos liberos, ita
probant in terminis limitatæ legitimationis, An
gel. in l. ſi ab eo. C. de legitimis hæred. Alex. cõſ.
vlt. lib. 5. & conſil. 30. lib. 4. Cremenſis ſingu. 17.
Iaſ. quem vide in rubr. ff. de liber. & poſth. num.
13. & infra, Caſtr. Dec. & alij, in l. pactum, quod
dotali, C. de collat. Idem Iaſ. viden. conſil. 162.
num. 1. & 2. vol. 2. vbi ingenuè fatetur, clariſſimũ
6 eſſe, patrem ſi velit poſſe filium legitimatum pri
uare legitima, ſi in legitimatione hoc actum ſit,
& de communi teſtimonium dicunt Curt. ſen. vi
dendus conſil. 73. num. 6. verſ. & ſic apparet, Pa-
riſ. conſil. 6. ſub num. 5. lib. 2. & quamuis ipſe in
ſuo caſu pro legitimato concludat, tamen id fit,
quia minus relictum fuerat, quã eſſet portio, ad
quam fuerat legitimatus, vt ibi per eum, Tiraq.
in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu.
205. & 298. & 319. C. de reuocan. donat. vbi ait
7 legitimationi ab initio conditiones huiuſmodi
addi poſſe, & ſeruandas fore. Idem præſes Me-
nochius tract. præſumpt. lib. 4. præſumptio. 79.
numero 51. ſecundum impreſſionem Taurinen-
ſem, quia id in Veneta deeſt, optimè confert
Neguſantius, trac. pign. quarta par. prin. nu. 35.
quatenus concludit venditionem poſſe adijcere
pacta quibus venditio reſoluatur tempore con-
8 tractus, ſecus poſt; & ratio noſtræ concluſionis,
meo iudicio, ea eſt, & quidem manifeſtiſſima;
Nam ſicut pater non poterat eum legitimum fa
cere; ita & multo magis ei licuit ius ſucceſſionis
temperare, & moderari, nec habet filius, in quo
doleat, cum id omne acceptum ferre debeat à be
nigna, & liberali patris voluntate, quæ ſi ſic effi-
ciendi neceſſitatem à principio habuiſſet, non
eſſet me hercle voluntas, aut liberalitas, ſed po-
9 tius coactio quædam, cum is velle dicatur, cui, &
nolle integrum eſt, l. eius eſt nolle, ff. de regulis
iuris.

Fin parte hui-
Decius in cons.
577 n° 6

Tertio; Alia item inde fluit communis con-
cluſio, vt legitimatus ea conditione, & lege, vt
patri ſuccedat in illa tantum parte, quæ ei reli-
10 cta fuerit ex teſtamento, vel alia eius voluntate,
& non vltra ab inteſtato patri ſuccedere neque-
at, quod quamuis aliqui impugnent vbi teſta-
tor dixiſſet, ſuccedat ab inteſtato, vel ex teſtamẽ
to, quatenus pater voluerit propter patris præ-
ſumptam voluntatem, qui aliter non diſponen-
do, cenſetur filio legitimam relinquere voluiſſe.
Attamen omnes vno conſenſu in ea permanent
ſententia, vt vbi deficiant illa verba ab inteſta-
to, quæ deſunt in hac noſtra ſpecie, vel vbi pa-
tris voluntas aduerſetur, quæ hic apertè oppu-
gnat, eam minimè habeat, vt explicant Iaſ. ead.
rubr. ff. de liber. & poſthum. num. 14. & conſilio
202. lib. ſecundo, vbi vide Didac. de ſponſal. par
te ſecunda, cap. 8. §. 8. numero 2. commun. dicit
doctiſſimus Alcia. noſter conſil. 19. num. 2. lib. 4.
& propterea cum ſuccedere nequeat contra pa-
tris voluntatem ſi in eius teſtamento ſit præteri-
11 tus, vel exhæres factus non rumpit teſtamentũ,
nec habet querelam inofficioſi, vt probant Iaſ.
& Didac. locis proximè relatis, & Pariſ. conſi. 7.
nu. 7. lib. 2. Nam regula eſt notiſſima, vt qui
12 non admittitur ab inteſtato, non habeat ius rum
pendi, aut impugnandi teſtamentum, l. cum quæ
ritur, l. omnimodo. in fine, de inofficioſo teſtamẽ
to, Alexand. conſil. 19. numero 4. lib. 6. & ideo
13 filia excluſa ab inteſtato cenſetur etiam excluſa
à petitione legitimæ facto teſtamento, Alexan.
in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 16. ff. de li-
ber. & poſthum. & legitimato cum clauſula, ſine
præiudicio viuentium ab inteſtato, vtique legi-
14 tima non debetur, vt communem probat Deci.
in conſilio 299. numero ſecundo, & conſil. 525.
numero quarto. & cum legitima non debeatur,
15 niſi ei, qui poteſt dicere teſtamentum nullum, §.
ſecundo, Inſtitu. de hæreditatibus, quæ ab inte
ſtato, Fabianus Chiochius, in authent. nouiſſi-
ma, numero 26. C. de inofficioſo teſtamento, &
legitimatus cum hiſce clauſulis, qualis eſt hic no
ſter, maximè ea adhibita clauſula, vt non ſucce-
16 dat niſi in ea parte, quæ ei à patre relicta fuerit
nequeat teſtamentum dicere nullum, vt cenſet
Iaſ. ead. rubric. ff. de liber. & poſthumis, numero
14. & crebriori aſſenſu ſequuntur alij ſuperius
adducti, conſequitur, vt reus conuentus ius ali-
quod legitimæ non habeat, vt probaui ego con-
ſilio 194. numero trigeſimo, & infra, volumine
ſecundo.

Quartò idem ſenſus confirmatur. Nam li-
cet filius conſenſu patris plenè legitimatus rum
pat teſtamentum, in quo ſit præteritus, tamen
17 ſi eo mortuo abſque eius voluntate ſit legiti-
mandum curet non rumpet teſtamentum, ratio
quia contra voluntatem defuncti, non debet
auferri hæreditas, his quos voluit habere hære-
des; & cum æquum non ſit, vt patri inuito in
eius bonis præiudicetur, merito eius conſenſus
in legitimatione exigitur, vt ſcribunt Martinus
Lauden. tractatu de legitimatione, ſub titulo
de

de legitimationis effectus,num.23. Iaſ. ea.rubr.
de liber.& poſthu.num.12.Bero.quæſtio.60. &
ſequuntur vulgo doc. maximè Caſtren.in l.Gal
lus,§.& quid ſi tantum,propè finem, ff.de libetis
& poſthum.

Quintò, Hoc idem mirificè roboratur ex iure
noſtro municipali,cap.456. in princi.& ex Cæ-
ſar.conſtitu. de legitimat. §.hæc tamen. quate-
18 nus legitimationes irritas faciunt, niſi expreſſa
patris voluntas intercedat,vt in terminis ita ar-
gumentatur idem Alciat.conſil.6.num.12.ver-
ſicu.3.lib.4. vbi vide, quod equidem magnam
19 habet æquitatem,& iuris rationem,ne ei inuito,
quis tanquam ſuus hæres agnoſcatur, §. ſed ſi
quis nepris, Inſtit.de adopt. ſentit idem doctiſs.
Alciat.noſter conſil.5.num.28.lib.4.

Sexto, cum Io. Baptiſta pater Caroli vxorẽ
haberet tẽpore quo ſuſcepit ipſum Carolum ex
illa Florentia Barnuſcona, nõ poterat cũ ea eſſe
matrimonium Diuina lege repugnãte,atq; ideo
20 cum fictio locum habeat vbi veritas eſſe poſſit,
ſequitur, vt is Carolus non legitimatus, ſed po-
tius diſpenſatus dicatur,cum tunc etiam dicatur
natus ex ſtupro, Alexand.conſilio 60.num.16.
lib.2.Olaſc.deciſ.6.& commu.dicit Præſes Me-
nochius relata præſumpt.79. num.38.lib.quar-
to,& ſecutus ſum ego eo.conſilio 134. num.31.
maximè cum adulterium ſit maius peccatum,
21 in perſona nobili, & Illuſtri, cum cæteris exem-
plo eſſe debeat,quàm in alijs,vt ſentit Alba,con
ſilio 172.numero 18. &idcirco, quamuis legiti-
matio per ſubſequens matrimonium magno fa-
uore digna ſit,tamen non procedit in nato ex pa
tre, qui vxorem habeat,& ex puella nubili. Idẽ
Alba,conſil.683. num.5. Verum cum pura non
fuerit legitimatio, ſed in eius ſubſtantia pluri-
bus modis limitata, & reſtricta, vt paulò infe-
rius, dum iniectis dubitationibus reſpõdebimus
probabo,dicendum eſt,vt hoc etiam reſpectu di
ſpenſatio ſit,& non legitimatio; vnde fit, vt fru-
ſtra de legitima quæramus, cum ei nõ debeatur
22 huiuſmodi diſpenſatio, qui eſt maiori odio di-
gnus,vt ſentiunt Alexand.& Iaſ.in rubr. de lib.
& poſthum.ille,numero 3.iſte,numero 13.De-
cius in l.prima, numero 10.C.de bon.poſſ.con-
tra tab. Pariſ.relato conſilio 7. numero 7.libr.2.
Zuccardus, in l.Poſthumo, numero 45.C.eod.
titu.in repetitione ſuper prælud. incip. Poſthu-
morum ſpecies, Curt.iun.conſilio 75. num.pri-
mo, & 8.& tam pater, quàm Comes Palatinus
24 vſi ſint ſæpe verbo,diſpenſationis, Corn.viden-
dus conſil.93.numero 11.volum.2. ex his itaq;
iam propalam conſtat poteſtatem fuiſſe in pa-
tre legitimandi filium ſub ea conditione, vt non
ſuccederet etiam in legitima.

Nunc operę pretium eſt, vt paucis diſpicia-
mus an id voluerit, & meo iudicio ſiue teſtamẽ-
ti tabulas, quæ legitimationem præcedunt, ſiue
ipſam legitimationem ſpectemus, res adeo per-
ſpicua eſt, vt hæc eius mentis teſtatio, vndiquę
manifeſtiſſima eluceat.

Nam in teſtamento, in quo hæredem inſti-
tuit ipſum Carolum,voluit,vt legitimaretur,ſeu
diſpenſaretur,ad hoc, vt capax eſſet hæreditate,
& bonis virtute illius ſuæ diſpoſitionis; deinde
ſubdit, & hæc omnia cum hac tamen conditio-
ne,& lege,quod ſi dictus Carolus decederet ſine
filijs legitimè natis, bona perueniant in agna-
tos proximiores pro dimidio, abſque detractio-
ne alicuius legitimæ, falcidiæ, & Trebellianicæ,
quas prohibuit, & vetuit, & pro altera dimidia
in ſorores præfati Caroli repetita pariter prohi-
bitione detractionis legitimæ, vt ſupra. Item
adiecit tam ipſi Carolo,quam alijs vocatis ſtri-
ctam prohibitionem alienationis, quia intentio
ſua eſt, quod bona, & hæreditas ſua perpetuo
remaneant, & conſeruentur, vſque in infinitum
in dictos vocatos, & in familiam de Caſtiliono,
& ſubiaceant ſemper fideicommiſſo tam in caſu
mortis,quam alienationis,& quod fideicommiſ
ſum induxit, & conſtituit abſque aliqua detra-
ctione legitimæ, & Trebellianicæ, nec alterius
quotæ partis,quas prohibuit,& vetuit.

Cum itaque mandatum legitimandi fuerit li
mitatum ad hoc, vt capax ſit illius ſuæ diſpoſi-
tionis,& in ea adſit toties repetita legitimæ pro-
hibitio, ſequitur, vt omnino eius detractionem
& retentionem vetuerit, tum quia eius conſen-
ſus legitimationi præſtitus reſpexit, vti cauſam
finalem, capacitatem ſuæ iſtius inſtitutionis, &
diſpoſitionis in qua ineſt, & legitur ad litteram
25 prohibitio legitimæ,& illa dictio adhoc, ſatis de
monſtrat (vt noſtri aiunt) motiuum finale, vel
impulſiuum teſtatoris, cap.primo, in principio,
vbi habetur hæc dictio ad hoc,de ſequeſtrat. &
tradit Bald.in rubr.in princ. C.de inſtit. & ſub-
ſtitu. Nam cauſa eſt, quid præteritum,vel inſtãs
quo impellimur, vt aliquid diſponamus, vt do-
26 cet interpretum noſtrorũ Princeps Bar. in l.de-
monſtratio,§.quod aũt,ſub nu.2. de cond.& de-
mon.& finalis cauſa illa dicitur, quę aſſignatur à
teſtatore loco finalis cauſæ, vt inquit Bal.in l.eã
27 quam,ante numerum ſecundũ,ver.porro cauſa,
C.de fideicom.tũ ẽt, quia hæc omnia diſpoſuit,
cum hac tñ conditione, & lege, quæ continet fi-
deicommiſſum cum prohibitione detractionis
legitimæ;& dictio illa vniuerſalis,omnia,cõpre-
hendit actum ẽt ipſius legitimationis fiendę,illi-
28 que addit qualitatem,& conditionẽ,l.a procura
tore, C.mandati,vbi glo. Bar.& alij, nã qui om-
ne dicit,nihil excludit,l. Iulianus, in prin.de leg.
3.Crau.conſ.80.nu.15.& conſ.294.nu.1.& oĩa
29 comprehendit,quę oĩno poſſunt continere etiãſi
impropriè, Bar.in l.generali,§.vxori, ff.de vſufr.
lega. Rol.à Valle,conſ.5.nu.42.vol.1.& cõſ.87.
nu.8.& infra,vol.2.& cũ per illa verba,cum hac
30 tñ conditione,& lege,ſequatur dictio,ſi,importa
tur oĩno conditio, vt in terminis decidit Iaſ.in
conſ.162.ſub nu.5.verſ.nec prædictis, Alba,cõſ.
199.nu.25.præterea cũ id debeat ante implere,

quia debet prius fieri legitimatio, ad hoc, vt ſit
capax ſucceſſionis, & debet fieri cum iſta lege, vt
31 non poſſet legitimam detrahere, merito conditio
nem ea verba important, qua non ſeruata, omni
no ruit actus, vt diſtinguit Bar. in l. quibus, §, Ter
milius, num. 5. de cond. & demonſtr. Caſtren. cõ
ſil. 292. num. 1. vol. 2. accedat relatiuũ hęc, adie-
ctum verbo futuri tẽporis, quod cum referatur
ad id, quod eſt ſubſtantiale ſeu fundamentum ip
ſius diſpoſitionis, nempè ipſam diſpoſitionem fa
32 cit conditionalem, l. Stichum, qui meus erit, de
leg. 1, l. nuper, de leg. 3. Idem Bar. in l. legatis, nu.
28. de cond. & demonſtr. tum etiam, quia toties
repetita, & geminata detractionis legitimę pro
hibitio ſic expreſſam, & ſpecialem teſtatoris vo-
33 luntatem eſſe oſtendit, vt alia interpretatio, vel
declaratio dari nequeat. Simon à Pręis, de inter
pret. vlt. vol. lib. 2. ſol. 4. fol. 158. nu. 22. & infra.
Sed id clarius fit ex ipſa legitimatione poſtea
facta, in qua pater obtulit preces Senatui Excel
lent. petendo, vt committeretur cuilibet Comi.
Palatino ad id auctoritatẽ habenti, vt poſſet de
ueniri ad memoratam legitimationẽ, & diſpen-
ſationem pactis, modis, & formis, & conditioni-
bus in ea apponendis, quod vtiq; demonſtrat cla
ram eius mentem fuiſſe non faciendi ſimplicem
legitimationem, ſed potius diſpenſationem cum
qualitate, & ex præcedentib. declarãtur ſequen-
tia, quia ex ordine principij interpretamur finẽ,
34 & huiuſmodi pręſumuntur ſubiecta qualia præ
dicata demonſtrant, Crau. conſil. 9. num. 32, &
præfationes, huiuſmodivè preces diſponentis
35 mentem optimè aperiunt, & oſtendunt, Maſcar,
trac. probationum, in verbo, voluntas, ex quibus
poſſit declarari, concl. 1422.
Item ex eius petitione facta coram com. Pa-
latino, quatenus petijt eum legitimari, & diſpen
ſari, modis tamen, & formis, ac cõditionibus, de
quibus infra, & infra in diſpenſatione dicitur, ha
bilitamus, & diſpẽſamus ad omnes ſucceſſiones,
& ad omnia iura ſucceſſionum eorũ, qui conſen
ſerint, & reſpectu ipſius Io. Baptiſtæ in illa tñ
parte, quæ ei Carolo relicta, & data fuerit, ex te
ſtamẽto, vel aila vltima volũtate, & eã ei q̃ hacte
nus relicta fuerit, quã in futurũ relinquet tñ, &
nõ vltra, & ſi illa pars relicta, vel data, vel in futu
rum relinquẽda eſſet minor legitima, & non ali-
ter, nec alio modo, & ita, & taliter, quod cõſequi
non valeat, nec habere poſſit, niſi illam portio-
nem, ſeu partẽ quæ ei relicta fuerit, vel in futurũ
relinquetur in teſtamento, ſeu vltima voluntate
præfati Io. Baptiſtæ, decernẽs idem com. vt ipſe
Carolus tanquam de legitimo matrimonio na-
tus ſuccedere valeat in dictis bonis, & hæredita-
te præfati Ioã. Bapriſtæ his modis, & formis, &
conditionibus de quibus ſupra tantum: equidem
hinc ſatis perſpicuè conſtat, ita limitatũ ius fuiſ-
ſe ſucceſſionis, vt nihil prorſus habere poſſet,
quàm id quod ei relictum foret, vnde cum in te-
ſtamento ad quod legitimatio ſe refert, ſit nomi
natim non ſemel prohibita legitimæ detractio,
eam aduerſus patris voluntatẽ deducere nequit
eius hæres, maximè ſi vim expendamus illarum
36 dictionum, quæ maximè reſtringunt, ſcilicet tã-
tum, & non vltra, vt tradit Pariſ. eod. conſilio 7,
nu. 12. lib. 2. & dictiones, & taliter, & niſi tamẽ,
quæ ſæpius inculcatæ diſpoſitionem ita limitãt,
vt extra expreſſus caſus trahi nullo modo queat,
vt fusè proſequitur Simon à Prætis, de interpre
tatione vltimarum volunta. lib. 4. dub. 3. nu. 10.
& infra fol. 448, accedat dictio illa, & non aliter,
nec alio modo, quæ habet vim conditionis, & fa
37 cit, vt aliter agendo, tunc nihil actum videatur,
Iaſ. eod. conſil. 162. num. 5. lib. 2. Alexand. conſ.
3, num. 4. lib. 1. Pariſ. eo. conſil. 7. num. 13. & na-
turam adeo præciſam habet, vt nec limitarionẽ,
nec interpretationem à verbis ſeparatam admit
tat, & facit, vt ſi actus non valeat eo modo, quo
geritur, aliter etiam non ſuſtineatur, vt fusè com
memorat idem Prætus relato tractatu, lib. 3. ſo-
lut. 4. num. 26. verſicu. Cæterum ſi demum, fol.
195. Crauet, conſil. 171. num. 15. & conſil. 186.
num. 9. vnde cum limitata fuerit voluntas vltra
ſuos limites, & circumſcriptos cancellos trahi nõ
debet, ſed prout iacet ſeruanda eſt, quia actus a-
gentium vltra eorum intẽtionm nihil agunt, ſi
38 quidem limitata cauſa, limitatum producit effe-
ctum, & limitata potentia, & limitatus modus,
non eſt tranſiliendus. Idem Prætus, lib. 1. fol. 12.
nu. 1. & 2. fol. 37. lib. 4. dubit. 3. num. 40. vſq; ad
finem, fol. 448. & prohibitio detractionis legiti-
mæ ſatis expreſſa etiam dicitur in legitimatio-
ne, quatenus ſe ad teſtamentum refert, in quo
ſcripta legitur ea prohibirio, quia relatum dici-
tur eſſe in referente, & ſatis ideo expreſſum dici-
39 tur, vt arguit in his terminis Pariſ. ſæpius allato,
conſil. 7. num. 33. lib. 2. & hæc eadem prohibitio
detractionis legitimæ, eſt in codicillis poſtea fa-
ctis expreſſa, quatenus ſubſtitutionem de filiab.
factam, & ſororibus ipſius Caroli, ſubſtulit, &
eius loco adiecit eam, Pompei, & Alphonſi ne-
potum ſuorum, corrigendo teſtamentũ in ea par
te vſque ad verbum, cum hac tamen lege, & in
reliquis illud confirmando, & cum hæc diſpoſi-
tio ad teſtamentum trahatur, & quaſi loco prio
ris ſubſtitutionis ſubrogata, & quaſi intexta, &
inſuta cenſeatur, & ibidẽ in clauſula, cum hac ta-
men lege, quã teſtator minimè mutauit, immo
firmam manere in ſuo robore voluit, adſit inquã
expreſſa prohibitio detractionis legitimæ, vtiq;
in ipſis codicillis ipſa eadem repetita intelligitur
cum codicillus, & teſtamentum ita vna, & eadẽ
cenſeatur diſpoſitio, vt eodem tempore videan-
40 tur facta, cum vtriuſq; effectus conferatur in tem
pus mortis; vnde vnum ſuppletur, & declaratur
per aliud, & ita interpretari debet, vt minus cor-
rigatur, quàm fieri poteſt, vt ſcribit Card. Mant.
de coniec. vlt, vol. lib. 6. tit. 4. num. 8. & hoc idem
roborat dictio illa, in totum perueniant, quæ ſi-
cut ex receptiori ſententia detractionẽ Trebel-
lianicæ

ſtaniæ impedit, ita & legitimæ in caſib. in quib.
poteſt prohiberi, prout eſt hic noſter, quãdo pa
ter legitimat filium ſub hac conditione, vt legiti
mam non habeat, vt tradit Gabr. lib. com. titu.
ad Trebell. concl. 6. num. 2. & facit, quia in codi-
cillis refertur legitimatio, cum conditionibus de
quib. in ipſo teſtamẽto, qđ magis aperit mentẽ
teſtatoris fuiſſe faciẽdę limitatę legitimationis.

Quæ cum ita ſe habeant, concludendum eſt
omninò, ſicut clara, eſt patris poteſtas prohibẽdi
legitimam in filij ſpurij, ſeu naturalis legitima-
tione, ita etiam hoc in noſtro caſu, clariſſimam
eſſe voluntatem eius prohibendæ detractionis,
à qua ne latum quidem vnguem diſcedemus,
cum in qualibet diſpoſitione illa Principem lo-
cum teneat, l. in conditionibus, ff. de conditionib.
& demonſtr. & ſemper ſit ea capienda interpre-
tatio, vt menti teſtatoris, aut quidpiam aliud li-
citè a gentis faueamus.

Hocq; poteſtatis, & volũtatis benè iacto fun
damento, quaſi conſpicua luce veritatis oblata,
facilè meo iudicio tolluntur argumentationum
coactę nubes non minus doctè, quam ſubtiliter.

Nam quatenus dicitur reſtitutum ad hono-
res, & ſucceſſorem ab inteſtato factum, licet ſit li-
mitatum ius ſuccedendi, prout patri videbitur et
ſi minor ſit legitima, dici plenè legitimatum; at
que ideò legitimam deberi, Rol. conſ. 26. nu. 8.
42 lib. 4. Additio ad Alex. conſ. fin. lib. 5. qui tamen
veriorẽ fatetur opinionem Alexan. qui contra-
rium defendit.

Quia reſpondetur, licet ius ſuccedendi poſſit
tanquam quid ſeparatum à legitimatione perſo
næ conſiderari, tamen quotieſcunq; conſtat, hãc
limitationem eſſe adiectam ad moderandam, &
ſeu qualificandam perſonæ legitimationem, &
eius ſubſtantiam, tunc dicitur potius diſpẽſatus,
cum limitatio reſpiciat potius perſonam, cũ non
43 ſit legitimatus ſimpliciter, quo ad oĩa, ſed quoad
quędã ſic, & quoad quędã non, vt diſtinguunt
Curt. ſen. eo. conſ. 73. nu. 6. & Alc. videndus, qui
inquit hoc eſſe de mẽte omnium, in conſ. 6. nu. 7.
lib. 4. & Didac. 2. parte de ſponſalibus, cã. 8. §. 8.
nu. 2. Gabr. lib. commun. titu. de legitimatione,
concl. 8. qui de magis communi atteſtatur, & ita
etiam diſtinguit, nu. 3. Quod autem Carolus iſte
reſtrictè ſit habilitatus, ſatis probatur ex illis ver
bis ad hoc, vt ſit capax huius meæ inſtitutionis,
quæ cum ſit limitata, limitatam etiam facit per-
ſonæ legitimationem ad hunc effectum, & ad nõ
nullos alios præcipuos reſtrictam, vt ſuperius cõ
ſiderauimus dũ de probatione volũtatis egimus.

Secundò reſpondetur, Doctores contra addu
ctos loqui, quando ſucceſſor ab inteſtato factus
foret, cum autem in caſu noſtro, ſiue teſtamen-
tum, ſiue legitimationem inſpiciamus, ſit factus
ſucceſſor tantum ex teſtamento, & quidem limi
tato modo, & prohibita ſemper legitimæ detra-
44 ctione prohibitus, cenſetur ab inteſtato ſuccede-
re, vt com. dicit Alcia. conſil. 19. num. 2. lib. 4. &
vt non admittatur etiam ab inteſtato contra pa
tris voluntatem omnes conueniunt, vt affirmat
Iaſ. Dida. & alij locis proximè relatis.

Tertiò, cum quõdam Io. Baptiſta pater eſſet
coniugio iunctus, atq; ideo matrimonium eſſe
non poſſet cum matre ipſius Caroli, ſequitur ex
magis recepta ſententia, quam ſuperius proba-
tam attulimus, vt diſpenſatus dicatur, & non le-
gitimatus, atq; ideò ius legitimæ ei non eſſet.

Quartò eſto etiam, quod ratione perſonæ ple
nè dici poſſet legitimatus, tamen cum tempore
legitimationis per modum conditionis limitata
fuerit ſucceſſio, ita vt legitimam in fideicommiſ
45 ſi reſtitutione detrahere, ſeu retinere nequiret, ſe
quitur, vt is effectus ſucceſſionis limitatus, & re-
ſtrictus impediat omnino detractiones legiti-
mę, vt in puncto diſtinguit Dec. videndus conſi.
264. num. 3. & conſil. 256. vbi loquitur in caſu
fideicommiſſi, de quo licèt velit legitimam poſſe
detrahi ex præſumpta teſtatoris voluntate, qui
fideicommiſſum fecit poſt factam legitimatio-
nem; attamen vbi eſſet prohibita tempore factæ
legitimationis, & ſic tempore, quo actus eſt in
eſſe productus, ſentit omninò eam non poſſe de-
duci, ſequitur Alba conſil. 7. num. 2. & conſilio
206. num. 5. & videndus Alcia. eo. conſ. 6. num.
4. & 5. lib. 4. & ante eum gloſ. ea. rubr. de liber. &
poſthu. num. 18. dum ait eſſe animaduertendum
diligenter an voluntas patris addatur ſubſtan-
tiæ actus, ideſt legitimationi, vel exequutioni ip
ſius legitimationis, vnde cum limitata patris vo
luntas præcederet legitimationem, & eam con-
comitaretur per modum conditionis, & clauſu-
læ, & non aliter, & vt ſuperius conſiderauimus,
& probat idem Alciat. eo. conſil. 6. numero 18.
lib. 4. erit omninò dicendum, vt nulla prorſus le-
gitima detrahi queat. Nec reſiſtit Paul. eo. con-
ſilio 7. lib. 2. quatenus videtur velle, vt legitima-
tus ad id quod iam in teſtamento relictũ foret
adhuc legitimam detrahere poſſit, quia in eius
caſu in teſtamento non erat prohibita legitima,
quæ fuit nominatim in caſu noſtro ſæpius pro-
hibita. Item commun. aduerſaretur ſententiæ ſi
aliter diceremus, cum apud omnes receptiſſimũ
ſit filium non poſſe detrahere legitimam aduer-
ſus patris voluntatem declaratam ante legitima
tionem, vel in eius actu, quicquid poſt dici poſ-
ſet, vel vbi verba non tollerent tacitam hãc præ
ſumptionem non deducendæ legitimæ, quæ cũ
ſit adeo fauorabilis, non cenſetur prohibita, niſi
quatenus id neceſſario inferatur, vt ſentit Dec.
eod. conſil. 256. & alij ſuperius relati.

Secundo non obſtat ſubtilis illa conſideratio,
quæ licet per illa verba, ſuccedat in ea parte,
quæ ei relicta fuerit, etiamſi eſſet minor le-
gitima, poſſit legitima minui, tamen ei non poſ-
ſit grauamen, & onus imponi, quia reme-
dia l. omnimodo, & l. quoniam in prioribus,
C. de inofficio. teſtamento, diuerſa inter ſe ſint,
& ideo vigente ſtatuto, vt filia ſit contenta ea

parte, quæ patri videbitur, non propterea ſuper
ea parte grauamen, & onus imponi queat, vt cō
mun. dicunt Vaſquius, lib. primo, nume. 208. §.
10. de ſucceſſ. creatio, Pariſius conſilio 36. num.
5. lib. 3. Gomezius variar. reſol. tom. 1. cap. 11.
de ſucceſſione contra teſt. num. 28. addo ego Ga
brielum, lib. com. de legitima, concl. 1. num. 64.
hoc idem confirmantem auctoritate multorum.

Reſpondetur, primò legitimationem in ca-
ſu noſtro ſe ad iam relictum in teſtamento, re-
ferre, in quo cum nominatim, & repetita adſit
prohibitio detractionis legitimæ, conticeſſit argu
mentatio, cum aliud ſit, quod quis ſit contentus
parte relinquenda ſimpliciter, vel iam relicta cū
47 tali expreſſa limitatione prohibente legitimę de
tractionem, vt diſtinguit Pariſ. relato conſilio 7.
num. 32. & 33. & id confirmatur ex ſecunda legi
timatione facta poſt mortem patris, quæ ſe re-
fert ad patris teſtamentum, & tanquam facta in
eius executione limitationem, & reſtrictionem,
vt legitima non detrahatur ab eodem teſtamen
to recipit.

Secundo, cum in caſu noſtro dictum ſit, vt cō
tentus eſſe debeat relicto ex teſtamento etiamſi
eſſet minus legitima, poterit ī parte relicta quod
libet onus, & grauamen imponi, quia cui conce-
ditur, quod plus eſt, vtiq; conceditur, quod mi-
nus, & propterea ſi ſtatutum diceret, quod filia
ſit contenta quatenus à patre ei relictum fuerit.
Ita vt aliquid aliud petere non poſſit, prout no-
ſtrum diſponit ſtatutum, tunc cenſeretur prohi-
bita petitio ſupplementi legitimæ, atq; ideo in
parte relicta addi poſſet onus: cum itaq; huiuſ-
modi ſit prohibitio noſtra propter dictiones il-
las, tantum, & non vltra, & non aliter, nec alio
48 modo, concedemus in parte relicta onus adiungi
potuiſſe, vt probant relati ſcribentes ab interpre
te ad ſtatutum noſtrum, cap. 280. num. 29. volu.
primo, qui videantur. contraria opinio procedit,
vbi non adeſſent verba, quæ facultatem darent
oneris imponendi, & cum teſtator voluerit legi-
timari ad id tantum, quod iam in teſtamento re
liquerat, & in eo nominatim eſſet prohibita de-
tractio legitimæ, non procedit deciſio Gomeſij
etiamſi vera eſſet, cum is loquatur, quādo pater
filium legitimat, vt ſuccedat in eo tantum, quod
pater relinquere velit, quod non reſpicit tempus
præſens, ſed futurum, & quandam obligationem
49 relinquendi aliquid liberè, inferre videtur cum
legitima nominatim, vt in caſu noſtro non ſit iā
prohibita: ſicut enim ſi pater filium legitimaſſet,
vt poſſet ſuccedere in ſuis bonis cum onere fidei
commiſſi abſq; detractione legitimæ eam aduer
ſus parentis votum non poſſet detrahere, cum in
claris verſemur; cur idem non dicemus, quando
in legitimatione ad legem in teſtamēto iam ſcri-
ptam ſe retulit, in qua adſit ea legitimæ prohibi
tio, cum relationis vis ea ſit, vt vnum alteri ita in
ſit, vt pro vna, & eadem diſpoſitione habeatur.

Tertio, cum filiæ debeatur iure naturæ legiti-
ma, meritò ex prohibitione vnius caſus ad alii
non infertur; ſecus eſt in caſu noſtro, in quo nul-
la prorſus debetur legitima, quia naturali, & tā-
50 to minus ſpurio ea non debetur, glo. Bart. & alij,
in l. vxor, §. pater naturalis, ff. de leg. 3. glo. in l. 1.
§. primo, ff. de bon. poſſ. contra tab. Baldus in au-
then. res quę nu. . . . C. communia de legat. l. hu
manitatis, num. . . . C. de impub. & alijs ſubſti-
tut. l. quidem, num. . . . C. de naturalibus liberis,
Alexand. conſilio 74. num. 4. lib. 2. qui firmat hu
iuſmodi filium non poſſe ſuccedere contra volū
tatem, & teſtamentum patris, dato etiam, quod
ex teſtamento, vel ab inteſtato poſſet ſuccedere,
vnde ſi eum facio legitimum, poſſum cum ita fa
cere, vt aliquam non habeat legitimam, & vt in
nihilo ſuccedat, & tanto magis, vt in parte reli-
cta grauamen imponere poſſit, vt ſuperius abun
dè comprobauimus: lex enim quoniam in prio-
ribus, loquitur in perſonis quibus iure naturæ le
gitima debetur, quæ hic non debetur, niſi quate-
nus pater voluerit, quia ab eius voluntate pen-
det illum legitimare, & non legitimare, & ſic ca-
pacem, vel incapacem legitimæ facere; vnde cū
res tota à ſua voluntate pendeat, illa ſeruanda
eſt omninò. legitimatio enim dicitur eſſe volun-
51 tariæ iuriſdictionis, Alexan. conſil. 11. num. 11.
lib. 7. & confirmatur hæc diſtinctio ea communi
concluſione, vt ſcilicet miles cum poſſit filium le
gitima priuare, valeat etiam cum onere fideicō-
miſſi afficere, vt tradit Dec. in l. precibus, num.
52 24. C. de impuberum, & alijs ſubſtitu. Ripa in l.
Centurio, num. 45. ff. de vulgar. & pupill. Nam
cui licet, quod plus eſt, vtique licere debet, quod
minus, vt ibidem animaduertit Ripà, & Alexā.
in l. in actionibus, num. . . . ff. de in litem iuran-
do, Gabr. conſil. 24. num. 23. lib. 2. Surdus conſi.
185. num. 20. verſic. non mouet.

Nec his refragatur illa peracuta cōſideratio
excitata, vt ſcilicet differentia ſit, an pater nihil
filio relinquere poſſit, an poſſit minus legitima
relinquere, vt ſcilicet priore caſu argumentatio
noſtra procedat, & poſſit fideicommiſſi onus im
poni, etiam in legitima. Secundo vero caſu mini
mè, quia id quod pater relinquit, nō recipit onus
53 iuxta com. doct. ſent. de qua per Pariſ. eo. conſil.
36. nu. 5. lib. 5. ne ſcilicet multa ſpecialia, & pri-
uilegia coaceruentur, & multiplicētur in eadem
perſona aduerſus traditionem gl. in l. bene à Ze-
none, C. de quadrien. præſcri. cum igitur in caſu
noſtro videatur legitimatus in ea parte, quæ ei
relinquetur, etiāſi minor eſſet legitima, ſequitur,
vt pater ſe adſtrinxerit ad aliquid relinquēdum,
cui onus non poterat iniungi, cum loco legitimę
eſſet, ex quo eum, quoad perſonam iam legiti-
maret plenè.

Quia reſpondetur, hanc eſſe voluntatis quæ-
ſtionem, an ſcilicet pater voluerit aliquid relin-
quere ſimpliciter, vel limitatè, vnde cum in
caſu noſtro ſe retulerit ad id, quod in teſtamen-
to iam reliquerat, dum in legitimatione dictum

fuit

fuit, vt ſuccederet in illa tantum parte, quæ ei re
licta, vel data fuerat, & quæ hactenus relicta
fuerat ex teſtamento, quod præcedebat, & iam
confecerat, & in quo aderat expreſſa, & repeti-
ta prohibitio detractionis legitimæ, iam clarum
eſt, quod pater noluit ſe aſtringere ad ſimplici-
ter aliquid relinquendum, nec legitimum facere
filium ad aliquid ſimpliciter capiendum, prout
præſupponit contraria cōſideratio, & diſtinctio,
ſed cum qualitate expreſſa in teſtamento, cui
non poteſt filius aduerſari, & ſic in caſu noſtro
longè multum abeſt prænarrata difficultas, cum
claram habeamus mentem conſentientis patris,
& comitis legitimantis, vt nedum ratione quan-
titatis, ſed etiam qualitatis diminuta legitima
relinqui poſſet, quod patri licuit facere, cum ali-
quam legitimam non deberet, niſi quatenus vo-
luiſſet, & cum voluit, id expreſſit tam in teſta-
mento præcedente, quàm in legitimatione ſub-
ſequente, & cum in precibus Senatui oblatis, &
petitione facta coram Comite Palatino ſæpius
palam fecerit, ſe velle legitimare, modis, formis,
& conditionibus, de quibus infra, quæ verba in-
telligi poſſunt temporaliter cauſatiuè, & quan-
55 titatiuè, vt noſtri aiunt, iuxta Barto. diſtinctio.
in l. ſecunda, numero 22. ff. de noui operis nun-
tiatio. quem refert interpres ad prænarratum ſta
tutum, capit. 280. numero 29. in fine, volumine
primo, & cum legitimatio ſit facta cum qualita-
te prædicta per modum conditionis inſeparabi-
lis propter clauſulas in ea adiectas, & ſuperius
conſideratas, & maximè, & non aliter, nec alio
modo adeo diſpoſitionem antequam crearetur,
& in eius creatione inficiant, vt nuſquam ſepa-
rari queat, nec aliquo modo filius poſſit dici ita
legitimatus, vt contra patris voluntatem in ali-
quo admittatur, vt diſtinguit Alciatus eod. con-
56 ſilio 19. numero quarto, & quinto, libro quarto,
facit doctrina Barto. in l. Aurelius, §. Idem quę-
ſiuit, ff. de liberatione legata, vbi tractat mate-
riam cōnexi inſeparabilis. Quod contra obijci-
tur poſſet procedere, vbi poſt factā legitimatio-
nem plenam, & ſimplicem de filio, pater vellet
onus in legitima apponere, quia id non poſſet fa
cere, cum filio iam acquiſitum ſit vis legitimæ fi-
liationis, ſecus ſi à principio, & vno, & eodem tē
pore, (vt euenit in caſu noſtro) qualitas, & con-
ditio, ac onus adiectum foret, quia illud omninò
ſeruari deberet, etiam reſpectu legitimè, quia di-
citur à principio acquiſitum ius cum ea qualita-
te, Alexand. conſilio 103. uolumine ſecundo, &
licet pater fortaſſe voluerit eum quo ad perſo-
nam haberi pro plenè legitimato, id tamen
ſemper ſenſit cum limitatione, & reſtrictio-
ne, ſucceſſionis ibidem, & eo actu per eum
declarata, quod ſufficit ad excludendum filium
ab omni petitione legitimæ etiamſi legitima-
tus, & non diſpenſatus dici poſſet, quod tamen
omninò non admittimus, quia ad impediendam
legitimæ retentionem, ſatis eſt, quod ius ſucceſ-
ſionis, de quo nos agimus, fuerit ita limita-
tum, & reſtrictum, vt ea deduci nequiret, vt
57 diſtinguit Decius allato conſilio 264. numero
tertio, & iſta, meo iudicio, ſi rectè conſideretur,
eſt veriſſima veri veritas in iſto puncto. Nam
quoties remota conditione, vt in caſu noſtro re-
mouetur ſubſtantia diſpoſitionis, tunc nun-
quam remouetur conditio; & propterea cum le-
gitimatio irrita ſit ex voluntate patris, ſi ea con-
58 ditio non deducendæ legitimæ tollatur, quia
aliter, nec alio modo filium voluit legitimari,
ſequitur, vt ea omnino ſeruanda ſit, vt in pun-
cto ſingulariter declarat Iaſon videndus eadem
l. quoniam in prioribus, in 6. limitat. C. de inof-
ficioſo teſtamento, ſequitur Gabr. de legitima
59 cōcluſione prima, numero 29. & ex hac ipſa di-
ſtinctione facilè diluuntur omnia, quæ ex con-
trario deducta ſunt, & deduci poſſent, quia il-
lud apud omnes conſtat, vt huiuſmodi filius ne-
queat legitimam habere aduerſus patris cla-
ram voluntatem ante legitimationem, vel in
eius actu declaratam, non tacitè, ſed expreſsè
prohibita nominatim legitimæ detractione.

Non omittam etiam, vt licet controuerſa ſit
opinio Cumani, in conſilio vigeſimo quinto, &
conſilio 52. an filius nequeat legitimam de fi-
deicommiſſo detrahere, quando plus legitima
ei relictum ſit, & fructus percepti longè mul-
tum legitimam tranſcendunt, vt ſcribit Gabr.
de legitima, ead. concluſione prima, numero 38.
quia cum eis facienda ſit compenſatio, attamen
in patre, qui aliàs non tenetur legitimam dare,
60 prout eſt caſus noſter, & pſertim concurrente fi-
lij approbatione, vt hic, procul omni dubio te-
neo, vt debeant omninò imputari, vt probat pręſ
ſes Menochius tractat. præſumptio. libro quar-
to, præſumptio. 196. numero 23. maximè ſi legi
timatus fuerit, ita vt ſuccedat in portione, quæ
ei relinquetur etiamſi eſſet minor legitima, quia
hinc conſtat de mente, quod fructus computa-
rentur maximè cum voluerit eum eſſe conten-
tum portione relicta tantum, & non vltra, quia
animus compenſandi colligitur, quando iuſſus
fuit plus non petere, vt ait Angelus in l. finali, §.
in computatione, numero tertio, verſicu. & at-
61 tende, C. de iure deliber. quod pater a principio
facere potuit tempore legitimationis, vnde cum
fructus percepti ab ipſo Carolo, & in quib. fuit
inſtitutus longè multum excedant legitimam,
equidem fruſtra nunc agitur de ea retinenda, ſeu
de fideicommiſſo contra apertam patris volun-
tatem deducenda in detrimentum agnatorum,
& familiæ, cui ea reſtricta, & limitata diſpoſitio
ne quantum fieri poſſet proſpectum eſſe voluit;
& hæc ſufficiant, quod pertinet ad primum hūc
legitimæ punctum, quem vbèrius, & fuſius diſpu
tare volui, non quia id exigeret ſumma doctrina
DD. meorum arbitrorum, ſed quoniā intelligo
partē aduerſam ſuper ea, licet perperā multū in-
ſtere, & vt oīs dubitandi occaſio eripiatē prorſus.

Ad ſecundam deductionem pecuniarum pe-
nes mercatores depoſitarum reſpondeo, iure fie-
ri non poſſe, Primo, quia pars earum depoſita
fuit non ſimpliciter nomine Caroli, ſed ſub con
ditione vbi aliter ab ipſo quondam Ioan. Bapti
ſta diſpoſitum non foret, vnde cum poſtea de eis
diſpoſuerit tam in teſtamento, quàm in codi-
cillis per ampliſſima verba in inſtitutione poſi-
ta apta ad comprehendenda omnia iura, & a-
ctiones, & debitorum nomina, conſequitur, vt
conditione non purificata diſpoſitio deficiat,
62 quia conditio actui inſerta debet extitiſſe aliter
actus effectum non ſortitur, l. tertia, §. qui fidei-
commiſſum, ff. de hæredib. inſtituend. & ſuſpen-
dit actionem, & obligationem, Bald. in rubrica,
C. de inſtitut. & ſubſtitutio. ſub condit. fact. &
deficiente conditione deficit promiſſio, §. ſub
hac conditione, Inſtitu. de verborum obligatio-
ne, quod etiam procedit in tacita conditione,
vt probat Soc. iun. conſilio primo, numero 33.
volum. primo, & conſilio 172. numero 15. volu-
mine ſecundo, & conditio, & facultas, & aucto-
ritas diſponendi ad omne ipſius quondam Ioã.
63 Baptiſtæ beneplacitum comprobatur tam in vl-
tima voluntate, quàm inter viuos, vt in terminis
verbi diſponendi pro libito ſuæ voluntatis cen-
ſet, Iaſ. conſilio 130. volumine quarto, & con-
ſilio 189. & 190. volum. ſecundo, Immo de ma-
gis propria ſignificatione importet diſpoſitionẽ,
64 in vltima voluntate, Roland. conſilio 62. nume-
ro 15. & infra, volum. ſecundo, Viuius in libro
communium, in verbo, verbum diſponere, &
quamuis teſtamentum præcedetet ipſum depo-
ſitum pecuniarum, tamen cum vires ſumat à die
mortis, & non ſit irreuocabile, niſi mors interce-
dat, & vt ait Vas electionis, & gentium prędica-
tor Paulus ad Hæbreos, cap. nono, teſtamentum
in morte teſtatoris confirmetur, & tradit Impe
rator §. poſteriori, Inſtitu. quibus modis teſta-
65 mentum infirmetur, & ſummus Pontifex, in
cap. cum Marthæ, de celebratione miſſæ, ſequi-
tur, vt diſpoſuiſſe tunc intelligatur, quando teſta
mentum cepit vires habere, ideſt tempore mor-
tis, & hoc idem roboratur ex codicillis illis fa-
ctis poſt ipſum depoſitum, in quibus cum aliqua
correxerit, cenſetur in reliquis ipſum teſtamen-
tum confirmaſſe, l. præcipimus, C. de appellatio.
& quia in totum voluit ſua bona, & hæreditates
ad fideicommiſſarios peruenire, quaſi voluerit
tantum illas pecunias ad Carolum peruenire,
caſu quo inteſtatus deceſſiſſet, forte, quia teſta-
mentum prius ſimpliciter reuocaſſet abſque alia
66 hæredis inſtitutione, quod facere poterat, Cla-
rus, §. teſtamentum, quæſtio. 92. facit Alba con-
ſilio 295. immo in fine, codicillorum expreſſe
in reliquis teſtamentum confirmauit.

Secundo, cum ipſe Ioan. Baptiſta voluerit,
vt pecuniæ ad ſe ſpectantes ad rationem Caro-
li, ſuper cauſidicis tenerentur, videtur nomen il-
lius mercatoris debitoris aſſignaſſe, & vbi in pe-
culium, cuius tamen contrarium veriſimilius vi-
detur, vt mox probabo datum non videatur,
67 ſed magis donatum, argumento eorum, quæ
ſcribit in ſimili Alba, videndus conſilio 782. nu-
mero quinto, & infra pluribus ſequentibus, &
conſilio 415. numero ſecundo, adhuc illud ob-
ſtat, vt donatio inter patrem, & filium non
valeat, & tanto minus ſi facta eſt filio natura-
li; & licet aliqui velint valere ſi adſit iuramen-
tum, vel facta ſit filio legitimè nato, attamen
ſi deficiat iuramentum, & filius ſit illegitimè na
tus, vt hic, nullo modo valet, vt tradit Seraphi-
68 nus de priuilegijs iuramenti, videndus priuile-
gio 73. in princip. & numero octauo, & quam-
uis, vt eleganter ex contrario mouetur, morte
confirmari videatur, attamen id procedere for-
tè videtur, quoties aliàs donatio valida ſit, vt
puta, quia ſit facta legitimè nato, adhibito iu-
ramento, vt ſe ipſum declarat præſes Meno-
chius allata præſumptione 196. numero nono,
vel quando donantem non pœnituerit aliter di-
ſponendo, prout fecit ipſe quondam Ioannes
Baptiſta, quia donatio, quæ morte confirmatur,
69 interim reuocari poteſt, Salicet. in authent. ex te
ſtamento, ante numerum tertium, C. de collat.
Iaſon in l. ſi donat. ante numerum ſecundum,
eod. titu.

Tertio, ad hoc, vt donatio inter patrem, & fi-
lium morte confirmetur, requiritur traditio, Ia-
ſon in ead. authent. ex teſtamento, numero ſepti
mo, & Bald. numero ſecundo, verſicu. conclude
ergo, C. de collat. & communi dicit Alexand. in
70 l. ſi donat. numero quinto, C. de collat. Bald. in
l. cum de in rem verſo, in prima interpretatione
prope finem, ff. de vſuris, Alexand. ad Barto. in l.
Papinianus, in littera D. ff. de donationibus in-
ter virum, & vxorem, idem Bald. in l. ſecunda,
numero primo, C. ſi quis alteri, vel ſibi, & in l.
filiæ cuius pater, C. familiæ erciſcundæ, quæ cũ
hic deeſſe videatur, corruit donatio, & quamuis
quando pecunia mutuatur, vel deponitur per
patrem nomine filij, videatur filio quæſita obli-
gatio contra debitorem. Atque ideo cum obli-
71 gatio hæc quaſi loco traditionis ſit, ſit merito, vt
morte confirmari debeat, vt in puncto decidit in
proprijs terminis noſtris Baldus, quem omninò
vide in adducta authen. ex teſtamento, numero
ſeptimo, verſicu. ſextum capitulum, C. de colla-
tionibus, attamen id procederet, vbi conſtaret
de mente patris, quod voluerit donare, de qua
mente non conſtat in caſu noſtro, immo de con-
traria, cum pater retinuerit auctoritatem diſpo-
nendi pro voluntatis libito, & cum viuens lucrũ
ex pecuniarum negotiatione proficiſcens perce-
perit, videtur vt ipſe in poſſeſſione remanſerit,
vnde fit, vt caſus Baldi ſit longè à noſtro diuer-
ſus, cum ipſe loquatur, quando ſimpliciter nomi
ne filij pecunia depoſita fuiſſet, & ei quęſita obli
gatio, & conſtet de animo donandi: præterea cũ
non poſſent præcedere aliqua filij merita, cum

tunc

tunc eſſet infans,& impotens ad merendum,quę
faciunt,vt facilius donatio præſumatur. Dice-
mus depoſitum illud loco conceſſionis in pecu-
lium filij potius cenſeri debere, quàm donatio-
nis, quæ ſemper his etiam caſibus in dubio non
præſumitur ſecundum communem intellectum,
72 & diſtinctionem Doctorum, tam in ea.authent.
ex teſtamento,quam in l.ſi donatione.C.de col-
lat. vt de magis commun. atteſtatur Alexander
ea.l.ſi donatiooe, numero 16. Iaſ. ante numerũ
primũ, in exordio ipſius legis, & in authent. ex
teſtamento, ſub numero 9. verſicu.tamen quia.
Dec.ea.l.ſi donatione,numero 1. & fuſius nume
ro 37. C.de collationibus,& l.certi condictio.§.ſi
nummos, numero 8. ff. ſi certum petatur, vbi
vide,& propterea deciſio Baldi procedit in diuer
ſis terminis, nempè vbi conſtet animo donandi
depoſitam fuiſſe pecuniam nomine filij, ſecus ſi
ſimus, vt hic in dubio, vel vbi filius fuerit in
poſſeſſione, vel aliter non fuerit à patre diſ-
poſitum, vel lex dans formam fuerit ſerua-
ta.

Quartò, tollitur omnis dubitatio in caſu no-
ſtro, fortè & inuicta meo iudicio,ratione quam
ab initio dum de hoc ipſo negotio mihi verba
facta ſunt,ego ipſe excitaui,& quam puto veriſ-
ſimam. Nam certum eſt,hic agi de nomine de-
bitoris, quatenus pecunia fuit Campſori nume-
rata, vt eam ad rationem Caroli negociaretur.
l.ſi nomen. ff.de hæred. & actione vendita, & is
poſtea numerata à tertio ſibi pecunia ſe obliga-
uit eius aſtringendo fidem, erga ipſum quon-
dam Ioannem Baptiſtam,& Carolum. Ibi, ſot-
to obligo de noi, & noſtri beni, pegno alli detti
Signori Capiglione; atqui ex Cæſareis noſtris
Conſtitut. titulo de donation. nedum bona im-
mobilia, ſed etiam aliqua vera prohibentur
transferri in alium, & cædi, niſi præſtito præci-
ſo iuramento,& alia ſeruata ſolemnitate ibidem
deſcripta cum clauſula irritum faciente, quic-
quid contra geſtum ſit, & ex ſtatuto capit.446.
in princi. prohibeatur ceſſatio,titulo donat.pro-
ut hęc eſt noſtra,niſi ſeruata ſolemnitate ibidem
expreſſa,conſequitur, vt hæc præſumpta dona-
tio,etiamſi aliàs morte confirmari concederetur
73 contineatur in memotatis legibus propter ea-
rum amplitudinem verborum, & propter ean-
dem vim rationis, vt ſcilicet fraudes remoue-
rentur, atque ideo ea ſolemnitate neglecta, nul-
la,& inanis ea ſit cenſenda,vt in terminis reſpon
dit Decius videndus conſilio 86. numero octa-
uo, verſiculo in contrarium, & verſiculo præte-
rea dato,& ſequuntur vno conſenſu alij,quos al-
legat interpres ad ſtatur. cap. 324. numero 10.&
11. & numero 39. quos non tranſibo contentus
remiſſione.

Nec quia pecunia videatur data filio,& breui
manu tradita mercatoribus, vt notatur in l.ſe-
cunda.ff.de donationibus, poteſt dici oon agi de
nomine debitoris. Nam cum conſtat pecuniam
fuiſſe à patre numeratam mercatoribus, filio
non eſt quæſita pecunia, ſed obligatio contra
74 debitorem, quæ loco traditionis habetur, vt ſen-
tit Baldus ead.authent. ex teſtamento, numero
ſeptimo. C. de collat. præſertim cum pecunia
non fuerit ſimpliciter data, ſed vt cum ea ſuper
cambijs mercatores negotiarentur,vnde conſtat
non pecuniam, ſed ius creditæ pecuniæ filio da-
tum fuiſſe,gloſ. optima in verbo, pecuniam, in
l.fin.§.fin.ff.de donationibus, atque certi condi-
ctio ei quæſita eſt, l.penult. ff.de donationibus.
Rurſus ſi debebant mercatores cum ea pecunia
negotiari,requirebatur pecuniæ conſumptio cu-
ius ſępè fit amiſſio,& ex conſequenti ad eam re-
cuperandam ſuccedebat actio contra mercato-
rem, vnde propriè agi videtur de ceſſione, &
75 translatione iuris, & nominis debitoris,vt docet
Bartolus in l.cum fundus. §.ſeruum ſuum,nume
ro octauo.ff.ſi certum petatur. Tindarus tracta-
tu de compenſat. articul. 3.numero 9.12. & 13.
Neguſant. tractat. de pigno. ſecundo membro,
ſecundæ partis, numero vndecimo; præſertim
cum ipſæ confeſſiones recepti factæ fuerint à
mercatoribus poſt habitas iam diu etiam medio
tertiæ perſonæ à patre pecunias,& ſic poſtquam
deponens mercatoris fidem ſecutus eius credi-
tor, & mercator recipiens iam fuerat effectus
76 ſuus debitor, vt conſiderat Iaſ. in l.certi condi-
ctio.§.ſi nummos,ſub numero ſecundo,verſiculo
hinc etiam infero,ff.ſi certum petat. facto nam-
que depoſito ſtatim mercator obligatur, & re
contrahitur obligatio. §.præterea. Inſtitut. qui-
bus modis re contrahitur obligatio,atque tacitè
ab eo, qui pecunias depoſuit, mandatum vide-
tur, vt rationes conficiat, & in libro rationum
eas ſcribat, vt inquit Baldus in l.quædam, in
principio, ff.de edendo, & alios refert Bertachi-
nus in verbo, deponens; & quòd ex huiuſmodi
depoſito non cenſeatur quæſita actio illi, cuius
nomine fuit depoſita ſine ceſſione,quod neceſſa-
riò præſupponit iam obligationis ius fuiſſe in
patre deponente ex eius numeratione, & ſtipu-
77 latione, communem dicunt videndi Alexan. Iaſ.
& alij in ea.l.certi cõdictio.§.ſi nummos, ille nu-
mero 9. & iſte numero 39. in fine, & Doctor. in
§.depoſiti. ff.ſi certum petatur, vbi eſt ſedes hu-
ius materiæ, poteſt enim deponens alteri ſtipu-
lari. l. Publia.ff.depoſiti, & pro altero deponens
donare cenſetur. l.ſi pater. & l.fin.§.fin.ff.de do-
nat.faciunt, quæ tradit Gabriel libro commun.
titulo de donatio.concluſione 1. & de verborum
obligation.concluſione 1. & cum pecunia depo-
ſita ſit negotiationis gratia, & in numerato ve-
lut quantitas,& nõ in ſacculo ſignato, tanquam
ſpecies, poteſt depoſitarius ea ad numerũ data,
etiam ſi negotiationis gratia data nõ fuiſſet, vti,
78 nec furtum committit, vt ſentiunt Baldus conſi-
lio 355. parte tertia. Ruinus conſilio 108.nume-
ro tertio,volumine primo; ſecus ſi vt ſpecies da-
ta foret, vt tradunt Boſſius noſter titulo de de-

creto Mediol. numero 3. Crauet. conſilio 428.
numero 21. & conſilio 703. numero 22. & quan-
do, vt quantitas pecuniæ deponitur, datur actio
deponenti, vel ei cuius nomine depoſita fuit me-
dio ceſſionis ad eam recuperandam actione de-
poſiti, toto titulo depoſiti. ff. & C. & actus recu-
79 perationis depoſiti tollit effectum depoſitionis,
vt ſcribit Neguſantius tractatu pigno. ſecunda
parte, tertio membro, quintæ partis principalis,
numero 27. & 28. & per conſequens concluden-
dum eſt ex ipſo depoſito in pecunia numerata
facto, & negociationis cauſa non ipſam pecu-
niam, ſed ius quæſitum cenſeri ipſi filio titulo do
nationis, atque iccirco ſeruari debuiſſe ſolennem
formam à noſtris ſtatutis, & cõſtitutionibus de-
ſideratam, quæ cum neglecta ſit, ruit ipſa dona-
tio. Additur præterea, quod pecunia ab vno de-
poſita alterius nomine cenſeatur illi data, & ab
eo mercatoribus breui manu id procedit, vel
quoties conſtet pecuniam illius propriam fuiſſe,
& ex quadam fictione, quæ in præſenti ſpecie
ceſſat, cum tunc veritas ipſa locum habere non
poſſet, cum ipſe Carolus filius eſſet infans, atque
80 ideò traditionis veritas in eo comprobari non
poſſet. §. minorem. Inſtituta de adopt. Non omit
tam etiam licet ex iure noſtro municipali, capit.
337. volumine primo, alteri actio ſine ceſſione
quæratur tamen per modum donationis, vt hic
non quæritur, niſi ſeruata forma à noſtris legi-
bus præſtituta. Item requiritur acceptatio viuen
te ſtipulante, quæ facta non fuit ab ipſo Carolo,
niſi poſt patris mortem, & ſic eo tempore, quo
res non erat integra, vt adnotatur eo. ſtatuto, nu-
mero 1.

Poſtremò nõ omitto etiam quatenus verum
eſſet hanc donationem morte confirmari, quod
tamen omninò diffitemur adhuc, eſſet inanis,
quia ſtatutum noſtrum cap. 322. volumine pri-
mo, vult, vt quando fit donatio cauſa mortis in-
ter liberos duo adhibeantur teſtes, quorum vnus
ſi ſciat ſcribere ſe ſubſcribat in imbreuiatura, vn
de cum hic deficiat notarius, & eo modo quo
deſideratur teſtium ſubſcriptio, & ſit ſimplex ce-
dula, conſequitur, vt nulla, & inanis ſit cenſenda,
& quamuis Alexand. conſilio 26. numero quin-
to, in fine, volumine ſecundo, videatur velle, vt
81 ſimile ſtatutum nõ comprehendat donationem,
quæ morte confirmetur vti diuerſam ab ea, quæ
fit cauſa mortis, & velut tertiam ſpeciem tamen
ibidem interpres, in verbo, ſpecies, in littera A.
ipſum reprobat, & dicit, quod malè, & ſophiſti-
cè loquitur contra mentem ſtatuti; ſed quicquid
ſit, ſatis eſt, quòd contineatur ſub alijs legibus, &
quòd deficiat etiam inſinuatio à iure communi
requiſita, cum excedat ſummam quingentorum
82 aureorum. l. ſancimus. C. de donation. quia mor
te non confirmatur in ſumma, quam trãſcendit.
Rolandus conſilio 93. numero 14. volumine pri
mo, facit Specul. titulo de donat. verſiculo quid
ſi pater, & iſta donatio cum non ſit facta in ea
mentio mortis, ſecundum omnes dicitur inter
viuos, vt inquit Baldus in l. ſecunda, numero ter-
83 tio, C. de iure dotium, accedat, vt inſinuatio exi-
gatur etiam in præſumpta donatione, vt affirmat
Clarus in §. donatio, quæſtione 16. & ex noſtris
conſtitution. titulo de donation. §. hæ donat. re-
quiritur publicatio, quæ omiſſa fuit, & iccircò re-
liquum eſt, vt iam concludamus, cum nulla, &
inanis ſit huiuſmodi donatio, & ſeu conceſſio, ius
84 ipſum in hæreditate quondam domini Ioannis
Baptiſtæ remanſiſſe, & in fideicommiſſaria reſti-
tutione venire, l. in fideicõmiſſariam. §. quoties.
ff. ad Trebellian. l. donationes. C. de donat. inter
virum, & vxorem. Bal. in l. ea lege, ſi donat. vlt.
colum. C. de collat. & in l. 2. col. vlt. C. de inoffi-
cioſis donar.

Ad tertium reſpondeo, Bona della Motta in
fideicommiſſi reſtitutione venire, cùm illa præ-
ſupponatur potius redempta, quàm empta fuiſſe
virtute pacti liberandi, & cum iam teſtator par-
tem pecuniatum ſoluiſſet, cenſetur ceptum ab eo
negotium perfeciſſe, & ideo emptionem cenſeri
debere hæreditatiam tanquam factam ex præ-
ordinata teſtatoris voluntate; præterea quicquid
ſit, eſto etiam, quòd bona eſſent quæſita ipſi Ca-
rolo tanquam eius nomine à tutore ſuo empta,
attamen cum pecunia fuerit hæreditaria, quia
conſtat ex inſtrumento vẽditionis libras 16800.
fuiſſe depoſitas ab ipſo quondam Ioanne Bapti
ſta fideicommittente; tum etiam quia aliæ pecu-
niæ erant ex illis, quæ repertæ fuerunt in hære-
ditate fideicõmittentis, & penes mercatores de-
85 poſitæ, ſit inde meritò, vt tanquam hæreditaria
pecunia reſtitutioni obnoxia ſit, vt diſtinguit
Mantica excitato titulo 8. numero 19. libro 7.
Ad quartam deductionem tangentem, funeris
impenſam pro eius vera reſolutione, nonnullæ,
meo iudicio ſunt habendæ inſpectiones.

Et primò, quæ funeris expenſæ dicantur; & is
funeris ſumptus dicitur, qui ideò fit, vt funus du-
catur, vel ſepeliatur corpus, aut cuſtodiatur, aut
commendetur, vel pretium loci, in quo defun-
86 ctus humatur, & quicquid corporis cauſa ante-
quam ſepeliatur conſumptum eſt, l. funeris ſum-
ptus. l. at ſi quis. §. funeris cauſa. ff. de religioſis,
& ſumptibus funerum, & explicat videndus om
nino Bertrandus conſilio 270. numero tertio, li-
bro tertio, & quòd nõ veniant veſtes, quæ fiunt
famulis, vel dantur pauperibus pro elemoſyna,
nec officium, ſed tantum, quæ fiunt in cadauere
87 deferendo ad ſepulturam, notat Petrus de Vbal-
dis tractatu de canon. epiſcopo, & parochiano-
rum, cap. 13. verſicu. 13. incip. venio ad tertium,
quem refert, & ſequitur interpres ad ſtatutum
noſtrum, cap. 297. numero 19. in princ. quamuis
Simon à Prætis de interpret. vltimarum volun-
tatum, libro tertio, columna quarta, folio 354.
numero quarto, putet venire impenſam, quæ fit
in veſtibus lugubribus, quas per nouem dies de-
fert familia defuncti, & ſic illius temporis vſus,

vt arbi-

vt arbitror, ratio tantùm eſſet habenda, veſtes
vxori datas concludit non venire, cùm hæres ad
eam alendam teneatur intrà annum luctus, &
dotis fructibus interim fruatur.
Secunda erit inſpectio, an doceatur ab hære-
de, quod hæc impenſa ſoluta ſit ex eius pecunia
propria: quia in dubio ſemper præſumitur, quòd
88 facta ſit ex bonis hæreditarijs, maximè ſi hære-
ditas ſit ſoluendo, l. ſi quis ſepulchrum. §. fin. ff. de
religioſis, & ſumpt. funer. Nam à communiter
accidentibus pro facienda huiuſmodi impenſa
recurritur ad defuncti capſam, loculos, & crume-
nam pro pecunia, & his deficientibus ad hor-
reum tritici, & cellam vinariam, & ad mobilium
venditionem, vt declarat idem Prętus loco mox
relato, fol. 354. numero octauo, & nono; vbi vi-
de: vnde fit, vt hæres teneatur reſtituere hæc om-
nia in repertorio deſcripta, & mobilia oĩa, quia
89 fideicommiſſo ſubiecta ſunt, vt cõſuluit Socinus
conſilio 249. numero 25. volumine ſecundo; &
dixi ego conſilio 123. numero tertio, volumine
ſecundo, & ſi quam iuſtam expenſam fecit pro
hæreditate, illam à fideicommiſſario repetet, vt
tradit ipſe Prætus libro 3. ſolut. 4. numero 28.
fol. 357.
Tertia erit inſpectio, an teſtator præordina-
uerit, aut iuſſerit, quid in funere impendendum
eſſet, necne: ſi nihil dixit, tunc iudex arbitrabitur,
quod æquum ſibi viſum fuerit ex dignitate eius,
qui funeratus eſt, ex cauſa, ex tempore, ex bona
fide, vt neque plus imputetur, quàm factum eſt.
90 Nam facultatũ ratio eſt habenda, ea. l. at ſi quis.
§. æquum. ff. de religio. & ſumpt. funer. nec ratio
eſt habenda huius rei, quæ vltrà modum ſine cau
ſa conſumitur: vbi vero à teſtatore præſcriptum
ſit, aut taxatum, quid in ea re faciendum foret,
vt factum fuit in caſu noſtro præciſè, & ſub pę-
na priuationis hæreditatis; tunc diſtinguendum
puto, aut res egreditur iuſtam ſumptus ratio-
nem, quia facultates non ſuppetunt, & tunc non
attenditur, vt docet Iuriſconſultus ea. l. at ſi quis.
§. quod ergo ſi ex voluntate. ff. de relig. & ſum-
91 ptibus funerum, aut inepta eſt, & tendit ad pom-
pam, & vanam gloriam, vt quia velit ſepeliri
cum veſtibus precioſis, aut gemmis, & ornamen
tis purpureis, & tunc iuſtè ſpernitur, & pro nihi-
lo putatur, cùm non oporteat ornamenta cum
corporibus condi ad paſcendos vermes, nec quid
aliud huiuſmodi fieri, quod ſimpliciores homi-
nes faciunt, vt monet idem Iuriſcõſultus ea. l. at
ſi quis. §. funeris cauſa, verſiculo nõ autem opor-
tet, & in l. ſeruo alieno. §. fin. ff. de legat. primo, ſic
eſt intelligendus ex iuribus, quæ allegat Manti-
ca ex contrario adductus, de coniecturis vltima-
rum voluntatum, titulo tertio, numero 15. libro
tertio; ſic declarat Simon à Prętis libro 5. dubi-
tat. 1. fol. 481. numero 63. & 64. aut verò volun-
tas teſtatoris eſt, circa minuendam impenſam, &
tunc hæres in ſui præiudicium poſſet excedere,
nõ autem in præiudicium fideicommiſſariorum,
aut legatariorum, vt eſt textus in l. prima. §. fin.
ff. ad l. Falcidiam, & l. cum in teſtamento. ff. de
verborum ſignificat. & l. fin. §. in computatione.
C. de iure deliberandi, quæ iura videantur, quia
in eis plenè traditur materia actus noſtri; Et
92 hęc diſtinctio, quam facit in ea. l. 1. §. fin. ad l. Fal
cidiam, gloſ. in verbo eo nomine, eſt communi
conſenſu Doctorum recepta, vt atteſtantur ibi-
dem Alexander ſub numero primo, ſub ea. gloſ.
quæ eſt 2. ibi in gloſ. 2. Imol. in verſiculo in glo.
eo nomine, & quamuis idem Imola, & plerique
alij id temperent, vbi eſſet ignominioſum teſta-
tori, & hæredi, & quaſi in eius contumeliam, &
dedecus tenderet facere tam paruam impenſam,
& hac ratione is hæres poſſet prætendere hanc
impenſam tanquam iuſta cauſa factam. Atta-
men reſpondeo primo ex contrario ſtare com-
munem opinionem cum prædicta gloſ. à qua in
iudicando non eſt recedendum. Secundò locum
habere, vti ipſe hæres poſſit in ſui ipſius præiudi-
cium hanc facere impenſam, & excuſetur fortè
ſi non ſeruet voluntatem defuncti propter vere-
cundiam, vt ait Alciatus conſilio 37. numero ſe-
cundo, & tertio, libro quinto, non autem vt fidei-
commiſſarium grauet. Tertiò reſpondeo, & iſta
reſponſio tanquam conſentanea omni æquitati,
& rationi, tollit omnem, meo iudicio, dubitatio-
nem, vt in præſenti caſu hæc impęnſa non debea
tur, vt ſcilicet iuſta fuerit teſtatoris taxatio ad
coercendam inanis funeris pompam, quæ aduer
ſatur legibus noſtræ ciuitatis, quæ huiuſmodi fu
93 nerarias expenſas moderatę ſunt vti inanem am
bitionem continentes, vt ait Albericus videndus
ea. l. at ſi quis. §. funeris impenſa, verſiculo item
nota, numero quarto. ff. de relig. & ſumpt. fune-
rum, & prædictæ leges noſtræ videndæ ſunt ſub
cap. 465. & ſex alijs ſequentibus, libro ſecundo,
facit optimè Abbas in cap. vt prætenitæ, numero
ſexto, in fine, de electio. qui ait expenſas factas
ad conſolationem, & pompam viuorum, vt ma-
gnus apparatus funerum in veſtibus, & alijs ſimi
libus non eſſe deducendas ex bonis prælaturæ in
94 funere prælati, & id eſt maximè in hoc prudenti
teſtatore laudandum, cum voluerit has inanes
impenſas conuerti in officia, & miſſas annuatim
celebrandas, & ſic in vſus ſaluti animæ magis ſer
uientes, & propitios: vnde fit, vt hæc eius volun-
tas ad noſtræ ciuitatis leges ſe confirmans, & ma
gis pia omninò ſeruanda ſit, cum legis vigorem
habeat, & præciſe ſub pęna priuationis ita fieri
voluerit, & dato, quòd eſſet reprehenſibilis, pro-
ut tamen in caſu noſtro non eſt, modo tamen le-
95 gibus non aduerſetur, eſt omninò ſeruanda, & li-
gat etiam minores, ei contrauenientes, vt in pun
cto ſcribit, videndus idem Simon de Prætis libro
5. dubit. 1. fol. 479. à numero 1. vſque ad nume-
rum 24. vbi multa in hanc rem videnda affert, &
vt hæc teſtatoris voluntas huiuſmodi inanes fu-
neris impenſas amputans, & reſecans ſit prudẽs,
96 laudabilis, & iuſta, & ab hærede minimè contem
nenda,

nenda, aut negligenda, probat omninò videndus
doctiſſimus Alciatus noſter in ea. l.cum in teſta-
mento, numero quarto. ff.de verb.ſignif. qui gra-
uiter inuehitur in eos religioſos, qui parum reli-
gioſè, & auarè nimis mille ſtrophas inuenerunt,
& laqueos propoſuerunt; vnde hoc nomine pe-
cunias extorquerent, quòd & approbat Corne.
conſilio 269. numero quarto, volumine quarto;
contrariam conſuetudinem improbans, eam po-
tius corruptelam, & abuſum ſimoniacum appel-
lando, & propterea tantum abeſt, vt hæc expen-
ſa debeatur, vt potius propter non ſeruatam te-
97 ſtatoris legem, hæres in pęnam priuationis inci-
derit, & hæreditatem à ſe auerterit, & ſubſtitutis
dederit. l. 1. §. ſin autem, C.de caducis tollen. &
toto titulo de his quibus, vt indignis. Et cum hęc
funebris ſumptuoſa pompa vanitatis plena ſit;
& ad eam ſuperbiam accommodata, vt ex illa ia-
ctatione, & aura, curſuque populari tanti appa-
ratus ſæpè etiam à magnificentia recedentis;
98 quaſi bene geſti triumphi referatur in curiam
aſpectus, & in oculis, atque auribus omnium po
natur, ac etiam in ore, atque ſermone vulgi in cir
culis, diſputationibus, atque congreſſionibus ver
ſetur, meo iudicio quantum fieri poteſt hæc vo-
luptaria impenſa, atque grauis iactura ſine vlla
tamen immnutione dignitatis eſt minuenda; &
extenuandus is ſumptus, cum humilitati Chri-
ſtianæ valdè aduerſetur, quàm Deus Optimus
tanti ſemper fecit, vt eam maximè reſpiciens ad
cęlum vſque extulerit, eique altiſſima, & ampliſ-
ſima præmia liberaliter tribuerit: ſaluti igitur ani
mæ, quæ immortalis eſt, conſulamus, eique
indigenti, & enixè poſtulanti cęleſtem opem, &
diuinum aliquod auxilium feramus, quod facilè
aſſequemur, ſi hos nimios, & profuſos ſumptus
cõuertemus in eleemoſynam ad pauperes ſuble-
uandos, & ad ſacra facienda, quorum meritis,
purgata anima, citius, & liberius minimè retar-
data in via volare queat ad beatorum choros, vt
ibidem ſempiterno fruatur gaudio; ſic enim fiet,
vt nec teſtator, aut eius hæredes turpi infamia
auari, & ingrati animi notentur, ſed potius veris
liberalis pietatis laudibus ornatè exquiſitiſſimis
verbis laudentur, & pleniori ore, & grata benefi-
ciorum pręedicatione glorioſius efferantur.

Ad quintam deductionem expenſarum in li-
tigando factarum cum hæres litigando cum his,
qui partem hæreditatis ex fideicommiſſo auito
contẽdebant ab eo auocare, proprium egerit ne-
gotium, & aliqua fideicommiſſorum non adeſſet
99 vtilitas; non poteſt à fideicommiſſarijs repetere,
cum tantum veniant expenſæ in cauſas neceſſa-
rias hæreditatis factæ, vt habetur ea. l.fin. §. in
computatione. C.de iure deliberandi, & ibidem
in terminis noſtris decidit Baldus videndus, nu-
mero tertio, quem ſequuntur Caſtrenſ. columna
prima, verſiculo item intellige, de expenſis, &
Angelus numero primo, & Corneus ibidem, &
quamuis idem Angel. & Alexand. & Iaſon vi-
deantur contra arguere, quia prelatus, qui ex-
penſas facit pro tuenda electione illas poteſt fa-
100 cere de bonis prælaturæ. c. vt prætéritæ, de ele-
ctione, attamen cum bona venia tantorum pa-
trum argumentum meo iudicio non procedit,
quia ibi expenſa circa electionem eſt facta à ter-
tio, & non ab electo, nempe à capitulo; & per cõ-
ſequens ęquum eſt, quòd quiſquis eligatur illam
reſtituat, cum vtiliter ſuum geſtum ſit nego-
tium, immò ſi duo contendant, tunc victor à vi-
cto repetit, & iuſtè capitulum etiam eo caſu re-
petit ab obtinente, vt ibidem adnotauit gloſ. in
verbo, expenſæ, à quo caſus noſter eſt longè di-
uerſus, quandoquidem non tertius, ſed hæres fa-
ciat expenſam, quæ cum ſuam ipſius vtilitatem
tangat, meritò eam hæres repetere non debet à
fideicommiſſario cuius non intereſt; vt rectè ani-
maduertit Bald. cui licet Marzar. epitom. fidei-
commiſſorum, quæſtione 67. circa finem, par-
te tertia; dicat aduerſari communem, id proce-
dit, meo iudicio in diuerſis terminis, nempè quã-
do agebatur de impenſa facta contra credito-
rem hæreditarium, quæ cum fideicommiſſa-
riorum vtilitatem concernat, meritò deduci de-
bet; nõ ſic in eo, qui hæredem ſe facit, quod cum
101 tangat commodum hæredis, merito ab eo ſubiri
debet.

Secundò reſpondeo, argumentum procedere
in fructibus, & redditibus ſacerdotij, & ſeu præ-
bendæ vt eo. cap. vt prætéritæ, ſentit Abbas, at-
qui in caſu noſtro expenſas eſſe faciendas de fru-
ctibus hæreditatis concedimus, ſed non de hære-
ditate, prout præſupponit aduerſarius, & ſic ar-
gumentum retorquetur.

Tertiò dico, cum non ſit ſecuta ſententia, ſed
tranſactio, in qua mutua, & quidem ampliſſima
adeſt liberatio, hanc impenſam non poteſt hęrés
repetere à tranſigentibus, qui ſunt etiam fidei-
commiſſarij reſiſtente tranſactione ex notiſſima
regula, vt quem de euictione tenet actio, eundem
102 agentem repellat exceptio. l. vendicantem. ff.de
euictionibus, & exceptio perpetui pacti conuen-
ti petitionem repellit. l.creditori tuo. C.de pa-
ctis, & cum fideicommiſſarius, qui hæredem re-
præſentat tranſigenti ſucceſſerit, confuſæ ſunt
actiones. l.debitori. C.de pactis. l.debitori ad Se-
nat. Conſ. Trebell.

Quartò, cum ipſi qui prætendebant hæredita
tem ijdem eſſent fideicommiſſarij, ſcripti à quon
dam Ioanne Baptiſta, ſequitur, vt hæc impenſa
eis aliquam vtilitatem non afferat, immò po-
tius incommodum, atq; meritò ab eis ſolui non
debeat. l.quod dicitur. ff.de impenſis, in rebus do
talibus factis. immò qui tenetur ad impẽſas vti-
les, cenſetur teneri, quando principaliter, & pri-
103 mo loco vtilitas ad eum pertinet, non ſi in con-
ſequentiam, vt ait Alciatus conſilio 97. numero
primo, libro quinto: & ideo cum hæreditatis con
ſeruationem ad fideicommiſſarij vtilitatem nõ
reſpiciat, tantò minus ab eo debetur, vt tradit

Prætus

Digitized by Google

Prætus excitato tractatu,libro tertio,ſolut.4.nu
mero 15.verſi.vbi quoque,fol.354. cum itaque
expenſæ non debeantur,fruſtrà agitur de earum
probatione,quam concludentem eſſe debere ap-
probat tex. in eo. §. in computatione, quatenus
vtitur verbo approbauerit, & ibi glo. dicit teſti-
bus,eſt verum, vbi agatur de modicis expenſis,
104 probantur eius, qui eas facit iuramento, quan-
do ſunt veriſimiles arbitrio iudicis, & quæ par-
uæ ſint,& quæ magnæ expenſæ,pręter alios de-
clarat egregiè Angelus videndus eo.§.in compu
tatione,ſuper glo.quæ incipit,teſtibus. C.de iure
deliberandi.

Ad ſextam reſpectu æris alieni à teſtatore
contracti damus manum, cum id æquum, & iu-
ſtum ſit, quia fideicommiſſum cadit in re pro-
pria, & quia teſtator voluit fieri reſtitutionem
ſaluis legatis,& alijs per ipſum factis,& diſpoſi-
tis, & quia de iure etiam hæres poteſt proprium
105 ipſius creditũ detrahere niſi aliter teſtator pro-
hibuerit. l.prima, & ſecunda. C.ad Trebellian.
commun. dicit Alba cõſilio 187.numero 59. eſt
tamen aduertendum,ad legata annua, & ad one
ra annua bonis incumbentia, quia illa hæres ſu-
bire tenetur: Item ſimplicia ſi nominatim ſint ei-
106 dem iniuncta. Iaſ.conſil.95.libro primo, videa-
tur etiam declaratio, quam in ea re affert Cotta
noſter in ſuis memorial.quem refert,& ſequitur
idem Prætus libro tertio, ſolut.quarta, numero
14.fol.354.an ſcilicet ſimus in eius caſu, ita vt
vbi in illis terminis verſetur quæſtio noſtra, ea
habeatur ratio,quam ęquam iudicauerint DD.
Arbitri.

Circa ſeptimam remittitur grauiſſimo iudi-
cio DD.Arbitrorum;cum agatur etiam de leui,
& modica impenſa facta in obtinenda diſpenſa-
tione pro vna ex filiabus teſtatoris, quæ in ma-
trimonium collocata fuit cum filio domini Al-
phonſi.

Circa octauam, vtique remittitur, vt ſupra,
cum propter liberationem illius ficti libellarij
conditio fideicommiſſariorum meliori facta dici
poſſe videatur, cum amplius ad illud ſoluendum
non teneantur, & cum pecunia data ſit fideicom
107 miſſarijs tranſigentibus, vt ea liberatio fieret,
ſumus extra quæſtionem Marzarij parte 2.quę-
ſtione 8.& 9.

Nona, quatenus legitimè doceatur facta ſo-
lutio argumenti dotalis e de propria ipſius hæ-
redis pecunia, remittitur, vt ſupra.

Ad decimam,& vltimam diligenter animad-
uertendum puto: Nam cum teſtator in codicillis
eoſdem teſtamento datos tutores confirmauerit,
& rogauerit, in viſceribus charitatis Ieſu Chri-
ſti,vt tale onus tutelæ acceptẽt,& voluerit quod
poſſint, & vterque ipſorum poſſit exigere intra-
tas bonorum ſuorum, & illas deponere pro ſolu-
tione dotis vxoris præfati Illuſtriſſimi domini
Ioannis Baptiſtæ,&c.& etiam ad beneficium fi-
liarum ſuarum, & ipſius Caroli: hactenus codi-
cilli verba, videtur omninò dicendum, vt ipſi tu-
tores debuerint illos primum fructus conuerte-
108 re in eam dotem exſoluendam, quod facere po-
tuit teſtatori.l.in fideicommiſſariam; vbi Ripa
numero ſexto.ff.ad Trebellia. Pariſ.conſilio 15.
numero 22. quia videtur ad vtilitatem fideicom
miſſariorum voluiſſe, vt ex ipſis fructibus ea dos
exſolueretur, vt tradit Iaſon eo.conſilio 95. vo-
lumine ſecundo. Gozadin.videndus, qui de com
muni atteſtatur conſilio 83. numero 6,& 17. &
dixi ego conſilio 13. numero 22. volumine pri-
mo, & quamuis verbum, poteſt, affirmatiuè pro-
latum neceſſitatem non inducat. l.ſæpè,ff.de of-
ficio Præſidis. Attamen ex communi omnium
diſtinctione ſi huiuſmodi verba in vltima volun
109 tate ad grauatum dirigantur, tunc diſponunt, &
neceſſitatem ſecum afferunt, maximè fauore fi-
deicommiſſi, quod nutu etiam inducitur, vt di-
ſtinguit gloſ. in verbo, neceſſitate, in ea. l.ſæpè,
ff.de officio præſidis, quam ibidem ſequuntur
Bartol. Alberic. ante num.7. quia in vltimis vo-
luntatibus verba deprecatiua ſi ad grauatum di-
rigantur ex præſumpta teſtatoris voluntate ne-
110 ceſſitatem inferunt. l.peto, vbi gloſ. videatur in
verbo, ab his, de legatis primo, & ſatis apertè
probat tex.in l.fideicommiſſa. §.ſi quis ita, & §.
hæc verba.ff.de leg.tertio, vbi ex illis verbis, ſuf-
ficiant tibi vineæ, vel ſit contentus illa re, fidei-
commiſſum in reliquo importatur. Item ex ver-
bis illis, curam habeas illius fundi, vt poſſit ad
filios tuos peruenire, quia licet potius cõſilium,
quam relinquendi neceſſitatem exprimant, ta-
men fideicommiſſum continent, cum ſint ad gra
uatum directa, ita etiam diſtinguit Bartolus in
l.Gallus, ſuper glo.in verbo, poſſe, cuius diſtin-
111 ctionem vno ore ſequuntur ibidem ſcribentes.
Baldus, Angelus, Alexander, Iaſon numero 27.
vbi vide.ff.de liberis,& poſthumis. Ita vt mini-
mè dubitandum ſit, quin communis hæc ſit Do-
ctorum diſtinctio, poſtquam glo. & Bart. faciunt
communem, & cum teſtator repræſentet pupil-
lum, vt docet Baldus in l.etiam, numero ſecun-
do. C.de fideicommiſſis, eſt omninò dicendum
ſicut ſi verba eſſent directa ad pupillum hære-
dem inſtitutum, & fideicommiſſo grauatum di-
cerentur ad grauatum directa, ita, & pari ratio-
ne idem eſt dicendum ſi fuerint directa,& inſcri-
pta ad tutorem, qui pupilli perſonam ſuſtinet,&
repræſentat, cum attendenda ſit perſona repræ-
ſentata, & non repræſentans, & cum tutela ſit
onus, poteſt etiam dici verba in tutorem collatà
eſſe directa ad grauatum, cum ad eorum officij
onus pertineret curare, vt ea dos ſolueretur,& ſic
cum teſtator voluerit, vt poſſent intratas exige-
re, & de eis dotem prænarratam ſoluere; Vide-
tur id per modum neceſſitatis voluiſſe, cum ea
diſpoſitio ſit inducta per verba diſpoſitiua, nem-
pe, item codicillando ordinauit,& declarat, dein
de ſubiungit,& vult, quod poſſint,&c. nec refra-
gatur, quod acutè admodum,& ſubtiliter moue-
tur,vt

tur, vt ſcilicet illa verba ſint prolata ad dandam
ſic agendi auctoritatem cuique inſolidum, cum
alias ſimul id negotium curare debuiſſent, quia
reſpondetur, cum in teſtamento ad quod codicil
li ſe referunt, inſolidum iam electi fuiſſent tuto-
res, non opus erat hac noua declaratione, & fa-
cultate ſic agendi, cum iam eis data foret. Vnde
ne inanis ſit contra communes, & notas iuris re-
gulas, dicemus, vt potius inferant veriſſimum,
quem ſuperius attulimus, ſenſum, ſcilicet, vt in-
dicarent, de qua re dotem illam ſolui voluerit
teſtator, cuius voluntati eſt omninò parendum,
& vt ei pareatur, ſemper eſt interpretatio facien
da, maximè cum verbis his vſus ſit propter qua-
litatem tutorum, nè eis præcipere, ſed eos magis
deprecari videretur, & vt eoſdem hoc blando ſer
mone magis alliceret ad demandatum munus
ſuſcipiendum, & ex fide obeundum. Additur
præterea, cum teſtator dixerit pecunias eſſe exi-
gendas, & deponendas, & primum conuertendas
in dotis prædictę ſolutionem, & etiam ad mino-
112 rum beneficium quandam formam inde præ-
ſcribi, quæ eo magis neceſſitatem affert ex Bald.
ſententia ea. l. Gallus, vbi videatur in prima op-
poſit. ff. de liberis & poſthumis, maxime cum or-
do ſcripturæ, & regula à teſtatore data ſit ſeruan
113 da cum ab eo ordine voluntatis interpretatio
ſumatur, gloſ. vlt. in l. hæredes ad Trebell. quod
procedit, etiamſi ſcripturæ ordo conceptus fuiſ-
ſet per dictionem alternatiuam; ergo tanto ma-
gis id concedendum eſt, ſi per dictionem, &, con-
iungentem, & copulantem is ordo præſcriptus
ſit. l. cum pater. §. penultimo, de legat. 2. l. quo-
ties, in princ. de vſufructu; Cardinalis Mantica
de coniectur. vltimar. voluntat. libro 7. titulo 7.
numero 3.

Et ex his arbitror abundè ſatis pro temporis anguſtia ſatisfactum eſſe motis dubitationibus, & ſi quid deerit, ſuppleatur rogo ab exquiſita & ſubtiliori doctrina integerrimorum DD. meorum Arbitrorum.

Laus Vni & Trino Deo.

Io. Petrus Bimius Mediol. I.C.

BIBLIOTECA NAZ.

Non nobis Domine, non nobis; ſed nomini tuo da gloriam.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google